institutum iuridicum claretianum

juris canonici editae

collegit, digessit notisque ornavit

Xaverius OchoaJ^KZ-

in Universitate Lateranensi Professor

Volumen I

LEGES ANNIS 1917-1941 EDITAE

ROMA

Commentarium pro Religiosis

Via Giacomo Medici, 3-5

1966

(Ç) by Commentarium pro religiosis

Nihil obstat, Dr. lulius Rodriguez, Censor. Imprimi potest. Petrus Schweig.
Imprimatur, Dr. Felix Benito y Magana. Vicanus Generalis. Calagurri

8 septembris 1966

Editorial Aranzadl Carlos III, 32 - Pamplona

Depôsito legal NA. 743-1SC6

κ&ίλ
31
,C32

Paulo Papae VI, Summo Pontifici, Suisque in Pontificatu Decessoribus, qui hoc monumentum legiferae sapientiae, sollicitudinis pastoralis rectique ordinis totius consortionis humanas, Ecclesiae Christi tradidere

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO

PROLEGOMENA

Quinquagesimus recurrit armus ex quo Summus Pontifex Benedictus XV Codicem iuris canonici, Pii X iussu digestum, solemniter promulgavit

Nemo ignorat quot quantasque attulit Codex utilitates, praesertim ob illam quam ordinavit immanem decretalium legumque silvam, huc illuc intra aut extra collectiones vagantium, e quibus plures auctoritative abrogatae, nonnullae contrario usu vel consuetudine obsoletae, aliae demum recto ordini societatis ecclesiasticae minus opportune respondentes.

Illud opus, in unum nempe ordinate colligendi universas Ecclesiae leges, nec difficultatibus caruit, nec absolute perfectum successit. «Rem sane perarduam» appellavit Benedictus XV opus codificationis propter extrinsecas praecipue difficultates '. Omnes praeterea Codices aliquo modo imperfecti nascuntur. Leges enim colliguntur, ordinantur cl codificantur, sed earum vis atque ratio intrinseca, rectus scilicet societatis ordo, minime comprimitur. Unde novae leges, praeter Codicem, apud omnes populos ac societates fiunt, brevi post codificationem temporis spatio, necessariae.

RATIO FINISQUE OPERIS

Hanc Codicum veluti innatam conditionem perfecte noverat ecclesiasticus legislator qui. Codicem iuris canonici promulgans, opportuna praeordinavit remedia.

Instituit, in primis. Consilium seu Commissionem «cui uni ius erit Codicis canones authentice interpretandi»'. Commisit deinde Dicasteriis Curiae Romanae «tum curare ut Codicis praescripta religiose serventur, tum Instructiones, si res ferat, edere, quae iisdem Codicis praescriptis maiorem et lucem afferant et efficientiam pariant. Eiusmodi vero documenta sic conficiantur, ut non modo sint, sed appareant etiam quasi quaedam explanationes et complementa canonum»4.

Praevidit ultimo sapienter: «Si quando, decursu temporum. Ecclesiae bonum postulabit, ut novum generale decretum ab aliqua Sacra Congregatione condatur, ea ipsa decretum conficiat, quod si a Codicis praescriptis dissentiat, Summum Pontificem de eiusmodi discrepantia moneat. Decretum autem, a Pontifice adprobatum, eadem Sacra Congregatio ad Consilium deferat, cuius erit, ad decreti substantiam, canonem vel canones redigere. Si decretum c praescripto Codicis discrepet, Consilium indicet cuinam Codicis legi nova lex sufficienda sit; si in decreto res vertetur de qua Codex sileat. Consilium constituat quo loco novus canon vel novi canones sint in Codicem inserendi»5.

Haec remedia aptissime prospiciebant et consulebant interpretationi, applicationi, complemento et accommodatae renovationi Codicis iuris canonici, prout necessitates temporum hominumque condiciones expostulassem. Sed non omnia, praedicto modo, in praxim deducta sunt.

Plures profecto Commissio Interpres edidit canonum authenticas interpretationes. Congregationes Romanae plures etiam vulgarunt responsiones, instructiones, resolutiones quae Codicis canones illustrant, applicant atque complent. Dederunt etiam Decreta generalia a praescriptis Codicis discrepantia, quae tamen, ad formam canonum non deducta, extra Codicem manserunt ac manent. Quapropter non defuerunt auctores collectanea documentorum parantes quae, una cum Codice iuris canonici, legislationem complerent Ecclesiae

Utilitas horum operum ex se ipsa aperte intellegitur. Quicumque enim cognoscere intendit normam in singulis casibus sequendam, inspicere debet, praeter Codicem, normas et documenta post Codicem edita, quae non raro leges codificatas mutant aut complent. Hae tamen novae leges et documenta vagantur dispersa per plura volumina *Actorum Apostolicae Sedis* aliarumque ephemeridum haud facilis consultationis.

1 Benedictus XV. Const Ap. *Providentissime Mater* diei 27 Mali 1917. AAS. 9 (1917) 5-8: LE 35.

2 Const. Ap. *Providentissime Mater,* loc. cit.

3 Benedictus XV. Motu Proprio *Cum iuris canonici* diei 15 septembris 1917 num. I. AAS 9 (1917) 483; LE 53 col. 90.

4 Benedictus XV. Motu Proprio cit num. II. AAS *loc. cit.;* LE *loc. cit.*

5 Benedictus XV. Motu Proprio cit num. III. AAS *loc. cit.; LE loc. cit.*

• Praecipui nominantur:

- N Hilling. *Auxilia ad Codicem Juris canonici exquirendum collecta et instructa.*

I. Codicis iuris canonici supplementum. Praecipua acta summorum Pontificum et Sacrarum Congregationum Codicem luris canonici illustrantia. Friburgi Brisîgavorum 1925. 215 pag.

II. *Codicis luris Canonici Interpretatio. Responsiones. Resolutiones et Decisiones Sanctae* Sedis *Codicem luris canonici illustrantes.* Friburgi Brisigavorum 1925. 123 pag. Edidit Supplementa anno 1931.

- A. Toso. *Repertorium Juridicum Ecclesiasticum» seu Curiae Romanae iurisprudentia universa, post editum Codicem iuris canonici* <1918-19311 *publici iuris facta, cum canonum ac rerum omnium Indicibus locupletissimis.* Editio altera diligenter recognita et aucta. Romae 1932.

- C. Sartori, *Enchiridion Canonicum seu Sanctae*

Quapropter omnes leges omniaque documenta viro nonnae iuridicae habentia, a Sancta Sede post Codicem iuris canonici edita, in pauca volumina colligere et ordinate disponere et divulgare, opus sane instrumentumque laboris constituit maximae utilitatis.

Hunc finem intendit atque utilitatem persequitur hoc novum collectaneorum opus sequentibus concepturo crileriis atque digestum.

SELECTIO DOCUMENTORUM

Ex tradita operis ratione commode inferri possunt criteria selectionis documentorum, quae, aliunde, satis clare innuuntur in ipsa voluminis inscriptione. Praesens igitur documentorum collectio est, in primis,

1 - *Late iuridica.* Colligo enim tantum documenta do in sensu omnino amplo et per quam maxime lato, nam denotat omnia documenta quae aliquid statuunt auctoritativc credendi, agendi vel omittendi nonnamque continent dispositivam, aliquo modo ct gradu cogentem, sive agatur de lege vere et proprie dicta, sive de lege late tantum sumpta, sive de qualibet norma, praecepto, resolutione, responso, instructione, induito, facultate, etc.

Includo igitur Constitutiones et Decreta Summorum Pontificum et Concilii Oecumenici, documenta pontificia proprio motu data, resolutiones, decreta, normas, responsa, instructiones, privilegia, declarationes, decisiones, etc. Curiae Romanae.

Excludo vero documenta quae pias exhortationes, preces, commemorationes, historiam, expositionem doctrinalem vel alia huiusmodi continent, quin normam concretam statuant, ut sunt plerumque orationes, sermones, homiliae, epistulae congratulatoriae Romanorum Pontificum, preces indulgentiis ditatae, textus liturgici, decreta Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei.

Ex epistulis et litteris *Encyclicis* nonnullas tantum seligo quae argumenta maioris momenti evolvunt liturgica, socialia aut missionalia.

Ad modum exceptionis omitto *decisiones S. Romanae Rotae,* quae ordinate colliguntur et singulis annis utiliter eduntur in collectione speciali. Colligo econtra decisiones Signaturae Apostolicae, quae nullibi, praeterquam in *Actis Ap. Sedis,* evulgabantur.

Refero etiam *resolutiones S. C. Concilii,* nam *Thesaurus resolutionum* eiusdem S. Congregationis, cuius editio nuperrime réassurapta est, illas resolutiones praetermittit quae in *Actis Ap. Sedis* fuerunt publici iuris factae.

2-*Generalis.* Inter documenta vim normae seu neralem habent et universalem. Ideo opus inscribo **Le°es Ecclesiae*,* idest ecclesiae universalis.

Hac de causa plura omitto documenta quae vim legalem abs dubio continent, sed tantum localem, mutationes dioecesium. Abbatiarum, Basilicarum minorum. Capitulorum Cathedralium, approbationes Constitutionum religiosarum vel missionalium, constitutiones Patronorum alicuius loci, regionis vel nationis, declarationes Doctorum, designationes Tribunalium appellationis, poenas et censuras stricte personales, nominationes ad munera et officia ecclesiastica, etc.

Econtra, propter rationem universalem, non praetermisi prohibitionem librorum, erectiones Delegationum Apostolicarum et Facultatum ecclesiasticarum, declarationem patronorum Ecclesiae universalis, approbationem textus liturgici Officiorum et Missarum, et alia huiusmodi.

Plura etiam colligo documenta quae Urbem *Romae* respiciunt tantum, ut ea quae referunt disciplinam cleri romani, privilegia Basilicarum, erectiones et constitutiones Collegiorum clericalium, etc. Haec documenta non immerito reputo generalia, cum Roma sit communis patria omnium Christianorum.

Sedis Responsiones post editum Codicem I. C. datae. Editio X a B I. Bellitco recognita. Romae 1961.

- F- Cimitter. *Pour étudier* le Code de *droit canonique Introduction générale. Bibliographic, responses et* decisions. *Documents complémentaires 1917-1927.* Paris 1927 cura subsequentibus supplementis.

- A. Blat, *Solutiones dubiorum quas* publici iuris *fecit Commissio Pontificia ad canones authentice interpretandos.* Romae 1934.

- J. Bruno. Codicis iuris canonici *interpretationes authenticae seu* responsa a Pontificia *Commissione* ad Codicis canones authentice interpretandos annis MCMXVH-MCMXXXV *data.* Romae 1935.

- C. Badii. Pontificia *Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos 1918-1926,* in *II diritto «cies astico* 33 (1927) 276 ct ss.

- R. Hûlsttr. Codicis ruris canonici *interpretatio authentica* seu collectio *responsorum Pontificiae Commissûris* 1917-1927. Paderborn 1928 cum subsequentibus supplementa.

• R PiRtz. Derisiones *pontificiae ad canones Codicis* furis eaiioniri. Madrid 1928.

• S. Worwoa, Caronical derisions *of the Holy* See. Now York 1933

- M. Contx a Coronata. *Interpretatio* authentica Codicis tuns canonici et circa ipsum Sanctae Sedis turtsprudentia 1916-1947. Editio altera Marietti 1948.

- E F Rigatuxo. Interpretatio *ct Jurisprudentia Colicis luris* Canonici. Ed. 3 Santander 1953.

Mayer. Xeueste *Kirchenrechts-Sammlung.* Freiburg in Breisgau. VoL I. 1917-1929; Vol. II. 1930-*1939;* Vol HI. 1940-1949; Vol- IV. 1950-1959. Publicatio prosequitur.

- T L. Bouscaren, The *canon Law Digest.* Milwaukee. Vol. I, *1917-1933* fed. altera 1958); Vol. II, *1933-1942 (ed.* ult. 1956); Vol. III. *1942-1953* (cd. altera 1936; T. L. Bouscaren - J. I. O Connor. Vol. IV. *1953-1957* (ed- altera 1960); VoL V. 1958-1962.

Quibus addenda sunt alia notissima opera, ut *Enchiridion Symbolorum, Enchiridion* Biblicum, ct p.aesertim sub respectu iuridlco:

- *Sylloge* praecipuorum *documentorum recentium Summorum Pontificum et S. Congregationis de Propaganda Fide necnon aliarum Sacrarum Congregationum Romanarum. Ad* usum *missianariorum cum auctoritate Praefecti S. C. de Propaganda Fide.* Romae 1939.

- Enchiridion Clericorum. *Documenta Ecclesiae Sacrorum alumnis instituendis.* (S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus). Romae 1938.

- Enchiridion de statibus *perfectionis* (Collectanea S. Congr. do Religiosis). I. *Documenta Ecclesiae Sodalibus* instituendis. Romae 1949. Cetera volumina desiderantur.

LORETO

Attamen, quamvis nullum documentum generale scienter omittam, non pauca includo documenta stricte particularia quae iuxta praedicta criteria essent e collectione expungenda. Ea tamen colligo propter ipsorum rationem pastoralem et exemplificativam, quatenus ostendunt quid, quomodo, quibus in circumstantiis subquc conditionibus Pastores animarum possunt in similibus agere, dispensationes et indulta concedere vel obtinere, quasnam formulas adhibere, clausulas apponere, negotia tractarc, dubia resolvere, etc. Praedicta particularia documenta indicant non raro evolutionem generalis disciplinae et iurisprudentiae in Ecclesia. Plurcs normas legesque ad universam deinde Ecclesiam extensas, Sedes Apostolica consuevit experiri prius per indulta particularia.

Quare refero plura indulta nationibus, dioecesibus, religionibus aliisque personis moralibus a Sancta Sede concessa, constitutiones Basilicae S. Petri, Statuta aliquarum Universitatum et Actionis Catholicae in Italia, restitutionem alicuius Capituli Cathcdralis, erectionem paroeciae pleno iurc religiosis a Pio XI concreditae, decisiones in causis particularibus, etc. etc. Huiusmodi particularia documenta facili multiplicari possent; collecta vero sufficere videntur ad praedictas inducendas utilitates.

3 - *Codipicta.* Viribus minime peperci ut collectionem efformarem, intra praedictos Limites, completam, nullumque neglegerem documentum alicuius, sive maioris sive minoris, dummodo generalis, momenti aut valons.

Tempus, a quo incipit collectio, clare determinat inscriptio voluminis: «Leges Ecclesiae *post Codicem iuris canonici* editae». Opportunum tamen censui documenta colligere inde a mense ianuarii anni 1917 edita, nam tunc tempore Curia Romana Codicem, iam definitive paratum, perfecte cognoscebat et documenta evulgabat ad mentem instantis Codicis.

4- Integra. Diligentem dedi operam ut singula documenta ederem integra. Qui officium praestat interpretis legum vel regentis communitatum praefert documentum integrum in proprio texto et contextu exaratum, quamvis hoc praesupponat nonnullas inducere repetitiones in formulis, praesertim protocollariis, quibus abundant documenta pontificia.

Nec omisi, propter integritatis rationem, singulis documentis proprias subsignationes apponere. Nonnumquam enim sensus documentorum illustratur ex nomine eorum qui illud pararunt vel subsignarunt. Nec est neglegendus valor historico-chronologicus qui ex talibus formulis et subsignationibus non raro inferri potest.

Nihil obtulit difficultatis praedictam curare integritatem in documentis editis apud *Acta Ap. Sedis.* In aliis vero eadem in genere servatur integritas, sed in nonnullis, praecipue minoribus ct particularibus documentis, impossibile aut valde fuit difficile, ob varias diversae indolis causas, textum integrum prae manibus habere. His in casibus textum refero prout illum invenire potui apud ephemerides vel auctores.

Pertinet etiam ad integritatis rationem ut documenta edantur in versione et textu originali, sive latino sive vulgari. Ideo textuum trado versionem et linguam originalem, vel originali propiorem et fideliorem.

ORDO DOCUMENTORUM

Documenta ordino *chronologice.* Plures sane adducuntur rationes pro ordine systematico, aut iuxta materias et canones Codicis iuris canonici disposito. Sed omnibus aliis, in huiusmodi collectaneis, videtur praediligendus ordo chronologicus. Si nonnulla documenta abstrahantur a tempore et circumstantiis historicis, socialibus, contingentibus quibus forsan redacta fuerunt, non absque difficultate intelleguntur recte.

Ordo praeterea chronologicus evolutionem signat naturalem ordinis iuridici, ac proinde etiam ordinis socialis, politici, culturalis, ecclesiastici. Vitat plures repetitiones, decurtationes et divisiones documentorum quae in aliis ordinibus necessariae redduntur.

Tandem, ordine retento chronologico, utilitates, quae certe continentur in aliis ordinibus, obtineri possunt per indices systematicos, analyticos rerum et materiarum in fine operis apponendos.

APPARATUS EDITIONIS

1 - *Ordo chronologicus.* Documenta dispono per singulos annos, et unicuique documento tribuo numerum progredientem proprium iuxta ordinem chronologicum, sequentibus criteriis determinatum:

a. Si documentum exprimat in fine diem qua datum est, hanc diem pro ordine chronologico adhibeo semper, sive sit unica dies in documento expressa, ut plerumque accidit in documentis directe datis a Summo Pontifice, a Card, a Secretis Status, vel a Sacra Congr. Rituum, sive alia dies, v. gr. adunationis comitiorum, resolutionis vel approbationis pontificiae etiam exprimatur, ut accidit in pluribus documentis S. C. S, Officii, S. C. Consistorialis, S. Paenitentiariac, Signaturae Ap., Pont. Commissionis Interpretis, etc., nisi dies ipsa comitiorum vel resolutionis vel approbationis Summi Pontificis exprimatur vel reassumatur pro die qua datum est documentum, ut in usu erat apud S. C. de Religiosis et alia Dicasteria Romana.

Specialem praeferunt confusionem in materia *resolutiones S. C. Concilii,* nam auctores ipsemetque redactor indicis *Actorum Ap. Sedis* eas allegant interdum sub die vel diebus resolutionis, interdum vero sub die approbationis pontificiae. Ad confusionem tollendam et uniformitatem servandam, praedictas omnes resolutiones allego et ordino chronologice sub die, aut sub ultima die si pluries eadem causa proposita fuit, qua tandem resolutio data fuit a S. Congregatione.

b. Si documentum die carcat mensemque habeat certum, illud ordino sub fine illius mensis.

c. Si documentum mense etiam carcat certo, illud ordino semper sub fine illius anni, quamvis

mensis, variis adhibitis criteriis, circiter determi nari posset.

d. Si varia documenta in eadem die concurrant, ea ordino iuxta praecedentiam personarum et Dicasteriorum Curiae Romanae.

2Ð Descriptio documenti. Post numerum ordinis progredientem, summatim describo documentum, idest; a) annum, mensem et diem quibus datum est; b) auctorem documenti sub nomine Romani Pontificis, Concilii Oecumenici aut Dicasterii Curiae Rcmanae; c) naturam, idest utrum agatur de aliqua Constitutione Ap., Motu Proprio, Litteris Encyclicis, resolutione, decreto, instructione, responso, decisione, etc; d) conditionem publicam aut particularem documenti, per allegationem *Actorum Ap. Sedis* ubi documentum fuit publicatum, aut per verbum contractum <*Part.*· explicite designans documentum esse particulare, id est non fuisse officialiter editum apud *Acta Ap. Sedis;* e) titulum generalem documenti, prout apparet in fontibus, nisi ibi verbis omnino brevibus, obscuris vel nimis generalibus sit conceptus, quo in casu alia verba addo aut sufficio quibus materia documenti melius pateat ac determinetur.

3-Textus documenti. Refero documenti textum: *a)* completum, prout invenire potui in fontibus. Si documentum aliquod inveniatur in alio extensiori inclusum et allegatum, praecipuum documentum adduco complete et in extenso sub die et ordine proprio; inclusum vero seu allegatum refero in proprio loco, sed remissive tantum, ne molem voluminum extra modum inutiliter amplificarem.

b) originalem et integrum, ut supra dixi, absque decuriationibus, interpolationibus, subtitulis aut subdivisionibus, etiam in documentis magnae molis. In induitis et responsionibus plerumque addo verba *Preces, Rescriptum, Dubium, Responsum,* ut melius appareat natura, sensus et partes documenti. Si quando aliquod verbum vel numerum interpolavi, quod aliud omissum vel aperte mendosum sufficeret, illud appono inter parenthesim quadram inclusum.

4-Documenta allegata. Non raro intra corpus documentorum allegantur alia documenta, sive ante sive post Codicem edita.

In primo casu, idest si agitur de documentis ante annum 1917 editis, significo inter parenthesim quadram collectionem, volumen et paginas ubi allegatum documentum inveniri potest'.

In allero, vero, id est si agitur de documento post annum 1917 edito et in hac collectione relato, illud significo per titulum contractum huius collectionis: LE = *Leges Ecclesiae,* et relativum progredientem numerum inter parenthesim quadram inclusos.

5- Adnotationes. Ut collectionem offerrem omnino obiectivam, nolui proprias subiectivas apponere interpretationes. Utile tamen videbatur nonnulla indicare commentaria in periodicis et ephemeridibus edita. Quod et feci per appositas adnotationes ad calcem documentorum.

' Inter varia Collectanea fontium et documentorum selegi, per ordinen. ea quae facilioris videntur consultationis. idest Acta Apoitolicae Sedis. Acta Sanctae Sedis. Fontes Codicis turis canonici. Bullarium Romanum. Acta Gregoni XVI. Pii IX. Leonis XIII, Pii X. Thesaurus resolutionum S. C· Concilii. Collectanea S. C. de Propaganda Ftde et Ius Pontificium de Prop. Fide, Dscreta authentica Congr. Sacrorum Rituum, etc.

• Critérium fuit adducendi auctores eodem modo quo inveniuntur, si re vera inveniantur, in ephemeridibus, quamvis, in commentariis anonimis. certo certius inferri posset nomen auctoris commentariorum, ut accidit in ephemeride Periodica *de re morali,* canonica et liturgica, ubi plura commentaria anonima tribui certo debent A. Vermkersch, et in ephem. Ius *Pontificium, A.* Toso.

' Inter congeriem periodicorum et ephemeridum selegi eas quae viciniores considerantur Curiae Romanae quaeque proinde fidelius exprimere poterant mentem ipsius Curiae, ut v. gr. II Monitore ecclesiastico = Monitor ecclesiasticus, Ephemerides liturgicae, Periodica de re morali canonica liturgica. *Commentarium pro* Religiosis, Ius Pontificium. Apollinaris, etc. Addidi unam alteramve ephemeridem in praecipuis redactam linguis et nationibus, ut v. gr. Archio, f. Kath. Kirchenrecht. Nouvelle revue théologique. Revista espaiiola de derecho canônico. The Clergy Review, The *Jurist,* Collectanea Mechlintensia, etc.

W His permoti rationibus et causis, eandem sell-

In relatis adnotationibus adduco: *a)* auctorem commentarii eadem forma, extensa vel contracta expressum, qua invenitur apud ephemeridem, nisi commentarium appareat anonimum *b)* ephemeridem, una cum huius volumine, anno et paginis ubi commentarium fuit ĕditum

Nomina primo auctorum et deinde ephemeridum iuxta alphabeti ordinem dispono.

Diligenter adverte praedicta adnotationes minime constituere bibliographiam circa documenti materiam. Dato studio notulas bibliographicas vitavi quae, post parum temporis spatium, facile superantur novis studiis et investigationibus.

6Ð Indices. Ut opus reddam consultationis facile, attento animo considero utilitatem parandi et edendi volumen singulum, in quo fuse evolvantur indices operis universos: chronologicum, systematicum, analyticum, onomasticum, topographicum, per materias et canones Codicis iuris canonici, etc. Interim, in fine primi voluminis, offero duos indices: chronologicum primum, et verborum quibus «incipiunt> documenta, alterum. Quibus addam in fine voluminis secundi, indicem analyticum et systematicum completum materiarum et rerum quinquaginta annorum post Codicem promulgatum.

7- *Apparatus typographicus.* Quo ad rem tipographicam pertinet, diu anceps mansi circa formam externam typosque operi praestandos. Ex una parte, usus commodus operis exigere videbatur formam externam parvam et manualem typosque litterarum magnos, lecturae faciles oculisque gratos. Ex altera vero minuendus erat numerus voluminum huius collectionis, ut vitarem inconveniens grave hodiernae legislationis Ecclesiae per tot volumina dispersae. Qua de causa necessarium fuit textum tantae molis documentorum magnis chartis parvisque, etsi claris, typis mandare".

Minores tamen litterarum typos ad documenta reservo quae aut iam fuerunt derogata, aut expositionem referunt theoreticam, ut accidit in disceptationibus resolutionum S. C. Concilii. Indices, vero, quae per manus magis solent volutari, typis maioribus et amplioribus imprimo.

VALOR DOCUMENTORUM

Tanta documentorum congeries unius eiusdemque non potest esse valons. Unde opus est, antequam aliquod determinatum documentum adhi-

beatur, perpendere recte eiusdem naturam, condicionem, universalitatem, vigorem, subiecta, locum, tempus aliasque circumstantias quibus datum est. Quandoque ipsa externa documenti solemnitas signum seu inditium constituit ipsius valons n. Sed hoc elementum minime sufficere potest; perpendendus est etiam valor intrinsecus.

I - *Condicio documenti.* luvat in primis considerare condicionem *publicam* seu officialem aut *particularem* seu privatam documenti. Haec condicio potest in genere inferri ex insertione, vel minus, documenti in commentario officiali *Actorum Ap. Sedis.* Statuerat quidem Secretaria Status die 5 ianuarii 1910 ut Commentarium *Actorum Ap. Sedis* in duas partes divideretur: officialem primam, non officialem alteram. Documenta in prima parte edita, erant retinenda ut leges; evulgata in altera, ut notitiae, comunicationes et alia hujusmodi 3. Sed statuta distinctio in duas partes vix unquam introducta fuit ac servata.

Quare ex sola insertione alicuius documenti in *Actis Ap. Sedis* tuto inferri nequit eiusdem condicio legis in sensu stricto; sicut ex sola non insertione excludi nequit condicio stricte legalis documenti, nam, in casibus particularibus, alius modus promulgandi leges praescribi potest (can. 9). Ideo non omnia documenta edita in A. A. S. sunt vere leges universales, nec omnes verae leges publicantur necessario in A. A. S.

Attamen documenta in hac collectione signata ut *Part. (=icularia),* idest ut non edita in A. A. S., difficulter gaudent vi legis universalis et generalis in sensu stricto. De iisdem potest in genere concludi, paucis omnino documentis exceptis: aut non sunt leges strictae, aut non sunt leges universales et generales.

2-Auctor documenti. Oportet etiam auctorem documenti attendere. Si documentum est datum ab eo qui potestatem ordinariam vel delegatam habet legislativam vel interpretativam authenticam in universam ecclesiam, retineri potest, in genere, ut vera lex aut interpretatio authentica, nisi contrarium appareat ex tenore ipsius documenti. Secus, aut non est stricta lex, aut est lex specialis vel particularis.

Ratione igitur auctoris, maioris sunt momenti et valoris documenta Romanorum Pontificum, vel Concilii oecumcnici, vel Pont. Commissionis Interpretis13. Sed prae oculis est habenda doctrina communis iuxta quam Dicasteriis Curiae Romanae non est deneganda absolute potestas legislativa, quamvis eorum potestas definiri debeat primario administrativo-exsecutiva.

Quare documenta Curiae Romanae, quibusdam sub conditionibus, induere possunt etiam, praesertim in parte dispositiva, naturam verae legis universalis vel particularis. Praeterea ipsa potestas administrativoexsecutiva, quae primario convenit Dicasteriis Curiae Romanae, includit necessario quamdam potestatem interpretativam authenticam, aut per modum rescripti in casu peculiari, aut per modum instructionis, aut per modum sententiae, etc.

3*Natura documenti.* In fine, natura intrinseca documenti vigilanter perpendenda est omniaque interpretationis criteria applicanda.

Sub respectu iuridico, opus est accurate determinare condicionem universalem vel generalem, aut particularem vel specialem documenti: utrum nempe datum fuerit pro universa ecclesia omnibusque fidelibus, aut pro aliquo tantum territorio, regione, coetu fidelium vel personarum. Ex his enim potest inferri utrum agatur de lege universali vel generali, ubique et pro omnibus cogente, aut de lege particulari vel speciali vim habente in aliquo tantum territorio vel pro aliquibus tantum personis. Quod maximi est momenti pro recta documenti interpretatione et applicatione. Unde in singulis decretis, decisionibus, rescriptis, instructionibus, monitis, epistulis vel litteris circularibus, resolutionibus, sententiis, dubiis, responsis, etc. attente perspicienda est documenti materia, occasio, ambitus, modus, forma circumstantiacque omnes, ut clare appareat ipsius documenti valor et natura.

Ad detegendam condicionem generalem vel particularem documentorum adhiberi possunt nota criteria:

a) Si documentum agit de rebus generalibus, respicit negotia abstracta, solvit totum genus causarum, fertur pro tota communitate, inscribitur generali modo sine mentione personarum, dioecesium vel locorum particularium, aut Urbi ct Orbi dirigitur, tunc sufficientia ostendit signa quae documentum *formaliter* et *realiter generale* aperte definiunt.

b) Si documentum agit de re seu negotio concreto, particulari, personali vel locali, dirigitur explicite ad loca vel personas singulas vel particulares cum mentione expressa dioecesis, religionis vel personarum, solvit causam vel casum concretum et determinatum, ut accidit plerumque in sententiis, decisionibus, resolutionibus, rescriptis, induitis, etc., haud dubie considerandum est tale documentum ut *formaliter* et *realiter particulare.*

c) Si vero documentum, iuxta criteria praedicta, definiendum esset *formaliter particulare,* nam formam exhibet documenti particularis propter personas concretas, dioeceses, religiones, loca ad quae dirigitur, sed etiam considerari posset ut *realiter generale,* nam re vera solvit quaestionem, negotium seu casum generalem, auctores dividuntur in aestimanda documenti condicione particulari vel generali. In praxi tamen non videtur urgenda condicio generalis, quamvis documentum contineat optimum critérium generale interpretationis legis.

Haec omnia in singulis casibus recte examinanda atque perpendenda sunt» ut singulis documentis propria vis et valor tribuatur.

gunt typographicam formam typisque omnino parvis utuntur collectores et editores legum civilium, ut in Gallia, «Recueil Sirey» vel «Dalloz», in Hispania «Repertorio cronolôgico de legislaciôn» a cl. Aranzadi editum, in Italia. «Le leggi», etc.

II Ita maioris solent esse momenti et valoris Litterae Encyclicae, Constitutiones et Litterae Apostolicae, Concordata, acta Motu Proprio data. Responsa authentica, instructiones. Decreta, quam merae declarationes, notificationes. responsiones, facultates, rescripta, etc.

a Cf. AAS 2 (1910) 37-39.

u Praestat in mentem revocare facultatem die 9 decembris 1917: AAA 11 (1919) 480 not. 1: LE 63 a plenario coetu Pont. Commissionis Interpretis concessam Praesidi eiusdem Commissionis, dandi solus in dubiis minoris difficultatis interpretationes authenticas canonum Codicis. Unde interpretationes a solo Praeside. servatis servandis latae, eamdem vim habent ac si datae essent a tota Commissione. Qua de causa nullam distinctionem inter interpretationes solius Praesidis et totius Commissionis, ad valorem documenti quod attinet, appono.

OPPORTUNITAS COLLECTIONIS

Praesentia *documentorum collectanea publici hiris fiunt cum ipse Codex iuris canonici, anno 1917 promulgatus,* in crisim hodie vocatur. Unde non deficient viri qui haec collectanea reputabunt superflua, inutilia aut extra tempus edita.

Libenter admitto praesentis temporis condiciones minus favere huiusmodi collectaneis. Attamen agitur de opere quod inde a pluribus annis erat aggrediendum; unde valet semper conclusio: «sero potius quam numquam».

Praeterea eius utilitas solo Codice non absolvitur: plura enim adsunt documenta quae alias varias *offerunt utilitates doctrinales,* pastorales, prudentis regiminis, etc., quae valorem retinent perennem, sive intra sive extra Codicem inveniantur.

iVovus tandem reformatus optatusque Codex iuris canonici, quibusvis criteriis ac methodis conficiatur, omnino abstrahere nequit ab experientia et jurisprudentia horum quinquaginta annorum. Ideo, quamvis novus Codex disciplinam hucusque vigentem in multis vel in paucis immutet, praesens documentorum, praecipue recentioris aetatis, collectio propriam retinet utilitatem, sive ut fontes novi Codicis, sive ut elementa evolutionis futurae disciplinae.

Optatas omnes utilitates ut hoc collectaneorum opus inducat, faxit Deus, Primus et Ultimus populorum Rector.

Scribebam Romae, die *22* augusti 1966, in festo Immaculati Cordis Beatae Virginis Mariae.

Xaverius Ochoa

ABBREVIATIONS ET SIGNA

AAS	=	Acta Apostolicae Sedis. Commentarium Officiale. Romae-Civitate Vaticana. Citantur: volumen, annus ct paginae.
Acta Greg. XVI	=	Acta Gregorii papae XVI, scilicet Constitutiones. Bullae, Litterae Apostolicae, Epistulae, auspice Card. V. Vannutelli, cura et studio A. M. Bcmasconi. Romae. Cit.: volumen et paginae.
Acta Leonis XIII	=	Leonis XIII, Pontifias Maximi, Acta. Romae. Cit. volumen ct paginae.
Actn Pii IX	=	Pii IX Pontificis Maximi Acta. Romae. Cit. Pars, vol. et pag.
Acta Pii X	=	Pii X Pontificis Maximi Acta. Romae. Cit. vol. ct paginae.
Acta Pontificia	=	Acta Pontificia ct decreta sacrarum Romanarum Congregationum. Romae. Cit. volumen, annus, pag.
Adn.	=	Adnotationes.
AKKR	=	Archiv fiir katholisches Kirchenrecht. Innsbruck-Mainz. Cit. vol., annus, pag.
ATP	=	Analecta iuris pontificii. Romae-Paris. Cit. tomus, annus, paginae.
Alloc.	=	Allocutio.
Analecta Augustiniana	=	Analecta Augustiniana Divo Parenti Augustino dicata. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
AnE	=	Analecta Ecclesiastica. Revue Romaine. Cit. vol., annus, paginae.
AOCD	=	Acta Ordinis Carmel:tarum Discalceatorum = Excalceatorum. Romae. Cit, vol., annus, paginae.
AOFM	=	Acta Ordinis Fratrum Minorum vel ad Ordinem quoquo modo pertinentia. Ad Garas Aequas. Cit. vol., annus, paginae.
AOMCap.	=	Acta Ordinis Minorum Cappucinorum. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
AOSB	=	z\cta Ordinis Sancti Benedicti. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
AOST	=	Acta Ordinis Sanctisimae Trinitatis. Romae. Gt. vol., annus, paginae.
AOP	=	Analecta Sacri Ordinis Fratrum Praedicatorum. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
Ap.	=	Apostolicus, a, um.
Apoll.	=	Apollinaris. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
Apr.	=	Aprilis.
Aug.	=	Augustus.
Archiep.	=	Archiepiscopus.
ASS	=	Acta Sanctae Sedis. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
Bouscaren	=	T. L. Bouscaren, The canon Law Digest. Milwaukee. Vol. I, 1917-1933 (cd. altera 1958; Vol. II. 1933-1942 (editio an. 1956); Vol. III, 1942-1953 (ed. altera 1956); T. L. Bouscaren-I. I. O'Connor, Vol. IV, 1953-1957 (cd. altera 1960); Vol. V, 1958-1962. Cit. volumen et paginae.
Br.	=	Breve Apostolicum.
Bui.	=	Bulla Apostolica.
Bull. Rom.	=	Bullarum, Diplomatum ct privilegiorum sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis editio. Augustae Taurinorum. Cit. tomus et paginae.
Bull. Rom. Cont.	=	Bullarii Romani continuatio Summorum Pontificum. Prati. Cit. tomus ct paginae.
Cane. Ap.	=	Concellaria Apostolica.
Caprile	=	G. Caprile, Al servizio dclla Chicsa. I Documenti Pontifici riguardanti le Congregazioni Mariane da S. Pio X a Pio XII. Roma. Gtantur paginae
Card.	=	Cardinalis.
Chir.	=	Chirographum Pontificium.
CIC	=	Codex luris Canonici. Romae 1917. Citantur canones.
CICF	=	Codicis Iuris Canonici Fontes, cura Emi.mi Petri Card. Gaspairi editi, 9 vol., Romae (deinde Civitate Vaticana). VoL 7-9 cd. cura ct studio Emi.mi lustiniani Gird. Sercdi. Citatur numerus progrediens documentorum.

	= Circularis littera seu *epistula.*
Civardi	= *L. Gvardi,* ALanuale *di Azione* Cattolica. Roma ed 8 anni 1932. Cit. vol. er paginae.
GM	= Collectanea *Mcchliniensia.* Commentarius scientiarum ecclesiasticarum. Malines. Gr. tomus, annus, paginae.
Coda matrimonialis	= Codex matrimonialis. De matrimonio acta Sanctae Sedis post Codicis Iuris canonici promulgationem edita systematice collegit V. Fagiolo. Vitcrbii 1961. Citantur paginae.
Cod. Orient.	= Codex iuris canonici orientalis. Cit. canones.
	= Coetus Cardinalium specialiter deputatorum.
COFMConv.	= Commentarium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventunlium. Romae. Gt. vol., annus, paginae.
Collectio Decretorum	= *Collectio decretorum ad* sacram Liturgiam spectantium ab anno 1927 ad annum 1946. Romae. Gr. numerus progrediens collectionis.
Com. BibL	= Pontificia Commissio de re biblica.
Com. Inrp.	= Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos.
Corn. Rus.	= Pontifida Commissio pro Russia.
Consccr.	= Consecratio.
Const. Ap.	= Constitutio Apostolica.
Conv. (Cv.) c.	— Conventio cum.
	= Collectanea Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. Romae. Cit. numerus progrediens.
CpR	= Commentarium pro Religiosis et Afissionariis. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
	= The Clergy Review. A Magazine for the Clergy. London. Cit. vol., annus, paginae.
DAI	= Decreta authentica S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae ab anno 1668 ad annum 1882 edita iussu et auctoritate S. D. N. Leonis Pp. XIII. Ratisbonac 1883. Gt. numerus progrediens = J. Schneider, Rescripta authentica S. C. Indulgentiis Sacrisquc Reliquiis praepositae necnon Summaria Indulgentiarum. Rarisbonae 1885. Cit. num. progrediens.
DAR	= Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum. Romae. Cit. numerus progrediens.
Dat. Ap.	= Dataria Apostolica.
Dccis.	= Decisio.
Decl.	= Declaratio.
	= Decretum.
Doc. Cath.	= La Documentation Catholique. Paris. Gt. tom., annus, paginae.
	= Ephemerides Liturgicac. Romae. Cit. voL, annus, pag.
ELIP	= Ephemerides Liturgicae. lus et Praxis Liturgica. Cit. vol., annus, paginae.
	= Litterae Encyclicae seu Epistula Encyclica.
Ep.	= Episcopus.
ER	= The American Ecclesiastical Review. Washington (= The Ecclesiastical Review. Philadelphia). Gt. vol., annus, paginae.
Facult.	= Facultas, Facultates.
Feb.	= Februarius.
Hort.	= Hortatio Apostolica.
	= lanuarius.
1ER	= The Irish Ecclesiastical Record. Dublin. Cit. vol., annus, paginae.
lui.	= lulius.
Ion.	= Iunius.
Induit.	= Indultum.
Instr.	= Instructio.
IP	= Ius Pontificium. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
IPPF	— luris Pontificii de Propaganda Fide, auspice Card. I. Simeone, cura et sudio Raphaelis de Martinis. Romae. Cit. Pars, vol. et paginae.
Jurist	= The Jurist. Washington. Gt. vol., annus, paginae.
	= Leges Ecclesiae post Codicem iuris canonici editae. Cit. numerus progrediens.
Lit. Ap.	— Littera Apostolica.

ABBREVIATIONES ET SIGNA

Lit. Cire.	—	Litterae Circulares.
Mai.	=	Maius.
Mnr.	=	Martius.
ME	=	Il Monitore Ecclesiastico = Monitor Ecclesiasticus. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
Mon.	=	Monitum.
MP (Motu Pr.)	=	Motu Proprio.
n.	=	numerus.
Nor., Norm.	=	Norma, Normae.
Nov.	=	November.
nor.	=	Nota.
Notif.	=	Notificatio.
NrT	=	Nouvelle Revue Théologique. Louvain. Cit. tomus, annus, paginae.
Pal. Clero	=	Palestra del Clero. Rovigo. Cit. vol., annus, paginae.
Pallottini	=	S. Pallottini, Collectio omnium conclusionum ct resolutionum, quae in causis propositis apud S. C. Card. S. Conc. Tridentini Interpretum prodierunt. Cit. tomus, pagina, numerus.
Part.	=	Particularis, Particulare.
Praef.	=	Praefectus.
PrM	=	Periodica de re morali, canonica, liturgica. Romae. Cit. vol., annus, paginae.
Prot.	=	Protocolli numerus.
Ratihab.	=	Ratihabitio.
REDC	=	Revista espanola de derecho canonico. Salamanca. Cit. vol., annus, paginae.
Regatillo	=	E. F. Rcgatillo, Interpretatio et lurisprudencia Codicis Iuris Canonici. Ed. 3 Santander 1953.
Rcscr.	=	Rescriptum.
Resol.	=	Resolutio.
Resp.	=	Responsum, Responsio.
Rot. Rom.	=	Tribunal Sacrae Rotae Romanae.
SC Caer.	=	Sacra Congregatio Caeremonialis.
SC Conc.	=	Sacra Congregatio Concilii.
SC Cons.	—	Sacra Congregatio Consistorialis.
SC NEE	—	Sacra Congregatio pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis.
SC Or., SC Orient.	=	Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali.
SC PF., Prop. Fide	=	Sacra Congregatio de Propaganda Fide.
SC Rd.	=	Sacra Congregatio Religiosorum, seu negotiis religiosorum praeposita.
SC Rit.	=	Sacra Congregatio Sacrorum Rituum.
SC Sacr.	=	Sacra Congregatio Sacramentorum, seu de disciplina Sacramentorum.
SC S. Officii	=	Suprema Congregatio Sancti Officii.
SC Stud.	=	Sacra Congregatio Studiorum, seu de Seminariis et Universitatibus Studiorum.
S. Poen., Pacn.	=	Sacra Poenitentiaria (=Paenitentiaria) Apostolica.
S. R. Rota	=	Tribunal Sacrae Romanae Rotae.
Secr.	=	Secretarius.
Secr. Status	=	Secretarius, seu a Secretis Status.
Sep.	=	September.
Sign. Ap.	=	Tribunal Signaturae Apostolicae.
Summ.	=	Summarium.
Sylloge	=	Sylloge praecipuorum documentorum recentium Summorum Pontificum ct Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, necnon aliarum Congregationum Romanarum ad usum Missionariorum. Romae. Cit. numerus marginalis.
TpQ	=	Theologisch-praktische Quartalschrift. Linz. Cit. vol., annus, paginae.
Vie. Urbis	=	Vicariatus Urbis.
[ ]	=	Verba ab auctore huius collectionis addita.
/	=	Locum aut verbum indicat ubi incipiunt paginae Actorum Ap. Sedis.

PARVI NUMERI MARGINALES INDICANT PAGINAS ACTORUM APOSTOLICAE SEDIS.

INDEX CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM

N.	An.	M.	D.		Columna
1	1917	Ian	2	SC Consistorialis, Decr. *Ut ius certum,* Ad Revmos Italiae Ordinarios: De ordinatione clericorum militare servitium obeuntium.....	1
2	1917	Ian	12	SC Rituum, Rcsp. *Lugdunen.,* De sacra unctione manus in ordinatione ...	1-2
3	1917	Ian	19	SC Sacramentorum, *Resol.:* Praesumptae mortis coniugis.....	2-3
4	1917	Ian	26	SC Rituum, Resp. *Carcassonem,* Dubia circa solemnitates translatas in Gallia.....	3-4
5	1917	Ian	27	SC Concilii, Resol. *Apuana,* Interpretationis voluntatis.....	4-8
6	1917	Ian	27	SC Concilii, ResoL *Pisauren.,* Associationis cadaverum, a parocho vel cappellano.....	8-11
7	1917	Ian	27	SC Concilii, ResoL *Dioecesis T.,* Incardinationis religiosi saecularizati...	11-14
8	1917	Ian	27	SC Concilii, Resol. *Volaterrana,* Optionis et nominationis ad canonicatus	15-20
9	19171	an	29	SC Concilii, Decr. *Pia mater Ecclesia,* Super lege abstinentiae in proxima quadragesima.....	21
10	1917	Feb	1	SC Religiosorum, Resp. *Cum per Breve,* Interpretatio Bullae Cruciatae pro Fratribus Minoribus in Hispania.....	21-22
11	1917	Feb	10	SC Consistorialis, Resol. *Sublacen.,* De dubio circa provisionem et distributionem sacrorum Oleorum.....	22
12	1917	Feb	10	SC Consistorialis, Resol. *Vercellen.,* De visitatione Metropolitani Capituli	23
13	1917	Feb	28	SC Rituum, Decr. *Urbis et Orbis,* De commemoratione omnium Fidelium defunctorum.....	23-24
14	1917	Feb	28	SC Rituum, *Resp.,* Dubia de Missis in commemoratione omnium Fidelium defunctorum.....	24
15	1917	Mar	3	SC Rituum, *Resp.,* Dubia de occurrentia et translatione quorundam festorum	24-25
16	1917	Mar	9	SC S. Officii, *Resp.,* De Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis conlato.....	25
17	1917	Mar	10	SC Rituum, Decr. *Per decretum Sacrae,* Decretum circa rubricas Breviarii	25-26
18	1917	Mar	17	SC Conciui, Resol. *Mandelen.,* Curae animarum et Missae pro populo ...	26-30
19	1917	Mar	17	SC Concilii, Resol. *Turritam,* Curae animarum habitualis et actualis Capituli.....	30-35
20	1917	Mar	17	SC Concilii, Resol. *Dioecesis X in Hispania,* Deliberationis Capitularis de substitutione Magistralis.....	35-37
21	1917	Mar	25	Benedictus XV, Motu proprio *Alloquentes proxime,* De attribuenda Sancto Officio censura librorum et Poenitentiariae Apostolicae concessione indulgentiarum.....	37-38
22	1917	Mar	30	Signatura Ap., Decis. *Ostiensis,* Emphyteusis latifundi Curiae episcopalis	38-42
23	1917	Mar	31	Signatura Ap., Decis. *Florentina,* lurium de sepulcris, sive nullitatis sententiae rotalis.....	42-47
24	1917	Apr	8	Benedictus XV, Motu proprio *Nobilissimam sacrarum aedium,* Dc clericorum collegio Patriarchal! Basilicae Liberianae addicendo.....	47-48
25	1917	Apr	14	Benedictus XV, Epist. *Quae omnia ad,* Tertiariis saecularibus S. Francisci datur facultas benedictionis seu absolutionis recipiendae intra octiduum festivitatum quibus ea est adnexa.....	48
26	1917	Apr	21	SC Concilii, Resol, *Lisbonem,* Exemptionis et funerum a parocho vel cappellano.....	49-52
27	1917	Apr	21	SC Concilii, Resol. *Melevitana,* Praestationis Episcopo visitanti civitatem ..... «.....	52-55

N.	Ληι.	M.	D.		Columna
28	1917	Apr	22	SC Religiosorum, Resp. *In articulo V,* Interpretatio decreti «Cum de Sacramentalibus	55
29	1917	Apr	25	SC Consistoriaus, *Resp.,* Dubia de secreto servando ab iis, qui de informationibus requiruntur circa promovendos ad Episcopatum	56
30	1917	Apr	27	SC S. Omen, Resp. *In plenario conventu,* De spiritismo.....	56
31	1917	Mai	1	Benedictus XV, Motu proprio *Dei providentis arcano,* De Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali.....	57-58
32	1917	Mai	5	BENEDICTUS XV, Epist *II* 27 *aprile,* Ad Petrum S. R- E. Card. Gasparri, a Secretis Status S. S., de pace a lesu Christo, per intercessionem SS. eius Genetricis Mariae, cuius invocatio «Regina pacis, ora pro nobis Litaniae Lauretanac additur, crebris supplicationibus impetranda	58-59
33	1917	Mai	18	SC Rituum, Resp. *Tarvesina,* De instrumentis «Campane tubolari» in organo.....	
34	1917	Mai	20	SC Religiosorum, Resp. *In generalibus comitiis,* De Societate Filiarum S. Ursulae a S. Angela Mericia.....	59-60
35	1917	Mai	27	Benedictus XV, Const. Ap. *Providentissima Mater Ecclesia,* Codex iuris canonici promulgatur.....	60-62
36	1917	Mai	28	Signatura Ap., Decis. *Manileiu,* Circumscriptionis seu super decreto de interim exsequendo.....	62-64
37	1917	lun	2	SC Concilii, Resol. *Melevitana,* luris funerandi a parocho quasi-domicilii.	65-67
38	1917	lun	15	Benedictus XV, Encycl. *Humani generis.* De praedicatione divini Verbi...	67-72
39	1917	lun	16	SC de Prop. Fide, *Litt.,* Expeditio unicae Bullae pro nominandis Episcopis per S. C. de Propaganda Fide.....	
40	1917	lun	23	SC Rituum, *Resp.,* Dubia de cantu liturgico gregoriano.....	
41	1917	lun	23	SC Rituum, Resp. *Ordinis S. Benedicti,* Dubia circa occurrentiam et concurrendam.....	
42	1917	lun	28	SC Consistoriaus, Norm. *Ut quae Beatissimus,* Normae pro sacra praedicatione	74-78
				Cap. I - A quibus et qua ratione praedicatores Verbi Dei sint eligendi..... ...	74-76
				Cap. II - Quo pacto constare debeat de idoneitate condonatoria.....	
				Cap. III- Quid in sacra praedicatione servandum sit vel vitandum.....	76- 77
				Cap. IV- Cui et quomodo interdicenda praedicatio	77-78
				Cap. V - De praeparatione remota ad ministerium praedicationis	
43	1917	luu	2	SC Sacramentorum, *Resp.,* Amissio pensionis civilis non est causa sufficiens ad celebrationem matrimonii canonici absque ritu civili ...	
44	1917	Iui	6	S. Poenitentiaria, *Resp.,* Dubia circa altaria privilegiata et Missas in eis celebrandas.....	79
45	1917	Iui	7	S. Poenitentiaria, *Resp.,* De indulgentiis quoad fideles ritus orientalis ...	79
46	1917	Iui	14	SC Conciui, Resol. *Quebecen.,* Onerum choralium, seu praebendarum ...	79-82
47	1917	Iui	14	SC Concilii, Resol. *Tranen.,* Participationis seu divisionis summae.....	82-85
48	1917	Iui	16	Benedictus XV, Epist. Ap. *Qui, Cancellarii munere,* Ad Petrum S. R. E. Card. La Fontaine, Patriarcham Venetiarum, gratias persolvens de officiosissimis litteris quibus ille, una cum Doctoribus disciplinae hiris tradendae, de novi Codicis promulgatione B. P. gratulatus est.	85-86
49	1917	Iui	25	SC S. Officii, Deci. *Explorati iuris est,* De assistentia missionariorum matrimoniis hercticorum et infidelium tamquam officialium civilium	86
50	1917	Aug	7	SC Studiorum, Decr. *Cum novum iuris,* De novo iuris canonici Codice in scholis proponendo.....	86-87
51	1917	Aug	20	SC Conciui, Resol. *Civitatis Castelli et Alatrina,* Cathedratici, vacante sede episcopali.....	87-89
52	1917	Aug	20	Secretaria Status, Decr. *Episcopi aliive locorum,* De praescriptis aliquorum Codicis canonum anticipandis.....	89-90
53	1917	Sep	15	Benedictus XV, Motu proprio *Cum iuris canonici.* Commissio instituitur ad Codicis canones authentice interpretandos.....	90-91
54	1917	Oct	15	Benedictus XV, Motu proprio *Orientis catholici ad,* De instituto Pontificio studiis rerum orientalium provehendis.....	91
55	1917	Oct	17	Secretaria Status, Deci. *In officiali Codicis iuris,* Nonnullae mendae corrigendae in editione officiali Codicis iuris Canonici	92

N.	An.	M.	D.		Columna
56	1917	Oct	22	S. Poenitentiaria, *Resp.,* Quo modo mutilati indulgentias lucrari possint quibusdam actibus cultus adnexas	92-93
57	1917	Nov	6	SC Religiosorum, *Induit.,* Facultas datur dispensandi super irregularitate ex defectu digitorum, causa Aailneris in bello accepti	93
58	1917	Nov	10	SC Concilii, Resol. *Paderbornen.,* Super eleemosynis Missarum integre tradendis	93-96
59	1917	Nov	19	SC Consistoriaus, Decr. *Ui curae et regimini,* Duo instituuntur Episcopi inspectores pro sacerdotibus et clericis in Francorum exercitu degentibus	96
60	1917	Nov	21	Benedictus XV, Motu proprio *Decessor noster,* De ecclesia Sanctae Mariae Angelicorum in Portiuncula Apostolicae Sedi immediate subiecta	96-97
61	1917	Nov	23	SC Rituum, Resp. *Ferentina,* Dubia circa ministros Episcopi in solemni Benedictione cum Ssmo. Sacramento	97
62	(917	Dec	9	Com. Interpres, *Resp.,* Dubium dc facultate Praesidis Commissionis Interpretis	97
63	1917	Dec	9	Com. Interpres, Resp., Dubium de iis a quibus proponi potest dubiorum solutio	98
64	1917	Dec	10	SC Consistorialis, Deci. *Cuidam Ordinario in,* Declaratio super decreto dc choreis	98
65	1917	Dec	12	SC Rituum, *Urbis et Orbis,* De elevatione ritus ad duplicem I classis die 19 martii, S. loseph Sponsi B, Mariae Virg. Conf., et die 29 septembris, in Dedicatione S. Michaelis Arch	98-99
66	1917	Dec	13	SC Religiosorum, *Induit.,* Cessat privilegium confirmandi electiones olim Ordini Praedicatorum concessum	99
67	1917	Dec	14	S. Poenitentiaria, Decr. *Postquam die 24,* Solvuntur dubia circa pium Viae Crucis exercitium et indulgentias eidem adnexas rite lucrandas	99-100
68	1917	Dec	29	SC Studiorum, Decr. *Collegii Anglici de,* Constitutiones Ven. Collegii Anglici de Urbe	100-101
69	1917	Dec	29	SC Studiorum, Decr. *Collegii Urbani cui,* Constitutiones Collegii Bedani de Urbe	101-104
70	1918	Ian	3	Com. Interpres, Resp. *Dubia:* 1 - De obligatione praecepti paschalis pro pueris ad S. Communionem admissis ante septennium. 2 - De obligatione legis ieiunii et abstinentiae in universa ecclesia	103
71	1918	Ian	10	SC de Prop. Fide, *Resp.,* Circa facultatem comulandi in impedimentis matrimonialibus dispensandis	104
72	1918	Ian	13	Com. Interpres, *Resp.,* Dubium de lege ieiunii quoad mulieres	104
73	1918	Ian	14	SC S. Officii, *Resp.,* Irregularitas ob rescissionem manus dispensari potest	104
74	1918	Ian	18	SC Rituum, *Resp.,* Dubia circa octavas simplices	105
75	1918	Feb	1	Secretaria Status, *Induit.,* Conceditur Collegio Angelico O. P. privilegium conferendi «Aggregationis» gradum in Facultate iuris	105
76	1918	Feb	9	SC Concilii, Resol. *Consentina,* Missae pro populo applicatae a parochis per turnum	105-107
77	1918	Feb	16	SC Rituum, Resp. *Lauden.,* Dubia de Collecta «pro re gravi» imperata ...	108
Urbis et Orbis, Decr. 12 mar. 1940 SC Rit uum: Ritus Benedictionis papalis super populum elargiendae servandus a sacerdotibus, quibus a S. Sede huiusmodi facultas indulta est	1521	1956
Urbis et Orbis, Dccr. 3 apr. 1940 SC Rit uum: Festum Sancti loannis Leonardi, Confessoris, ad universam ecclesiam extenditur, cum Officio et Missa sub ritu duplici minori celebrandum	1525	1957- 1958
Ut ad effectum. Norm. 28 apr. 1941 SC Sacramentorum: Normae pro exsequendo decreto diei 20 decembris 1940 de ordinandis Tribunalibus ecclesiasticis Insularum Philippinarum	1616	2056 - 2058
Ut curae et retimini, Decr. 19 nov. 1917 SC Consistorialis: Duo instituuntur Episcopi inspectores pro sacerdotibus ct clericis in Francorum exercitu degentibus..	59	96

L.ORETO

	N.	Colπmna
Ut facilius spirituali, Dccr. 22 feb. 1941 S. Paenitentiariae: Sacerdotibus, qui in peculiaribus custodiae locis detinentur, facultas conceditur sacramentalcm eorum confessionem audiendi, qui iisdem in locis quavis de causa commorantur	1597	2049-2050
Ut fideles ferventius, Decr. 12 apr. 1932 S. Poenitentiariae: De indulgentiis «Stationibus» adnexis	1084	1384
Ut in locis, Decr. 12 ian. 1933 S. Paenitentiariab: Facultates extraordinariae Patestinae confessariis Anno Sancto vertente conceduntur	1143	1441
Ut itis certum, Decr. 2 ian. 1917 SC Consistorialis: Ad Revmos Italiae Ordinarios: Dc ordinatione clericorum militare servitium obeuntium	1	1
Ut locorum Ordinarii, Normae 9 iun. 1931 SC Sacramentorum: Regulae servandae in processibus super nullitale Sacrae Ordinationis vel onerum sacris Ordinibus inhaerentium a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum editae	1032	1282-1301
Ut Missionum apud, Decr. 26 apr. 1920 SC de Prop. Fide: Super adprobatione operis S. Petri Apostoli	270	298
Ut nonnullis occurratur, Deci. 26 feb. 1927 Com. Biblicae: De laurea in Theologia ad gradus academicos in Sacra Scriptura obtinendos requisita	745	864 - 865
Ut Pia sacerdotum, Decr. 4 apr. 1926 SC de Prop. Fide: Promulgantur Statuta Generalia piae Unionis Cleri pro Missionibus atque summarium spiritualium favorum quibus eiusdem piae Unionis sodales fruuntur	697	823-824
Ut quae Beatissimus, Normae 28 iun. 1917 SC Consistorialis: Normae pro sacra praedicatione	42	74-78
Ut sacrorum alumni, Decr. 1 scp. 1933 SC Studiorum: Canonice erigitur Romae penes Pont. Athen. Urbanianum Institutum Missionale Scientificum cum iure gradus conferendi	M87	1511
Ut septimi pleni, Decr. 10 iul. 1924 S. Poenitentiariae: De normis in concedenda et lucranda indulgentia Portiunculae	604	701-702
Ut spirituali regimini, Decr. 30 apr. 1918 SC Consistorialis: De cura spirituali clericorum militantium in classi Francorum	38	120-121
Ut universa cooperationis, Instr. 9 mar. 1937 SC de Prop. Fide: De coordinatione Piae Unionis Cleri pro Missionibus cum operibus missionalibus	1370	1787-1788
Utinen. Vide etiam *Cuneen. et Utinen.*		
Utinen., Resol. 19 feb. 1921 SC Concilii: Collationis paroeciae a Capitulo vel Episcopo faciendae	333	368 - 370
Utinen., Resol. 14 ian. 1922 SC Concilii: Dismembrationis paroeciarum	387	420-423
Utinen., Resol. 10 feb. .1923 SC Concilii: Collationis mansionariatuum	493	532-535
Valde compertum est, Decr. 2 oct. 1935 S. Paenitentiariae: Pium exercitium visitationis vulgo dictae «septem altarium» novis indulgentiis augetur	1289	1639-1640
Varsavien., Decr. 4 apr. 1920 SC Studiorum, *Academia ecclesiastica Varsaviensis:* Facultas Catholica scientiarum ecclesiasticarum in Universitate Varsavicnsi canonice erigitur cum iure conferendi triplicem Lauream	264	292 - 293
Vercellen, Resol. 10 feb. 1917 SC Consistorialis: De visitatione Metropolitani Capituli	12	23
Veroncn. et aliarum in ditione Veneta, Resol. 14 feb. 1920 SC Concilii: Iurispatronatus popularis	248	282-283
Versalien., Decis. 2 aug. 1918 Coetus Cardinalium: Nullitatis matrimonii ex conditione apposita	117	146-147
Vi supremi apostolatus, Instr. 12 ian. 1930 SC Concilii: Ad Ordinarios Dioecesanos: de inhonesto feminarum vestiendi more	948	1149-1150
Vicariatus Apostolici Gabonen., Resol. 8 mar. 1919 SC Rituum: Dc Benedictionibus et Sacramcntalibus pro cathecumenis	158	185
Vicariatuum Ap. Vide *Dioecesium et Vicariatnum Ap, in missionibus.*		
Vigilanti cura, ut, Encycl. 29 iun. 1936 Pπ XI: Epistula Encyclica Venerabilibus Fratribus Foederatarum Americae civitatum Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus: *De cinematographicis spectaculis*	1341	1729-1736
Viglevanen., Resol. 8 mai 1920 SC Concilii: Missae binatae ac pro populo	273	310-313
Vix ad Summi, Motu proprio 24 iun. 1929 Pu XI: Pontificium Opus «a S. Petro Apostolo» pro cleri indigenae institutione propriis et definitis Statutis donatur.	911	1091 -1093
Volaterrana, Resol. 27 ian. 1917 SC Concilii: Optionis et nominationis ad canonicatus	8	15-20
Vulgantur copiosius in. Decr. 7 iun. 1932 SC Concilii: De gratiarum et oblationum in piis ephemeridibus evulgatione	1095	1395

		Columna
Zacatecas. Vide *De Zacatecas.*		
Zagrabrien., Rcsol. 13 nov. 1920 SC C0xcn.li: Nominationis Vicariorum cooperatorum, inaudito parocho	302	339-341
Zagrabrien. et Aliarum, Decr. 9 mar. 1927 SC Rit u u m: Nova editio Missaiis Romano-Slavonici approbatur	749	867
Westmonasterien., Induit. 1 dec. 1938 SC Rit u u m: Abrogatur consuetudo addendi nomen Patroni orationi <A cunctis» in Anglia et Cambria	1456	1902
Wratislavien., Resol. 13 iul. 1918 SC COxciui: Missae pro populo a curatis paroecialibus applicandae	110	141-144
Wratislavien., ResoL 14 dec. 1918 SC Coxciui: Constitutionis Tribunalium ecclesiasticorum et assumptionis laicorum in officium iudicis ecclesiastici	136	167-170
Wratislavien. et Aliarum, Resol. 10 ian. 1920 SC Coxciin: Licentiae gestandi barbam clericis concessae	232	270 - 272

INDEX ANALYTICUS DOCUMENTORUM

Hunc *Indicem analyticum documentorum, per singulas materias et divisionem rerum digestum, dabo* in *fine* Voluminis secundi *Hic enim* talis *Index, in fine Voluminis primi, certo esset* incompletus *et fortasse* mendax.

INDEX GENERALIS HUIUS VOLUMINIS

Prolegomena	VII - XII
Abbreviationes et signa	XIII - XV
Series progrediens documentorum	1 -2104
Index chronologicus documentorum	XVII-LXXVI
Index initiorum et dioecesium quibusdocumenta interdum allegantur	LXXVII-CIV
Index analyticus documentorum *(remissive)*	cjy
Index generalis huius voluminis	CIV

1917 IAN 2,-SC CONS. DECR. AAS 9 (1917) 15-16

AD REV.MOS ITALIAE ORDINARIOS

De ordinatione clericorum militare servitium OBEUNTIUM

Ut ius certum omnibusque perspicuum statuatur circa ordinationem clericorum, qui, bello hoc perdurante. militare coacti sunt. SSrnus D. N. Benedictus PP. XV. de consulto peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium, declaravit et statuit:

1) Vetitum omnino esto, gravissimis de causis, quemlibet clericum, qui militaria stipendia faciat, vel ad militiam mox vocaturus praevideatur etsi aliunde dignum et idoneum, ad sacrum subdiaconatus ordinem promovere; et super huius prohibitionis observantia omnium, ad quos spectat, conscientia graviter oneretur;

2) quod vero attinet ad ulteriorem ordinationem eorum qui in sacris iam sint constituti, si in eisdem ut supra adiunctis versentur, recurrendum est ad respectivas Sacras Congregationes, quae in casibus singulis, necessitate aut alia gravissima causa intercedente eaque comprobata, legitimo insuper studiorum cursu ab ordinando emenso et proprio Dioecesis aut Religionis Ordinario postulante, opportune providebunt; semper tamen sub conditione ut candidatus congruum temporis
15 spatium/ obtinere queat, quo per spiritualem recollectionem ad sacram ordinationem digne se disponere valeat;

3) hisce omnibus servatis, ad petitionem Ordinarii loci aut Religionis qui ordinandi sit proprius, fas esto Ordinario Castrensi clerico, ratione militiae sibi subdito, testimoniales litteras elargiri.

Haec porro SSrnus D. N. publici iuris fieri et ab omnibus ad quos pertinent servari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Sacra autem Congregatio, praesentis Decreti publicatione usa, universos sacrorum per Italiam Antistites monet ac vehementer hortatur ut clericos, qui ad militiam vocati sunt vel erunt, diligentissima sollicitudine ac vigilantia prosequantur iuxta Litteras circulares a se datas die 16 iunii 1916 [AAS 8 (1916) 266-270].

Datum Romae, ex S. Congr. Consistoriali, die 2 ianuarii 1917.—C. Card. De Lai, Episcopus Sabinen., *Seer.* V Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

Adn. I. C In PrM 8 (1920) 155.

2

1917 IAN 12,-SC RITUUM, RESP. AAS 9 (1917) 351-352

LUGDUNEN.

De sacra unctione manus in ordinatione

R. D. S. Kyne, missionarius in civitate Lugdunensi degens. Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia solvenda humiliter proposuit, nimirum:

I. An per verbum *palmas,* de quo Pontificale Romanum. loquens de unctione manuum presbyteri, dicit: unflit *totaliter palmas»* intelligenda sit tantum illa pars
X2 manus quae sese extendit a brachio usque/ ad digitos vel comprehendi debeant etiam tres digiti qui dicuntur medius, annularis et minimus?

II. *Et quatenus negative ad secundam partem,* unctio in ordinatione extendine debet usque ad extremum horum trium digitorum vel restringi ad illam partem manus quae vulgo dicitur *palma manus,* id est quae rese extendit a brachio usque ad digitos exclusive?

III. Utrum sacerdos miles cui ablatus est index in bello, obtenta permissione celebrandi cum *medio,* indigeat unctione istius digiti medii priusquam celebret?

Ratio dubitandi est quia quidam theologi dicunt unctionem non requiri eo quod tota manus in ordinatione consecrata est, sed rubrica de unctione manuum in pontificali non loquitur de *manu* sed de *palma.*

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit:

Ad I. Intelligenda est pars interior manus inclusis digitis, ad mentem Rubricae et formulae Pontificalis Romani.

Ad II. Provisum in L

Ad III. *Negative* et acquiescat

Atque ita rescripsit die 12 ianuarii 1917.— A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. *Pro-Praej.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. P P. in EL 31 (1917) 356-357; I. PAUWELS In PrM 9 (1921) 50.

3

1917 IAN 19.-SC SACR., RESOL. AAS 9 (1917) 120-122

Praesumptae mortis coniugis

In dioecesi N., mulier M. P., septemdecim annos agens, et F. G. eiusdem fere aetatis, legitimum matrimonium viginti sex abhinc annis contraxerunt

Verum idem vir, depravatis moribus cum esset, relicta uxore, aliam petiit civitatem, ibique, turpem degens vitam, sua bona, publico adhibito notario, abalienavit

Exeunte autem anno 1895 voluntariae ipse militiae sese addixit, maritimumque iter. Cubanam insulam petiturus, arripuit. Exinde, die scilicet 19 februarii anni 1896. ex urbe Cubana N. ad suos consobrinos epistolam misit, confirmans se in eadem insula commorari tamquam voluntarium militem, nullamque antea sui notitiam dedisse, utpote qui gravi pulmonario morbo, quem vulgo *polmonite* vocant, correptus. In praefata insuper epistola multis quidem se in eodem loco calamitatibus fuisse obnoxium retulit, necnon plura vitae discrimini infirnutatesque subiisse, bellique etiam tunc pericula ibi ingruisse. Eapropter huiusmodi asperrimae vitae pertaesus, uxoris suorumque ardenti desiderio actus, promisit se, ubi primum in patriam, favente Deo. esset rediturus, ad bonam frugem fore reversurum; itemque sua cum uxore conlugalem vitam feliciter redintegrare manifestavit Verum ex eo tempore, viginti scilicet atque uno abhinc annis, licet plures peractae fuerint investigationes. nullus amplius dc eo nuncius allatus est.

Cum itaque mulier, quae suum virum morte abreptum putat, ad novas nuptias convolare exoptet, Rmus Ordinarius N. eam unumque testem sub iuramento excussit, et nonnulla documenta cx investigationibus lamdiu peractis ad tramitem Instruet. S. Officii exhiberi curavit. Cum autem circa praesumptam mortem anceps sit m casu, omnia ad hanc Sacram Congregationem detulit, supplicemquc libellum mulieris commendavit.

Adxotanda. — I. In casu, inspectis processus actis, authentica documenta quae viri obitum F. G. demonstrent, desiderantur. Adiuncta tamen/ eiusmodl adsunt cx quibus 121
iure idem obitus praesumi potest. Atque in prunis nobis praesto est diuturnum temporis spatium, videlicet unius et viginti annorum, ex quo nulla amplius de ipso notitia habita est.

II. Eo vel magis quod idem vir. quamvis vitiis irretitus, mulieri valedixerit, seque voluntariae militiae exeunte anno 1895 addixerit in Cubana insula dimicandi causa, protinus tamen de malefactis animo angi coepit, tusamque suis consanguineis epistolam misit, in qua voluntatem patefecit tum ad bonam frugem revertendi, tum patriam remeandi.

ut coniugalem vitam cum uxore instauraret. Ista sane inter aha in eadem epistola ipse refert: " Si antea rescipessus fuissem, quam has regiones petere: mullae sunt " calamitates quae tempore belli perferuntur. Hic enim " plures occubuisse milites ferunt vomito, vel morbo frobre " *tjizlla* correptes: istaquc regio magnum detrimentum sa- " 'uti affert Voe omnes, praecipue meam uxorem, reeor- " datione prosequor. Si Ipsa vesque omnes, quae patior. " perspiceretis, mihi ignosceretis, cunctaquc oblivioni daretis. Merito, propter ea quae peregi, prénom persolvo: " hic enim aegra ducitur vita, edam propter ingentes - eoiores Si Dominus sinet elusmodl vitae experimentum " finem habere, mens est iterum meae uxori adhaerere atque Laborare, prout hominem decet, ut felicitate una " cum ipsa fruar. Valde ipsius reminiscor, atque cogito " quod numquam a me derelinquenda fuisset, neque me " hisce perferendis laboribus sublicere debuissem, Quam- " primum mflii responsum praebltote, meque de cunctis e - familia ac potissunum de mea uxore certiorem reddite "

Post haec nulla ab eo alia epistola fuit conscripta, nec aliquid de ipso viginti unius annorum spatio rescitum est.

HL Ad roborandam viri mortis praesumptionem, aha accedit ratio desumpta ex peculunous locorum circumstantiis ubi idem mansit Notum siquidem est quod maritimum iter peragens, Cubanam petiturus insulam, pulmonario morbo correptus, pluribus diebus in nosocomio decere coactus est. antequam m cohortem (repoliento) sibi designatam adscriberetur. Exir.dc nubtiae labores perferre eccpit haud firmis viribus. Quin imo. ut: ab ipso viro relatum est. annalesque eiusdem temporis confirmant, lethalis in eadem insula valde tunc grassabatur morbus, quem febbre pialia appellant, unde plerique. praesertim ex exteris, eo correpti, vium amittebant. Quapropter facile praesumi potest ipsum, uve militari servitio haud idoneum, sive ob vires aegritudine vitxlsque debilitatas, furente bello vel contagioso serpente morbo, diem suum obisse.

IV. Frustra insuper de eodem viro conquisitum fuisse
122 constat tum/ ab ipsius consanruineis. tum ab auctontatc civili, uti vocant, nec non a militari atque ecclesiastica.

Rumor quidem exortus est percrebuitque. ipsum lue fuisse abreptum mense luito anni 1896. at hoc certis argumeoUs minime comprobari posse videtur. Nec mirandum, saeviente bello atque enuncUto grassante morbo, de cuxicUs. qui ob utramque causam occuburre. referr. haud potuisse.

Emi ac Rf&l Patres in plenario Conventu habito die 19 ianuarn 1917, omnibus mature perpensis, proposito dubio: An Oratrici M P. permitti posait tranxitus ad alias nuptias in caru. respondendum censucrunt: Affirmance.—A. Capoigs-π. Ep. Thermen.. Secr.

Ad I. *Affirmativc9* attento tamen decreto π - declarationis praefati Indulti pro solemnitate Festo- rUI?--}ran5icrcncia diei 2 decembris 1891 [DAR n. 31 J»

Ad II. A//irmatwe pro his Galliae Dioecesibus quibus memorata Indulta concessa fuerunt; servatis tamen eorumdem clausulis et conditionibus.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 26 ianuarii 1917.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinac. S. R. C. Pro-Prae/. Alexander Vcrdc, *Secr.*

Ado. I. **PAUWEL5 in PrM 8 (1920) 264-265.**

1917 IAN 26.-SC RIT., RESP. AAS 9 (1917) 142-1«

CARCASSONEN.

DvBU. **CIRCA SOLEMNTTATES TRANSLATAS IN' GA!J T***

Hodiemus Vicarius generalis Dioecesis Carcassonensfe, de mandato sui Rrftl Episcopi. Sacrae Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna solutione humiliter subiecit; nimirum:

Per Indultum Cardinalis Caprara sub die 9 aprilis 1802. et subséquentes declarationes, in Gallia quorumdam Festorum feriatio ita supprimitur In eorum die proprio, ut solemnitas cum feriatione transferatur in Dominicam non impeditam proxime sequentem, in qua Dominica et solemnitate unica Missa solemnis vel cantata celebranda est de die Festo quod ita debite ac devote colitur.

Hinc quaeritur:

L An praefatum Indultum Cardinalis Caprara hucusque observatum in Gallia, in eo quod attinet ad celebrationem Missae de solemnitate translata, adhuc vigeat, non obstantibus novis rubricis et decretis de Festis ad Dominicam pro solemnitate translatis'*

Et quum post Dogmaticam definitionem Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis anno 1854 solemnlter promulgatam, peculiaria Indulta ab Apostolica Sede concessa fuerint Dioecesibus Galliae, ut Festi Immaculatae Conceptionis B. M V. solemnitas externa celebretur Dominica Adventus ipsum Festum proxime sc-?uente. cum unica Missa solemn! vel cantata de Ipso esto, quaeritur:

II. An haec Indulta in suo vigore adhuc maneant?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis quaestionibus ita respondendum cerxsuit:

1917 LAN 27.-SC CONC. RESOL. AAS 9 (1917) 234-241

APUANA

Interpretationis voluntatis. Die *27 ianuarii 1917*

Spectes facti. - Ultimo quo decessit elogio, dato Apuae die 6 februarii 1865. p:us quidam testator, nonnullis praelegatis, de bonis suis in hunc modum dispo suit: < Del rimanente de' miei beni formo unTnstitu- .* zione di diffusione di buoni libri morali, come segue:

" Tale Istituzione avrà un'Amministrazione econo- " mica composta dei Parrochi della Città presieduti da " Mons. Vescovo o da chi in Pontremoli lo rappresenta. " Essa ogni anno rivedrà i conti e provvederà. A conti - riveduti, ogni Parroco riceverà un'elemosina di sei - franchi per celebrare ciascuno una Messa, onde render " propiz.a alia Istituzione la divina Onnipotenza. Dell'en- " trate nette se ne conservi sempre una porzione " abbondante per restauri e miglioramenti ordinari e " per riparazioni e casi straordinarissimi. Il rimanente " delle entrate venga ogni anno speso tutto in libri. * come dirô. o in cio che formerà pol subietto di altra " Istituzione. sostituita come infra alia presente ...

- I. Mons. Vescovo s'informerà continuamente del " buoni libri che si vanno pubblicando, che siano re- " lativi a Dogmatica, a Morale, filosofia. a diritto na- " turale, a diritto pubblico. a diritto internazionale, a " storia, a polemica religiosa, ed al modi di vivere ci- " vile, scritti in buon senso cattolico. e ne farà provyj- " sione in quella quantité che comporta l'entrata dello " anno, i quali libri dovranno tutti essere legati in • legatura fortissima e pulita. Ad ogni scolaro di buona " condotta che finiti tutti gli studi parta daUe scuole di " Seminario, Mons, farà dono di alcuni di detti libri. E ... nel caso che ven chiuse queste scuole seminaristiche, i libri si d uiranno a chi profitterà di altre scuole ecclesiastiche, o ai sacerdoti, ed anche ai laid che siano vogliosi di istruirsi.

" II. In caso che tale istituzione di diffusione di buoni libri trovasse qualche ostacolo insormontabile ad attuarsi. sostitulsco una distribuzlone di premi a quella gioventù delle parrocchie di Pontremoli, Santissima Annunziata. Mignegno e Dozzano, che pré- sentata«l alTesa/me della dottrina cristiana avanti 235 ire parrochi presieduti dal Vescovo o suo delegato, megiio avrà risposto. Anzi se fosse possibile, megiio sarebbe un Inse; amento di Catechismo di perseveranza, da farsi Duomo, sui testo dei Gaume o su quello dei Guillois. distribuendo ai piu bravi alunni dei premi di onore e invitando i padri delle più doviziose famiglie a condurvi i loro figli.

" III. Quando neppure questa surrogata istituzione del Catech:smo possa aver luogo, le entrate vadano a benefizlo di que: poveri convalescenti che siano già usciti dalio spedale, dopo un decubito ivi fatlo di sei giomi per lo meno. owero di poverissimi malati fuori di spedale. I parroci ne informeranno il Vescovo; ma si guardino dal rilasciare certificati scritti ai postulanti, per non dover certificarc come forzati od attirani delle odiosità.

IV. Se neanche questa istituzione sia cffettuabile. M Ic entrate vadano a benefizio dei Vicari di Parroci - resi impotenti o di fabbricerie di chiese di Città.

" Qualunque siasi di queste istituzioni. surrogate alla prima, che sia stata messa in azione, dovrà cessare, se awen i i) caso che la prima, levato l'ostacolo, possa ridurj ad effetto

PT°ȯ causis factum est ut nonnisi pium opus tert.o . xro et ordine a testatore intentum, ad effec-

tum deduci potuerit; ac proptcrea in statutis de re conditis, atque die 16 mail 1867 Episcopi Apuani approbatione munitis, art. 1 finis seu scopus Causae piae hisce verbis enunciatus est: " Essa ha per fine di " soccorrere quel poveri convalescenti, che, dopo un • decubito di almeno sei giorni, usciranno dallo Speda- ⁂ le di Pontremoli, od anche i poverissimi ammalati, " fuori dello Spedale ". Notatu dignum est, in actu deliberationis praefati diei 16 maii 1867, quo statuta haec approbata fuere, expressis verbis edici ·' che mons. " Vescovo ha dichiarato di derogare, in forza di spe- M ciali facoltà, a quanto nel testamento dei Pio Fonda- " tore si contenesse di contrario ai succitati Statuti ",

Quum autem nec in testamento, nec in statutis, plane definita apparerent loca seu paroeciae, ad quas pertinere deberent pauperes convalescentes e nosocomio Apuano egressi vel pauperrimi domi aegrotantes, qui beneficiis pii Operis frui possent; urgente praesertim auctoritate civili ut statuta pii Operis magis conformia efficerentur praescripto legis; Consilium administrativum, praeside Episcopo, attento quod tunc usque beneficia pii Operis erogata fuerant tantummodo favore quinque paroeciarum cfoitdtis Apuanae (dum municipium Apuanum viginti sex praeterea paroecias com- 235 plectitur), hanc limitationem seu determinationem/ in novo statuto organico, a. 1904 apposuit, ubi nempe (art 2) finis pii Operis describitur: " soccorrere quei poveri " convalescenti, che, dopo un decubito di almeno sei " giorni, usciranno dallo Spedale di Pontremoli, od M anche i poverissimi ammalati fuori dello Spedale. " appartenenti alie *cinque parrocchie di questa città* °.

Adversus hanc limitationem appositam in praefato statuto, parochus Ssmae Annuntiationis (quae paroecia parum distat a civitate Apuana. et in cuius etiam favorem testator suam secundo subrogatam institutionem disposuerat) asserere voluit, litteris ad Administrationem pii Operis a. 1906 datis, " il diritto di poter partecipare alie beneficenze suddette, a vantaggio dei "poveri della sua parrocchia Petitione autem relecta. Idem parochus novis allegationibus apud eamdem pii Operis Adnunistrationem institit, concludens " che do- " mandava di essere nominato membro effettivo della " Commissione Amministrativa di detta pia Opera, a " tutela di ogni diritto suo a vantaggio dei poveri della " sua parrocchia ". Sed per actum deliberativum diei 24 septembris 1914 Administratio pii Operis stetit in sua praecedenti denegativa decisione; contra quam parochus dic 3 martii 1915 recursum interposuit ad Sacram Hanc Congregationem, postulans declarari:

" 1) Se egli, che è parroco della Ssfna Annunziata, • sobborgo omonimo di Pontremoli. ha diritto di far M parte della Commissione Amministrativa delTOpe- " ra Pia.

" 2) Se i poveri della sua parrocchia hanno diritto " di partecipare alie beneficenze di essa Opera Pia

Synopsis discxpiatiohis. - I. *Quae* in *favorem parochi recurrentis deducta sunt.* Ad fulciendam primam petitionem parochus recurrens animadvertit paroeciam SsAàe Annunclationis. quae a moeniis civitatis Apuanae vix mille passibus distat, cuius immo primae domus abscedenti Apua post quingentos passus occurrunt, esse verum et propnum suburbium eiusdem civitatis, cum qua semper omnia communia habuit, ut testantur historiarum scriptores sive veteres, sive recentes, itemque acta ct documenta tum ecclesiastica, tum municipii, quod nuper scholam huius paroeciae inter urbanas adnumeravit. Quo posito, ex regula *accesorium sequitur naturam principalis,* deducit recurrens rectorem huius paroeciae parochum urbanum censendum «se. et ideo ius eidem competere ut In administrativum Consilium pii Operis adnumeretur, quod, ex pii testatoris voluntate, coalescere debet " ex parochis urbanis, praeside • Episcopo "

Hoc ipsum argumentum, quod nempe paroecia Ssthae 237 Annun/tlatae utpote verum suburbium civitatis, iisdem turibus in casu frui debeat quibus ceterae urbanae paroeciae, iam demonstrat pauperibus eiusdem paroeciae, sive ex nosocomio egressis, sive, quando in miserrima versentur egestate, domi aegrotantibus, ius competere participandi de reditibus pii Operis prout a testatore sunt destinati·, idque etiamsi ab hac participatione reliquae paroeciae municipii Apuani. ac illae quoque locorum vulgo Mlgncgno et Dozzano, quarum explicita mentio aliquando fit In testamento, excludi deberent: nam pro his haec peculiaris ratio non militat.

Quin etiam hanc alteram parochi petitionem, in qua summa controversiae, immo tota est. validiora etiam argumenta sustinere videntur.

Praesumi etenim debet in testatore eadem semper voluntas. usquedum positiva argumenta contrarium demonstrent. Iam vero nulla apparet ratio positiva qua demonstretur testatorem, qui secundam institutionem constituit favore quoque paroeciarum Ssftae Annunclationis. Migngno et Dozzano, in tertia institutione easdem paroecias excludere voluisse.

Stat praeterea pro paroecia Ssfliae Annunclationis etiam ratio generalis deducta ex ipsa tertia institutione in *se* considerata. Haec enim tertia institutio est, iuxta fundatoris verba, favore pauperum convalescentium, qui egressi fuerint ex nosocomio Apuano post decubitum saltem sex dierum, et pauperrimorum aegrotantium extra nosocomium. Huiusmodi verba, quum nihil ponatur quod modificet vel coarctet eorum significationem, debent profecto intelllgi In sensu magis obvio: debent nempe referri ad omnes paroecias municipii Apuani. quorum pauperes ius habent ut gratuito curentur in nosocomio Apuano. et hac ratione etiam ad paroeciam Ssihae Annunclationis. Prout enim prima institutio, nempe de libris in praemium iis sacrorum alumnis elargiendis, qui, studiis peractis, e seminario Apuano egressi fuissent, procul dubio non coarctabatur ad clericos civitatenscs sed pertinebat ad dioecesanos omnes, qui ius haberent in seminario studia peragendi; idipsum profecto sentiendum de tertia institutione quae similiter favet paupenbus, qui. convalescentes, ex nosocomio Apuano egrediantur. Nec valet opponere, dato hoc sensu, beneficium a testatore statutum vanum fieri, utpote nimis divisum. Etenim, hinc non multi de facto essent qui gaudere possent eo beneficio — cum in municipio Apuano non magnus habeatur numerus incolarum (hodie circiter 15.000 et temporibus testatoris numerus valde minor) — et plures In hisce requirantur conditiones ut frui valeant erogationibus pii Operis; inde vero annui reditus eiusdem Operis pertingunt ad summam satis conspicuam quae huiusmodi extensionem, teste Episcopo, bene permitteret. Nihil autem impedit quominus idem Episcopus, cui praesertim/ testator 238 commisisse videtur munus ipsos reditus erogandi, non omnibus. sed iis tantum qui magis egeant, succurrat.

E contrario, posita limitatione quam Consilium administrativum sustinet, ad pauperes clvitatcnses dumtaxat, quum reditus annui longe maiorem facultatem praebeant, incongruum sane supponere debemus In mente testatoris: intentionem videlicet nimis favendi paucissimis personis, in quorum favorem reditus, veram ipsarum necessitatem longe excedentes, erogasset. Atqui ⁂ in lege interpretanda non " tam verborum cortex, quam potius legislatoris mens et ⁂ intentio est inspicienda, et dispositiones factae non par- ·' tialiter sed complexive sunt examinandae " (1. 17 et 24. D. *de legatis).* Ac praeterea, etiamsi admittamus utriusque interpretationis probabilitatem, tamen benignior ct rationabilior praeferenda est, " Cum in testamento ambigue aut " etiam perperam scriptum est, benigne interpretari et se- " eundum id. qued credibile est. cogitatum credendum " est " (Marcellus. l. 24, D. *de reb.* dub. 34. 5).

II. *Quae adversus recurrentem deducuntur* a quinque civitatis Parochis hisce redeunt. Quoad primum postulatum, quo recurrens sibi vindicat ius partem habendi in Consilic administrativo pii Operis. Parochi opponunt Ipsa verba testatoris, qui explicite statuit pro sua institutione, quaecumque demum in concreto deduceretur ad actum. " un'Ammlnistrazione composta dei Parrochi dl *Città* Nec regerere valet paroeciam Ssfhae Annuntiationis habendam esse tamquam accessorium civitatis, utpote suburbium eiusdem, ac ideo etiam parochum SsAae Annuncintlonls haberi posse tamquam parochum civitatis. Ei^nlm ex ipsis recurrentis verbis, paroecia illa a civitate Apuana saltem mille passibus distat, prunaeque ipsius domus nonnisi post quingentos passus a postremis domibus civitatis occurrunt: minime igitur contigua est haec paroecia pomoerio civitatis, ideoque suburbium dici nequit. Ceterum, addunt, parochus SsÆac Annuntiationis numquam partem habuit in consortio urbano parochorum, quod, ex antiquissima fundatione. constat ex parochis civitatis. Demum, animadvertunt, etsi enunciata paroecia esset reIpsa suburbium civitatis Apuanae. in casu tamen distingui deberet quoad lus · paroeciis urbis Apuanae proprie dictae, idque ob satis perspicuam dispositionem pii testutorils. H:c enim in secunda institutione, qua constituit praemia favore adolcscenlum qui catechesi Christianae studerent, explicite distinguit paroecias urbis a paroecia Ssfllae Annunclationis. * sosti- ° tuisco —ait— una distribuzlone di premi a queIta glo- " ventù delle parrocchie di Pontremoli. Ssfha /wauazlaU, ·· Mlgnegno e Dozzano Ergo horum trium Rectores minime comprehenduntur in designatione " parrocchie Pon- " tremoli ct ideo neque in illa w parrechi dI/ Città * 239 quibus tantum Consilium administrativum coalescere debent. ex explicita testatoris voluntate.

Qued vero spectat lus participandi reditibus pii Operis a parocho assertum pauperibus suae paroeciae, ita arguunt parochi civitatis.

In primis ponunt tamquam principium, animum testatoris fuisse favere civitati Apuanae; quod colligunt non modo cx dispositione praevin. omnes tt singulas institutiones afficiente, pn Opens nempe admlnictrationrm concreditam fuisse tantummodo parochis cintatU; sed etiam ex complexu ceterarum institutionum ex ordine subrogatarum, favore nempe seminarii, vel cathedralis Apuanae. vel fabricarum ecclesiarum civitatis. Atque huc ellam facit, quod in secunda institutione, quae, utpote tenuiores r> pensas singillatim postulans, potuerat prae ceterrs maiorem extensionem accipere, haec maior extensio explicite, tamquam *per exceptionem,* fuerit enunciata: nempe, praeter civitatem, designatae etiam paroeciae Ssfhar Annunclationis. Mlgnegno et Dozzano. Atqui exceptio firmat regulam in contrarium; idcirco, ubi dees: designatio malorts extensionis. debet accipi quae ℭommuni rM. seu tn casu limitari debet beneficium in favorem civitatis dumtaxat, quod, alhs verbis, huc redit, ut principio notissimo obae-

quunur: * testator quae voluit dixit, quae non dixit non - voluit ". Data aulem exter-sicae quam recurrens vindicat, illud incongruum sequeretur. quod, ex mente testatoris, eodem eveantr redditu, ubi in singulis casious mcior exigitur expensa, ut certe est in subsidio donandis pauperibus convalescentibus aut pauperrimis domi aegrotantibus. longe ptores casus supponerentur (nempe quotquot *universum* municipium Apuanum suppeditaret) quam ubi tonge minores sumptus faciendi **essen**t, videlicet in praemiis pro chnstiana puerorum catechesi acquirendis, quam Lberalitatam testator explicite coarciatam voluit ad *quatuor loca* eiusdem muxucipii dumtaxat.

Sed praeter haec Interpretationis adminicula, gravius argumentum emergit ex verbis Ips-s testatons, qui. m tertia ordinanda subrogata Institutione. de qua agitur postquam statuisset eam esse in favorem * dei povert cor.va- tescenU. o dei poverlssimi nulali fuon dello spedale italim subdit: * *l parrcci* ne infortncrar.no ü *Vescovo;* ma " st guardi.no dal rilasciare certifieati scritu at postulanti. " per non dover certificate cerne fonati cd attirarsi odiofitâ Porro in propatulo esse videtur hos qui ita enuneiantur. * t pcrroci -, eosdem omnino esse, qui in dispos.- Lone praevia, omnes ct singulas institutiones—ut diximus— afficiente, designantur: nempe quinque eos *civitatis* parochos. qui una cum *Episcopo etformant Consilium* administrativum. At vero hi referri valent et testificari de suis 2-W subditis (atque horum dumtaxat invidiam/ vel odium formidare possunt», dc his in ctmtotc nempe exstantibus, non de alienis, exstantibus et dispersis in 24 cetens paroeciis municipii Apuani: ergo ad hos tantum subditos, seu ad pauperes dvitatenses, ex mente satis manifesta testatoris, eius pia dispositio porrigitur. Quod argumentum adeo fortiter recurrens praesensisse videtur, ut rxm aliud effugium invenerit, nisi in praetenso xibi jure paries habendi in ipso Consilio administrativo; m qua praetensione tamen contra erpHeitmn testatoris voluntatem impingit

Sed concedatur demum haec omnia argumenta ad certitudinem non attingere, et ideo adhuc dubiam testator» voluntatem manere. Omnem penitus dubitationem dispellit subsequuta usque ad recurrentis impugnationem, pacifica observantia. Etenim, ut wepius declaravit S. R. Rota: " Ob- " servantia declarat verba testatoris, quatenus essent dubia " iRccanatem. *Manutenttonis,* coram Cerro, dec, 120. n. 8. L IX. p. 1. rec.i —" Ex observantia suhsequuU satis ' remanet interprétais mens fundatoris " (Aquitana. Jurfs- * *pctr„* coram Meltio. dec. 374 a. 21. t. XI. rec.l,— Obser- ' vantia magni facienda es: pre interpretanda volunute e testatoris, quod maxime precedit quando idem observa- * tum fuit cum eademme: persona, quae successionem praetendit " (Artminen.. Sccurdo^cmiurce, coram Biehio. dec 337 n 44. t. XI, ree J, etc. At quidem, in casu, adeo aperte constat dc huiusmodi observantia, ut ne unus quidem contrarius casus, ab a, 1&67 ad praesentem diem. allegari valuerit: Inde enim ab initio administrativum Consilium restrictivam interpretationem m praxim deduxit eamque immo in statutis organicis et m reguli» pro disciplina interna pii Opens, a. 1667 conditis, tamquam fundamentum supposuit, neque exsequutores testamentarii, quorum unus luit etiam parochus Ssfliae Annunciatiorus. nec ceteri parochi. neque Episcopus. neque quotquot alii cognoscere debuerunt testatons mentem, aut m negotium interesse habuerunt, hanc restrictivam praxim ullo modo impugnarunt. Idque recurrens faleri cogitur, qui t^rr^n excipii, quoad exsequutores testamentarios, probandum esse, testatorem eisdem dum viveret mentem miam aperuiaae; quo vero ad ceteros parochos aut incola* intéressé habentes, eos vel ipsum lestamenium ignorasse. quae exceptiones (utiles esse videntur, quum, posita tam diuturna observantia et possessione lurts m civiUtcnsibus Apuani*. quaecumque eis favorabilior praesumptio amplectenda sil ac demum in praxi saltem illud sequatur, periculosum omnino esse adeo gravem Innovationem In rem lam constabilitam inducere.

Resolutio. Hisce ab ulraque parte in medium deductis, quum in plenariis Einorum ac Revmorum Pa- 24! trum comitiis, habitis die 27 lanua'rü 191" in Palatio Apostolico Vaticano, proponerentur dubia ita concinnata:

L An parocho pro tempore paroeciae Ssmae An " nunclationls in dioecesi Apuana competat ius ut no- " minetur membrum Consilii administrativi pii Operis • In casu:

" II. An et quomodo gaudere valeant beneficiis pii * Operis pauperes convalescentes enunciatae paroeciae, " qui post decubitum sex saltem dierum egressi fuerint " e nosocomio Apuano in casu;

" Et, quatenus *affirmative:*

" III. An et quomodo pauperrimi etiam aegrotantes - extra nosocomium, ad praefatam paroeciam pertinen- '* tes. iisdem beneficiis gaudere possint in casu

S. Congregatio Concilii respondendum consuit.

Ad L Negante

Ad II et III. Attentis omnibus, nihil innovandum.

Facta autem dc praemissis relatione SSn\o Dno Nostro Benedicto divina Providentia Pp. XV, in audientia mfrascnpto Secretario, die 28 eiusdem mensis et anni omnibus approbare dignata est,—L Mo r i, *Secr.*

Adn. ME **29 (1917) 313-315.**

IAN 27.-SC CONC. RESOL. AA8 9 (1917) 269-278

PISAURE N,

Associationis cadaverum, a parocho vel cappellano

27 ianuarii 1917

Species facti. - Sub a. 1824, Pisauri, intra ambi nosocomium pro dementibus curandis ex totius provinciae territorio, illique adnexa est publica ecclesia S. Benedicto dicata. Quum cogitaretur de stabili ibidem cappellano constituendo. Ordinarius a S. Sede impetravit obtinuitque, de consensu tamen parochi, privilegium exemptionis a parochi jurisdictione, ad hoc ut cappellanus posset, independenter a parocho, sacramenta in nosocomio ministrare, morituris adesse, atque cadavera, peractis exsequiis» in ipsa *ecclesia* S. Benedicti sepulturae tradere. Veruintamen privilegium, in hac postrema parte, seu quoad ecclesiasticam sepulturam, paulo post effectu suo caruit: nam sub a. 1828 conditum est Pisauri publicum coemeterium, vetitumque ne in ecclesiis aut abo quam in novo coemeterio, cadavera sepelirentur; quaestio itaque exarsit cuinam competeret vita functorum in nosocomio dementium funera ducere. Acriter contendit parochus Ss. Cassiani et Heracliani huiusmodi ius ad se tantummodo spectare, dum ex adverso tum capitulum ecclesiae cathedralis, tum alii parochi urbani obsisterent. Controversia tandem (ut latius enarratur in *Thesaur. ResoL S. C. C.,* a 1887, t. CXLVI, p. 219 ss.) composita fuit circa a. 1885 conventione facta, qua parochus Ss. Cassiani et Heracliani obtinuit ius exclusivum funerandi quoscumque dementes *advenas: ceteri* autem parochi urbani ius suum servarent circa suorum filianorum, qui in nosocomio dementium decessissent, funera. Immo parochus, ad dubia praecavenda. nonnullas normas in exsecutionem factae concordiae cappellano nosocomii sub 30 iunii 1885 praescripsit. quibus saneivit suum ius exclusivum in funera dementium *advenarum,* qui expensis ipsorum aut familiae in nosocomio degissent *(pensionati);* concessit autem cappellano facultatem peragendi exsequias, m pensis Pii Operis sustentati in nosocomio fuissent, addens tamen associationem cadaverum extra nosocomii septa, esse et manere/ exclusivum parochi ius; sartum & denique tectumque voluit ius parochorum urbanorum circa funera et associationem « dei dcfunti pensionati « della Città e Porto ». Ad rem autem animadvertendum est, luxta morem, numquam satis deplorandum, qui inolevit in pluribus hospitalibus, cadavera *communium,* ut aiunt, dementium, quorum nempe levandorum curam familia superstes non suscepisset, curru communi pauperibus destinato e manicomio Pisaurensi, *noctu,* atque ideo absque sacerdote, ad coemeterium deferri consuevisse: quapropter nullum ex iure sive onere suscepto quoad funera dementium advenarum, circa eos qui ad classem communem pertinuissent, parochus Ss. Cassiam et Heracliani commodum aut incommodum in his rerum adiunctis sentiebat.

Quum autem anno 1910 municipium Pisaurense statuisset ut etiam delatio pauperum ad coemeterium fieret diurno tempore. Ordinarius denuntiavit singulis parochis civitatis onus et officium comitandi etiam defunctos pauperes, curru communi vectos, ad coemeterium. Huic mandato statim obtemperarunt parochi omnes. ac Ss. Cassiani et Heracliani quoque parochus, quoad pauperes domi, et etiam quoad pauperes suos paroecianos in manicomio demortuos: non vero quoad alios pauperes dementes extra-urbanos, seu advenas, ad territorium provinciae spectantes. Quod quum rescivisset Ordinarius, primum parochum de officio monuit; quo detrectante et onus illud in defunctorum parochos, ac pr vo15'. 'n manicOTpd cappellanum refundente, tandem litUris decretonis diei 20 februarii 1916 decisit atque ex sua auctoritate iniunxit " che Tobbligo di

gregatlonem Concilii recursum interposuit, postulans ut declararetur idem decretum in casu non sustineri.

Sy mo f sis DisczFTATiONis. - *Favore parochi* hacc praesertim allegantur. In primis, st praesens quaestio ad tramitem iuris communis diiudicanda esset, videretur lus et officium funerandi et associandi cadavera dementium, in casu, competere *parocho* cuiusvis *proprio* ratione domicilii vel quasi domicilii. Hoc sane evincitur ex cap. Is qui, 3. De sepulturis, in VI, atque ex innumeris H. S. C. decisionibus, signanter ex tribus Bononien,. dd. 13 febr. 1694. 24 ian. 1867, 14 mail 1881. In themate proinde lus ct onus funerandi et associandi cadavera dementium in manicomio Pisauren. spectaret totius provinciae parochis: quum enim dementes rationis usu habitualiter destituti sint, habere non possunt, immo nec habere praesumuntur, in ipsis quoque dilucidis Intervallis, animum perpetuo, vel saltem ad maiorem anni
271 partem, commorandi in/ nosocomio, ut domicilium vel quasi-domlcillum acquirere valeant in paroecia Ss Cassiani ct Heracliani. in qua illud situm est.

At praesens quaestio dirimenda potius videtur ex iure particulari, quod causam habuit a rescripto apostolico diei 2 iunii 1828. quo nempe exemptio iuxta modum nosocomio concessa est. quodque deinde observantum est usque ad nostra tempora. VI etenim huius privilegii et subsequutae observantiae *cappellano* pro tempore manlcomli ius inerat, cui et officium respondebat, non solum ministrandi infirmis sacramenta, verum etiam in contigua ecclesia lustis persolutis exsequiis eorundem cadavera tumulandi. Equidem. quum, paulo post, sublata sunt omnia coemeteria particularia, et coemeterium publicum institutum fuit, quo corpora omnium defunctorum deferri deberent, tunc officium funebre, quod in ecclesia celebrari perrexit, et tumulatlo. quae in coemeterio publico extra moenia fieri debuit, distincta sunt. Attamen de iure cappellanus. qui officium funebre celebrabat, etiam corpora tumulare debebat, ideoque ea usque ad coemeterium associare. Nam institutio coemeteriorum publicorum nihil mutavit quoad lura ecclesiarum particularium, ita ut ecclesiae particulares (regulares vel saeculares), quae, ratione sepulturae electae vel gentilitiae, ius habebant funera celebrandi, ius etiam (et officium) retinuerint corpora tumulandi, non quidem in Ipsis ecclesiis aut in coemeterio contiguo, sed in coemeterio publico: non ius sed solus locus materialis mutatus est. Id constantissima huius S. C. C. Jurisprudentia firmavit, uti constat ex Camerinen., *Sepulturae, 20* novembris et 18 decembris 1819, 23 iunii et 24 novembris 1821 *(Thesaurus,* t. 79. pg. 333. 342: t. 81. pag. 189. 317): ex Dcrthonen.. Spolii, 24 martii et 14 aprilis 1821 (ibid.. t. 81. pag. 100, 128): ex Arlminen,, *Funerum,* 16 iunii 1827, ad 3, 4. 5 (ibid., t. 87. pag. KM): ex Forolivien., *Funerum, 26* innuarii 1833 (ibid., t. 93. pag. 14) : ex Aesina. *Iuris funerandi, 26* novembris 1864 <Ibld_ **t** 123. pag. 485): ex una Forolivien.. *Iuris funerandi,* 16 Septembris 1871 (ibid., t. 130, pag. 657); ex Urblnaten.. Funeri?. 14 augusti 1875 (ibid., t. 134, pag. 675: cfr. praesertim. pag. 678-679). etc. Ita ut hac In re nulla possit esse difficultas. Quamobrem cappellanus manicomii Pisaurensis, qui. anno 1828. duo iura. scilicet funerandi et tumulandi, exercebat, eadem duo iura. instituto coemeterio publico, exercere debuisset; nisi quod corpora defunctorum tumulare debuisset in coemeterio publico, ideoque ea ad hoc coemeterium associare.

Nec obticere iuvat. cappellanum manlcomli relevatum fuisse ab onere associandi ad publicum coemeterium corpora dementium, eaque proinde ibi tumulandi, propter contrariam Invectam consuetudinem. Nam In casu consuetudo legitime induci haud potuisse aut posse videtur, quip™ *pe/* a iure prohibita. Siquidem haec S. C huiusmodi consuetudinem non associandi cadavera ad sepulturam tamquam iuris corruptelam et abusum habuit, ex. gr. quum in Aouana. *Funerum,* diei 19 mali 1888, non obstante contraria observantia vi cuius mortui pauperes hospitalis S. Antonii noctu deferebantur ad sepulturam absque sacerdotis comitatu. mandavit, ut M associatio cadaverum fiat iuxta prae" scriptum Ritualis Romani Hac posita praescriptione et prohibitione, non fit locus consuetudini, ut eruitur ex cap. Cum instantia, *de censibus:* quia hoc in casu consuetudo habere nequit vim privilegii, etsi sit immemnrlalls: ex cap I. *de consuetudinibus* in VI. ct notat glossa In Clement., 1. vers. *Quantacumque. dc foro competenti.*

Neque subsum! posse videtur, cappellanum manicomii in hoc praescripsisse saltem contra ipsum parochum. Nam Curia Pisaurensi ultro fatente. parochus hic nullo unquam tempore associavit cadavera pauperum manicomil ad publicum coemeterium. Quin immo idem parochus nec ius habet hos demortuos funerandi: quod e contrario vi privilegii apostollci ac subsequutae praescriptionis unice competit cappellano manicomil. Si itaque hic solus habet ius cos funerandi, idem habere debet ius et associandi ad publicum coemeterium iblque tumulandi. Siquidem haec duo lura, licet materialiter sint distincta, iure tamen communi separari nequeunt, unde effatum: ubi *tumulus,* ibi *funus:* ac e converso. Id evincitur ex cap. *Nos instituta* 1. *de sepulturis,* nec non ex Jurisprudentia huius S. C., ex. gr. in Lucana. 17 iunii 1722. in Trldentina, 3 febr. 1724, in Civitatis Castellanae. 18 febr. 1764, ubi in folio causae adnotatur: ⁂ Exsequiae ad ritum sepeliendi pertinent, Ipsumque ⁂ actum sepeliendi comitantur, et a sepultura non sepa- • rantur

Quod si parochus S. Cassiani associat ac tumulat cadavera divltum advenarum manicomil. id repeti posse videtur vel ex electa sepultura in propria ecclesia, vel ex tacita cappcllani connivcntia et inducta consuetudine, vel etiam ex conventione.

Ceterum etiam nunc videtur parochus S. Cassiani posse sibi reservare ius funerandi ac tumulandi divites advenas manlcomli. simuloue onus imponere cappellano associandi et tumulandi eosdem pauperes m publico coemeterio. Etenim privilegium exemptionis a Jurisdictione paroeciall manicomio concessum non fuit absolute sed sub conditione, subordinatum nempe consensui parochi S. Cassiani. Huic proinde integrum erit, in illud ex toto vel ex parte consentire aut etiam limitibus suo arbitrio circumscribere.

Ex adverso tamen hacc afferuntur. - Praenotatur non esse omni dubitatione vacuum quod parochus *nunc* assumit, de domicilio demen/tium: st enim hi ob defectum voluntatis 273
pupillis aut infantibus sunt comparandi, etiam observari deoet infantes et pupillos domicilium vel quasi-domicillum sortiri iuxta voluntatem tutorum seu curatorum suorum: quapropter, quum dementes, in themate. Pisaurum sint missi a curatoribus suis, ad diuturnum tempus, pro difficilis et forsan Insanabilis morbi curatione, profecto in loco ubi morantur domicilium ac parochum proprium nanciscuntur. Quamobrem dubium non esse videtur, *de iure communi,* curam universam et etiam funera dementium, in casu, ius esse et officium parochi Ss. Cassiani et Heracliani, cuius igitur foret et cadavera universa, nulla facta distinctione inter dementes pauperes aut divites, advenas seu proprios, ad sepulturam associare.

Verum quidem est in casu, ius commune non plene vigere. attento privilegio exemptionis ab Apostolica Sede, dc consensu etiam parochi concesso: attamen quoad punctum controversum, privilegium illud invocari nequit, sive pro una sive pro altera parte, prout ex enarratis in facto, et ex eiusdem privilegii tenore, aperte liquet. Controversia enim est de associandis cadaveribus pauperum dementium, de nosocomii cella mortuaria. usque ad publicum coemeterium. Atqui de hoc privilegium non cavet, nec cavere poterat, eo quod in rerum adiunctis quae vigebant quando illud concessum est. casus id r.on ferebat, quum cadavera intra ipsa nosocomii septa, nempe in ecclesia vel circa ecclesiam nosocomio adnexam, sepelirentur. Hinc petitum et concessum est " di poter (il cappellano) tumulare i cadaveri nclla " *chiesa* di S. *Benedetto,* già fomita di convenienti sepul- " ture, senza dipendere menomamente dal parroco Si autem privilegium in casu non cavet, planum est integras suas vires exserere lus commune, quod, ut vidimus, hoc lus et onus imponit parocho loci in quo nosocomium situm est.

Ceterum etiam dato dementes, in casu, non sortiri domicilium m nosocomio, ac per illud in paroecia, sed suum servare (prout de ceteris infirmorum genenbus iure constat). quod ante Ingressum in nosocomium habuerant, et ideo, relate ad parochum Ss. Cassiani et Heracliani habendos esse tamquam advenas seu forenses (quod — sit obiter adnotatum — idem parochus, qui nunc agit, acriter impugnavit in consimili causa adversus capitulum ct confratres actitata, d. 14 mai 1887: *Thcs. CXLVI* p. 223 s.). nec in huiusmodi hypothesi parochus a controverso onere eximeretur. Nam de iure particulari, quod originem habet a quadam vetere transactione inita a. 1707 inter parochos ct Capitulum cathédrale Pisaurense — quae, quum post diuturnam observantiam, in discrimen vocata coram H. S. C fuisset, solemnem confirmationem obtinuit, per resolutionem d. 14 mart. 1E87 — funera forensium seu advenarum quorumcumque/ in civitate Pisauri de iure sunt parochi 274
4l Ulterius: neque obstat Emphyteusim alienatam fuisse fratribus Canori non solum a primo acquirente, sed a Vincendo Paolini (loscpho praemortuo) ac a filiis Toscphi, nec non a filio minoris aetatis ipsius Vincenti!. Etenim ex instrumento diei 25 iulil 1797 c^mpcrlmus Emphyteusim in solidum fratribus Vincentio et Tosepho concessam fuisse, ct per ipsos ad filios, nepotes, etc. Iam Juris doctrina est: quoties Emphyteusis *in solidum* concedatur, inter vocatos ius occrescendi locum habere, odeo ut ad sequentem generationem Emphyteusis non deveniat nisi *vocatorum* in solidum iure *resoluto.* Quare, mortuo losepho, huius portio Vincentio accrevit, et Vinccntius solus, quin aliorum con«nsus exigeretur. Emphyteusim hereditariam vel pactitiam onerosam alienare poterat (Card. De Luca. *Dc Emphyteu*ji, diseur. 20. n. 30) utpote primus acquirens. Profecto etiam ex hoc caolte de praetenso iure Angeli Paolini disputari poterat: ideoque quaestio etiam sub hoc respectu transactionis oblectum luridice esse poterat.

f 2 Sed etiam subtectum dictae transactionis item erat idoneum. Ratio dubitandi esset quia Angelus Paolini die 30 martii anno 1871, aetatis 17 annorum erat, idcoque in minori aetate constitutus. Sed cx ipso transactionis instrumento scimus Angelum Paolini non modo ab ava paterna, sed etiam a congressu legali Ven. Archiconfratemitatls a charitate erectae in Ecclesia Sancti Hieronymi Romae patrocinium habuisse: Imo in dicto documento legitur: Si " venne alia transazione dopo vari abboccamentl coi rap- " présentant! legali dei detto Angelo Paolini ... anche per " deferenza alia venerabile Congregazione di S. Girolamo " ll Cardinale Vescovo di Ostia ha acconsentito ad un'aml- " chevole transazione con la quale si imponga un per- " petun sllenzlo alia lite pendente e qualunque altra po- * tessc insorgere in futuro per questo tltolo e si rinunzi " dal Paolini a aualunque diritto potesse appartcnergli " derivante dal sudetto istrumento in atti Parmegglani *e* in " corrispettivitâ la Mensa si obbliga ", etc.

Caeterum Angelus Paolini anno 1P89 sub die 1· martii cum maioris esset aetatis annumoue 35 attigisset sub datis conditionibus, quas plene obtinuit, initam transactionem anni 1871 libere et plene confirmavit.. Siquidem in contractu diei I ** martii 1889 Angelus Paolini: 1) Obtinuit a Principe Aidnbrandini. fundi Ostiensis novo Emphvteuta. rummam libellarum 50.000 mutui causa. 2) Favore Principis AMobrandlni Angelus Paolini cessit summam annuam.
297 quam vi transactionis anni 1871/ a Mensa Episcopali percloicbaL usque ad dicti mutui extinctionem. fructibus ac taxis computatis. 3) Rev.da Camera Spoliorum, ct per ipsam Mensa Episcopalis Ostiensis, recognovit hanc Angeli Paolini cessionem favore Principis Aldobrandlni. imo fidelussit se esse soluturam praedictam summam eidem Principi si Ançelus Panlini morte corriperetur, mutuo non exstinto. et quidem sine ullo regressus iure erga eiusdem Paolini heredes. usque ad totalem dicti mutui exstinctionem. 4) In irtimlo vero 8 praefati instrumenti legitur: " In corris- ' pettîvo ll Paolini dichiara di formalmente ratiflcare e M confermare la transazione dei di 30 marzo 1871 e conse- " guentemente dichiara di *rinunclare.* come rinuncia, ad ' nmi e qualsiasi diritto. raglone e pretesa che gll fosse " romoetuta o potuta competere per la reintégrezione e M possessn dcU'utlle dominio della tenuta di Ostia in " dipendenza della originaria concessione enfiteutlca a ter- " ra generazlone mascnlina fattane ai suoi autori roiristru- " mento Parmegglani 25 luglio 1797 ed escrclbfle sia contro " la Mensa Vesc^vile Dirctttaria sia contro la persona dello * Ecc.mo signor Enfltcuta ",

Bi *Argumenta contraria, ab Ipso Anaelo Paolini adducta, tamquam fundamento destituta aestimanda sunt.* Sane ipse opponit: 1) Transactionem anni 1871 Initam fuisse dum ipse to minori aetate erat. Sed notavimus ipsum adsistentiam non modo avae paternae habuisse, sed etiam patrocinium Congressus legalis Archlconfraternitatis Sancti Hieronymi. Imo dum In maiori erat aetate, nempe anno 1889. dictam transactionem diei 30 martii 1871 libere confirmavit novo Inito contractu (et quidem pro Mensa Episcopali Ostiensi et Ipso Emphvteuta oneroso). 2) Opponit. Ipsum gravem laesionem transactione anni 1871 passum fuisse. Sed ex adverso notandum est: 1) Ipsum transactionem anni 1871 novis obtentis gratiis, videlicet mutuo libellarum 50.000, specialibus ac favorabilibus conditionibus confirmasse. Quare, dato et non concessn Ipsum damnum grave ex transactione vnnl 1871 retulisse, tamen stipulatione anni 1889 sese comrensatum sufficienter, tacite saltem declaravit. 2) Insuper mer.se martlo 1871 Codex Italicus vigebat» iuxta quem t- transactionibus gravem laesionem adducere nefas est. Oucd si res ad normam canonici luris consideretur, inter doctorcs quaestio est an laesio enormis causa sufficiens 'It ad impugnandam Initam transactionem. Etenim dum laesio enormis tantummodo iure *certo* mensuranda est. transactio e contrario de iure incerto non solum quoad •xtensionem. sed etiam *Incertum quoad eiusdem existent(arq locum* habere potest. Clarissimus Santi (Praetectionum, Retffenstuel, H. L. n. 59) concludit: * Fatemur Id admodum in facto difficile esse, ac proinde difficilem esse
258 casum rescindendae transactio/nLs ex capite laesionis enormis " Caeterum In transactione enormem laesionem Angelum Paolini passum fuisse non probatur. Addatur. Angelum Paolini ad transactionem dictam ineundam die 30 martii 1871 et a Tribunali licentiam, et etiam Congressus legalis Archlconfraternitatis S. Hieronymi patrocinium obtinuisse, rt tandem transactionem faciendam ab eius duobus affinibus, sicuti Pontificia legislatio exigebat, approbatam fuisse. 3' Opponit tertio loco, se in utroque contractu, nempe dici M martii 1871 et diei 1 martii 1889. non egisse tamquam heredem etiam fratris defuncti Philippi. At facile est respondere. illum in praedictis contractibus omnibus suis praetensis iuribus. quomodocumque ad eum pertinerent, renunciasse. praesertim quia praetensa lura fratris defuncti eadem erant quae ipse lactabat, et transactio sese extendebat ad totum ius emphyteuticum ab Ipso praetensum. Quod praetendere non poterat, nisi etiam tamquam fratris defuncti heres ipse egisset. 4) Tandem Angelus Paolini de falsitate accusat instrumentum diei 1 martli 1889. quo ipse transactionem anni 1871 confirmavit, suisque praetensis iuribus in Emphyteusi Ostiensi renunciavit. quia in instrumento diei 17 mali 1889 servatae non fuerunt conditiones In Rescripto Sacrae Congregationis Concilii diei I martii appositae. Sed Incassum.

Cum enim Princeps Aldobrandini, novus Emphyteuta, obtulisset Angelo Paolini mutuum libellarum 50.000, sicuti ipse tunc petebat, Angelus Paolini novam instantiam Sedi Apostolicae porrexit, qua declarabat se esse accepturum dictum mutuum « in corrispettivo della « piena ratifica della transazione 30 marzo 1871 e della < rinuncia ad ogni e qualsiasi diritto da parte di esso « ricorrente sulla Enfiteusi di Ostia >. Consequenter petebat Angelus Paolini ut Rev.da Camera Spoliorum et Mensa Episcopalis Ostiensis obligarentur « a garan- < tire in ogni evenienza e ouindi anche morto il Paolini « e flno alia estinzione dei mutuo il pagamento annuo « di Ure tremila (quae debebantur Angelo Paolini vi < transactionis 1871 et ipse Angelus Principi Aldobran- < dini in dicti mutui extinctionem cedebat) e senza re- « gresso verso i suoi eredi ». Sub die 1° martii Angelus Paolini rescriptum a Sacra Congregatione Concilii obtinuit, quo Emo Cardinali Camerae Spoliorum Praesidi facultas fiebat praestandi petitam cautionem *etiam nomine Mensae Episcopalis Ostiensis usque ad totalem mutui extinctionem sine regressu erga heredes* Angeli Paolini si forte hic. mutuo non exstincto, moreretur. Verum si instrumentum diei 17 martii 1889 examini subiiciatur. evidenter apparet praefati rescripti conditiones impletas fuisse.

Et cum huic instrumento Emus Praeses Reverendae Camerae Spoliorum subscripserit, et cum in praemissis instrumenti declaretur Prae/sidem Camerae Spoliorum obligationem cautionis etiam nomine *Mensae Episcopalis Ostiensis* suscepisse sicuti Rescriptum Sacrae Congregationis Concilii ei facultatem faciebat, evidens est rescriptum Sacrae Congregationis Concilii plenam executionem iuxta eiusdem Angeli Paolini voluntatem obtinuisse.

Caeterum ipse Angelus Paolini fatetur sibi, ante exarationem dicti instrumenti, rescriptum S. Congregationis Concilii ostensum fuisse, et profecto ipse instrumento non subscripsisset, si omnia ad normam dicti rescripti facta non fuissent. Sed dato etiam et non concesso, instrumentum diei 17 martii 1889 praecisione facta a dicto rescripto conditum fuisse, attamen quia rescriptum S. C. Concilii favorem continebat quem Angelus petierat et cui ipse renunciare potuisset, cum constet ipsum libere et scienter instrumentum praefatum subscripsisse, evidenter obtento rescripto renunciavlsset et non sine dolo hodie ipse de falsitate initum contractum impugnaret

Quare ex dictis evidenter deducitur petitionem Angeli Paolini omni iuridico fundamento esse destitutam.

Datum ex aedibus S. T., die 30 mensis Martii 1917.—Franciscus Solieri, *Signaturae rotans.* VISA: Evaristus Lucidi, a *Secr.* Aloisius Scialdoni. Notarius.

1917 MAR 31.-SIGN. AP..DECIS. AAS 9 (1917) 517-525

FLORENTINA

IVRIUM DE SEPULCRIS. SIVE NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS

In ordinario coetu seu congressu habito in aedibus Efhi ac Rmi P. D. Michaelis Card. Lega. Praefecti, die 12 februarii 1917, intervenientibus, una cum Patre Secretario, nonnullis Praelatis Votantibus et Referendariis, inter alia examini sublectus est recursus Sanctis Blnazzi sacerdotis adversus sententiam a S. Rota latam in causa, die 9 iunii anni 1916. ad obtinendam nullitatem dictae sententiae. Fundamento tamen boni luris destitui idem recursus visus est, atque Idcirco iuxta *Legem Propriam,* can. 40. recursus relectus est. Cum autem adversus hanc Signaturae decisionem interpositus esset novus recursus ad Eihorum Patrum eiusdem Signaturae plenarium Coetum, responsum fuit ab Erho Cardinali Praefecto, in Consueto Congressu habito dic II martii 1917: *In decisis,* addito Erhi ipsius Cardinalis

Praefert! decreto, ut extenderetur decisio. Decisio autem haec est

Sanctes Blnazzi. sacerdos ac praepositus ecclesiae parochlalis suburbanae S. Felicis ab Ema. in dioecesi florentins, die 21 augusti 1871 contractum societal!; iniit cum Sodalitate S. Marci ac SSmae Annuntiatae, quae in eadem ecclesia parochial! erecta est. ad hoc ut in coemeterio ipsius paroeciae sepulcretum in forma columbarii construeretur. Ex ea conventione omnes expensae in constructione sustinendae, nec non omnia lucro ex futuris tumulationibus percipienda in aequas portiones Praepositum inter et Sodalitaten dividenda erant Anno 188Û sacerdos Binazzj mortuus est eique successit Angelus Ciuffi, sacerdos, qui cum praefata Sodalitate alias tres iniit conventiones priori similes, annis nempe 1882, 1889 et 1908. pro constructione 2“, X* et 4“ sectionissepulcreti. Anno tamen 1908 non leve dissidium inter pries ortum est, cum Praepositus quodlibet jus ad tumulationum emolumenta participandi Sodalitati agnoscere
518 renueret Controversia ad Curiam archiepi/scopalem florentfnam delata, haec, decreto diei 8 iunii 1912, pro Sodalitate pronuntiavit

Cum adversus hoc decretum Praepositus recursum habuerit causa, praevia pontificia commissione, apud S. Rotam discussa est sub tribus dubiis ita concordatis:

F An, quo titulo, *quanam mensura,* quibusque oneribus, Sodalitas S. Morci et *SS&ae Annuntiatae participare debeat de emolumentis funerariis ceteris et* novi coemeterii in casu.

2’ Utrum Sodalitati an *parocho restituenda sint emolumenta* in. praeteritum percepta, nec non *rejicienda damna in casu.*

J5 A quo, *quomodo,* qua *mensura, quibusque cum cautelis emolumentorum administratio sit gerenda* tn

His dubiis S. Rota, sententia lata die 26 feb. 1915, sic respondit:

Ad 1· Affirmative, *seu Sodalitatem S. Marci et SSftae Annuntiatae* participare debere de *emolumentis peteris* et novi coemeterii m *casu,* titulo concentionum *inter ipsam et parochum S* Felicis ah Etna initarum, atque pari mensura tam in oneribus, expensis operarum et manutenfionis ordinaria? atque extraordinariae communiter *ferendis,* quam in proventibus inter *sese* dirideudü.

Ad 2· *Affirmative ad primam partem,* negative ad se*curdam, seu So* talifati a parocho restituenda esse emolumenta in praeteritum percepta, nec non reficienda *esse* damna in casu.

Ad 3· Emolumentorum administrationem *gerendam esse* iuxta *normas* statutas in conventione, diei 25 aprilis 1908.

Adversus hanc sententiam Praepositus appellationem interposuit ad secundum tumum S. Rotae, novumque dubium concordatum est, uti fieri solet, his verbis:

An sententia rotalis diei 26 februarii 1915. *confirmanda* vel infirmanda sit in casu.

Responsio secundi turni. coram Many, data est die 9 Iunii 1916 et ita se habet:

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Itaque sententia primi turni confirmata est, ac pariter circa expensas decisum est. sicut et in sententia priore, eas omnes, quae ad utrumque indicium pertinent, a Praeposito solvendas esse; quoad alterum vero Indicium, etiam expensas ac stipendium advocati adversae partis ab ipso Praeposito esse sustinenda.

Adversus sententiam secundi turni S. Rotae. Praepositus recursum habuit ad Supremum Signaturae Tribunal. pluribus expositis gravaminis, uti dicunt, capi-
519 tibus."

Sepositis iis rationibus, quae evidenter ob earumdem naturam apud Supremum Tribunal deduci nequeunt, motiva, quae aliquam considerationem merentur, ad haec reducuntur.

Tota haec controversia fundatur In validitate ve! nullita

5. Rota. Ergo sententia impugnata S. Rotae nulla est ob *perversionev. factorum.*

Quod quidem duplici argumento Praepositi nomine ostenditur.

luridtea. tum civili tum canonica, omnino caret, ideoque incapax est ad contrahendum. Sane Sodalitas communi consilio utriusque potestatis civilis ac religiosae anno 17K suppressa est. ob nonnulla mala, praesertim ob inordinatam administrationem. ac nunquam — ne canonice quidem — restituta est. Hinc Sodales ostendere ante omnia debent se, canonice sutum, Confraternitatcm constituere, ut actoris partes contra Praepositum sustinere valeant.

Gruvorncn tamen huiusmodi fundamento destituitur. Ante omnia. Sodales minime actoris partes gerunt, sed rrl. quia recurrens est Praepositus: Idcoque non Sodalibus. *cd Praeposito onus probationis Incumbit. Nihilominus Sodalitas. coram S. Rota, suas rationes adduxit ut propriam personalitatem iurtdicam sensu canonico probaret.

Qua in re animadvertendum est. S. Rotam sedulo rem pertractasse, rite ostendendo, auctoritatem archiepiscopalem decreto 19 aprilis 1793. additamenta nonnulla prioribus Sodalitatis statutis approbasse, sicque, virtualité? saltem. Sodalitatem ipsam rursus agnovisse. Decretum huiusmodi minime impugnat pars recurrens, sed dc eo prorsus silet, quod profecto satis ostendit, factorum perversionem S. Rotae tnbutam longe hinc abesse.

Instat quidem Praepositus adducens — velut si ad argumentum ex *novitcr* repertis confugeret — quatuor documenta ex regio Archivo Status. Florentiae, extracta. Ex its tamen nihil r.ovi reipsa eruitur, uti constat ex compendio Ipso, quod a parte recurrente exhibetur his verbis: " Detta Confratcmlta fu soppressa nel 1782 dletro “ istanxa della popolazlone (all. 1); dopo In minaccia, non " ascnltata. delFArcivesvcco. determinata da cause cano- “ niche (alt per opera dolio stesso Arclvescovo, che “ notifica il prowedimento al govern© granducale (all 3): • e per opera dei govern© granducale (all. 4) “./

Haec omnia probe nota erant S. Rotae, ac minime excludunt Sodalitatem postea canonice restitutam esse, sicut reipsa restituta fuit. Quod si parti recurrenti concedatur. Sodalitatem sub alio nomine aliaque forma instauratam esse, exinde nullatenus concludi posset Sodalitati ipsi canonicam personalitem esse denegandam. Corruit ergo quodlibet impugnationis fundamentum.

Bi Contractus, de quibus agitur, inltt sunt sine beneplacito canonico et civili, quod necessarium fuisset ad eorundem validitatem. Ita quidem obiidt recurrens, remque exponit.

c» Quod spectat veniam civilis auctoritatis, necessitas eiusdem deducitur ex Concordato inter S. Sedem et Magnum Ducem Petrum Leopoldum II. celebrato die 25 aprilis 1851.

Pars recurrens conqueritur. S. Rotam Concordatum vi sua destitutum habuisse, quia a gubernio provisori© Hetrurise denuntiatum fuerat, ideoque veniam civilem, de qua agitur, non amplius necessariam dixisse, ac proinde contractus absque ea initos validos esse declarasse: quae omnia, ex mente partis recurrentis, recta non sunt.

Error, qui ita S. Rotae adseribitur. ex mera facti aestimatione procederet, quae ideo apud Supremum Tribunal censuram non meretur Critérium enim luridicum. quod illam facti aestimationem informat, omnino rectum est Sane S. Rota hoc principium statuit: ex denunciation? nempe alicuius concordati ex parte tantum civilis potestatis. hanc. Indebite utique agendo circa onera assumpta.

vi competebant

lamvero principium huiusmodi exceptionem non patitur: quod satis est pro munere Supremi Tribunalis ad sententiam Sacrae Rotae firmandam.

Contra haec subdit Praepositus, ex violatione Concordati a gubernio provisorto Hetruriae patrata nullum tus exsurgere posse, cum violatio Idem non sit atque abrogatio, eo marts quod violatio ex parte laicae potestatis contigerit. Inquit, prout ex verbis decreti denunciationem continentis constat, * per rtmettere in vigore in “ Toscana ll diritto pubblico ecclesiastico, osservato co- “ stantemente per plu di un secolo. scnra offesa dei do- ** groa e dei principi fondamentall della religione cattoli- - ca Haec tamen addita ratio nihil valet, quia etsi assertus finis denunciation!» admittatur, nihilominus Ecclesia ex Ipso facto illegitimo rescissionis seu violationis concordati ex parte Status, integrum Ius habet Judicandi eumdem Statum sub ture communi canonico recidisse, amittendo utilitates | Statui ex concordato derivantes (Cavagnls. Insttt./ lur ublic. ecclcs., edit. alt,. I. n. 639. 52*
2). Ceterum Status a Praeposito assumpta immerito in laudem gubernii provisori! ceditL ob iactantiaxn zeli religiosi. de culus sinceritate solà Ecclesia iudicare potest.

Animadvertit insuper pars recurrens, una cum denunelatione concordati, nullo modo abrogatas fuisse leges contentas in Motu proprio leopoldino 7 martii 1773, ex ?..< CÔntractus onerosos circa beneficii bona LJ1 =:= ' S 'eopo.dlnae positive confirmatae sunt in de- irrrl°wd.en'inCfallvnLx Concordati. atque etiam hodie in cendum Îi'T recurrentis sermonem intelli- Kenaum esse, quoa nostram causam attinet, de vi obii-

°TM] _____ nu"‘ wpiicite, proposita sunt coram

LORETO

S. Rota. Etiam tunc ipse eglt dc necessitate veniae civilis ad contrahendum vi earum legum cl concordati, sed nunquam causam praedictarum legum ab ipsius concordati causa separare conatus est. Quod etiam egit sententia impugnata, quae satis habuit contra monere, gubernium. Ipso facto denunclatlonis. favoribus quos antea ab Ecclesia obtinuerat, renuntiasse.

Nunc, c converso, pars recurrens. — parum etiam sibi constans, quia coram secundo turno Rotae, defectui veniae civilis fere nullum tribuerat momentum —. sententiam Impugnatam confusionem inter concordatum ct leges leopcfdlnas induxisse affirmat, addltque leges has acceptatas et approbatas a S. Sede fuisse.

Exprobratio tamen huiusmodi in S. Rotam non sustinetur. Sane. leges illae leopoldinae libertati Ecclesiae infensae. quod spectat ad materiam de qua agimus, adhibitis opportunis correctionibus, nec non data ex parte gubernii, ut fieri solet in similibus conventionibus, aequa compensatione. In Ipsum concordatum Introductae sunt. Quo factum est. ut etiam ex parte Status quamlibet vim obligandi. quoad veterem ipsarum formam, amiserint, totamque Juridicam efficaciam, annuente Ecclesia, solum uti dispositiones concordatarlae acquisierint.

Quod satis aperte etiam legitur in verbis quae concordatum praecedunt, cumque celebratum tradunt: " alTog-
* gettn dl porre In armonla le leggi della Toscana nel rap-
" portl che esse avevano con quelle della Chiesa ", Nulla igitur aequlvocatio aut confusio tribui potest sententiae impugnatae, quae ideo specialem mentionem de legibus leopoldinls omisit, quia hae, sensu explicato, in concorda-
522 tum Insertae sunt. Quod/ etiam confirmatur articulo 2 decreti denuntiationis concordati, qui ita se habet: ** Per
* conseguenza le leggl e le consuetudini dei giure pubblico
" ecclesiastico toscano anteriori al 25 aprile 1851 sono ri-
" xtabilUe In pleno vigore quod idem est ac dicere, eas antiquas leges amisisse, quatenus tales, ob concordati stipulationem. suum valorem, quod satis profecto est ad sententiam impugnatam sustinendam.

Verum est. gubernium provisorium eodem articulo, nuper allato, dum concordatum denuntiat ac suis oneribus ex eo erga Ecclesiam contractis se subtrahit, voluisse ac pro libidine declarasse se, in propriam tantum utilitatem. Ecclesiae vincula solidare: ex hoc tamen Status abusu nullum ipsi fus acquiri potuit, quod in foro Ecclesiae invocare liceat

Concludendum igitur est ex hoc capite defectus veniae civilis, sententiam S. Rotae impugnari legitime non posse.

b) Pars recurrens aliquid etiam innuit de defectu beneplacitl apostollci, circa quem diutius disseruit in praecedenti iudldo. Quamvis autem in praesens Praepositus breviter dc hoc capite agat. Supremum tamen Tribunal rem silentio praeterire non potest.

Sententia impugnata, secus ac sententia primi turni. merito ad examen revocavit memoratum defectum, ac censuit omissionem beneplaciti apostolic! quantum ad 2
3" et 4 3 conventionem circa tres postremas sepulcreti sectiones, imo potius circa 2 « ct 3 ■». ouia pro 4" conventione beneplacitum apostolicum obtentum est. Ipsarum conventionum Invaliditatem minime produxisse. Ratio a S. Rnta adduda est. quia agitur in casu de exiguis terris, quae comprehenduntur in concessione canonis Terrulas (58. caus. 12. q. 2), pro quibus alienandis Episcopi consensus sufficit. Quamvis autem singulae illae parvae alienationes simul collectae efforment unam alienationem non parvi momenti, id tamen nihil In casu obstat, quia, iuxta iudices rotales Drae oculis habendum est principium, quod Ita enunclarl potest. Locus fit applicationi can. *Terrulas,* Ideoque opus non est beneplacito apostolico. etiam in casu plurium venditionum. ouae successive habeantur exiguarum portionuneiusdem fundi maioris, dummodo venditio ab administratoribus sine fraude acta sit, nempe dummodo intentio abfuerit sic effugiendi necessitatem beneplaciti apostollci. Cum hac dolosa intentione confundendum non est propo-
»ltum. licet ab initio conceptum, ad eam completam alienationem perveniendi, quoties propositum huiusmodi non firmum et absolutum, sed velut conditlonatum et hlpothetlcum est.

Alienum est a munere Supremi Tribunalis inquirere in applicationem huius principii ad casum particularem, ad
523 boc nempe ut cognoscatur/ utrum dc *facto* fraus, sic intellecta. In contractibus de quibus agitur, intercesserit nec ne. Munus tamen Signaturae est ad examen revocare ipsum principium iurldicum a S. Rota enunciatum. - Quod quidem subtiliter compositum aliquid novi forte inducit circa Interpretationem extravagantis Ambitiosae et can. *Terrulas* Itaque interpretatio huiusmodi conformis profecto non est rigidiori opinioni quam maior auctorum pars amplexa est. quamque sequitur ipse D'Annibale *(Summ. Ill,* 79. not. 18). quin in ceteris quaestionibus ad interpretationem nostri canonis pertinentibus Interdum uti valde benignus habitus est (cfr. Wcmz, *Jus décret.*. III. η. 165. not 160). Iuxta hanc opinionem quoties terra alienata pars est fundi maioris, eo Ipso applicari nequit can. *Terrulas,* etiamsi semel alienatio contingeret. Ad rem adducitur textus eiusdem canonis:
* Terrulas aut vineolas exiguas et Ecclesiae minus utiles,
* longe positas et parvas. Episcopus sine consilio fratrum,
* ji necessitas fuerit, distrahendi habeat facultatem in quo supponitur praecise de agello quodam separato causam esse. Idque eo magis, quod, uti multi opinantur, prohibitio alienationis, sine debitis conditionibus, cum sit Ecclesiae favorabilis, latae, imo latissimae interpretationi sublidatur, sleque prohibitio ipsa facile ad casus dubios extendatur (Schmalzg.. lib. m. Ut. 13. num. 7).

His tamen non obstantibus, negari nequit principium a S. Rota invocatum conforme esse opinioni benigniori, quaeque merito magis consentanea rationi habenda est. Iuxta hanc alteram opinionem locus fit applicationi can. Terrulas etiam in casu exiguarum portionum maioris fundi, quoties hae parvae portiones sine fraude alienantur, idest sine proposito ad alienationem maiorem lege prohibitam perveniendi. De hac fraude egregie loquitur Ferraris (Bibliotcca can... voce Alienare, art. IV, n. 18 et sqq.): ~ Octavo, sine bene-
" placito apostolico non possunt bona ecclesiastica sive mo-
" bllia pretiosa dividi in plura corpora ad hoc, ut minuatur
M valor et reducantur ad esse terrularum *ut res fiat,*
" auctoritate eplscoi, alienabliis Hoc enim esset aperte age-
" re in fraudem legis et absque solemnitate alienare quae
" sine ipsa sunt inallcnabllia .. et ideo esset totaliter ilUcita et Invalida talis *fraudulenta* alienatio ratione *malae*
w *fidei* ... Et sic, Clemente VIII approbante, declaravit S.
" Congregatio ". etc.

Quae verba profecto explanatione non indigent. At S. Rota ulterius progreditur ac pronuntiare non dubitat, etiam propositum ad maiorem alienationem perveniendi non constituere *fraudem* contra prohibitionem, quoties propositum illud non firmum et absolutum sit, sed restrictionibus et conditionibus sublidatur, quae efficiant, ut singulae alie-
na/tiones de facto patratae in unam maiorem alienationem 524
non *coalescant,* sed separatae maneant atque ita singulae protectione can. *Term*las adhuc fruantur. Explicatio haec, uti supra dictum est. elegans videri poterit, minime tamen cavillationi comparanda, cum aliud interpretationis criterium. priori iam recensito oppositum, prae oculis habendum sit. ex quo prohibitio alienationis consideranda est non favorabilis, sed odiosa, ideoque strictae interpretationis, tum quia turi antiquo derogat, tum quia limitat potestatem Episcoporum. tum quia transgressoribus poenam excommunicationis infligit in re, quae ob mutata temporum adiuncta. oblcctive pretiosa censeri non solet (D'Annibale. Summ. HI, n. 77. nota 6). quod critérium nunc in ecclesiastica disciplina discrete paullatim praevalere dicendum est.

Omnibus ergo perpensis, negandum est S. Rotam in errorem iuridicum Incidisse, Ideoque sententia Impugnata ne ex hoc quidem capite censuram meretur. Ouod valet etiam pro primo contractu, pro quo S. Rota supremum suum iudiclum circa factum pronuntians, nullam extitfsse alienationem censuit, cum terra in sepulcretum adhibita, iam in coemeterium destinata esset

II Series

His accedunt alia gravamina.

a) Quia. cum. vivente Praeposito Blnazzl. divisio emolumentorum inter partes contigerit, quae in contractu 29 augusti 1871 praevidebatur, eo ipso ad normam art. 1729 cod. clv. Italici societatis contractus desierat. Sed haec respiciunt circumstantias facti, de quibus Signatura non videt

b) Quia S. Rota factorum veritatem pervertit, dum voluntate Praepositi Blnazzi sepulcreti constructionem prosequendi uti *hypotheticam* consideravit, dum. iuxta recurrentem. voluntas illa *absoluta* fuit. Haec tamen nullo modo perversio factorum dici potest, sed mera interpretatio verborum alicuius contractus, qui in omnibus suis partibus plane notus fuit S. Rotae, quae interpretatio fuse discussa est. ideoque apud Supremum Tribunal rursus in dubium revocari nequit.

c) Quia omnia quae pars recurrens egit apud Curiam archiepiscopalem. ad conventionem anni 1882 ineundam, ex fraudibus callide a Sodalitate adhibitis posita sunL Sed pariter ex actuum inspectione constat, agi hic de cumulo circumstantiarum ad factum pertinentium, de quibus Signatura ludicare non potest, quaeque satis considerata sunt a praecedentibus ludlcibus./ 535

d) Quia pars recurrens mendax non fuit cum asseruit se solum sub *conditione* conventioni 26 aprills 1903 subscripsisse: et Insuper quia eadem conventio inscribenda esset. " avrebbe dovuto essere registrata vi consuetudinis Ln Hetrurla vigentis circa omnes privatas conventiones, quam consuetudinem S. Rota despexit. Sed rursus haec cmnla ad factum stricte pertinet, ideoque ad fudicium circa meritum spectant. Ceterum principium Iuridicum a S. Rota hac in re enunciatum. quodque pars recurrens respicit, nempe:
M inscriptio In regestis publicis vel traditio exemplaris In
* manu Sodalitatis non erant conditlor.es requisitae ad eius
" valorem principium huiusmodi. inquam, rectissimum est, tum quoad alteram partem, quae evidens cirt. tum quoad primam, cum notissimum sit. in systemate iuris Italici *transcriptionem* et inscriptionem, in casibus tn quibus requiruntur, exigi tantum ut actus vim habeat respectu extraneorum (di *fronte* ai terri), minime vero inter partes contrahentes, uti In casu nostro.

Ex his omnibus S. Tribunal Signaturae consuit recursum esse prorsus relidendum. Cum autem adversus hanc decisionem Signaturae interpositus esset novus recursus ad Efnorum Patrum eiusdem Signaturae plenarium Coetum, responsum fuit ab Efho Cardinali Praefecto. in consueto Congressu habito dic II martii 1917: «In decisis », ideoque novus recursus admlsus non est

Datum ex aedibus S. T. die 31 martii 1917.—losephus Palica. *Signaturae Votans.* VISA: Evaristus Lvodi, S A. S. T. *a Secr.* losephus adv. Fomari. Notahus.

1917 APR «.-BENEDICT. XV. MP. AAS 9 (1917) 209-212

De CLERICORUM COLLEGIO PATRIARCHAL! BASILICAE LIBERIANAE ADDiCENTX)

BENEDICTUS PP. XV

Nobilissimam sacrarum aedium toto orbe catholico Virgini Deiparae dicatarum. Patriarchalcm Basilicam Sanctae Mariae Maioris, a Lfberio conditam, a Sixto III magnificentius restitutam praeclarisque ornatam musivis in memoriam definiti paullo ante in Concilio Ephesino dogmatis de divina Mariae Matemitate. omnes qui deinceps consecuti sunt. Pontifices Maximi singulari quoc'am studio curaverant. Excellit hoc genere munificentia Sixti V et Pauli V. qui egregia et amplissima duo sacella templo inaedificarunt, alterum Cunis Domini asservandis, alterum sacerrimo simulacro Magnae Del Matris custodiendo: ac digna praeterea sunt quae commemorentur Callisti III, Benedicti XIV et Pii IX magnifica opera, quibus aedis Liberianae valde est amplificatus decor. — Quod vero attinet ad perfunctionem divini cultus, ea ut esset huius templi dignitati par, tum caerimoniarum splendore, tum copia ministrorum. commode quoque est a Decessoribus Nostris provisum.

Sed tamen hac in re est aliquid quo eorum providentiam cumulare ac perficere posse videmur: idque perlibenter Nos. qui. qua sumus erga Mariam Dominam Nostram pietate, hanc/ eius Basilicam habemus carissimam. nunc praestare decrevimus

Etenim considerantes. emadmodum Decessores in Patriarchalfbus Urbis Ba< is divinorum officiorum raordinassent. animadvertimus desiderari in Ltberlana quod pro Lateranensi et Vaticana optime constitutum e«set. id est ut. praeter Canonicorum collegium. duplicem Beneficiariorum ordinem et varia eaροϊϊπποηιτη ac ministrorum genera, suum cuique Basilicae esset «aerum Serr.fnar.um. cuius alumni statis diebus choro cum ceteris intéressent. Ergo oculos adierimus ad Almum Collegium Capranicense. ouod quidem commendatur Nobis non solum sua praecipua vetustate, sed etiam privata Nobiscum necessitudine: numquam enim Nobis memoria excidet illius temporis cum ibidem «ancta disciplina optimisque studiis ad sacerdotium Ipsi educati sumus. Accedit ut de illo agatur CollegJo quod Callisto m Summo Pontifice est conditum. quem Liberian! templi malestatl non paullum contulisse diximus.

itaque. Instante Venerabili Fratre Nostro Cardinali \incentio VannutellL Episcopo Ostiensi et Praenestino. Sacri Cardinalium Collegii Decano eodemque Basilicae Liberianae Archipresbvtcro. cum dilectis Filiis Canoid- «fasdwn Basilicae. Nos. de sententia dilecti F'lli Nostri Aristidis titulo Pancratio S. R. E. Presbyteri Cardinal·" RinaVMni. CollegH Capranicensis Protectoris, itemque dilecti Filii Nostri Ca'etanl Bisleti.Protrxiiaconi Cardinalis Sanctae Axathac vico Suburra. Praefecti Sacrae Congregationis Seminariis et studiorum Universitatibus praepositae. ?>!otu Proprio ct ex Apostollcae potestatis plenitudine haec statuimus et sancimus:

I. Almum Collegium Capranicense iam nunc addictum erit Sacrosanctae Patriarchal! Basilicae Liberianec ita quidem ut eius alumni Choro statis diebus in terslnt et. sl qui defuerint ex iis quorum est, secundum Capituli statuta, sacris deservire, ipsi eorum vice deserviant

II Tertia Collegii Capranicensis pars per vices sollemni sacro aderit tn Basilica LIbcriana singulis Do- 211 mintris — nisi cum' festum S. Agnetls. Collegii patronae caelestis, incidet — ct festis diebus, quotquot de *praecepto* servantur, excepto feriarum aestivarum et autumnalium tempore.

III. Plures eo numero aderunt ad Missam et ad Vesperas, diebus a schola vacuis, cum Cardinalis Archlpresbytcr sollemni ritu sacris operabitur, in Dedicatione Basilicae, et in Assumptione B. Mariae Virginis, etsi haec festa in maioribus scholarum vacationibus occurrunt; item ad pompas, ad officia et sacra Maioris Hebdomadae, ceterisque festis sollemnioribus, de qul- Collegii patrono convenerit.

IV. Alumnis Capranicensibus conclave idoneum apud Basilicae Sacristiam attribuatur, ornatus choralis sumendi et deponendi causa.

V. Sacellum Collegii Capranicensis maximum eodem sit iure quo aedes Basilicae *filiales* quae dicuntur. Missas autem quae in Basilica celebrandae sunt, liceat in omnibus Collegii sacellis celebrari.

Iam vero, ne alumnorum Capranicensium ad deserviendum Basilicae Liberianae desit copia. Cardinali Protectori Collegii eius pro *tempore* facultatem concedimus, ut cum ex Urbe Roma tum ex omni Italia adolescentes clericos spei bonae in Collegium possit admittere, eorumdemque alumnorum numerum augere usque ad quadraginta.

Denique eo consilio ut sit qui his alumnis, cum in Basilica, divini officii causa, versantur, paternam vigilantiam praestet, sicoue Collegium Capranicense etiam ex hac parte suam domestici convictus rationem retineat. volumus Collegii Moderatorem *pro tempore* Canonicis Liberianis adnumerari, eunique in eodem esse ordine graduque ac ceteros et paria cum iis habere iura. non tamen frequentandi Chori teneri lege, nisi eis diebus et horis auibus eius alumni teneantur. Simul autem nolumus ex hac eius cooptatione quicquam detrimenti ceteris Canonicis obveniat. Itaque congruam pecuniae summam seponentes, novum in Patriarchal! Basilica Liberiana canonicatum constitui/mus. Moderatori pro tempore Almi Collegii Capranicensis conferendam eumque seorsum a communi Capituli mensa apud Apostolicam Sedem administrandum. Huius igitur canonicatus nulli alii erunt fructus nisi qui ex pecuniae, quam ei destinavimus, reditibus constabunt: qui autem eum obtinebit Is nec sua praesentia in Choro distributionum quae inter praesentes fiunt, erit particeps, nec sua absentia faciet ut quicquam praesentibus accrescat' sed quantum, poenae nomine, ad modum ceterorum, tunc amittet tantum in sacristiae Liberianae cedat utilitatem.

Quae vero hic a Nobis statuta et sancita sunt in perpetuum valere iubemus. contrariis quibusvis, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, ipso die sollemni Paschae ar.no mdccccxvu. Pontificatus Nostri tertio.— Benedictus Pp. xv.

1917 APR 14.-BENED. XV, EPIST. AAS 9 (1917) 262

Tertiariis saecularibus s. francisci datur facultas **BENEDICTIONIS SEU ABSOLUTIONIS RECIPIENDAE INTRA OCTIDUUM FESTIVITATUM QUIBUS EA EST ADNEXA**

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae omnia ad Ecclesiae thesauris facilius perfruendum spectent, ea de more Romanorum Pontificum praestare libenti quidem animo solemus. Itaque cum dilectus filius losephus Antonius a S. loanne in Persiceto. Procurator et Commis- 'orius Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum. humiles ad Nos preces admoverit, ut saecularibus tertiariis S. Francisci exoptatum privilegium concedere dignaremur; Nos. quibus sane est compertum, quot laudes inclytus hic tertiarius Franciscalis Ordo sibi in Ecclesiam et in civilem communitatem comparaverit, piis hisce precibus benigne obsecundamus. Quare de omnipotentis Dei misericordia ac SS. Petri et Pauli, Apostolorum Eius, auctoritate confisi, et audito quoque dilecto filio Nostro S.R. E. Card. Poenitentiario Maiore, omnibus ac singulis saecularibus fratribus tertii Ordinis S. Francisci Patris, ubicumque degentibus, facultatem apostoUca auctoritate Nostra praesentium tenore facimus, cuius vi Absolutionem seu Benedictionem excipere, servatis de iure servandis, valeant, quolibet die intra octiduum earum festivitatum, quibus eadem Benedictio est adnexa. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xiv aprilis mcmxvii, Pontificatus Nostri anno tertio.-—P. Card. Gasparri. α Secretu Status.

Adn. I. C. «n PrM 8 (1920) 122.

26

1917 APR 21.-SC CONC. RESOL. AAS 10 (1918) 138-141

LISBON EN.

EXEMPTIONIS ΓΓ FUNERUM A PAROCHO VEL CAPPELLANO

Die 21 aprilis 1917

Species facti. - Erftus Card. Patriarcha Lisbonensis, ut aptius prospiceret spirituali bono degentium in hospitalibus suae ditionis, per decretum latum die 5 augusti 1873 plura sancivit de eorumdem hospitalium exemptione, statuens nimirum, inter alia, quod cappcllani hospitalibus addicti haberentur ipsorum hospitalium quasi-parochi, ideoque Independenter a parochis locorum sacramenta infirmis administrare valerent, uno excepto matrimonii sacramento, ac etiam funera in hospitali decedentium, missas, vel solemnes, catechetiicam instructionem, ceterasque sacras functiones peragere possent, cum obligatione regesta seu libros parochiales rite exarandi, atque congruas particulas, per Curiae tramitem, ad parochos, quorum interesset. transmittendi. Huiusmodi vero exemptionem statuebat esse a se. in singulis casibus, praevia rectoris cuiusque hospitalis petitione, concedendam pro suo prudenti arbitrio. a quo etiam, singulis annis, iurisdictio cappellanis esset communicanda.

Haec nova hospitalium Lusitaniae iuridica ordinatio. Regis decreto die 6 dec. eiusdem anni comprobata, pacifice obtinuit usque ad nuperam rerum publicarum eversionem, quando nempe cappellani omnes per vim ab hospitalibus eiecti sunt atque oratoria seu sacella ibidem exstantia clausa fuere. Tunc Emus hodiernus Card. Patriarcha, ut rei consuleret saltem pro civitate Lisbonensi. primum litteras dedit parochis in quorum territoriis exstant maius hospitale S. losephi in civitate, et nosocomia ab eodem dependentia, eisdem parochis committens curam infirmorum quam antea obiverant cappellani: ac deinde, nonnullis subortis querelis, per decretum dei 28 decembris 1915 statuit: 1) integram adhuc manere exemptionem praedictis piis domibus ab eius praedecessore a. 1873 concessam: 2) usque dum tamen cappellani prohiberentur spirituale regimen hospitalium resumere, infirmorum curam committi parochis
129 in quorum finibus piae domus inveniuntur./

De hoc decreto conquesti sunt nonnulli ex parochis civitatis, contendentes exemptionem prorsus desivisse, ac propterea veluti revixisse iura parochi cuiusque infirmi proprii ratione domicilii, praesertim funera quod attinet; nonnullas etiam querelas admoverunt cappellanl. asserentes se posse in praesenti quoque rerum conditione operam suam continuare. Quamobrem Emus Card. Patriarcha, controversiam hanc, quae iam publice disceptari non sine gravi quadam animorum contentione et populi fidelis admiratione coeperat, iudiclo S. Sedis reverenter subiecit. ab hac S. C. C. postulans quid opus esset.

Synopsis DT«ττPTATTONTs - *Ex parte parochorum* assumitur decretum Effli Patriarchae in neutra sua parte sustineri: nnn In prima, qua iterum concedere praetendit hosoitalibus Lfsbonenslbus exemptionem quam praedecessor a. 1873 concesserat: multo minus in altera, qua. hac oosita exemptione ruram attribuit, non cappellanls hospitalium, sed parochis territorii ubi piae domus exstant.

Quo vero ad primam partem, animadvertunt in primis non es^e omnlnn certum utrum exemptio hosoitallhus sola auctoritate episcopali concedi oossit: Card. De Luca, in cbvMco loco *(Dc parochis.* ‡di<cur 23 n. 11 ct 12) ubi Illustrât hanc exemptionem, supponit eam non concedi nisi oer ApostoHcam Sedem: ibi: " Merito per Sedem Apostoii-
" *cam* omnibus fere hospitalibus, praesertim magnarum ci-
" vitatum, haec privilegia concessa sunt ** idque apertius etiam d^cet Ursaya (DIsccpt *cedes.,* vol. VH, disc. 12. in causam *Bracharcn - Practcnsac exemptionis}.*

Verum, quidquid ea de re censendum sit. ex primis iuris principiis clare deducitur non pos<^ Ordinarium talem *xemotionem concedere invitis *parochia.* Siauidem ** huius-
" nrxJi ‡ospitali a iurisdlctione parochi subtractio — verba
" <unt cl. Boulx *(Dc parochis,* p. 853) — est iurium parochia-
" bum laesiva igitur. Invito parocho, non videtur posse concedi nisi ab eo qui tollere potest lus tertio quaesitum. ‡du solus ‡Princep potest, cuius est ct legem concedere (Giotw. in can. *Quod autem, c. XXV.* q. 2). Htnc. reclamante parocho ecclesiae N. D. intéresse habente. S. C. Ep. ct Ree., in Albien . *Iurium.* 18 mart. IfiftH. respondit non sustineri privilegium exemptionis ab Arehieplscopo Albiensi con‡ra adversus iura stricte paroecialia (cfr. Acta S. ScdU. XXX. p. 711: Santi-Leitner. *Praclcct .* vol. TTI p. 260). Id confirmatur, in sublecta quoque specie, ex decreto Patriarchae Lisbonensis. dic 5 augusti 1873. ubt expressa men·

lio fit consensus parochorum in hospitalium exemptionem, concessam, uti legitur in decreto ° ad bonum hospitalium
'* non solum, sed et ipsorum parochorum, quos rei acquie-
'* turos bene praevidemus, quum immo com/plures eorum. 140
*. rerum adiuncta probe noscentes, *nostrae consultationi*
** *respondendo, nobis consensere,* saltem rei substantiam
" quod attinet, nonnulli etiam medum quod spectat At in praesenti casu complures parochi inviti sunt et dissentientes prorsus: idcirco nequit sustineri Ordinarii decretum, saltem ubi laedit iura stricte parochialia. ad normam laudatae resolutionis S. C. Ep. et Reg.

Nec dici potest parochos irrationabiliter esse Invitos, quum, e contrario, nova concessio exemptionis in praesentibus rerum adiunctls irrationabilis aut saltem inopportuna merito censeatur. Siquidem in praesentiarum hospitalia haec nullo modo subsunt vel subesse possunt, ut sacri canones exigunt, inspectioni et visitationi Ordinarii: non adsunt in illis, nec ulla spes affulget ut ibi restitui valeant, cappellani olim constituti: quin immo cappellae seu sacella ipsa clausa fuerunt, nec iterum aperiri possunt, omnlsque sacra supellex divendita aut distracta est. In his rerum adiunctls quisque perspicit concedendae exemptionis nullum usum legitimum fieri posse, ideoque nec lustae concessioni locum esse.

Res adeo perspicua est. ut idem Efflus Patriarcha suo decreto non antiquam hospitalium iuridicam conditionem restituere valuerit, sed in *altera* eiusdem decreti parte, sublata capellanorum ordinatione, curam commiserit parochis in quorum finibus hospitalia sunt. Ubi tamen non solum laedit strictum ius parochorum, qui ratione domicilii sunt infirmorum proprii, sed etiam cappellanorum lus ex ar.tlqua ordinatione, cui praesens violenta rerum conditio nullum profecto detrimentum inferre valet, quaesitum. Hi enim cappellani, uti patet ex actis, paratos se exhibent ad curam Infirmorum, etiam durantibus praesentibus circumstantiis. gerendam, nec lalcale Gubernium rei infensum se praebere videtur; quamvis autem Illos in hospitali commorari non permittat, facile remedium erit, si in vicinia commorentur. unde cito advocari ‡possint nec renuunt cappellani cum parochis transactionem quamdam inire circa lucra, funerum praesertim causa obventura. Dato igitur, non concesso, quod exemptio hospitalibus sit Integra servanda. tterum sustineri non videtur decretum Patriarchale. oua saltem ex parte cappellanls praetermissis, in eorum locum vocat parochos territorii, quibus nullum ius, ut S. H. C. milUes sancivit. in re competit

Ex adverso decretum Effli Patriarche dicitur et demonstratur omnino legitimum. Sane hoc decretum 28 decembris 1915 nihil aliud praestitit nisi quod exemptionem hospitalium. qualem *statuerat decretum praecedentis Patriarchae a. 1793.* immutatam servavit et solummodo, loco/ cappella- 141
norum ab hospitalibus per vim eicctcrum. quamdiu hi in hospitalibus restitui non possint curam spiritualem infirmorum commisit provisoria ratione respectives parochis, in quorum territorio singula hospitalia sunt sita, - Art tum quoad retentionem exemptionis, tum quoad provisoriam commissionem parochis factam, decretum Effli Patriarchae nihil continet, qun verum lus parochorum, multoque minus Ius aliquod cappellanorum. laedatur.

Etenim in retentione exemptionis nullum ius parochorum violavit, s! exemptio fuerat legitime inducta ab eius praedecessore: atqui legltimitas huius exemptionis merito defendi potest. - Profecto non habemus *hucusque* in iure clare expressum principium generale, quod Episcopus possit certas personas certumve locum ab ordinaria parochorum Jurisdictione eximere. Non desunt quidem qui ad hanc exemptionem pro casibus particularibus requirere videntur privilegium Pontificium, ex quibus sunt Card. De Luca et Ursaya. ex adverso citati. Sed reeentiores Doctores magis magisque accedunt ad illud principium generale adstruendum praesuppositis canonicis causis seu conditionibus, et nominatlm illud principium generale applicant ad casum peculiarem hospitalis, quae doctrina etiam a S. Romana Rota, in una *Viccntina* — Exemptionis ct *funerum,* probata est ut verior (25 martii 1915) nec ullam censuram meruit penes Supremum Ap. ‡Signatura Tribunal fefr. Acta AposfoHcae Sedis, VIII. p. 206 s). Equidem pro iPa potestate Episcopi adest congruentia iuridica. ut «eut R Pontifex potest personas ct locos a lurisdictione Episcopi subducere. Itn possit Eptscopus a lurisdictione parochi singularem locum eximere. Et ouamvis statun occurrat discrimen inter potestatem R. Pontificis et Episcopi, quod R Pontifex etiam iura quaesita tollere potest. Episcopus vero non potest: hoc tamen verissimum discrimen in praesenh quaestione non videtur habere applicationem. Nam parochus habet quidem Ius quaesitum iurisdictionis in totum territorium ‡parochial sibi competentis: sed non videtur habere ius quaesitum, iure communi ipsi agnitum, *ut* hic vel ille locus iundice pertineat *ad territorium* ‡parochia! secus divisiones et dismembrationes paroeciarum per auctoritatem propriam et ordinariam Episcoporum fieri non possent. sed requireretur auctoritas R. Pontificii, quod est apertissime contrarium iuri decretalium (cap. Ad audientiam. 3. *Dc cedes, acdic.l* et Concilio Tridentino (sess. 21. cap. 4. dc re/.)

In hac forma illam potestatem Episcopo aperte vindicat Card. Gennart (QuUtioni canoniehc. r. a37). ubi quaestionem proponit, utrum Episcopus, propria auctoritate et sine consensu parochi, powtt *subtrahere aliquod hospitale* ab hefus iurisdlcrionc. et sine ulla haesitatione rrspon/det 142
‡one. quam suam indubitatam assertionem confirmat ex hoc quod Episcopus sua auctoritate, etiam parocho invito, possit dlsmcmbrare parochiam Et revera inter dismembratlonrm ct exemptionem, relate ad potestatem Episcopi, adest omnimoda paritas, quod enim locus subtractus ab uno pa-

roebo adjungatur alteri paroeciae, ut fit in dismcmbratlonc. vel committatur curae alicuius cappeltan). cuius subrientador.em suscipit administratio illius loci, ut evenit in hospitalis exemptione, nihil refert ad potestatem Episcopi, quae, si esset limitata, haec limitatio proveniret ex iuribus illius e culus territorio locus detrahitur. At vero, sive detractio loci fiat per dismembratlonem sive per exemptionem, idem omnino effectus habetur in deminutione Jurisdictionis illius parochi ex cuius territorio locus detractus est. - Hanc porro doctrinam Card. Gennari confirmant decisiones huius Sacrae Congregationis ab ipso allegatae *(sc. Comen. - luris-diet, paroec^* » mati 1882. 4 mart lSSO [seu rectius S. C. Ep. et Reg.. In Suexinn. - *Confia, paroec^* 16 februarii 1683]), quamvis hae proprie non agant de concessione exemptionis, sed de dlsmembratlone territorii, vel invito parocho (Cfr. Gennari. Queri canon.. n. 66. p. 1Ù2 s.).

Pariter Many (De *locis sacris,* n. 172). postquam exposuit rus commune de funere eorum, qui in hospitali decedunt, addit: " Si vero hospitale sit exemptum (auctoritate pontlfl-" call *eut episcopali,* vel consuetudine), videndum est • num ##. etc.: ubi supponit tamcuam certum et indubitatum exemptionem hospitalis non solum ex auctoritate R. Pontificis et ex consuetudine, sed etiam *c t auctoritate episcopali* posse proventre. Cui auctori etiam consentit Dubaîlet. Troii/ *des paroisses,* vol. II. η 1065. cfr. quoque Bouix. Dc parocho, p. 653.

Huc etiam spectat satis commun» doctrina, qua in Episcopi potestate propria et ordinaria censetur ennti-eri facultas aliquam communitatem, convirium vel censervatorium eximendi a Jurisdictione parochi, ut eius cura alicui eappeHane committatur: de qua Wernz (Ius Decret, vol. II. η. 87*): · Non solum induito apostoli-o et legitima consue-" tudlne. sed *etiam* statuto Entxcopi fieri *potest.* ut commu-" nitas quaedam religiosa vel conservatorum vel convictus " vel similia Instituta, licet intro parochiam maneant, a cu-" ra ordinaria parochi eximantur et proprio cappellano su-" btlcfantur ". Idem sentiunt et alii Doct-res. Porro ratio luridîca ridetur esse eadem In casu alicuius communitatis rellrtoeae et in casu hospitalis: perinde enim minuitur extensio jurisdictionis parochi tn uno ac in altero casu. Praxis autem holus exemptionis per Episcopum factae eri frequentlssima

Allata argumenta probant Patriarcham Llsbonensem $o-
143 lido luris/ fundamento innixum fulve In decernenda a. 1873 hosnita'ium exemptione a turisdirtlone parochiali Ceterum illi decreto nihil opposuerunt parocM Lisbonenses temooris spatio 40 annorum ampltore. quorum igitur non (acue concipitur stricta lura fulve laesa: sed praeterea In hoc facto rem habemus praescriptione 40 annorum firmitam. quae eo'a sufficeret — ad normam cap. 1. 2. *dc* praeKriptlonibus, In VI — et exemptio tam Ircontrovertlbills efficeretur (cfr. Plgnatelll. Con· con, IX. 152. n. 17: De Luca. Dc parochis, disc. 23. n. 6: disc M. n. ».

Quods' decretum a. 1RT3 praecedentis Patriarchae Llsbonentls censendum «t ri lurldlca praeditum, hodie, cum cappellanl ab hospitalibus per novum Gubernium electi sunt, etiam decretum praesentis Effli Patriarchae Lribonensiw anni 1915. in quantum retinet hospitalium exemptionem In |d*1*. redintegrandi cappellano^. habendum es! ut cmnlno legitimant

Si vero in ea parte decretum an. 1915 eri sustinendum, ellam valorem hir'dIrum habet, nec eri laeslvum lurium parochtalium, quoad alteram partem, qua provisoriam cuparocho respectJvae paroeciae ubi ilnguta hoso:talta sita sunt. Nam materialis eieetto cap-^'njfum statum lundicum hospitalium nnn mutavit r.ec inde ea pptuerunt reduci ad ius commute. Manente autem

j^»?™JeIïïn⁄dlUT>cta P^urant. provisortam admlnl-Krat.o .em spiritualem ea ratione ordinare, oua rr.eLlu» Infirmorum in ipsta decumben-
I °id.-£5tl?xünaturn rr.rxîurn .lu* ullum habeant parochi, qui luri'dlctloncm. per exemptionem amissam, per materia em cappellanorum electionem non recuperarunt. Porm opportunior ac magia congruus medus hic erat, ut oroviroria cura «11 parocho committeretur, in culus territorio singula hospitalia sita sunt: secus enim maena eadem rediret confusio in administratlone sacramentorum, si pro singulis Infirmis esset advocandus parochus domicilii forte distantis, quae, teste card. De Luca (Ine. clU praecipua causa fuit huius exemptionis concedendae.

Nec ullum possunt praetendere lus cappcllani electi quia, ut expresse fuerat statutum in decreto exemptionis. Ilii eappePani erant singulis annis nominandi aut confirmandi ab Episcopo ad propositionem administratorum e'.apro Igitur anno, omne lus amittebant, nisi ab Episcopo confirmarentur.

Ex dictis videtur concludendum, decretum Effli Patriarchae Ltabonensls omnino esse legitimum. atque parochos nonnullos iniuria contra Illud decretum insurrexisse Cete-
144 rum Udem parochi admitterent hanc/ exemptionem, si in casu concurrerent tres conditiones, eorum sententia necessariae: videlicet inspectio Ordinarii, ordinatio cappelianorum debite institutorum, et sacellum in ipso hospitali patens·, quae tria cum non ven(Icentur tn casu, praetendunt, propter tmpeditum usum exemptionis, esse redeundum ad lus commune

Verum illae circumstantiae non sunt conditiones requisitae ad exemptionem, sed sunt dumtaxat obiiRationes quarum curandarum onus in w suscipit Episcopus qui. hospitale subtrahit a lunsdictlone parochi. Haec enim suh.racUo hen nequit m«i ex rationabili causa melius consulendi bo-

no spirituali infirmorum in hospitali decumbentium

saltem ipsi adnexa; quod autem attinet ad visitationem Episcopi. haec causa nihil addit ad praesentem controversiam: sive enim cappcllani sive parochi curam spiritualem habeant. Episcopus *potest ct debet* hospitale visitare.

Ceterum, quod cappcllani sint electi, quod sacella sint clausa, quod Episcopus non sinatur visitare hospitale, hoc est ex coactione Gubernii, quae luris statum et conditionem non mutat. Episcopus interim tenetur meliore modo, quo secundum suam prudentiam iudicat, supplere, ne Ibi debentibus infirmis desit conveniens cura spiritualis; iam vero in se est modus convenientixsimus, usquedum cappcDan) restitui non possunt, ut cura spiritualis ceratur ab Illo parocho. in cuius territorio invenitur hospitale, qui et ceteris sit proximior et in viciniore ecclesia adsit, unde posait sumere sacramenta moribundis deferenda.

Resolutio. - Hisce omnibus rite relatis. Emi ac Rrru S. Congregationis Concilii Patres, in plenario conventu habito die 21 aprilis 1917 in Palatio Apostolico Vaticano, de sententia rogati super dubio: *An et quomodo decretum EMt Patriarchae Lisbonensis diei 28 decembris 1915 sit confirmandum vel infirmandum, in. casu; responderunt: Decretum ErTii Patriarchae esse confirmandum. Et amplius.*

Quam Emorum Patrum resolutionem SSifius Dnus Noster Benedictus Div. Prov. Pp. XV in audientia habita ab infrascripto Secretario die xxm eiusdem mensis et anni, approbare et confirmare dignatus

Secretarius.

A<tn. ME 30 0918) 105-109; PrM 9 (1921)

1917 APR 21.-SC CONC. RESOL. AAS 10 (1918) 239-245

MELEVITANA

Praestationis episcopo visitanti civitatem

Die 21 aprilis 1917

Spt cies facti. - Controversiae huius initium ipse Episcopus Melevitar.us litteris ad hanc S. Congregationem datis die 15 februarii 1916 paucis referebat. Praemisso, videlicet, quod ab immemorabili. Episcopo visitanti episcopalem civitatem vulgo *Notabile,* cum suburbio vulgo' *Rabato.* in quo exstat ecclesia S. Pauli extra 24'
moenia. Archipresbyter Cathedralis consuevisset vitulum quemdam donare seu tradere (sicut etiam usuvenit vitulum tradi in iisdem circumstantiis, ab Archipresbyteris Collegiatarum locorum *Valletta* et *VittoriosaK* ac enarrato quod nuper locus ille. *Rabato* nomine, a territorio paroeciae Cathedralis fuerit separatus et cum praedicta S. Pauli extra moenia ecclesia in propriam paroeciam erectus, conquerebatur Episcopus hodiernum Archipresbyterum Cathedralis sese iam consuisse a praestatione vituli liberatum, non obstante quod eius praedecessor, semel et iterum post peractam paroeciae suburbanae separationem, huiusmodi praestationi plene satisfecisset. — Ne igitur In causam propriam videretur ludlcium ferre Episcopus, omnibus deductis quae ad rem facere censebat, subortam quaestionem ad hunc S. Ordinem resolvendam detulit, quaerens nimirum:

1) An *itandum sit praedictae immemorabili consue·* tudtnL

Et quatenus, *affirmative:*

2) An. attenta separatione *Ecclesiae S.* Pauli extra moenia a parochiali *Ecclesia Cathedrali. onus praestandi* vitulum Episcopo visitanti, incumbat Archipresbytero Ecclesiae Cathedralis, vel parocho S. Pauli extra moenia, vel utrique in solidum?

Syxo «is rnwrFTA-noxis. - Er perte Archipresbyteri Cathcdrclu arRurr.er.taUo sic conficitur. Vitulus In casu, nonnisi locum tenere potest procurationis. seu victualium quae ad normam Trtdentlnae Synodus Episcopo visitanti debentur. muneribus quibuscumaue. quovis titulo, vel gratis nhtaVs*iTx5lusis (î* sess XXIV· *de ref.).* At iuxta innumeras h: S 2' Tee£itlonV victualia non debentur ab ecclesiis ytaAaUs In locis ubi Episcopus suam habet residentiam: blnc vituli praestatio in casu sic interpretanda est. ut qtCpiiS de vu pro datione ecclesiae 5· ? ''‘kurbio positae. Verum, cum Archipresbyter

«as ass sass

sit: ab eo enim agnito dumtaxat pendet quaestio utrum Archipresbyter pergat teneri: si enim nunc In Archipresbytero deficit titulus unde antea tenebatur, deficiente titulo cessat profecto obligatio.

At vero nullus titulus, attentis omnibus circumstantiis. Inveniri seu assignari potest huiuscemodl praestationis, excepto titulo procurationis, seu potius victualium Episcopo visitanti debitorum. Id in primis probatur ex hoc. quod
241 teste Episcopo, vitulus semper solvebatur Episcopo/ occasione visitationis civitatis Notabile cum suburbio: et si episcopus provocat ad simile exemplum duarum Collegiatorum S. Pauli in civitate Valletta et in civitate Vittoriosa, idipsum plane confirmat, quum ultro concedat vitulum in utroque casu praestari, prout in nostro, dumtaxat occasione sacrae visitationis. lamvem occasione sacrae visitationis nihil, prohibente S. Trldentlna Synodo, praestari a visitatis et ab Episcopo acceptari ullo tttulo vel nomine potest nlsl dumtaxat victualia, quae communi vocabulo procuratio audiunt. * Caveant — Ita legitur c. 3. sess. XXIV, de re/. — ne ipsi, " aut quisquam suorum, quidquam procurationis causa pro " visitatione, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec " munus *quodeumque sit,* etiam qualitercumque offeratur. " accipiant, non obstante quacumque consuetudine, etiam " Immemorabili: exceptis *tamen victualibus,* etc. Si igitur hinc. Episcopo fatente. ignoratur origo illius praestationis, quam tamen certum est fleri dumtaxat occasione visitationis. inde vero apertissimo iure constat hac occasione nonnisi victualia praestari posse, luculenter concluditur originem huius praestationis esse in victualibus: quaecumque enim esset Illicita esset: et quaerenda potius est illi praestationi origo licita ac sacris canonibus conformis, quam illicita et reprobata.

Praeterea: alius titulus congruus praestationi assignari non potest Tituli enim ex quibus Episcopus aliquam praestationem a subditis exigere potest, in fontibus iuris et in communi doctrina, reducuntur ad sequentes: cathedraticum seu synodatlcum: seminaristicum seu alumnaticum; subsidium caritatlvum ; procuratio canonica et taxae Cancellariae episcopalis, quae solent contineri sub nomine tegis *dioccesanac.* Ast dc *taris* Cancellariae in casu non potest esse quaestio: nec quaestio esse valet de *seminaristteo,* cum non agatur de largitione ad fundum seminarii, sed in favorem ipsius Episcopi praestanda. Subsidium *caritativum* Inde excluditur, quod occaslonaliter tantum hoc petitur In necessitate publica Ecclesiae v. gr. pro reparatione ecclesiae cathedralis. Ipse porro Episcopus negat in casu esse quaestionem dc *cathcdratico.* triplicemque dat rationem: quod secus esset petendum a singulis beneficiis et ecclesiis, ad normam cap. 16. de *offic. iudic, ordin.;* quod esset solvendum in pecunia et quod non posset postulari in visitatione: auae rationes sunt verae omnes et singulae *(Cf.* Benedictum XIV'. Dc *Synodo dioec , l* V, cap. 6).

Solum ergo superest ut agatur de *procuratione canonica* propter visitationem. Nam quod sit *obsequium* independenter a quovis titulo canonico, hoc ab Episcopo non probatur et parum est verisimile, sine ullo titulo canonico coepisse
242 Archlpresbyteros Ecclesiae cathedralis/ liberallter Episcopo vitulum offerre, et intendisse insuper se et successores ad illam praestationem semper faciendam obligare.

Quo posito, nempe praestationem vituli, in casu, rationem habuisse procurationis, seu potius victualium, superest inquirendum pro qua visitatione illa fuerit persolvenda haec autem quaestio expeditissima est: enimvero Archipresbytero imminebat in primis onus curae animarum de paroecia Cathedralis. sed Insimul eidem commissa fuerat ab antiquo cura parocriae S. Pauli extra moenia, loci Rabato. lamvero nihil solvendum esse Episcopo visitanti ecclesiam cathedralem. sicut atlas ecclesias, loca pia. et clerum civitatis in quam Episcopus sedem habet, resolutum saepius fuit ab hac S. Congregatione, teste Pallottini. Collect Resol., vol IX. pag. 494 s.: immo per se. nec in visitatione paroeciae suburbanae debentur Episcopo victualia, nisi a civitate ubi moratur Episcopus saltem tertio distet mllllarlo (cf. Pallottini. l. c.. p. 496 s.).

Ergo praestatio vituli rationem habere nequit m casu nisi procurationis, seu victualium, debitae Episcopo pro visitatione ecclesiae S. Pauli, non autem Ecclesiae CathedraUs.

Ostenso autem in casu quaestionem esse de tali procuratione. in praesenti controversia dubium iuris est facilis solutionis. Ab archipresbytero nempe ecclesiae Cathedralis praestabatur vitulus Episcopo accedenti ad visitandam paroeciam S. Pauli extra muros, quamdiu haec erat unita ecclesiae Cathedral!. Facta dissolutione illius unionis, per erectionem ecclesiae S. Pauli in paroeciam independentem. Archipresbyter Ecclesiae Cathedralis iam non tenetur solvere procurationem Episcopo visitanti ecclesiam ad eum nallo titulo pertinentem. Procuratio namque solvenda est c visitatis, non ab aliis: iam vero, facta separatione paroeciae S. Pauli, dum haec visitatur, nullo modo potest dici visitatus Archipresbyter.

Quod autem attinet novam suburbanam paroeciam S. Pauli (si Archipresbytero in rem iam non suam interloquendum sit) tam nec potest invocari consuetudo, dandi pro victualibus, quia illa consuetudo cum oblecto cessavit. Sed quoad paroeciam noviter erectam est applicandum ius commune, sub quo nascitur et iuxta quod in primis non debetur procuratio a paroeciis suburbanis, si hae parum distent a civitate episcopali: et. secundo, in potestate illius, qui visitatur, est. vel dare victualia, vel fumman pecuniae, quae victualibus aequivalet: nec Episcopus potest cogere visitatum ad determinatum modum praestationis, etiamsi adesset consuetudo (Cone. Trident.. ! c.): unde in casu non potest obligare novum parochum ad praestandum determinate vitulum nisi aliter in erectione cautum fuerit, de quo in casu non constat/ 243

Stante igitur quod, in praesenti, nec Archipresbyter Cathedralis nec parochus S. Pauli extra moenia, teneantur singuli vitulum de quo tradere, iam exclusum est quod In postrema parte alterius dubii suggerere videtur Episcopus, nempe obligationem hanc utrumque in solidum gravare.

Et parte autem et in *favorem Episcopi* haec animadvertebantur. Agitur in themate de consuetudine immemorabili, ab Episcopo invocata et ab Archipresbytero ultro admissa, vi cuius alteri ius est habere vitulum ab altero, occasione visitationis in civitate *Notabile.* Huius consuetudinis, cum nec origo nec causa cognoscantur, non tenetur Episcopus titulum suae possessionis docere, cum ipsa *immemorabilis* possessio per se titulum constituat, et quidem meliorem *de toto mundo,* prout Interpretes passim docent. Unde quamdiu Archipresbyter. argumentis, non quidem hypotheticis, sed certis, non probet illam possessionem inniti titulo illegitimo, vel vitioso, vel cessato, ab obligatione praestandi vitulum non debet absolvi.

Non est dubium, quin prima fronte illa consuetudo videatur odium iuris habere, ct hinc canonico titulo destitui, cum vitulus percipiatur *occasione visitationis,* et Concilium districte inhibeat, quominus munera offerantur et a visitatoribus percipiantur At in primis considerari potest, quod consuetudo, quae hominum excedit memoriam, eo vim suam exserit, ut supponere faciat privilegium apostollcum: unde ad rem docent auctores cum Fagnano: " regula est. consuetudine plusquam centenaria acquiri posse quidquid potest per privilegium obtineri " (c. *Cum contingat,* de foro compet,, 8). Exinde explicatur doctrina illorum auctorum. qui tenet Concilium in cap. 3, se«. 24. consuetudines immemorabiles, iam *existentes* abolevisse, non vero eas. quae, quamvis difficulter, *successive enasci* possent; cum. stante prohibitione, nonnisi per privilegium aliae initium habere potuissent. In casu autem non demonstratur consuetudinem huius praestationis Concilii Tridentinl aetatem antecessisse: sed immo certa documenta quae de illa testantur xvni saeculum non excedunt.

Insuper, prohibitione Episcopis facta quidquam accipiendi pro visitatione vel eius praetextu, salvis expensis, non videtur inhibitum eisdem fuisse aliquid, *ea occasione,* accipiendi. quod ex titulo, visitationem non attingente, sit aliunde debitum. Prohibentur utique Episcopi exigere occasione visitationis, cathedraticum, prout non semel declaravit H. S. C., sed idem extendi nequit ad exactionem aliorum tributorum, sive generali, sive particulari titulo spectantium: Immo *exceptio firmat regulam* in contrarium. Quod si difficile sit aliquem titulum luris praestationi vituli assignare, ex lis qui recensentur in fontibus iuris et
244 in communi/ doctrina, inde non sequitur, quod praestatio necessario retineri debeat tamquam *procuratio,* victualium loco, vel tamquam munus seu *obsequium* a conciliari decreto prohibitum. Etenim, praeter titulos *generales,* quibus Episcopi, pro rerum necessitate, aliquid a suis subditis in genere exigere valent, plures alii, *particulares,* et individui, adesse possunt, a iure non Improbati, quorum Intuitu particularis Ecclesia vel persona aliquid Episcopo tribuat, quod tamen aliae ecclesiae vel personae praestare non tenentur. Et exemplum nobis praebetur Ipsa allegatione Archlpresbyterl, qua docemur. Archipresbyterum ex consuetudine immemorial! solere Episcopo offerre ramum floribus ornatum tn Dominica palmarum, quin huius oneris vestigium reperire datum sit in fontibus iuris vel in communi doctrina, et quin ceteri parochi dioecesis ad tale obsequium Episcopo exhibendum teneantur.

Nec magis solida videtur rallo ab Archipresbytero adducta ad retinendum, agi in casu de procuratione ob visitationem *paroeciae suburbanae,* ex eo desumpta, quod eadem procuratio non sit debita ex parte ecclesiae Cathedralis, non sitae in loco quo Episcopus suam retinet sedem. Siquidem, imprimis, eadem ratio retorqueri facile potest ad ostendendum praestationem vituli *ex* alia causa ortum habuisse. quam ex procuratione: nam etiam tunc Episcopo prohibetur procurationem extgere α paroecia suburbana, quando haec ab Illius civitate non distat saltem tertio mllllarlo, et in casu minime tanta est distantia paroeciae S. Pauli loci Rabato a civitate episcopali vulgo Notabile. Hinc, secundo, etsi luberet insistere in natura procurationis, non videtur adesse ratio, cur ad visitationem paroeciae suburbanae. et non etiam Cathedralis. sit illa restringenda. Si enim a procuratione danda exemptae manent non solum Ecclesiae et clerus civitatis episcopalis, sed et ecclesia clerusque suburbii, ab illa tertio mllllarlo non distantes, et In casu de facto praestiti vituli ambigi nequit, concludendum est. si velimus in ratione procurationis insistere, non satis probari utrum pro ecclesia In casu Illa praestatio sit debita, et in specie non satis probari eam non fuisse, nec esse debitam pro visitatione ecclesiae ipsius cathedralis: unde sequitur archipresbyterum ex demonstratis ab onere praestationis non satis relevari. Melius tamen concluditur praestationem illam ex alia causa seu titulo particulari, quod non sit procuratio, esse derivandam

Qeterum animadvertendum est constare ex Actis Capitularibus. vol. DC. fol. 143. die 26 lanuarll 175« decretum fuisse peculiarem summam solvendam esse Archipresbytero. ex reditibus Capituli, praecise in compensationem oneris quod ad eo ferendum est in praestatione vituli: quam summam. sicut antecessores hodierni Archipresbyterl exinde pcrce/perunt. ita ipse, nemine re*fra*gante, hodie percipere ->45 potest: unde liquet non modo ullum lus. sed nec intéresse — uti alunt — ullum, archipresbyter! ex controverts praesta-

--t

Uooe laedi: w vero ea summo, praesentibus in rerum adiunciis. oneri inadsrequata apparet, nec renuet Episcopus, port definitam quaestionem *turis,* circa meram hanc *facti* circumstantiam de bono et aequo transigere

Tardem. In hypothec quod Archiprcsbytcr ex facta paroeciarum dismembratione non amplius tereretur ad vitulum Episcopo offerendum, subditur ab eodem subordinate nec teneri parochum S. Pauli loci Rabato. quia noro paroecia iure communi regenda est At m *facto* animadvertere praestat, quod haec paroecia haud nata est ex *dtsmembratione* territorii parochiae Cathedraiis. sta ut nora dici postât. communi iure regenda, sed est paroecia praeexistens, quae fuit successive unita Archipresbytcratul ecclesiae cathedraiis et ei, parochialitatis statu firmo manente, sub unico rectore, per duo circiter saecula sublecta mansit. Cum igitur hodie Illa unio dissoluta fuerit, utrumque beneficium ruam primaevam autonomlam. ut aiunt, est adeptum: unde, salva novitate exclusivl et individui rectoris, in ceterif paroecia *reguzda* est luxibus ct consuetudinibus, quibus per uecula est usa.

Resolutio. - Propositis itaque In plenario conventu Emorum ac Revisorum Patrum S. Congregationis Concilii, habito die 21 aprilis 1917, dubiis supra relatis ab Ordinario Melevitano reverenter subiectis, responsum prodiit

‹ Ad I et Π. Ex hactenus deductis non satis constare ‹ dc exoneratione ArchipresbyterI parochi Cathedraiis « ab obligatione praestandi vitulum Episcopo, occasione • sacrae visitationis, in casu ›.

Facta autem de praemisi* relatione Ssmo Dno Nostro Benedicto Div. Provid. PP. XV per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in Audientia d:e 23 eiusdem mensis et anni. Sanctitas Sua resolutionem Edorum Patrum approbare et confirmare dignata est—I. Mori, Secr.

Ain. ME 30 (1915) 201-203; PrM 9 (1921) 135 B

1917 APR 22.-SC REL., RESP. AAS 9 (1917) 276-277

In articulo V Decreti Cum de *Sacrament*alibus diei 3 februarii 1913 1AAS 5 (1913) 62-64) statutum est: « Si ‹ qua religiosa ad animi sui quietem et maiorem in via • Dei progressum. aliquem specialem confessarium vel ‹ moderatorem spiritualem postulet, erit facile ab Or« dinario concedendus: qui tamen invigilabit ne ex hac ‹ concessione abusus Irrepant; quod si irrepserint eos i caule et prudenter eliminet, salva tamen conscientiae ‹ libertate ».

Circa hunc articulum proposita sunt S. Congregationi de Religiosis sequentia dubia:

1 An confessorius specialis seu spiritualis moderator pro aliqua religiosa deputatus iuxta art. V Decreti *Cum de Saeromentalibus,* valeat perpetuo in suo munere permanere, vel potius concedendus sit ad tempus praefixum.

II. An deputari valeat in confessarium specialem seu conscientiae moderatorem alicuius religiosae, qui In decurso triennio confessorii ordinarii communitatis munere functus sit, nondum a cessatione praedicti officii anno expleto.

Erhl Patres Cardinales huius S. Congregationis de Religiosis. tota rcl ratione mature perpensa, in plenario coetu habito die 20 aprilis currentis anni 1917 responderunt:

Ad primum: Specialem confessarium seu moderatorem spiritualem concedendum esse non ad tempus praef:xum. sed donec perduret iusia' causa necessitatis vel utilitatis spiritualis religiosae, quae postulaverit ad normam Decreti *Cum de Sacramentalibus,* sub n. 13.

277

Ad ««eundum.· Affirmative.

Facta autem dc hisce omnibus relatione ab Infrascripto Secretario Sacrae Congregationis, in audientia dici 22 eiusdem mensis aprilis. Sanctitas Sua Ernorum Patrum sententiam benigne ratam habuit et confirmavit — i Card Tonti. *Praef.* Adulphus. Ep. Canopitan.. *Secretorius.*

1917 APR 25.-SC CONS., RESP. AAS 9 (1917) 232-233

Dubia: de secreto servando ab iis, qui de informationibus **REQUIRUNTUR CIRCA PROMOVENDOS AD EPISCOPATUM**

Ad S. hanc Congregationem sequentia dubia pro solutione proposita fuerunt:

I. Num iis, qui sub secreto S. Officii de Informationibus requiruntur circa personas ad episcopatum promovendas, liceat delatum sibi munus, qualibet dc causa, etiam ad tutiores notitias hauriendas, aliis revelare?

Π. Num, reticita commissione de qua supra, liceat ab aliis notitias reouirere. quoties adsit periculum. etiam remotum, revelationis secreti?

III. Num datas informationes liceat, quacumque de causa, alteri, etiam secretissimo et intimo vel in ipsa sacramentali confessione, revelare?

IV. Quibus poenis plectatur qui talia egerit in primo, vel secundo, vel tertio casu?

V. Qui ignarus certae notitiae, eam ab alio vel aliis tutissime haurire valeat absque ullo periculo violationis secreti: num possit ex se, absque S. Congregationis licentia, hanc personam vel has personas interrogare?

VI. Et si hoc fecerit, tenetur ne hanc personam vel has personas, a quibus notitias hausit, in suis Informationibus S. Congregationi manifestare?

Et Sacra Consistorialis Congregatio, omnibus mature œrpensis. ad praedicta dubia respondendum censuit:

Ad I. II et III. In omnibus his casibus non licere.

Ad IV. Excommunicatione, a quo nemo, nisi Ipse Romanus Pontifex, excluso etiam Emo Cardinali Maiori Poenitentiario. absolvere potest: aliisque poenis ferendae sententiae, quae contra violatores secreti S. Officii a iure statutae sunt

Ad V. Posse.

Ad VI. TeneriJ

Quae solutiones cum ab fnfrascripto Cardinali Secretario ad Summum Pontificem, in audientia diei 20 huius mensis relatae fuissent. Sanctitas Sua eas approbavit et publicari mandavit

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorlalis. die 25 aprilis 1917.—C. Card. De Lai, Ep. Sabinen.. *Seer. V.* Sardi. Archiep. Caesariem. *Adsessor.*

A<4n ME 29 (1917) 309: PrM 3 (1920) 155-157.

1917 APR 27.-SC S. OFF., RESP. AAS 9 (1917) 268

De spiritismo

Feria III. loco IV, die 24 aprilis 191

In plenario conventu habito ab Emis ac Rrhfs Dnls Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus. proposito dubio: · An liceat per *Medium,* ut « vocant, vel sine Medio, adhibito vel non hypnotismo, « locutionibus aut manifestationibus spiritisticis qui« buscumque adsistere, etiam speciem honestatis vel « pietatis praeseferentibus. sive interrogando animas ‹ aut spiritus, sive audiendo responsa, sive tantum aspi« ciendo, etiam cum protestatione tacita vel expressa ‹ nullam cum malignis spiritibus partem se habere « velle ». — lidem Emi ac Rmi Patres respondendum decreverunt: ‹ Neqatice in *omnibus* ».

Et Feria v. die 26 eiusdem mensis, Ssmus D. N. D. Benedictus Dlv. Prov. PP. XV relatam sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 27 aprilis 1917.—Alolsius Castellano. S. R. et *U. I. Notarius.*

31

1917 MAI 1.-BENEDICT. XV, MP. AAS 9 (1917) 529-531

De sacra congregatione pro ecclesia orientali

BENEDICTUS PP. XV

Dei providentis arcano consilio locum obtinentes beati Petri Apostolorum Principis, quem Dominus lesus animarum, suo redemptarum sanguine, Pastorem in terris suminum perpetuumque constituit, omnem Nos adhibere vigilantiam et curam ut universae ac singulae non modo conserventur sed accrescant ecclesiae, ex quibus compactum et coagmentatum constat *unum corpus Christi mysticum,* seu Ecclesia Catholica, equidem pro apostolic! officii conscientia studemus. Cum autem omnes particulares ecclesias paterna caritate complectimur, tum praesertim orientales, quippe quae in vetustiore suorum temporum memoria lumina offerant sancUtatis doctrinaeque tam clara, ut eorum splendore etiam nunc, tanto intervallo, reliquas Christianorum regiones collustrari videamus. lam vero contemplari sine maerore non possumus, quemadmodum ex florentissimis amplissimisque tam tenues ac miserae sint effectae, postquam scilicet lamentabilium series continuatioque causarum maximum orientalium numerum ab Ecclesiae
530 Matris complexu distraxit/ Utinam dilectis ex Oriente filiis, divino munere, contingat in possessionem pristinae prosperitatis et gloriae aliquando restitui: Nos interea. Nostrarum partium memores, dabimus diligenter operam ut ecclesiarum orientalium afflictas res, quantum est in Nobis, relevemus.

Itaque deliberatum Nobis est pro unitis, qui dicuntur, orientalibus propriam Sacram Congregationem instituere, cuius Nosmet ipsi geramus. Nostrique deinceps successores, praefecturam. Quae enim pro *negotiis ntus orientalis* usque adhuc fuit, Pii IX, f.r. decessoris Nostri auctoritate iussuque condita, cum S. Congregationi de Propaganda Fide adiuncta esset, ut huius quasi quaedam accessio posset videri, non ignoramus aliquos fuisse non bene erga Apostolicam Sedem animatos, a quibus Romani Pontifices inde arguerentur catholicos Orientales parvi pendere, eosque Latinis velle subiectos. Huiusmodi criminationes etsi quisquis res ex veritate aestimat, videt inanes esse, volumus tamen de huius Apostohcae Sedis in Orientales benevolentia constare ita ut dubitare iam liceat nemini. Et nostri quidem Orientales, cum videant Pontificem Maximum suis utilitatibus ipsum prospicere, intelligent profecto non posse Apostolicam Sedem se eis amantiorem ostendere. E ceteris autem libet confidere iam non fore qui Latinos in suspicionem Orientalibus adducant, cum vel ex hac re sit manifestum, in Ecclesia lesu Christi, ut quae non latina sit, non graeca, non slavonica. sed catholica, nullum inter eius filios intercedere discrimen, eosque, sive latinos, sive graecos, sive slavos, sive aliarum nationum, omnes apud hanc Apostolicam Sedem eumdem locum obtinere.

Quare de apostohcae potestatis plenitudine haec Motu proprio statuimus et sancimus:

I. Sacra Congregatio de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis die xxx mensis novembris huius anni esse desinat

II. Seorsum a S. Congregatione de Propaganda Fide, S. *Congregatio pro Ecclesia Orientali* sit a die i mensis insequentis cui quidem praeerit ipse Summus Pontifex.
531 te comple/ctetur aliquot S. R. E. Cardinales, ex quibus unus Secretarius erit: adiunctos habebit e spectatissimis de Clero viris unum Assessorem et plures tum ex latino tum ex orientali ritu Consultores; praeterea idoneum officialium numerum ex clericis qui rerum orientalium peritiores sint

III. Huic Congregationi reserventur omnia cuiusvis generis negotia quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum orientalium referuntur, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione latinos quoque attingant

IV. Pro Ecclesiis ritus orientalis haec Congregatio omnibus facultatibus potiatur, quas aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent salvo tamen iure Congregationis S. Officii.

V. Eadem Congregatio controversias dirimat via disciplinari; quas vero ordine iudiciario dirimendas indicaverit ad tribunal remittet quod ipsa Congregatio designaverit

Quae omnia rata ct firma esse volumus in perpetuum. contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die i mensis maii. anno mdccccxvii, Pontificatus Nostri tertio.—Benedictus Pp. xv

Adn. I. G in PrM 9 (1921) 20-21.

32

1917 MAI 5.-BENED. XV, EPIST. AAS 9 (1917) 265-267

AD PETRUM S. R. E. CARD. GASPARRI. A SECR. STATUS S. S.. DE PACE A IESO CHRISTO. PER INTERCESSIONEM SS. EIUS GENITRICIS MARIAE. CUIUS INVOCATIO « REGINA PACIS, ORA PRO NOBIS > LITANIAE LAURETANAE ADDITUR, CREBRIS SUPPLICATIONIBUS IMPETRANDA

Signor Cardinale,

II 27 aprile 1915, con la Lettera diretta al rev. P. Crawley-Boevey [AAS 7 (1915) 203-2051. noi estendemmo a tutti coloro, i quah consacrassero la loro casa al Sacratissimo Cuore di Gesù, le Indulgenze due anni prima concesse per tale atto di pieté dal Nostro Predecessore Pio X, di venerata e santa memoria, alie famiglie della Repubbbca Cilena. Ci arrideva allora, vivida e serena, la speranza che il Divin Redentore, chiamato a regnare visibilmente nei focolari domestici, vi diffondesse gl'infiniti tesori di mitezza e di umilté del Suo Cuore amantissimo e préparasse tutti gli animi ad accogliere il paterno invito alia pace, che Ci proponevamo d'indirizzare nel Suo Augusto Nome ai popoli belligeranti ed ai loro Capi nel primo anniversario dello scoppio delTattuale terribile guerra. L'ardore, con cui le famiglie cristiane ed anche i soldati dei vari cserciti combattent! offrirono da quel giorno a Gesù l'omaggio di amorosa sudditanza tanto accetto al Suo Cuore Divino, accrebbe la nostra speranza e Ci conforté a levare più alto il paterno grido di pace.

Indicammo allora ai popoli Tunica via per comporre - con onorc c con beneficio di ciascuno di essi - i loro dissidi e. tracciando le basi su le quali dovrà posare. per essere duraturo. 11 futuro assetto degli Stati, U scongiurammo, in nome di Dio e dell'umanità. ad abbandonare i propositi di mutua distruzione e addivenire ad un giusto ed equo accordo.

Ma la Nostra voce affannosa. invocante la cessazione delTimmane conflitto, suicfdîo dell'Europa civile, quel giorno ed in appresso rimase inascoltata! Parve che salisse ancor più la fosca marea di odî dilagante tra le Nazioni belligeranti, e la guerra, travolgendo nel suo spaventevole turbine altri paesi, moltiplicô le rovine c le stragi.

Eppure, non venne meno la Nostra fiducia! Ella lo sa. Signor Cardinale, che ha vlssuto e vive con Noi nell'ansiosa attesa della sospirata pace. NeU'inesprimibile strazio deU'animo Nostro e tra le lagrlmc amarissime. che versiamo sugli atroci dolori accumulati sopra i popoli combattent! da questa orribile procella. Noi amiamo sperare ornai non/ più lontano l'auspicato gior- 355
no, nel quale tutti gli uomini. figli del medesimo Padre Celeste, torneranno a considerarsi fratclli. Le sofferenze dei popoli. divenute presso che insopportabili, hanno reso più acuto e intenso il generale desiderio di pace. Faccia il Divin Redentore, nelTinfinita bonté del Suo Cuore. che anche negh animi del governanti prevalgano i consign di mitezza. e che. conscii della propria responsabilité innanzi a Dio ed innanzi all'umanità. essi non resistano più oltre alla voce dei popoli invocante la pace!

A tai fine saiga a Gesù. più frequente, umilt c fiduciosa, specialmente nel mese dedicato al Suo Cuore Santissimo. la preghiera della misera umana famiglia e Ne implori la cessazione del terribile flagello. Si purifichi ciascuno più spesso nel salutare lavacro della sacramcntale Confessione, e all amantissimo Cuore di Gesù. congiunto al suo nella Santa Comunionc. porga con affettuosa insistenza le sue supphchc. E poichè tutte le grazie. che FAutore d'ogni bent si degna compartire ai poveri discendentl di Adamo, vengono, per amorevole consiglio della sua Divina Prowiticnza. dispensate per lc mani della Vcrgine Sanussima. Noi vogliamo che alia Gran Madre di Dio tn questôra tre-

menda più che mai si Volga viva e fidente la domanda del Suoi afflittissimi figli. *Diamo,* quindi, a Lei. Signor Cardinale, Fincarico di far conoscere a tutti i Vescovi del mondo fl Nostro ardente desiderio che si ricorra al Cuore di Gesù. trono di grazie. e che a questo trono si ricorra per mezzo di Maria. Al quale scopo Noi ordiniamo che. a cominciare dal primo di del prossimo mese dl giugno, resti fissata nellc Litanie Lauretane l'invocazione *Regina pacis - ora pro nobis,* che agli Ordinari pennettemmo di aggiungervi lemporaneamente col Decreto della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordlnarii in data del 16 novembre 1915 *(AAS* 7 (1915) 4981.

Si levi, pertanto, verso Maria, che è Madré di misericordia ed onnipotente per grazia. da ogni angolo della terra, nel tempi maestos! e nefle più piccole cappelle. dalle reggie e dalle ncche magion: dei grand: come da: più poveri tuguri, ove alberghi un anima fedele. dal campi c ca: mari insanguinati, la pia, devota invocazione e port: a Lei l'angoscioso grido delle madn e delle sposc, fl gemito dei bimbi innocenti, il sospiro di tutti i cuorl bennati: muova la Sua tenera e benignissima soflecitudine ad ottenere al mondo sconvolto la bramata pace e ricordi, poi. ai secoll venturi I'efficacia della Sua intercessione e la grandezza del beneficio da Lei compartitoci.

Con questa fiducia nel cuore, Noi unploriamo da Dio su tutti i popoli, che abbracciamo con eguale affetto, le
2β7 più elette grazie ed/ impartiamo a Lei. Signor Cardinale, e a tutti i figli Nostri la Benedizione Apostolica.—Dal Vaticano, 5 maggio 1917—Benedictus Pp. xv.

33

1917 MAI 18.-SC RIT., RESP. AAS 9 (1917) 352-353

TARVISINA

De INSTRUMENTIS < CAMPANE TUBOLARI > IN ORGANO

Rnius Dnus Episcopus Tarvisinus Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione proposuit; nimirum:

Utrum organo ad usum liturgicum adhibito adiun-£ere liceat instrumenta vulgo vocata *Campane tubo-*iri?/

Et Sacra eadem Congregatio, attento Motu Proprio sa. me. Pii Papae X, *De musica sacra,* n. 4121. diei 21 novembre 1903 [AAS 36 (1903-04) 329-339] tit VI, n. 18 et 12, una cum subsequentibus declarationibus, atque audito specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit: *Negative.*

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 18 mail 1917.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. *C. Pro-Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. P P tn EL 31 (1917) 35B-359.

54

1917 MAI 20.-SC REL., RESP. AAS 9 (1917) 350-351

DI SOCIETATE FILIARUM S. URSULAE A S. ANGELA MERICIA

In Generalibus Comitiis diei 19 Maii 1917. Eihis Patribus Cardinalibus S. Congregationis de Religiosis, habita ratione Decreti eiusdem S. Congregationis diei 30 Ionii 1911 (ASS 3 (1911) 391-392] quo Societati Filiarum S, Ursulac aggregatio conceditur Tertio Ordini Franciscali ad obtinenda privilegia induigcntiasque eiusdem Tertii Ordinis, proposita sunt solvenda circa relationes inter Societatem Filiarum S. Ursulac a S. Angela Merlcla ct Tertios Ordines praesertimque Tertium Ordinem Franciscalem, iniraseripta dubia:

I. Utrum Filiae e Societate S. Ursulae adseribi possint Tertio Ordini S. Francisci. vel alteri Tertio Or-
351 dmi?/

II. Utrum Decreto S. Congregationis de Religiosis anni 1911. quo privilegia et indulgentiae Tertii Ordinis S. Francisci communicantur cum Societate Filiarum S. Ursulae. frui quoque valeant illae Familiae eiusdem Societatis quae dictam communicationem expresse non petierint?

III. Utrum Filiae S. Ursulac possint, quatenus Tertio Ordini Franciscali aggregatae, interesse conferendis et functionibus quae habentur in localibus congregationibus Tertii Ordinis?

IV. Utrum adseriptae cuicumque Tertio Ordini religioso saeculari transire possint ad Societatem Filiarum S. Ursulae?

Huiusmodi dubiis Emi Patres respondendum consuerunt:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Negative.*

Ad IV. *Affirmative, relicto tamen Tertio Ordine cui pertinebant*

Ssmus Dominus Noster Benedictus Divina Providentia PP. XV, in auaientia concessa Secretario S. Congregationis die xx eiusdem mensis maii, resolutiones Emorum Patrum approbare et confirmare dignatus est—I. Card. Tonti, *Praef.* AduJphus, Ep. Canopitan., *Secr.*

Ada. ME 29 0917) 301-302; *PrM 9* (1921) 48-49.

1917 MAI 27.-BENED. XV, CONST. AAS 9 (1917) 5-8

CODEX IURIS CANONICI PROMULGATUR

VENERABIL1BVS FRATRIBVS ET DILECTIS FILUS PATRIARCHIS, PRIMATISVS, ARCHIEFLSCOPIS, EPISCOPIS ALIISQVE ORDINARIIS AC PRAETEREA CATHOLICARVM STUDIORVM UNIVERSITATUM AC SEMINAR10RVM DOCTORIBVS ATQVE AVDITORIBUS

BENEDICTUS EPISCOPUS

***SERWS SERVORVM DEI AD* PERFETVAM REI MEMORIAM**

Providentissima Mater Ecclesia, ita a Conditore Christo constituta, ut omnibus instructa esset notis quae cuilibet perfectae societati congruunt, inde a suis primordiis. cum. Dominico obsequens manaato, docere ac regere omnes gentes incepit, aggressa est iam tum sacri oramis virorum christianaeque plebis disciplinam aalis legibus moderari ac tuerL

Procedente autem tempore, praesertim cum se in libertatem vindicavit et per maiora in dies incrementa latius ubique est propagata, ius ferendarum legum propnum ac nativum evolvere atque explicare nunquam destitit, multiplici ac varia decretorum copia per Romanos Pontifices et Oecumcnicas Synodos, pro re ac tempore, promulgata. Hisce vero legibus praeceptisque tum cleri populique Christiani consuluit regimini sapienter, tum ipsam, ut historia testatur, rei publicae utilitatem civilemque cultum mirifice provexit. Neque enim solum barbararum gentium Jeges curavit Ecclesia abrogandas ferosque earum mores ad humanitatem informandos, sed ipsum quoque Romanorum ius, insigne veteris sapientiae monumentum, quod *ratio scripta* est merito nuncupatum, divini luminis auxilio freta, temperavit correctumque Christiane perfecit, usque adeo ut, instituto rectius ac passim expolito privato et publico genere vivendi, sive aetate media sive recentiore materiam legibus condendis satis amplam paraverit/ 6

Verum emmvero, quod ipse fel. rec. Decessor Noster Pius X, motu proprio *« Arauum sane »*, d. xvi Kal. Apr. a. MCMiv edito (AAS 36 (1903-04), 549-551], sapienter advertit, temporum conditionibus hominumque necessitatibus, prout rerum natura fert, immutatis, ius canonicum iam suum finem haud expedite persequi omni ex parte visum est. Saeculorum enim decursu, leges quamplurimac prodierant, quarum nonnullae aut suprema Ecclesiae auctoritate abrogatae sunt aut ipsae obsoleverunt; nonnullae vero aut pro conditione temporum difficiles ad exsequendum, aut communi omnium bono minus in praesenti utiles minusve opportunae evaserunt. Accedit etiam, quod leges canonicae ita numero creverant, tam disiunctae dispersaeque vagabantur, ut satis multae peritissimos ipsos, nedum vulgus. latercnL

Quibus de causis, idem fel. rec. Decessor Noster, «tatim ac Pontificatum suscepit, secum ipse reputans quanto foret usui ad disciplinam ecclesiasticam restituendam firmandam, si gravibus illis, quae supra enarravimus. incommodis sollicite mederetur, consilium Iniit universas Ecclesiae leges, ad haec usque tempora

editas, lucido ordine digestas in unum colligendi ; amotis inde quae abrogatae iam essent aut obsoletae ; aliis» ubi opus esset, aa nostros praesentes mores opportunius accommodatis; * aliis etiam, si quando necesse esse aut expedire videretur, ex novo constitutis. Rem sane perarduam post maturam deliberationem aggressus, cum sacrorum Antistites, quos Spiritus *Sanctus posuit regere Ecclesiam Det,* eadem super re consulere eorumque mentes plane cognoscere omnino oportere iudicasset, prunum omnium id curavit ac voluit, ut Cardinalis a Publicis Ecclesiae Negotiis, datis litteris ad W. FF. singulos Catholici Orbis Archiepiscopos, iisdem committeret ut ‹ auditis Suffraganeis suis aliisque» si qui essent, ‹ Ordinariis qui Synodo Provinciali intéresse deberent, ‹ quamprimum huic Sanctae Sedi paucis referrent an ‹ et quaenam in vigenti iure canonico, sua eorumque ‹ sententia, immutatione vel emendatione aliqua prae ‹ ceteris indigerent › './

Postea, compluribus viris disciplinae canonum perilissimis sive ex Urbe Roma sive variis e nationibus in consortium laborum accitis, mandatum dedit dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, tum Archiepiscopo Caesariensi, ut Consultorum operam dirigeret, perficeret, ac, si opus esset, suppleret. Coetum oeinde, sive ut aiunt. *Commissionem* S. R. E. Cardinalium constituit, in eamque cooptavit Cardinales Dominicum Ferrata. Casimirum Gennari, Beniaminum Cav.cchioni, Joseph Calasanctium Vives y Tuto et Felicem Cavagnis, qui, referente eodem dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, paratos canones diligenter perpenderent eosque, iudicio suo, immutarent, emendarent, ĕxpolirent Cum autem quinque ii Viri, alius ex alio, obiissent, in eorum locum suffecti sunt dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales Vincentius Vannutelli, Caietanus De Lai, Sebastianus Martinelli, Basibus Pompili, Caietanus Bisleti, Gulielmus van Rossum, Philippus Giustim et Michael Lega, qui mandatum sibi negotium egregie expleverunt

Postremo, prudentiam auctoritatemque cunctorum in Episcopatu venerabilium Fratrum iterum exquirens, ad ipsos itemque ad omnes Regularium Ordinum Praelatos, quotquot ad Oecumenicum Concilium legitime vocari solent, novi Codicis iam digesti et adornati, antequam promulgaretur, singula ad singulos exemplaria mitti iussit, ut suas quisque animadversiones in paratos canones libere patefacerent4.

Verum, cum interea immortalis memoriae Decessor Noster, complorante Catholico Orbe universo, de vita decessisset, id contigit Nobis, Pontificatum secreto Dei consilio ineuntibus, ut Ecclesiae Nobiscum docentis sic unoique collecta suffragia debito cum honore exciperemus. Tum demum, novum totius canonici iuris Codicem, iam pridem in ipso Concilio Vaticano a pluribus sacrorum Antistitibus expetitum, et abhinc duodecim solidos annos inchoatum, in omnes suas partes recognovimus,
8 approbavimus, ratum habuimus./

Itaque, invocato divinae gratiae auxilio, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, motu proprio, certa scientia atque Apostolicae, qua aucti sumus, potestatis plenitudine. Constitutione hac Nostra, quam volumus perpetuo valituram, praesentem Codicem, sic ut digestus est, *promulgamus» vim lepis posthac habere pro universa Ecclesia decernimus, lubemus,* vestraeque tradimus custodiae ac vigilantiae servandum.

Ut autem omnes, ad quos pertinet, probe perspecta habere possint huius Codicis praescripta antequam ad effectum adducantur, edicimus ac iubemus ut ea vim obligandi habere non incipiant nisi a die Pentecostes anni proxime venturi, idest a die decima nona mensis Maii anni millesimi nongentesimi duodevicesimi.

Non obstantibus quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis etiam speciali atque individua mentione dignis, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus ceterisque contrariis quibusvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis expressaeque quomodolibet voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum die festo Pentecostes anno millesimo nongentesimo decimo septimo, Pontificatus Nostris tertio.—Petrus Card. Gasparri, *a Secretis Status.* O. Card. Caggiano de Azevedo, S. *R. E. Cancellarius.*

* *Ct.* Motu proprio «Arduum *sane».* 2 *Cf.* Epistolam «Perρτχ/νη *rniM»* die 25 Martii 19M. * Cf. Motu proprio *cArduum uoet.* * *Cf.* Epistolam «De *mandatos* dic 20 Martii 1912.

Adn. Ph. MAROTO în CpR 1 (1920) 9-16.

36

1917 MAI 28.-SIGN. AP.» DECISIO. AAS 10(1918)39-44

MANILEN.

CIRCUMSCRIPTIONIS SEU SUPER DECRETO DE INTERIM exsequendo. Die 28 *aprilis 1917*

In ordinario Congressu habito in aedibus Erhi ac Rmi. D. D. Michaelis Card. Lega, S. T. Praefecti, aie 23 aprilis 1917, intervenientibus, una cum R. P. D. Secretario, nonnullis RR. PP. DD. Praelatis Votantibus ac Referendariis, inter alia ad examen revocatus fuit recursus procuratoris parochi loci Canuaba, adversus sententiam mciaentalem Turni Rotatis, tn causa *Manilen.* Legati Pii, latam *die 27 martii 1917, interpositus ad oblinendam aeclarationem nullitatis seu circumscriptionem praelatae sententiae. Quum autem, ominous mature* perpensis, *recursus funaamento boni iuris aeslilutus appareret, rescriptum est ab Emo Card. Praefecto, ad nonnam can. 40 Leg. Prop.* « Recursum esse reiicienaum › *aadtto eiusdem Emi Cara. Praefecti decreto ut extenderetur decisio.*

Decisio vero sequentis tenoris est:

1. In S. R. Rota coram altero Turno, Ponente R. P. D. Rossetti Auditore, pendet causa *Legati* Pii inter Provinciam SS. Nominis lesu. Ord. Erem. S. Augustini et parochum loci Candaba, dloec. Mamlen., circa dominium praediorum quorumdam, quae a. 1679 pia testatrix Lucia Gumamela legavit tum Provinciae tum Conventui S. Andreae loci Candaba ut ex reditious onera quaedam Missarum persolverentur. Quum enim, anno 1898, Regulares ecclesias et animarum curam dimittere coacti fuerint atque in eorum locum suficcti sacerdotes saeculares, Vincentius Lapus, parochus constitutus in ecclesia S. Andreae oppidi Candaba. praetendit ut a Religiosis praelaiorum praediorum dominium ipsi traderetur, atque in hunc finem causam lis dixit coram Archicpxscopo Manilensi. - Secundam sententiam obtinuit die 14 augusti 1908, contra quam appellarunt Religiosi ad viciniorem Episcopum; quum tamen nonnulla acta ad prosequendam appellationem omisisset Provinciae procurator, declarata est instantiae peremptio. Sed provocantibus ad S. R. Rotam Religiosis, decisio Rotalis coram Rfflo P D. Sebastianelll Decano, data die 7 februarii 1916 (Acta *Ap. Sed.,* \UI. 275 ssj. definivit fieri locum/ eorum favore restitutiom in integrum, dominiumque controversorum praediorum adiudicavit Regulari Provinciae. 40

2. Appellationem ad alterum Turnum interposuit procurator parochi Lapus admisitque Sacri Auditorii Decanus decreto 17 aprilis 1916. Quamvis tamen novi Turni Ponens a die 1 mali eiusdem anni partes invitasse! ad concordationem dubiorum, procurator parochi, licet semel iterumque citatus, non comparuit, donec, die 12 lanuarii 1917. Ponens per decretum ex officio declaravit: - attentis ho" diemis civilis societatis adlunctis. locum non fieri peremp* tioni appellationis, ad normam Reg. Rot. 236. n. 2. sed " appellationem ipsam esse serio prosequendam “ ; quapropter, assignato termino duorum mensium ad acta efficaciter complenda, praemonebat “ his inutiliter elapsis locum fore “ *exsecutioni provlsoriae* sententiae appellatae, servatis de “ iure servandis ”. Sed quum, post mensem, certis argumentis ac praesertim ex nova longioris dilationis petitione ex parte procuratoris, iam compertum esset inde nihil causam profecisse nec profecturam esse, die 22 februarii 1917 Ponens dato novo decreto ex officio, iussit causae disceptationem differri sine dte. ac sententiam appellatam Interim et provisono modo, praeviis opportunis cautionibus, favore Religiosae Provinciae exsecutioni mandari; quod decretum Ponentis per sententiam incidentalem Tumi, die 27 martn 1917, latam ad tramites can. 20 Legis Propriae et reg. Rot 83, confirmatum fuit.

Adversus hanc incidentalcm sententiam recursum interposuit parochi procurator ad Supremum Hcc Tribunal, postulans praefatae sententiae nullitatem aut circumscriptionem seu rescissionem declarari, sive decerni.

3. Primum ac praecipuum recursus argumentum respicit *ritum,* quo sententia edita est. atque ita proponitur. Ex art. 82 Reg. serv. in S. R. Rota: * a decretis a Ponente editis, " competit *appellatio* ad Turnum “; in casu tamen Turnui decretum Ponentis inappellabile dixit, ac tantummodo recursum adversus illud recepit. Et quamvis id videatur omnino consonum praescripto can. 2I» L P. et art. €3 Reg.. — nam can. 20 statuit: “ quoties in S. R. R quaestio flat “ circa exsecutionem provlsoriam res *tnappr*Rebili sen* tentia a solo Praeside Turni est definienda art B3 vero subdit: M salvo iure recurjus ad Turnu.—. a quo eo noscen“ dum est, utrum Ponens suas partes transgrexsus sit attamen recurrens assumit his normis urgendum locum in

" nem exsecutionis " satis innueret regulam vigere, quando exsecutio iam decreta est. et tantummedo quaestio fit de modo exsequendi, aut non exsequendi, t'erumtamen haec
41 difficultas penitus evanescit inspecto/ textu rcg. RoL 85 quae est declarativa can. 20 Leg. Pr : ibi enim legitur huic canoni fieri quoque Jocum " In casu quo Ponens exsecuuo- " nem provuertam procscribcx w h. e. quando quaestio fit de ipsa exsecutione, non *de* eius modo dumtaxat, decernenda. Et ubi verba legis tam clara sunt, non est profecto facienda adeo contraria interpretatio.

4. Cetera recursus anramenta meritum potius appellatae sententiae spectant. Videlicet, quum Turnus, ad normam reg. 83. tantummodo expendent: * utrum Ponens partes - suas transgressus fuerit " hulcque quaestioni negativum dederit responsum, recurrens hisce argumentis male Turnum dc re iudleasse contendit, dum evincere ex adverso conator revera Ponentem partes suas transgressum esse, pluribus adductis sd rem ratiocinationibus, quarum potiorcs. quae in hac sede expendi mercantur, hae sunt:

primo, quia exsecutionem provisoriam Ponens concessit. Immo lussil. ex *officio,* absque praevia partis petitione.

securdo, quia concessit, dum causa in *duro* gradu iunsdicuani seu in apcUatlonls iudicio. versabatur:

tertio, quia concessit, *nulla intercedente cx ecusu* art M. Reg. RoL recensitis.

At vero, prtauo gravamen facile fundamento destitutum invenitur quum in Regulis Rotalibus nulliol tegatur expressum exsecutionis provisoriac benriicium non esse a iudico concedendum nisi ad instantiam partis. Quin LT4UO contranam satis aperte edicitur per distinctionem, in iisdem Regulis saepius obviam, inter *decretum* ac rcocnptun quo hpiusmodl exsecutio dicitur praescribi, aut etiam praecipi, tniuegt; ita i 83. 1: " Praedictae regulae fit exceptio in " casu quo Ponens provisonam sententiae exsecut.oncm " prjeicnbci. quod decretum aut *rescriptum* est mappeila- " olle ". lb. 2: Hoc autem *decretum* aut rcscnptum debet " rationibus, tum In lure tum In facto munir, ". | 84: - A " Ponente provisona exsecutio praecipietur, quoties id con- " forme sit lurt commun) | 65. n. 2: " Ponens, provisonam exsecutionem trJungcns, mandat, etc. J 229: " Sl " exsecutio provisona fuit pracscnpta, ad normam J 84 '. etc. Etenim m prinus salis apertum est. in ture verba haec " praescribere ", ~ praecipere ", * iniur.gcre absque alio addito, ministerium ludicis cx officio, r.cc ad partis instantiam. procedentis denotare. Quae interpretatio firmatur cx alio legis praescripto in sublecta specie, ubi. praecedente partis instantia, ludex petila *concedere,* non autem prac- •cnbvre. praecipere, dicnur: nempe i 228. ub; haec lepmus: • Quando exsecutio proviaona. in primo gradu expetita. ' coxxcua non fuerit ", etc. Ulterius, explicita distinctio
42 quae in allatis textibus occurrit, inter decrettrin/ et rescriptu-. Ponentis exsecutionem prcviscriam lubentis. ccmpronat omr.ir.o posse iudlcem ecclesiasticum exsecutionem provisoriam mandare, sive ex oflxto (per decretum· sive ad partis instantiam (per rescriptum·.

a. xeque opponere luvat praefatam distinctionem esse polias exponendam ad normam duplicis, quod in hodiernis civilis iuris codicibus recensetur, generis regularum, per quts videlicet vel provisona exsecutio obtineri valet ope kpti (per decretum, ut assumitur» vel relinquitur arbifno ludtcu (nempe, per rescriptum» eam concedere aut negare, in utroque tamen casu praevia partis Instantia: cfr. v. g casu non fuisse, quia can. 20 L. P. dum limitai suam vim ad certos casus. nempe " quoties quaestio fiat, circa cxsecu- "' tionem provisonam alicuius sententiae aut circa inhibitio- Ri?. Gmdir Gregor . | IΛ5. 916. Cod. do. It., art 393. 4«, Hoc enim etiam dato, non licet tamen causas canonicas, in cultiu ut plurimum, bonum non solum privatum, sed publicum attingitur, causis mere civilibus aequiparare. In quibus naniuii privata negotia sunt componenda, nec ideo leges de Iliis lata ad nonnam legum quious hac reguntur interpretar: fas est. Sl itaque in re ad hodierni civilis luris interpretes provocatur, qui. unanimes, ut refert auctor articuli *Lsecuzione* provworia. In Encictop. giurid. liai, (vol. V. p IU. (1911), p. 4) haec statuunt; " Scnza domanda ii * magistrale non puô pronunclarla. e cgli lo facesse. " occederebbc | limiti del potero dl chl giudica in materia * civile, su d'inierrxri pnvofi che. appunto perché tali. M nulla han *che* vedere co.i iordine pubblico, etc. (Cfr * sent della Corte d appello di Roma. Id giugno 15.54: La " ieVtfc. 1U3. p. 207f eodem prorsus argumento contraria in foro ecclesiastico sententia ineunda suadetur.

Quae, d generatim dicta valent, potiesimum vero caau» noero aptantur, in quo rvs agitur inter paroeciam et monasterium. utrumque ture minorum fruens: iudicem autem debere ex officio procedere seu non exspectata parus instantia, ne minor a quoquam, nec ab alio quidem miaorc. quodpiam sui luris capiat detrimentum, nove pars inexjnrta In sua simplicitate ab altera circumveniatur, compertlsaunum in lure «t (c. 2. X. *De officio* ludteu. 1. I. 1. 32 c. 2. X. De in integrum restitutione. 1. I. t. 41). uc aequitati canonicae perquam consentaneum.

Quapropter nihili faciendum c«t, quod praeterea ad hoc gravamen fulciendum obllcitur, nimirum exsecutionem provhoriam non puve coactivo modo, sed dumtaxat facultative per deerrtum aut rrscrtptum lubcrt; quasi parti cuius Interest integrum ce«rt decreto uut rescripto obtemperare. Hoc erim neutiqu.»tn admittitur quando partes in causa non ‹]® privatis ※ui iuribu», sed dc mribus p^rnr-anir. moralium quas repraesentant, wu de bono publico, decettant fefr Lega. Praeicctio-.c» de iudUtis rectesuuttrii. I·. n 75 S3.

6. Quod autem In altero gravamine assumitur, exsecutionem proviso/riam in casu fuisse decretam a iudicc *ad quem* appellabatur, id quidem m facto est. Frustra Lamrn contenditur hac de causa decretum istud irritum fuu»?, utpotc positum contra art. 22i> Reg. Rot., quo praescriuitur· " Quando exsecutio provlsorla tn *primo yradu expaiic* M concessa non fuerit, peti potest per mcidcntalcm instantiam et per memoriale in appellationis iudicio ※ quasi exinde liceret deducere contrariam correlativam: ° Quando " exsecutio provisorta in primo gradu non tuent expcti- " la. . peu non potest m appellationis iudicio . Fauacu enim huius argumentationis ierit oculos: siquidem hoc unum ex praelata reguia deducere fas est. exsecutionem provisonam in appellationis iudicio peti posse etiamsi, petila ia primo gradu, non luerit concessa. In quo sensu regula opportunissima apparet ad temperandum, saltea» dum causa versatur coram altero tumo. rigorem can. 2u Leg. Pr., quo decretum Pùncnus exsecutionem concedes aut negans *inappellabilc* constituitur, quem rigorem iam temperavit Reg. RoL fc-3 dum adversus Ponenus decretum recursum, etiam in eodem Turno, salvum fecit.

Quae quum ita smt. frustra opponitur, non modo, ut planum est. similitudo *verbalis* rcg. 224 cum art. 4M cod. civ. liai.. <954 cod. Nap.), sed etiam consectaria interpretatio scholae luris Italicae, quae contra gailicam (Dauoz, Tailand ler, etc.) sustinet non posse primum in appedaUonc bcnciicium interim exsequendi poatularL Quidquid enim de re. a foro nostro prorsus aliena, sit statuendum, m comperto est non posse aptari legi canonicae praecipuum argumentum denegantium hanc facuitatcra: nimirum, censendos esse eos qui non petierint in primo gradu, noluisse suo lure uti, ncc ideo ad resipiscendum in altero gradu lumen admittendos in damnum partis adversae; obstat siquidem iterum peculiaris natura causarum canonicarum, quae non semper integrum relinquit litigantibus iun suo renuntiare.

7. Expeditior prostat responsio tertio gravamini, videlicet causam a Ponente ad exsecutionem provisonam dewrnendam his verbis enuncutaxn " cum necessitas exsisteret - removendi inutilem et perniciosam dilutionem, in appd- " latione serio prosequenda ※ non contineri inter eas quae art. 34 Reg. Rot. recensentur: " A Ponente provisoria exse- ※ cutlo praec.pictur quoties id conforme sil lurl communi. " ct praesertim quum agitur dc remediis provisional!bus et - caulionious. aut de iudicus possessoriis aiilsque. quae all- - menta aut mercedes respiciunt

Etenim, retenta, quae superius (n. 3) adumbrabatur, duplici differentia regularum de exsecutione provisorla decernenda aut concedenda, aliquando nempe ope lepis. iuoenUs nonnullas sententias interim esse exsequendas, etiam nuLa praevia partis instantia, aliquando vero crbitrio/ ludicij, 44 cui committitur sive exsecutionem praescribere, sive ad instantiam partis concedere aut denegare, habita potissimum rauone tum vehementis praesumptionis veritatis, tum necessitatis celerioris expeditionis negotii, liquet, comparatione quoque cum hodiernis codicibus iuris civilis instituta. art. 84 Reg. Rot. agere de primo tantummodo causarum genere» nec eas omnes laxative recensere, prout manifestum fit generali formula " quoties)d conforme sit * lurl communi ", atque verbo " praesertim ※ adhibito. At vero, m casu nostro liquidum est. ludicem supplevisse favore minoris defectum instantiae partis, quam prudenti suo iudicio existimabat debuisse, in taliuus constitutam rerum adiunctls, huiusmodi inierim exsequendi beneficium impetrare. Causam autem huius aestimationis probam lustamque subiecisse — quamquam Nostri Tribunalis non est, tn lacti artimvttinnem inquirere — ex enarratis a limine compertissimum fit. Enimvcro. partis coram primo Turno victricis iunbus nocebat quam maxime " mutilis et perniciosa dila· " lio alterius partis m appellatione presequenda ", ad quam removendam frustra per annum circa adlaboralum erat, beneficio etenim prima sententia pario, vix. in hisce rerum adiunctis. quae impediebant etiam quominus peremptioni instantiae locus fieret, praevideri poterat quandonam esset periruiturx Nec paru solummodo, sed bono publico queque — teste Zceh. *dc* tudlciis, sect. 1. ttt. 2. de iudice — perniciosum censeri debebat quod litem inchoatam prorogare alterutra pars studeret, ad innocentem alterius partis simplicitatem circumveniendam, qui casus ex praecipuis est. m quibus possit ludex et debeat, etiam non imploratus procedere (cfr. c. β. X. *De* in *integrum restitutione,* 1. I. L 41;

Quum igitur omnia et singula recurrentis gravamina, diligenti examine perpensa, acuta fortasse, magis quam vera iureve consistentia apparerent, quumque signanter non demonstraretur cx his *defectus competentiae* in Turno sententiam incidentalem proferente, neve in ipsa sententia ratio non habita alicuius *legis,* aut *manifesta* quaeris legis motatio, quod praetendebatur, ut ad normam art. 4 Rcgul. Nostri Ordinis sententia nulla declararetur. aut circumscriptioni resclssionive obnoxia, hinc Supremum Tribunal recursum reiiciendum censuit ac prorsus reieclt

Atque ita. etc.; non solum, etc.: sed ct omni. etc.

.0 — μ in sede S"Prc®» Tribunalis, 28 mail »9.. Lbaldiu. Maxmucci. Signaturae *Votans.* Vis·· LUCldi· S A S T· a Secr· Aloisius Scias

37

1917 IUN 2.-SC CONC. RESOL. AAS 10 (1917) 326-331

MELEVITANA

Iuris funerandi a parocho quasi-domicilii

2 iunii 1917

Species facti - Exeunto anno 1913 ex dismembratione territorii potissimum paroeciae archipresbyteralis loci Casai Zurrico dioecesis Melevitanae erecta fuit paroecia oppidi *Birzebbugia;* sed archipresbyter haud raro mra novi parochi intercipere arbitratus est, praetextu quod parochianorum aliqui, licet quasi-aomicilium in novo districtu foverent, praecipuam vel aequalem sedem adhuc in vetere retinerent. Defunctis itaque in territorio filialis duobus christifidelibus qui pariter in paroecia matrice domicilium habebant et in filiali quasi-domicilium, archipresbyter, alienum territorium ingressus, eorum corpora levare, associare, deducere ad suam ecclesiam ibique eos funerare non dubitavit. Controversia inde exorta ad Administratorem Apostolicum
327 (vacante tunc Sede/ Episcopali) delata est, qui, utrimque informatus, in Archipresbyter! favorem decretum tulit die 19 septembris 1914, statuens nimirum « cada- I verum associationem peragendam esse a parocho do- ‹ micilii, quocumque demum loco obitus contingat: in c casu autem extra controversiam positum esse quod c defuncti domicilium fovebant in loco *Casale Zurrico* ». Ab hoc decreto parochus recursum interposuit ad H. S. C. quae, expectato de more adventu novi Episcopi, hunc de sententia rogavit. Docuit quidem novus Episcopus de consuetudine inolita *post* resolutionem IL S. Ordinis in *Melevitana,* diei 30 aprilis 1904 (cfr. *Thesaurus resolutionum S. Congr. Concilii,* t. CLXIII, an. 1904, pag. 505. ss.). vi cuius consuetudinis unus parochus domicilii ius haberet in Melevitana dioecesi associandi proprium filianum, ubicumque demum contingeret obitus; eam tamen utpote a praepostera praefatae resolutionis interpretatione profectam, atque legitimo adhuc temporis spatio minime suffultam, non esse sustinendam facile recognovit Verum, attento quod ius commune hac in re in dioecesim non sine difficultate introduci posset, quamvis id iussisset supradicta H. S. O. resolutio, die 30 apr. 1904 data, ad futuras fortasse lites praecavendas proponebat ac enixe efflagitabat idem Episcopus ut haec regula quoad funera pro tota Melevitana dioecesi sanciretur, nimirum: ‹ Illi parocho exclusive pertinet ‹ funera absolvere, exceptis casibus sepulturae electi- I vae aut gentilitiae, in cuius paroecia christifidelis vita ‹ functus est, etsi ibi nec domicilium nec quasi-domici- ‹ lium habeat »; pro qua norma statuenda adducebat tum analogiam cum decreto *Ne temere* [diei 2 augusti 1907. ASS 40 (1907) 525-530], quoad matrimoniorum validam celebrationem, tum aequitatis rationem, quum generating unus parochus loci sacramenta morituris ministret. tum peculiares loci circumstantias, ut infra dicetur.

E re itaque visum est universam causam Emorum Patrum iudicio subiicere propositis dubiis:

I. *An decretum Administratoris Apostolici d. d. 19 septembris 1914 sit confirmandum vel infirmandum in casu:*

II. An et *quomodo excipienda sit petitio Episcopi in casu.*

Stxomis disctptationis. - *Votum Consultoris* summatim ita referri potest. - I. Quoad primum dubium praemittit utrimque supponi defunctus in casu in paroecia archipresbyterall domicilium, in nova vero quasi-domlcilium Ur.tum obtinuisse. Hoc ut minimum tamquam plene firmatum suscipi potest: non desunt enim adiuncta rerum unde mento suspicari quis posait assertum quasi-domlcibom in nova paroecia esse verum et germanum domicilium, qua in hypothesi quaevis controversia cessaret. Admissa vero contraria, id tantum superest Inquirendum, quid mmirum turis, circa/ defunctum qui in paroecia quasi-domicilii obiit, quin sepulturam electivam aut gentilitiam haberet: an scilicet debeat ac possit cadaver deferri ad paroeciam domicilii ut ibi funera absolvantur, an potius parochus quasi-domicilii lus privativum sepulturae habeat. Ast haec quaestio expeditissima est: In praesenti enim communissima est doctrina quod is * qui habet quasi-domici- " hum tn parochia et In alta parochia domicilium (verum “ aut legalei. et moritur in loco quasi-domicllil. ibi etiam ' sepeliendus est. licet facile possit ad domicilium deferri. " Ratio est quia parochus quasi-domicilii est vere et proprie * parochus et proir.de idem hic recurrit dicendum ac dc ' eo qui duplex domicilium habet ~ (.Many. *Dc loc. saens.* p 279, 2 De quasi-domiciliatis. b). " Parochus in cuius pa- “ rochia fideles defuncti verum domicilium vel etiam qua- ° si-domicUlum habuerunt, est ad sepulturam ibidem pera- “ gendam per se vel per suum delegatum privative competens ” (Wcmz. *Ius decret.*. III. η. *716).* Idem legitur in Synopsi *rerum moralium ct canonicarum* (n. 2143. vol· II. v. *Exequtac}:* ‘‘Qui moritur in loco domicilii vel quasl-domocl- ' 111. ct alibi habeat domicilium, vel quasi-domiciluim. debet “ sepeliri ubi mortuus est (Ferraris, v. *Sepultura,* n. 35/, “ nisi alibi elegerit sepulturam vel habeat sepulcrum gen- " tllitium·, sed quacumque in hypothec parochus domicilii. “ si defunctus mortuus est in loco quasi-domicilii et vi- ** cissim. *nullum* haberet ius. *nec ad quartam* quidem fu- ** nerariam ", quia videlicet, etiam per quasi-domicilium parochia acquiritur, adeoque quum quis in loco quasi-domicilii decedit, eius proprius parochus, *tunc,* alius non es: nisi parochus quasi-domicilü. Id conlirmatur ex innumeris resolutionibus H. S. C. etiam recentioribus. e. g. Reatina. *Iuris associandi cadaver, 22 dec.* 1866 (ASS 3 (1866) 41-46): Crcmen.. *Emolumentorum juncris,* 12 mart. 1861 (ASS 14 (1881) 209-216] : Arimlnen., *Sacramentorum et funerum,* 24 mart. 1883 [ASS 21 (1888) 94-105] : Novanen.. *Funerum,* 27 mail 1893 [AAS 28 (1895-96) 233-2391. etc.

Ad consuetudinem vero quod attinet: in facto novimus, ut refert Episcopus, olim ab immemorabili inolevisse consuetudinem. In universa insula, vi cuius libani cadaver extra fines propnae paroeciae defuncti, levabat quidem parochus loci, sed ad fines suae paroeciae dumtaxat, ubi a parocho proprio defuncti suscipiebatur. Ast post varias contrarias S. H. C. decisiones ab a. 1881 ab hoc more pauiatim recessum est. cui postremum vulnus intulit resolutio data die 30 aprilis 1904 statuens " in casu servan- " dum esse ius commune ". Deinceps vero, sensim sine sensu, alius usus, fortasse ex praepostera dictae resolutionis Intellectione subortus est, vi cuius parocho domicilii ius esset levandi, associandi ac funerandi cadavera flbanorum cui in loco decessus quasi-domicilium 1111 haberent. Ceterum animadvertit Episcopus nonnisi pauci casus citari/ 329
ad rem possunt, quum rara admodum sese obtulerit hucusque decessus in hisce circumstantiis occasio.

Quod ius spectat, certum quidem est consuetudinem legitime praescriptam posse statuere favore parochi domicilii tus exclusivum funerandi fideles m sua paroecia domiciliâtes. etsi in loco quasi-domicilii obierint. Hinc cl. Manv (i. c.) post transcripta verba subdit: "Nisi tamen aliter ferat " consuetudo Videndum tamen quaenam consuetudo requiratur: et quum ea ratione parocho quasi-domicilil competent funera fidelis in sua paroecia vita functi, quia est verus parochus proprius, quaestio ad (d recidit, quo nempe temporis spatio opus sit ad praescribendum contra lura parochorum proprix Notissimum vero, ex DD. alios ad rem requirere consuetudinem immemorabilem, alios centenariam. alios quadragenariam cum titulo (Cf. Petra. *Comm* in *Constitutionem IX, Innoc. Ill,* vol· H. n. 55: ct. Barbosa Dc *Parocho,* p. III. cap. XXV. n. 16. etc.), neminem decennali tantum contentum esse.

Ast etsi concederemus decennalem consuetudinem pos‹e In casu sufficere ad praescribendum contra lura parccbi quasi-domicilii tamen in facto nec decennalis consuetudo exsistit. Et sane: 1) talis consuetudo non exsistit contra paroeciam de *Birzebbugia* quae anno 1913 erecta fuit (cfr caus. *Melevitana - Praestationis,* d. 21 apr. 1917. supra, pa^ 245 [LE 27]); nec 2) generalis in dioecesi dici potest, quia nec usus apud omnes demonstratur, nec iam ab anno 1914 recognoscebatur ab Episcopo Melevitano. qui ad H. S. C. eam velutl ex erronea interpretatione resolutionis H. S. C. subortem denuntiabat.

Itaque nec ex doctrina in ture, nec ex asserta consuetudine suffultum aliqua ratione apparet Decretum Administratoris Apostolici in casu.

II. Alterum dubium respicit petitionem Episcopi pro nova statuenda norma, vi cuius semper *ad loci* parochum, exceptis dumtaxat casibus sepulturae gentilitiae aut electivae. spectaret defuncti funera absolvere, etsi ibi n‹-c domicilium nec quasi-domicllium habeat.

Rationes quas Episcopus affert sunt:

‡ Analogia cum lure ex decreto Ne lentere (ASS 4‹) (1907) 525-530] pro matrUnoniis statuto. Scilicet ex decreto *Ne temere* (ASS loc. cit.) iunsdlctio pro matrimoniorum celebratione evasit mere tcrntorialis, »ta ut parochus vel Ordinarius loci ubi matrimonium celebratur *valide semper* matrimonio adsistat. Id pariter optandum foret pro funeribus, relate ad suam dioecesim saltem.

2· Et sane hic modus aequitati maris respondere videtur: " Infatti non è il parrcco del luogo dove muorc Γindividuo " che viene chlamato ad anunimstrargli gll ultimi sacra- " menti, ad asslsterlo nella sua agonia./ esponendosl. quart- 330
" do la malatlia è infettiva e contagiosa, ai pencolo dl con- " trarla? ecc.

3‘ Tandem censet Episcopus quod, si haec regula pro sua dioecesi firmaretur, controversiae et usus iun contrai ;ı quae quive suscitantur ct vigent, etiam post resolutionem H. S. C. a. 1W4. radicitus possent evelli

Non tamen haec rationum momenta urgere videntur Prima et altera raUo. ut patet, ordinis generalis sunt proin deque, si quid probarent, pro uniwrva Ecclesia «uaderent tus funerarium immutandum esse Huc nutem venit tritum illud: *quod nimis probat* nihil probat, nihil «cibcet Ad rem specialiter probat; et cum non sit praesens quaestio de >urc generali condendo, sed dr lure particulari «anciendo. have argumenta generalia quod intendunt profecto non evincunt. Ceterum ea etiam in seipms considerate nutare penitus videntur. In primis enim deficit analogia cum decreto Ne

temere, quia verum est quod parochus loci semper valide adsistit matrimoniis. at vero licite nonnisi parochus domicilii vel menstruae commorationis, quae loco quasi-domicilu ponitur, adslstere valet Asf analogia ut probaret, ad liceitatem respicere deberet, cx qua unice trucius facit suos parochus qui matrimonio idsistit; nam praecise sub hoc aspectu percipiendi proventus comparatio aliqua institui valet inter legislationem pro matrimonio et eam auae pro funeribus viget. In re funerana non quaeritur, nimirum. an exequiae validae sint vel invalidae, sed tantum de iure eas faciendi, quod iusta proventuum perceptio sequitur.

Nec altera ratio magis rem urget. quia, de facto, quando distantia tanta est ut moriturus a proprio parocho adsisll non possit, nec etiam cadaver asportari ad propnam paroeciam commode potent; ac promae parocho loci qui infirmi curam habuit etiam funeralia, ex praescripto quoque communis luns. competunt, salvo iure portionis favore parochi proprii. Ceterum si illam consecrationem aequitatis nimis extendat, iniuslum dicet v. *g. eligere* sepulturam extra propriam paroeciam in damnum proprii parochi qui per telam vitam fidell adstitit. etc. Tandem cum lex haec generalis sit, omnia compensantur, et qui hodie sine labore fructus percipit, cras versa vice smè fruciu laborare tenebitur. Nec videretur ob tam parvas difficultates, quae post dicta vtx admittendae in praxi sunt, illud generale principium iuris in re funeraria subvertere, scilicet quod ibi quis sepeliendus est. ubi *consuevit ojjicia audire divina* ct ccclesinshco recipere werementa, id est m propria paroecia.

Quoad tertiam rationem. illae loci circumstantiae nonnisi respiciunt assertam consuetudinem post resolutiorem H S. C. a. 1S04 introductam; ast. quia haec consuetudo re-
331 cens eri nec adeo generalis, facilius videtur/ eradicari posse *K* 1Ω4 antiquior et immemorabilis quae clim viguit, et post dictam resolutionem omnino cessavit. Consuetudo enim vmcifur *consuetudine*

Hisce ex roto Consultoris depromptis, ex offteio nonnisi pauca adnotabantur quoad alterum dubium dumtaxat: videbatur enim propitio Episcopi, utpote ad concordiam Inter parochos fovendam concepta, non esse ideo a limine relidenda, quod generalioribus tantum motivis fulciretur Enimvero non de generali mutatione luris funerarii agebatur. sed de unico casu, et quidem raro, quo advena extra paroeciam proprii domicilii decederet: et quamvis hic etiam casus communi iure sit praevisus et contentus, attamen id non obstare videtur quominus peculiari moderatione data de causa possit praecaveri, attento praesertim quod, hac moderatione communder a parochis acceptata, nulli prælodicium causaretur, compjnsato videlicet detrimento ex fortuito decessu sui filiam cx emolumento in simili casu de alieno paroectano aliquando percipiendo. Ceteram haud decrânX in petitione Episcopi peculiaria moUva. ut eece. paupertas quarumdam paroeciarum, praesentm nomter erectarum, m quas prepterea facilius alienos paroecianos transmigrare et aliquoties obire extra sedem domicilii contingit, itemque ratio consulendi funeribus pauperum praesertim, de quibus parochi, sive domicilii sive quasidomicilii causa proprii, non semper solent esse solliciti. Quamobrem expedire videbatur, ui parochi totius dioecesis In proxima synodo vel alias coadunati audirentur supra luris moderatione ab Episcopo proposita. cui, si saltam maior pars accessisset, per mutuam veluti concentionem skut alias fieri contigi», ab H. S. O. quatenus oporteret probandam, res finiri posset, quo remedio nullum consultius ac elficaclus ad futuras praevidendas et praecidendas litas.

Resoiâ't ïo. - Propositis autem in plenario Emorum ac RAorum Patrum S. Congregationi Concilii conventu die 2 iumi 1917 in Palatio Apostollco Vaticano habito. supra enunclatta dubiis, responsum est:

Ad L ‹ Decretum Administratoris ApostoUci diei 19 ‹ septembris 1914 non sustineri, sed stannum iurl com‹ muni ».

Ad II. ‹ Provisum in primo ».

Quam Emorum Patrum resolutionem SSmus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. Pp. XV ad relationem infrascripti Secretarii m audientia diei 4 eiusdem mensis et anni, approbare et confirmare dignatus est.—l. Mort, *Secr.*

AAn. ME 30 (1913) 262-765.

38

1917 IUN 15.-BENED. XV, ENCYC. AAS 9 (1917) 305-317

DE PRAEDICATIONE DIVINI VERBI

Bextdictvs PP. XV

Venerabiles fratre jalufem et apostolicam benedictionem

Humani generi Redemptionem Iesu Christus in ara Crucis monendo cum consummasset. velletque adduce-re homines ut. suis praeceptis obtemperando, compotes fierent aeternae vitae, non alia usus est via quam suorum voce praeconum qui, quae ad salutem credenda faciendaque essent, hominum universitati denuntiarent *Placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes* ». Elegit igitur Apostolos, quibus cum per Spiritum Sanctum dona infudisset tanto muneri consentanea, Euntes, inquit, *in mundum universum praedicate Evangelium*\ Quae quidem praedicatio faciem orbb terrae renovavit. Nam, si Fides Christiana mentes hominum a multiplici errore ad veritatem, animosque a sordibus vitiorum ad omnium virtutum excellentiam convertit, profecto ipsius/ praedicationis ope conver- xc tit *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi* *. Quapropter, quoniam. Dei nutu, iisdem causis quibus procreatae sunt, res conservantur, patet praedicationem Christianae sapientiae ad continuandum aeternae salutis opus divinitus adhiberi; et eam in *maximi gravissimisque rebus iure numerari: in quam propterea curae cogitationesque a Nobis praecipuae conferendae sunt, maxime si aliqua ex parte, a nativa integritate, cum suae efficacitatis detrimento, deficere videatur.

Id enimvero est, venerabiles Fratres, quod ad ceteras miserias horum temporum quibus Nos ante alios sollicitamur, accedit Etenim, si circumspiciamus quam multi sint qui verbo Dei praedicando dant operam, tanta occurret copia, quanta fortasse numquam fuit antea. Si autem consideremus, quo loco sint publice ac privaLim mores atque instituta populorum, crescit in dies vulgo rerum quae supra naturam sunt, despicientia et oblivio; sensim a Christianae virtutis severitate disceditur. maioresque ad probrosam ethnicorum vitam cotidie regressus fiunt.

Horum quidem malorum variae sunt multiplicesque causae: nemo tamen negaverit deplorandum esse quod eis malis a ministris verbi non satis afferatur medicinae. Numquid sermo Dei talis esse desiit, qualis ab Apostolo dicebatur, vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti? Num gladii huius aciem usus diuturnitas hebetavit? Vitio certe tribuedum est ministrorum qui non tractant, quem ad modum oportet, hunc gladium, si is non omnibus locis vim suam exerceat Neque enim dici potest melioribus, quam nos, temporibus Apostolos usos esse, quasi tum aut plus esset docilitatis ad Evangelium aut minus contra divinam legem contumaciae.

Omnino igitur, quod Nos apostolici officii conscientia admonet duorumque proximorum Decessorum exemplum hortatur, huc summo studio, pro rei gravitate, incumbendum Nobis esse intellegimus, ut praedicationem divini verbi ad eam normam, ad/ quam Christ: *V.* Domini iussu Ecclesiaeque statutis dirigenda est, ubique revocemus.

Principio, venerabiles Fratres, quaeramus oportet, qua* ob causas in hoc genere de via declinetur. lam istae causae ad tres redire videntur: aut is ad praedicandum assumitur qui non debet; aut id muneris non eo exercetur consilio quo debet; aut non eo modo quo oportet

Etenim praedicationis munus, ex Tridentinae Synodi doctrina. *Episcoporum praecipuum est* * Apostoli quidem. quorum in locum successere Episcopi, hoc maxime suarum partium esse duxerunt. Ita Paulus: *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare* * Ceterorum autem Apostolorum ea fuit sententia : Non eri aequum ïio derelinquere *verbum Dei, et ministrare mensisl.* Etsi autem proprium id est Episcoporum, tamen. quoniam variis distenti curis in suarum gubernatione ecclesiarum. nec semper nec usque quaque ipsi per se possunt necesse est etiam per alios huic officio satisfaciant Quare in hoc munere quicumque praeter Episcopos versantur, dubitandum non est quin, episcopal! fungentes officio, versentur. — Haec igitur prima lex sanciatur, ut munus praedicationis sua sponte suscipere liceat nemini; sed ad Illud exsequendum cuivis opus sit missione legitima, quae, nisi ab Episcopo, dari non potest *Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?'*·. Missi sunt enim Apostoli et ab Eo missi qui summus est Pastor et Episcopus animarum nostrarum ·; missi septuaginta duo illi discipuli: ipseque Paulus, quamvis constitutu tam a Christo vas electionis ut nomen eius coram gentibus et regibus portaret·, tum demum iniit apostotatum ctyn seniores. Spiritus Sancti mandato Segregate mihi Saulum in *opus* (Evangelii) »·. obtemperantes. eum cum impost/tlone manuum dimisissent M X

S«s. XXIV, De Ref.. */cor* \ * 10. 17. *Act.*. 6. 2 u Ari.

quod primis Ecclesiae temporibus perpetuo usitatum est Omnes enim, vel qui in sacerdotum ordine eminebant, ut Origenes. et qui postea ad episcopatum evecti sunt, ut Cyrillus Hierosolymitanus, ut loannes Chrywstomus. ut Augustinus cetcrique Doctores Ecclesiae veteres, sese ex sui quisque Episcopi auctoritate ad praedicandum contulerunt.

Nunc vero, venerabiles Fratres, longe aliud venisse in consuetudinem videtur. E sacris oratoribus non ita pauci sunt in quos apte cadere illud dixeris quod queritur Dominus apud leremiam: *Non mittebam prophetas, et ipsi* currebant Nam cuicumque vel ex ingenii indole vel aliis quibusvis de causis ministerium verbi suspicere libuerit, facile ei patet aditus ad suggesta templorum, tamquam ad palaestram in qua quivis suo arbitratu sese exerceat. Itaque ut lam de medio tollatur tanta perversitas, vestrum est, venerabiles Fratres, providere: et quoniam de pabulo vestris gregibus praebito reddenda Deo Ecclesiaeque a vobis ratio est, ne sinite ut quis, iniussu vestro, in ovile se inierat, et oves Christi ad suum arbitrium pascat. Nemo igitur in dioecesibus vestris, nisi vocatus probatusque a vobis, iam nunc sacras contiones habeat.

Hic vero summa cum vigilantia attendatis volumus quibus munus tam sanctum demandetis. Qua in re Episcopus hoc tantum. Concilii Tridentini decreto, permittitur ut *idoneos* eligant, id est qui possint *officium praedicationis salubriter exsequi. Salubriter,* dictum est — notate verbum quo rei continetur norma — non eloquenter, non *cum plausu audientium,* verum cum animarum fructu, ad quem, tamquam finem, divini verbi administratio pertinet. — Quod si pressius definiri a Nobis cupitis quos reapse habeatis idoneos, eos dicimus in quibus divinae vocationis argumenta reperietis. Nam quod requiritur ut quis ad sacerdotium admittatur: *Nec quisquam sumit* sibi *honorem, sed qui vocatur a Deou,* idem opus est ut quis ad praedicandum habilis aptus-
X9 que ludicetur. Quae quidem vocatio haud difficile/ deprehenditur. Christus enim. Dominus et Magister Noster, cum in eo esset ut in caelum ascenderet, nequaquam dixit Apostolis ut ilico, diversi abeuntes, praedicare inciperent: *Sedete,* inquit, in *civitate, quoadusque induamini virtute ex alto* Hoc igitur erit indicio quempiam divinitus ad id muneris vocari, si is virtute ex alto sit indutus. Quod cuiusmodi sit, licet ex iis colligere, venerabiles Fratres, quae in Apostolis, statim ut virtutem desuper acceperint, scimus evenisse. Ubi enim in eos Spiritus Sanctus descendit — ne mirifica, quibus aucti sunt, charismata attingamus — ex rudibus infirmisque hominibus docti perfectique evaserunt Sit igitur sacerdos quispiam congruenti tum scientia tum virtute praeditus — modo ei dona naturae suppetant quae necessaria sunt ne lentetur Deus — recte ad praedicationem vocatus videbitur. neque erit cur ab Episcopo ad hoc munus non possit assumi. Quod ipsum vult Tridentina Synodus, cum edicit, ne quos Episcopus praedicare sinat qui non tint *moribus et doctrina probati* u. Itaque Episcopi est eos, quibus praedicandi munus deferre cogitat, diu multumque experiri ut quae quanlaque sit eorum et doctrinae copia et vitae sanctimonia cognoscat. Qui si remisse neglegenterque se gesserit, id profecto in re gravissima deliquerit, et in eius caput culpa recidet vel errorum quos imperitus praedicator fuderit, vel offensionis malique exempli quod improbus dederit.

Quo autem, faciliores in hoc vestras, venerabiles Fratres, reddamus partes, volumus ut qui predicandi potestatem petunt, non secus ac qui confessiones peccatorum excipiendi, de eorum moribus et eruditione posthac duplex severumque fiat iudicium. Quisquis igitur in alterutro mancus et claudicans repertus sit, nullo rei cuiusquam respectu, repellatur ab eiusmodi munere cui non esse eum idoneum constiterit. Postulat id vestra ipsorum dignitas, quorum vices a praedicatoribus geruntur, ut diximus; flagitat Ecclesiae sanctae utilitas.
«5 quandoquidem sal/ *terrae* et *lux mundi* esseu. si quis alius, is debet qui in verbi ministerio versatur.

His probe consideratis rebus, ultra progredi ad explicandum quem sacrae praedicationis et finem et modum esse oporteat, supervacaneum potest viderL Nam ri ad eam, quam memoravimus, regulam sacrorum oratorum delectus exigatur, quid est dubii quin, congruis ornati virtutibus, dignam in praedicando et causam sibi proponant et rationem teneant? Sed tamen prodest haec duo illustrare capita, ut eo melius appareat, quare interdum boni praedicatoris forma in non nullis desideretur.

Quid praedicatoribus debeat in suscepto munere exsequendo esse propositum, licet intellegere ex eo quod ii possunt ac debent de se idem, quod Paulus, affirmare: *Pro Christo legatione fungimuru. Si* autem legati sunt Christi, illud ipsum velle debent in legatione peragenda quod Christus voluit in danda; immo quod ipse, dum vixit in terris, sibi proposuit. Neque enim Apostoli, et praedicatores post Apostolos, alio missi sunt atque Christus: *Sicut mtsit me Pater, et ego mitto vosl7.* Scimus autem cuius rei gratia Christus de caelo descenderit: aperte enim declaravit: *Ego ad hoc veni* in *mundum, ut testimonium perhibeam veritati ,ß. Ego veni, ut vitam habeanL "*

Utrumque igitur persequantur oportet qui sacrae praedicationi dant operam, id est, ut traditae a Deo veritatis diffunoant lumen et ut in iis qui audiunt, supernaturalem excitent alantque vitam; brevi, ut animarum quaerendo salutem, Dei promoveant gloriam. Quare, sicut perperam appelletur medicus, qui medicinam non faciat, vel alicuius artis doctor qui eam non doceat artem, sic qui praedicando non curat ad pleniorem Dei cognitionem et ad aeternae salutis viam homines adducere, eum declamalo/rem vaniloquum appellari licet, praedicatorem evangelicum non licet. Atque utinam huiusmodi declamatores nulli sint' — Quid vero et quo ducuntur maxime? Alii quidem inanis gloriae cupiditate; cui scilicet ut satisfaciant: « Student magis alta quam apta dicere, facientes apud infirmas intellegentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes. Erubescunt humilia et plana dicere, ne sola haec scisse videantur... Erubescunt lactare parvulos >M. Cumque lesus Dominus ex humilitate auditorum ostenderet se eum esse qui exspectabatur: *Pauperes evangelidanturn,* quid non moliuntur isti, ut ex urbium celebritate atque ex primariorum dignitate templorum commendationem suis sermonibus acquirant? Quoniam autem In rebus a Deo revelatis quaedam sunt quibus corruptae humanae naturae perterreatur infirmitas, quaeque ob eam causam accommodatae non sunt ad evocandam multitudinem. ab iis caute se abstinet eaque tractant in quibus, si loci rationem excipias, nihil est sacrum. Ac non raro contingit ut in media pertractione rerum aeternarum labantur ad politica, praesertim si quid eius generis animos audientium vehementer teneat occupatos. Omnino unum hoc iis esse studium videtur, placere audientibus eisque morem gerere quos Paulus *prurientes auribus2l* dicit Hinc ille gestus non sedatus et gravis, sed aualis in scaena aut in contione populari solet agi; hinc lac vocis vel remissiones molliores, vel contentiones tragicae; hinc illud orationis genus proprium ephemeridum; hinc sententiarum illa copia ab impiorum et acatholicorum petita scriptis, non a divinis Litteris, non a Sanctis Patribus; hinc denique illa et quae ab eorum plerisque usurpatur, volubilitas tanta verborum, qua obtundant quidem aures et admirationem moveant audientibus, sed nihil his bonis afferant quod domum reportent. Iam vero mirum quantum praedicatores isti opinione falluntur. Habeant licet quem tanto cum labore nec sine sacrilegio petunt plausum imperitorum: num pretium est operae,/ quando simul subeunda eis est prudentium omnium vituperatio et. quod est maius, formidandum Christi severissimum iudicium?

Quamquam, venerabiles Fratres, unice plausus quaerere praedicando non omnium est qui a regula normaque aberrant Plerumque huiusmodi significationes qui captant, ideo captant ut eas ad aliud assequendum dirigant vel minus honestum. Nam. oblivioni dantes illud Gregorii: « Non praedicat sacerdos ut comedat, sed ideo ‹ ut praedicet, manducare debet >" haud ita rari sunt qui. cum ad alia munera, quibus decenter alerentur, non se factos esse intellegerent ad praedicationem se contulerunt, non ministerii sanctissimi rite exercendi, verum quaestus faciendi causa. Videmus igitur curas omnes istorum minime conversas esse ad quaerendum ubi maior sperari possit fructus animarum, sed ubi plus conficiatur praedicando lucri.

Iam vero, cum ab his nihil exspectare liceat Ecclesiae. nisi damnum et dedecus, summopere vobis, venerabiles Fratres, est vigilandum, ut. si quem inveneritis praedicatione ad suam gloriam vel ad quaestum abuti, eum sine cunctatione amoveatis ab officio praedicandi Nam qui rem tam sanctam polluere non veretur tanta perversitate propositi, non sane dubitabit ad omnes indignitates descendere, ignominiae labem aspergens non sibi tantum, sed ipsi etiam sacro muneri, quod tam prave administrat

13. 3. ·» lerem., 23. 21. » *Hebr., 5.* 4. »› Luc.. 24, 48
“ Loc. dt. u Matth., 5, 13. 14. M 2 *Cor., 5,* 20.
” Ioann., 20, 21. '· Ibid . 18. 37. «· ibid., 10, 10
» G 111 f be rtus Ab.. 1« *Cant. Caxiteor. serm. XXVtt.* 3.
» Matth . 11, 5. n 3 Tim . 4. 3. * *In l* Ub III

Eadem autem erit adhibenda severitas in eos qui quo decet modo non praedicent, propterea quod ea neglexerint, quae ad recte hoc ministerium obeundum necesario requiruntur. Haec vero quae sint, docet exemplo suo is qui ab Ecclesia cognominatus est *Praedicator ventatis.* Paulus Apostolus: cuius similes praedicatores utinam. Dei miserentis beneficio, multo plures habeamus:

bene paratus et instructus ad praedicandum venerit Neque vero hic, loquimur de doctrinae studiis in quibus. Gamaiiele magistro, diligenter versatus erat Scientia enim m eo *per revelationem* infusa, obscurabat ac paene obruebat eam quam ipse sibi comparaverat- quamquam hanc quoque non parum ei profuisse ex eius Epistolis apparet Prorsus necessaria est praedicatori, scientia, ut diximus, cuius quidem luce qui caret facile labitur, ex Concilii Lateranensis IV verissima sententia: ‹ Ignorantia est mater cunctorum errorum ». Non tamen de qualibet rerum scientia volumus intellegi, sed ea scilicet quae propria est sacerdotis, quaeque, ut in pauca conferamus rem. cognitione sui. Dei, et officiorum continetur: sui, inquimus, ut suas quisque utilitates omittat Dei, ut omnes ad eum et cognoscendum et diligendum adducat; officiorum, ut ea servet et servari praecipiat ceterarum rerum scientia, ista si desit, inflot nec quicquam prodest.

Illud potius videamus, qualis in Apostolo praeparatio fuerit animi. Qua quidem in re tria sunt maxime consideranda. Primum ut se totum Paulus divinae voluntati dediderit Vixdum enim, cum iter faceret Damascum. lesu Domini virtute tactus est, edidit illam

Christo, sicut perpetuo fuerunt postea, laborare et quiescere, egere et abundare, laudari et contemni, vivere et mort Non est dubium quin ideo in apostolatu tantum profecerit quod se Dei voluntati pleno cum obsequio permisit Quare similiter ante omnia obsequatur Deo quisquis praedicator ad salutem animarum nititur, ut nihil quicquam sit sollicitus quos auditores, quem successum, quos fructus habiturus sit: denique ut Deum dumtaxat, non se respiciat.

Hoc autem tantum Dto obsequendi studium animum postulat adeo comparatum ad patiendum, ut nullum fugiat laboris molestiaeque genus. Quod alterum in Paulo fuit insigne. Nam, cum de eo dixisset Dominus: *Ego* ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pa-
314 n·5, ipse deinde aerumnas omnes tanta/ voluntate complexus est ut scriberet: Superabundo gaudio in omni tribulatione noxtra ⟍ Iam vero haec laboris tolerantia in praedicatore si emineat, cum quicquid humani in eo sit, abstergeat, ac Dei gratiam ei ad fructum ferendum conciliet, tum incredibile est quam eius operam Christiano populo commendet. Contra, parum ad permovendos animos ii possunt, qui quocumque venerint, ibi commoditates vitae plus aequo consectantur, ac dum suas contiones habeant, nihil aliud fere attingunt ministerii sacri, ut appareat plus eos propriae servire valetudini, quam animarum utilitati.

Tertio denique loco spiritum orationis qui dicitur, necessarium praedicatori esse intellegimus ex Apostolo: qui ut primum vocatus est ad apostotatum. Deo supplex esse instituit: Ecce enim oratn. Etenim non copiose dicendo nec subtiliter disserendo aut vehementer perorando salus quaeritur animarum: qui hic consistat praedicator nihil est nisi aes sonans aut cymbalum tinniens M, Id quo fit ut vigeant humana verba mirificeque valeant ad salutem, divina est gratia: Deus incrementum dedit*'. Dei autem gratia non studio et arte comparatur, sed precibus impetratur. Quare qui parum aut nihil orationi est deditus, frustra In praedicatione operam curamque consumit, cum coram Deo nec sibi nec audientibus quicquam proficiat.

Itaque, paucis concludentes quae hactenus diximus, his Petri Damiani verbis utamur: « Praedicatori duo sunt permaxime necessaria, videlicet ut sententiis doctrinae spiritualis exuberet, et religiosae vitae splendore coruscet Quod si sacerdos quispiam ad utrumque non sufficit, ut et vita clarus et doctrinae facultate sit profluus: melior est vita procul dubio quam doctrina... Plus valet vitae claritas ad exemplum, quam eloquentia vel urbanitas accurata sermonum . Neccesse est ut sa-
315 cerdos. qui praedicationis officio fungitur, et doctrinae spiri/tualls imbribus pluat, et religiosae vitae radiis splendeat; instar illius Angeli, qui natum Dominum pastoribus nuntians, et splendore claritatis emicuit, e» quod evangelizare venerat, verbis expressit »*.

Sed. ut ad Paulum redeamus, si quaerimus qulbui de rebus consuevisset praedicando agere, ipse sic omnia complectitur: *Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos,* nisi *lesum Christum, et hunc crucifixum* ", Efficere ut lesum Christum homines magis magisque cognoscerent et quidem cognitione quae ad vivenoum, non modo ad credendum, pertineret, hoc est quod omni apostolici pectoris contentione laboravit. Itaque Christi dogmata et praecepta omnia vel severiora sic tradebat ut nihil ncc reticeret nec molliret, de humilitate, de abncgatlone sui. de castitate, de rerum humanarum contemptu, de oboedientia, de venia inimicis danaa. de similibus. Nec vero timide illa denuntiabat: inter Deum et Behal eligendum esse cui serviatur, utrique non posse; omnes, ut e vivis excesserint, tremendum manere iudicium; cum Deo non licere transigi; aut vitam aeternam sperandam, si universae obtemperetur legi, aut, si cupiditatibus indulgendo deseratur officium, ignem aeternum esse exspectandum. Neque enim *Praedicator veritatis* umquam putavit abstinendum ab huiusmodi argumentis propterea quia, ob corruptionem temporum, nimis dura viderentur iis, ad quos loquebatur. — Apparet igitur quam non probandi sint ii praedicatores. qui quaedam Christianae doctrinae capita, ne fastidio sint audientibus, non audent attingere. Num medicus quisquam inutilia remedia dabit aegrotanti quia is ab utilibus abhorreat? Ceterum inde probabitur oratoris virtus et facultas, si, quae ingrata sunt, ea grata dicendo reddiderit

Quae autem tractanda susceperat, quo modo Apostolus explicabat? *Non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis*[2]. Quanti refert, venerabiles Fratres, hoc omnibus esse exploratis 'simum, cum videamus non paucos e sacris contionatoribus ita dicere ut Scripturas Sanctas, Patres Doctoresque Ecclesiae, theologiae sacrae argumenta praetermittant; nihil fere pisi rationem loquantur. Pe teram profecto: neque enim in ordine supernatural! _umanis tantum adminiculis quicquam proficitur. — At illud opponitur: praedicatori qui quae divinitus revelata sunt, urgeat, non haberi fidem, — Itane vero? Sit sane apud acatholicos: quamquam cum Graeci sapientiam, nimirum huius saeculi, quaererent. Apostolus tamen eis Christum crucifixum praechcabat°. Quod si oculos convertamus ad gentes catholicas, in his ii qui alieni sunt a nobis, fere Fidei radicem retinent: mentes enim obcaecantur eo quod animi corrumpuntur.

Postremo qua mente praedicabat Paulus? Non ut hominibus, sed ut Christo placeret: Si *hominibus placerem, Christi servus non essem* M. Cum animum gereret incensum caritate Christi, nihil quaerebat praeter Christi gloriam. O utinam qui in verbi ministerio elaborant, omnes vere lesum Christium diligant; utinam possint illa usurpare Pauli: *Propter quem* (lesum Christum) *omnia detrimentum feci,** *et Mihi vivere Christus est.** Tantum qui amore ardent, ceteros inflammare sciunt. Quare S. Bernardus ita praedicatorem admonet: ‹ Si sapis, concham te exhibebis et non canalem »;" hoc est: quod dicis, eo plenus ipse esto, et ne satis habeas in alios transfundere. « Verum, ut idem Doctor addit, canales hodie in Ecclesia multos habemus, conchas vero perpaucas! ».[11]

Hoc ne eveniat in posterum, vobis omni ope atque opera enitendum est, venerabiles Fratres: quorum est et indignos repellendo, et indoneos eligendo, conformando, moderando, efficere ut praedicatores, qui sint secundum Dei cor, iam plurimi exsistant. Respiciat autem misericors gregem suum Pastor aeter/nus, lesus Christus, ST Virgine Sanctissima quidem, ut Matre augusta ipsius Verbi incarnati ct Regina Apostolorum, deprecante; ac spiritum apostolatus in Clero refovens, plurimos esse lubeat qui studeant « se ipsos probabiles exhibere Deo. operarios inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis »·.

Auspicem divinorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae vobis, venerabiles Fratres, vestroque Clero ac populo apostollcam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 15 iunii, in festo Sacratissimi Cordis lesu. anno 1917, Pontificatus Nostri tertio.—Benxdictcs Pp. xv.

I. Ep. I ad CmtAtun Urbis Praef. x »» Ga Ca 1 10 o Ibld.
2. 4. « 1 Cor., I. 22. 23) 3. 8. nnd 1. 21. n ln Cent' serrn. 11
» 2 THn.. 2. 15.

I. r Art..
Epp. Ub 1

39

1917 IUN 16.-SC PROP. FIDE, LIT. PART.·

Expeditio unicae bullae pro nominandis episcopis
PER S. C. DE PROPAGANDA FIDE

Roma. 16 glugno 1917

11 soltoscritto Cardinale Prefetto della S. C. di Propaganda si dà premura di significare allTfho Sig. Card. Cancelliere di S. R. C. che il S. Padre nellTJdienia dei giorno 11 corr. mese ha disposto che, derogando alia consueta prassl di cotesta Cancelleria Apostolica, per i vescovi sia residenziali che titolari nominati con Decreto di questa S. C. si spedisca una sola Bolla, quella cioè dl promozione all'eplscopato con le clausole consuete, fra le quali Sua Santitb vuole che ai vescovi nominati dalla Propaganda sia sempre concessa la facoltâ che nella loro consacrazione episcopale, qualora non possano avere oltre il consacrante, altri due vescovi assistenti come prescrive il Pontificale Romanum, possano in luogo di costoro assistere due sacerdoti.—D, Card. Seraient. *Pref.*

• A 5ua Em. Revm» Ii Sig. Card. OTTAVIO CAGGIANO DE AZEVEDO. CancelHere di S. R. C.: Sylloge n. 59.

40

1917 IUN 23.-SC RIT., RESP. AAS 9 (1917) 396-397

Dubia: de cantu liturgico gregoriano

A Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutio expostulata est; nimirum:

I. An liceat in commodum cantorum, praesertim m ecclesiis ruralibus, adhibere cantum gregorianum notulis musicalibus modernis descriptum?

II. An decretum super editione vaticana eiusque reproductione quoad libros liturgicos gregorianos cum signis rythmicis, uti vocant, privata auctoritate adiectis, quod impressum quidem est sub n. 4263 et die 11 aprilis 1911, inter *decreta authentica S.* R. C. sed non insertum in Acta Apostolicae *Sedis,* maneat adhuc in suo vigore?/

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, propositis dubiis ita respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative,* iuxta decretum n. 4166 circa libros cantus liturgici gregoriani, diei 11 augusti 1905 ad VII; relatum inter *decreta authentica* S. R. C. et Acta Apostolicae Sedis [ASS 38 (1905-06) 114-116].

Ad II. *Affirmative,* in subsidium scholarum cantorum. iuxta tenorem eiusdem decreti n. 4263.l

Atque ita rescripsit et declaravit die 23 iunii 1917.—A Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. R. C. *Pro-Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

1 **DITRITUM srv DECLARATIO SUPER EDITIONE VATICANA EtUSQUE ■mODUCnONE QUOAD LIDROS LITURGICOS GREGORIANOS**

N. 4263.

Cum postulatum fuerit, an Episcopi possint propriam approbationem donare libris cantus gregoriani. melodias Vaticanae editionis adamussim rcproductas continentibus, sed cum signorum rithmicorum indicatione, privata auctontate additorum. Sacra Rituum Congregatio ad maiorem declarationem Decreti n. 4259. 25 Januarii vertentis anni (AAS 3 (1911) 67-68). respondendum censult:

Editionibus in subsidium scholarum cantorum, signis rythmicis. uti vocant, privata auctoritate ornatis, poterunt Ordinarii, in sua quisque Dioecesi, apponere *imprimatur,* dummodo constet, cetera, quae in Decretis Sacrae Rituum Congregationis iniuncta sunt, quoad cantus gregoriani restiuraUoncm. fuisse servata.

Quam resolutionem Sanctissimo Domino nostro Pio Pa-
X, per Sacrorum Rituum Congregationis Secretarium relatam. Sanctitas Sua ratam habuit et probavit. Die 11 «Prills 1911.

Ada. I. PAUWEL5 in PrM 9 (1921) 52.

1917 IUN 23.-SC RIT., RESP. AAS 9 (1917) 397-398

ORDINIS S. BENEDICTI

DUBIA CIRCA OCCURRENTIAM ET CONCURRENTIAM

R. *P. D.* Fidelis de Stotzingen, Abbas Primas Ord. S. Benedicti Sacrorum Rituum Congregationi humiliter exposuit solvenda quaedan dubia, a diversis Congregationibus eiusdem Ordinis proposita, quae orta/ sunt ex 398
novis Rubricis Lectionarii ad usum militantium sub regula S. Benedicti; nimirum:

I? Habetne Memoria In primis Vesperis veram ct proprie dictam concurrentiam, ita ut habere debeat praecedentiam super reliquas commemorationes?

II. Si tempore Adventus vel Septuagesimae, quae sunt privilegiatae III Ordinis Memoria cum feria occurrat, quaenam Missa est dicenda?

III. Si prima die libera cuiuslibet hebdomadae in Quadragesima occurrat festum duplex tamen simplificatum, licetne Missam de Requie celebrare?

IV. Si feria Quadragesimae occurrat festum duplex simpliflcatum, licetne Missam de Sancto celebrare?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. *Negative,* iuxta normas et rubricas in usum Benedictinorum Confederatorum approbatas die 9 iunii 1915, tit. VII. De *Commemorationibus,* 4.

Ad II. Missae privatae dici poterunt de sancto vel de feria. Missa vero Conventualis dicenda est de feria.

Ad III. *Affirmative.*

Ad IV. *Negative.*

Atque ita rescripsit et declaravit die 23 iunii 1917.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S, Rufinae, S. R. C. *Pro-Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. I. PAUWELS in PrM 9 (1921) 53-55.

9

1917 IUN 28.-SC CONS. NORMAE. AAS 9 (1917) 328-334

NORMAE PRO SACRA PRAEDICATIONE

Ut quae Beatissimus Pater nuper in Encyclicis Litteris *Humani generis redemptionem* de sacra praedicatione [LE 38] docuit ac praestituit ad praxim facilius deducantur, Emi Patres S. C. Consistorial! praepositi, ipso Summo Pontifice plene adprobante, sequentes sancivere normas, quibus Rmi locorum Ordinarii uti debeant ut tuto in re tam gravi procedant; casque eadem Sanctitas Sua statim exsecutioni mandandas praecipit, quo scilicet quod Apostolus nominat ministerium uerbi eos afferat fructus in tuitionem ac propagationem fidei christianaeque vitae custodiam, quales et divinus Magister Christus intendit et catholica Ecclesia sibi ture promittit

Caput I.

A quibus et qua ratione *praedicatores Verbi Dei* xirif *eligendi.*

1. Rfni locorum Ordinarii illud ante omnia semper prae oculis habeant, quod Sacra Tridentina Synodus, anteriores praescriptiones innovans ac perstringens, cap. IV. sess. 24. De Reform., sancit: ubi. postquam monuit *praedicationis munus Episcoporum praecipuum esse, sic* sequitur: Mandat (S. Synodus) ut *in Ecclesia sua ipsi* (Episcopi) per se, aut, si *legitime impediti fuerint, per eos quos ad praedicationis officium assument; in aliis autem Ecclesiis per parochos, sive, iis impeditis, per alios* ab *Episcopis (impensis eorum qui eas praestare aut tenentur* rei solent) *deputandos, in* ctrifate aut in *quacumque parte dioecesis censebunt expedire, saltem dominicis et solemnioribus* diebus *festis . sacras Scripturas divinamque legem annuntient Nullus autem saecularis sive regularis, etiam* in Ecclesiis *suorum Ordinum, contradicente Episcopo, praedicare* praesumat./

?

Quod plane *in* novo ecclesiastico Codice confirmatur can. 1327, 1328 et 1337.

2. Cum Igitur ad Episcopum loci Ordinarium praedicandi munus praecipue spectet, cumque ad eumdem pertineat *assumere* ac *deputare* qui ipsum substituant proque ipso suppleant in hoc gravissimo ministerio, etiam specifice in casu quo oraedlcationls impensae, aut ex iure aut ex consuetudine, ab aliis sint persolvendae; nullus nec valide nec licite eligere aut advocare conrionatorem quempiam etiam pro ecclesia propria; nullusque de clero sive saeculari sive regulari, huiusmodi inventionem Urite acceptare poterit, nisi intra limites ac modos in sequentibus articulis statutos.

3. Parochi, vl missionis habitae in eorum electione, sicut ad confessiones excipiendas habilitantur. Ita etiam facultate condonandi gaudent, salva quidem lege residence salvisque conditionibus ceteris, quas Ordinarius necessario vel utiliter apponendas censuerit Idem de Canonico Theologo dicendum quoad lectiones Scripturae sacrae.

4. In reliquis casibus universis, nd praedicandum populo fidelium in publicis templis vel oratoriis, etiam regularium, et a sacerdotibus etiam regularibus, necesse est ut facultas obtineatur ab Ordinario dioecesis.

5. Huiusmodi facultas, ad normam eorum quae in Codice praescribuntur can. 1341, 5 1 et 2, petenda est:

a) a prima Capituli dignitate, audito tamen Capitulo. pro praedicationibus, quae ex lege vel voluntate Capituli fiant in ecclesia propria;

b) a Superiore regulari, servatis respectai Ordinis vel Congregationis regulis, pro ecclesiis religionum clericalium;

c) a parocho pro ecclesia parochiali aliisque ecclesiis ab ea dependentibus;

d) et si agatur de parocho eclesiae spectantis ad Capitulum vel ad Ordinem religiosum, ab eodem parocho pro concionibus quae ab ipso pendent, secluso Capituli vel religionis interventu:

e) a sacerdote primicerio vel capellano confratemitatfs cuiuslibet pro ecclesia propria:

D a sacerdote ecclesiae rectore, quique sacras ibidem functiones de iure peragit, pro omnibus ecclesiis aliarum corporationum moralium non clericalium, aut religionum laicalium, monialium, privatorum.

6. Ad tramitem decisionum S. C. Concilii in Sutrina, 8 mali 1688 [CICF n. 2906], et in *Ripara,* 21 maii 1707 iCICF n. 30541. qui praedictam facultatem postulat, debet tantum condonatoris nomen proponere, idque subordinate ad beneplacitum Ordinarii, qui solus uti etejk e^^7nus et *deputamus* ad *postulationem*

7. Postulatio ad obtinendum concionatorem aliquem facienda est tempore utili et opportuno, ut Ordinarius commode queat informationes necessarias de eiusdem persona habere (Codic., can. 1341. § 2): hoc autem tempus, generatim loquendo, haud erit inferius duobus mensibus. uti Iam statuit S. C. Concilii in Theanen^ 19 WJ 1729 lPCF n* 3340 = 19 1UTL1 ct 30 aprilis 1729 [CICF n. 3347); salva tamen Episcopis facultate tempus aliud statuendi etiam brevius pro genere et gravitate praedicationis et pro qualitate concionatorls. dloecesam ve) extradloecesani.

8. Quicumque, obligatione petendi facultatem posthabita. sacerdotem quempiam ad condonandum invitaverit: itemque sacerdos quilibet, qui tali modo invitatus scienter acceptaverit et condonatus fuerit, puniendi sunt ab Ordinario poenis dus arbitrio statuendis. non exclusa suspensione a divinis.

9. Facultas praedicandi, quando agitur de conclonatore extradloecesano. scripto tribuenda erit, designato etiam loco et genere praedicationis, pro quibus concessa fuerit

10. Ordinarii, *onerata graviter eorum* conscientia, facultatem condonandi nemini concedent, nisi prius ipsis constiterit de illius pietate, scientia et idoneitate, secundum praescriptiones quae sequenti capite tradentur, si vero agitur de sacerdotibus extradioecesanls vel de religiosis cuiuscumque Ordinis, nisi prius respectivum Ordinarium et Superiorem interpellaverint ac responsionem favorabilem habuerint

1). Ordinarius et Superior regularis, qui ab alio Ordinario do informationibus interrogati fuerint circa pietatem, scientiam atque Idoneitatem ad praedicandum cuiuspiam eorum subditi, tenentur sub gravi eas pro veritate tradere, «ecundum scientiam et conscienbam prout In can. 1341. 5 1. novi Codicis praescribitur. Ordinarius vero qui Illas recipit, tenetur eiusdem se conformare, secretum de acceptis notitiis absolute servando.

12. Ordinarius qui, ob informationes ut supra acceptas aut altam ob caussam, censuerit in Domino condonandi facultatem alicui denegare, sufficit ut idipsum petenti facultatem significet quin aliud addat, soli Deo *rationem de sua sententia redditurus.*

Quo pacto constare debeat de idoneitate concionatoria.

13. Generatim loquendo, sicut ad tribuendam sacerdoti cuivis facultatem pro ministerio excipiendi fidelium confessiones Ordinarii arctissime obligantur certitudinem acquirere de eius idoneitate et culpa se innexos reputarent si ad tantum munus admitterent qui moribus foret indignus, vel/ scientiae debitae defectu sj incapax; ita et non aliter iidem Ordinarii debent se gerere, antequam aliquem assumant et destinent ad ministerium verbi

14. Medium ordinarium ad dignoscendam cuiuspiam Idoneitatem ad praedicationis officium, praesertim quoad scientiam et quoad actionem, est examen a candidato voce et scripto subeundum coram tribus examinatoribus, qui arbitrio Ordinarii possunt seligi vel inter examinatores synodales vel etiam inter sacerdotes extradioecesanos. aut etiam e clero regulari.

Cognita autem idoneitate quoad scientiam et actionem. vel etiam in antecessum, haud minori studio, imo etiam maiori, inquiret Ordinarius num idem candidatus pietate, honestate morum et publica aestimatione dignus sit qui verbum Dei evangelizet.

15 Pro huiusmodi duplicis examinis exitu, poterit Ordinarius candidatum declarare idoneum aut generatim aut pro aliqua solummodo praedicationis specie, ad tempus vel ad experimentum et certis sub conditionibus. aut absolute et non in perpetuum, dando illi pagellam praedicationis, ea omnino ratione qua datur pro confessionibus, vel ei facultatem praedicandi simpliciter denegando.

16. Non prohibentur tamen Ordinarii, in casibus particularibus et per exceptionem, quominus aliquem ad praedicandum, sine praevio examine de quo supra, admittant. dummodo aliis iisque certis argumentis de eius idoneitate constet

17. Vetitum tamen absolute esto diplomata, ut aiunt praedicationis subditis etiam propriis impertiri, vel subditis etiam propriis sed honoris titulo aut in aestimationis signum.

18. Servata, pro regularibus et religiosi* exemptis, eorum Ordinariis facultate deputandi subditos, quos secundum regulas et constitutiones Ordinis noverint dignos et idoneos, conformiter tamen semper ad praescriptiones Codicis, can. 1338. ad praedicandum intra septa domus religiosae vel monasterii: si tamen destl·nare aliquem voluerint ad conciones habendas In publicis ecclesiis, *non* exclusis Ordinis *propriis,* tenentur illum coram dloecesano loci Ordinario sistere ad examen subeundum iuxta superius disposita articulis 13. 14. 15.

Caput III.

Quid in sacra praedicatione *servandum* sit vel vitandum.

19. Quoniam sancta sancte *tractanda sunt,* nemo praedicationem suscipiat quin digne ac proxime se praeparaverit studio simul et oratione.

21). Argumenta concionum sint essentialiter sacra (Cod. can 1347). Quod si concionator alia argumenta tractare voluerit non stricte sacra./ semper tamen domui Dei convenientia, facultatem a loci Ordinario petere et obtinere debebit*, qui quidem Ordinarius eam numquam concedet nisi re mature considerata eiusque necessitate perspecta. Conclonatorlbus tamen omnibus de re politica in ecclesiis agere omnino et absolute sit vetitum.

2L Elogia funebria nemini recitare fas esto nisi praevio et explicit© consensu Ordinarii, qui quidem, antequam consensum praebeat,, poterit etiam exigere ut sibi manuscriptum exhibeatu"

ORETO

Scripturarum *lectione conditus sit.* Studio autem Scripturarum sacrarum Jungatur studium Patrum ac Doctorum Ecclesiae.

23. Citationes ac testimonia scriptorum aut auctorum prophanorum sobrietate summa adhibeantur, multoque magis dicta haereticorum, apostatarum et infidelium: nunquam vero personarum viventium auctoritates proferantur. Fides et Christiana morum honestas non his egent adsertoribus ac defensoribus.

24. Condonator ne plausus auditorum aucupetur, sed quaerat unice animarum salutem et commendationem a Deo atque Ecclesia *Docente te* in *ecclesia non clamor populi,* sed *gemitus suscitetur. Lacrymae auditorum laudes tuae sint* (Hieron. ad Nepotian.).

25. Usus, qui alicubi invaluit, ephemerides vel plagulas typis impressas adhibendi tum ad auditores aucupandos ante praedicationem, tum post praedicationem ad concionatoris meritum extollendum reprobandus omnino est et damnandus, quovis id praetextu boni fiat Curent Ordinarii, quantum poterint, ut ne id usuveniat.

26. Quoad actionem in concionando nfl melius praescribi potest quam quod S. Hieronymus Nepotianum admonebat: *Nolo te declamatorem et rabulam garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum et sacramentorum Dei eruditissimum. Verba volvere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est, ... Nihil tam facile quam vilem plebeculam et indoctam concionem linguae* volubilitate *decipere, quae quidquid non intelligit plus miratur.*

27. Quamobrem concionator tam in ratiocinatione quam in linguae usu sese communi auditorum captui accomodet; quoad vero actionem ac recitationem, eam observet modestiam et gravitatem, quae illi convenit qui pro Christo legatione fungitur.

28. Caveat item semper ac diligentissime ne sacram praedicationem in quaestum vertat, quaerendo quae sua
333 sunt, non quae lesu Christi;/ ne sit igitur turpis *lucri cupidus* nec vanae gloriolae lenocinio se capi sinat

Nunquam vero ex animo permittat excidere quod, secundum Evangelii et Apostolorum doctrinam et Sanctorum exempla, idem Hieronymus Nepotiano suggerebat: *Non confundant opera tua sermonem tuum;* ne *cum* in *ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo haec quae dicis, ipse non facis? — Delicatus magister es qui, pleno ventre, de ieiuniis loquitur ... Sacerdotis os, mens manusque concordent.*

Caput IV.

Cui et quomodo *interdicenda praedicatio.*

29. Concionatores, qui praescriptiones superiori capite editas negligant, si emendationis spem praebeant et graviter non offenderint, prima alterave vice ab Episcopo moneantur ac reprehendantur.

30. Si vero emendationem neglexerint aut graviter cum fidelium scandalo peccaverint, Episcopus, ad tramitem Codicis, can. 1340, §§ 2 et 3:

a) si agatur de proprio subdito aut de religioso cui praedicandi facultatem ipse dederit, concessam facultatem. nullo hominum respectu, aut ad tempus revocet aut omnino abroget;

b) si autem de sacerdote extradioecesano agatur vel de religioso cui non ipse *pagellam* impertiverit praedicationem illi in dioecesi sua interdicat simulque de re moneat tam Ordinarium proprium quam eum qui *praedicationis pagellam* eidem concessit; in casibus autem gravioribus ne omittat ad S. Sedem referre;

c) poterit etiam Episcopus, imo et debebit pro diversitate casuum, concionatore graviter peccante, coeptam praedicationem ipsi intercipere.

31. Interdici pariter praedicatione oportet, *saltem ad tempus et pro aliquo loco,* quicumque aut pro sua vivendi ratione aut quavis alia de causa, etsi inculpabiliter. publicam bonam existimationem amiserit, ita ut ministerium suum inutile vel damnosum evaserit.

32. Ordinarii dioecesani commissionem vigilantiae pro praedicatione, unusquisque in sua dioecesi, instituent, quae iisdem sacerdotibus componi poterit ac commissio pro examine candidatorum.

33. Quia vero nec Episcopi nec commissio vigilantiae adesse ubique in dioecesi poterunt; quum agetur de praedicationibus maioris momenti in locis dissitis. Ordinarii exigent his desuper a Vicariis Foraneis vel a parochis informationes peculiares et tutas iuxta normas superius traditas./

Caput V.

De praeparatione remota ad ministerium praedicationis.

34. Ordinarii et Nuperiores religiosorum stricte obligantur proprios clericos ad sanctam salutaremque praedicationem ab ipsa iuvenili aetate formare studiorum tempore, tum ante tum post susceptum sacerdotium.

35. Curabunt Igitur ut dicti clerici, dum sacrae theologiae dant operam, de variis praedicationum generibus doceantur; praeque manibus habeant et gustent exemplaria insignia quae in omni concionum genere Sancti Patres reliquerunt, praeter illa quae in sacris Evangelils, in Actibus et Epistolis Apostolorum ubique accesserunt.

36. Studebunt item Ordinarii ut iuvenes instituantur de actione et pronunciatione in concionibus servandis, ut eam deinde gravitatem, simplicitatem et concinnitatem praeseferant, quae nihil histrionem sapiat, sed verbo Dei conveniat, probetque condonantem pro animi persuasione et ex corde loqui sublimemque spectare finem, qui ministerio suo est praestitutus.

37. Haec dum in seminariis vel studiorum locis peragentur, Superiores scrutabuntur quod genus praedicationis singulorum alumnorum dispositioni magis respondeat, ut deinde ea super re ad Ordinarium referant

38. Initialem autem institutionem, quam clerici in seminariis vel in studiorum domibus habuerunt Ordinarii, etiam post sacros Ordines susceptos, perficiendam curabunt

39. Quamobrem, iuxta informationes de unoquoque habitas, eos facilioribus primum ac humilioribus praedicationibus occupabunt et exercebunt, ut in tradenda pueris Christiana catechesi. Evangelio breviter explicando. iisque similibus.

40. Poterunt demum Ordinarii suis clericis praescribere ut, aliquo annorum spatio, examen de praedicatione in curia quotannis subeant tam voce quam scripto, ea quidem methodo quae ipsis magis probabitur, conformiter scilicet ad praescriptiones Codicis pro examinibus annuis a clericis subeundis post sacerdotii susceptionem.

Ex S. C. Consistoriall die 28 iunii. in pervigilio SS. App. Petri et Pauli anno 1917.—C. Card, De Lai. Ep. Sabinen., *Seer.* V. Sardi, Archiep. Caesarien.. Adsessor.

Adn. PrM 9 (1921) 37-43.

43

1917 IUL 2.-SC SACK.. RESPONSUM. PART

Amissio pensionis civilis non est causa sufficiens ad **CELEBRATIONEM MATRIMONII CANONICI .ABSQUE RITU CIVILI**

Sequenti dubio a nonnullis locorum Ordinariis proposito: ‹ An admitti possint ad celebrationem matrimonii mulieres, viris bello interfectis orbatae, quae, ne annua Gubernii pensione priventur, praetermittere volunt celebrationem matrimonii, ut aiunt, civilis ». Efïïi ac Rmi Petres huius S. Congregationis de Disciplina Sacramentorum, in Generali Conventu habito die 30 iunii 1917, respondendum censuerunt: ▪ Non osse recedendum a praxi S. Congregationis, ideoquc amissionem pensionis non esse causam sufficientem permittendi celebrationem matrimonii absque ritu civili. Quod $1 aliae habentur circumstantiae, recurrendum in singulis casibus ».

Quam EE. PP. resolutionem Ssiftus Dfius Noster Benedictus Papa XV in audientia 1 iulil 1917 ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. Congregationis, die 2 mensis iulil anno 1917.—Pu. Card. Giustinl *Praef.* A. Capotosti, Ep. Thermen., Seer

• ME 31 (1919) 193 Adn. REGAT1LLO B. 575; ME J1 0919) '198; NrT 47 (1920) 623-624.

1917 IUL 6.-SACRA POEN,, RESP. AAS 9 (1917) 440

Dubia: circa altaria prbtlegiata et missas in eis CELEBRANDAS

Propositis S. Poenitentiariae Apostolicae dubiis:

« 1. An privilegium Altaris applicari possit pluribus defunctis, pro quibus Missa celebratur?

« 2. An recipi queant onera perpetua Missarum ad Altare privilegiatum čelebrandarum' ».

S. Tribunal, die *3* iulii, anno 1917, respondendum censuit

« Ad !■ *Negative,* prout iam decisum fuit a S. Congregatione Indulgentiarum, decretis dierum 29 februarii 1864 *[ASS l (1865-66»* 626). et 19 iunif 1880 [ASS 13 (188Û-81) 133-134);

« Ad 2' Recipi possunt, dummodo numerus Missarum. tam fundatarum quam adventitiarum, sit talis, ut ei commode satisfieri possit ».

Et m audientia, subsignata die. infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, SSmus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV. has responsiones in omnibus approbavit, iussitque ut publici fierent iuris.

Datum Romae, in S. Poenitentiaria. die 6 iulii 1917.— Guuelmus Card. Van Rossum. Poen. *Maior.* F. Borgongini Duca. S. P. *Secr.*

Ada. PrM 9 (1921) 59-70.

45

1917 ILL 7.-SACRA POEN., RESP. .AAS 9 (1917) 399

Di indulgentiis quoad fideles ritus orientalis

Cum quidam Episcopus Ritus Orientalis dubium proposuisset utrum fideles Rituum Orientalium lucrari possint omnes Indulgentias a Summo Pontifice univer- «aU decreto concessas. S. Poenitentiaria respondendum consuit: Affirmative.

Quod responsum, in Audientia diei 6 vertentis mensis iulii ab infrascripto Card. Poenitentiario Maiore relatum. SSmus D. N. Benedictus divina Providentia Pp. XV approbare ratumque habere dignatus est. ac publici iuris fieri mandavit

Datum Romae, in S. Poenitentiaria. die 7 iulii 1917.— Gl-liel mvs Card. Van Rossum. Poen. *Maior.* F. Borgongini Duca, S. P. Secr.

Adn. PrM 9 (1921) 67-58.

46

1917 IUL 14.-SC CONC. RESOL. AAS 10 (1918» 194-200

QUEBEC EN.

Onerum choralium. seu praebendarum. *Die* 14 iulH 1917

Species facti. - Apostollcis litteris, quarum initium *In arduum Pontificatus fastigium,* die prima octobris anno 1674 datis, m septentrionali America erecta fuit dioecesis Quebecensis, simulque decreta in nova cathedrall ecclesia Quebec» exstante et B. M. V. ac S. Ludovico dicata. Capituli institutio, quae decem post annos ab ipso primo Quebecensi Episcopo feliciter perfecta «L Huiusmodi autem cathédrale Capitulum, nondum a «ua erectione transacto saeculo, propter politicas vicissitudines exstinctum evaserat, neque ad proxima usque tempora, variis ex causis, restitui valuerat. Quum itaque Erhus Cardinalis hodiernus Quebecensis Archiepiscopus peropportunum fore censeret adlectos viros sibi axsumere. qui in amplissimae suae archidloecesls regimine suppetias ferrent, itemque in Metropolitana Ecclesia. prout rerum adjuncta sinerent, laudes Deo persolverent ac divina mysteria peragerent a rec. mem. S. P Pio X impetravit ut apostolica auctoritate antiquum Capitulum, titulo Metropolitani decoratum, redintegramur. vel. quatenus opus esset, ex novo erigeretur cum omnibus lurjbus, privilegiis et induitis quibus cetera Metropolitana Capitula, praesertim ditionis Canadensis, fruuntur et gaudent; idque obtinuit per apostolicas litteras datas dic 10 iunii 1914. quibus idem Pontifex — post· auam statuerat Quebeccnse Capitulum tribus constare debere dignitatibus. Decano videlicet, uti Capituli eiusdem praeside, Archidiacono et Archipresbytero, cui tamquam parocho demandata esset universa cura animarum ipsius metropolitanae paroeciae, itemque novem canonicis, quorum bini officium et nomen Poenitcntiarif et Theologi assumerent — subdebat « Quoniam vero « sacerdotes in Canonicos eligendi aliis ecclesiasticis « muniis distenti sunt, ct deficiunt in praesens canoni- < cales praebendae. Nos, *quousque erecti Canonicatus < congrua praebenda aucti non fuerint, quod quam ci· « lias futurum confidimus ac peroptamus.* eosdem Capi- • tulares a resid/ ntia in urbe et ab oneribus choralibus c interim eximimus et dispensamus, facta tamen facul- • tate Archiepiscopo pro tempore Quebecensi,/ iuxta ta quae in Instructione S. C. de Prop. Fide ad Ordinarios < provinciae ecclesiasticae Quebecensis die 28 sept, an- < ni 1852 [CPF n. 1083) data ct in Concilio Plenario Quebecensi sunt statuta, memoratos canonicos convocandi *semel saltem in mense,* praesertim festis so- c lemnioribus. ad chori servitium, vel etiam quoties opportunum judicaverit ad dioecesis et ipsius Capituli negotia agenda, circa quae ex sacrorum Canonum praescripto. Capituli sententia est exquirenda ».

Porro, post constitutum feliciter Capitulum, quod die 9 iunii 1915 solemniter possessionem cepit in ecclesia Metropolitana, EAus Cardinalis Archiepiscopus in id studium omne operamque contulit, ut. pontificiis peroptatis morem gerens, congrua praebenda Capitulares quam citius augeret. Quapropter, quum iam a die 27 februarii 1889 rescripto S. C de Propaganda Fide ex audientia Ssmi concessum fuerit « indultum vi cuius « Episcopi totius provinciae Quebecensis exigere vale- i rent *decimam quintam* partem redituum a quocumque < parocho super ecclesiae fabriceria solvendam, donec • aliter ab Apostolica Sede provideatur », Archiepiscopus hoc tributum, in mitiore summa quinque centesimarum partium 75, et quidem super reditibus tantummodo ex locatione scamnorum in ecclesiis obvenientibus. singulis paroeciis et quasi-paroeciis imposuit per decretum diei 15 aprilis 1915. ac insuper alio decreto diei 22 iunii 1916 cuidam annuae taxationi subiecit etiam religiosa suae dioecesis sodalitia: statuens ut ex praefatis exactionibus quotannis singulis canonicatibus rependeretur summa doliariorum 300 (quorum 120 pro distributionibus quotidianis cederent) ac quidquid superesset, post persolutas ceteras cultus et administrationis expensas. in sortem capitalem constituendam augendamque converteretur, donec videlicet haec sola sors ad capitularia onera annua ferenda par evasisset. Ad hunc effectum curavit Emus Arch:episcopus. ut, in forma iure valida. « Archiepiscopalis Corporatio romano-catnolica c Quebecensis » supradicta tributa et taxas exigens, sese obligaret ad eorumdem proventus praefata ratione, in Capituli utilitatem erogandos, immo ad supplendas etiam, si, quavis de causa, tributorum exactio insufficiens evasisset.

Quum itaque hac ratione Emus Archiepiscopus in tuto posuisset perpetuum ius cuilibet e cap'tularlbus competens exigendi titulo fructuum sui beneficii annuum reditum doliariorum tercentorum. quumque, iudicio eiusdem Emi Archiepiscopi, annuus hic reditus, simul cum proventibus singulis canonicis ratione officiorum quae in dioecesi gerunt obvenientibus, congruus videretur ad munia et onera canonlcalia honeste ferenda, statuit eodem decreto diei 25 mali 1916 « capitulares < singulos obnoxios esse officiis canonlcallbus de iure < praescriptis, ac signanter obligationi choralis officii < itemque conventualfs Missae quotidie in ecclesia ca- « thedrall celebrandae ».

Verumtamem. quum nonnulli e capitularibus, praefatis non obstantibus, nondum impletam censerent conditionem apostolicis litteris. Induito exemptionis choralis appositam, de *congrua* videlicet *praebenda* singulis canon:catibus constituenda, adversus praefatum decretum archiépiscopale ad hanc S. Congregationem recursum Interposuerunt, huiusce dubii. Inter alia, solutionem expostulantes, nimirum:

« An proventus Canonicis Metropolitanae Ecclesiae « Quebecensis assignati constituant congruam praeben- < dam. adeo ut cessata censenda sit exemptio seu « dispensatio ab oneribus choralibus, de qua in Aposto- « lica Bulla erectionis Capituli in casu ».

Sviorsx» discd-tat îo îos. **- Canonici recurrentes propositae quaestioni negativum responxum dandum esse hisccrat^**

R

num momentis contendunt. Primo quidem: Archiepiscopus valide non poterat, absque consilio Capituli, mensam arehiepiscopalem tali contributione onerare in favorem plluli ipsius; agebatur enim de gravissima alienatione bonorum ad mensam spectantium peragenda. Item, nec poterat valide, irrequisito consilio Capituli, statuere seu definire quaenam annui reditus quantitas nd congruam praebendam constituendam sufficeret: siquidem egebatur non modo de graviore quodam negotio, sed de negotio quod summopere Canonicorum intcrcrerat. Immo eosdem ut slnculos, praeterquam ut collegium, tangebat. Igitur iam a limine apparet decreta orchiepiscopalia, absque praevio consilio Capituli edita, salva reverentia tanto Antistiti debita. iuridico robore ct firmitate penitus destituta denunclanda esse.

Sed praeterea: ad praebendam qualemcumquc constituendam necessaria omnino est *perpetuitas* iuris percipiendi fructus quibus illa coalescit: ad quem effectum canonistae uno ore docent bona praebendae vel in immobilibus, vel saltem tn certis et perpetuis reditibus constituenda esse (cfr. Lcuren., *Forum benef.,* q. VII). quod ipsum perspicua sententia sancivit S. C. C. in Fanen.. *Erectionis canonicatuum,* 22 martii 1760: * Dotes beneficiorum debent esse " certae ac perpetuae, nullique periculo obnoxiae - E contrario reditus constituti ab Archieplscopo in casu; 1) pendent a *precaria* concessione S. Sedis: quippe indultum, vi cuius exigere licet decimam quintam partem redituum, a quocumque parocho super ecclesiae fabriceria solvendam, munitur seu potius infirmatur clausula " donec aliter a " Sancta Sede provideatur ergo minime est perpetuum;
197 2) pendent ab arbitrio concedentis, vel saltem succes/sorum: quia reditus, in casu, pleno iure pertinent et spectant id mensam archiepiscspalem. quae idcirco poterit, nemine impediente aut prohibente, ab annua in favorem Capituli erogatione cessare quandocumque sibi videbitur: in facto autem huius elargitionis cessatio praevidetur quo nempe tempore superfluum horum redituum in sortem capitalem collatum, satis esse videbitur ad onera Capituli annua ferendum; 3) saltem ex parte, qua nempe reditus proveniunt ex annua taxa imposita omnibus et singulis religiosis dioecesis sodalitiis, hi proventus precarii dicendi sunt, quatenus pendent a *confirmatione Superiorum;* agitur enim de taxa a iure exorbitante, immo Interposita contra cap. 3. X. dc ccnjibiLT. etc.. III. 39. praesertim ubi gravat sodaUtia religiosa a iurisdictione Ordinarii exempta: igitur sustineri nequit, donec speciali S. Sedis induito corroboretur. Iam vero quis dicet tales proventus ex aequo respondere iuri perpetuo percipiendi fructus ecclesiasticos, quod principaliter in praebendae constitutione speciatur, potissimum sl conferantur cum proventibus antiquo Capitulo Quebecensi spectantibus, ex assignatione olim eidem facta amplissimi cuiusdam praedii nccnon redituum trium abbatiarum provenientibus?

Tertio: in Litteris Apostolicis de quibus agitur, non de qualicumque praebenda sermo est. sed de *congrua,* quae videlicet ad decentem et honestam, pro sui status conditione. beneficiatl substentationem sola sufficiat. Ad rem — ait Santi. *Projection* , L III. tit. 35 — " prae oculis haberi de" bet dignitas personae, cius gradus seu civilis origo, va" letudo. scientia et aliae qualitates personales, quae malo• res exigentias secumferunt: necnon respicienda sunt tem" ports et loci ratio, moderata hospitalitas, non solum pau" perum. sed aliam consanguineorum et amicorum, honesta * recreatio, probabile periculum venturi morbi etc. Cfr. quoque Gennari. *Quist, moral.,* ŋ. 87. Hisce attentis, in Quebecensi civitate, vix annus reditus doliariorum mille congrua praebenda dicetur, a qua summa longe adhuc distat quae decreto archiépiscopall constituta est. Ncc regerere valet, quod singuli canonici ex suis officiis civilibus aut ecclesiasticis, quidquid ad praefatam summam doliariorum mille de praebenda deest, supplere forsitan possint; nam in computatione praebendae venire profecto nequeunt nisi bona *ecclesiastica,* quae nimirum cx dote *beneficii* In fructus percipiuntur, non autem patrimonialia aut industrially Secus enim, frustra in Litteris Apostolicis, tamquam causa exemptionis a choralibus oneribus illud recensitum fuisset, quod " sacerdotes in Canonicos eligendi aliis ecclesiasticis " muniis distenti sunt quum igitur, attenta tenuitate practensae praebendae, necesse sit hanc causam perseve19$ rare, nondum advenisse censenda est/ conditio sub qua facta concessio seu exempta cessare debeat. Hucusque Canonici recurrentes.

Er *officio,* quum Efhus Archiepiscopus rem totam simpliciter commiserit consilio et sententiae Apostolicae Sedis, breves nonnullae animadversiones pro affirmativa dubio responsione sunt exhibendae. Et primo praetereunda videntur quae ex adverso praemittuntur de necessitate Capituli consilii exquirendi, sive in practcnsa alienatione bonorum mensae decernenda, sive in quantitate congruae waebendae definienda: absonum quippe apparet nondum constituti Collegii suffragium ad validitatem expostulandum esse, in his quae de ipsius Collegii ortu et formali constitutione sunt deliberanda.

Quod autem perpetuitatem seu potius, in casu. stabilitatem bonorum praebendae attinet, manifestissimo iure indicitur beneficii dotem stabilem esse debere, ex qua reditus perpetuo percipiantur: non tamen determinatur aliquis modus aut gradus aut forma huius stabilitatis. Nequaquam profecto necessarium est. pro dote beneficii bona immobilia assiffnari. prout assignata fuisse docemur antiquo Capitulo episcopali Quebecensi: sufficit, ut habet Leurenlus. "res affecta onere praestandi tales reditus reali. perpetuo. " non exstinguibih cum persona, sed cum rv ipsa ad quemcumque possessorem transeunte hinc Canonistae passim docent bona beneficialia constitui posse ex decimis, quin etiam pensionibus a gubernio promissis (cfr. Boutx. *De Capitulis,* p, 156» ac longe communior sententia [quam sancivit Codex Iuris Canonici, nuper feliciter promulgatus, can. 1410] est lura quoque stolae, quamvis incerta, in dotem beneficii venire (cfr. Reiffcnstuel, in 1. III. tit. XXV', n. 67). At vero in casu agitur de persona morali, non minus perpetua ac stabili quam sit ipsum Capitulum, id est de Mensa Archiépiscopal! Quebecensi. quae obligationem in se suscipit, in forma iure valida, praestandi quotannis ex determinatis proventibus, sive ipsis *deficientibus,* ex quibuscumque aliis suis bonis, certos omnino reditus: nihil igitur desiderandum superesse videtur ad requisitam stabilitatem.

Frustra autem Capitulares ad proventuum assignatorum precariam naturam provocant: in primis, quia obligatio, ut vidimus, non respicit solos hosce proventus, sed. his deficientibus. quosvis alios ad mensam spectantes: verum, hisce sepositis. 1) in se. non minus perpetuus certusque est in casu proventus cx taxatione super reditibus fabriceriae. quam proventus ex decimis, aut ex iuribus stolae, aut ex pensionibus a Gubernio laicali promissis, quae omnia iure communi tamquam stabilia bona accipiuntur; 2) neque ex adiunctis stabilitas haec labefactatur: etenim a) quod in induito S. C. de Prop. Fide legatur clausula/ " donec ali" ter ab Apostolica Sede provideatur ", in primis id respicere videtur, non substantiam factae concessionis, quae de iure communi Episcopis competit (cfr. Cod. *lur. Can.* can. 1504 ss.). sed *auantitatem* taxae exigendae: et praeterea, non est supponendum quod Apostolica Sedes aliter *providendo* legitima Episcopi optata in casu sit neglectura, b) Item, s) erogatio proventus cessatura praevidetur, quando ex superfluis congrua sors capitalis efformata erit, id non officit, sed prodest stabilitati reditus, quia sortis ipsius capitalis proprietas penes Capitulum erit c) Frustra demum oggeritur. tributum Impositum religiosis sodalitiis a iure exorbitans esse, et ideo Apostolicae Sedis improbationi obnoxium, quia Capitulares non docent de non obtenta ad rem facultate. dum praesumptio *stat pro Superiore; immo* neque sic docendi facultatem habent, quum ius reclamandi, si daretur, competeret profecto religiosis sodalitiis gravatis, non autem Capitulo quod exinde favorem commodumque reportat.

Circa congruam vero ad honestam substentationem Capitularium praebendae quantitatem, res tota in existimatione est; nec minus profecto facienda est Archiepiscopi. quam Capituli existimatio. Excludi autem non debet, uti Capitulares praetendunt, ab aeoua hac computatione facienda. quidquid Canonici singuli ex aliis munifs civilibus aut ecclesiasticis percipiunt, nisi in quantum, ob choralium perfunctionem onerum, horum munium continuatio impediretur. Unde etiam regula seu norma iudicil ad praesentem controversiam terminandam facile deduci videtur: quum nempe praebenda ab Archieplscopo constituta *congrua* non appareat ad *universum integrumque* servitium chorale obeundum, (quod nimirum integras beneficiatl vires facile exhauriret, et ideo exigeret ut de praebenda sola bénéficiants vivere posset), ipsum servitium chorale per opportunam dispensationem ad proportionem ipsius constitutae praebendae minuendum, seu reducendum videtur Sed in hoc sensu propositae a Canonicis quaestioni affirmativum responsum dandum apparet, quatenus nempe, si nondum cessavit conditio his verbis onunciata: ** Quoniam vero sacerdotes in " Canonicos eligendi, aliis ecclesiasticis munlis distenti - sunt °, cessasse dicenda est quae statim subditur, ~ et de" ficiunt In praesens praebendae can^nicales -, cx quo. munificentia Ertli Archiepiscopi erecti Canonicatus praebenda, saltem aliqua ratione congrua iam aucti fuere.

Resolutio. - Proposito itaque suprascripto dubio. Efhi ac Rmi S. C. Concilii Patres. In plenariis comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, die 14 iulii 1917. respondendum consuerunt:'

c *Affirmative;* facta Emo Card. Archiepiscopo facul‹ tate reducendi servitium chorale tantum ad dies dominicos et festos de praecepto, vel alios solemnes. ab ‹ Eodem determinandos, praesentibus perdurantibus circumstantiis ».

Quam Emorum Patrum resolutionem Ssfhus Dftus Noster Benedictus Div. Prov. Papa XV in Audientia diei 16 eiusdem mensis et anni, referente infrascripto Secretario, approbare et confirmare dignatus est.—L Mori, *Secr.*

Adn. Pr.M 9 (1921) 135-136

1917 IUL 14.-SC CONC. RESOL. AAS 9 (19171 491-497

TRANEN.

Participationis seu divisionis summae. 14 iulii 1917.

Species facti. - In Capitulo cathedrali Trancnst quum una habeatur massa communis, in hanc reditus quoque congruae curatae immittuntur, ut simul cum

aliis reditibus ac proventibus inter capitulares distribuantur. Diem itaque supremum obeunte archipresbytero. mense augusto anni 1903. eadem capitularis communis massa augeri debebat cx summa libellarum 4000. a Gubernio pro quota parte elapsorum iam ' anni mensium rependenda. Hanc tamen summam praeoccupaverunt, penes Gubernium intercedendo, defuncti archipresbyteri heredes, ex quorum propterca manibus praefata summa fuit a capitulo per diuturnam litem vindicanda. Ex aula victor tandem Capitulum discessit, incunte anno 1916, obtenta favorabili sententia in secundo appellationis gradu, cuius vi dicti heredes ad restitutionem summae 4000 libellarum erga Capitulum cathédrale Tranense condemnati sunt, sententia sine mora exsecutioni demandata. Dum autem ita restituta ramma inter capitulares, qui anno 1916 de gremio erant, pro rata dividebatur, quidam honorarius canonicus, contendens eamdem vindicatam summan pertinere ad reditus et rationes anni 1908, quo tempore ipse inter beneficiarios partiripanfea adnumerabatur. postulavit ut ad divisionem seu participationem eiusdem summae pro quota parte admitteretur. Abnuente Capitulo, recursum interposuit penes hanc S. Congregationem, petens in ea videri ac declarari, an canonico *honorario* recurrenti expetita portio tribuenda sit in casu.

Stxopsis mstttt àttoxic - Quum In rctlrienda canonici honorarii recurrentis petitione Capitulum Inniteretur po-«xlmum roareefudini ab Immemnrnbdx observatae. indtstinctim Inter *praesentes* distribuendi lucra et proventus per annum actu perreptat. etiamsi praecedentibus anni· maturi fuissent («eu. ut ena sunt verba " dl riuartJre fra i " present! le entrate di evretrio. sla che provengano dalle * re-dlie de!l'anno in rorso. sia che tl riferiscano a pre- " viste entrate dl esercirl procedenti recurrens ictus est in ^ppru5na-da. tum Ir. facto tum in lure. asserta consuetudine.

Universa tamen eius argumentandi ratio procedit ex praevia distinctione ouam Inducere satagit inter reditus et proventus, ut ito dicam, communcr, ad ordinariam adnttnlstratlonem pertinentes, ideoque cum summa probabilitate singulis annH *'bvrrturos. «r facile quod um anno 'orsao amittitur cb'tr.eri valeat in altero, et. ex adverso, lucra rocntualla, extra ordinem certo anno obvenientia, ita ut si semel amittantur, vix ac ne vix umquam in posterum ipsorum faciendorum occasio praebeatur.

Hac praemisa distinctione, facile arbitratur recurrens assertam consuetudinem vel non satis comprobatam in (acto, vel ture omnino improbandam in casu evincere.

In fccto quidem quia, etri Capitulum ad consuetudinis probationem afferat ordinariam computandi rationem ab immemorabili observatam, nullum tamen casum In ea demonstraro valet ad cxtrcordinorioi ever/tus. prout ille fu?, qui causam praesenti controversiae dedit, spectantem. Siquidem extraordinarii casus, suapte vi ac natura, sicut quamlibet reculam, na etiam quamvis consuetudinem effugiunt quae de ordinario contingentibus est et observatur, sed, ut extra ordinem illi emergunt. Ita singulares provisiones «ingulls vicibus expostulant Ac rcipso. asserit ipse recurrens. quantum meminisse valet, etiam in Capitulo Tranentl. extraordinariis his eventibus semper singulari modo pro casus ratione fuisse consultum

In ture autem praetensam α Capitulo consuetudinem, indtstinctim Inter praesentes distribuendi lucra actu percepta etiamsi, praecedentibus annis matura, ab aliis, iam absentibus. percipienda essent, manifestam Lnlustltiam redolere, et ideo improbandam eoe contendit. lustltlae quidem summa praecepta sunt unicuique suum tribuero, alterum non laedere: igitur, ad rigorem luris quilibet suos actu debet facere fructus qui ab eo percipiendi sunt. idest. quos maturos ante se habet: potest quidem, aliqua lusta intercedente causa, ad eos ets: maturos, successori wo dimittendos obligari, «ed salva tustitia id fit tantummodo quando, quod commodum successori suo consentit Ipse prius saltem simile persensit, adeo ut quod nunc amittit, antea ex quadam compensatione acceperit: quia in hoc casu, aequalitate servata, nulla adest lurium laesio. Ideo, haec ad casum rostrum trahendo, consuetudo illa quae praetenditur, distribuendi quotannis lucra per annum actu ocrccpta. riil natura Iam e*sent praecedentibus annis, sustineri dumtaxat potest, si sit de lucris In prima distinctione positis, quae nempe ex ordine quodam contingunt, ac quotannis fere eadem obveniunt adeo ut eompcnratloncni admittant inter amissum et perceptum: non autem de his quae in altera, seu de his quae omnino extra ordinem sine ulla lege accidunt, vix «ernei aut Iterum m longissimo temporis spatio: quum enim In his deficiat omnino compensationis remedium, non restat ntd inlusta locupletatio unius cum damno alterius, quam utri canones et regulae morum plane detestantur.

Nec opponatur laesionem hanc iurium privatam permitti poo.se propter communem utilitatem quam affert commodior computandorum nominum ratio, dum e*sct omnino Incommodum absentium iura persequi atque computorum rationes lamdudum plane compositas et obsignatas iterum excutere, evolvere ac In discrimen vocare Maius enim commodum non est causa sufficiens cur ius culusnue laedatur, praesertim »l prsvts admodum sit laesio esto quod leve jliquod privatum detrimentum publicae utilitati praevadere non debeat luxta adagium dc minimis non curat *Praetor,* sed vera *ac* gravis luris laesio est ellam a provisore/ univenali studiose praecavenda, vel saltem ad amussim resarcienda. Hinc etiam, in rc de qua agimus, tolerari quidem potest, propter commodiorem computandi rationem, ut summa aliqua levis, etsi extra ordinem provenUt, a lus habente amittatur, ab altero gratis obtineatur, etiam cessante privata compensatione; sed quando agitur dc summa quadam conspicua, prouti in casu, adeo ut gravis laesio lurium, seu grave damnum unius cum Inlusta alterius locupletatione sit obventurum, illud quemquam pati acquit», canonica potissimum, non permittit, sed immo praecaveri lubet. capta aliqua particulari provisione ad casum opportuna: quippe quaevis regula suae patiatur exceptiones. Hucusque canonicus recurrens.

Capitulum vero in primis asseveranter affirmat mu)· Usque argumentis probat factum assertae consuetudlna w di ripartire inter *praesentes* le entrate dl eserclzio sia che " provengano dalle rendite dcll'anno in corso, sia che si " riferiscano alie entrate degll escrclzl procedenti ", Idque probat non tantum In genere, sed etiam ex facto ipsius canonici recurrentis, qui, quosque inter portlclpontei fuit, nempe ab anno 19·'7 ad a. 1914. hanc consuetudinem axnovit. atque ipsius beneficiis usus est absque ulla difficultate aut rcservatlnne: etenim de plurimus fructibus etiam pinguibus participavit, qui tamen maturi erant praecedentibus annis, quin ulla ei cura esset de heredibus aut aliis quibus ius percipiendi fructus spec*asset: immo quum nonnulla fuissent postea restituenda, ante a 1914 a Capitularibus male percepta, onus istud minime sensit, sed a Capitularibus post a. 1914 actu exsistentibus integrum ferri sivit.

Negat propterca Capitulum recurrenti lus interloquendi, quod in casu esset venire contra factum proprium · suspectae videlicet fidei apertum argumentum. Multo magis quod ipse recurrens, quotannis, subscribendo manu propria redditioni rationum, atque in sua discessione e numero participantium, declarando sibi nihil prorsus a Capitulo deberi, quamvis sibi compertissimum esset plura nomina, ac signanter creditum ab heredibus archlpresbyteri repetendum. In suspenso adhuc manere, ratam habuisse dicendus est praxim consuetudinariam de qua agitur, ac renunciasse Lis omnibus, de quitus in praesentiarum quaestionem movet.

Sed etiam ad punctum iuris quod attinet, negat omnino Capitulum assertam consuetudinem iniustam esse, laesivam quaesiti luris, ideoque improbandam. Primum, ex ipsa argumentatione recurrentis, qui tandem aliquando fateri cogitur inlustitiam ac iurium laesionem exsulare quum agitur de modicis nominibus ac ordinariis, atque tantum suam a-cusationem urget si agatur de conspicuis et extraordinariis. Etenim plus/ minusve non mutant speciem: si igitur inluriam facit novorum Canonicorum locupletationem, illb adjudicare non modicas summas quae percipiendae erant ab antiquis capitularibus, nunc defunctis aut discessis, fniustum etiam eri·, modica quaevis lucra Hits attribuere, quorum faciendorum lus his erat.

Nec valet quaesitum effugium ex cessante necne compensatione Inter amissum et obtentum: compensatio etenim huiusmodl. quae ad aequalitatem servandam sufficiat, semper habetur, etiamsi agatur de extraordinariis, in tacita quadam conventione quae id cenus ncg^lls subest. de parifirandis nempe *oneribus* cum commodis: ita ut quis, dum renunciat luri suo quoad emolumenta uno anno percipienda nec tamen percepta, pariter relevari se Intendit a detrimentis quae de eodem *anno* re et effectu in sequentes annos prorogantur. Haec autem tacita conventio et consequens compensatio, non minus valet de extraordinariis quam ordinariis eventibus: sicut enim sunt aut esse possunt extraordinaria lucra, ita etiam sunt aut esse possunt extraordinaria facienda detrimenta: qui Igitur illis renuntiare cogitur, dum ab his liberatur, iam compensationem In eodem genere sufficientem obtinuisse dicendus esu

Intimius rem perscrutando, quaestio ad hoc adducitur ut statuatur num in casu singulis capitularibus tus sit aut quaeratur tn proventus seu fructus percipiendos aut In rra^sam immittendos, an potius tn *perceptos* sive In massam iam Qlatos dumtaxat. Haec ouaestio non est definienda ex lure quod Capitulo, ut tali, séu Massae capitulari, competit in nins debitores: certissimum enim est atque ex terminis provenit quaestionis, eidem ut tali lus competere tn fructus percipiendos: ted hoc non obstante, communi ve-l lu*l <-onsensu. In Capitulis saltem quorum massa communis est. «Insulis capitularibus lus non conceditur nisi in fructus et proventus prout actu sunt In massa, ideoque in iam perceptos. Alils verbis, prout communiter distingui solet praevisa accipiendorum et expendendorum ratio a ratione effectlve computata accepti et expensi (ut dicl assolet " bi-' lanclo preventive dal consuntivo hnrumque rationum finis «eu scopus apprime Ita distinguitur, ut alterius sit l.mtum praevidere futura et praecavere ne plus pecuniae exponatur quam quod redituum speratur, alterius vero nitidos-demonstrare proventus quos distribuere pro rata «ociis liceay. Ita etiam tn Capitulis quae massae communi» TSKFl ne_____ quod capitularibus distribui debet, atque q ?uhl lj habent, est quo re et actu, solutis excontinetur. Massa enim commu- 5ur*l?rnrn0<10 praesefert: In societate 5*«» Rota, dec *W* n la p. X ree. — de M ntcir [0?/05. 'ntelligitur dumtaxat/ pr,u Aomibus omnium r» n.uon« prÆnun^^S'

obsignatas iterum excutere, emendare funditusque evertere, sed etiam importabilia onera ct damna tum aestimationis tum rorum successoribus imposueris Exemplum causa nostra satis perspicuum suppeditat: summam habes 4000 libellarum, percipiendam a. 1908, quae tamen revera percepta et in massam illata est a. 1916: si in eam ius habent hi tantummodo qui a. 1908 de Capitulo erant, non modo ratio accepti et expensi anno 1908 iterum ad examen revocanda est. sed etiam Capitulares discessos evocare, aut Fi defuncti sint ab his causam habentes exquirere oportebit. ut ius suum tribui cuique valeat: quid autem si heres legitimus v. g.. aut heredis heres ct ita porro in exteras regiones discesserit, vel minor Interdlctusve aut sub tutela curalelave sit? Quod si tanta incommoda praestat vel negoclum lucrandae summae, quid dicendum, si. e contrario irum contrariorum par erit ratio) ageretur dc summa exigenda puta, in casu, dc solvendis expensis litis adversus heredes archlpresbyteri. per hypothcslm, Infeliciter promotae? (habent enim sua sidera lites!). Num facile Capitularium heredes, de quibus supra, ad has solvendas expensas adducerentur? Et. si ad hoc officium, quod c regione praetenso luri respondet, praestandum, essent cogendi, quot maledicta, quot recrimlnationes. quot etiam scandala et lites inde futurae!

Haec gravissima mala, quibus quaevis re! familiaris administratio impediretur vel etiam impossibilis evaderet, satis superque suadent, vel ex natura rei, vel saltem ex tacita conventione, singulis capitularibus, ubi massa communis viget, ius non acquiri nisi in proventus revera in eamdem massam immissos, atque in ea, post solutas expensas. re et effectu residuos. Quum igitur in casu summa 1000 libellarum, quavis Capituli culpa exsulante, tn massam non fuerit illata anno 1908, ac propterea non fuerit computata in ratione accepti et expensi illius anni, ab omnibus Capitularibus, non excepto recurrente, rite subscripta ac rata habita, consequitur nullum ius in eamdem acquisitum fuisse recurrenti. Immerito ergo hic conqueritur de iniuria, si praeteritus fuit in distributione facta anno 1916, quando summa revera in massam collata est. sed ipse inter participantes lam a biennio non adnumerabatur.

Resolutio. - Hac praevia disceptatione, quum in plenariis comitiis habitis in Palatio Apostolico Vaticano
497 dic 14 iulii 1917, propositum/esset dubium: An *sacerdoti recurrenti expetita portio tribuenda sit in casu.* Emi Patres S, Congregationis Concilii respondendum censuerunt: *Negative.*

Facta autem Ssmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. Papae XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in Audientia diei 16 eiusdem mensis et anni. Sanctitas Sua resolutionem Efhorum Patrum approbare dignata est.—I. Mori. *Secr.*

Adn. ME 29 (1917) 414-417.

48

1917 IUL 16.-BENED. XV, EPIST. AAS 9 (1917) 381-382

Ad PETRUM S. R· E. CARD. LA FONTAINE, PATRIARCHAM VENEHARUM, GRATIAS PERSOLVENS DE OFFICIOSISSIMIS LITTERIS QUIBUS ILLE, UNA CUM DOCTORIBÜS DISCIPLINAE IURIS TRADENDAE, DE NOVI CODICIS PROMULGATIONE B. P. GRATULATUS EST

Dilecte fili Noster, salutem et apostolîcam benedictionem. — Qui. Cancellarii munere. Pontificium istud turis canonici lyceum moderaris, et dilecti filii praeses ac doctores eidem disciplinae tradendae, communi Nonis Iuliis data ad Nos epistula, ita Nobis de novi Codicis promulgatione, gestientibus laetitia animis, gratulati estis» ut quam cepimus e praeclaro eventu defectatio-
X2 nem. eam Nobis velutl iterari ac redinte/grari senserimus. Plures quidem sunt caussae, ut scribitis, cur vos gaudio Nobiscum simul afficiamini. Intererat enim totius catholici nominis, in tanta tamque dispersa ecclesiasticarum legum mole, eas in unum colligi, amotis obsoletis vel a temporum condicione alienis; id praecipue virorum sacri ordinis intererat, ut leges haberent perspectas, quas et ipsi retinere et Christifidelibus servandas proponere debeant; neque minus utilitatis inde iuris periti capient, praesertim qui ad eiusmodi disciplinam alumnos instituunt, cum ante, in disiectis implicatisque rebus, ingenti sententiarum varietate perturbarentur. At recte dicitis, peculiari ac propria quadam de caussa esse vobis laetandum : quod videlicet ille fuerit Codicis conficiendi auctor, quem Lycei vestri iuris canonici munificentissimum fuisse auctorem merito gloriamini. Sic igitur insigne opus putetis feL rec. decessoris Nostri Pii X veluti accepisse e manibus, ut. quo accuratius perfcctiusque alumnis Codicem explanaveritis, eo maiorem Parenti immortalis memoriae vestro honorem tribuisse videamini. Munus ceteroqui vobis delatum fore posthac minus ad exsequendum grave, quis non videt' Qua in re volumus, ita iuris canonici disciplinam in posterum tradatis, ut Codicem, prouti evolvitur, gradatim commentata oratione declaretis; neque enim Nobis probabitur quicumque, excurrendo. ingenio nimis indulserit suo. discipulosque, a via iamnunc expeditiore deflexos, in tricas vel in difficultates confecerit. Quod reliquum est. scitote, quibus observantiae studiique significationibus Nos scribendo prosecuti estis, eas perquam gratas Nobis iucundasque accidisse; quas ut rependamus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, itemque praesidi et doctoribus luri canonico istic tradendo, caelestium conciliatricem donorum paternaeque caritatis Nostrae testem, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvi iulii anno MCMxvn. Pontificatus Nostri tertio.—Benedictus Pp. xv

49

1917 IUL 25.-SC S. OFFICII, DECL. PART.·

DE ASSISTENTIA MLSSIONARIORUM MATRIMONIIS HAERETICORUM ET INFIDELIUM TAMQUAM OFFICIALIUM OVILIUM

Feria IV. die 25 iulii 1917.

Explorati iuris est non posse clericos *sine apostolico induito officia publica quae exercitium laicalis iurisdictionis vel administrationis secum ferunt, assumere* (Cf. Novum Cod. lur. Can., can. 139. 5 2) ideoque nec munere fungi *Officialis civilis ad matrimonia.* Apostolico autem induito ad postremi huius muneris exercitium intercedente, cum eorum adsistentia validitatem matrimonio conferat in foro civili, dubitandum non est adsistentiam ipsam matrimoniis haereticorum et infidelium, generatim loquendo, adhuc manere illicitam si forte determinati alicuius matrimonii validitatem obstet impedimentum dirimens iuris naturae vel positivi divini, vel etiam ratione scandali. Siquidem içitur huiusmodl apostolicum Indultum ratio boni publici Missionarils impertiendum suadeat, nihil prohibet quominus per Sacram Congregationem de Propaganda Fide Vicariis Apostolicis illud implorantibus concedatur, dummodo tamen:

1) Nullum matrimonio obstet impedimentum dirimens iuris naturalis vel divini.

2) Nulla in pactum deducatur conditio matrimonii substantiae repugnans;

3) Nulla actui civili haeretica aut superstitiosa caeremonia adiungatur;

4) Nullum, demum, ndsit scandalum vel periculum fovendi indifferentismum religiosum.

* 5yllogo n. 60.

50

1917 AUG 7.-SC STUD., DECR. AAS 9 U917) 439

De novo iuris canonici codice in scholis proponendo

Cum novum iuris canonici Codicem SS. D. N. Benedictus Pp. XV a die festo Pentecostes proximi anni millesimi nongentesimi duodevicesimi in universa latina Ecclesia vim habiturum esse edixerit [LE 35], liquet ex eo ipso die Codicem fore authenticum ct unicum iuris canonici fontem, proptereaque tum in disciplina Ecclesiae moderanda, tum in iudiciis et in scholis eo uno utendum esse. Quam sit igitur necessarium, clericis praesertim. Codicem probe nosse atque omnino habere perspectum, nemo est qui non videat.

Itaque Sacra haec Congregatio, ut in re tanti momenti rectae alumnorum institutioni pro officio suo consulat, omnibus ac singulis studiorum Universitatibus ct iuris canonici Lycels quae, ad normam can. 256. 5 1. eidem Sacrae Congregationi parent, praecipit ac mandat. ut in schola antehac textus aptissime nuncupata, in qua ius canonicum penitus copioseque praelegitur, ita in posterum eiusmodi disciplina tradatur, ut alumni, non modo Codicis sententia synthetiee proposita, sed accurata quoque uniuscuiusque canonis analysi, ad cognoscendum et intelligendum Codicem veluti manu ducantur: debent scilicet doctores iuri canonico tradendo, ipso Codicis ordine ac titulorum capitumqur serie religiosissimo servata, singulos canones diligenti explana-

tione interpretari. Udem tamen magistn, ante quam dicere de aliquo instituto iuridico aggrediantur, apte exponant qui eius fuerit ortus, quae decursu temporis acciderint progressiones, mutationes ac vices, ut discipuli pleniorem Iuris cognitionem assequantur.

Nullo ceterum, praeter Codicem, libro alumnos uti necesse erit; quodsi doctoribus placuerit eos unum aliquem adhibere librum, id sancte retinendum, ut non eius libri ordini ordo Codicis, sed huic ille aptetur et accommodetur.

Romae, ex aedibus S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die vn mensis augusti anni MCMXvn.—Caietants Card. Bislett. Prae/. loseph Rosrino. *Substitutus.*

Ada. I. C <3 PrM 9 (1921) 65-63; Ph. MAROTO In CpR 1 920) 67-72; ME 29 (1917) 350-351.

^17 AUG 20.-SC CONC. RESOL. AAS 9 (1917) 497-50?

CIVITATIS CASTELLI ET ALATRINA

CtTHEDRATia. VACANT! SEDE EPISCOPALI

Die 11 martii 1917

Spiciis facti - Ex parte parochorum dioecesis Civi

rjpreces a novo Episcopo commendatae, at ipsorum favore •J-yimitteretur. ad causas pias erogandum, quidquid ca—Jhedratfci titulo ab eisdem parochis solvendum forsan rjfaisset tempore postremae vacationis sedis Episcopalis, ^■raulo post Vicarius Generalis Administratoris Apostobci dioecesis Alatrinae. sede vacante, penes hanc eamdem S. Congregationem, datis epistolis, conquestus est nonnullos parochos cathedral.'cum solvere praefato Administratori Apostolico detrectasse, ea adducta excusatione quod soli ~ huiusmodi solutio esset facienda. Utramque expostulationem visum est Emis Patribus subjicere, ut cx eorum sententia decerneretur quid Oratoribus esset respondendum.

AxTXAamcKOyrs, - Ad rem vero in antecessum animadvertebatur propositas quaestiones ad iuris communis tramitem esse unice perpendendas ac resolvendas, nullo videlicet respectu habito alicuius adiuncti vel peculiaris circumstantiae. quod luris canones in re moderari possit. Siquidem, quamvis didrachnic Calhedraticum tam prlvilegiatum in iure exsistat ut nec ab Ipso Episcopo in totum remitti, nec contraria consuetudine aboleri possit, consuetudo tamen vel uros non improbatur, quo onus Calhedraticum pensitandi vel minui possit, vel singulis annis non urgeat, proutl scite advertit, cum DD calculo. Benedictus XIV. De Syn D-.ocr Hb y. cap 7. n. 8. At in themate oratores, «vr parochi dioe/cesis Civitatis Castelli, sive Vicarius Generalis Alatnr.ui. nihil innuebant de praxl alias servata In Cathedratlci tautionc. sede Episcopali vacante; quapropter eorum consultatio m wi tantummodo videbatur intenta, ut rescire valerent, quid raris sit clrea hoc statutum quidve retlnen-

^ ◆xiI^Ï. et alibi in lure fuerit cautum. Calhedraticum deberi Episcopo. Wudque inter lura episcopi3 connumerari, nullibi tamen invèniri mrewim num \ .carlo aut Administratori Apostolico. num vero tale onus pa.rocbOTum vel beneficiariorum parle non urgeat, num tandem ab his tit fervendum, futurove Episcopo solvendum. Exinde ex generalibus iuris principiis desumendas rw propositis quaestionibus responsiones videlicet examini sublidenda wve naturam et scopum Csthedraticf Episcope debiti, sive naturam officii Vicarii Capitularis et Administratoris Apostolid. ut concludi valeret, num h« illud convenire possit.

Enimvcro Calhedraticum. proutl communiter penes DD «udlL est " certa pensio, non occasione ordinationis, sed • singuli» annis Episcopi solvi consueta in signum sub-" lectionis, et honorem Cathedrae Episcopalis, ad eiusdem Cathedrae, seu Episcopalis officii onera sustentanda " (Bened XIV, op c.. 1. V. cap 8. η 3' Haec pensio quandoque In Iure appellatur *Synodailra,* quandeque Paschalis, proutl constat tum ex cit cap conquérante, ubi Honorius III ait: " Svnodatfci seu Cathedratlci nomine **. tum ex cap. 20. olim. de cennbtzjr, ubi Innocentius III causam definit inter Episcopum Spoletanum et clericos plebis Rupinae super quantitate Synodafiri exagitatam At haec nomina non innuunt naturam Cathedratlci. quasi esset pensio debita ob ,Synodum, quam quotannis cogere debet Episcopus. sed laits numina e*t sortium, quia Calhedraticum occasione Synodi. quae ordinario port *Pascha* cogebatur. solvi consuevit, hinc etiam Synodaficum vel Paschale fuit dictum Vcrumtamen scopus, ob quem a iure Calhedraticum fuit invectum, non alius fuit, quam quod singuli beneflciati quotanru* profiterentur suam subtectionem erga Episcopum eiusqur Cathedram. exemplo Illorum, de quibus ait Evangelista Lucas. Σl. 2. ibant omnes, ut *profitèrentur* sinouli in suar·. civitatem Nec difficultatem facessere potest, quod Cathedraticum. auctore ut supra Bened. XIV. Episcopo penditur ad *Cathedrae scu Episcopalis officii onera sustentanda* nam illis verbis Indlgitatur finis practicus, cui pensio illa inservire debet, quin tamen per hoc scopus ille unicus supra ostensus minuatur vel tollatur. Quod ita est verum ut etiamsi finis ille practicus in casu particulari cessaret, proutl in/ Episcopo, qui ditiore censu esset cumulatus, onus tamen Calhedraticum pensitandi non cessaret, proutl eveniret in subsidio caritatlvo vel in aliis censibus, ratione necessitatis. Episcopo debitis.

r ·*· ···<****·· K.U V* IVV44 ΙΑΑΑ41 "X paret hoc nonnisi uni Episcopo privative quoad alios convenire posse; etenim arctus ille nexus, qui subditos ligal ad obedicntlam Superiori praestandam, in culus signum Calhedraticum penditur, unice inteliigitur relate ad Episcopum. qui est verus sponsus Ecclesiae suae, per matrimonium quoddam spirituale, quod cum ea iniit, et proprius pastor gregis sibi commissi.

Accedit, quod Calhedraticum Episcopo est debitum non solum in signum sublectionis, sed etiam in *honorem cathedrae Episcopalis.* At quid sub hoc nomine ventat, docet Gonzales in cap. 9, L ul. tlt. 34 *Dc censibus,* ubi ait: ° pen-" sdtatfo haec ita appellatur a cathedra, quia praestatur " Episcopo ob honorem Cathedrae Cathedra autem in sa-" eris canonibus significat principale *munus Episcopi* Praecipuum vero Episcopi munus consistit in potestate macisferii. quae intime est colligata cum divino praecepto Episcopis facto, pascendi gregem albi commissum.

Nec difficultas ex eo corrivari potest, quod quandoque Calhedraticum a DD. accipiatur tanquam pensio Episcopo debita argumento honoris, qui *Cathcdrali Ecclesiae* tribui debet, proutl declaravit S. Carolus Borronweus in sua Synodo *(Act Eccl. Medial..* part. 2. 346>: ~ illud SS. Canonibus " constitutum est. ut a singulis Parochis in Dioecesana " Synodo. Cathcdratici nomine, solidi duo exigantur, idque " argumento honoris, qui Cathedral! Ecclesiae tanquam " Matri a ceteris Parochlallbus ecclesiis tribui solet Siquidem Cathedralis Ecclesia promiscue in iure accipitur. ad designandam sive *sedem Capituli,* sive sedem seu CcxtAednxm *Episcopi* Quod vero in themate sub designatione Cathedralis Ecclesiae, culus In honorem est Calhedraticum solvendum, veniat Episcopi sedes seu Cathedra Episcopalis, scite docet Frances, dc EccL *CathetL.* cap. 15. n. 181 Eodem modo igitur, quo supremum Pontificis magisterium usuvenit appellari Sedes Apostolica vel simpliciter Petri Cathedra, ita Cathedralis Ecclesiae vel Episcopalis Cathedrae nomine, praecipuum Episcopi munus. L e. magisterium passim indlgitatur.

Ex hucusque disputatis ad liquidum perduci videtur. Calhedraticum. cuius indoles ct scopus est. ut in signum sublectionis et honorem Cathedrae Episcopalis pensitetur. unius Episcopi esse proprium eidemque uni. ceteris aliis exclusis, deberi.

Qua quaestione soluta, modo aliae succedunt, utrum nempe Calhedraticum. ab lis qui tali oneri sunt obnoxii, debeatur etiam Sede Epf/scopali vacante, et quatenus affirmative. num favore vicarii Capitularis vel Administratoris Apostolic! cedere debeat, num potius futuro Episcopo sit reservandum

Porro, ex superius recensitis, ad necessariam conclusionem devenitur, quod vacante sede episcopali. Cathedrati-<*um non sit debitum. Siquidem deficiente sponso ct pastore Ecclesiae, et hinc sublecto, cui honoris et obedientiae munus sit tribuendum, obligatio Ipsa, ex natura rei non urgere censetur.

At difficultatem aliquam facessere potest quod In Clement. 6 legitur, cap. *statutum,* de elect, et Electi potest ' Statutum super bonis a praelatis cathedralium regula-' rium et collegiatarum ecclesiarum dimissis, aut obvcnlen-' tibus tempore vacationis earum, futuris sucessoribus ' fideliter reservandri editum. locum declaramus habere ' In omni emolumento quod procedit ex lurisdictione et " sigillo curiae ecclesiasticae vel saecularis, aut alias unde-" cumque, quod ad pruelatos (Ecclesiis non vacantibus) " pertineret ". Huius canonis ad tramitem, pluries sancitum fuit ab H. S. O.: - emolumenta temoore vacationis sedis " Episcopalis obvenientia ex iurisdictlone et slglUo. vel * alias undecumque, neque ad Capitulum neque ad Vicarium spectare, sed libere futuro successori reservari, si ad Episcopum. Ecelnta non vacante, pertinuissent Ita prae aliis In una Agrigentina 17 novem. 1594. ct novissime In una lanuen. Emolumentorum. 23 feb. 1856 *(Thesaurus Resolutionum S. C C„* t. CXV. p 7ff). Unde deduci posset, Calhedraticum inter emolumenta illa esse recensendum, quae episcopo sede plena obveniunt sive ex lurisdictione. s.ye undecumque, unde etiam tempore sedis vacantis ab obnoxiis exsolvendum, futuro tamen Episcopo reservandum. >ed. hoc nnn obstante, relinendum videtur Cathedraycum. ob peculiarem suam indolem, de qua hucusque, a .radIta norma esae Immune, et hinc Episcopo non deberi «x «2.?Aia.dcpU?J>ow*sionls suae Eclesiae, quando nempe ob spirituale matrimonium cum Ecclesia celebratum, effec-«pensus et pastor gregis sibi commissi, quamo-V^cat «abiectionis et honoris signum. r 2« Primis, cx nonnullis resolutionibus H. S Ita Prae al?is constabilire videntur, ïK Λ Amalphltana., Cathedratlci, 5 noy. 1707

I2ÆS? tuiv - a ‘Æ’ ’idro lrum d^eatur? <

sstonis

uQRETO

18 mart et 8 iul. 1725. Scquiore vero aetate quaestio videtur magie in terminis definita. Siquidem in una Anglonen. et Tursicn., lunum, 31 iul. 1852, praetendente Episcopo, Calhedraticum sibi deberi a Capitulo Collegiatac Ecclesiae
501 loci Rabatana, etiam pro lem/porc, quo Episcopalis vacaverat sedes. Capitulum, proutl legitur in folio citatae causae, " illud solvere non detrectat omnino ; sed hoc tantum op- ponit, excessivam fuisse Episcopi petitionem, dum re- " auislvit Calhedraticum pro annis 1847. 43 et 49. licet • electus fuerit Episcopus dic 20 apr., et Episcopatus pos- " sessionem acceperit die 23 iun. eiusdem anni 19. Colle- " giata autem solvere Calhedraticum haud renuit, sed ad • illius solutionem se teneri putat a die tantum captae " possessionis Episcopatus Quapropter proposito dubio: M an et quomodo Capitulum eiusdem *Collcgiatae teneatur* " ad solutionem tum subsidii caritatirt, *quam cathcdratici* " in casu ", S. C. respondit: " *quoad Calhedraticum, ajfir-* " motive a die captae possessionis; quo vero ad caritativum " subsidium scribatur Nuntio Apostolico. qui referat de ⁜ consuetudine dioccesum regni circa exactionem subsidii " caritativl " (Cfr *Thcs* cit., t. CXI. p. 318, s.). In hac solutione illud probe attendatur, quod S. Congregatio pro solutione caritativi subsidii, *sede vacante,* de consuetudine voluit, antequam decideret, edoceri, quod tamen haud requisint in solutione Cathcdratici. quod ob peculiarem suam indolem, nonnisi ab Episcopo, *suae Ecclesiae possesslionc jruente,* exigi potest.

Firmato igitur quod Calhedraticum uni *Episcopo* sit debitum, ct Insuper quod illud ei non debeatur nisi a die adeptae possessionis dioecesis, iam in his absorpta manet alia quaestio, quae ius Vicarii Capitularis concernit relate ad Cathcdratici exactionem, sede vacante. Etenim, illud nec deberi sede vacante, nec Vicario tribuendum, evictum est sive a natura Cathcdratici sive cx pluribus H. S. O. decisionibus. Sed ad eamdem devenitur conclusionem si parumper prae oculis habeatur natura *officii* Vicarii Capitularis. Iste enim, quamvis succedat in universam Episcopi iurisdictionem ordinariam, iis exceptis quae ius reservavit. vel limitibus interclusit, dici tamen non potest *Pastor* dioecesis vel Ecclesiae *sponsus, sed* potius propastor et temporaneus administrator vacantis ecclesiae. Eidem igitur minime congruere possunt termini illi, quorum de causa a iure fuit statutum Calhedraticum. l. e. " in *signum subiec-* " tlonis ct in *honorem Cathedrae* Episcopalis, *ad eiusdem* " *cathedrae onera sustentanda*

Insuper, quamvis practici momenti non sit, relate ad Episcopum, distinctio illa, quam Glossa insinuat in cap. *Ii, Dilectus,* de officio Ordin., inter legem iurisdictionis et legem *diocccsanam,* ad designandam universam Episcopi potestatem, in casu tamen utiliter invocari posse videtur. Etenim, iuxta relatam Glossam, ea quae consistunt in dando» vel conferendo, seu. ut ait Ostiensis, in actione., ad legem iurisdictionis pertinent, et haec, saltem generatim.
502 exceptis nempe limitationibus a iure/ inductis, Vicario Capitulari competere dignoscuntur. E contrario, ea quae consistunt in *recipiendo,* vel ut inquit idem Ostiensis, in *passione dulci,* proutl sunt *Cathedraticum exigere, quartam decimarum, mortuorum et similia,* quaeque legem dloecesanam constituunt, a Vicario Capitulari sunt omnino subducta. Iste enim praeter congruum salarium sibi assignatum aut assignandum, vel ex fructibus vacantis ecclesiae, vel ex alio capite, nullum ius habet in illis emolumentis, quae Episcopo obvenirent, si Ecclesia non vacaret, prouti ex Clement ⁜ Statutum " supra relata, deducitur, quaeque futuro Episcopo sunt reservanda.

Quae vero de Vicario Capitulari sunt dicta, applicari quoque debent Administratori Apostolico» sede vacante, in dioecesi constituto: hic enim ordinario ea pollet jurisdictione, quae Vicario Capitulari competit, exceptis peculiaribus facultatibus fortasse in brevi nominationis induitis. (Wernz. Jus Decret., 2. p. 820).

Resolutio. - Porro, propositis in plenariis Emorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 11 martii 1917, tum precibus Parochorum Civitatis Castelli, tum expostulatione Vicani Generalis Alatrini, super his rescriptum prodiit:

Calhedraticum. sede vacante, non deberi.

Quam Emorum Patrum resolutionem Pius fel. rec. PP. X. in audientia die 13 eiusd. mensis et anni Secretario S. Congregationis concessa, approbare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus S. C. C., die 20 augusti 1917.—I. Mori. *Secr.*

Adn. PrM 9 (1921) 45.

52

1917 AUG 20.-SECR. STATUS, DECR. AAS 9 (1917) 475

De praescriptis aliquorum codicis canonum anticipandis

Episcopi aliive locorum Ordinarii complures a SS. D. N. Benedicto Pp. XV demisse efflagitarunt ut. nulla interposita mora, vigere incipiant praescripta Codicis L c. quae sequuntur:

1· Canonis 859, ! *2: 2°* Canonis 1108, 5 3:3® Canonis 1247. I 1: 4' Canonum 1250. 1251. 1252. 1253, 1254

Beatissimus Pater, in audientia die 19 mensis augusti infrascripto Cardinali data, relatas preces benigne excl- Kiens, decrevit praescripta canonum, de quibus supra, ex oc ipso dic vim habere; praetereaque. Motu proprio, concessit ut S. R E. Cardinales iam nunc omnibus ac singulis fruantur privilegiis quae can. 239, 5 1, 240. 600. n 3. 1189, 1401, eiusdem Codicis describuntur. Quae omnia promulgari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Vaticanis die 20 mensis augusti anni 1917.— P. Card. Gasparri, *a Secretis Status.*

Adn. ME 29 (1917) 352-359. 358-369; PrM 9 (1921) 84.

53

1917 SEP 15.-BENEDIC. XV. MP. AAS 9 (1917) 433-4S4

COMMISSIO instituitur ad codicis canones authentice **INTERPRETANDOS**

BENEDICTUS PP. XV

Cum iuris canonici Codicem, fel. rec. decessoris Nostri Pii X iussu digestum, non multo ante, exspectationem totius catholici orbis explentes, promulgaverimus. Ecclesiae bonum ipsiusque natura rei profecto postulant ut, quantum fieri potest, caveamus, ne aut incertis privatorum hominum de germano canonum sensu opinionibus ct conjecturis, aut crebra novarum legum varietate, tanti operis stabilitas in discrimen aliquando vocetur. Quapropter propositum Nobis est utrique incommodo occurrere; quod ut efficiamus. Motu proprio, certa scientia atque matura deliberatione Nostra, haec quae infra scripta sunt statuimus atque decernimus:

I. Exemplum decessorum Nostrorum secuti, qui decretorum Concilii Tridentini interpretationem proprio Patrum Cardinalium coetui commiserunt. Consilium seu *Commissionem,* uti vocant, constituimus, cui uni ius erit Codicis canones authentice interpretandi, audita tamen, in rebus maioris momenti. Sacra ea Congregatione cuius propria res sit, quae Consilio disceptanda proponitur. Idem vero Consilium constare volumus ex aliquot S. R. E. Cardinalibus, quorum unus coetui praesit. Auctoritate Nostra et successorum Nostrorum deligendis; his accedent tum vir probatus» qui sacri Consi- 484
lii erit ab Actis, tum aliquot Consultores cx utroque clero iuris canonici periti, eadem Auctoritate designandi; sed Consilio ius erit Consultores quoque Sacrarum Congregationum, pro sua quemque re. sententiam rogandi.

II. Sacrae Romanae Congregationes *nova Decreta Generalia* iamnunc ne ferant, nisi qua gravis Ecclesiae universae necessitas aliud suadeat. Ordinarium Igitur earum munus in hoc genere erit tum curare ut Codicis praescripta religiose serventur, tum *Instructiones,* si res ferat, edere, quae iisdem Codicis praeceptis maiorem et lucem afferant et efficientiam pariant Eiusxnodi vero documenta sic conficiantur, ut non modo sint, sed appareant etiam quasi quaedam explanationes ct complementa canonum, qui idcirco in documentorum contextu peropportune afferentur.

III. Si quando, decursu temporum. Ecclesiae univorsae bonum postulabit, ut novum generale decretum ab aliqua Sacra Congregatione condatur, ea ipsa decretum conficiat, quod si a Codicis praescriptis dissentiat. Summum Pontificem de elusmodi discrepantia moneat. Decretum autem, a Pontifice adprobatum. eadem Sacra Congregatio ad Consilium deferat, cuius erit, ad Decreti sententiam, canonem vel canones redigere. Si decretum e praescripto Codicis discrepet. Consilium indicet cuinam Codicis legi nova lex sufficienda fit; si in decreto res vertetur de qua Codex sileat. Consilium constituat quo loco novus canon vel novi canones sint in Codicem inserendi, numero canonis, qui proxime antecedit. bis. ter. etc. repetito, ne canon sede sua moveatur ullus aut numerorum series quoquo pacto perturbetur Quae omnia, statim post Sacrae Congregationis Decretum. in Acia Apoftolicqe Sedis referantur.

Quae Nobis videmur utiliter in hac causa decrevisse, ea omnia et singula, uti decreta sunt, ita rata et firma esse et manere volumus ac iubemu^: contrariis non obstantibus quibuslibet

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xv mensis Septembris anno ucxxvn, Pontificatus Nostri quarto — Benedictus Pp. xv

Ada Pft MAROTO bi CpR 1 (1920) 34-35; REGATILLO η. 1; ME 29 (1917) 342-343: PrM 9 (1921) 17-19.

1917 OCT 15.-BDŒDIC. XV, MP. AAS 9 (1917) 531-533

De instituto pontificio studiis rerum orientalium PROVEHENDIS

BENEDICTUS PP. XV

Orientis catholici ad spem veteris prosperitatis excitandi causa, mense malo vertentis anni Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali instituimus. Sed quod habemus propositum certe eveniet facilius uberiusque, si, qui in eo persequendo Nobis navaturi sunt operam, illi optime parati instructique ad laborandum
532 devenerint Itaque proprium altlorum studiorum/ domicilium de rebus orientalibus in hac Urbe, chnstiaiu nominis capite, condere decrevimus, idque et omni apparatu, quem huius aetatis eruditio postulat, ornatum, et doctoribus, in uno quoque genere peritissimis Orientisque perstudiosis insigne: in quo quidem Latini primum sacerdotes qui apud Orientales sacrum ministerium obire voluerint, congruenti, quae omnes numeros habeat, institutione formentur. Haec porro studiorum domus pateat etiam Orientalibus tum unitis tum orthodoxis oui appellantur: illis quo ordinarium doctrinae curriculum harum disciplinarum accessione perficiant hi vero ut possint, omni praeiudicata opinione deposita, veritatem penitus perscrutari Volumus enim ibi doctrinae catholicae simul et orthodoxae una pariter procedat expositio, ut cuivis sui ludicii viro evidens fiat quibus e fontibus utraque manaverit, ex Apostolorumne praedicatione. Ecclesiae perenni magisterio ad nos traaita. an aliunde.

Quod igitur rei Christianae in Oriente bene vertat. Nos Motu proprio constituimus ct sancimus:

I. Institutum studiis rerum orientalium provehendis Romae esto, quod, praecipua sub vigilantia curaque Summi Pontificis positum, pontificii titulo decoretur.

II. Illud S. Congregationi pro Ecclesia Orientali proxime sublectum erit, per eamque Nobis ac Nostris succesoribus.

prope Vaticanum aedibus, ubi cHospitium de Conver- « tendis › vulgo dictum, usque adhuc fuit: id quod fieri volumus rine ullo detrimento ipsius Hospitii.

IV. Hae in Instituto tradantur disciplinae:

t. °ythodoxa quae varias orientalium ehristianorum de divinis rebus doctrinas attin it, cum praelectionibus de Patrologia orientali, de 'I eologia historica ac de Patristica.

b) Ius canonicum omnium Orientis Christianarum gentium

c) Multiplex Orientalium Liturgia

d) Byzantii Orientisque reliqui Historia tum sacra tum civilis: cui praelectiones accedent, de Geographia
533 ethnographic!.-' de Archeologia sacra, de Constitutione carum gentium civili et politica

e) Litterae sermonesque Orientalium.

V Horum omnium studiorum cursus biennio conficiatur.

VL Scholas Instituti frequentabunt sacerdotes ex latino ritu qui in Oriente sacrum ministerium obituri sunt: easdem frequentare licebit non modo clericis nostris orientalibus, sed etiam iis orthodoxis qui sint veritatis altius inquirendae cupidi.

VII. Ne quid autem adiumenti ad studia Ibidem desit, Instituto Bibliothecam adiungimus bene apparatam cum a librorum delecta copia, tum a scriptis periodicis quae ad rem pertineant.

Quae vero hic a Nobis constituta sunt, ea in perpetuum valere iubemus. contrariis quibusvis, ellam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv mensis octobris MDCCCCxni. Pontificatus Nostri anno quarto.— Benedictus Pp. xv

PrM 9 (1921) 20-21

1917 OCT. 17.-SECK. STATUS, DECL. AAS 9 (1917) 557

NONNULLŒ MENDAE CORRIGENDAE IN EDITIONE OFFICIALI CODICIS IURIS CANONICI

In officiali *Codicis luris Canonici* editione [AAS 9 (1917) Pars II) nonnullae irrepsere mendae, quas Ssfhus in audientia infrascripto Cardinali hodie concessa corrigendas prout sequitur praecepit:

legatur:	vitio subreptionis aut obreptionis nullum	
	supremi religionum iuris pontificii Superiores, Oflclales maiores Romanae Curiae	
	Paschatls. Ascensionis, Pentecostes	
	cum throno ac baldachino et iure	
	Religiosos autem exemptas Episcopus	
	inserviunt ad normam can. 412.	
	religionis postulatu aut novitiatu	
	visitantibus vel aliis Visitatoribus	
	Ordini vel Sanctae Sedi, ad normam	
	serventur, congrua congruis referendo. praescripta	
	ad normam iuris. salvo praescripto can. 1196.	
	religioso professo de quo in can. 964. n. 5.	
1227	electio sit nulla	
1249	celebratur, sub dio aut !n quacumque	
	cessat, excepto festo tempore Quadragesimae, nec pervigflb	
1301	In forma iuris civilis valido	
1557,	contentiosis, salvo praescripto can. 1572. 4 2;	
1599,	causas de quibus in can. 1557. 5 2 allasve quas	
	ludex in decreto quo. non servata ludicii forma, vel reiicit	
1913	non datur distincta appellatio	
21£»	can. 467. J 1. 468. 5 1, 1178. 1330-1332. 1344.	
	Censuris Sedi Apostollcae reservatis:	
	poenis inhabllitatis ad beneficia	
	nisi positus fuerit ab excommunicato vitando vel ab alio excommunicato post	

Ex aedibus Vaticanis die 17 mensis octobrb» anni 1917,—Petrus Card. Gasparri. *a Secretis Status.*

Ada **Vide MONITUM. In emcadattommi Codicis luris Canonici indiculo, P»3· 557 borwn Artorum [AAS 9 (1917) 557] •dilo, erst: «Caa. 1252. 5 4 Icystun c«wt. exceplo festo tempore Qui nec pervigili·». AAS 9 (1917) 589**

1917 OCT. 22.-S. POEN., RESP AAS 9 (1917) 539

QUO MODO MUTILATI INDULGENTIAS LUCRARI POSSINT QUIBUSDAM ACTIBUS CULTUS ADNEXAS

Beatissime Pater,

Henricus Genovesi, O. P., capellanus militaris nosocomii Gorlae I, in Mediolanensi archidioccesi, humillime exponit quae sequuntur:

Multi mutilati *signo Crucis se munire* vel *genua* flectere coram *Ssmo Sacramento* non possunt, et proinde prirantur indulgentiis hisce cultus actibus adnexis. Quam ob causam *orator* a Sanctitate Vestra enixe *gratiam* postulat ut praedictas indulgentias lucrari possint mutilati qui signum Cruets facere nequeunt, *dummodo iormulam* recitent, et qui in genua procolvi non possunt. dummodo caput inclinent.

Et Deus ...

SSmus D. N. Benedictus Div. Prov. PP. XV. In audientia dici 19 vertentis mensis infrascripto Cardinali Poenitcntlano Maiori impertita, perlibenter excipiens prae-

missas preces, concedere dignatus est ut indulgentias, pro quibus lucrandis recitatio precum una cum aliquo corporis actu iniungitur, quem mutilati peragere impares sunt, isti lucrari valeant fusis dumtaxat precibus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae in Sacra Poenïtentiaria die 22 octobres 1917.—Gulielmus Card, van Rossini, *Poenit. Maior. F.* Borgongini Duca, *Secr.*

Adn. FrM 9 (1921) 70-71.

57

1917 NOV 6.-SC RELIG., INDULTUM. PART.·

FACULTAS DATUR DISPENSANDI SUPER IRREGULARITATE EX DEFECTU DIGITORUM, CAUSA VULNERIS IN BELLO ACCEPTI

Preces. - *Beatissimo Padre,* Fr. Eusebio da Garbagnate, deUOrdine dei Frati Minori Cappuccini délia Regolare Provincia Milanese, prostrato ai Piedi della Santitâ Vostra, umilmente implora la dispensa dall'irrcgolariU *ex defectu corporis,* onde a suo tempo possa esser promosso ai SS. Ordini. AUOratore da una bomba. scoppiatagli nelle mani, gli furono bruciate due ialangi delTindice e una falange dei pollice della mano sinistra, e il medio è rimasto irrigidito; i monconi perô delTindice e pollice li puô congiungere con tutta facilitâ. Che ecc.

Rescr - *Ex audientia SS.mi diei 6 novembres 1917.* SS.mus D. N. Benedictus PP. XV, referente infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum praepositae, benigne annuit pro gratia; ac propterea mandavit committi Hevjno P. Ministro Generali Ord. FF. Min. Capuccinorum. ut petitam dispensationem pro suo arbitrio et conscientia juxta preces concedat

Romae, die, mense et anno ut supra.—J. Card. TONTI. *Praef.* Adulphus, Epus. Canopitanus. *Secr.*

• AOMCap 34 (1918) 5.

58

1917 NOV 10.-SC CONC. RESOL. AAS 10 (1918) 368-373

PADERBORNEN.

Super eleemosynis missarum integre tradendis

Die *10 novembres 1917*

Species facti. - Rmus Episcopus Paderbornensis. idemque Administrator Vicariatus apostolici Anhaltini. a S. Sede iampridem impetravit indultum, vi cuius sacerdotes suae dioecesis ac vicariatus accipere valerent stipendium secundae Missae vulgo binatae, necnon Missae pro populo litandae festis abrogatis, ea tamen lege ut illud traderent ipsi Ordinario, in utilitatem Pii operis a Collegio Leonino nuncupati impendendum. Idem porro Episcopus nuper supplici libello quae sequuntur nuic S. Congregationi exposuit: ‹ A nonnullis sacerdoti-
‹ bus dubia mihi proposita sunt, utrum parochis qui
‹ festis suppressis Missam cantatam, sive manualem
‹ sive fundatam, quae dominica praecedenti praenun-
‹ ciata fuerit cum indictione diei et horae, celebrant,
c et sacerdotibus, qui iterato sacro dominicis et festis
« de praecepto Missam fundatam celebrant, liceret ad
‹ Episcopum transmittere tantummodo stipendium Mis-
‹ sae lectae iuxta taxam dioecesanam, an ipsi deberent
‹ tradere integrum stipendium per constitutiones dioe-
‹ cesanas pro Missis aut per fundationem statutum. Du-
‹ biis propositis respondi: Si *diebus festivis abrogatis*
‹ *exequiae vel nuptiae fiunt et parochus Missam can-*
« fatam *exequialem vel pro sponsis celebrare debet,*
‹ itipendium *usitatum pro Missa privata tantum nobis*
i *tradendum est; in omnibus aliis casibus vero stipen-*
‹ *dium integrum sive manu oblatum sire ex fundatione*
‹ *statutum nobis transmittendum est ».*

« Humillime peto ut Sancta Sedes hanc meam decl-
‹ sionem pro sacerdotibus territorii mei approbare
« velit.

‹ Aequum enim censeo, quod parochi, qui in festis
« abrogatis Missam exequialem aut nuptialem cum can-
« tu celebrare *debent,* stipendium pro Missa lecta tan-
c tum traaant, cum alias iura stolae ipsorum diminue-
‹ rentur. In omnibus autem aliis casibus parochi Missam
i cum cantu celebrare minime obligati sunt et stipen-
i dia pro Missis lectis semper habent Ne quaeritandis
‹ Missis cum cantu species avaritiae in sacrificii san-
‹ ctissimi celebrationem irrepere videatur, ex re esse
‹ censui, quod/ parochi integrum stipendium, sive ma- 369
c nuale sive funuatum, favore Collegii Leonini tradant
« Porro parochi et alii sacerdotes, qui diebus domini-
« cis et festivis duas Missas in commodum animarum
‹ celebrare debent, nullum detrimentum patiuntur, si
« integrum stipendium manuale vel fundatum tradunt,
« quia congruo salario eorum alias sufficienter provi-
‹ sum est ».

Synopsis disceptationis. - Super hac re aliquis requisitus de suo voto H. S. C. Consultor supra relatum Episcopi decretum in utraque parte approbari posse censet, hisce adductis rationum momentis. Quod primam partem attinet, recte ratiocinatur Episcopus, aliter fieri non posse, quin parochis debita lura stolae detrahantur. Sed praeterea attendendum videtur agi in casu de Missis solemn!ous cum cantu, quinus nempe extrinsecus labor et incommodum praeter ordinem suoest: at vero Haec Sacra Congregatio, quae semper districtissime prohibuit ne pro altera Missa in casu binationls quidquam perciperetur a celeorante, ultro permissit in casu quo Missa Hia cum cantu persolvi deberet, remuneraUonem aliquam. ** non pro Missae appb-
~ callone ", sed dumtaxat. " intuitu laboris et incommo-
Hdi": cL S. C. C.. *Trcvxrcn.,* 23 mart. 1661, ad. I (CICF n. 4192].

Haec eadem adducta ratio obstare quidem videretur quominus Episcopi oratoris decretum in altera sua parte probetur: nam etiam in hac altera parte sermo est de Missis cum cantu, ac propterea eadem suoest ratio extrinseci laboris et extraordinarii incommodi suocundi. At difficultas facile evanescit, si consideretur praefata resolutione dici 23 mark 1861 permissionem in casu conscientiae et arbitrio Episcopi concessam fuisse: ~ *Posse permitti, prudenti ar-*
" *bitno Episcopi,* aliquam remuneraUonem intuitu laboris
* et incommodi, exclusa qualibet eleemosyna pro applica-
° Uone Missae In casu autem Episcopus pro suo prudent: arbitrio id permittendum minime censet, ne inconveniens ct admiratio suboriatur ex studiosa, quae secus contingere posset. Missarum cum cantu quiritatione, ex parte eorum sacerdotum et parochorum qui Missarum simplicium copia non destituuntur. Utique huiusmodi inconveniens non subest, si agatur de Missis !undatis, verumtamen tunc quoque parochis ius retinendi integrum stipendium esset dumtaxat si ipsum * locum teneret congruae parochialls ", prout explicite cavet decretum *Ut debita, i* 15 LASS 36 11903-04) 672-676]; quod a casu exsulare videtur, quum Episcopus doceat " congruo salario eorum — Le. parocho-
" rum et aliorum sacerdotum — *alias* suïllcienter provisum " est". Quamobrem, attento praesertim qued indultum impetraverit Episcopus, non favore parochorum. sed favore Operis Pii. quumque non resultet decretum de quo agitur alicuius ius laedere, ipsum susti/nendum est. immo, quia ad 370
malam avaritiae speciem a clero propellendam conceptum, prudens et laudabile apparet. Hucusque Consultoris votum.

Ex officio vero haec ad rem magis explanandam et enucleandam addebantur. 1. Generali quadam ratione, ex praxi et decretis H. S. C., videri in hoc et similibus casibus integram Missarum eleemosynam devolvendam esse favore Pii Operis dioecesam. ceu resolutum luit m una Sancti *Dcodâti* diei 27 februarii 1905. ad 2. Proposito enim hoc dubio: " Vigore plurium indultorum idem Episcopus Sancti " Deodati concedere potest sacerdotibus suae dioecesis fa-
" cultatem recipiendi eleemosynam vel pro secunda Missa
" vel pro Missis dierum festorum in Gallia suppressorum.
'. dummodo supradicta eleemosyna pro suae dioectnüs operi-
" bus piis applicetur. Porro vestigus trium suorum ante-
* cessorum inhaerens, idem Episcopus orator concessit
" sacerdotibus ut quaecumque sit eleemosynae quantitas.
" ad concellariam episcopalem non mittatur nisi eleemosy-
" na synodalis. idest lib. 1.50. Quaeritur an haec Episcopi
M concessio sit legitima responsum vero prodiit: *Negative* (ASS 37 (1904-05) 524).

Et merito. Sicut enim eleemosyna ex integro tradenda est Missam celebrantibus, cum hanc offerens totam det Intuitu oneris quod eis imponit, α pari aequum est ut stipendium. pro quo percipiendo apostolicum indultum in themate concessum est. pus operibus ex integro applicetur. Eo vel fortius quia, si iisdem sacerdotibus excessum communis cleemosjnae retinere fas esset, indultum ipsum haud unice — ut par est — pia opera respexisset.

2. Verum haec generalis regula suas patitur exceptiones, r.on quidem ex titulo eidem Missae intrinseco, sed ex aliis titulis ipsi celebrationi cxtnnsecis. lamvero inter hos titulos. qui nonnisi per accidens sacro ministerio annectuntur et sunt pretio aestimabiles, nedum tura rongrucc oel rtolar parocctalls, sed etiam maius incommodum vel fabor vel etiam industria *personae* accensentur.

Quoad iura congruae aut stolae nullum supcrewc videtur dubium. Siquidem in una Monccen^ diei 25 luili 1IT75. [ASS β (1882) 65-74 25 lull! 18741. quae confirmata invenitur ab ipso decreto H. S. C Ut drbtta [ASS 36 (1M2HM) 672-676). diei 11 man 1WM. " attento qued eleemosynae mis-
·· sarum quorumdam legatorum pro parte îecum tenerent
" congruae parochlalis, Ei?U Putres cvnsucrunt licitum
" parocho, si per se satisfacere non possit, eas missas alteri

- sacerdoti committere, attributa eleemosyna ordinaria lo-
" ci sive pro missis lectis sive cantatis " lAeta S. *Sedis,* vol. 36. pag. 672». Similiter in altera *Colcmlen.,* diei 25 lulil 1074. ad 5. quum exhibitum fuerit sequens dubium·. " In cele-
• brandis matrimoniis excquiisvc defunctorum iura stolae
371 " pxro/cho non in cumulo solvuntur, sed certa portio as-
- sifnata est pro singulis actibus ad has functiones rite
- persolvendas requisitis. Hinc certa quoque eleemosyna.
- eaque pinguior quam pro ceteris missu manualibus, ab
• Ordinario fixa est tam pro missis nuptialibus quam pro
" missis exequialibus. quarum celebratio de iure et consue-
- tudlne ad parochos spectet ", Sacra haec Congregatio respondit· ⁂ Cum agatur de lunbus stolae satis esse si "parochus retribuat celebranti eleemosynam ordinariam *iActa S. Sedis,* vol. 8. pag. 75).

Quum iteque in eleemosynis harum Missarum ratio habendi sit etiam *de turibus stolae vel congruae* parochialis. consequi videtur quod non integrum stipendium, sed ordinarium dumtaxat tradendum sit sacerdoti eas Missas celebranti. Quod valere etiam videtur quum eleemosyna Missae bir.atee vel pro populo consignanda ẽs Ordmano ad pias causas, quia ubi eadem est ratio, eadem esse debet luns dispositio.

1 Nec aliter sentiendum videtur ad ceteros titulos Missae extruitecos quod attinet, nempe ad maiorem laborem aut eztraorduonani teeommodum aut etum xndustnar. personae, prout ex pluribus huius S. C decisionibus eruitur.

9

Ita in laudata Trevirm., diei 23 mail 1E£1. propositis his dubiis: " Γ utrum parochi qui. ut menti fundatorum lut " sitis, diebus dominicis et festis binam dicunt Missam " et pro benefactoribus Promissariarum applicant, salarium " ex fundo Promissariarum pro peculiar, labore percipere " possint; 2 utrum parochi, qui pro necessitate circum-
• stantiarum diebus dominicis et festis uve m ecclesia pa-
" rochiall sive filiali dissita bis celebrant, tradite simul " doctrina Christiana, pro peculiari labore et industria cer-
" tum salarium annuum a parochiam» oblatum percipere " valeant " haec S. C respondit: " Posse permitti, prudenti " arbitrio Episcopi. remuneriUonem intuitu laboris et In-
" commodi, exclusa qualibet eleemosyna pro applicatione " missae " lAeta *S. Sidis,* vol 1. pag. 15).

Item in *LuQduntn ,* 31 ianuarii 1380. plures Ep-^copi Galliae exposuerunt. se obtir.iuiae apostoheum indultum applicandi piis operibus dicccsanis stipendium quarumdam Missarum pro populo a parochis Utendarum, sed nonnulli ex his. misso ad Episcopum stipendio ordinario, excessum ptaguloris eleemosynae a fidelibus oblatae retinebant, contendentes in casu titulum extnnsecum adesse, vel laborem extraordmanam si Missa sit cum cantu aut publice praenunctete m dominica praecedenti, d iter si: faciendum, vel praesertim liberoldour-. Intuitu solius personae sponte et
372 evidenter impertitam. Unde dubio:/ " An parochi, misso ad " Episcopum stipendio a stetuus dioecesams taxacto. va-
" leant Missarum eleemosynae excessum retinere in exsu " *b hac S. C. responsum fuit: " Negative, nisi morali cer-
⁂ titudine constet. excessum communis eleemosynae obla-
' tum fuisse intuitu personae vel ob maiorem laborem aui " Incommodum " (Acta S. Sedis, vol. 13. pag. 256».

Pariter in Bambcrgcn., 17 iunii 1??5. Archiepiscopus huius dioecesis. quum indultum a S. Sede obtinuisset ut stipendia sive secundae Missae, quam cmr.es suae dioecesis sacerdotes ob ipsorum penurum binando litent, uve Mtaae a parochis et curatis in festis suppressis celebratae in favorem seminani dioecesam cederent, ab hac S. C postulavit: " Utrum sacerdotes dicto privilegio utentes. m etiam m casu quo Missam cum cantu celebrent, teneantur ⁂ integrum stipendium inde perceptum tradere, an ipsis " licet texam dioecesanam tantum pro Missis lectis norma-
" tam tradere, reliquam autem stipendii partem (post re-
" munerationem pro Missis cantandis erogatam) pro se " retinere et hoc responsum prodiit. " Communicetur " Archiepiscopo resolutio diei 31 ianuam 1880 in Lupdu-
" nen. " (Acta S. Sedis, vol 38. pag 211).

Demum te Annecien.. diei 24 martii 19C6. ad dubte ut sequitur: " Γ Quando parochi diebus festis suppressis cc-
" lebrant Missam cantatam sive manualem sive fundatem, " quae in dominica praecedenti praenunciate fuerll cum " iodkatlotie diei et horae, lieetne ipsis ad Episcopum ⁂ transmittere tantummodo stipendium Missae lectae iuxta " laxam dioecesanam (Jacore nempe seminarii diocccsani " eroçandum), an debent tradere Integrum stipendium per ⁂ constitutiones d'.cecesar.as pro huiusmodi Missis praesti-
' tutum. 2· si Missam exequialem cum cantu praedictis
• dlebua celebrant. aaUafaciuntne suae obligationi mittendo
' mpendium Missae lectae, communis iuxta taxam dloece-
" sanam, an debent mittere stipendium Missae cantatae iuxta praedictam taxam. salvis turibus stolae ". haec eadem S. C. ita respondendum censuit: " Ad utrumque " affirmative ad prunam partem, nepolice ad secundam. ⁂ quoUes morali certitudine constet, augmentum communis " eleemosynae datum fuisse ob mainrem laborem vel in-
" commodum, ad quae aliunde parochus obligatus non sit " (Acta S. Sedis, vol. 30. pas 23tn

Ex quibus colligi posse videtur sacerdotes In themate praeterquam in casu quo a<atur de lunbus congruae ve! stolae, non teneri ictum Missae stipendium tradere Ordinario ad causam piam, etiam uhis in casibus, quum videlicet moraliter constet excessum communis eleemosynae quamdam praeseferre remunerationem ob maius incommo-
373 dum/ vel laborem vel etum ob tniuitum ipsius celebrantis Hinc Episcopi Paderborncnsls derretum. saltem quoad alteram partem, haud sustineri posse videtur.

Nec ex adverso valet ratio eiusdem Episcopi ex eo d<-prompta quod " parochi nullum detrimentum patiuntur u " integrum stipendium manuale vel fundatum tradunt, quia " congruo salario eorum alias sufficienter provisum est " Nihil enim refert, divesne an pauper sit celebrans, et utrum ex beneficio ecclesiastico satis habeat unde vivat Nam. uti docet Fagnanus in capite Fraternitatem, dc sepulturis. n. 83. " sacri canones in assignatione stipendii non " considerant paupertatem, sed mercedem laboris, cum ne-
" mo militet propriis stipendiis " (cap. Cum ex *oj/icU. d< praescripti.* |X. 2. 16. 161. jSg

Resolutio. - Propositis igitur, cum relatis animadversionibus, in plenario Eniorum S. Congregationis Concilii Patrum conventu, in Palatio Apostolico Vaticano die 10 novembris 1917 habito, precibus Ordinarii Paderbomen., super his rescribendum Erhi Patres consuere:

< Decisionem Episcopi probari, nisi morali certitu-
▮ dine constet, excessum communis eleemosynae obla-
< tum fuisse intuitu personae vel ob maiorem laborem
< aut incommodum; uti resolutum fuit in *Lugdunen.*
< coram H. S. C. die 31 ianuarii 1860 ».

Quam resolutionem SSmus Dnus Noster D. Benedictus Div. Prov. PP. XV. referente infrascripto S. C C Secretario in audientia diei 12 eiusdem mensis et anni, confirmare ct approbare dignatus est—I. Mori, *Secr.*

Ada. ME 30 (1918) 266-268; PrM 9 (1921) 136.

59

1917 NOV 19.-SC CONS. DECK. AAS 9 (1917) 566

Duo INSTITUUNTUR EPISCOPI INSPECTORES PRO SACERDOTIBUS ET CLERICIS IN FRANCORUM EXERCITU DEGENTIBUS

Ut curae et regimini spirituali tot sacerdotum et clericorum, qui in Francorum exercitu aut militant aut capcllanorum officio funguntur, plenius provideretur, SSmus D. N. Benedictus PP. XV hisce S C. Consistorialis litteris deputat et eligit eorum Inspectores duos Rmos Episcopos. DD. Carolum Ruch et Gabrielem Liobet, cum potestate ordinaria sacerdotes omnes et Seminariorum alumnos, dum in exercitu manent, visitandi cl in iis quae ad animarum regimen et curam pertinent dirigendi et gubernandi, tamquam proprii eorum Ordinarii. ad tramitem sacrorum canonum. Itaque Seminariorum alumni et sacerdotes universi qui in Francorum copiis, qualibet dc causa, versantur, duobus memoratis Inspectoribus debitam reverentiam et obedientiam. in iis quae ad regimen et curam animarum pertinent, ex conscientia tamquam Ordinariis suis praestabunt

Cum in Codice Iuris Canonici, a proximo die festo Pentecostes obligandi vim habituri, nulla fiat mentio *Consiliorum a vigilantia* et *Juramenti antimodernistici,* de quibus respective agitur in Constitutione *Pascendi Dominici gregis* [ASS 40 (1907) 593-650] et Motu-proprio *Sacrorum Antistitum* s. m. Pii PP, X (AAS 2 (1910) 655-680], inspecto Codicis ipsius can. 6, n. 6. propositum est dubium: An *praescriptiones ad duo supra memorata capita spectantes, post dictum diem festum Pentecostes, in vigore manere pergant an non?*

Re. iussu Ssmi D. N. Benedicti Pp. XV, feliciter regnantis, ad Supremam hanc Sacram Congregationem Sancti Offici delata. Emi ac Rmi DD. Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, in plenario conventu habito feria iv, die 20 martii 1918. expresse declarandum decreverunt: < Praescriptiones praedictas, < ob serpentes in praesenti modemisticos errores la- « tas, natura quidem sua. temporarias esse ac transic torias. ideoque in Codicem Iuris Canonici referri non < potuisse: aliunde tamen, cum virus Modernism! diffundi minime cessaverit, eas in pleno suo robore « manere debere usquedum hac super re Apostolica Sedes aliter statuerit >.

Et sequenti feria v eiusdem mensis et anni Idem Ss^us D. N.. in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem plane adprobare ac Suprema Sua auctoritate confirmare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 22 martii 1918.—Aloisius Castellano, S. R. et *U.* I. *Notarius.*

Adn. I. C. in PrM 9 (1921) 30-31. 84-88: REGATILLO n. 724.

1918 MAR 30.-COM. INTERPRES. RESP. PART.·

Dubium de obligatione constitutionis « provida » **QUOAD FORMAM MATRIMONII POST CODICEM**

Utrum constitutio *Provida d.* 18 lan. 1906 (ASS 39 (1906) 81-841 tanquam lex particularis praescripto can. 1099 apposita iam ad normam can. 6. 1 abrogata sit. an vero tanquam privilegium vel indultum ad normam can. 4 integra maneat? *Abrogata* est

Romae die 30 martii 1918.—P. Card. Gasparri.

• Nad. Kilh. Stenmcn 18 (1918) 190; AKKR 99 (1919) 61 Adn. REGATILLO n. 557.

82

1918 APR 5.-SC S. OFFICII, DECR. PART.·

Circa modum praestandi cautiones a muliere infideli

R.mi Domini: Post latum a Suprema hac Congregatione Sancti Officii, feria 4 die 12 Iunii 1912. decretum

U-rLS.. vol IV. pag. 443), quo declaratur nullam esse dispensationem super impedimento disparitatis cultus, ab habente a Sancta Sede potestatem, non requisitis ve! *denegatis cautionibus* impertitam, aliqui ex Vobis eidem Sacrae Congregationi exposuerunt difficultates quae in istis locis saepe occurrunt in cautionibus regulariter exquirendis.

Cum autan expositae difficultates non oratorum territoria peculiares, verum toti Sinensi regioni communes viderentur. Sacra Congregatio unumquemque Vestrum interrogandum mandavit circa modum quo. in proprio cuiusque territorio, cautiones ipsae exquiri ac praestari solerent - Huic respondens, invitationi. Vestrum magna pars !n haec fere unanimis consentit :

Ie Matrimonia inter catholicos et infideles» ac praesertim inte.- catholicas et mulieres infideles, ob ipsas Joci conditiones, vitari saepe non posse;

2· Exquisitionem cautionum a muliere infideli interdum impossibilem, saepissime perdifficilem, non raro autem cum aliquo periculo damni esse coniuctam;

*3** Cautiones a viris tantummodo praestitas regionis moribus adeo obii.-mari, ut ipsarum implementum moralité: certum sit

Hit permota rationibus. Sacra Congregatio consult In exeeutlnnc practica memorati decreti istis in regionibus, aliouantulum n rigore posse recedi. Quamquam enim cautiones iure divino-naturall praecipiuntur, ideoque praetermitti non possunt, modus iαmen cas prae*ffandi* ab Ecclesia pro rerum opportunitate reapse determinatur.

Quaprotcr inspectis peculiaribus istius regionis circumstantiis, eadem Sacra Congregatio praescribit quae sequuntur:

Memoratum decretum feria IV 12 iunii 1912. quantum fieri poterit, fideliter servetur, ita tamen ut. si cautiones a muliere infideli scripto exigi nequeant, viva autem voce exigantur.

Siquidem vero neque hoc obtineri queat, remittitur prudentiae et conscientiae uniuscuiusque Vestrum, iudicare. in singulis casibus, an cautiones ipsae *aequipollenter* contineantur sive in seria mulieris promissione amplectendi Catholicam Fidem, sive in eius adseriptione Inter catechumenas, sive demum in legibus vel moribus populi, qui nullam concedunt mulieri potestatem circa religiosam prolis educationem, sed haec sola viri voluntate dependet: firma tamen, omnibus hisce in casibus, obTgatfone exigendi cautiones a parte cathol ca. et rxjp concedendi dispensationem nisi moralis habeatur certitudo de ipsarum Implemento.

Quod vero attinet ad matrimonia, ob defectum regularium cautionum, iam forte invalide contracta, eadem Sanctissimus D. N. Benedictus Papa XV utpote in radice sanata habenda esse decrevit.

Et facta cuncta atque felicia Vobis a Domino adpreeor. Dcvmas In D.no famulus*. C. Merry Del Val

* P·».·. H. 104; 1918· Prieur» Conxlhua Sl-χγμ decr. η. 404
ŧδ: wânSo,'î's2t ** ° OESTCTLE ln ** ?? (,93i"

1918 APR 13.-SC CONC. RESOL. AAS 11 (1919) 236-239

L1SBONEN. rr ALIARUM W LUSITANIA

PRGTISIOXIS PAROECIARUM SINE DOTE SUFFICIENTI

13 apnlis 1918. (Per rummaria precum)

Species pacti. - Sub antiquo tn Lusitania regimine vacantes paroeciae de proprio pastore providebantur ad normam regii decreti diei 2 ianunril 1862, vi culus praescribebatur quidem forma concursus, sive per documenta. rive per publicum examen, sed ita ut potiores partes m his peragendis potestati civili quam ecclesiasticae tribuerentur, quin immo exinde idonei non renunciabantur nisi a Patrono Regio. Quando vero, sive concursus haberi non poterat propter exiguitatem redituum, rive desertus aut frustratus evadebat, tum Episcopi curatos. vulgo encoitmendadof ad nutum luum amovibiles Laro*clt< praeficiebant Everso autem antiquo regimine, port violenter abruptas relationes
nlum et Eccloam. Apostolica Sedes die 13 lull! 1911 Inter alia decrevit < provisionem ecclesiaficorum bene- < fidorum in Lusitania reincid»sse sub iuris communis r sanctiones » Quum itaque In relatione de statu dioecesis ab Episcopo Portugal!iensi anno 1916 transmUsa. legeretur ad num. 64: < Olim provisio paroeciarum < fiebat per concursum, nunc, post separationis regimen. *ad nutum Episcopi* ». et num. 65: < Adsunt paroeciarum rectores *ad nutum amovibiles »,* quumque profecto provisio paroeciarum omnium per nominationem rectorum ad nutum Episcopi amovibilium. non repraesentaret ius commune in quod debuit recidere beneficiorum. paroedahum praesertim, in Lusitania collatio, visum est hac de re opportunas notitias a Patriarcha Lisbonensi sciscitare. Rescripsit Erhus Vir illam praxkn non in sola dioecesi Portugalliens! obtinere, sed in omnibus dioecesibus Lusitaniae invaluisse, attento quod, sub auctoritatis politicae persecutione, fere omnes paroeciae in eam redactae essent conditionem in qua concursus utiliter haberi non poterat; postulabat Igitur ut Apostolica Sedes Lusitanos Episcopos per aliquod saltem tempus perseverare in inolita praxi sineret, nec concursus iniungeret nisi pro paucis paroeciis praecipuis. Subinde vero Idem Eiïius Patriarcha, postquam de re egerat in conventu cum aliis/ Lusitaniae Episcopis. 2T schema statutorum ad quorum normam paroeclales concursus in posterum peragi deberant. approbationi et revisioni Sanctae Sedis subieclt, iterum postulans ut obligatio paroecias per concursum providendi non imponeretur nisi post alio.uod futurum tempus, simulque. attentis diversis nec firmis rerum adiunctis in quibus singulae paroeciae versarentur. Episcopis ampla facultas concederetur in casibus particularibus indicendi vel non indicendi concursus.

Universo negocio ad S. H. C. delato, ante quam praefatum schema disciplinam habendorum concursuum continens revisioni demandaretur, visum est quaestionem praeiudicialem de ipsis concursibus in Lusitania habendis vel non. Emis Patribus decernendam subiicere.

A.ktmidtfr ^ioxts. - Enimvero. decisio Ajjostolicac Sedis de beneficiorum provisione In Lusitania ad iuris *communis* canctfones conformanda, quamvis lata sit a 1911, hucusque, ut ex dictis liquet, exsecutioni demandata non est. Quum igitur in praesenti sit religiose exsequenda, statam sese offert dubium, ouodnnm Ius commune nune sit respiciendum: num quod vigebat a. 1911. usque ad promulcatum Codicem lurts Canonici, an tus quod in Codice continetur. Etenim, ex una parte, ea decisio quum lata fuerit a. 1911. nnn poterat profecto respicere nisi lus commune eo tempore vigens: ex alio vero, eadem decipio quum exsequutioni demandanda sit nunc, post publicatum Codicem, peropportune videtur ad huius normam accinlc^da: slouidem universlm quum de novo, re integra, ordinanda sit in aliqua regione canonica disciplina circa aliquod institutum ecclesiasticum, praecinui quadam ratione, ordlnatin fieri debet ad normam Codicis nunc vigentis; idcirco enim publicatum est. ut secumdum illud quodlibet ecclesiasticae disciplinae caput in futurum ordinaretur. Quae quum Ita sint, plane concludendum videtur, in casu, obligationem concursus pro paroeciarum provisione minime esse Iroponendam: nam Codex concursum iam non praescribit, nec exigit: «ed lolummodo praescribit ut forma concursus retineatur. et quidem *donec Sedes Apostolica* nliud decreverit. Iis tn locLs in cuibus e«t in u«u ienn. 459 5 4). quod videtur Idem es*c ac permittere bonum in expectatione melioris, ad auod conteniitur. Porro in Lusitania, ut ex enarratis liquet, quamvis forma concursus adorat ante separationem, nunc, ouum disciplina provisionis paroectrrum est ordinanda. iam non est In usu. Nec inde eon«eouitur Episcopos perseverare posse ac debere in inolita praxl. providendi oamecias per rectores ad nutum amovibiles. ct ouldcm deputatos absque ullo praevio examine cum facultatibus ministerialibus de anno in annum renovandis, adeo ut/ 238 nullus parochus Inm securitatem habeat manendi in sua oamecia: Innre ouldem alia est dispositio Codicis, can. 454 et can. 459) 1-3. quae lus commune, nunc tn re vigens, repraesentat.

Ex adverso, etiam om!rw quod incertum manet num itu commune nunc aptandum non sit fortasse quod vigebat i 1911. otiando Apostolica prodiit praefata decisio, in quo ture ouldem concursus orae<eribebatur. ad mentem quoque Cedlcis videtur Luidtanta enmprchendt inter illas regiones In quibus paroeciarum pmvisln fit per eoncumim; fit. innuam. «altem virtualiter. -n non insa rv et effectu. Slouidem medus ab Inducta separatione usaue in prae«ens servatus, fuit medun anormal» et irregularis, oui solummodo tribuendus ?lt statui perturbato Ecclesiae Lusitanae: qua perturbatione du-ante Episcopi nullum in hac parte determinatum lus secuti sunt, sed in praxi vindicarunt sibi perîJX?rS^'u«!îŠÎrn?ib<'rtet<Tn VCl contra iux agendi, quia d*a*tbv< congruenter providere neres- animarum. At vero, status pervtotentla inductus. licet per aliquod

casses ?. xats «

ante separationem vigeret in Lusitania disciplina concursus In provisione paroeciarum, videtur haec eadem, saltem virtualiter. usque in praesens perseverasse, ac propterea ad mentem Codicis, can. 459. 5 4. retinenda, donec Apostolica Sedes aliud decreverit. Nec inde consequitur redeundum ad specialem formam, decreto regio 2 lan. 1866 praescriptam, quam e contrario sustulit omnino laudata decisio de cuius exsequulione res esL Obvia est enim distinctio inter disciplinam concursus nd normam iuris communis seu Tridentini et formas speciales concursus peragendi, in singulis regionibus hac lliave auctoritate Inductas: quamvis itaque forma specialis a potestate civili praescripta, iurc cessaverit. recuperante Ecclesia in hac quoque re suam libertatem, adhuc tamen perseveraro videtur in Lusitania, iuxta. mox disceptata, obligatio provisionis paroeciarum per concursum. seu disciplina generalis concursus, nunc ordinanda in particulari ad normam luris Tridcntini quod magis explicavit S. P. Benedictus XIV (cfr. documentum IV in calce laudati Codicis) et ad peculiares loci temporumque conditiones necessltatcsquc.

Resolutio. - Hac porro rerum serie plena deliberatione perpensa. Emi Patres S. C. Concilii in plenaris co-
3? mitiis diei 13 aprilis 1918 rescribendum censuerunt:/

Episcopi poterunt in inolita praxi perdurare ad annum; interim ipsi conficiant elenchum, transmittendum ad H. S. C.. *paroeciarum quae dotem sufficientem habent. Elapso autem anno, paroecias, quae sufficientem dotem habent, conferant ad normam* Cod. lur. Can., c. 459. } *3,* n. *1-3, poterunt vero alias conferre ad nutum. Curent tamen Udem Episcopi ut quamprimum hae paroeciae congrua dote compleantur.*

Quam Emorum Patrum resolutionem, referente infrascripto S. Congregationis Secretario. SS. Dnus Noster Benedictus div. prov. PP. *XV,* in audientia diei 15 eiusdem mensis et anni, approbare et confirmare dignatus est—I. Mori, *Secr.*

Ada. ME 31 (1919) 194-196; 33 (1921) 194-196; PrM 10 (1922) 65

84

1918 APR 13.-SC CONC. RESOL. AAS 11 (1919> 9-18

MEDIOLANEN.

Praecedentiae inter varios ordines capitularium

20 novembres 1915 - 1 aprilis 1916 - 13 aprilis 1918

Species facti. - Ante decreta napoleonica a. 1805 ex praebendis Metropolitani Capituli Mediolanensis, in triplicem consuetum hierarchicum ordinem distinctis, una dumtaxat iuripatronatui subdebatur, videlicet Praepositura. quae quum postrema dignitas esset, nullam circa praecedentiam ambiguitatem suppeditabat Depraedatis autem in publicarum rerum eversione, ineunte saec. xrx, praebendarum bonis, ex decreto 8 iunii 1805 constituta fuit unica summa in titulis publicis pro universo Capitulo, quae *communis massa* in singulos Capitulares iuxta quasdam praefixas normas distribueretur. Restitutum tamen hac ratione Capitulum, iterum in distinctos ordines presbyteralem. diaconalem et subdiaeonalem coaluisse, vel ex eo patet, quod, quum postea, a. 1806 ct 1826 privati Fundatores duos alios canonicatus cum separata praebenda, ipsorum patronatui obnoxios, instituere vellent, impetrarunt a Capitulo ut novi isti canonici vel a limine in ordinem presbyteralem cooptarentur, idque sancitum voluerunt tabulis fundationis ubi legimus: ‹ L'individuo investito dei Ca-
‹ nonicato di cui si traita, apparterrà, giusta la mente
c del fondatore. *all'ordine presbiterale* ». Quin etiam, an. 1836 tertius canonicatus iurispatronatus lalcalis fundatus est cum explicita conditione, quod de eo investitus ad ordinem *diaconalem* statim pertineret; qui (amen canonicatus brevi exstinctus fuit.

Hisce fundationibus efficiebatur haud semel ut in ordine presbyterall quidam canonici reperirentur, qui tamen Capitulo aliquot post annis ab aliis canonicis aihuc in diaconali ordine constitutis, adscript! essent: quum autem hl postremi ex diaconali ad presbyteralem ordinem legitima optione ascendere vellent, ambiguum erat utri praecedentia deberetur: aliis verbis, utrum norma praecedentiae ab ingressu in *Capitulum,* an ab ingressu in *ordinem* esset desumenda. Casus hic contigit an. 1847, 1851, 1854. 1856. 1862: ct quamquam Constitutiones Capituli de re silerent, tamen ex Mediolanensis cleri descriptionibus (quamquam non officialibus, vul-
2‹r. *Milano Sacral,* satis constat, semper in praxi id observatum esse, ut praecedentia in casu daretur ei qui prior In *ordine* seu in/ *gradu presbyterali* reperiretur. quamquam is in *Capitulo iunior* prae novo presbytero appareret. Posteriores casus invenire non datur, propter felicem eam circumstantiam quod duo canonici de iure patronatu privato, alter per 60 circiter, alter per 45 circiter annos sua praebenda fruiti sint

At vero hunc rerum statum aegre ferebant canonici de communi massa, quibus satis incongruum videbatur capitulares a legitima auctoritate ecclesiastica constitutos post diuturnum iam praestitum servitium locum demum cedere debere novensilibus quibusdam a laicis viris, quamvis benemeritis, praesentatis. Idcirco a. 1912, quum quidam canonicus ex ordine diaconali ad presbyteralem ascendere vellet, qui iam ab a. 1905 Capitulo erat aggregatus, dum in presbyterali ordine reperietur alter an. 1909 a patrono praesentatus, Capitulares illi prae hoc praecedentiam adjudicarunt; subindeque cogitarunt de eadem norma in novis quae adparabantur Statutis inserenda, quod saltem ex parte obtinuerunt; nam in ;dem Statutis, decreto Archiépiscopal! diei 24 augusti 1913 approbatis, legitur: ‹ I/i *choro et capitularibus saeris actionibus,* ne hierarchicus ordo perturbetur, in-
« ter omnes Ordinarios (ita ambrosiano ritu appellan-
‹ tur Capitulares) post Dignitates et Personatus prae-
‹ dictos, praecedunt illi qui, sive praebendati sive ho-
‹ norarii, in ordine presbyterali recensentur; eos vero
‹ subsequantur Diaconi (non tamen Archidiaconus, qui
« secundus incedit) et demum Subdiaconi, *servata in*
« singulis *ordinibus anterioris possessionis ratione. - In*
« *ceteris actionibus non capitularibus,* nulla habita
‹ distinctione inter Ordinarios primae vel secundae
‹ erectionis, salvo honore ex laudabili consuetudine
‹ Dignitatibus tributo, *is praecedit qui primus Capitulo c est aggregatus ratione praebendae,* deinde Canonici
« honorarii. Inter praebendatos qui ad optandum ius
‹ habent, hac ipsa regula antiquioritatis fiant optiones.
« si quae sint faciendae » (P. I. c. Π. capoverso IV). Ambigua vero prioris commatis verba ‹ servata ... an-
« terioris *possessionis* ratione » re et effectu ita interpretati sunt, ut ea ad possessionem canonicatus. non ad possessionem *gradus* hierarchic! traducerent: quam interpretationem, quum in dubium vocassent duo mox cooptati (octobris 1912 et iulii 1913) canonici iurispatronatus, prius ceteri Capitulares. per deliberationem datam die 21 octobris 1914 et dein Emus Archleptscopus per decretum diei 17 martii 1915. ratam habuerunt, confirmantes hisce verbis Intclligi: « il posto che a loro com-
‹ pete dalfanteriore possesso canonicale ossia *daWaggregazione al Capitolo* ». Quamobrem canonici iurispatronatus ad hanc S. Congregationem recursum interposuerunt in qua generali quadam dubii formula causa proponitur, nimirum: « An. et quibus provisionibus lo-
« eus sit in casu ».

Synopsis o:s<.ErrAiioxis. - 1. *Ex parte ct favore Capitularium de massa* haec deducta sunt. Observandum in primis est in Capitulo Metropolitano Mediolanensi non haberi distinctas praebendas, nisi quae Dignitatibus aut Personatibus aut duobus canonlcatibus de iurepatronatus addictae sunt: reliqui omnes Canonfcatus (ruuntur massa communi ideoque. quoad hos. non datur vera distinctio in gradus hierarchicos: haec enim distinctio ne mente quidem concipi potest, ubi non sunt distinctae praebendae, quibus gradus illi essent coniungcndi. Hinc iit ut distributio in gradus sit mere nominalis, ad effectus et necessitates hturgicas dumtaxat. adeo ut numerus Canonicorum m unoquoque ordine distributorum, pro voluntate Capitularium ct pro necessitate publici cultus fluetuans varietur; hinc etiam fit ut. de uno ad alterum ordinem, seu potius ordinis nomen, ascendatur simplici voluntatis declaratione, per moram optionem, quam non consequitur ulla beneficii permutatio. aut in possessionem immissio, sed sola ratihabitio ex parte Capituli. Quae cum ita sint. — cedere praestat verba cL De Herdt — " cum in huiusmodi optione non mutetur
“ titulus Canonlcatus. Illud omnino sequitur quod Canoni-
M eus *senior digniorem* locum tn *choro* non emittat; adeo-
“ que non auctoritate Ordinant nec nova collatione epus
“ est. *atque omne* tus habitum rrîtnetur *ct perseverat* w. Quam doctrinam, sequitur et approbat cl. Gennari I.Wonrt *Eccl., v.* IX. p. II. pag 146· addens: w trattandevt di bene-
⁑ ficti che non hanno prebenda separata, ma solo massui
“ comune. e sono senza tltolo e consistenda gluridica distin-
M ta. il passaggio da uno ad altro di siffatti bencficti non
“ *porta* seco la penftta dril'anctanttd *v* della *precedents* “ Idque iure merito, quum, data hulus?emodi collegii aequalitate. tritum intret principium: " Potior tn possessione.
⁑⁑ potiore etiam in loco habendus est “. Cf. S. C. C. xn Albancn.. 1826. apud Pallottini. v. Canonict quoad *ftallum.* f 8. ubi principium illud expressis verbis ad rem nostram trahitur: “ Omnibus compertum est. Inter 11'rs qui col-
“ legium constituunt, quique pares sunt in dignitate, ei
“ praecedentiam deberi, qui ante alios in idem Collegium
.. fuit admissum " (S. C C. in Rdmcwc, 23 nov. 1754 ' ibi). - Contraria quidem rrgula ct norma statuenda forsan esset, si praebendae distinctae haberentur pro distinctis beneficiis: cnimvero tunc qui dc uno od alterum Canonlcatum transiret, censeretur priori rcnunclasse alterumquv

de novo seu primitus obtinuisse, adeo ut nova fidei professione novaque instaUatione opus esset: quamobrem praecedentia tunc ture desumenda foret ex immissione ln novum beneficium r.on ex possessione olim capta praecedentis; ac propterva canonicus in hoc casu " amtrtir prccce- *w dentiam* uhimoque sedere debet in loco"/ *(S. R. C.. n. l6C0. tn Callicn. et Sutrina. Proceed.):* quod tamen a casu nostro longe procul abest

Haec quidem luce meridiana clarere videntur. Neque ad hanc evidentiam obnubilandam afferre licet tabulas fundationis utriusque canontcatus iuris patronatus: primo quidem quia illae non respiciunt canonleatus de massa communi quorum lura et corxlitio nunc Investiganda sunt; secundo. quia verba illa * appartenu aU'ordine presbiierale - nihil In subtecta materia conficiunt, quam e contrario penitus Illustrant In sensu Capitularibus favorabiit adiaccntia verba: "e riterrt In quell ordine quel grado che gli com- " pete *a tUolo di ansianitd da computarsi dall'cpoca del- " rmsfanaw.mo* ": l. e. ex quo stetiurn in Capitulo habere coeperit Quando autem adducitur posterior observantia, ut contrarius sensus tabularum fundationis evincatur, ln pneus ad hunc effectum nonntri pauci casus ad a. 1851-1862 attinentes recensentur, quod temporis spatium non sufficit ad praescriptionem complendam: ac praeterea, quod gradus est. hl casus non probantur nisi ex quadam Cleri descriptione non ex offtclo confecta neque gravioribus mendis carente, quae, raeterum. ‹l capitulares recenset in tres ordines hlerarehfcos distributos. Id non facti nlsd ad seriem liturgicam — si ita loqui fas est — evhibendam. dum ln casu in quaestionem venit series luridica. prout antianitatis Iure decernebatur.

Ceterum haec omnia ad abundantiam prolata sunto: non enim in casu agitur dc innovanda seu abroganda dispositione Statutis Capitularibus, cap. 2. contenta, sed de interpretandis verbis quae In ea leguntur: " servita ar.terlo- " rls porscoior.ls ratione Nctas etenim est rom dispositionem Statutorum nunc impetere, quae olim, deliberatione Capitulari, ex unanimi omnium, non exceptu *canonicis de lurepaîror.atus* oui tunc erant, sententia approbata, sancita *•l* At quidem in easu interpretationem praefati commatis legitimam esse, praeterquam aequitati consonam, vel ex eo constat, ouod EΛ1 Ordinarii auctoritate data est etenim Ln ipsis Statutis (p. IV. c. W» — quod Ertlus ln «uo decreto explicite recolit — rivetur- " Quidquid his constituilonlbtw sancitum est. siquid difficultatis vel controversiae, vel ambiguitatis fortasse unquam orietur, *id omne interpretari* declarare, explInire, *integrum ac perpetuum tus Ar*ehiepüropi rit . cuius sententiae etiam sine ulla Judicii forma sineque ulla exceptione *plane acquiescatur* ". Quare hoc soln arguments quaevis «erotina recurrentium expostulatio a limine reilelcnda sidetur.

Π. RccuTTcnitun *vero contrariae deductiones* Ita compendio dari possunt Omisso quod ad quaestionem facti attinet, num In Copftuln Mediolanensi, praebendae distinctae habeantur, recnr. contendunt/ prae primi hanc circumstantiam nihil ad praesentem quaestionem attinere, quum ordo praecedentiae non ex temporalitate, sed ex rredus dignitate sit desumendus: sire enim Canontcatus «nt de communi massa, sive secus, semper tamen aliquam distinctionem Inter Canonicatum et Canonlcatum. eamque non nominalem, sed rea!em. admittendam e»e constat alBouin nullum sensum praebens ouaerilo haberet. At. posita tc "rjTWlu« distinctiore Canonlcatuum. statim exsurlt ordo reu distributio seu distinctio membrorum, de quorum praecedentia ouaeritur. Quamobrem per meram aeaulyccaunnem Capitulares respuunt omnes alver nuctcritate quae, de Canonlcatuum distinctione ln classes acentes, toquun'ur de distinctis, non ab Invicem sed in tres *ar*dines quasi boc loco temporalitas praebendae lnlelUgenda esset, quum e contrario exploratum omnino rit nomine praebendae " saepe saeptus Ipsum Canonlcatum °113 talem venire, et In casu In hunc sensum accipiendas esse doctorum rentertias, ex contextu abunde llouet. Itera ex adverso, nihili finienda est coarctatio quam Capitulares praetendunt distinctorum Canonlcatuum seu praebendarum " ad usus et necessitates HtUTvHcGJ ", ouas Irde nihil ad nrdlnem iuridicum praecedentiae conticere liceret, quum immo apprime constet utriu?aue ordinis sive liturclci sive lurldlci parem esse in casu rationem.

Sed proprius ad auaestHrem accedendo, qua tandem hoc redit, num canonici ordinis dlaconalls. etiam pcreesjv.nne anteriores, ascendentes per optionem ad nrdlnrm presbvteralem. conreouantur praecedentiam supra earonicns iam In ordine presbvterall constitutos, liquet harc quaestionem recto tramite pendere ab alta utrum ln qualibet clasre reu ordine presbyteralt. diaconab. «ubdiaconali. servanda sit ratio receptionis tn ipsum ordinem, seu classem, an potius ratin adsrrtptionls ln Capitulum: verum haec rursus quaestio solutionem certissimam accipit ex indubitato principio quo Jubetur classem preshyteralem semper super dtaconalt. hanc vtetsslm super subdiacnnaU praevalere Can. Prceciplmui. 26 Diet. 93 ibi: " Praecipimus ne Diaconus ante Pres- " byterum redeat c. Statubnua. 15 de maior, ibi " Statul- * mus ut Presbyteri primum locum teneant, diaconi recun- M dum. lubdiaconl tertium, etri portrrlu· admittantur Enimvern ii senior In presbyteratu quamquam lumor ln canonicatu. locum cedere debet iunlori tn presbyteratu eo quod is pluribus annis servient in diaconatu et subdlaconalu. nemo r.on videt, rlrtualiler saltem, diaconatum et subdiaconatum in casu praevalere presbyteratui, qurd absonum est dicendum. Quadrat in rem nervosa argumenlatio quam ad cocnatam materiam adhioet De Luca ‹Dt Prccrmtncnttw. dire DC. n 6»: "Si enim lunior. seu inferior • Episcopus/ efficeretur Archiepiscopus. utique praeemi- - 5®nt/am oblincrel supra Episcopum alias antiquiorem et digniorem: qui, si deinde Archiepiscopus pariter crearetur. locum cedere deberet dicto Archiepiscopo prius crea- " to. quamvis in statu episcopali iste posterior Archiepiscopus esset antiquior et dignior: quoniam attenditur *con- M currui in hoc novo diverso statu maiore, non curato w statuto antiquiore ct inferiore* -.

Alia via ad camdcm conclusionem devenitur, ex generali illo principio - quod absolutissimum ex iure est — ait " card. Antici Ln magistrali voto quod scripsit pro h. S. C. * in *Romana, Praecedentiae,* 27 nov. 1790. quae causa, in " hac re. absolutum exemplar suppeditat *(Thesaur. ResoL,* " t. LIX. p. 211) — in Collegiis — nimirum — et UnfversiU- " tibus, ad statuendam honoris praerogativam spectari non ** debere *quae privatim sit cuiusque dignitas.* sed quo " quisque gradu sit in ipso Collegio eosque proinde qui " altiorem in Collegio gradum obtinent, ceteris anteferen- " dos esse, quorum alloqui *privata dignitas* longe praestet Enim vero, ut arguit Pallottini. s. v. Praecedentia n. 58: " si posthaberi solet maior cuiusque privata dignitas ut - Collegit gradus ac status servetur, eo vel minus habenda " ratio vraetur maioris aetatis, vel *longioris servitii,* quo " quis praestat: secus enim vix est quo praescripta haec " praecedentiae methodus posset umquam ad netum perduci " aut consistere diu. Quamobrem singulis in classibus eos " esse anteferendos constat, qui prius in suam classem " recepti fuerint, tametsi ordine fortasse sint Inferiores. " Manat id scilicet ex *eadem* illa iuris regula, ut ln Col- " lectis non privatus cuiusque ordo spectari debeat, sed " Collegii gradus ".

Hisce praemissis satis intelligitur cur omnes quotquot hanc quaestionem tractarunt vel tetigere doctores. unanimi sententia consuerint praecedentiam in casu competere ei qui ar.tiouior in gradu seu ordine aut classi reperiretur. Cfr. De Herdt. Prox. *Capit.,* c. VII. § 9 (ed. II. pag. 35 s): * In quolibet ordine . receptionis ratio servanda est. SI • praebendae distinctae non sint Canonici inter se praece- " dunt ratione ordinis sacri et non possessionis atque locum " semel acoulsitum non amittunt etsi antiquiores ad eum- " dem ordinem ascendunt Haec regula generalis est " ad quam confirmandam scite affert decreta S. C R.. quae tn nova collectione prostant sub nn. 961 (Aesina, 10 iul. 1654·. 1237 *(S.* Miniori. 3 lun 1662). 1878 (Bituntina, 14 iun. 1692 ad. ITT" Quamobrem superius obicctum a Capitularibus eiusdem de Herdt textum ad rationem praesentis componere oportet: quod facile obtinetur st attendatur agi in illo de optione quidem, *ai* in *eodem ordine:* quod idem constat de auctoritate cl Gennari pariter oblecta a Capitularibus, qui/ tamen praeterire videntur praemissam ab eo casus circumstantiam " ex testimonio videlicet Episcopi indubi- - tarter haberi In eo Capitulo *omnes esse in ordine* leu " classi *presbytrrali* ~ (ibid). - Cfr. quoque Ferraris, s. y. Ccnoniri, art. VIT * quoad praecedentiam ubi plures allegat tum doctores. tum S. R. C. decreta: et praesertim Moneta, auctor Mediolanensis, in tractatu Dc *optione,* cap VITI, q. 2. n. 36 ss

Adeo verum hoc est ut idem Moneta, cum aliis, tamquam exceptIonem constitutae normae consideret. positivam *lex* decreto Scnctissirnus Clementis VITI [CICF n. 184], 18 aug 1597» legem de sacro Cardinalium Collegio aliter statuentem, huiusque singularis exceptionis, singularem afferat rationem.

- Flmillter — ita ille. l. c. — locum *non* habet haec con- - clusio in Collegio S. R. E Cardinalium In quo ita obser- " vattxr ut. cum diaconus Cardinalis optat titulum sacerdo- " talem, ut sacerdos Episcopalem, non solum ascendit ad " postremum locum hic Episcoporum ille Sacerdotum Car- - dlnalium. sed etiam iuxta *antiquitatem suae promotionis* - ad Cardlnala'ux dignitatem, obtinent locum ante omnes - alloe. ille sacerdotes, hic Episcopos, medio tempore pro- - rr.Mos ad Cardinalatus dignitatem, ac deinceps tamquam " antiquiores in eo ordine habeantur quoad optionem va- " cantlum titulorum, iisdem Cardinalibus medio tempore M promotis, quos, ut dixi, praecedunt.

" A'que haec quidem observatio Illam potest habere ra- " tionem dtaerlTrinls a Canonicorum optione, quod antiqul- " tas in optione Canonicorum et *pra^roaativa* In praece- " dendo mmatur ex longiore servitio Ecclesiae praestito In " iun onHne: Id cessat in Cardinalibus, quibus hoc optio- * ris lus et *praecedentia* non datur ratione alicuius servitii " tn altaun ordine Ecclesiae praestiti, sed ratione generalis " obsequti quod Romanae et Universalis Ecclesiae cuius " sunt Cardinales, diutius In huiusmodi dionttate praestant: unde inter eos simpliciter est attendenda antiquitas promotionlt dummodo, praeter aetatem ct requisita, vclint Ipsi ascendere: neque enim coguntur. Sic etiam videmus inter ips Canonicos, cum agitur de optandis domibus, non attendi distinctionem ordinum, sed simpliciter, qui antiquior est canonicus. licet subdlaconus. In optione domus vacantis, quae non sit adnexa praebendae, praefertur lunlnri dtamno ouia nempe ratione domnrum canor picus nullum speciale servitium Ecclesiae exhibet *.

Hl^ce argumentis generalibus, peculiaris accedit in casu confirmatio s.ve ex tabulis fundationis duorum canon'catuum iurtspatronatus. sive ex subsequuta observantia, ut in $KÎ< Enotatum est Quod autem contra prt- addJUs Jn tabulis verbis - Ritcrrd7 In ~ qu^ll ordine qu^l erado che git compete o pua successiva- - rompeterch a titnlo di anxionUd da computani

tus iam In ordine presbyterali constitutos, quomodo hl fervore possent (** *rltcrrà* ") in eo ordine gradum semel acquisitum in actu installationis? Apte conferuntur cum his tabulae verbis, quae supra ex de Herdt recitata sunt; " Canonici inter se praecedunt ratione ordinis sacri et non " possessionis, atque locum semel acquisitum non amittunt " etsi antiquiores ad eundem ordinem ascendant Item quae opponuntur adversus subsequutam observantiam quae verba ilia fundationis interpretata est. satis sunt ieiuna error enim in descriptione cleri Mikmo *Sacra,* quae ab officialibus Curiae prodiit, quamvis non ex officio, non prccfumitur, sed probari debet; quod autem pauci *casus* sunt allati, ex toto tempore quod ob a. 1805 ad a. 1912 deduxit. rei perspicuitati non obest, si illi casus etsi pauci, omnes sunt in quibus applicandae normae locus erat, ac praesertim, si. ut In re est. *nullus contrarius* cx adverso perhibetur. Ceterum ea consuetudo Ecclesiae Mediolanensis conformis est consuetudini quae in re viguit et viget in plurimis orbis ecclesiis, potissimum in Basilicis Urbis, ut facile, at nimium esset ostendere: sufficiat tamen afferre art. 22 Constit. Basil. S. Mariae in Transyberim. in qua, sicut praetenditur in Mediolanensi Capituli, praebendae distinctae non habentur, sed Massa communis: " Vacando un " canonico (sic) i canonici presentl In Roma solamente pos- sono salire di grado, cloè il primo subdiacono al diacona- to. e ll primo diacono al luogo dell'ultimo *prête* ", quam dispositionem affert et illustrat in sua oratione card. Antici. loco sup. clt.

Quae cum ita sint, cum luris communis dispositio favere videatur recurrentibus, cum praeterea ex tabulis et ex consuetudine acquisitum Illis appareat Ius non cedendi locum novis presbyteris etsi hi antiquiores sint canonici, consequitur etiam nec novis Statutis, nec ipsa confirmatione aut interpretatione EΛ1 Ordinarii, huluscemodi Ius tolli seu aboleri potuisse. Utrlusque argumenti eadem cauta est. nam Statuta Capitularia nullam vim habent, nisi a confirmatione Ordinarii: at quidem ° cum de novo iure " praecedentiae statuendum peragitur, non possunt Antlsti- " tes lura tertii labefactare, maxime si tertius in pacifica " possessione repedatur " (Pallottini, s. v. *Praecedentia,* n. 11; cfr. Pyrrh. Conrad. Praxis bene/., l Π c. 10, n. 152). Hoc Igitur acquisitum ius. sl et quatenus ea dispositione Statutorum aut decreto Ordinarii in discrimen vocetur,
j7 postulant recurrentes in Integrum restitui/

Resolutio. - Proposita autem recurrentium expostulatione, praescripto dubio semel et iterum in plenariis Emorum Patrum comitiis. Emi Patres, sub die 1° aprilis 1916, respondendum consuerunt: ‹ Ad mentem. *Mens t est:* ‹ Si scrlva alTEmo Arcivescovo, che corregga le « costituzloni capitolari nel senso, che l'anzianità, per i ‹ canonici che passano dalKordine diaconale a quello ‹ presblterale, debba computarsi dal tempo del loro ‹ passaggio all'ordine presbiterale e non delTanteriore ‹ possesso canonicale" ».

Facta autem SSmo Dno Nostro relatione per S. Congregationis Secretarium in audientia diei 3 aprilis 1916. Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbavit

Causae prosequutio. - Ab hac resolutione beneficium novae audientiae impetrarunt Capitulares de massa. eo facilius concessum, quod in exsecutione datae decisionis non levis oborta fuerit ambigendi occasio. Canonici videlicet iurispatronatus contendebant datam praecedentiae normam extendendam esse ad universos actus vitae capitularis, dum ex adverso sustinebatur in casu nonnisi exceptionem aliquam approbatam fuisse, rescipientem nimirum transitum de ordine diaconali ad presbyteralem. Quaestio igitur duplici dubii formula tertio proposita est. nimirum:

I. *An standum vel recedendum sit a decisis in casu.* Et quatenus in *decisis:*

II. *An et quousque extendenda* sit *ipsa decisio in casu.*

Verum quoad primum, quum ex exhibitis deductionibus nihil novi erueretur, nisi Capitularium primae erectionis querelae, se minus celeriter ad superiores classes ex constituta norma ascendere posse, ceteris argumentationibus ad iam disceptata redeuntibus, praesertim quoad minime vigentem in eo Capitulo praebendarum distinctionem; quumque interea Canonici Iuris Codex can. 408. $ 2, ius commune in re perspicue et absque ullo discrimine sanxisset, vix ullus dabatur ambigendi locus.

Quod autem alterum attinet, animadversum est ex recensitis iam decretis et decisionibus, potissimum S. R. C. satis constare quanam definite extensione constituta norma donanda sit. Cfr. signanter Aesin.. 18 iul. 1854: « Cum in ecclesia cathedrali exorta fuerit controversia ‹ an idem quod servatur in choro, et quando inceditur • cum cotta et habitu canonical! debeat etiam servari ‹ in Capitulo et in aliis actibus in quibus Canonici ‹ conveniunt in eorum habitu ordinario clericali, eadem « S. R C.. auditis partibus, censuit et declaravit: Cano- • nicis presbyteris ubique *locorum competere pracce-*

c *dentiam in functionibus capitularibus,* tam/ quae fiunt 18
‹ cum habitu canonical!, quam sine habitu ». Similiter in eadem S. R. C. Bituntina, 14 iun. 1692 ad III. ac meliore fortasse et breviore dictione laudatus card. Antici in voto quod pro Romana *Praeced.* 27 nov. 1790 in h. S. C. egregie scripsit: ‹ In choro, aliisque *munii « capitulariter obeundis* », a quibus formulis constanter adhibitis, nulla subesse videbatur in praesenti causa recedendi. Itaque propositis ut supra dubiis, in plenario conventu diei 13 aprilis 1918. Emi Patres respondendum censuerunt:

Ad I. *In decisis.*

Ad II. *Extendendam etiam ad ordinem diaconalem et subdiaconalem, itemque ad omnes casus in quibus Capitulum capitulariter interveniat.*

Quam etiam resolutionem, referente super omnibus infrascripto S. C. Secretario in audientia diei 15 eiusdem mensis et anni, SSmus Dnus Noster ratam habere et confirmare dignatus est—I. Mori, *Secr.*

Adn. ME 31 (1919) 22-30.

35

1918 APR 25.-SC CONS., DECR. AAS 10 (1918) 190-192

Circa quasdam ordinariorum facultates suspendendas
POST NOVUM CODICEM VIM OBTINENTEM

Proxima sacra Pentecostes die, novo ecclesiasticarum legum Codice vim obtinente, omnes locorum Ordinarii facultatibus quam pluribus ipso Iure instruentur, quas antea ab Apostolica Sede postulare solebant et communibus induitis assequebantur. Sufficit enim consulere canonem 349 collatum cum 239 circa plura privilegia personalia, quibus Episcopi augentur, canonem 386 circa electionem examinatorum et iudicum synodalium, 468 et 914 circa benedictionem papalem in articulo *mortis* et in maioribus anni solemnltatibus. 534 et 1532 circa alienationes, 806 circa sacri iterationem. 822 circa Missae celebrationem extra ecclesiam et oratorium, 1006 circa ordinationes extra tempora. 1043 et 1045 circa dispensationes ab impedimentis matrimonialibus, 1245 circa dispensationes ab abstinentia et ieiunio. 1304 circa benedictionem sacrorum utensilium, quin de aliis multis hic mentio fiat, ut illico appareat Episcopos, vi Codicis, tanta munitos esse potestate ut, quoties Ecclesiae utilitas et animarum salus id requirat, communis legis rigorem temperare et iustas dispensationes largiri aeque opportuneque valeant.

Quapropter indulta quae hucusque, postulantibus Ordinariis, ad hunc finem concedebantur, quaeque vel in Brevi dicto 25 annorum, vel in formulis typis impressis ad decennium, ad quinquennium aut etiam ad triennium valituris continentur, supervacanea evadere videntur; quin imo confusionem haud levem ingerere, eo quod a novis Canonici Iuris ordinationibus in pluribus discrepant.

Hisce itaque de causis, necnon ad discrimina in canonica disciplina tollenda maioremque unitatem in Ecclesia inducendam. Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV. de consulto peculiaris coetus Emorum Patrum Car'dinalium. hoc S. C. Consistorialis decreto ea quae sequuntur statuit et sanxit: 191

1) exceptis locis S. Congregationi de Propaganda Fide subiectis. pro quibus suo tempore quae opportuna erunt decernentur, alibi, in universis scilicet dioecesibus iuri communi obnoxiis, facultates omnes pro foro externo Ordinariis concessae, quaeque in Formulis ct Brevi superius recensitis continentur, a die 18 mali huius anni cessabunt, neque amplius in usu esse poterunt:

2) in locis tamen remotioribus aliisque ad quae, sive praesentis belli causa, sive alia qualibet ratione, praesentis decreti notitia utili tempore non pervenerit, dispensationes et ordinationes vi veterum facultatum ab Ordinariis forte concessas Ssrhus Dominus ratas habet, firmo tamen ut ipsi ab acceptae notitiae die. sl res adhuc sit integra, huic decreto se conforment;

3) facultates pro foro interno a S. Poenitentiaria datae. aliaeque ratione praesentis belli concessae, aut peculiaribus de causis ab Ordinariis obtentae, sub huius decreti dispositione non comprehenduntur, ct Ideo abolitae non sunt;

4) circa dispensationes matrimoniales, quamvis vi canonum 1W3-1045 Ordinarii opportunas dispensationes largiri queant c *urgente mortis periculo* » et « *quoties e impedimentum detegatur cum iam omnia* sint *parata* c *ad nuptias, nec matrimonium sine probabili gravis t mali periculo differri possit* ». nihilominus Ssmus Dominus. attentis temporum et locorum adjunctis, haec ulterius indulgenda decrevit:

a) ut locorum Ordinarii in America, in Insulis Philippine In Indiis Orientalibus, In Africa extra Mediterrenei maris oras, et in Russia, per quinquennium a die 18 mali huius anni, dispensare valeant ab impedimentis minoris gradus quae recensentur in can. 1042, reservatis regulis in eo Codicis capite statutis: itemque ut matrimonia nulliter contracta, ob aliquod eiusdem minoris gradus impedimentum. In radice sanare queant, iuxta regulas in capite XT, tit VII. lib. m Codicis *de conralidatione matrimonii* positas, monita parte Impedimenti conscia de sanationis effectu;

b) ut lidem locorum Ordinarii dispensare pariter per quinquennium valeant ab impedimentis maioris gradus, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, luris tamen ecclesiastici (exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta consummato matrimonio), nec non ab impedimento impediente mixtae religionis, si petitio dispensationis ad S Sedem missa sit et urgens necessitas dispensandi supervenerit, pendente recursu. Concedendo
192 tamen ' hisce In casibus dispensationes. Ordinarius prae oculis semper habeat regulas statutas in Codice, lib. ITT. ttt VII. cap. 2, 3 et 4. circa impedimenta in genere et in spee'e, Itemque clausulas apponi solitas in matrimoniis cum hebraeis et mahumetanls: r.ec dispensationem concedat nisi caverit de plena earum omnium observantia iuxta sacrorum canonum praescriptiones, et furibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum circa taxarum solutionem consulat

c) ut Ordinarii Galliae, trium regnorum Magnae Britanniae. Germaniae. Austriae et Poloniae, durante bello, quoties aditus ad S. Sedem difficilis aut fmpossfbilLs saltem per mensem praevideatur, iisdem facultatibus uti possint, quae supra sub litteris *a* et b recensentur

Praesentibus valituris de mandato Ssml contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. C. Consistorialis. die 25 aprilis 1918.-C Carp. De Lai. Ep. Sabinen. Secr. V. Sardi. Archlep. Caesarien. *Adsessor.*

Aia M A. GEARIN h ER *S3* 0918' 337-3M: I. G In PrM 9 (1921) 117-118; NrT 45 (1914.19) 631.

1918 APR 28.-SC RIT.. RESP. AAS 10 (19181 254

SENEN.

Dubia: ctrca usum deosculkn-di reliquiam s. crucis in die **PARASCETES ET ADTICENDt COLLECTAS POST < TANTUM ERGO »**

Rfluis Dnus Prosper Scaccla. Archiepiscopus Senensis, in rela.jone status suae Archldiooceseos sequentia Dub:a Sacrae Cong-egatloni Consistorial! proposuit, ad Sarram Rituum Congregationem, pro opportuna solutione. transmissa; nimirum:

1. An. uti accidit in Metropolitana Ecclesia die Sancto Parasceves iuxta immcmo-abilem consuetudinem, liceat praebere Sacerdotibus et Fidelibus deosculandam reliquiam S. Crucis D. N. I. C.?

II. An. ut ibidem fit. in solemnl expositione Augustissimi Sacramenti, Iuxta vetustissimum ordinarium IIturclrum. pn<t. hymnum *Tantum* ergo, orationi Ssfhi Sacramenti Deus, qui nobis adiicl possint aliae collectae?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commtadonls suffragio, re perpensa, respondendum censuit

Ad I. NIMI obstare.

Ad II. Negative, iuxta Decretum n. 4194 nd X diei 23 novembris 1906.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 26 aprilis 1918.—A Card Vico, Ep Portuen. et S Rutinae, S. R C *Pro-Praef.* Alexander Vcrde. *Secr.*

A I TAUWELS In PrM *9* (1921) 140

87

1918 APR 30.-SC CONS. DECR. AAS 10 (1918) 237-238

Circa clericorum frequentiam in laicis universitatibus

Nemo dc sacro clero laicas Universitatum facultates frequentare potest ibique profana qunevis studia peragere, nisi de Episcopi sui voluntate vel beneplacito. Id cx praescriptis Codicis canonici aperte deducitur. Neve haec dispositio nova est aut primum inducta. Etenim tum Leo XIII, tum Pius X, f. ambo r., id aperte sanxerunt; alter per *Instructionem* sub die 21 iulii 1896 a Sacra Congregatione EE. et RR. ad Ipsius mentem impertitam. quaeque incipit *Perspectum est Romanos Pontifices* [ASS 29 (1896-97) 359-364], alter vero in Encyclica Pascendi sub die 7 septembres 1907 i ASS 40 (1907) 593-650)] necnon *Motu Proprio* diei 1 septembrls 1910. qui incipit *Sacrorum Antistitum* [AAS 2 (1910) 655-680],

Hinc patet totam hanc de frequentandis Universitatibus laicis materiam in Episcoporum iure ac potestate esse positam, nec deesse regulas quibus ipsi in re dirigantur.

Quoniam tamen nonnulli locorum Ordinarii pressiores cxquisierlnt normas, quibus ipsi ex iure procedant, ac maxima caveantur discrimina quae ex diuturna tristique experientia tam vitae sanctitati quam catholicae doctrinae puritati sacerdotibus laicas Universitates celebrantibus Impendunt; Ssmus D. N. Benedictus PP. XV. causa prius rite discussa penes S. C. Consistorialem. de consulto Emorum eiusdem S. Congregationis Patrum, decessorum Suorum Leonis XIII et Pii X supra memoratas ordinationes confirmons casque in suo pleno robore permanere declarans, haec insuper edicenda ac statuenda suoque nomine promulganda constituit:

1. Nullus ad laicas Universitatum facultates destinetur nisi sacerdotio iam auctus, quique spem bonam ingerat fore ut sua agendi ratione ecclesiastico ordini honorem tam ingenii vi ac perspicacia, quam sanctitate morum adiiciat

2. Episcopus in destinando sacerdotes suos ad laicas studiorum Universitates frequentandas nihil aliud prae oculis habeat, nisi quod dioecesis suae necessitas vel utilitas exigat, ut nempe in Institutis ad juventutem erudiendam destinatis idonei comparentur magistri.

3. Qui. pro hac norma, ad Universitates laicas frequentandas destinabuntur sacerdotes, si novensiles sunt, ab examinibus, quae in can. 130 et 590 praescripta sunt, minime eximantur, quin potius eadem subire vel strictius jubeantur, ne. profanarum scientiarum studio abrepti, ecclesiastica studia praetereant, contra praescriptum can. 129./

4. Expletis demum in laica quavis Universitate praescriptis studiorum cursibus, sciant sacerdotes ac meminerint se Ordinario suo pari omnino ratione ac antea sublectos ac dioecesis servitio manere emancipatos. Quamobrem nemini fas erit magisteria saecularia aliave officia pro suo lubito. maximeve contra Ordinarii sui voluntatem, suscipere; quod si quis fecerit, congruis poenis, non exclusa suspensione a divinis, plectatur.

5. Haec omnia quae de clero saeculari sunt dicta, religiosos etiam regulares, congrua congruis referendo, «uni applicanda.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis. die 30 aprilis 1918.—C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., Secr. V. Sardi, Archlep. Caesarien., *Aassessor.*

Ada 1 C In PrM 9 (1921) ²20-121; A ELLIS In PrM 27 (1938) 106-108.

88

1918 APR 30.-SC CONS., DECR. AAS 10 (1918) 238

Dr CURA SPIRITUALI CLERICORUM MILITANTIUM IN CLASS! FRANCORUM

Ut spirituali regimini clericorum in classi Francorum nut militantium aut cappellanorum officio fungentium me'ais provideretur, prouti cum militantibus in terres-
u lf 2?™ ®xec*itu per decretum dici 19 nov. 1917
’’* SSmus D. N. Benedictus PP. XV
tuo^p et h Sn Γη™? °??nium Inspectorem constitue, e. et hisce S. Congregationis Consistorialis litteris

constituit Rmum D. Felicem Guilllbert, Episcopum Foroiuliensem et Tolonensem cum potestate ordinaria sacerdotes omnes et Seminariorum alumnos, dum in classi manent, in iis quae ad animarum regimen et curam pertinent, dirigendi et gubernandi, tamquam proprium eorum Ordinarium, ad tramitem sacrorum canonum. Itaque Seminariorum alumni et sacerdotes universi, qui in Francorum classi, qualibet de causa, versantur, memorato Inspectori debitam reverentiam et obedientiam. in iis quae ad regimen et curam animarum pertinent, ex conscientia tamquam Ordinario suo praestabunt

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 aprilis 1918.—C. Card. De Lai, Ep. Sabincn., *Sccr. V.* Sardi, Archlep. Caesarien., *Adsessor.*

89

1918 MAI 9.-BENEDICT. XV, MP. AAS 10(1918)225-227

DE MISSA PRO PRAESENTIBUS SOCIETATIS HUMANAE NECESSITATIBUS DIE XXIX PROXIMI MENSIS IUNII CELEBRANDA

BENEDICTUS PP. XV

Quartus iam annus ad exitum appropinquat, ex quo, ut Europa bello flagrare coepit, Nobis Pontificatus maximi est onus impositum; atque hoc toto spatio, uti non se remisit unquam, imo excrevit dimicandi furor, ita ne punctum quidem temporis respiravit animus Noster ab acri cura et sollicitudine qua ex tantis belli tamque ingravescentibus malis afficiebamur. Hanc enim seriem continualionemque rerum tristissimarum hucusque Nos sine intermissione inspectantes, non solum doluimus omnium doloribus, ut vere possimus illud Apostoli usurpare: « quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis i scandalizatur, et ego non uror? »; sed etiam de iis quae et conscientia admonebat officii, Nobis divinitus attributi, et lesu Christi caritas suaaebat, nihil unquam, quoad potuimus, intentatum reliquimus.

De testimonialibus pro alumnis minoris novtttatus

Die 23 iul 1918. C. P. I respondit Fratribus Scholarum Christianarum, pro alumnis sui ‹ minoris novitia

« tus › litteras testimoniales nb Ordinario loci non esse exquirendas, pro tempore quod in ista domo vixerint.

• Fntribui Scholarum Chrhtianorum luxta summarium responsi rtlahxn · A. VERMEERSCH - I. CREUSEN. Epitomo ! (ed 8 anni 1963) n. €97. Adn REGATILLO n. 268; CpR 1 (1920) 128; FrM 9 (1921) (7).

115

1918 AUG. 2.-SC CONS. DECR. AAS 10 (1918) 363-364

De extensiore facultatum quorumdam ordinariorum DURANTE BELLO

Decreto diei 25 aprilis huius anni, quod incipit *Proxima sacra* [LE 851. dum statuebatur facultates plures, quas communibus induitis S. Sedes Ordinariis concedere jolebat, finem esse habituras die oua canonici iuris Codex vim exerere inciperet: simul circa matrimoniales diFDensationes. praeter ea quae Codex tribuebat. SSmus. D. N. Benedictus PP. XV indulgebat ea quae sequuntur:

a) ut locorum Ordinarii in America, in Insulis Philippinis, in Indiis Orientalibus, in Africa extra Mediterranei maris oras et in Russia, per quinquennium, servatis canonicis regulis, dispensare valerent ab impedimentis minoris gradus, et matrimonia ob eadem impedimenta nulliter contracta in radice sanare quirent;

b) ut iidem Ordinarii pariter per quinquennium dispensare possent etiam ab impedimentis maioribus, iuris tamen ecclesiastici (duobus solummodo exceptis) et ab impedimento impediente mixtae religionis, et matrimonia ob impedimenta maiora nulliter contracta in radice sanare.

Haec tamen facultas circumscribebatur conditione n petitio *dispensationis ad S. Sedem mhsa sit ct urgens necessitas dispensandi supervenerit, pendente recursu;*

c) denique ut Ordinarii Galliae, regni uniti Magnae Britanniae et Hiberniae. Germaniae, Austriae-Ungariae et Poloniae, durante bello, quoties aditus ad S. Sedem difficilis aut impossibilis saltem per mensem praevidea tur. iisdem facultatibus uti possent, quae sub litteris a) 3-54 et b) remotioribus aliis Ordinariis erant concessae./

Verum ex parte plurium Americae Ordinariorum observatum est, ex defectu securitatis maris, praesentis belli causa, se in conditione versari vel peiori ac Ordinarii Europae sub littera c) recensiti; ideoque supplices preces porrexerunt ut pari induito ac illi munirentur: certum enim est in praesenti rerum statu plus quam mensem reouiri ad S. Sedem ex America adeundam.

Porro SSmus Dominus hisce postulationibus, quae fustae sibi visae sunt, annuendum censuit; ideoque praesenti S. Congregationis Consistorialis decreto benigne pro tempore praesentis belli indulget ut Ordinarii locorum remotiorum, de quibus sub littera a), dispensare valeant ab impedimentis maioribus et ab impedimento Impediente mixtae religionis, et sanare in radice matrimonia nulliter contracta ob dirimens impedimentum de quo supra, quin obligati sint conditionem illam et restrictionem, sub littera b) appositam, servare, hoc est *ri petitio dispensationis ad S. Sedem missa sit et urgens necessitas dispensandi suvervenerit, pendente recursu.*

Debebunt tamen singuli Ordinarii in fine cuiuslibet anni, quousque dura haec rerum condlHo perseverabit, rationem reddere S. Congregationi dc Sacramentis de specie et numero dispensationum quas ipsi concesserint, eaque occasione iuribus eiusdem S. Congregationis circa taxarum solutionem satisfacere.

Praesentibus valituris, adiunctis. quae modo sunt, perdurantibus, et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae ex S. C. Consistoriali. die 2 augusti 1918.—C. Card. De Lai. Ep. Sablnen.. *Secr. V.* Sardi. Archlep. Cacsarien., *Adsessor.*

Adn. I. *c* in PrM 9 (1921) 122

116

1918 AUG 2.-SC CONS., RESP. AAS 10 (1918) 365

Dubium circa leges et decreta conciliorum provincialium westmonasteriensium

Quaesitum fuit utrum dismembrata proximis praeteritis annis ecclesiastica provincia Westmonasteriensi et creatis ex ea novis quatuor provinciis, leges et decreta Conciliorum provincialium Westmonasteriensium, quae praecesserunt, quaeque anni 1852, 1855, 1859 et 1873 celebrata sunt, adhuc vim obligandi habeant et debeant ab omnibus ad unguem servari; an potius in novis provinciis valere cessaverint, nec amplius ea rata ac firma haberi debeant.

Re maturo examini subiecta, SSmus D. N. Benedictus PP. XV iussit responderi:

Affirmative ad primam partem, salvis tamen novi Codicis praescriptionibus si et in quantum legibus et decretis dictorum Conciliorum derogaverint; *negative* ad secundam partem.

Et mandavit ut resolutio publici iuris fient, eam in Actis Apostolicac *Sedis* inserendo.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis. die 2 augusti 1918.—C Card. De Lai. Episc. Sabinen.. *Secr. V.* Sardi. Archiep. Caesarien., Adsessor.

Adn. I. G In PrM 9 (1921) 123.

117

1918 AUG 2.-COET.CARD.DECIS. AAS 10(1918)388-390

VERSALIEN.

Nullitatis matrimonii ex conditione apposita

Die 29 feb. 1908 B. C. coniugium iniit in facie Ecclesiae cum P. D,, sed consuetudo matrimonialis post breve tempus perturbata fuit Mulier enim sibi proposuerat non nubere nisi viro qui labe contubernii esset immunis et hoc aperte pluries sponso sub conditione proprie dicta declaraverat, qui vice sua sub fide honoris iterum iterumque affirmaverat se labe contubernii esse exemptum.

Post quindecim vix dies a contractis nuptiis in itinere nuptiali et pluries deinceps vir patefecit mulieri aliisque se amasiae adhaes'sse et adhuc corde adhaerere. Hinc gravia iurgia habita sunt, hinc sententia separationis favore mulieris a tribunali laico lata fuit mense martio anni 1909.

Anno 1910 mulier se sistit coram iudice ecclesiastico, instans ut suum matrimonium nullum declararetur ex capite conditionis appositae et non impletae.

Plures sententiae latae fuere actrici contrariae, quibus illa haud acquievit, sed Ssrhum supplicavit et obtinuit ut Commissioni quinque Emorum Patrum novum examen suae causae deferretur. Die 2 augusti currentis anni, adstantibus EE. PP. De Lai, Pompili. Gasparri. Giustini et Lega ad id deputatis, responsum prodiit matrimonium in casu nullum fuisse ex conditione apposita et non impleta.

Certe si 1° mulier suum matrimonialem consensum subordinavit conditioni proprie dictae quod vir labe contubernii in sua anteacta vita fuerit immunis; si 2° haec conditio ante initum matrimonium nec revocata fuit nec alio modo cessavit: si 3a demum anteacta viri vita labe contubernii revera infecta fuit, matrimonium est irritum ex defectu consensus ob appositam et non impletam conditionem; et in hoc omnes uno ore conveniunt Quamquam enim error qualitatis, etiam dans causam contractui, matrimonium Irritum per se non reddit, quia matrimonialem consensum minime excludit. si tamen error radit in qualitatem, conditione proprie dicta et usoue ad matrimonii celebrationem perseverante, requisitam, deficiente qualitate, et consensum eidem subordi/natum deficere ac proinde ma- 389
trimonium viribus carere, evidens est Illae igitur tres quaestiones, potius facti quam iuris. ad examen revocandae sunt, ut exinde constet utrum matrimonium in casu ex hoc capite valeat, necne.

In primis videamus num mulier praestiterit consensum sub ea conditione proprie dicta quod vir labe concubinatus esset immunis.

Conditio proprie dicta tunc habetur quando pars explicite voluntatis actu suum consensum ªexistent) alicuius qualitatis alligavit. Ita ut sl qualitas deficiat, etiam consensus. qualitati subordinates. deficere debeat Iam vero ex actis habetur mulierem ante sponsalitiam promissionem colloquium cum viro habuisse, in quo eidem suam intentionem ita declaravit- ‹ .. subordon- ‹ nant mon consentement Λ l'assurance formelle qu'il « n'avait eu dans son passé aucune liaison suivie Λ

145

146

t trois reprises je lui exprimais formellement ma vo-
c tenté de ne pas épouser un homme qui aurait eu
« auparavant une liaison suivie ... Je désirais double-
t ment y subordonner mon consentement ... Je mettais
‹ comme condition absolue de mon consentement à mon
‹ mariage que celui que j'épouserais n'aurait jamais
‹ eu des liaisons suivies. ... Ma condition, quoique
« n'ayant pas été renouvelée, subsistait cependant tou-
« jours aussi absolue, aussi vivace. . Je n'ai pas re-
‹ nouvelée cette condition trouvant que l'ayant si nct-
c tement formulée, je ne pouvais en dire d'avantage.
‹ Mr. D. P. avait du reste si bien compris que j'en
c faisait une condition sine *qua non* de mon consente-
‹ ment qu'il n'osat pas la nier dans l'interrogatoire ».

Has suae intentionis declarationes se viro fecisse, mulier tempore minime suspecto retulit pluribus testibus f:dc dignis, ita ut de facto habiti colloquii cum relatis declamationibus nullo modo dubitare Hceat. lam *vero* has declarationes conditionem proprie dictam continere evidens est et reipsa testes qui factas declarationes cognoverunt, eas de conditione proprie dicta intellexerunt Mulier Igitur ante sponsalitiam promissionem non meram, uti fieri solet, peregit de anteacta viri vita inquisitionem, sed talem ut suum consensum explicite subordination declaraverit immunitati concubinatus ex parte virL

Sed non sufficit quod conditio proprie dicta posita fuerit requiritur insuper ut non fuerit revocata nec alio modo cessaverit ante nuptias.

In primis dici nequit conditionem fuisse a muliere positive revocatam. Nam haec revocatio est factum et facta non praesumuntur sed probantur, atqui revocatio nullatenus probatur. Imo ex actis contrarium potius deducitur ‹ .. ma condition, quoique n'ayant pas été
‹ renouvelée, subsistait cependant toujours aussi abso-
350 ‹ lue aussi vivace. ... Je n'ai pas/ renouvelée cette
‹ condition trouvant que. l'ayant si nettement formulée.
‹ je ne pouvais en dire (favantage ». Nec conditionem per se cessasse eoniici ex eo licet quod mulier ex falsa viri asseveratione acquisiverit certudinem hunc esse contubernio immunem. Nam mulier conditionem apposuit ante viri asseverationem, ideoque ante acquisitam certitudinem: subsequens autem certitudo nullo modo destruit conditionem antea appositam, sed consensus eidem subordinatus remanet, non obstante subsequent! certitudine, quae esse simul potest cum virtual! voluntate conditionata.

Restat demum ut inquiratur num vir revera concubinariam duxerit vitam ante matrimonium.

Ipse vir. ut supra relatum est. dixit uxori se concubinarlas fovisse relationes cum quadam muliere et quidem per duodecim annos, addens: ‹ Quoique vous las-
‹ siez dans l'avenir, vous n'effacerez jamais le souvenir
« de douze années de bonheur que ma petite amie m'a
• donnée. Ma mère a b première place dans mon
‹ coeur, ma petite amie vient ensuite et vous après. Je
f vous serai fidèle à moins que je ne rencontre ma
c petite amie ». Haec viri verba mulier retulit matri suae, matri sponsi et aliis quos certiores antea fecerat circa colloquium ante nuptias habitum cum sponso et conditionem appositam. Porro sl ei fides data est quando ante nuptias suum retulit colloquium cum viro et adicctam consensui conditionem, tribuenda quoque est quando referi viri confessionem, ni quis velit in contradictionem incidere. Haec insuper confirmantur ex confessione facta ab eodem viro testibus indubiae fidei qui de hoc testati sunt. In ipso demum tribunali laico viri patronus concubinatum admisisse ex actis eruitur.

Quare quum mulier, contrahens sponsalia ct matrimonium. alligaverit suum consensum conditioni proprie dictae Immunitatis concubinatus ln P. D.: nihil in actis probet hanc conditionem fuisse revocatam vel cessasse: constet vero ex actis virum amaslae adhaesisse, matrimonium ab Effils Patribus nullum declaratum est.—E Lucidi, *a Srcrttit* Commissionis.

13-161 S. Congregationis Consistorialis et Codicis praescriptiones (can. 340). obligatione tenentur relationem conficiendi de suae ecclesiae statu simulque visitandi, servata norma can. 341. sacra Apostolorum Limina.

Quamvis autem auspicandum sit ut inmane bellum, quo universum humanum genus cruciatur, finem cito habiturum sit. quum tamen in ancipitl res sil et interim romanum iter ex America difficile sit et periculis plenum, idcirco SSmus D. N. Benedictus PP. XV, hoc S. Congregationis Consistorialis decreto, benigne indulget, ut memoratae obligationis adimplementum episcopi omnes differant ad futurum subsequentem annum 1920.

Quod si anno 1920 eadem infeliciter perseverabunt adiuncta, quod tamen Deus in sua magna misericordia avertat, tunc iidem Rnïi Episcopi pro currenti secundo quinquennio dispensati manebunt a visitatione ss. Liminum. firma tamen obligatione conficiendi relationem de statu dioecesis, eamque ad S. Congregationem Consistorialem. meliori quo poterunt modo, quamprimum transmittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis. dic 8 augusti 1918-—C. Card. De Lai. Ep. Sabineru *Secr. V.* Sardi. Archiep. Caesarien.. *Adseuor.*

Adn. I C In PrM 9 (1921) 124

1918 AUG 9.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART

Sanantur defectus in erectione, admissione et profes
SIGNE TERTII ORDINIS SAECULARIS S. TRANCISCI

Preces - Beatissime *Pater,* Procurator Generalis Ordinis Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, implorat ob bonum animarum gratiam, ut Sanctitas Vestra benigne sanare dignetur quascumque erectiones sodalitatum Tertiariorum saecularium necnon admissiones ad Tertium Ordinem et professiones quae ob aliquem defectum bona fide a quovis admissum, hucusque irritae sunt

Rescr. - Vigore specialium facultatum a Sanctissimo Domino Nostro concessarum S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a R. P. Procuratore Generali commisit, ut gratiam sanationis. juxta preces, pro suo arbitrio el conscientia concedat Contrariis non obstantibus quibuscumque. Romae. die 9 augusti 1918.—F. Card. Casseta. Adulphus, Arch.pus Aquilanus. Secr.

• Oefiel Fratnni Minorum: AOMCap 34 (1918) 166. Adn. AOFM 57 (1938) 174. Indultum sw- -ielnde renovatum wt.

1918 AUG 15.-COM. INTERPRES, KESP. PART

Dubium de facultate ministrorum provincialium capuc
UNORUM OFFICIUM EXERCENDI ANTE CONFIRMATIONEM
electionis

Rev.me Pater. Dubia Rev.ma proposita. nempe:

‹ An Constitutionum Ord. Min. Capuccinorum dispositio. qua Ministris Provincialibus noviter electis officium exercere permittitur ante confirmationem, sit certo ct absolute juri communi in Codice statuto contraria. ita ut abrogata haberi debeat ».

Infrascriptus Emus Commissionis Praeses respondet:

Negative, quatenus Minister Provincialis agit tanquam Commissarlus R-fnl P. Ministri Generalis.

Quae dum P. T. Rcv.mae significo, cuncta fausta a Deo adprccor.

Romae. 15 augusti 1918.—P. Card. Gasparri, *Praejei* Comm. Aloisius Sincero. Secr.

OHBTO

1918 AUG 8.-SC CONS., DECR. AAS 10 (1918) 366

Dr dilatione ηειλπονι5 dioetesaxae
FP.O EPISCOPIS AMERICAS

Proximo anno 1919 Rmi Ordinarii dlocccsum totius America**. iuxta decretum Λ rrmotüiima [AAS 2 (1901)

rîtull· Hunt, serratur ius commune de quo on. 160-182. praeter cuiusque rvIlgîonI» constitutiones eidem non contraries· (can. 507. i 1).

Inter ea autem quae juro communi de electione statuuntur, non rodlcam difficultatem faciunt canones, qui noviter electi contirratkncr" et ollkll Inchoationem respiciunt. Can. 176, 9 3 habet: •Ante acceptam confirmationem ipsi (noviter electo) praetextu electionis non licet sesa Immiscere administration! officii sive In spiritualibus sire in temporalibus et actus ob eo forte positi nulli sunt».

Ordinis Constitutiones N. 141 praecipiunt quidem confirmationem •ua postulandam, facultatem tamen faciunt novo electo officii sui ad.nInIsIratIoncm suscipiendi antequam confirmationem accipiat. Constitutlools dispositio haec est: «Electo autem Provinciali, Patres Definitores nomine Capituli scribant ad Patrem Generalem pro confirmatione juxta ClementInam (c 1 Do verborum significatione V. 9): Interim vero donec responsum venerit, officium exercere poterit, tamquam Minister electus, dummodo In Ipsa versetur Provincia». Ratio isttra hujus concedendae facultatis est magno difficultas aut fere imtonIbIlites aliter regulari Provinciarum regimini providendi. In Capitulis rtçulxrî'-m, ipsa novi superioris electione, superioris exeuntis sudodtas cessare volet; at si novus superior officii adminIstntiorea Immediato non suscipit, apud quem remanet Provinciae regimen? Si r-perior Generalis in danda confirmatione servare debet can. 177 i 2 et 3, procul dubio notabile tempus, saltem pro dissitis regionibus, cecrssarium est.

Cui difficultati cnflquae Ordinis Constitutiones occurrerunt stahxrtes: «In Congregationibus Provincialibus Vicarius noviter electus, «nte confirmationem tamquam CommIssarius R. P. Vicarii Gene*ra.'i*s omnia rgat» (C&p. Gen. Clsmon. Alvemlae anni 1484). Ex qua oedrione praesens nostrarum Constitutionum dispositio, superius relati. procedere videtur.

Jam vero hoc Ordinis nostri peculiare jus non videtur juri com-uai certo et absolute opponi aut contrarium esse; apud nos enim Ministri Provinciales In Capitulis legitime electi, non proprie praetextu electionis officii sui odmInIstrationcm immediate suscipiunt, sed ^oî ex commissione aut delegatione Ipsis ab Ordinis Constitutionibus collate.

Cum res tamen non sit adeo dora et agatur de actorum validité· io tuto ponenda, infrascrIptuc Procurator Generalis humIlittr pro sequentis dubii solutione rogat:

An constitutionum Ord. Mio. Capuccinorum dispositio, qua Midstris Provincialibus noviter electis officium exercere permittitur ante conIras(tonem, sit cerlo ct absoluto Iuri communi In codice statute contrarie, ita ut abrogata haberi debeat?

S. Purp-jrim humiliter ct devote deosculatur. Eminentiae Vcstraa Remse Humill.mus Servus - Fr. Josephus Ant., O. F. M. G Proc. G«x - Romae, die 9 JunIl 1918: AOMCap 35 (1919) 108.

1918 SEP 3.-SC CONS., DECR, AAS 10 (1918) 414

Restitutionis capituli metropolitan! montis regalis

Cum cathédrale capitulum metropolitanae ecclesiae Montis Regalis in Sicilia, variis de causis sensim defecerit, ita nempe ut in praesenti unus supersit canonicus ex omnibus iis qui civilis suppressionis tempore canonicales praebendas obtinebant, nimirum archiepiscopus Dominicus Gaspar Lancia di Brolo. et cum hic rerum status privet Ordinarium de consilio et subsidio eorum qui ex iure vocati sunt ad eum iuvandum in dioecesis regimine, ideoque in detrimentum vergat boni publici; rebus omnibus in S. Congregatione Consistoriall mature perpensis, de consilio Em. Patrum. Sanctitas Sua decrevit et statuit cathédrale capitulum in metropolitana ecclesia Montis Regalis instaurare et ad normam sacrorum canonum in Codice statutorum restituere: necnon statim ac nonnulla peculiaria adiuncta quae desiderantur locum habuerint, vacantes praebendas providere. Quum autem sacerdotes ex ordine S. Benedicti qui ad eas praebendas ius certum habeant, deficiente Congregatione Sicula, non adsint, idem SSmus D. N. decrevit memoratas praebendas suo tempore conferendas esse sacerdotibus saecularis cleri, salvo iure Archiepiscopl qua antiquus canonicus, et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Con-Estorialis, die 3 septembris anni 1918.—C. Card. De Lai. Ep. Sabinen., Secr. V. Sardi. Archiep. Caesarien.. *Adtessor.*

Ada. PrM 9 (1921) 134 C.

1918 SEP 3.-SC CONS,, DECR. AAS 10 (1918) 415-416

Unus datur ordinarius clericis profugis in italiam

Considerando che i sacerdoti e seminarist! profughi, 0 per qualsiasi causa internati, o dispersi nellc varie diocesi dTtalia, non possono comunlcare coi rispettivi loro Ordinari, o possono solo farlo con difficolté: considerando che i Vescovi del luogo di dimora non hanno su di essi tutta la necessaria autorité. la quale in ogni caso pub essore elusa mutando dimora: tenuto calcolo dei voto di parecchi Ordinari, in conformité al parere espresso dagli Erhi Padri della S. Congrcgazione Concistoriale. Sua Santité ha stabilito di nominare un Prelato, il quale tenga luogo dell'Ordinario proprio ed immediato per tutti i detti sacerdoti e seminarist! in qualsiasi luogo e diocesi essi dimorino; e cib fino a che perdurino le attuali condizioni di cose. comprendendo in questa disposizione, per uniformité di disciplina, anche i sacerdoti profughi della diocesi di Udine.

Con cib tuttavia non si intendono rotti o diminuiti i doverosi rapport! di sudditanza che legano i sacerdoti e i seminarist! ai rispettivi loro Ordinari di origine, coi quali il Prelato dalla S. Sede Delegato si terré, per quanto è possibile, in relazione, facendone rispettare le giuste prescrizloni e l'autorité: e nemmeno si Intendono diminuiti i diritti che i sacri canoni concedeno alTOrdinario locale sui chierici non propri dimoranti nella sua diocesi: ma si intende dare a tutti i detti sacerdoti e seminarist! un Superiore unico, immediato, di facile accesso ed alia cui giurisdizione niuno pessa sottrarsi. ed a cui debbono ubbidire.

Con questo mezzo intende inoltre la S. Sede di meglio prowedere alTassistenza religiosa dei laici profughi e segnatamente dl quelli che si trovano raggruppati in piccoli centri e che richieggono una più speciale assistenza. dando a tal fine ai detto Prelato l'autorité per destinare i sacerdoti profughi. sentiti possibilmente gli Ordinari propri, ed In ogni caso l Vescovi di dimora. all'ass'stenza dei detti gruppi e prowedere ai loro blsogni spirituali.

Finalmente Sua Santité ha eletto a disimpegnare detto officio Mon/signor Carlo Pietropaoli, arclvescovo titolare di Calcide, dandogli alTuopo tutte le necessarie facolté, 41e

Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione Concistoriale, 3 settembre 1918.—G. Card. De Lai, Vescovo di Sabina, *Segretario.* V. Sardi. Arciv. di Cesarea. Assessore.

Adn. PrM 9 (1921) 135 D.

1918 SEP 25.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

Facultas datur religiosis o. f. m. cap. frequentandi LECTIONES IN UNIVERSITATIBUS STATUS CIVILIS

Preces - *Beatissimo Padrc.* Il P. Procuratore Generale dei Frati Cappuccini. prostrato al bacio de! pledi di V. S.. implora umilmente che i giovani alunni non secerdoti dell'Ordine, delle Provincie Britanniche dTnghilterra ed Irlande, possano frequentare le Université di Oxford e di Cork, come è stato praticato fino al présente. Cib torna di grande utilité allOrdine: e sono state prese tutte le possibili misure a che non si verifichino inconvenienti di sorta. Che della grazia. ecc.

Rescr. - *Ex Audientia SS.mi diei 25 septembris* 1918. SS.mus D. N. Benedictus PP. XV. referente infrascripto Secretario S. Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, benigne annuit pro gratia: ac propterea mandavit committi Revjno P. Ministro Generali Ordinis FF. MM. Capuccinorum. ut, attentis peculiaribus rerum adjunctis, petitam gratiam pro suo arbitrio et conscientia juxta preces concedat ad decennium: graviter tamen onerata Superiorum conscientia, ne quod inconveniens exoriatur.

Romae, die mense et anno ut supra.—J Card Tonn. *Praef.* Adulphus. Arch.pus Aquilan.. *Secr*

• AOMC1P 35 (1919) 34

1918 SEP 29.-COM. INTERPRES, RESP. PART.·

Dubium de praefectu seu swgistro studentium religiosorum quoad praescriptum can. 518 $ 2 de confessione subditorum

Quaesitum *fuit utrum magister spiritus* ;eu Prae-(ectuf Studentium religiosorum feneretur praeicripfts

can. *SIS 5 2* qui *regulat confessiones subditorum cum propriis superioribus religiosis Commissio Interpres die 29 sept 191S sequens responsum dedit:*

Quoniam studentes partem a communitate aliquo modo reiunctam efformant, respectu eorum observandus est can. 518 I 2.

• TpO 74 (1921) 419. Ada. R E. Mc CORMIOC. Confeoan funskwi WMhiagtefl 1925 p. 39-40: F. MAIR In TpQ 74 (1921) 439; REGATILLO n. 257.

1918 OCT 25.-SC COS'S. DECR. AAS 10 (1918) 481-486

Redeuntibus c militari servitio clericis, oportet ut Ordinarii omnes maximo cum studio nitantur cos omnes a mundano pulvere detergere, quo inter armorum strepitus et quotidiana pericula pronum est etiam religiosa corda sordescere, eosque ab Irregularitatibus et ab impedimentis quae dimicando contraxerint liberare. Hoc sane ex'git ipsorum clericorum bonum, fidelium animarum salus et Ecclesiae utilitas.

Itaque Beatissimus Pater Benedictus PP. XV. dum cum Episcopis universis impense dolet grave vulnus ecclesiasticae disciplinae illatum clericos adigendo ad militare stipendium faciendum, quod, praeter reliqua, tot paroecias spiritualibus subsidiis et Seminaria suis alumnis magno cum Christianae plebis detrimento privavit in praesenti cum pax diu desiderata in eo iam rît ut lucescere videatur, ad sanctum finem assequendum renovandi in sacerdotibus a militia reversis ecclesiasticum spiritum et diluendi noxas quas forte contraxerint. auditis haud paucis Archiepiscopis nationum omnium quae inter se praesenti bello dimicarunt, de consulto peculiaris coetus Enforum Cardinalium, haec quae sequuntur, statuit ac decrevit:

Caput I. De irregularitatibus.

1. Omnibus Ordinariis locorum et religiosorum facultas conceditur dispensandi ab irregularitate ex defectu corporis cum suis sacerdotibus e militari servitio revertentibus, quoties ex testimonio scripto magistri caeremoniarum, qui sacerdotem examini subiecerit. place constiterit ipse posse rine alieno auxilio servare cum
482 decore omnes ritus necessarios/ in Missae celebratione praescriptos·, onerata super hoc ipsorum Ordinariorum conscientia.

In casibus vero gravioribus vel dubiis, et quoties aentur de non promotis ad sacerdotium, recurrendum erit ad S. Sedem.

2. Pariter omnibus Ordinariis facultas conceditur dispensandi, saltem ad cautelam, ex irregularitate, quae a canonists olim dicebatur ex defectu lenitatis, quoties sacerdotes, clerici et seminariorum seu religionum alumni tn eam incurrerint non ex facto proprio sed ex necessitate. coacti nempe ad arma capessenda et mortem vel mutilationem forte Inferendam. Quoties vero agatur de clerlds in sacris qui. non legum necessitate coacti, sponte sua se obtulerunt ad arma suscipienda, aut ea susceperunt, pro dispensatione ad S. Sedem erit recurandum. firmo tamen praescripto can. 188. n. 6°.

Ouxpropter Ordinarii, oraevlo examine in rinvnli· casibus, decernant cum revertentibus e militia quos ab Ir-egularitate absolvere possint, quos ad S. Sedem remittere debeant.

Ipsi autem sacerdotes qui e militia revertuntur et «ciunt se irretito» esse irregularitate S. Sedi reservata, ne audeant sacris ministrare ante obtentam dispensationem.

Caput II. De dandir et aisumendb informationibus.

3. Singuli locorum Ordinarii de clericis et Seminariorum alumnis alterius iurbdlctlonis. qui in ma dioecesi militare servitium obeuntes per notabile tempus commorati sunt, vel adhuc commorentur, notitias, quantum fleri potest plenas, propriis illorum Ordinariis quam cito praebere accuratissime satagant: idquc gravissimum conscientiae officium esse reputent, quo neglecto. haud modica Christianae rei oriri poterunt detrimenta.

Notitias autem, quas Ordinarii dc suis clericis et alumnis receperint, complere studeant per informationes ab aliis fontibus ac personis, ad rem quam diligentissime assumptis, ac demum per examen etiam personale de quo infra.

Caput III. De *sacerdotibus saccularibus ct regularibus.*

4. Sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, redeuntes e militia, intra decem dies a reditu tenentur se sistere coram Ordinario suo eique exhibere litteras Ordinarii Castrensis vel saltem militaris cappcllani sui./ 423
aliaque documenta quae testimonium reddant de eorum vita et moribus: quae omnia proinde secum afferre curabunt Ordinario autem eos percontanti de iis quae pertinent ad externam seu publicam vitae rationem quam in militia duxerunt, dc operibus Ibi actis, de locis ubi commorati sint, respondere ex conscientia secundum veritatem lubcntur.

Qui intra tempus superius praefixum Ordinarium suum non adibunt, suspensi manent ipso facto a divinis: a qua censura non relevabuntur, nisi quum quae supra mandata sunt impleverint.

5. Omnes sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, intra tempus ab Ordinario suo designandum (quod sine iusta et necessaria causa nimium protrahere non licebit!. secedere debebunt in aliquam piam domum ab Ordinario designatam ad spiritualia exercitia peragenda. iuxta ipsius Ordinarii praescriptiones.

Qui huic praecepto non satisfecerint, manebunt pariter Ipso facto suspensi a divinis, a qua censura non liberabuntur, nisi quum exercitiorum domum ingredientur.

6. Quum spiritualia exercitia, ut fructuose fiant, peragi debeant in aliqua pia domo a mundanis rumoribus remota, in silentio, sub ductu prudentis ac pii directoris et cum subsidio praedicatorum et confessariorum. qui cum doctrina et prudentia vitae sanctitatem coniungant, neccsse est ut Ordinarii multo cum studio haec omnia comparent

Sed quum vix possibile sit ut singulae dioeceses et religionum provinciae domum pro spiritualibus exercitii» plene instructam habeant: Episcopi curent cum aliis eiusdem provinciae aut regionis Presulibus convenire ad communem aliquam domum designandam et instruendam. Idem ut Ordinarii religiosorum peragant praecipitur.

7. Quum sacerdotum reversorum a militia non eadem sit conditio, neque par necessitas abluendi conscientiam et renovandi ecclesfasticum spiritum. Ordinariorum prudentiae relinquitur breviorem vel longiorem spiritualium exercitiorum cursum pro singulis statuere; ita tamen ut nemo minus quam octo integros dies spiritualis recessus impleat

8. Ob eamden causam in singulis casibus Ordinarii definient, utrum, post spiritualia exercitia peracta, sacerdotes ad pristina officia sive curae animarum, sive magisterii aut regiminis in Seminariis aut similia sint statim restituendi, vel secus.

Ad hunc finem tribuitur facultas Episcopis removendi ad tempus ab animarum cura, ab officio confessarll. a regimine et magisterio alumnorum in Seminario, qui durante militia non bene se gesserint, sive iidem suspensi fuerint a divinis, sive non: eosoue adigere poterunt ad vivendum ad tempus vel in aliqua religiosa domo, 41
vel sub ductu/ pH et prudentis sacerdotis cum obligatione pia aliqua exercitia ex praescripto faciendi.

Idem in paribus casibus statuant Ordinarii religiosorum pro suis subditis, quos etiam voce activa et passiva ad tempus privare pote-unt et ad vivendum in aVquo strictioris observantiae conventu adstringere. Superioribus autem generalibus facultas insuper tribuitur removendi superiores provinciales et locales, quoties ex pn-uni agendi ratione in militia Id necessarium esse ducant.

Caveant tamen Ordinarii, quantum fleri potest, ne sacerdotes sive sarculares sive regulares sedem figant In locis ubi, militare servitium obeuntes, diu commorati sint

Tn casibus vero dubiis vel gravioribus. Ordinarii ad S. Sedem recurrant.

9. Denique. attentis peculiaribus, nostri temporis conditionibus, conceditur Ordinariis dloccesanis facultas ad quinquennium valitura, qua. exigente animarum necessitate, si desint sacerdotes unicuique paroeciae proprii, committere possint uni eidemque sacerdoti curam duarum vel etiam trium paroeciarum, ct transferre

parochos a paroecia sua ad aliam magis centralem ex qua facilius succurrere possint fidelibus ipsorum curae commissis.

Caput IV. *De alumnis seminariorum.*

10. Omnes Seminariorum alumni, qui post militare servitium ad pium locum redire volent:

a) Ordinario suo se sistent, eodem prorsus modo ac de sacerdotibus superius est dictum.

b) Ordinarius circa examen et notitias assumendas eadem ratione se geret ac cum sacerdotibus.

c) Si ex hoc examine aliisque argumentis et documentis constiterit aliquem haua bene se gessisse in militia. Episcopus, habito cum deputatis super disciplina et cum rectore Seminarii consilio, eum a regressu in Seminarium repellat.

d) Si aliter constiterit. Episcopus, habito cum iisdem deputatis et rectore Seminarii consilio, petitionem admittat; sed sub modo et conditionibus quae in sequentibus indicantur.

e) In primis alumnum iubeat spiritualia exercitia peragere et quoad locum, tempus et modum spiritualis recessus Episcopus statuat ac decernat quod magis in Domino expeairc in singulis casibus censeat, servatis, quantum fieri poterit, iisaem regulis ac cum sacerdotis bus./

i) Post spiritualia exercitia, videat pariter, pro sua prudentia et cum consilio ut supra, utrum expediat alumnum a militia reversum cum ceteris statim admittere, an per aliquod tempus seorsim sub speciali vigilantia eum cum aliis a militia reversis detinere.

11. Alumni in Seminarium reversi studia prosequentur inde aaamussim incipiendo ubi ea abruperunt, et integrum cursum perficiant

12. Quoad ordinationem. Episcopi, memores plus quam alias apostolici illius praecepti (ad *Thim.,* I, cap. V): c Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis >, caveant a promovendis suis alumnis, praesertim ad maiores Ordines, antequam per aliquot menses eos rite comprobaverint, onerata super hoc gravissime eorum conscientia.

Caput V. *De novitiis clericisque religiosis.*

13. Quoad novitios et clericos diversarum religionum, qui post militare servitium ad religionem suam revertuntur, eaedem cum proportione serventur regulae ac de Seminariorum alumnis praescriptae sunt

14. Transitus religiosorum, post militare servitium, ad clerum saecularem eorumque admissio in Seminarium prohibita manent iuxta communis iuris praescriptum.

Caput VL *De laids aut converris variarum religionum.*

15. Qui fratres conversi vel laici in variis religionibus nuncupantur et post militare servitium ad conventum redeunt consueto ut supra examini Superiores subiiciant; et si bene in militia eos se gessisse constet. raeviis spiritualibus exercitiis, cum cautelis et regulis ei superioribus articulis nuntiatis, eos denuo in communitatem admittant.

Si vero constet eos se male gessisse et votis solemnibus ligati non fuerint, dimittant et hoc ipso a votis omnibus, etiam castitatis perpetuae absoluti erunt.

Quod si votis solemnibus obstricti fuerint. Superiores casum deferant ad S. Congregationem de Religiosis, et interim eos iubcant penes consanguineos suos, vel in «i monasterio, sed seorsim. vivere./

Caput VII. *De clericis in sacris, saecularibus vel regularibus, qui* in *graviora crimina prolapsi fuerint.*

16. Cum clericis in sacris, qui forte in aliquod ex maioribus delictis, durante militari servitio, misere lapsi forent, quum redeunt. Ordinarii paterne quidem se gerant, sed ad eorum emendationem et salutem et in publicum Ecclesiae bonum, non omittent in singulis casibus iuxta criminum naturam procedere, prout in lib. V Codicis praescribitur, praesertim sl in infamiam iuris vel facti incurrerint.

Cum iis vero qui per lugendum nefas a suis votis vel etiam a religione apostatae ad saecularem statum transiverint, iidem Ordinarii boni pastoris officium, quantum in ipsis est. agere non omittant, errantes oves opportune quaerendo. Curent insuper pro viribus ut saltem in aliorum fidelium scandalum et perniciem, eorum prava exempla ne cedant.

Meminerint praeterea officii sui esse in relatione de dioecesis vel religionis statu aperte innuere an et quot apostatae deplorari apud ipsos debuerint

Haec omnia Sanctitas Sua districte ab omnibus Ordinariis servari mandat, nec plane dubitat attenta singulari rei gravitate, quominus omnes et singuli peculiarissimum impensuri sint studium, ut quae praescribuntur plene et ad unguem impleantur.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 25 Octobris 1918.—C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secr.* V. Sardi Archiep. Caesariem, *Adsessor.*

Adn. NrT 47 (1920) 24-27; PrM 9 (1921) 128-133.

126

1918 OCT 31.-SC STUD., DECR. AAS 11 (1919 19

DE EXPERIMENTIS AD GRADUS IN IURE CANONICO ASSEQUENDOS

Legum canonicarum Codice promulgato. Sacra Congregatio de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, litteris datis die vn augusti elapsi anni, viam et rationem praescripsit, quam in disciplina Iuris posthac Pontificia Athenaea sequerentur. Huic autem rationi, seu methodo, ut ipsa doctrinae pericula, quae fiunt ad gradus academicos assequendos, sint consentanea, eadem S. Congregatio experimentis in iure canonico moderandis has leges constituit

I. Quoniam in praelectionibus Codex Iuris canonici est tamquam textus adhibendus, periculorum materia sint ipsi Codicis canones, vel omnes vel partim, pro diversitate gradus adipiscendi, remoto quolibet indice thesium, vel quae doctrinam exhibeant in ipsis canonibus contentam.

II. Canoidati ad academicos gradus exegesim seu interpretationem exponant canonum, prout habentur in Codice, sive singillatim considererentur, sive coniuncte cum aliis.

III. Candidati non modo singulos canones interpretari et explicare, quantum gradus ratio exigit, probe noverint; sed etiam de uniuscuiusque instituti luridici ortu. progressu et historia, doctrinae suae specimen dabunt.

Quas leges SSmus D. N. Benedictus PP. XV ratas habuit et confirmavit, atque in omnibus Athenaeis seu Universitatibus vel Facultatibus, quae e Codicis praescripto (can. 256, § 1) huic Sacrae Congregationi subsunt, servari iussit ab anno academico. qu: propediem incipiet. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae e Secretaria S. Congregationis dc Seminariis et de Studiorum Universitatibus, die 31 Octobris, anno 1918.—C. Card. Bisleti. Prae/. I. Sinibaldi, Ep. Tiberien., Secr.

Adn. Ph. MAROTO In CpR 1 (1920) 67-72.

127

1918 NOV 4.-SC CONS. DECR. AAS 10 (1918) 487-503

DE RELATIONIBUS DIOECESANIS

FORMULA A PRIMO ANNO QUINQUENNII IU. HOC EST AB ANNO 1921. SERVANDA IN RELATIONIBUS IPSIS CONFICIENDIS

Per decretum *A rcmotist.ma.* datum die 31 decembris 19Û9 (AAS 2 (1910) 13-161. determinata fuerunt tempus et ratio, quibus ab Ordinariis conficiendae forent relationes dioecesanae ad Apostolicam Sedem: simul autem dabatur *Formula,* quam Episcopi sequi deberent in eiusmodi relationibus exarandis. Verum, promulgato. superiore anno, novo Codice canonici iuris. quo nonnulla innovata sunt alfaque aliter ordinata, expedire visum est ac porro oportere ut memorata Formula aliquantum immutaretur, quo eiusdem Codicis praescriptionibus plenius responderet atque omnimode cohaereret

Itaque, de mandato SSihi D. N. Benedicti PP. XV. nova hacc *Formula,* ab ipsa Sanctitate Sua revisa ct

approbata, ab universis Ordinariis in posterum adhibenda erit in relationibus conficiendis, incipiendo scilicet a pruno anno quinquennii tertii, hoc est ab anno 1921.

L Relatio *latina lingua* conscribenda est, et ab ipso Ordinario subsignanda, adiectis die, mense et anno quibus data fuerit

uc Ordinarii relatione ad singulas quaestones, quae nfra ponuntur, accurate ac plene responderi debeL

IU. In relationibus, quae primam sequentur, Ordinarii omittere poterunt ea omnia, quae pariem materialem status dioecesis respiciunt et immutata manserint '/
4i3

Cap. 1. Generalia de statu materiali personarum et locorum

1. Indicet Ordinarius nomen ct cognomen suum, aetatem, originis locum» et institutum religiosum, hoc est *religionem,* si ad aliquam pertineat; quanao fuerit consecratus, vel, s: Abbas sit, benedictus; quando dioecesis regimen susceperit

Si Episcopum Auxiliarem habeat, an datus sit personae vel dioecesi.

2. Breviter exponat quaenam sit origo dioecesis, quinam eius titulus seu gradus hierarchicus, quae privilegia potiora;

si metropolitans sit, an et quas habeat suffraganeas sedes; et quem Ordinarium appellationis iuxta *Codicem.* can. 1594 i 2, teneat;

si vero suffraganea sit, quem Metropolitan! habeat; et num apud illum, vel apud alium Antistitem pro *Confer*entity episcopalibus conveniat;

si denique nulli Metropolitae suffragetur, quem Metropolitano pro Concilio provinciali, pro *Conferentus* et pro ludicio appellationis teneat iuxta cann. 285. 292 et 1594 i 3.

X Dicat praeterea:

a) quinam locus residentiae Ordinarii, cum indica-
4S9 tionibus ad epistolas inscribendas necesariis;.'

b) quaenam amplitudo dioecesis, ditio civilis, caeli temperies, lingua;

c) quaenam summa incolarum et praecipua oppida; quot inter incolas sint catholici; st autem varii adsint ritus, quot catholici In singulis, et si acatholici inveniantur. quot sint, et in quales sectas dividantur;

d) qui numerus sacerdotum saecularium, clericorum et alumnorum Seminarii;

e) utrum adsit Capitulum cathédrale, an potius coetus consultorum dioecesanorum; an adsint aha Capitula, vel sacerdotum coetus instar Capitulorum, seu Communiae, et quot;

f) in quot uicariatus *foraneos, decanalus, archipres*byteratus ahasve circumscriptiones dioecesis divisa sit; quot sint paroeciae, cum numero fidelium earum quae maximae vel minimae sunt; an adsint paroeciae per Unguas seu nationes distinctae, et an per familias et non territorio divisae, et quo iure; quot aliae ecclesiae vel oratoria publica adsint; sitne sacer aliquis locus celeberrimus. ct qualis, cann. 216, 217;

g) utrum et quaenam *religiones* virorum habeantur, cum numero dornorum et religiosorum sacerdotum;

h) utrum et quaenam *religiones* mulierum, cum numero domorum et religiosarum.

Cap. H. *De administrationc temporalium bonorum, de inventariis ct archivis.*

4. An ct quomodo iuxta civilis loci leges, facultas possidendi, acquirendi et administrandi, quae Ecclesiae propria est, sarta tectaque sil; an potius coarclata; ct si ita sit, quaenam sit conditio cleri et ecclesiarum.

5 An institutum sit penes curiam Consilium admint*strationis* et quibusnam constet: et num Episcopus In administrativis actibus maioris momenti illud audierit iuxta praescripta can. 1520.

6. An administratores particulares, sive ecclesiastici sive saeculares, cuiusvis ecclesiae etiam cathedralis, aut loci pii canonice erecti, aut confratemitatum, reddant quotannis Ordinario rationem suae administrationis. Can. 1525.

7. An servata sint praescripta can 1523 circa modum administrationis, et confectionem librorum accepti et expensi;

can. 1526 de non inchoandis litibus sine Ordinarii scripta licentia;

can. 1527 de abstinendo ab actibus ordinariam administrationem excedentibus;/

et can. 1544 seqq. circa congruam dotem, tabulas piarum fundationum, aliaque.

8. An qui bona fiduciaria ad pias causas acceperint, servent quae can. 1516 statuit, praesertim circa rationem Ordinario reddendam.

ab omnibus normae cann. 1530-1533. 1538-1542: et si non, quae remedia adhibita.

Praecipua quae acta sunt his de rebus negotia referantur.

10. Circa decimarum et primitiarum solutionem serventurne laudabiles consuetudines, praecavendo tamen

11. Circa oblationes in commodum paroeciae et missionis serventurne praescripta can. 1182 de earum administratione et ratione Ordinario reddenda; et collectores abstineant ne a vexatoris et odiosa requisitione.

12. Circa missarum stipem quomodo serventur quae can. 831 praescribit de taxa synodali;

quae can. 835 de non colligendis a sacerdotibus missis, quibus intra annum ipsi satisfacere nequeant;

quae can. 841 de transmissione ad Ordinarium missarum exuberantium;

quae cann. 843 et 844 de libro tam personali quam ecclesiarum proprio pro missis adnotandis.

13. An Inventaria immobilium, mobilium ct sacrae supellectilis uniuscumque ecclesiae, parochiarum, capitulorum, confratemitatum aliorumque piorum locorum, quae canonice erecta sint, confecta in duplici exemplari. alio pro pio opere, alio pro Curia episcopali habeantur iuxta cann. 1296. 1522.

Cautum ne sit, et quomodo, ne morte rectoris ecclesiae, aut superioris pii operis mobilia et supellectilis disperdantur aut subtrahantur. Cann. 1296. 1300- 1302.

14. An Episcopus archivum habeat ad tramitem cann. 375-378 erectum et custoditum; et cum documentis ct libris de quibus in cann. 470 § 3. 1010. 1047, 1107; a quo tempore documenta incipiant, et an pergamenae et incunabula habeantur; catalogine confecti sint;

an aliud quoque secretum archivum, vel saltem armarium obseratum, in qua scripturae secretae custodiantur, servatis regulis cann. 379-380.

15. An ecclesia cathedralis, collegiatae, paroeciales. confraternitates et pia loca canonice erecta, sua quoque archiva detineant, cum documentis cuicumque piae causae propriis, cum inventariis mobilium et immobilium ct cum catalogo omnium documentorum;

ct exemplar eiusdem catalogi exhibitum ne fuit Curan. 383V°p3 ° Curiae repositum iuxta

* **Ad Ordlnartonm commoditatem «quernea canones Codici» ruri· coaonici hle reteruntur:**

Cas MO II. Omnes Episcopi *tenentur ungulis quinquenniis relationem* **Summo Pontifici** *facere nper statu dioecesis sibi tomt-.ls»e »feundum formulam ab Apotloiica Sede datam* **(efr. can. 215. | 2. 319, | 2).**

I 2. *ncr.t fixa et communia, atque computantur a* **die** *1 lanuard 1911;* **ia** *prtmo quinquennii anno relationem exhibere debent Epiicopt* **Jtaiise, tendorum Conicae, Sardiniae. Siciliae.** *Melitae, ei* **aliarum minorum** *adxacenttum: te altero, Episcopi Hiipasae, Portugallia, Galliae, Belgii, Hollandiae. Anglice,* **Scotiae** *et Hiberniae,* **cum inulis cdiacentibui; te tertio, ceteri Europae** *Episcopi* **cum insulis adiaeenttbus; te** *quarto, Episcopi* **tothu Amencee** *et tnnlsrum cdiacentium:* **te çuinto.** *Episcopi* **Atetcoe. Asiae,** *Anitrchae et insularum his orbis partibus odiacenttum.*

I 3. Si armi *pro exhibenda relatione assignatus inciderit ex* **toto pel ex** *parti* **m** *mtne,* **£pucoptu pro w** *abmittt* **potest.** **pTTT^ur;** *biennium* **ab initio dioecesis reyt-ea rke a co-Jic.mda et exhibenda** *relatio*

Can. MI. I 1. **Omne»** *rHatlonem exhibere tenentur* _____ r_____ *Petri et* **Pauli lepulcra reneratari, accedant et Romano Pontifici** *le riitar.t*

J 2 *Sed* **RptKOpu gui extra Europam wnt. pennittiter ut alterni· gsinyaeanits.** *ideit wigults* **decennii·, Urbem** *petant.*

Can M3 *Episcopus debet* **jrcedictae obligationi «atUfacere** *per te tel per Coadtutartm.* **«i puem habeat. aut,** *es* **fusti» -curts e** *Sancta Sede probandis. per* **idoneum** *taeerdolem* **Qui in erxteem Episcopi dioccert** *resideat.*

Cap. III. *Dc fide et cultu divino.*

16. Utrum graves errores contra fidem serpant inter dioecesis fideles; vel aliqua praxis superstitiosa aut ab institutis catholicis aliena in dioecesi vigeat; an modernism!. theosophismi, spiritismi lues dioecesim infestet, et an aliqui c clero eisdem erroribus infecti sint. Quaenam huius mali fuerit, vel adhuc sit causa.

Adsitne *Consilium a vigilantia,* quot personis constet, et quo fructu munera sua expleat.

An professio fidei cum iuramento antimodernistico exigatur, et ab omnibus ad quos spectat fideliter praestetur iuxta can. 1406 et decretum S. Officii 22 Martii 1918 ILE 801.

17. Utrum divinus cultus libere exerceatur; sin minus, unde obstacula proveniant: a civilibusne legibus. &n ab hostilitate perversorum hominum, vel ab alia causa: quaenam ratio suppetat ad ea amovenda, et num adhibeatur.

18. An Ecclesiae lura circa coemeteria sarta tectaque sint, et canonicae de his leges servari possint, et serventur. Cann. 1205 seqq.

19. Utrum in cultu divino, in Sanctorum, sacrarum imaginum et reliquiarum veneratione; in sacramentorum administratione; nec non in sacris functionibus, sive quoad ritus sive quoad linguam et cantum, leges canonicae ac liturgicae serventur.

An in his, et quaenam, irrepserint singulares consuetudines; sitne cura ut prudenter submoveantur, an potius tolerentur, et quanam de causa. Can. 731 seqq.; can. 1255 seqq.

Adsintne in ecclesiis picturae, statuae aliaque a sanctitate loci aliena, vel minus consona liturgicis legibus; ct quid fiat ut amoveantur. Arceanturne semper a domo Dei profani conventus, et nundinae etiam ad pias causas. Can. 1178.

20. Utrum numerus ecclesiarum in singulis oppidis vel paroecis fidelium necessitati sufficiat

21. An generatim ecclesiae mundae sint, decenter ornatae et supellectili sufficienti instructae.

Adsintne egentes, squalidae, fatiscentes, et an et quid agatur ut reficiantur.

Recenseantur ecclesiae, si adsint structurae arte, picturis aut pretiosa supellectili insignes: et dicatur
432 num congrua de his omnibus cura adhibeatur./

22. An ingressus in ecclesias, dum sacra aguntur, sit, prout debet, prorsus absolute semperque gratuitus. Can. 1181.

23. An ecclesiae rite custodiantur ne furtis et profanationibus obnoxiae fiant:

et eae in quibus SS. Eucharistia asservatur, praesertim paroeciales, quotidie per aliquot horas fidelibus pateant iuxta can. 1266:

quomodo observentur: cann. 1267 et 1268 circa custodiam SSmi Sacramenti in uno tantum loco et altari; et circa decorem et ornamentum praecellentissimum altaris eiusdem;

can. 1269 circa tabernaculi statum;

can. 1271 circa lumen coram SSmo.

Cap. IV. *De* iis *quae ad Ordinarium pertinent.*

24. Indicet Ordinarius quibus redditibus ipse qua talis fruatur, sive sint ex bonis immobilibus, ex publico foenore vel aerario, ex incertis Curiae, ex dioecesis contributione, sive ex aliis causis: et an sibi sufficientes sint;

qualem domum episcopalem inhabitet, et cum quibusnam convivat:

an ct quale cathedraticum exigat iuxta can. 1504:

an et quales alias exactiones forte imposuerit iuxta cann. 1505, 1506:

utrum aliquo aere alieno sive qua Ordinarius, sive qua persona privata gravetur; et qua ratfone eius extinction! consulat.

25. An episcopales aedes et bona mensae sive mobilia sive immobilia, accurato inventario confecto, curaverit iuxta praescripta cann. 1483. 1299 § 3 et 1301.

26. An in ultima sedis vacatione praeter Vicarium Capitularem oeconomus quoque constitutus fuerit pro mensae bonis: et res bene gestae fuerint iuxta cann. 432. 433.

27. Quomodo residentiae legi satisfaciat; qua frequentia pontificalia peragat, conciones habeat et pasto-

raiibus litteris clerum et populum instruat; quomodo caveat ut ecclesiasticae leges notae fiant, et ut ab omnibus fideliter serventur. Can. 336,

28. Qua frequentia sacramentum confirmationis administret; et quomodo provideat, si ipse per se omnium necessitatibus consulere nequeat.

Serventurne in huius sacramenti collatione regulae de aetate confirmandorum et de patrinis./ 493

29. Quot in quinquennio sive per se sive per alium ad sacros ordines promoverit Et an servaverit leges de non promovendis *a)* qui necessarii non sint vel utiles iuxta can. 9b9; b) qui saltem integrum theologiae curriculum in Seminario non peregerint Can. 972 § 1.

An numerus ordinatorum par fuerit necessitati dioecesis.

An aliquem incardinaverit, qua de causa, et num iuxta legem can. ill seqq.

30. An servatae sint regulae can. 877 seqq. in concedenda facultate vel licentia sacramentales confessiones audiendi;

et can. 893 seqq. circa casus reservatos.

31. Circa sacram praedicationem, an consuluerit ut iuxta Const S. P. Benedict XV [LE 38] et normas a S. C. Consistoriali datas die 28 Iunii 1917 [LE 42] omnia rite proceaerent; ac maxime ut servarentur praescripta can. 1340 seqq. circa licentiam conceaendam el can. 1347 circa moaum et argumentum condonandi.

An curaverit ut votum a can. 1345 expressum de brevi aliqua homilia in omnibus missis festivis habenda sensim ad effectum ducatur.

32. An et quo fructu avertere pro viribus studuerit fideles a nuptiis cum acatholicis. infidelibus, aut impiis iuxta cann. 1060. 1064, 1065. 1071.

33. An in quinquennio totam dioecesim ipse per se, aut per alium visitaverit iuxta cann. 343-346.

An praeter loca et res, libros et archiva, personas quoque clericorum visitaverit, eos singillalim audiendo, ut cognoscat quae sit uniuscuiusque vitae ratio, quae confessionis frequentia etc.

An inspexerit quoque quae habentur circa legatorum adimplementum et missarum manualium satisfactionem ac stipem, ct an constiterit omnia ad legis normam procedere iuxta cann. 824-844.

Et si abusus aliquos hac in re detexit, referat

34. Utrum et quomodo dioeccsanam synodum celebraverit. et quando novissima synodus congregata fuerit Cann. 356-362.

35. Si sit *Metropolitanus aut Conferentiarum episcopalium Praeses:* an et quando Concilium et quando Conferentias convocaverit; quinam interfuerint; et quo fructu res cesserit Cann. 283-292.

Ceteri Episcopi: an Concilio provinciali, et Confcrentiis ipsi per se, aut saltem per procuratorem, interfuerint Can. 287.

36. Quomodo se habeat cum civili loci auctoritate; an episcopalis dignitas et jurisdictio sarta tecta ita semper servari potuerit, ut numquam, servilitate erga humanas potestates vel alio modo, detrimentum libertati et immunitati Ecclesiae, aut dedecus statui ecclesiastico obvenerit/ 494

Cap. V. *De Curia dioecesana.*

37. Utrum Curia dioecesana aedes proprias, sufficientes et convenientes habeat; et si non. an et quomodo huic defectui consuli queat

Exhibeatur prospectus officialium Curiae episcopalis, adiectis iudicibus synodalibus, examinatoribus, parochis consultoribus, censoribus librorum, aliisque peculiaribus administris. Can. 363 seqq.

38. De qualitatibus et opere Vicarii generalis et aliorum praecipuorum ministrorum adumbratio aliqua fiat.

39. Quinam sint Curiae proventus sive cx taxis, sive ex mullis pecuniariis, sive ex aliis titulis: et quomodo erogentur.

Cap. VI. *De Seminario.*

40. Si dioecesis Seminario cnreat quomodo consulatur pro comparandis sacerdotibus dioecesi necessariis.

An studium sit seligendi bonae spei iuvcness e dioecesi oriundos, ad clerum indigenam creandum: quo fructu: et ubinam educentur. Can. 1353

41. Si Seminarium adsit, referatur enucleate

o) dc numero et statu eorum qui externam discipli-

» 4f'

nam regunt, qui spiritualiter alumnos dirigunt, qui docent, qui discunt;

b) de statu aedium, et rusticationis domus;

c) de redditibus ct oneribus, hoc est de statu activo et passivo pii instituti;

d) de iis quae videantur necessaria ad meliorem Seminari! statum.

42. Distinctum ne sit Seminarium in maius et minus iuxta can. 1354 5 2.

Et si prudenLa suaserit, aut dioecesis conditio exegerit, ut dumtaxat Seminarium minus seu schola apostolica, uti vocant, constitueretur, dicatur ubinam maiores alumni educentur: num in Seminario proprio provinciali, seu regionali, seu intcrdioecesano apostolica auctoritate constitutum iuxta can. 1354 i 1 Et de eius statu adumbratio aliqua fiat

43. An servatae sint regulae:

can. 1356 circa tnbutum seminaristicum;

can.1357 circa visitationem alumnorum et regulae internas;

cann. 1358, 1360. 13Ô1 circa directionem disciplinarem, oeconomicam et spiritualem;

485 can. 1359 circa deputatos:/

can. 1363 circa alumnas admittendos ct excludendos;

can. 1371 circa dimittendos aut expellendos;

cann. 1364-1366 circa institutionem litterariam et scientificam, praesertim philosophiae et theologiae;

can. 1367 circa pietatis exercitia;

can. 1369 circa spiritum ecclesiasticum fovendum et urbanitatis leges tradendas.

44. An Ordinarius curaverit ut aliquis alumnus pietate et ingenio praestans peculiaria Urbis Collegia, vel Universitates sive facultates a S, Sede in Urbe vel alibi probatas adiret, ut ibidem in studiis perficeretur iuxta can. 1380.

Cap. VIL De *clero* oer.eratim.

45. An clerus generatim habeat quo honeste vivere possiL

An pro senibus et infirmis domus aut saltem subsidia adsint quibus adiuvan possint

46. An habeatur domus propria pro spiritualibus cleri exercitiis: an etiam quo poenitentes recipiantur.

47. Quo fructu Ordinarius curaverit ut clerici omnes ea adimpleant quae recensent

can. 125 circa sacramentalem confessionem et pietatis exercitia;

can. 126 circa periodicum recessum ad spiritualia exercitia;

can. 130 circa examina annualia novorum sacerdotum;

cann. 131 et 448 circa *conferenlias* cleri;

can. 133 circa cohabitationem cum mulieribus;

can. 134 circa communem clericorum vitam, praesertim vicariorum cooperatorum cum suo parocho, can. 476 J 5;

can. 135 circa recitationem officii divini;

can. 136 circa habitus ecclesiastici et tonsurae delationem:

can. 811 circa vestis talaris delationem in missa® celebratione;

can. 137 circa fidciussiones cavendas;

cann. 138-140, 142 circa abstinentiam ab omnibus quae statum ecclesiasticum dedecent, a theatris et spectaculis mundanis et a negotiorum saecularium gestione.

48. An et quot clericis licentiam concesserit, de qua in can. 139 5 3. operam suam praestandi in arcis seu mensis nummulariis parsimonlalibus. cooperativis, ruralibus, aut similibus:

an ratione communis boni, deficientibus laicls, et ob utilitatem religionis id concesserit; et num adhuc hae
496 concessionis causae perseverent:/

an mensae nummulariae, in quibus clerici opus ali•juod agunt, honestate personarum et principiorum tales sint, ut non dedeceat sacerdotem in lis partem habere:

an m iisdem administratio ita recte geratur, ut omne absit decoctionis periculum, in quo sacerdotes convolu-

ti maneant, et quomodo caverit de securitate huius notitiae:

an denique qui hisce arcis applicati sunt a religiosa sacerdotalis vitae praxi deflexerint, ct molestiam aliquam attulerint: et si ita sit, Ordinarius casus proponat et remedia suggerat.

49. An clerus praestet eam quam can. 127 praescribit obedienllam et reverentiam erga Ordinarium suum, et erga Apostolicam Sedem: ct si sint qui graviter deficiunt, cos Ordinarius dcnunciet.

Si adsit in dioecesi clerus diversi ritus ct linguae, quaenam sit inter clericos caritas: ct quaenam Ordinario cura fuerit pro utrisque.

50. An gencratim clerus officia obsequenter suscipiat, quae Ordinarius Iuxta can. 126 eis committit:

an habeantur, qui quamvis viribus polleant, otiosi tamen vivere malunt:

si habeantur qui Universitates lalcas frequentent, an hi servaverint ac servent leges a S. C. Consistorial! ad rem statutas:

et si huiusmodi adsint, cos Ordinarius mdiceL

51. An adsint sacerdotes qui in diariis et libellis periodicis scribant, vel ea moderentur: et qua facultate et utilitate id peragant. Can. 1386 § 1.

52. An adsint de clero qui cum scandalo diaria et ephemerides vel libros legant quae dedecent:

qui factionibus municipalibus vel poDticis indebite se immisceant

qui ad statum saecularem redacti sint, aut per nefas ad illum sponte sua sint regressi. Cann. 211-214:

et quid fiat ad horum malorum remedium.

53. An et quo fructu aliquas ex poenis recensitis in can. 2293 Ordinarius irrogaverit et casus graviores referat

Cap. \TIL *De Capitulis.*

54. Si desit *Capitulum cathédrale,* dicatur quot consultores dioecesani habeantur, et serventurne circa ipsos quae cann. 424-428 statuunt

55. Si *adsit cathédrale Capitulum,* dicatur quot dignitatibus et canonicis constet;/ 427

adsintne officia canonici theologi et poenitentiarii; et serventurne ab ipsis quae cann. 393-401 iubent;

habeantume alii bénéficiât! minores, et quot

56. Exponatur quae sit dotatio Capituli seu beneficiatorum.

In distributionum seu punctaturarum disciplina vigeantne et serventur regulae can. 395.

57. Si adsint canonicalus aut beneficia patronata, curaveritne Ordinarius, et quo fructu, ut patroni spiritualia suffragia loco iuris patronatus, aut saltem loco iuris praesentandi, acceptarent, iuxta can. 1451.

53. Adsintne statuta iuxta cann. 410 et 416.

59. Quot adsint canonici ad honorem: et serventurne de ipsis regulae can. 406.

60. Sede episcopali vacante, quaenam vigeat ratio

servata ne fuit, ultima vacationis vice, disciplina quam cann. 429-443 praescribunt.

61. Dicatur aliquid de modo quo Capitulum sacras functiones peragit, quo se gerit erga suum Ordinarium, et de aliis quae ad eius bonum nomen pertinent

62. Si adsint in dioecesi Capitula, praesertim insignia, vel *Communiae* cleri ad modum Capitulorum. Ordinarius de iis referat analoge ad ea quae pro cathedral! Capitulo sunt requisita.

Cap. IX. De Vicariis *forancis ct parochis.*

63. Referatur an Vicarii foranel adimpleant diligenter ea omnia quae can. 447 praescribit de vigilantia In ecclesiasticos viros sui ambitus seu districtus, de cura ut canonicae leges et decreta Ordinarii observentur» de ahisque:

an paroecias iux'a normas ab Ordinario datas visitent;

ct an quotannis rationem reddant Ordinario de statu sui vicarianis iuxta can. 449.

64. An paroeciae omnes de suo proprio nastore sint provisae: ct «rveturne lex a ean. 460 tata de uno dumtaxat pastore m unaquaque paroecia habendo re^S-

beta qualibet consuetudine et revocato quolibet privilegio.

65. An adsint paroeciae amovibiles, quot, et qua de causa.

An et quot unitae Capitulis sive cathedral!, sive collegiatis. domui religiosae, aut alii morali personae: ct
49B m hoc casu utrum serventur le/ges de vicario curato constituendo cum libero exercitio animarum curae iuxta statuta in cann. 415, 471 et 609 i 1.

Et si religiosus sit parochus, an sarta tectaque sint quae cann. 630. 631 hac dc re praescribunt.

66. An et quot adsint patronatui obnoxiae: an et quo (ructu cura fuerit Ordinario ut patroni spiritualia suffragia loco iuris patronatus aut saltem loco iuris praesentandi acceptarent iuxta can. 1451: sin minus, an in praesentatione servatae sint leges a cann. 1457 seqq. latae, ac maxime a can. 1452 in casu electionis seu praesentationis popularis.

67. An provisio paroeciarum quae sunt liberae collationis fiat per concursum, et qua ratione concursus celebretur. Can 455 seqq.

68. Quibus redditibus parochi vivant, an ex immobilibus, ex publico foenere vel aerario, an ex incertis stolae, et fidelium vel dioecesis contributione.

An commode generatim vivant, et an adsint qui egestate laborant

An domo propria paroeciali, saltem conducta eaque sufficienti, generatim instructi sint; et si non, an studium sit et probabilitas ut ea instrui valeant.

69. An parochi generatim satisfaciant iis quae praescribunt:

can. 463 § 4 circa gratuitum ministerium praestandum iis qui solvendo pares non sunt;

can. 465 circa residentiam;

can. 466 circa applicationem missae pro populo;

can. 467 circa sacramentorum administrationem et animarum salutis zelum;

can. 463 circa infirmorum curam;

can. 469 circa vigilantiam ne errores contra fidem et vitia subrepant;

et circa opera caritatis, fidei et pietatis in paroecia instituenda ei fovenaa;

can. 470 circa paroeciales libros recte conficiendos:

circa exemplaria tradenda quotannis Curiae episcopali;

can. 735 circa *sacra* olea a parochis loco decinti ac tuto custodienda.

70. Circa *baptismum:* an quaelibet ecclesia parochialiy sacro fonte sit instructa iuxta can- 774: et quoties infantes sine periculo aut gravi incommodo ad paroecialem transferri nequeant, an parochus ad proximiorem ecclesiam vel publicum oratorium pro sacramento ministrando ultro libenterque accedat iuxta can. 775.

71. Circa *SSiham Eucharistiam:* an parochis cura sit studiumque indefessum ut, iuxta can. 863, fideles saepius et etiam quotidie pane Eucharistico reficiantur;/

ut iuxta can. 865, infirmi, dum plene sunt sui compotes, S. Viaticum suscipiant;

ut iuxta cann. 1273, 1274 et 1275 cultus SSmi Sacramenti augeatur, excitando fideles ad quotidianam missae adsislenliam, ad visitationem serotinam peragendam, exponendo statis temporibus SSmam Eucharistiam, aliaque utilia peragendo;

ut iuxta can. 854, servata quidem parentibus et confessants debita libertate ad iudicandum de sufficienti puerorum dispositione ad primam communionem, t:dem parentes ne negligant officium suum, et alii abusus ne subrepant.

72. Circa *extremam unctionem:* an parochis cura sit, ut hoc sacramentum ab infirmis recipiatur dum sui plene compotes sunt.

73. Circa *matrimonii* celebrationem: an parochis omnibus cura sit diligens observandi quae praescripta sunt in Codice lib. Π1, tiL VII, circa libertatem status, impedimentorum dispensationem, sacros ritus, et adnotationem matrimonii.

74. Circa *catechesim:* an ab omnibus parochis diligenter serventur quae praescribit:

can. 1330 circa peculiarem catechismum pro prima confessione et communione et pro confirmatione puerorum;

et cann. 1331-1336 de catechismo diebus festis imparticndo tum pueris tum adultis.

75. Circa *crangelii* explanationem: an ab omnibus lex servetur can. 1344;

circa *sacras condones:* an statis quibusdam temporibus sacrae conciones frequentius habeantur ad normam can. 1346. et sacrae missiones locum habeant iuxta can, 1349.

76. An vicarii cooperatores allique animarum curatores suis officiis laudabiliter fungantur iuxta can. 473 seqq.

Cap. X. De *religiosis.*

77. An Ordinarius sive per se, sive per alium, quinquennalem visitationem domorum religiosarum peregerit iuxta cann. 512, 513: et quae notabiliora adnotanda habeat

78. Utrum religiosi sive viri, sive mulieres, vitam communem ducant; an sint qui habitent soli, vel in domibus privatis cum saecularibus, et quo iure;

quae sit in utroque casu eorum fama;/ 500

quaenam pro dioecesi utilitas:

an catechismum tradant si Ordinarius requisierit iuxta can. 1334;

quo habitu incedant.

79. Si quaestuantes adsint, sive viri, sive mulieres, an canonicae praescriptiones cann. 621, 622, 624 servaverint: an aliquod inconveniens acciderit vel aliquid sit de hac re animadvertendum.

80. Si congregatio aliqua dioecesani iuris, vel societas sive virorum sive mulierum m communi sine volis viventium habeatur, Ordinarius de ea, aut de eis, nomen dicat finem, sodalium numerum, utilitatem, et si quae alia observanda habeat

81. Referat Ordinarius an aliquod offendiculum cum religiosis habeat in suae iurisdictionis exercitio.

82. Si adsint religiosi viri ordinibus sacris iam initiati, qui *exclaustrati, saecularizati* aut dimissi a religione fuerint referat Ordinarius quid de ipsis dicenuum iuxta cann. 639. 640. 669 seqq.

83. *De religiosis* muhenbus in specie Ordinarius referat:

a) an observentur canonicae leges circa admisionem ad noviItalum, professionem, clausuram, coniessanos ac bonorum temporauum administrationem iuxta cann. 512, 513. 520-527, 533-535, 547, 549, 550. 552, 600-605;

b) si quae monasteria monialium superioribus regularibus sint sublecta, an in casibus a iure statutis Ordinario subdantur iuxta cann. 500 $ 2 et 615;

c) quae vitae activae sunt quibus diversis operibus se addicant et quo fructu;

d) si sint quae infirmis in privatis domibus adsistant, aut rem domesticam in nosocomiis. Seminariis vel similibus virorum domibus gerant, an cautum sit a periculis quae in his adiunctis obversantur, et an aliquid habeatur deplorandum.

Cap. XI. *De populo fideli.*

84. Dicatur quinam sint generatim populi mores: quaenam vita Christiana privata in familiis: quaenam publica in oppidis et civitatibus: an in externis pompis et solemnitalibus magis consistat, quam in vero pietatis spiritu. Et si sint differentiae notabiles unius loci ab alio, indicentur.

Quid fiat ut Christianae vitae professio, si paululum defecit aut a recta via declinavit, sensim reducatur./ 501

85. Qua reverentia clericos, et maxime Episcopum et S. Pontificem, populus prosequatur. Can. 119.

86. Quae sit observantia:

can. 1248 circa praeceptum audiendi sacrum ct abstinendi ab operibus servilibus diebus festis:

cann. 1252, 1254 circa abstinentiam et ieiunium;

can. 770 circa sollicitam baptismi collationem infantibus;

can. 859 circa communionem paschalem: quot sint ex viris et ex mulieribus qui, cum sint professione catholici. nihilominus eam negligunt, facta proportione pro singulis centenis fidelium;

can. 863 circa frequentem communionem:

cann. 865 et 944 circa extrema sacramenta: an sint inter eos qui catholici censentur, qui haec sacramenta

differunt, negbgunt aut etiam recusant: et dicatur eorum numerus habita proportione pro centenis;

cann. 1203, 1239 seqq. circa crematìonis reprobationem et funera: dicatur servata proportione ut supra. quot ex iis oui catholici dicuntur funeribus mere civilibus seu irreligiosis sepeliantur: an id contigat ex nimietate taxarum stolae, an ex alia causa.

87. Circa *matrimonium:* an matrimonia mere civilia, concubinatus et divortia habeantur, ct qua proportione;

an vitia contra sanctitatem matrimonii irrepserint;

qukl fiat ut haec mala removeantur.

88. Ubi catholici cum acathohcis mixti sunt, et mixta matrimonia habentur, dicatur numerus horum matrimoniorum tum absolutus tum relativus ad matrimonia non mixta: quaenam exmae acinmenia religioni provenant*

an serventur ab his contrahentibus clausulae can. 1061.

89. *De chistiana educatione prolis:* quomodo generatim parentes et qui loco parentum sunt, in sinu familiae satisfaciant gravissimae huic obligationi, oe qua cann. 1113 et 1372: et quae cura sit ne ao hoc officio fideles deficiant

90. De scholü.* an in publicis scholis, praesertim elementaribus, servetur praescriptum can. 1373 oe institutione religiosa puerorum.

Et si non, quolibet de causa,* an cura sit fidelibus et clero instituendi pro catholicis pueris scholas confessionaies, eosque avertendi a senoits acatnolicis, neutris, mixus, luxu can. 1374.

91. De conditione et statu scholarum confessionalium, praesertim elementarium, enucleate referatur*, quomooo sustententur, a quot alumnis frequententur, quahque profectu. Et si scnolae confessionaies institui non potuerint, indicetur causa:/

et dicatur, an per varia opera post-scholana, hoc est oratoria festiva. Congregationes .Marianas, scholas catechisucas, aliisve mocis, cautum pro viribus sit praeservauom puerorum et puellarum.

92. De religiosis piis laicorum associationibus: an adsint in dioecesi tertii Ordines saeculares, et confratemnates, illae praesertim *SSmi Sacramenti* et *Christiae* oocirinae, allaeque piae Uniones potissimum pro iuvenibus: quo numero et quo religionis profectu.

91 An hae associationes servent omnes praescripta,

can. 690 ae sublectione erga Ordinarium;

can. 691 de administrationis modo.

94. An adsint inter caüiolicos associationes illae, quae soc-ales vocantur, agricolarum, operariorum, mulierum In hunc vel alium caritativum finem, vel mutuum subsidium; an asyla pro infantibus, patronatus pro luvenibus. pro emigrantibus etc. circuli pro luventute, laboratory pro artificibus, vel pro puellis etc.: quo spiritu agantur; an directioni et moaeratloni Ordinarii et Apostoiicae Sedis doubler subsint: quaenam beneficia sive moralia sive temporalia praestent

95. An cura sit ut qui hisce associationibus sive religiosis et piis, sive socialibus adscript! sunt, in fidei doctrina instituantur et Christianam vitam ducant

96 An et qua diffusione ephemerides vel diaria obscocna. irreligiosa, moaermstica vel Uberaha dioeceslm pervacant:

an Ubri quoque huius generis diffusi sint:

quid fiat ad tantum malum coercendum et quo fructu.

97. An massonicae sectae addicti, vel etiam massonicae tabernae in dioecesi habeantur: quanta et quali activitate operam adversus religionem moliantur: quid fiat ad occurrendum huic malo.

98. An socialism! societates habeantur: quod numero, quanti momenti et quali religionis noxa: et quid fiat ad hanc avertendam.

99. Utrum in exercitio iurium politicorum et civilium fideles catholici religionis bono et Ecclesiae Ubertati pro viribus consulant

Cap. XII. indicium sintheticum Ordinarii circa dioecesis statum.

100. Denique Ordinarius, omnibus in universum complexis. dicat, praesertim in prima sua relatione, quid actu sentiat de materiali et morali conditione dioecesis, quae ipes melioris status affulgeat, quaenam maiora ra discrimina immineant/

Id sequentibus vero relationibus addat, quomodo et quo fructu ad effectum perduxerit monita et mandata, si quae S. Congregatio in sua responsione ad praecedentem relationem significaverit- et utrum progressus, regressus, an potius idem ferme persistens status in rebus fidei et morum haberi videatur in dioecesi: et quaenam de eo censeantur causae.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 4 Novembris 1918.—C. Card. De Lai, Episcopus SabineiL, *Secr. V.* Sardi, Archiep. Caesarien., *Adscssor.*

1918 NOV 13.-SC RITUUM, INDULT. PART

Facultas utendi paramentis caerulei coloris quotus missa celebretur imm. conceptionis b. m. v.

Quum hodiernus Moderator Regularis Provinciae Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum Cathalauniae a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XV privilegium humillime petierit quo in praedicta universa Provincia sacra paramenta caerulei coloris adhiberi possint quoties celebratur Missa Immaculatae Deiparae Conceptionis; Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo eodem Domino Nostro tribulis, benigne annuit juxta preces, ad proximum decennium: hac vero sub conditione, ut exhibeatur praesens Indultum ante suam executionem in Concellaria Curiae Ecclesiasticae Cathalauniae. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 novembris 1918.—A Card. Vico, Ep. Portuen.. *Praef.* Alexander Verde, S.

1918 NOV 15.-SC PF. el OR. NOT. AAS 10(1918)508-509

NormCatio circa missiones ad delegationes apostolicas CONSTANTINOPOL15, AEGYPTI. MESOPOTAMIAE, PERSLAE ET SYRIAE PERTINENTES

In attesa delle disposizioni che la S. Sede darà a suo tempo in riguardo alie Missioni comprese nei territori delle Delegazioni Apostoliche di Costantinopoli, delTEgitto, della Mesopotamia, della Persia e della Siria.

in relazione ai decreti e alie istruzioni precedent! date dalla S. Sede circa l'invio di Missionari e l'apertura di Missioni di rito latino nelle regioni delTOriente,

al fine che le opere dei sacro ministero tomino a fiorire in Oriente con la ordinata e zelante coopérations dei Missionari latini e per proweaere al necessario e regolare riordinamento delle Missioni medesime;

Ordini e Istituti Religiosi latini, siano maschili, siano femminili, suile seguenti disposizioni:

1. Non è permesso, fino a nuova disposizione, inviare nei confini delle Delegazioni Apostoliche soprain-

Fide o della S. C. per la Chiesa orientale, second© la loro destinazione.

I permessi rilasciati prima della guerra ai Missionari non si intendono revocati. I rispettivi Superiori perô son tenutl ad inviare alla S. Sede i nomi di tali Misdono ritornarvt

2. 1 Delegati ApostoUci e gli Ordinari sia latini che orientali non permetteranno nel territorio della propria rlspettiva Delegazione e Ordmariato la celebrazione dei divini uffici c Vesercizio di qualsiasi ministero ai religiosi latin! che non abbiano il permesso prescritto/ della S. Sede, nè senza tale permesso consentiranno ai medesimi religiosi ed alie religiose di esercitare qualsiasi altro uflicio, e parimenti non permetteranno che nclla propr.a Delegaaone e Ordinariato dai Religiosi Missionan e daUe Religiose Missionarie, senza l'auto-

rizzazione scritta della S. Sede, si apra alcana nuova Missione, Opera o Residenza.

Quelle Missioni. Opere e Residenze che già eslstevano regolarmcnte prima della guerra non potranno riaprirsi senza il consenso del rispettivo Delegato Apostolico.

Roma, 15 novembre 1918.—G. M. Card, van Rossum. *prcfttto della S. C. di Prop. Fide.* Nicola Card. Marini, *Segretario della S. C. per la Chiesa Orientale.*

130

1918 NOV S4. COM. INTP. RESP. AAS 11 (1919) 75-76

Dubium de vi. post codicem, normarum conc. baltimo-
REXS1S CIRCA NOMINANDOS ADMINISTRATORES DIOECESANOS

Vide rexium infra sub die 1919 Feb 22: LE 153.

131

1918 NOV 24.-COM. INTERPRES. RESP. PART.·

Dcbia: 1 - De translatione cadaverum et celebratione missae in domo. 2 - De disciplina choiuli Urbis. 3 - De excusatione a caono cAxoxia S. Theologiam vel ids canonicum in Seminario wcixns. 4 - De dimissione religiosorum qui vota ante Codicem emiserunt

1. 1. Utrum periculum offensionis, vulgo *malumore,* ex parte fidelium et cleri sit ad normam canonis 1215 Savis causa, quae excuset a transferendis cadaveribus delium e loco, in quo reperiuntur, ad ecclesiam ubi funus persolvatur.

2. Utrum facultas celebrandi Missam in domo privata sit ab Ordinario, ad normam canonis 822 § 4 interpretanda restrictive.

Resp.: Ad 1“ *negative,* et consuetudinem, prout exponitur ab Ordinario Suessano, esse reprobandam.

Ad 2e *affirmative.*

IL Utrum decretum S. C. C. diei 30 nov. 1910 Decorem *domus Dei* de disciplina chori in Urbe servanda, [AAS 2 (1910) 959-961], adhuc vigeat.

Resp.: *Affirmative.*

IIL 1. Utrum Canonici dioecesis Ibusensis, qui obligationem habent ex edicto praebendae adnexam, docendi S. Theologiam et ius Canonicum in Seminario, excusentur a choro etiamsi scholam habeant extra horas servitii choralis.

Et quatenus, affirmative:

2. Utrum excusentur diebus festis aut in quibus scholae vacant, imo etiam tempore feriarum.

Resp.: Ad 1B *affirmative,* amissis tamen distributionibus quotidianis.

Ad 2’ *negative.*

IV. — Utrum vota religiosa emissa ante promulgationem Codicis sint moderanda quoad modum dimissionis religiosorum et quoad effectus dimissionis a iure antiquo vigente ante Codicem.

Resp.: *Affirmative.*

Facta autem Ssmo D. N. Benedicto div. Prov. Pp. XV de his omnibus relatione ab infrascripto Commissionis Secretario in Audientia habita die 1 decembris 1918. Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare dignata est.—Alolsius Sincero, *Secr.*

• **ME 31 (1919) 175-176. Adn. P. BATTISTINI In EL 34 (1920) 411-418; J. 8. In NrT 46 (1914-19) 558-561; REGAT!· (1919) 176-177. Vid« Inire Responsa eiusdem Comm. Interpretis ob 1919 Oct. 16 in AAS, nonnullis mutatis, edita: LE 210 super iisdte esterils.**

132

1918 NOV 30.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

DUBIUM ORCA CLAUSULAM ALIENANDI t IN FAVOREM MAIORIS OBLATORIS » IN RESCRIPTIS PONTIFICIIS APPOSITAM

Dubium - *Beatissime Pater,* Rev. P. Custos Missionis Ordinis FF. MM. Capuccinorum Argentines et Chilen. Regularis Provinciae Navarrae, ad pedes S. V. provolutus, exponit: Syndicum Apostolicum Conventus S. Jacobi Chilen., vigore facultatum ab hac S. Congr. die 2 febr. 1912 P. Moderatori Provinciae Navarrae concessarum, alienasse sub die 31 maji 1917 fundum de quo in citato rescripto sermo fiebat; et quidem postquam alienatio publice nota reddita est. aestimatione fundi a viris peritis facta, non minore pretio quam quod a peritis statutum est, ac tandem « favore majoris oblatoris › ut ferebat clausula rescripti pontificii de quo supra.

Nunc autem praefatus P. Custos, ad tollendam aliquam animi perplexitatem humiliter postulat ut sibi dubium declaretur: « An exposita clausula (alienandi nempe favore majoris oblatoris) importat veram et propriam licitationem, seu venditionem quae appellatur sub hasta; vel utrum ad venditionis validitatem in casu sufficiat privata adjudicatio majori oblatori. Superioris judicio, facta ›. Et Deus, etc.

Resp. - Vigore specialium facultatum a SSxno D.no Nostro concessarum, S. Cong. Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, mature perpensis omnibus ad rem facientibus, praeposito dubio rescribendum censuit prout rescribit: ‹ *Negative* ad primam partem: *Affirmative* ad secundam partem ›.

Romae, die 30 novembris 1918.—C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Praef.* Vine. La Puma, *Subsecr.*

• **Ordini F. M. ùp.: AOMCap 35 (1919) 35,**

133

1918 DEC 1.-SECR. STATUS, LIT. CIRC. PART.·

De MODO MITTENDI LITTERAS S. OFFICIO

Cum res, quae ad Supremam Sacram Congregationem S. Officii deferri solent, graves sint plerumque et in iis versentur quae nullo modo debeant nec sine scandalo possint, ab aliis resciri, opus est ut earum delationes summa prudentia summaque cautione fiant, ne in manus incidant perditorum hominum ad ea omnia semper perpetranda paratorum, quae vel in detrimentum animarum vel in religionis sacrorumque Administrorum obtrectationem verti possint.

Quam ob rem Beatissimi Patris ea voluntas est, ut quotquot sunt in orbe catholico Archiepiscopi ct Episcopi. suo quisque clero, iussu Apostolicae Sedis, praecipiant. gravi poena transgressoribus constituta, ut nullam prorsus denuntiationem ad praefatum Sacrum Supremum Tribunal per cursorem publicum (vulgo per *posta)* ipse clerus mittere queat aut *per fideles mitti permittat,* sed suo quisque Ordinario, per sigillum clausam, tradendam curet.

Episcopi vero, cum litteras acceperint quae ex exteriore inscriptione appareant eidem sacro Tribunali destinatae, eas. non tactas» alio includant involucro (italice busfa). inscriptasque mittant Cardinali a Secretis Status Sanctitatis Suae, qui, nulla interposita mora, eas, similiter integras. Sancto Officio transmittendas curabit.—P. Card. Gasparri.

• **ME 31 (1919) 79-80.**

134

1918 DEC 7.-SC SACR., RESP. AAS 11 (1919) 8

Circa usum adhibendi pro ss eucharistiae sacramento hostias a duobus mensibus contectas

Relatum est huic S. Congregationi de disciplina Sacramentorum in nonnullis Dioecesibus quosdam Vicarios Foraneos. aut Decanos, vel Parochos solere singulis duobus vel tribus mensibus hostias comparare easque distribuere in propriis et filialibus Ecclesiis pro Missae sacrificio peragendo ac pro fidelium eucharistica communione. Elapso hoc temporis spatio, nova fit acquisitio et distributio hostiarum, quae pariter duobus vel tribus mensibus sufficiant, ac ita deinceps. Et exquisitum est an probari possit huiusmodl praxis adhibendi, pro SSfno Eucharistiae sacramento, hostias n tribus vel duobus mensibus confectas.

Haec S. Congregatio, omnibus mature perpensis, proposito dubio respondit: *negative, et servetur praescriptum Ritualis Romani et Codicis Iuris Canonici.*

Rituale Romanum (tit. IV, cap. I, *De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento)* haec praecipit: « Sanctissimae c Eucharistiae particulas frequenter renovabit (paro- ı chus). Hostiae vero seu particulae consecrandae sint ‹ recentes; et ubi eas consecraverit, veteres primo dts- c tnbuat vel sumat ».

In Codice Iuris Canonici haec statuuntur: Can. 815: t panis (pro Missae sacrificio) debet esse mere triti- c cens et recenter confectus ita ut nullum sit periculum c corruptionis. Vinum oebet esse naturale ae genimine c vitis et non corruptum ». Can. 1272: « Hostiae conse- ‹ eratae sive propter fiaelium communionem, sive prop- ‹ ter expositionem Sanctissmu Sacramenti et recentes « sint et frequenter renoventur, veteribus rite consum- c pus ita ut nullum sit periculum corruptionis, seauio f servans instructionibus quas Ordinarius loci hac de ‹ re dedent ».

Propter maximam autem quae debetur reverentiam erga SS. Eucharistiae Sacramentum mandat haec S. Congregatio ut in cunctis ecclesiasticis Dioecesium ephemeridibus datum responsum eoaiur. quo facinus omnibus patescat et ab üs, ad quos spectat, fiaeliter ac religiose servetur.

Datum ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 7 decembris 1^18.—Ph. Card. Givstini, *Praej,* A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secr.*

Ada. RE3ATILLO n. 385; ME 31 (1919) 59-60.

OFFICII, DECR. AAS 11 (1919)

Damnantur **DUO OPUSCULA E BONAIUTI**

Feria /V, *die 27 novem*brts *1913*

In generali consessu Supremae huius Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales damnarunt ac proscripserunt et m Indicem librorum prohibitorum inserenoa esse decreverunt opuscula:

1. Ernesto Bonaiutt, *La* genesi della dottnna *agostiniana* intonio al peccato originale. Roma. Tipografia dei Senato di Giovanni Bardi. 1916.

2. Ernesto Bonaiutt, SanfAgojhno. A. F. Formiggini. Editore in Roma. 1917.

Et insequentl feria V. die 28 eiusdem mensis et anni. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus divina Providentia Papa XV. in audientia R. P. D. Assessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit ac publicari ius-

Datum Romae in aedibus Sancti Officii, die 14 decembris 1918.—A. Castellano. S. R. et *U. I. Notarius.*

1918 DEC 14.-SC CONC. RESOL. AAS 11(1919)128-113

WRATISLA VIEN.

Constitutionis tribunalium ecclesiasticorum et assumptionis **LAICORUM IN OFFICIUM IUDICIS ECCLESIASTICI**

14 decembris 1918

Species facti. - A Rfho Episcopo Wratislavlensi duo iponuntur dubia circa constitutionem tribunalium ccc iasticorum illius Curiae. Primum, utrum permittere debeat quod m tribunalibus ecclesiasticis partem habeant cum roto deliberatiro in causis matrimonialibus et contentiosis (exclusis utique criminalibus) lurisperiti lalci. iuxta praxim quae ibi dicitur vigere ex consuetudine 170 annorum. In altero dubio fit similis quaestio de interventu laicorum, in ture et in sacris canonibus peritorum, qui in ludiclis ecclesiasticis partem habeant tamquam Auditores ad Instruendas causas (exceptis criminalibus) vel tamquam Assessores cum voto consultivo.

Quoad substantiam, haec est historia factorum prout cx aocumentis exhibitis in actis eruitur: 1· Numquam fuit a Seue Apostolica ibi concessum, ut lalci pariem haberent in ludiclis ecclesiasticis quibuscumque *tamquam veri* indices cum *voto deliberativo;* sed haec praxis ortum ducit ex saecularizationc facta in Borussia, ex qua tribunalia dioccesana fuerunt suppressa, ac oeindc a. 1812 fuerunt quiuem restituta, sea cum *subordinalione* ad potestatem civilem, quae suborainatio praesertim acta est per immixtionem iuoicum laicorum. 2° Quod nititur concessione Pontificia, id tantum est, m ea oioecesi haberi secunuam et tertiam instantiam appellationis, prout primus concessit Benedictus XIV per Livieras in forma Brevis *Paterna pietatis,* a. d. 1 augusti 1 ‹48; atque in secunoa et tertia instantia ita concessa « posse aascisci in auxilium actsessores slvc « auaitores ecclesiasticos vel saeculares sacrorum ca- « nonum peritos, qui *tamen omni voto deliberativo seu* ‹ *decisive destituantur* ·». Hae postremae concessiones factae sunt ad necennium per breve Pii IX *Paterna aucti chantate,* 12 lanuarii anni 1855; deinde per aliud breve anni 1864 prorogatae sunt ad aliud aecennium. Sed finito hoc alio decennio non apparent amplius prorogatae; cuius fortasse causa quaerenda est in persecutione sub nomine *Kulturkampj* celebri, qua saeviente Episcopus a Gubernio vi aepulsus est. Certe neque petiuo neque concessio prorogationis habetur in mera nolificaiione nominum iuoicum prosynodalium singulis trienniis electorum, facta primum Nuntiaturae Viennensi, ac deinde S. Congr. Concilii.

Animadversiones. - Qui super hanc facti speciem scripsit RÆus Consultor, censet, ln prunis, nullatenus esse legitimam nec m posterum tolerandam consuetudinem admittendi laiccs tamquam veros iudices *cum voto deliberativo.* Ad quod probandum provocat ad textum iuris Decretalium et ad praescripta Codicis Iuris Canonici.

Sane ex iure Decretalium lalci omnino sunt excludendi

tudlc IL 1. cap. 18. X. *dc loro compct.,* Π. quippe incompetentia ln eo habetur, qui ne i quidem habet, at lalci lurisdictionem ecclesiasticam, quae necessaria est ad decidendas causas ecclesiasticas, habent nuiiam; immo ne illius quidem habendae sunt capaces, sed prorsus incapaces, ac talis incapacitas solum per specialem et extraordinariam Rom. Pontincis provisionem m causa particulari aulerri potest (cf. Schmalzgr.. I. tiL XXIX, n. 14; II. Ut. I, n. 83 I 1). At talis extraordinaria et mira provisio. quae permanent! modo laicls personis daret lurisdictionem spiritualem ad decidendas causas ecclesiasticas .ln documentis auigatis non continetur, quin potius ln iis constanter excluduntur laid a suffragio decisive habendo, prout ex verbis quoque supra relatis liquet. *Absoluta* **Lictionem**

Quod autem Codex exigat, ut omnes iudxces sint clerici, immo et sacerdotes, est res manifesta (can. 1573. § 4, 1574. I 1). Nec minus perspicue cnunUatur in Codice principium iuris pubbcl ecclesiastici, quo Ecclesiae vindicatur ius proprium et exclunvum cognoscendi de causis spiritualibus et spiritualibus adnexis (can. 1453), quae proinde sunt decidendae dumtaxat a iudicibus jurisdictione spirituali praeditis. qua laid non sunt capaces./

Quodsi ab Episcopo Wratislavlensi casus ita proponitur, quasi Interventus judicum laicorum in decidendis per suffragium deliberativum causis ecclesiasticis, fundamentum haberet in consuetudine 170 annorum, hic titulus nullo modo est habendus ut legitimus. Nam, praescindendo a iure Codicis et insistendo turi Decretalium, sub quo orta fuisset illa consuetudo, certum est per consuetudinem legitimo tempore praescriptam adquin posse lura etiam spiritualia: at ad adqulrenda lura spiritualia ante omnia requiritur capacitas tn sublecto: iam vero lalci spiritualis jurisdictionis sunt incapaces, ergo illam per consuetudinem quovis tempore praescriptam acquirere non possunt (cap. 7. X. dc prescript., Π. 26). Praeterea improbatur in iure. Ita ul nequeat praevalere, ea consuetudo, per quam ** disrumpltur " nervus ecclesiasticae disciplinae videlicet per quam impeditur observantia bonorum morum vel subvertitur ordo ecclesiasticae hierarchise (cap. 5. X, dc consuet., 1. 4: Reiffensluel, in hunc tit., n. 56. &7: Suarec, De legibus, lib. 7. cap. 6. n. 8 sq.): iamvero talis subversio habetur per usurpationem spiritualis lunsdlctionis a laicls factam. Item reprobatur ea consuetudo, quae est adversus immunitatem et Ubertatem ecclesiasticam, adeo ut consuetudo adversus Ubertatem ecclesiasticam ellam immcmorialls, si sola sit, et nullo privilegio aut fama] rivilegii Apostollci adiuvetur, non possit immunitati qui U rtati ecclesiasticae derogare iRelffenstuel. 1. c. n. 81 sq.?. Haec reprobatio expresse habetur cap. 1. 3. 5. X. dc consuetud., I. 4; item cap. 4. X. dc electione, I. ct cap. 8, X. de Iudiciis. II. 1. Iam vero est manifeste cōntra libertatem, indepcndentiam et immunitatem Ecclesiae, quod haec in lWdis de rebus ecclesiasticis et spiritualibus, maneat subtecta cuivis intrusion! potestatis laicae et indicum laicorum, per quos causae ecclesiasticae decidantur.

Ceterum quaestio de vi consuetudinis est quaestio luris privati, quoad leges nimirum respicientes internum societatis regimen. At in casu intrusio ludicum saecularium tn causas ccc «esi xs.icas, esset facta per usurpatinnem notwutln clvlll*. ut apparet ,, brevi ÆtorU m

ciraemLw. quo posito, quaestio hncc, iam non est quaestio luris privati, sed quaestio iuris publici, i. e. de Indepen- dents EcHesiae a potestate civili. In quaestione autem luris publici ne cogitari quidem potest consensus legalis Superioris legislatoris ecclesiastici, qui est necessarius ad hoc ut consuetudo facti per viam praescriptionis transeat tn consuetudinem iuris: in toll enim casu consensus legalis contineret illicitam approbationem usurpationis, efficere- turque inde, ut " per fortunatam facti inlustitiam iuris " sanctitati legitime detrimentum inferri posset " (Prop. 61 damn In *Syll. PH IXL* Cui consensui legali, etiam ex alia
111 ratione vix in tali/ causa locus esse potest, quia videlicet Superiores ecclesiastici, quando non resistunt violationibus factis per potestatem saccularem, id unice faciunt ad vi- tanda maiora mala, non animo probandi.

Tandem quum Illa participatio iudicum saecularium In decidendis causis ecclesiasticis ortum ducat ex usurpatione potestatis civilis, ct haec vi suae iurisdictionis lalcae *ct profanae* HJam usurpationem perpetraverit, Iudlces laid vi hirüdirtionü laicac *ct profanae* partem haberent in deci- dendis rausis ecclesiasticis et spiritualibus: quae praetenslo est omnino Irrationabilis ct ideo non potest cadere sub ap- probationem legislatoris ecclesiastici, licet hic per se possit, «altem transeunter et ad aliquem actum, alicui lalco de- legare iurisdlctionem spiritualem.

Hinc apparet consuetudinem propositam, non aliud me- reri nomen nisi abusus, idtroque esse Irritandam, ut tribu- nalibus ecclesiasticis sua libertas ct independents resti- tuatur.

Relate ad alterum dubium, utrum in futurum laid ho- mines. In fure et in canonibus periti, admitti possint tam- quam Auditnres ad causas instruendas, vel tamquam As- sessores cum voto consultivo: negari non potest, praxlm vigentem in Curia Wratlslavdensi fuisse in suo initio legiti- mam. quipoc Introductam ex Induito Pontificio contento ln brevi Pii IX (a. 1855) et In prorogatione ad aliud decen- nium facta a. 1864. Nova tamen prorogatio deinde non In- venitur esse facta, ideoque favor concessus dicendus est cessasse ab a. 1874. Ergo, quum novus Codex tam pro Auditoribus, quam pro Assessoribus exigant ut sint sacer- dotes. d^umpti cx iudldbus svn»xia'ibus (cann. 1575. 1581). quoad futurum tempus, sub disciplina iuris per Codicem Inducti, videretur dandum quooue responsum negativum.

Nihilominus animadvertendum est in iure Decretalium non fuisse prohibitum, quominus *Assessores* desumi possent cx hiris, sed potius fuisse permissum. Id communiter a I>c»nribus deducitur ex cap 11. de rescript., I. 3. in 6 cfr. Rdffe^stuel. lib. II. tit. 1. n. 22· Bnuix. de iudic., I. pag. 453· Wemz. Ius *Décret.,* XT. η. 148. Cujus rei ratio redditur, aund A«e<v\r nullam debet exercere lurisdictioncm. cuius laid sunt incapaces.

At. ob rationem contrariam. *Auditor,* cui committitur causae instructio, exercitium habet iurisdictionis reelesia- rJcae. sine qua plurimi actus instructionis cau<sae fieri ne- queunt: ideooue lalci muneris Auditoris gerendi sunt Inca- paces (cf. epist. encycl. S. Congr. Immunit. 3 octobris 1832 et responsum eiusd. S. Congreg. 4 martli 1855: Bouix. l. c.. pag 463. Wemz. I. c., n. 141).

Iam ex his videtur deducendum etiam in dioecesi Wra-
2 tKhvfcnsi/ non posse ounad futurum admitti, ut adhibean- tur lalci tamquam *Auditores* ad instruendas causas eccle- distfca«. quia concessio illi Curiae factae, post annum 1874 quo Indultum ea de re datum expiravit. non fuit rennvata: per consuetudinem autem fleri non possit ut laicus iuris- dlctionem spiritualem obtineat.

Quoad Attessores, licet valeat ratio de concessione non rennvata. nihilominus, quum cesset altera ratio de nece«ftate Jurisdictionis spiritualis et Insuper iure Decre- talium non fuerit prohibitum assumere laicos In munus As- sessoris. urgeri posset pro Curia Wratlslaviensl ratio con- šuetudini plus quam centenariae. Ideoque ad praescripta ran. 5. concludi, consuetudinem hanc, tametsi Codici con- trariam. tolerari posse si Ordinarius aestimet eam prudenter «ubm^veri non posse. Nihilominus nemo non videt quot incommoda multis in circumstantiis oriri possint, si lalci h consiliarios ab Hcnc ludice assumantur. Nam. prae- temuam quod non semper lalci. etiam Ln ture canonico œr.tl. prinrjpfa sana et firma de potestate Ecclesiae ha- bent. obnubilari videtur, sl tale consilium ineatur, perfecta {-dependentia Ecclesiae in suis negotiis: et certe iudlces bid nnn assumunt sacerdotes in consiliarios seu assessores pro neentils civilibus et profanis decidendis: praeterea de- ñ« est. ut sacerdotes sint plures In Iure canonico ac etiam civili bene periti, quibus reserventur negotia ecclesiastica, vel quae aliquam necessitudinem praeseferunt cum Jure rtvfli. prout e contrario videtur Incongruum dignitati Ec- e'etfae. ut Indigeat opera Jurisperitorum laicorum pro cau- tis ecclesiasticis decernendis.

Ex quibus omnibus deducendum videtur etiam ad secun- dam dubium esse dandum responsum negativum, seu in Auditores et Assessores non posse assumi laicos.

Resolutio. - Porro, propositis in plenariis comitiis S. Congregationi Concilii, habitis in Palatio Apostolico Va- ticano. die 14 decembris 1918, dubiis ab Episcopo Wra- tislaviensi hisce formulis deductis nimirum:

I. An *consuetudo, per J70 annos usitata, qua* in tri- taftaiibuj *dioecesis Wratislaviensis admittuntur iurisperi'i laid cum voto deliberativo* in causis matrimonali- buj *et contentiosis — exclusis semper criminalibus — legitima dici et deinceps tolerari possit;*

II. An in juturum laid homines, in iure et in canonibus periti in iudidis ecclesiasticis admitti possint tamquam Auditores ad causas instruendas, praeter criminales, vel tamquam Assessores cum *voto consultivo in iis causis, quae aliquo modo connexae sunt cum legibus civilibus;/*

Emi ac Rvmi Patres respondendum censuerunt:

Negative ad utrumque.

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Bene- dicto Div. Prov. Pp. XV relatione per infrascriptum S C. Secretarium, in audientia Insequentis diei, 15 eiusdem mensis. Sanctitas Sua datam resolutionem approbavit et confirmavit—I. Mori, *Secr.*

Adn. ME 31 (1919) 168-171; PrM 10 (1922) 64-65.

137

1918 DEC 17.-SC REL., INDÜLT. PART.·

Facultas destinandi duos conventus eiusdem provinciae **RELIGIOSAE IN LOCUM NOVITIATUS**

Preces: *Beatissime Pater.* Moderator Provinciae Re- gularis Tirolis Septentrionalis. Ordinis FF. Min. Capuc- cinorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humi- liter implorat facultatem destinandi, ad normam Cano- nis 554, § 2, duos Conventus: Salisburgensem necnon Brixiensem in locum Novitiatus. - eo quod Domus No- vitiatus jam existens in loco < Klausen » non sit suffi- ciens et apta ad hoc, ut ibi collocentur omnes Postulan- tes et Novitii qui nunc, bello finito, ad Claustra redeunt Et Deus, etc.

Rescr. - Vigore specialium facultatum a SS.mo Do- mino Nostro concessarum. S. Congregatio Negotiis Reli- giosorum Sodalium praeposita, audito voto R, P. Procu- ratoris Generalis. Rev.mo P. Ministro Generali benigne commisit, ut petitam facultatem pro suo arbitrio et conscientia juxta preces concedat, dummodo in prae- fatis locis omn-a habeantur quae de jure requiruntur ad normam SS. Canonum et Apostolicarum Constitu- tionum. Praesentibus valituris *ad quinquennium.*

Datum Romae, die 17 decembris 1918.—C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Praef.* Vine. La Puma. *Subsecr.*

• **AOMC1P 35 (1919) 54.**

138

1918 DEC 21.-SC CONS., DECL. AAS 11 (1919) 5-7

Declaratio circa decretum <redeunttbus» (LE 1251

Essendo stato sollevato il dubbio, se i chlerici reduci dalla millzia con *licenza illimitata* siano tenuti a pre- sentarsi ai loro Ordinari, al pari di quelli che avessero ottenuto 11 *congedo assoluto,* ed a fare gli esercizi spi- rituali entro il tempo fissato. sotto le pénalité stabilite nel decreto *Redeuntibus,* la S. Congrcgazione ha rispo- sto: *Affermativamente.* Ed 11 Santo Padre ha confor- mato la risoluzione, ordinando che. nel pubblicarla. si aggiungesse: 1) che coloro i quali, dimessi con licenza illimitata. non si fossero presentati, credendo non esser- vi tenuti. per motivo di questa buona fode non debbono ritenersi caduti nella censura. 2) che in ogni caso gli Ordinari si guardino dal rlmettere nelfcserclzio della' cura di anime I reduci dalla milizla, prima che i me- desimi con Il prescrit!© ritiro non abbiano rinnovato il loro spirit©.

Dato dalla Segreteria della S. Congrcgazione Con- cistoriale. il 21 dicembrc 1918.—G. Card. De Lai. Vesc. di Sabina. *Segretario.* V. Sardi. Arciv, tit di Cesarea. As- sessore.

Adn. PrM 10 (1922) 38.

139

1918 DEC 23.-SC REL., RESP. AAS 11 (1919) 18

Responsio circa petitionem quorumdam religiosorum **E MILITIA REDEUNTIUM**

SSmo Dno Nostro Benedicto Papae XV humillimae porrectae sunt preces ut consulere dignaretur iis Reli-

glosis. qui, bello perdurante, militiae nomen dare coacti, impares forte se sentiant ad regularem vitam instaurandam.

Porro Sanctitas Sua preces remisit ad H. S. Congregationem, ut, habito respectu ad peculiares horum Religiosorum circumstantias, palema sollicitudine provideat in casibus particularibus. Hoc autem Eadem Sanctitas Sua publici turis fleri voluit.

Datum ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 23 decembris 1918.—R. Card. Scaptnelu, *Praef.* Maurus M. Serafini. Ab. O. S. B.. *Secr.*

1918 DEC SO.-SC CONS. DECR. AAS 11 (19191 39-43

De clericis in certas quasdam regiones: americam et INSULAS PHHJPPINAS. DEMIGRANTIBUS

Magni semper negotii fuit clericorum receptio ex dissitis vel transmarinis locis provenientium: talibus in adiunctis deceptiones ct fraudes facile occurrunt, easque detegere in tanta locorum distantia ac sermonum diversitate diutini laboris est ac difficile. Unde Alexander III in consultatione ad Episcopum Cenomanensem. jiaiu/α Patrum ceterum' renovans, de clericis in remotis regionibus ordinatis, itemque de transmarinis statuit « ut ad minus quinque Episcoporum super or- < dinatfone sua testimonio muniantur ». Quae lex. relata in Decretalibus, tit 22. lib. I. ius commune per plura saecula constituit.

Nostra autem aetate, itineribus trans Oceanum communionbus et frequentioribus factis, novae leges pro clericorum ex Europa ad ea loca migrantium latae sunt, et ultima vice per decretum *Ethnographica studia* [AAS 6 (1914) 182-186]. quibus plura Iuxta temporis adiuncta fuerunt disposita; quae ubi accurate observata fuere, valde in animarum bonum profuisse exploratum est.

Attamen, interea temporis, experientia docuit aliquid in hac re ulterius addi oportere aliaque temperari, ut salutarium priorum decretorum finis plenius ac facilius attingi queat

Accessit publicatio Codicis canonici iuris. cui. quantum fas erat, coordinari oportebat peculiaris haec lex de clericis trans Oceanum migrantibus.

16. Dispensandi ex iusta causa a quovis iuramento, dummodo tertii praeiudicium non adsit

17. Remittendi seu condonandi, pro foro conscientiae tantum, delinquentibus pauperibus partem aliquam male ablatorum, aut retentorum, quando domini incerti sunt et casus occulti; ita tamen ut residuum, si quod adsit, vel aliqua alia summa vel pars pro viribus taxanda, pauperibus loci distribuatur vel in pia opera eiusdem loci, si fieri possit distribuatur.

18. Recipiendi, aut delegandi in singulis casibus alium idoneum ecclesiasticum virum, ut recipiat denuntiationes de crimine sollicitationis, servatis in omnibus forma et tenore Instructionis, quae a S. Officio danda erit

19. Prorogandi ad breve aliquod tempus facultates, indulçentias et indulta a S. Sede concessa, quae exspiraverint quin tempestive postulatio pro eorum prorogatione ad S. Sedem missa fuerit, facta tamen obligatione statim recurrendi ad eandem S. Sedem pro gratia aut (si petitio facta fuerit) pro responsione obtinenda.

Caput II.

FACULTATES CIRCA INDULGENTIAS

20. Concedendi sexies in anno, occurrente aliqua solemnitate, plenariam indulgentiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui vere paenitentes et confessi ac sacra Communione refecti ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis aliquo temporis spat:o oraverint

Fidelibus vero qui in loco habitent, ubi impossibile vel difficile admodum sit confessarii copiam habere, concedendi ut praedictas indulgentias lucrari valeant, dummodo, actuali sacramentorum susceptioni pium aliquod opus substituant, ac corde saltem contriti firmiter proponant admissa confiteri quam primum poterunt

21. Impertiendi ter in anno et non in eodem loco, diebus a se eligendis, benedictionem papalem iuxta formulam typis impressam atque insertam, cum indulgentia plenaria ab iis lucranda, qui vere paenitentes, confessi et sacra communione refecti eidem benedictioni interfuerint. Deumque pro s. fidei et S. R. Ecclesiae exaltatione oraverint

22. Concedendi pariter, non tamen in perpetuum sed ad tempus sibi benevisum. omnibus Christifidelibus contritis et confessis ac sacra Communione refectis indulgentiam plenariam in oratione 40 Horarum, quoties in anno a respectivis locorum Ordinariis indicatur, etiamsi, ex rationabili causa, in aliquibus non servetur *Instructio Clementina.* [Clementis XII. *Etsendo state* diei 1 sept. 1731. DAR v. III *Appendix* p. 377 - 383).

23. Item concedendi plenariam Indulgentiam primo conversis ab haeresi et ad sinum catholicae Ecclesiae redeuntibus, in actu eorum conversionis.

24. Concedendi in casibus particularibus vel ad tempus indulgentiam plenariam occasione ss. missionum, servatis consuetis regulis.

25. Declarandi privilegiatum quotidianum perpetuum in qualibet ecclesia territorii suae jurisdictionis unum altare ad tramitem can. 916.

26 Concedendi biscenturr. dies de vera indulgentia omnibus praesentibus in sacris functionibus a se peractis. curante munere.

27. Erigendi sacras Slatior.es Viae Crucis cum applicatione indulgent arum, ct pia âodalitia Rosarii, B. M. V. ce Monte Carmelo, et Septem Dolorum; cum potestate communicand. huiusmodi facuiiatem ecclesiasticis viris pro suo prudenti arbitrio; sub lege tamen et conditione ut haec facultas non exerceatur ubi coenobia adsint religiosorum. qui ex apostolica concessione eiusmodi privilegiis gaudent Item ecclesiasticis viris facultatem concedendi sub eadem lege ct conditione benedicendi ct impor.cndi scapularia praedictarum sodalitatum. ·

23. Concedendi ut indulgentiae, de quibus in praecedentibus articulis, applicabiles etiam sint per modum suffragii animabus in Purgatorio degentibus.

Caput III.

FACULTATES CIRCA MATRIMONIUM

29. Dispensandi ab impedimentis impedientibus de quibus in cap. III, Iit VII, lib. III Codicis, servatis ad unguem regulis ibidem positis, praesertim quod ad dispensationes ob mixtam religionem, et edocta, quotannis ante Pascha. S. Congr. S. Officii de numero aliisque adiunctis dispensationum, quae anno praecedenti circa mixtam religionem datae sunt

30. Dispensandi pro ...vicibus ex gravi causa ab omnibus impedimentis dirimentibus matrimonium, iuris tamen ecclesiastici, rive publicis sive occultis, sive minoris sive maioris gradus» iis tamen exceptis quae ex affinitate in linea recta consummato matrimonio, cx ordine sacro et sollemni professione religiosa proveniunt Quod vero ad impedimentum dirimens disparitatis cultus, fas non sit dispensationem concedere nisi servatis iis quae in canonibus 1060-1064 praescripta sunt et quod ad matrimonia cum Hebraeis vel mahumedanis, dummodo constet de status libertate partis fidelis ad removendum periculum polygamiae. absit periculum circumcisionis prolis» ct si civilis actus sil ineundus, sit tantum caeremonia civilis nullaque Mahumetis invocatio aut aliud superstitionis genus Interveniat Nupturientes aliquam obligationem, si fieri potest, iuxta vires persolvant. quam ipse Nuntius. Internuntius vel Delegatus Apostolicus transmittet ad S. Congregationem S. Officii, si agatur de impedimento disparitatis cultus, aut ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum, si agatur de aliis impedimentis.

31. Sanandi in radice pro ..vicibus matrimonia nulla ob impedimentum dirimens, de quo m n. 30. quando moralitcr impossibilis est renovatio consensus modo ordinario. monita parte impedimenti conscia de sanationis effectu. Rescriptum vero huiusmodi sanationis in Curia Episcopali diligenter custodiatur, quo omni tempore ct eventu de matrimonii validitate et de prolis legitimatione constare possit Sed si matrimonium fuerit nullum ob defectum formae, danda non erit sanatio, nisi in casu quo altera pars renuat renovare consensum iuxta formam, aut. si id ab ea exigatur, grave immineat alteri parti malum vel periculum. Quod si matrimonium fuerit nullum ob non servatam formam in casu mixtae religionis aut disparitatis cultus, et pars acatholica induci non possit ad renovandum consensum iuxta leges Ecclesiae, danda non erit sanatio in radice, nisi assumptis a parte fideli obligationibus curandi pro viribus conversionem coniugis et educationem prolis in fide catholica, concessa eidem absolutione a censuris, si coram acathollco matrimonium attentaverit, ipsaque monita de gravi patrato scelere.

Caput IV.

FACULTATES CIRCA CETERA SACRAMENTA CT SACROS RITUS

32. Deputandi simplices sacerdotes probatae doctrinae ac virtutis pro administrando sacramento confirmationis In lis regionibus dumtaxat in quibus Episcopi desunt. servatis praescriptis can. 781. § 1, 782. 4 et 784; idque ad tempus aliquod determinatum.

33. Permittendi singulis vicibus, vel ad tempus, feria V in Coena Domini unicam Missam lectam in oratoriis publicis.

34. Concedendi sacerdotibus infirmis, durante infirma valetudine, aut aetate devexis indultum oratorii privati. in quo Missam celebrent, servatis canonicis regulis.

(· Ratus farultaih formula mutata fuit d»e 19 iunii 1920. ¥ld Urfn IΓ. .

35. Concedendi pro sacerdotibus suae Jurisdictionis usum comae ascititiae tempore celebrationis Missae, data vera eorum necessitate.

36. Concedendi in casibus particularibus indultum celebrandi extra ecclesiam et oratorium et erigendi altare sub dio ex rationabili causa, ad tramitem can. 822. J 4.

37. Permittendi sacerdotibus navigantibus sive in mare sive in fluminibus, ut in navi Missam celebrare possint super altari portatili, dummodo locus In quo Missa celebratur nihil indecens aut indecorum praescierat et periculum absit calicis effusionis.

38. Consecrandi, sive per se sive per simplices presbyteros a se deputandos, altaria tum fixa tum portatilia, quae ex aliquo defectu pristinam consecrationem amiserunt, servatis tamen in omnibus Instructione S. Rituum Congregationis ad rem in Ritu et formula breviori praescriptis.

39. Indulgendi. ex rationabili causa, m casibus particularibus. vel ad tempus, ut sacrosanctum Missae sacrificium peragi possit a tertia hora post mediam noctem.

40. Indulgendi ad tempus ut in aliqua ecclesia bis vel ter in hebdomada, de consensu Ordinarii, Missa de Requie celebrari possit etiam diebus ritus duplicis, exceptis tamen festis duplicibus I et II classis, dominicis abusque festis de praecepto servandis, nec non ferilf. vigiliis» octavisque privilégiâtes.

41. Concedendi presbyteris, ex utroque clero, visivae potentiae debilitate laborantibus, vel alia infirmitate detentis, facultatem celebrandi Missam votivam Deiparae Virginis, aut defunctorum, adhibita, quoties eas indigeant, alterius sacerdotis assistentia, et firmo permanente onere, sl sint parochi, explicandi Evangelium diebus praescriptis. Item camdem facultatem concedendi sacerdotibus omnino caecis, praescripta semper assistentia alterius sacerdotis, aut diaconi, ct dummodo, facto experimento, comperiantur in nullo defecisse.

42. Concedendi infirmis decumbentibus de quibus certa spes non adsit ut cito convalescant» etiam ante finem mensis a quo decumbunt, ut S. Communionem sumere possint semel in hebdomada non servato ieiunio, hoc est, etsi aliquam medicinam vel aliquid ad modum potus antea sumpserit 'Can. 858. 5 2). Concedendi infirmis non decumbentibus. <^ui tamen tali morbo laborant, quo. iudlcio medici, ieiunium sine discrimine servare nequeant, ut communionem semel in hebdomada percipere valeant non servato ieiunio, ut supra.

43. Indulgendi per modum actus ut in ecclesiis, in quibus festum alicuius Sancti in Martyrologio Romano descripti, vel alias ab Apostolica Sede approbatum, solemniter celebretur, quod cum off.clo illius diei minime congruat, dici possint tum Missa sollemnis cum cantu. tum etiam Missae lectae de eodem festo, dummodo non occurrat duplex vel dominica primae classis, aut Vigilia Nativitatis D. N. I. C. vel Vigil a Pentecostes, vel dies octava Nativitatis D. N. I. C. (Circumcisio Dni). dies octava Epiphaniae vel SSmi Corporis Christi aut feria IV Cinerum, vel integra maior hebdomada.

44. Deputandi, in locis iurisdictionis sibi commissae, in casibus particularibus, vel ad tempus aliquem sacerdotem cum facultate consecrandi, iuxta formam in Pontificali Romano praescriptam, calices, patenas et altarium lapides, adhibitis sacris oleis ab Episcopo catholico benedictis.

45. Benedicendi Campanas et consecrandi ecclesias, monito tamen loci Ordinario eoque non renuente.

Caput V.

FACULTATES CIRCA RELIGIOSOS

46. Cognoscendi in casibus extraordinariis et urgente necessitate super statu alicuius domus Religionis cuiuslibet. conferendo cum Superioribus consilium et operam ut opportuna abusibus remedia adhibeantur, et religiosi ad sui status perfectionem reducantur, certiore tamen facta quam primum Apostolica Sede, si quid novi in utilitatem claustralium communitatum decernendum esse videatur.

47. Dispensandi, lusta de causa» postulante Communitate super defectu dotis in religione pro sororibus aut montahbus requisitae.

r.„e48hE??:ce<?Cn5· ln casibus Particularibus, vel ad tem- dîoeSc'?nis facultatem praeficiendi paroecils . .hgtosos in defectu sacerdotum saecularium, de

consensu tamen suorum Superiorum, et cum clausula ut saltem duo alii religiosi cum parocho cohabitent, servatisque in reliquis sacrorum canonum dispositionibus.

49. Indulgendi monialibus in casu infirmitatis, aliisque lustis grnvibusque dc causis, ut extra claustra per tempus prudenti arbitrio praefiniendum manere possint, ita tamen ut cum associatione et assistentia suorum consanguineorum vel affinium aut alicuius honestae mulieris semper incedant, domi ct alibi vitam religiosam ducant a virorum frequentia semotam, prout Deo sacras virgines decet, firmo praescripto canonis 639.

50. Dispensandi religiosos utriusque sexus, pro foro conscientiae tantum, regressu in religionem et permittendi ut in sacculo remaneant, quoties hi invalide obtinuerint declarationem nullitatis votorum, dummodo tamen haec invaliditas occulta sit, firmo semper manente voto castitatis perpetuae, servatisque aliorum votorum substantialibus, usquedum peculiarem dispensationem a S. Sede hac de re .assequantur, et, si sint sacerdotes, facta lege ut habitum sacerdotis saecularis induant

Caput VI.

FACULTATES PRO IPSO NUNTIO, INTERNUNTIO SEU DELEGATO

51. Recitandi divinum officium et Missam celebrandi iuxta kalendarium romanum pro clero Urbis; idque concedendi sacerdotibus secum commorantibus sibi subiectis.

52. Asservandi in sacello domus stabili suae residen-t!ac Ssmum Eucharistiae sacramentum, ea lege ut lam-Bis indisinenter ante tabernaculum lucescat, clavis digenter custodiatur, aliaque iuxta liturgicas leges plene serventur. Sacellum autem ipsum ex Summi Pontificis venia qua publicum erit.

53. Administrandi sacramentum Confirmationis in ditione universa suae iurisdictioni obnoxia, nec non durante maritimo itinere tam in accessu quam in recessu a loco missionis suae.

54. Excipiendi sacramentales confessiones fidelium utriusque sexus in locis et in maritimo itinere, uti supra.

55. Lucrandi sibi indulgentias quas aliis vi facultatum sibi concessarum impertiendas censuerit.

Animadversio. — 1. Facultates, quae superius continentur in cap. II et III, et eae quae recensentur sub numeris 1, 3 et 18. cap. I; 32 et 38. cap. IV; 46. cap. V; et 53. 54. 55, cap. VI, non conceduntur nisi iis qui sunt charactere episcopali insigniti; ideoque ad eos, et signanter ad Auditorem vel Secretarium quibus durante Nuntiaturae, Internuntiaturae vel Delegationis vacatione negotiorum gestio fuerit commissa, non intelliguntur attributae, rusi expresse id dicatur, quamvis commissio regendi officium cum facultatibus ordinariis eisdem concessa sit

2. Caveat Pontificius Administer ne indulta quae ad tempus concedere potest, ultra quinquennium vel decennium protrahat.

Datum Romae, die 6 mali 1919.—C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secr. V.* Sardi. Archiep. Caesar., *Assessor.*

• Ntrtfilt. InttmunTiij et Delegatis Apostolîcls: ME 32 (1920) 137-146; *J.* POSTIUS, El Côdijo canônko «plicado a EspaAa, Madrid 1926. p. 386-391 Vide etiam infra sub die 1920 lun 16: LE 281 A4i. A VERMEERSCH in PrM 12 (1923) (69) - (98). (125) (159) et IP 4 (1924) 37-43, 87-98, 128-143. 202: NrT 48 <1921) 33. 96

177

1919 MAI 8.-SC CONS. DECR. AAS 11 (1919) 233

Circa NOMINATIONEM ADMINISTRATORUM ΓN DIOECESIBUS VACANTIBUS DOMINII CANADENSIS ET TERRAE NOVAE

Cohaerenter ad ea quae pro dioecesibus Foederatonim Americae Statuum Apostolica Sedes statuit decretn die! 22 februarii 1919 ILE 1531. SSmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV censuit et decrevit, ut etiam in dioecesibus Canadensis Dominii et Terrae Novae, quoties vacaverint, ad ipsarum gubernationem eadem regula vigeret.

Itaque, dempto Archiepiscopis et Episcopis iure nominandi mortis causa dioecesanum Administratorem, in posterum in omnibus memoratis dioecesibus, quatenus speciales circumstantiae observantiam canonis 427 impediant, si in iisdem quinque saltem vel sex Consultores dioecesani non adsint; Archiepiscopus aut Episcopus senior provinciae ecclesiasticae providere poterit, cum ratihabitione Delegati Apostolic!, pro nominatione Administratoris durante sedis vacatione. Idque per triennium, dummodo interim coetus Consultorum non fuerit auctus ad numerum superius indicatum.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis. die 8 mail 1919.—C. Card. De Lai, Ep. Sabincn., *Secr. V.* Sardi. Archiep. Caesarien.. *Adscssor.*

Adn. PrM 10 (1922) 55.

178

1919 MAI 14.-BENED. XV, CONST. AAS 12(1920)317-320

BRACARENSIS

Revisio et approbatio noh breviarii

BENEDICTUS EPISCOPUS

SIRVUS SERVOKfM MX

Ad perpetuam rei MEMORIAM. - Sedis huius Apostolicae, ut quae Iuris Liturgici suprema Moderatrix est. solemnis semper cura fuit, ut Ecclesiae Catholicae sacri Ritus in sua ubique integritate persisterent, aut, sicubi forte ab ea déclinassent, ad pristinam puritatem revocarentur.l Quae res necessario ex ipso consequitur Pastorali Officio, quod Romanae Cathedrae commissum est, sedulo invigilandi, « ut debita cum veneratione < externus cultus erga Deum exerceatur, ut sacra quae c peraguuntur mysteria augustiora fiant cedantque in < magnam Christifidelium aedificationem, eorum in « Deum pietatem excitando et devotionis affectum ».

Pervigil haec cura tum vel maxime elucet, cum sacri ritus alii ab aliis differunt; nam horum varietas, si legitima sit, haud parum confert ad divini cultus splendorem amplificandum. Neque huiusmodi diversitas cum fidei unitate non congruit, quin revelata divinitus dogmata/ multo vividius exprimit planlusque declarat: 318 « Fidei enim unitas cum legitimorum Rituum varietate « optime consistit, ex quibus immo maior in Ecclesiam < splendor et maiestas mirifice redundat ».' Hinc effatum illud S. Leonis noni: « Nihil obsunt saluti crea dentium diversae pro loco et tempore consuetudines. < quando una fides, per dilectionem operans bona quae « potest, uni Deo commendat omnes ».4

Etenim mirabili quadam consonantia e variis Llturgiis, adversus haereses. fides eruitur de fere singulis Ecclesiae Catholicae dogmatibus: unde factum est. ut theologi in Liturgiis uberrimum fontem theologicum agnoverint, ex quo Ecclesiae doctrina nobis abunde manifestatur. Huc etiam faciunt illa Decessoris Nostri, Leonis XIII. verissima dicta:5 < Augusta, qua vana « Rituum genera nobilitantur, antiquitas et praeclaro « est ornamento Ecclesiae omni, et fidei catholicae c unitatem affirmat. Quapropter vera Christi Ecclesia. < sicut magnopere studet ea custodire inviolata, quae. < utpote divina, immutabilia accepit; ita in usurpandis « eorumdem formis nonnumquam concedit novi aliquid c vel indulge! in iis praesertim, quae cum venerabili < antiquitate conveniant Hoc etiam modo et eius vitae « numquam senescentis proditur vis. et Ipsa magnifi-< centius Christi Sponsa excellit, quam Sanctorum Pa-< trum sapientia velut adumbratam in effato agnovit « Davidico: Astitit Regina *a dextris tuis* «i vestitu < *deauraro, circumdata varietate ... in* fimbriis aureis. < *circumamicta varietatibus* ⁑.

Quae omnia quidem perpendentes. Romani Pontifices non solum non reprobarunt unquam sacros Ritus, qui ob eorum antiquitatem veneratione digni essent. quamdiu cum unitate fidei obsequium retinerent Apostolicae Sedi debitum; verum etiam eosdem semper voluerunt reverenter conservatos et fideliter in usum deductos in iis omnibus, quae non adversarentur novo ac legitimo ali-

• TridenJtiM *Synodis, Sess.* XXH. *(U Missae Saerif.,* cap 5. et vss UTI. de *Samm, tn* Can. 12 *l Inxtt.* S C *Fide, die* 3 lui. 1830. 5 PIUS PP IX. Ull. Apo« Kor. *Pontifices,* die 6 Iunii 1863. · Epwl. ad *Mtchaf&in. Patriarch. ConUanUnopci.* ' Litt. Apart. ⁂M. dipnKas *Ecclcswarn.* dic 30 nor. 1S5H. · *Pt XUV.* 10. 14 15

cui temperamento, ab eadem Apostolica Cathedra *torte* inducto, cui nempe, tamquam supremae Magistrae, Ritus omnes parere debent.

Haec cum ita sint, gratum omnino acceptumque Nobis est alacre illud studium, dlgnissimumque laude, quo motum videmus Venerabilem Fratrem Nostrum, Emmanuelem Vieira de Mattos, hodiernum Archiepiscopum Bracarencem, qui. votis obsecundans suorum Antecessorum et Cleri pariter praesentis, cui adeo cordi est antiquus et praecipua *reverentia* dignus Ritus Bracarensis.
119 nullis nec curis nec laboribus peper'eit, ut huius Ritus libri liturgjci iterum typis ederentur, ita tamen, ut, retenta nativa forma, non solum non offenderent generales Ltturgfae Catholicae leges, singulis in Ritibus servandas. verum ctam iisdem legibus omnino conformarentur. uti pie in Ritu Bracarensi ac perpetuo in usu fuit

Ritus hic peculiaris, quo Ecclesia Bracarensis a remota gaudet antiquitate, inter praecipuos recensendus est gloriae titulos, quibus iure gloriatur Lusitaniae populus, tam egregie quidem de Ecclesia Catholica meritus, ut a Pontificibus Romanis fidelissimus sit appellatus. Quod gloriosum nomen Lusitani sibi promeruerunt, non solum ob singularem eorum pietatem ac devotionem in Sedem hanc Apostolicam. verum etiam ob eximia, quam semper posuerunt operam, in propagando tote per orbem nomine et cultu Christiano. Hinc etiam, veluti iustum fidei praemium, ius illud Patronatus Romana Sedes Portugalliae contulit in ecclesias, ubi tot inclyti Lusitaniae filii ct sudores apostolicos et ipsum sanguinem profuderunt:7 quo quidem iure, ad haec usque tempora, multis adhuc locis Religio dilatari pergit ac foverL tempto supellectili sacra ornari, piis quibusque operibus atque institutis subsidia suppeditari, una cum sacerdotibus in hoc saluberrimum ministerium incumbentibus.

Est igitur res Deo profecto acceptissima Nostroque simul paterno animo valde iucunda instituta haec, sub auctoritate Sedis Apostolicae, Ritus Bracarensis revisio et ab omnibus naevis, qui progressu temporis in eum irrepserint, accurata emendatio. Ita enim haec Lusitanis Soria purior constabit, maiorque exorietur virtus satis et sanctificationis in clerum populumque Ecclesiae Bracarensis, cui ab omnipotenti Deo. intercedente Deipara immaculata, praecipua Lusitaniae Patrona, caelestium munerum amplissimam imploramus copiam.

Iam inter capita, quae in hac typica editione Breviarii Bracarensis, qualis e Typographia Nostra Vaticana prodiit, in melius mutata fuerunt ac praecipuam merentur laudem, peculiaris facienda est mentio non solum de adhibita constantius lectione sacrae Scripturae, quae pia consuetudo in Ritibus omnibus per feliciores aetates sancte servata est, deque introducta nova Psalterii dispositione, a Decessore Nostro Pio X per Const Ap. *Divino afflatu* (AAS 3 (1911) 633-6331 praescripta: verum etiam de servandis normis a Sede Apo-
320 stollca constitutis, ubi concurrunt vel/ ocurrunt Officia, deque expunctis in parte historica Breviarii Bracarensis quibusdam narrationibus, quae, a rerum veritate vel a probata Ecclesiae Bracarensis traditione abhorrebant. Diligentissima autem cura, quae in edendo Breviario Bracarensi adhibita est. pariter impendatur oportet adornandae novae editioni Missalls aliorumque librorum liturgicorum. Hac autem in re optimum spiritum Cleri Bracarensis eiusque venerabilis Ecclesiae cum Romana Cathedra intimam coniunctionem perlibenter agnoscimus.

Edito iam novo Breviario, evanescit apud Clerum Bracarensem difficultas, qua hactenus laborabat, suo proprio utendi Ritu ob exemplariorum penuriam. Quare nunc plene fit satis sacerdotum votis ac desideriis, qualia m novissima Synodo Bracarensi expressa fuerunt: quae quidem vota probantes omnino ac rata habentes, hiece Nostris litteris praecipimus ac mandamus, ut omnes ct singuli qui ad Horas Canonicas in Archidioecesi Bracarensi tenentur, proprio hoc Nostroque auctoritate reviso Breviario utantur. Quae precum liturgicorum unitas in universo venerabili Clero Bracarensi magis magisque accendant ac foveat spiritum illum orationis, quo animatos admiramur binos Archidioeceseos Urblsauc Bracarensis inclytos Patronos, sanctos Petrum de Rates et Geraldum.

Haec vero edicimus, declaramus, sancimus, dccer-

' LEG PT X in Dun *Mei* cnnJla-.ttcn *animaeque de*rotioeü a/fectvm, dl· 4 lunll 1514; et tn alia diei 3 novembrts riuadem anrJ Frsectanie *demtionit et Hde/esnm fertfjrem;* quibus scrwtunt plura alta Romanorum Pontificum documenta, de rumi saeculorum in favorem et laudem Lusitaniae concessa.

nentes has Nostras litteras validas et efficaces semper esse ac *fore;* non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, generalibus et specialibus, ceterisque quibusvis in contrarium facientibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae approbationis, decreti, concessionis, indulti et voluntatis infringere. vd ei. ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei. ac beatorum Petri et Pauli. Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo decimo nono, pridie Idus Mali, die Octava Solemnitatis sancti loseph sponsi beatae Mariae Virginis, Pontificatus Nostri anno quinto.—O. Card. CAGIANO. S. *R. E. Cancellarius.* A. Card. VICO, Ep. Portuen, et S. Rufinae. S. *R. C. Praef.* Rapahel Virili, *Protonotarius Apostolicus.* Lodovicus Schuller, *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. ME 33 (1921) 49-51

1919 MAI 14.-COM. INTERPRES, RESP. PART

Dubium de munere adsessorus in tribunali
PRO CAUSIS NON CRIMINALIBUS

Al dubbio proposto da Mons. Vicario Apostolico dei Gabon, cioè: « An in coloniis Africae centralis munus adsessoris, non obligatorium et mere consultivum in tribunali pro causis indigenarum, acceptari possit a Sacerdotibus cum intentione explicita non sistendi in causis criminalibus, in quibus gravis poena personalis plecti possit », l'infrascritto Emo Card. Présidente della Commissione si pregia di rispondere: *Affirmative,* de *licentia Ordinarii.*—P. Card. Gasparri. Luigi Sincero. *Seffretario.*

A Su· Rr· il Card. VAN RO55UM, Prefetto dells 5- C. de Fide Sylloee n. 69.

1919 MAI 16.-SC RIT., RESP. AAS 11 (1919) 247-248

Super occurrentia duorum responsoriorum de tempore cum duobus responsorns apostolorum et evangelistarum. **VEL MARTYRUM TEMPORE PASCHALI**

Sacra Rituum Congregatione pro opportuna dectoratione postulatum fuit:

Quaenam norma sit habenda quoties. Infra Hebdoma- • dam I et II post Octavam Paschae. In Communi Apostolorum et Evangeiistarum vel Martyrum. Tempore Paschali. Ln II vel III Nocturno recurrant ca Responsoria, quae • iam fuerint in primo Nocturno recitata, cum Lectionibus " de Scriptura occurrente

El Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, ita rescribendum consult:

⁂ I. Tum in Communi Apostolorum et Evangeiistarum. " tum in Communi Martyrum. Tempore Paschali, loco eep- " tlml Responsorii Eqo sum vitis, dicatur Responsorium: – Trvjtliin vestro, quoties in I Nocturno recitatae sint Lec- " tIones de Scriptura occurrente cum suis Responsoriis de M Tempore. Foria III et VI infra hebdomadam I et II post ⁂ Octavam Paschae.

" IL In Communi autem Apostolorum ct Evangelistarum. " Tempore Paschall. loco R nsorii quinti: Vlrtùtc *ma-* " *qna.* dicatur Responsorium *cttôsa* in conspéctu Dômini, " quoties in I Nocturno Lectiones fuerint de Scriptura oc- " currente cum suis Rt s de Tempore. Feria IV et " V infra hebdomadam et II post Octavam Paschae.

" IlL Futuris autem editionibus Breviarii Romani, in Communi Apostolorum et Evangelistarum. Tempore Paschali, post Responsorium quintum, inseratur sequens ~ Rubrica1 " Feria II et V infra hebdomadam I ct II post m 9ct*vam Paschae, quoties In I Nocturno Lectiones fuerint „ dc Scriptura occurrente cum suis Responsoriis de Tempore. loco praecedentis Responsorii de Tempore, dicitur sequens. D PrrtiOjo ln conspectu DOmini, cIleltiia, · Mors * tcnctôrum ejtu. aJfeiüja. V. Cuetddtt Dôminus ὀτηηια *ossa* eorum. unum *ex* hU non conteratur. · Mors w ~./

- In rSmuniC£rîï^L«AC?tto,orum et Evangelistanun et .. Tempore Paschali, post septimum Responsorium inscribatur haec Rubrica: " Sicubt. Feria

- Ill et VI infra hebdomadam I ct II post Octavam Pa-
" »chae. quoties in I Nocturno Lectiones fuerint de Scriptu-
• ra occurrente cum suis Responsoriis dc Tempore, loco
• praecedentis Responsorii dicitur sequens: B Tristitia
" vertra, allclti)a, · Convertétur in *gàudium, allelûja,* allelu-
" *je.* V. Mundus *autem gaud6bit, vos vero contristabimini,*
" sed trirtitia *vestra.* · *Convertetur* ",

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit. Die 16 man 1919.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. *R. C. Praef.* Alexander Vcrde, *Secr.*

Ada. I. PAUWELS in PrM 10 (1922) 89; EL 33 (1919) 189; MJ 31 (1919) 205.

181

1919 MAI 17.-SC CONC. RESOL. AAS 11 (1919) 882-387

ALBIGANEN. et ALIARUM

Sanationis alienationum. 17 *maii 1919*

Quaestio. - Occasione cuiusdam petitionis Ordinarii Albinganen., ad tollendam quae de facili in praxi emergere posset ambiguitatem, mandatum est disceptari in hac S. Congregatione utrum Ordinarii, qui ad normam
S3 can. 1532, § 1, facultatem facere possunt alienandi bona/ ecclesiastica, quorum valor non excedat triginta millia libellarum, possint etiam *sanare* emptiones venditiones, c^uae sine debita licentia factae fuerint; et, in suppositione quod possint, an debeant in casu servare leges seu praescripta eiusdem canonis 1532, §§ 2, 3.

Animadversiones ad propositam quaestionem solvendam ita a quodam d. Consultore luculenter proponebantur. Statuendum ante omnia quinam sit valor alienationis, quae sine debita licentia fuerit peracta. Quod quidem facile admodum negotium est, quum ipse legislator in Codice id expressis verbis edixerit. In canone enim 1530. ! 1. n. 3 statuitur: " (Requiritur) 3' licentia legitimi Superioris, sine qua alienatio *invalida* est ".

At quaeri ulterius potest de qua invalidatate sermo sit. Distinguunt enim iurisconsulti duplicem invalidi tatem. alteram completam, incompletam alteram. Haec tunc habetur. quando non desunt elementa negotii luridici. sed vitio gallcuo inveniuntur affecta. Illa locum habet, quum in ne- otio aliquod deest ex elementis intrinsecis aut essentialius requisitis sive ex natura rei. sive cx voluntate legis aut partis. Primi generis invalidités rescindibilitatcm producit alterius vero *nullitatem* veri nominis. Et certum est ex data quoque definitione, alienationem sine licentia peractam efficere ut negotium sit *nullum.*

Iam age. quod nullum est. nullum producit effectum: scilicet non producit effectum illum, ad quem producendum ab agente actus positus est. Et in hoc nulla potest esse difficultas. Nemo enim dixerit in casu nostro alienationem sine debita licentia peractam transmittere dominium, stante citata praescriptione Codicis, collato canone 1680 5 1, in quo dicitur: " Nullitas actus tunc tantum habetur, quum " in eo deficiunt quae actum ipsum essentialiter consti- " tuunt. aut sollemnia seu conditiones desiderantur a sa- " eris canonibus requisitae sub poena nullitatis quod ultimum praecise In casu nostro obtinet. Agitur proinde in casu de actu nullo *stricte dicto.*

Porro quinam sunt effectus actus iuridice nulli in sensu stricto huius vocis? Actus nullus non habet iuridlcam cxustantiam, quare nec constituere nec immutare, nec exstinguere potest relationem ullam iundicam; hinc ex. gr. res tradita in exsecutionem actus nulli non transit in proprietatem acquirentis et vindicari potest cx quocumque possessore; - praeterea actus nullus caret quovis effectu et vi In relatione ad omnes intéressé habentes; quarc non emptor, sed venditor quoque potest agere contra invalidam seu nullam alienationem, ut pro re nostra patet etiam ex | 2 can. 1534; - deinde, actus nullus non eget isvalldari; - tandem actus nullus sanari non potest, quia
364 doc/ sanatur nixi illud quod exstitit; actus autem nullus nec exsistit nec exstitit unquam.

Omissis autem aliis effectibus, de quibus in praesenti con est quaestio, dc hoc ultimo, qui ad rem nostram proxime facit, aliquid magis in particulari dicendum est.

Nullitas igitur actus insanabilis est. quia nec praescriptio nec confirmatio seu ratihabitio efficere potest ut actus nullus convalescat.

Et re quidem vera, in ordine ad actum nullum, ne loqui quidem possumus de praescriptione. Praescriptio enim supGnit tus aut actionem, quod exerceri aut quae poni debet. exercitum aut positam non esse: ad hoc autem ut actus nullus non producat effectus luridicos. nullum ius exerceri, nullam actionem poni necessc est. Hinc poterit quis semper opponere fundamenti defectum in actione, quam alter contra ipsum experiri vult, etsi praescriptionis tricennalis aut ulterioris limites praeterlapsi fuerint. Cfr. Coder. can- 1893. Hoc unanimiter tradunt iurisconsulti reecntlores. hoc deruerunt antiqui. Iam Licinius Rufinus (I. 210 de diu. rep. lUT ont D., L. 17i dicebat: Quae ab initio inutilis fuit " stipulatio, ex post facto convalescere non potest " et Paulus (1. 29 tit. cit. D.): " Quod ab initio vitiosum est. non M potest tractu temporis convalescere "; quae omnia consecravit Bomfacius VIII in regula 18 luris in 6': " Non ** firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non sub- - sistit ·'.

Sed neque confirmatione sanari potest; non enim sanatur nisi illud, quod, etsi infirmitate laborans, exsistit tamen. Quare actus nullus debet de novo integer poni sine defectu, quo antea inficiebatur, quique nullitatis causa exsistebat. Loqui quidem possumus, et ita de facto saepe iurisconsulti ct canonistae, aliquando ipsum ius. loquuntur, de confirmatione, ratihabitione seu sanatione actus absolute nulli; sed haec est Impropria locutio. Vera enim confirmatio vel ratihabitio seu sanatio ea est. quae habet effectum retrotractionis; nam w ratihabitionem retrotrahi et mandato " non est dubium comparari " (reg. 10 iur. in 6·). Porro effectus iste retrotractionis applicari quidem potest actibus rescindibllibus, non vero actibus nullis, neque citata regula iuris locum habet quando mandatum ab initio requiritur tamquam *forma actus* aut per vim *auctoritatis.* Testem habemus Gaium (L 9 § 5 *de auct. ct cons. tut., etc.,* D. XXVI. 8. cfr. § 2 de *auct.* Inst. lust, I. 21) alentem: * Tutor " statlm in ipso negotio praesens debet auctor fieri; post ° tempus vero aut per epistolam interposita eius auctoritas " nihil *agit*

Quare ea. quae aliquando dicitur confirmatio actus nulli, non est vera confirmatio, sed positio novi actus validi, qui omnes habens conditiones a iure praescriptas, suos effectus *cx nunc,* idest ex tempore/ quo positus est. producit. Hinc, 385
si impubes testamentum condit, quod legalem aetatem adeptus confirmat, haec suae voluntatis declaratio non efficit validum testamentum, quod erat et manet nullum: si confirmatio facta fuerit observatis omnibus sollemnitatibus a iure praescriptis habebimus testamentum validum, quod, substantia rei inspecta, idem erit ac primum, sed formallter novum omnino testamentum est. Et quamvis in contractu partes contrahentes possint, si velint, pacisci, ut novus actus seu novum negotium existimetur produxisse suos effectus ex eo tempore, quo positus fuerat actus nullus, id quidem poterunt, sed hoc valebit vi additi pacti, non vi actus nulli prius positi, ct vim habebit inter partes paciscentes. non autem relate ad tertios.

Hanc novi actus positionem seu stipulationem libere faciunt partes sine ullo interventu magistratus aut iudicis. quae tamen, ut diximus, ipsum actum nullum sanare non possunt. Pariter libere possunt partes renunciare iuri. quod in foro nostro ex can. 1679 habent, experiendi actionem ad obtinendam a Judice declarationem nullitatis. Sic etiam cx. gr. in iure civili (Cod. civ. ital., art. 1311) statuitur confirmationem seu ratihabitionem testamenti nulli locum non habere nisi cx parte heredum aut causam habentium a testatore, ex quo indirecte deducitur testatorem Ipsum non posse ratihaberc posteriore declaratione aut novo actu testamentum ipsum suum nulliter factum. Quae quidem merito statuuntur. Nam validitas vel invaliditas actus luridici non potest dependere a voluntate privati hominis, sed unice ex praescripto legis, dum contra in potestate est intéresse habentis sese iuvarc, vel non. nullitatc a lege statuta. Ratihabitio ex parte Ipsius testatoris secumferret tn eo potestatem substituendi sollemnitatibus a lure praescriptis alias diversas sollemnitates, quibus efficeretur validum testamentum quod ex lege nullum est; contra, ratihabitio ex parte heredum id non importat, nec textamentum nullum facit validum, sed unice Importat renuntiationem cx parte heredum iuri invocandi declarationem nullitatis. eamque opponendi, renuntiationem utilitati et commodis. quae ipsis provenire possent ex oppositione actionis nullitatis. Hanc renuntiationem privatus quoque homo facere potest.

Sed an actus nullus veri nominis sanationem seu confirmationem nancisci potest, *magistratu interveniente sunmque auctoritatem interponente?* Porro ex dictis negativa prorsus descendit responsio; rationes enim, quae ad adstruendam impossibilitatem sanationis actus nulli allatae sunt, ex intimis procedunt seu cx ipsa Juridica natura actus.

Verum dubitari quidem potest ex nonnullis textibus iuris. Certe in iure Remano (I. 38 Dc *adopt.* D. I. 7) dici- 386
tur: " Adoptio non iure facta./ a Principe confirmari po- " test °. idem dicitur (L 3 si *maior factus* etc. C.. V.. 74) fleri in casu alienationis fundi rustici facta a minore une decreto auctoritatis exercentis altam tutelam let est casus valde nostro affinis) per certum temporis decursum. Imo in iure nostro, quod ad casum attinet nostro fero aequalem, dicitur alienationem rei ecclesiasticae a Praelato factam. Capitulo reclamante seu contradicente, non tenere et a successore non debere servari. nisi tamen Capitulum, consensu suo etiam postea, sive ex intervallo, praestito, eam approbet seu ratam habeat: - certum est de rigore luris con- " cessionem illam non tenere, quam reclamante Capitulo ** per praedecessorem tuum faciam constat fuisse, nirt «m " ratam postmodum habuisset ". c. 3 dc his *quae fiunt a Praei, etc. X. tit. III.* 10.

Quid igitur dicendum? Scilicet summui Prinerp» xupra lus est. Ipse igitur, quemadmodum posset novas formalitates seu sollemnitates ad actus validitatem generali lege statuere, ita potest id facere pro singulari acta Sanan· proinde potest actura nullum prout hir ct nunc extuttt *seu cum defectu,* quia dlrpvHtset super ea formalitate. ex qua actus nulhtas exsurgit, dummodo, ut patet, nullius proveniat ex defectu crtnnsrfcœ sollemnitatis, quae ex jpftu» obtinet vroiuntate. Quare non potest ex gr. Sanare contractum. nullum ex defectu concensus.

Neque sanare potest actum rx time. sed soIumrr.Gdo *ex nunc, nisi* per fictionem luris, concéder.; partibus privilegium et favorem, qui in sua sit positus potestate Neque id ordinarie potest laedendo iura tertio acquisita: naro certe nemo dixerit Romanum Pontificem ita ex. gr. sanare posse fn radice matrimonium Call ut hereditatem fitli. - qui suum heredem instituit filium Caii legitimum vel, si non haberet, Sempronium. - transferat dc Sempronio in filium Call. qui, sanato in radice matrimonio patris sui. postquam Sempronius mortuo Titio, eius hereditatem adivit, exir.de evasit fihus legitimus Call et natus erat ante mortem Tirii.

Quare potest summus Princeps sanare actum nullum ex nunc, vel etiam ex tunc, intra limites supra dictos: sed nonnisi summus Princeps potestate ordinaria, quia ad hoc recesse est ut confirmans seu sanans supra lus sit positus.

Id autem potest summus Princeps sive particui iri concessa dispensatione, sive generali constitutione legis; id vero non possunt inferiores magistratus. Ex his autem clara fiunt ea, quae sive ex lure Romano sive ex lure nostro supra fuerunt adducta.

Haec proposito casui applicando, quum nulla in Codice exstet lex. qua. supposita accessene consensus Ordinarii
337 ad alienationem Iam/ nulliter peractam, ista sanan dicatur, quemadmodum antiquo Hire fuerat statutum, ut vidimus, m casu alienationis ab Episcopo factae sine consensu Capituli. dicendum est Ordinarium non posse sanare alienationem sine sui licentia, a lure requisita, factam.

Resolutio. - Propositis in plenario conventu S. C. Concilii habito diei 17 mali 1919 supra enunciatis dubiis, nimirum:

I. An loci *Ordinarius tn canonis 1532 sanare valeat peractas sine* debita Itcenha alienationes *bonorum ecclesasticorum, quorum valor non excedat triginta millia libellarum;*

Et quatenus affirmative:

II. An idem Ordinarius, *quum sanationem impertiar, teneatur servare praescriptas normas canonis 1532 5 2 et 3*

Eihi Patres respondendum consuerunt.·

Ad I. *Negative,*

Ad II. *Provisum* in *primo.*

Factaque de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicts Div. Prov. PP. XV relatione, per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in audientia diei 18 subsequentis» Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est—I. Mori. *Secr.*

Ada. J B In *H,f* 47 (1920) 69-78. 133 147; REGATILLO n. 763. ME 32 (1920) 49-52; PrM 10 (1922> 66.

1919 MAI 17.-SC CONC. RESOL. AAS 11 (1919) 549-354

CUNEEN. et UTINEN.

Praecedentiae vicarii generalis. 17 maii 1919

Species factl - 1. Quum ecclesiae cathedralis Cuneensis Capitulum sun statuta obtulisset Episcopo, ut eadem ad nonnam Codicis noviter dati reformaret, et Episcopus, alacriter operi incumbens, opportunas immutationes inducendas proposuisset, has omnes ultro libcnterquc Canonici acceptarunt, praeter unam illam quae Vicario Generali, ad normam can. 370. 1 1, tribuit « praecedentiae ius super omnibus... dignitatibus et ca- • nonicis ecclesiae cathedralis, etiam in choro ct actibus ‹ capitularibus, nisi clericus caractère episcopali ful- « grat. et Vicarius Generails eodem careat ». Prior enim Parochus, prima Capituli in dicta cathedral! dignitas. de sui Episcopi venia, adversus hanc propositam statutorum modificationem recursum ad S. H. Congregationem interposuit, plura pro sui iuris possessione afferens, quibus innixus sequentis dubii resolutionem reverenter petiit, nimirum: An Vicario Generali Ctineen ius praecedendi competat super Priore Parocho ecclesiae cathrdrali tn casu.

2. Dum praecedentis dubii disceptatio iam concludebatur. quaestio fere eadem excitata est in Capitulo
o Ulinensi: siquidem, accedente ad/ chorum vestibus canonicahbus induto Vicario Generali, noviter inter Canonicos cooptato, quidam e capitularibus existimarunt eidem competere praecedentiae ius super omnibus capitularibus. non exclusis dignitatibus, ad normam can. 370; ceteri ex adverso consuerunt hoc praecedentiae ius deberi Vicario Generali, dumtaxat si hic accedat habitu vicariali indutus, non vero si accedat indutus habitu canonical!. — Controversia ad Archlcpiscopum delata, hic In scriptis respondit: « che dopo il Codice non era ‹ più il caso di ricorrere all'antica distinzione dei Ca- « r.omsli, e che quindi 11 Vicario Generale, anche pre- ‹ sentandosi in coro come semplice canonico, deve ave- « re !a precedcnza. rimanendo inaltcrati gli altri diritti ‹ della prima dignità >; sed capitularibus huic resolutioni non acquiescentibus, idem Archiepiscopus huic S. Congregationi solvendum remisit dubium: An ius praecedeafiae super *omnibus dignitatibus et canonicis* ecclc- *r.ac cathedralis speciet Vicario Generali in choro veste canonical! induto.*

Animadvcrsionts. - Contendit Prior Parochus Cuneenst per illatam ln statuta modificationem laesa fuisse lura canonico Priori possessione supra centenaria quaesita, contra praescriptum can. 4. Etenim ex bulla erectionis Capituli Collegiati, d. 4 sept. 1703. " Prior *caput* ipsius Ecclesiae coi- " legiatae cxsiMat. et curam ipsius Ecclesiae CoUeglatae, - choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus et functio- ~ mbus imtidirtlonem *ct praeeminentiam habeat* idlpsum constat ex bulla erectionis dioecesis. *a.* 1817. qua collejciaU erecta quidem est in cathedralom. sed servatis omnino antiquis dignitatibus cum eadem praeeminentia canonici Prioris: unde etiam in bulla provissionis hodierni canonici Prioris, a. 18S9. dicitur Prior esse *prima dignitas* port *episcopalem.* Quae quum ita sint et quum can. 370 nullo modo revocet contraria privilegia, concludendum ridetur. ad normam can. 4. nullam immutationem in casu, vel post Codicem, esse faciendam.

Attamen ab hac argumentatione non abest aequivocatio. Sane nemo contestatur Priori Parocho Cunecnsl ius praesidendi coetibus capitularibus et retinendi in Capitulo primam dignitatem. Hoc quidem ius illi agnoscit allegata Bulla erectionis collcgiatae (a. 1703) et conservat Bulla erectionis cathedralis (a 1817): sed neque Codex huic iurt detrimentum aliquod affert, quum nihil definiat quoad ordinem et numerum dignitatum in Capitulis, ut liquet ex cann. 393. 408. Quapropter sicuti ar.te Codicem ita postea perseverare dicenda est illa varietas circa numerum et ordinem dignitatum. quam iam suo tempore testabatur B. Raymundus in Sur-.rr.a, I. m. tit. 27. 5 5: " hac de re fere quot sunt eccle- " siae. tot/ sunt consuetudinum varietates cfr. etiam 351
Cone. Trid. sess. XXV. cap. 8. dc *ref.* Ita e g. quaedam Capitula unam habent dignitatem, quaedam duas, quaedam etiam septem, panterque v. g. dreani dignitas quae in Hispania est prima in Bavaria est secunda: Arehidfaçonus in GaRla prima dignitas In Austria quandoque tertia rccen- «etur. Nihil igitur obstat ex parte Codicis quominus Prior Parochus in Cathed. Cuneensi prima dignitas habeatur.

Ab hac vero quaestione de *interna* constitutione cuiusque Capituli, omnino independens est quaestio dc iure praecedentiae definiendo inter personas sive physicas sive morales Norma seu lex ad rem plane est mutabiIts, ideoque per eius mutationem non tolluntur vera iura quaesita, licet de facto fieri possit ut qui antea praecedentiam non habebat. postea habeat. et victssim. Quamobrem frustra adversus eUectus mutatae legis provocatur ad praescriptum can. 4 de fure quaesito non tollendo.

Haec ut plenius inteiligantur duo consideranda sunt*, illud primum quod iura quaesita spectantur in *personis* individuis, concretis, sive physicae sint sive morales: e contrario praecedentia statuitur inter *munera,* officia, qualitates. in abstracto (v. gr. antianitas. ordo sacerdotalis, etc.). Itaque si lex mutat ordinem praecedentiae inter diversa munera, non ideo tollit iura quaesita personis eadem munera obtinentibus.

Praeterea, can. 4 de non sublatis per Codicem turibus quaesitis, in eo habet fundamentum, quod lex. per se, non agit retrorsum, seu non habet vim retroactivam ut dici solet, quum " respiciat futura, non praeterita '* prouti habet can 10. Id tamen non significat gencratlm legem non posse in futurum supprimere lus quod quis habet dum ilia promulgatur, sed tantum non posse eam tollere in futurum ius quod quis, dum lex promulgatur, habet *dependenter a jacto* praetento, dum bene potest tale ius tollere in futurum. m sit independent ab aliquo facto praeterito. Ita v. g. diaconus qui ante Codicem accepit collationem paroeciae, habet ex facto praeterito collationis ius quaesitum in paroeciam: quamobrem lex can. 453 exigens ad officium parochi sacerdotium et auferens diaconis capacitatem ad tale officium, profecto nequit auferre tali diacono capacitatem: eo ipso quia nequit agere retrorsum, nequit ius quaesitum tollere, dum ageret retrorsum tolleretque tus quaesitum si auferre praetenderet capacitatem dependentem omnino a facto praeterito. E contrario vir constitutus in xv aetatis anno in vigilia Pentecostes anni 1918 habilis erat ad contrahendum matrimonium, quam habilitatem sustulit profecto insequenli die Codicis can. 1067 exigens xvi aetatis annum. Agebatur enim de supprimendo Ln futurum, ius nuUo modo dependens α facto prartertto, ideoque lex illam habilitatem tollens, nequa/quaxn egit retrorsum nec sustulit quaesitum lus. Ratio namque cur luvenis xv annorum sit Inhabilis ad matrimonium — praesens cius aetas, non (actum praetentum, quia nullo umquam tempore quispiam lus hn buit quaesitum ad matrimonium ante

nMlro «“».

ius in choro super Vicario Generali habebat praecedentiae
1. ita disponente lege

quae tunc vigebat: hodie, mutato hoc iurc et sancita praecedentia Vicarii Generalis etiam super dignitatibus, idem ille, quamquam sit ct maneat prima dignitas, iam nequit praetendere praecedentiam quam habebat; quia nimirum hoc ius per legem fuit in futurum sublatum independenter a facto praeterito, immo per solam legis mutationem: quum numquam prima dignitas habuerit praecedentiae ius super Ulu quos lex cl quoad praecedentiam anteponeret. Id manifestius quoque, si oporteret, redderetur considerando quod, si argumentum istud dc iure quaesito non tollendo in casu valeret, valeret pro omnibus et singulis Capitulis, et ideo in nullo Capitulo locum haberet praescriptum can. 370. Emmvero in omnibus et singulis Capitulis, prima dignius. ln functionibus choralibus et capitularibus, super Vicario Generali qui ut simplex canonicus accederet, praecedentiam habebat ante Codicem.

Codicem autem immutasse de facto ius antea in hac Srtc vigens, res est manifesta: immo leges de praeccdenin Codice contentae sunt ct apparent ex iliis legibus quae * totam de Integro ordinant legis prioris materiam " (can. 22) cl ideo ad normam can. 6. n. 1. quaslibet leges ave particulares sive contrarias omnino abrogant Eηιιηvero in Codice primum (can. 106i inveniuntur normae generales. perspicuae illae ac omnino rationabiles, hanc matorum ordinantes, quae singulis locis variis muneribus applicantur. utpote nominatim in can. 370 offirlo Vicarii Generalis. Frustra quid simile perquires in toto corpore iuris icfr.. v. g.. can. 1 ct 15. X. *dc maior, ct* obed., I, 33: Extrav. Ioann.. XXII eod.: Cone. Trld.. sess. XXV. can. 6 et 17 *dc rcf.\:* ubi nonnisi lacinias invenies, praeter quas, ad moderandum Ius praecedentiae, non supererat nisi congeries resolutionum S H C.. atque usus ct observantia. Signanter circa munus Vicarii Generalis ex densa et intricata sylva decisionum S R C. id demum erui poterat: Vicario Generali deberi primum locum ante Capitulum non exclusis dignitatibus, tam absente quam praesente Episcopo (quamvis hoc postremum magis erat controversum) si Interveniebat ut Vicarius Generalis et in habitu vicariali, non autem si uti canonicus et ln habitu canonical!. Id autem praeterquam satis incongruum esset, quum Vicarius Generalis cogeretur vel *distributiones chorales* (In prima hy-
253 pothesi): vel praecedentiam (tn altera) amittere, non/ ubique erat receptum: immo quum ea de causa controversiae et lites et rixae non cessarent, universale remedium inventum fuerat, standum esse hac in re consuetudini cuiusque ecclesiae (Ferraris, sub voc. *Vicarius Genera-*
HD.

2. Secundum eanonem 1252 in dioecesibus Provinciae Rheni inferioris quindecim dies plenae abstinentiae adhuc r.on servatae nunc sunt servandae, ct quidem a) sex sabbata Quadragesimae et ferla IV Quatuor Temporum in Quadragesima. b) tres feriae IV et tria sabbata Quatuor Temporum extra Quadragesimam, c) pervigiliae Deiparae in Coelum Asumptae ct Omnium Sanctorum.

His 15 diebus In dioecesibus supradictls carnibus vesci licebat Quae consuetudo eo facilius ad normam canonis 1252 Immutaretur et lex Codicis eo fidelius servaretur, si diebus solius Jejunii disciplina ita mitigaretur, ut in refectiuncula serotina concederetur licentia edendi carnes.

Rescr. - Er audientia *Ssmi. dici 23 octobris 1919.* SS. D. N. Benedictus Papa XV. audita relatione infrascripti Cardinalis S. C Concilii Praefecti, benigne annuit pro gratia juxta preces.—D. Card. Sbarretti. *Praef. J.* Mori. Sccr.

• **Ordinariis Provinciae Ecclesiasticae Colonlensis. Prot. N. 4855/19 AKKR 100 (1920) 39-40.**

213

1919 OCT 29.-COM. INTP., RESP. AAS 11 (1919) 480

Dubium de usu carnis in diebus solius ieiunii

Parimenti è stato sottoposto alia Commissione Pontificia per la interpretazione dei Codice di diritto canonico il seguente dubbio:

Can. *1251, ξ 1. Puô ritenersi* tuta conscientia *la dottrina msegnata da alcuni autori, che dopo la pubblicastone dei Codice è permesso nei giomi di solo digiunc mangiar carne più volte* il *giorno:*

L'Efno Présidente della Commisione ha risposto il giomo 29 ottobre 1919: *Negative.*—Pietro Card. Gasparri. *Présidente.* Luigi Sincero, *Segretario.*

Adn. J B. lo NrT 47 (1920) 174-191; REGATILLO n 622: ME 32 (1920) 155-156; PrM 10 (1922) 104.

214

1919 NOV 4.-COM. INTERPRES, RESP. PART.·

De electione, confirmatione et postulatione canonica

1· An electio Prioris aut Provincialis in Ordine Praedicatorum electo intimari debeat statim post electionem ad normam Can. 175; vel servari possit Constitutio actualis, quae iubet Intimationem fieri debere solum post confirmationem.

2 An electus in Ordine Praedicatorum possit valide acceptare vel abiicere electionem ante confirmationem?

Et quatenus affirmative:

3 An confirmator teneatur ad normam Can. 177. 2·, confirmationem dare, si electum reperit idoneum et electio ad normam iuris fuerit peracta; vel secundum Constitutiones possit confirmationem denegare, non quidem secundum libitum suae voluntatis sed secundum Judicium rationis?

4° An electus in Priorem et Provincialem in Ordine Praedicatorum ius aliquod in sua electione obtineat ad normam can. 176, vel e contra iuxta Constitutiones nihil acquirat?

5° Utrum ad valorem postulationis, si cum electione concurrat, saltem duae tertiae partes requirantur iuxta can. 180, 1°, vel sufficiat in Ordine Praedicatorum, simplex maioritatis supra medietatem. Iuxta Constitutiones?

Et quatenus affirmative:

6° Utrum ad valorem electionis concurrentis cum postulatione, sufficiat quilibet excessus supra tertiam partem eligentium ad normam Iuris Decretalium, vel requiratur suffragium partis absolutae maioris iuxta can. 101, 1® n. 1.

7° Utrum ad valorem postulationis requirantur ultra duae tertiae partes votorum etiam quando concurrens in electione quemlibet numerum mediocrem suffragiorum obtinuit?

8° Utrum instrumentum postulationis adhuc ad Provincialem mitti debeat, an directe ad alium habentem facultatem dispensandi, id est ad Magistrum Ordinis vel ad Romanum Pontificem respective, iuxta eanonem 181, P?

Resp. Ad 1° *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad 2° *Affirmative* ad normam can. 1751.

Ad 3° *Affirmative* ad primam partem; si tamen iudicium rationis (nempe grave) militet contra electionem: id indicat subiectum minus idoneum esse ac proinde Superiorem posse confirmationem denegare.

Ad 4° Electus acquirit tantum ius ad rem ad normam can. 178. 2°.

Ad 5° *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad 6° Si cum electione concurrit postulatio, saltem duae tertiae partes suffragiorum requiruntur ad normam can. 180. 1°, si vero agatur tantum de electione, servetur can. 101, 1° n. 1, coll· cum can. 174.

Ad 7° *Provisum* in responsione ad 6°.

Ad 8° Instrumentum postulationis ad normam can. 181, 1°, posse mitti ad Superiorem, ad quem pertinet electionem confirmare etc., per tramitem Provincialis.

Roma. 4 novembre 1919.—P. Card. Gasparri. Luigi Sincero. *Segretario.*

• **Rcvrr.o M?aistro Ger.sroti O. P.: AOP 16 (1923-24) 422-423**

215

1919 NOV 7.-SC CONCILII. INDULT. PART.·

Facultas tribuitur reducendi onera
MISSARUM ET FUNDATIONUM

Preces - 1. Ut restringatur onus applicandi Missam pro populo (cf. can. 339, 5 1) ad dies dominicas et dies festos de praecepto tantum (exclusis festis suppressis);

2. pariter ut onus applicationis missae conventualis in ecclesiis cathcdralibus et collegiatis (can. 417, 5 D restringatur ad solas dominicas et festas de praecepto, manente tamen obligatione assistendi missae quotidie (can. 413, $ 1. 2) et relaxato 4 3. ita ut missa conventualis etiam absque cantu celebrari possit

3. Ut ubicumque in ecclesiis archidioceesis dotes fundationum ita imminutae inveniuntur, ut impares sint ad praestandos fructus sufficientes, tamdiu liceat quiescere a satisfactione onerum missarum aUarumquc fundationum donec pecuniae iterum accrescant et stipendium sufficiens (iuxta normam pro praesenti vigentem) praebeant. Intentiones missarum talium fundatarum cum applicatione pro populo (vel conventu) interim coadunare liceat.

4. Ut Ordinario denique liceat absque convocatione synodi taxas cancellariae episcopalis iusto modo augere (c. 1507, 2403) ad meliorem sustentationem Officialium. scribarum et cursorum.

Rescr. - Sacra Congregatio Concilii· auctoritate Ss D. N. Benedicti PP. XV attentis ox]K)sitiit. benigne tri-

bui! Ordinario Salisburgcnsi facultates in omnibus iuxta preces, ad quinquennium. cauto tamen, ut Laxae car.cellariac de quibus sub num. 4 praesertim in rebus matrimonialibus pro pauperibus aut reducantur aut ex integro remittantur et usque dum in proximo conventu Episcoporum Provinciae Ecclesiasticae uniformis taxa non inducatur.

Datum Romae die 7 novembris 1919. N 5129.—D. Cara Sbarretti, *Praef.*

• **OrdM»** **N. 5129: AKKR 100 (1920) 33**

Adn. ME 32 (1920) 48. NrT 47 (1920) 37h PrM 10 (1922) 63.

216

1919 NOV 10.-SC CONC., DECR. AAS 11 (1919) 462

INDCLTUM DE ABSTINENTE ET JEJUNIO PRO AMERICA LATINA ET INSULIS FHILIPPINIS

Plures ex America Latina Sacrorum Antistites nuper ab Apostolica Sede suppliciter expostularunt ut, iisdem perdurantibus causis, benigne renovaretur indultum circa abstinentiam et ieiunium die 1 lanuarii 1910 pro America Latina et Insulis Philippine ad decennium concessum.[1] Quum hae preces in generali conventu diei 8 novembris 1919 ad trutinam revocatae fuerint. Emi Patres huius S. Congregatione Concilii memoratum indultum pro America Latina et Insulis Philippine ad aliud decennium quidem prorogandum, sed. quo magis congrueret novi Codice iure canonici hac in re praescriptis, prout sequitur moderandum consuerunt Quapropter statuerunt ut:

1) ieiunium sine abstinentia servetur: feria VI Quatuor temporum in Adventu, ferih IV Quadragesimae et feria V Maiore Hebdomadae: 2) ieiunium et abstinentia: fere IV Cinerum et ferie VI Quadragesimae; 3) abstinente sine ieiunio: in Vigilie: e) Nativitate Domini, b) Pentecostes. c) Assumptione B. M. Virginis» d) Apostolorum Petri et Pauli vel Omnium Sanctorum: 4) in reliquis vero servetur forma praecedente Indulti, firmo etiam, quoad abstinentiam et Ieiunium, privilegio Nigrite et Inde Americae Latinae concesso a Leone XTII Constitutione *Trans Oceanum,* die 18 apriie 1897 [ASS 29 (1896-97) 659-663 et AAS 2 (1910) 271-276].

Quam resolutionem in audientia subséquente diei a subscripto Secretario relatam, SSmus D. N. Benedictus PP. XV ratam habere et confirmare dignatus est, eamque publici iure fieri mandavit, contrariis non obstantibus quibusvis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregatione Concilii, die 10 novembre 1919.—D. Card. Sbarretti. Praef. L Mori, Secr.

[1] *Cfr. Acta Apotiolicïc* Scdti. vol. II. pag. 215.

A4·. ME 32 (1920) 46: PrM 10 (1922) 62.

217

1919 NOV ll.-SC CONC., DECK AAS 11 (1919) 463

RIPRISTTNAMENTO DELLO STUDIO PRESSO LA S- CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

D Santo Padrc. desiderando che I giovanl sacerdoti. I quali abbiano compluto il corso di diritto canonico, acquistino pratica nclTordinario e regolare dlsbrigo degU affari ecclesiastici e nella particolare applicazione delle leggi eanoniche in via amministrativa. il 28 ottobre 1919. nelVudienza concessa al sottoscritto Cardinale Prefetto, si è benignamente degnato di ordinare il nprlsUnamento dello Studio presso la S. Congregazione dei Concilio; il che viene effettuatn con il présenté atto.

L'ammlssione allo Studio, second© Vaugusta volontà del S. Padre, è limitata ad un numero ristrcttlssimo di «sacerdoti, ed alTuopo occorre che essi:

1) siano partlcolarmcnte raccomandati dal loro Ordinario.

2) abbiano conseguita la laurea almeno Ln diritto canonico.

3) siano muniti dei nihil *obstat* da parte dei Vicariato di Roma.

Ottenuta l'ammlssione, dovranno frequentare !o Studio per un triennio, secondo le norme che verranno stabilite in apposito Regolamcnto. Alio spirare dei triennio riceveranno, se merltevoli. il relativo attestato, che aU'occorrenza potrà servire come speciale requisito.

Roma, dalla Segretcria della S. Congregazione dei Concilio. 11 novembre 1919.—D. Card. Sbarrettt. Prefetto. *G.* Mori, *Segrctario.*

Adn. 1. 8 In NrT 47 (1920) 243; Ph MAROTO In CpR 1 (1920) 356-357: PrM 10 (1922) 194.

218

1919 NOV 21.-SC REL., RESP. AAS 12 (1920) 17

DUBIUM

Circa testimoniales juratas pro ingressu religionem

Sacrae Congregationi de Religiosis propositum fuit sequens dubium: « Quid agendum in casu quo Superior Religiosus vel Rector Collegii aut Seminarii recnuerit iuramento firmare, ad normam can. 545. § 1. « litteras testimoniales a Superiore alterius Instituti requisitas pro admittendo postulante ad normam can. 544. 5 3 ? ».

S. Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit prout respondet: « Praescriptum canonum esse servandum, et Ordinarius, si agatur de Institutis luris dioecesani aut laicalibus. sive Collegiis aut Seminarils; vel Supremus Moderator in Institutis clericalibus aut in Ordinibus Regularibus, contra tales Superiores renuentes procedant, eos cogendo etiam per poenas, usque ad privationem officii. Quodsi nihilominus litterae iuratae haberi non possint» res deferatur ad S. Congregationem ».

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 21 novembris 1919.—Maurus M. Serafini Ab. O. S. B., *Sccr.*

Adn. 1. 8 In NrT 47 (1920) 243; Ph MAROTO In CpR 1 (1920) 356-357: PrM 10 (1922) 194.

219

1919 NOV 26.-SC S. OFFICII, RESP. PART.

De assistentia sacerdotis matrimoniis mixtis

In consessu habito feria IV. die 26 Novembris 1919. propositis precibus istius Archiepiscopalis Curiae, datis die 5 Aprilis 1918. quibus petis quomodo se gerere debeat in excipiendo consensu sacerdos, qui adsistit celebrationi matrimonii inter catholicum et acathqlicum. qui non dant cautiones. Emi et Rovmi Domini Cardinales una mecum inquisitores Generales respondendum mandarunt, in omnibus servandas esse praescriptiones Codicis Iuris Canonici. Hinc sacerdos his matrimoniis adsistere nequit nisi, praestitis cautionibus, obtenta fuerit dispensatio super impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus ad normam Canonum 1060 et 1061; consensum vero requirendum ad normam Canonum 1102 et 1095. Contrariae Sanctae Sedis praescriptiones atque contraria indulta per ipsum Codicem Iuris Canonici abrogata sunt.

• **OcdbMrio Olomucen»!: AKKR 100 (1920) 28. Adn. REGATILLO n. 563.**

220

1919 NOV 26.-SC RTT., RESP. AAS 12 (1920) 177-182

Duria: de quibusdam episcoporum privilegiis, INSIGNIBUS ac functionibus

turcaC^^uent?aC m^CgltioSnUc rogata est, ut opportune tnsequentia, de quibusdam Episcoporum privüe-

giis, insignibus ac functionibus, dubia enodare dignaretur. nimirum:

I *De quolibet Episcopo* quaeritur:

1. Num Episcopale biretum rubro torulo exornari queat?

2. Num cuivis Episcopo liberum sit uti cappa ceterisque vestibus e panno serico et undulato (vulgo *amoerro),* aut saltem serico?

3. Utrum violacei coloris esse possint, an potius nigri coloris esse debeant, vestis talaris, mantelletum et forte
178 mozzeta ct biretum Epi/scopi, in iis functionibus quae poenitentiae temporibus, vel pro defunctis fiunt?

4. Num umquam Episcopus, stante praesertim consuetudine, v. g. ad Confirmationem sive publice sive privalim ministrandam, aut in processionibus, gestare possint stolam et mitram et pastoralem baculum cum habitu praelatitio uti supra?

5. Num usus mitrae argenteae cum laciniis item argenteis, pro simplici mitra damascena vel linea cum rubeis laciniis, sicubi invectus fuerit, tolerandus sit?

II. *De Episcopo* in *propria dioecesi,* petitur:

1. Praesente S. R. E. purpurato Patre non Legato, utrum mozzetam, an satius mantelletum. Episcopus Ordinarius induat?

2. Praesente item Cardinali vel Metropolitano, debeatne Episcopus Ordinarius cappam. si induerit, reflexam sustinere, et a privatis benedictionibus abstinere?

3. Possitne Episcopus Ordinarius, post Missam de *Requiem,* cui mozzeta indutus in Choro adfuit» stolam super amictum, et pluviale assumere, et, recedente Celebrante, absolutionem ad tumulum ritu consueto peragere?

4. Utrum Episcopo Missam lectam (sive privatam, sive Ordinationis) celebranti assistere valeant ad altare, ubi saltem id iam moris est, duo Canonici quibusvis insignibus vestiti; an tantum adhibito superpelliceo super rochetum, si huius usu gaudeant?

III. De *Episcopo extra propriam dioecesim,* inquiritur:

1. Num, attenta consuetudine, tolerari possit ut Episcopus extraneus, sive praesente, sive absente Episcopo Ordinario, non mantelleto, sed mozzeta super rochetum utatur?

2. Num et quando extraneo Episcopo fas sit, praesente vel absente Episcopo Ordinario, cappam adhibere?

3. Quomodo Episcopus extraneus, si, functione id requirente, aut annuente Episcopo Ordinario, pastorali baculo utatur, superiorem huiusce baculi partem vertere debeat?

4 Praesente Episcopo Ordinario, qui extraneo Episcopo solemniter celebranti throni usum concessit, utrum hic thronus esse possit thronus ipsius Episcopi Ordinarii ab Evangelii parte positus; an erigi debeat a parte Epistolae thronus alter. Episcopo quidem Ordina-
1i rio proprium thronum retinente?/

5. Possitne Episcopus Ordinarius assistere in proprio throno, dum Metropolitanus in altero throno, ab Epistolae parte posito, solemniter celebrat?

6. Si Metropolitanus, vel Episcopus extraneus, utens Episcopi Ordinarii throno, pontificallter celebret:

a) num septimum candelabrum adhibendum sit?

b) possintne. praeter presbyterum assistentem et diaconum et subdiaconum, duo etiam diaconi parati Episcopo celebranti adsistere?

7. Assistente Episcopo Ordinario in proprio throno, dum alter Episcopus solemniter ad faldistorium celebrat. si, cantato Evangelio, fiat concio:

a) utri Episcopo concionatorem ante sermonem benedicere competat?

b) coram utro, in fine, diaconus confessionem decantare debeat?

c) utrius sit solemnem tunc benedictionem impertiri?

8. Si forte eiusmodi concio ab alio Episcopo praesente, ut supra, vel celebrante Episcopo Ordinario, habita sit, quis indulgentias post publicam confessionem nuntiare debeat?

9. Assistente autem in Choro, vel absente. Episcopo Ordinario, dum extraneus Episcopus pontificaliter in eius throno celebrat, si fiat post Evangelium concio, mnnquid hac conclusa, solemnis quoque benedictio dari debeat, aut possit?

IV. *De pluribus Episcopis simul praesentibus,* dubitatur:

1. Fierine debeat Episcoporum. Missae solemn! pontificali adsistentium. thurificatio statim ante incensationem presbyteri et diaconorum paratorum, qui Episcopi celebranti adsistunt?

2. Num probanda sit consuetudo Instituendi, solemnitytum quarumdam occasione, processiones, in quibus omnes, qui eisdem intersunt. Episcopi stola et pluviali et mitra parati sunt, ac baculum pastoralem gestant?

3. In eiusmodi processionibus:

a) quonam ordine incedere debeant tum Episcopus qui processioni praeest, tum ceteri Episcopi?

b) Num debeatur, an saltem concedi possit, singulis Episcopis non celebrantibus duorum canonicorum adslstentia?

4. Num probari possit ut populo, piae cuiusdam peregrinationis aut festivitatis occasione congregato, omnes simul Episcopi praesentes consuetam benedictionem. verba una voce decantantes, solemniter impertiantur?/ 180

V. De *Episcopo Ordinarie et dc Vicario Generali,* qui est Episcopus titularis Auxiliaris:

1. Potestne Episcopus Ordinarius permittere suo Vicario Generali, qui est etiam Episcopus titularis Auxiliaris, induere solam mozzetam loco mantelleti?

2. Idem Vicarius Episcopus etiam Auxiliaris potestne benedicere populo intra et extra Ecclesiam?

3. Attento can. 337 § 3. *Codicis I. C.,* manetne in suo robore Decretum S. R. C.. n. 4023, diei 12 iunii 1899. super iure Episcoporum D:oecesanorum cedendi thronum alteri Episcopo?

Sacra porro Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus et singulis propositis quaestionibus maturo examine perpensis, ita rescribendum censuit; nimirum:

I. - Ad 1. Negative.

Ad 2. Negative, iuxta *Caeremoniale Episcoporum* (lib. I. cap. III. nn. 1, 3), adhibito nempe rudiori vel leviori panno ex lana pro opportunitate: textili enim serico (non undulato) legitime ùtuntur qui sunt de Cappella. Domo, Familia Summi Pontificis.

Ad 3. Romae, semper esse debent violacei coloris, excepta Sede vacante; extra Urbem, laudabiliter coloris nigri, exceptis bireto ac pileolo, quae semper erunt violacei coloris.

Ad 4. Negative, et serventur: *Pontificale Romanum* (edit, typ., 3 augusti 1888), *Caeremoniale Episcoporum* (edit typ., 21 augusti 1886), et Deereta.

Ad 5. Negative, quum mitra ex tela argentea sit propria Summi Pontificis in luctuosis: sed neque damascene, quae vel Cardinalium (specialis) vel Protonotariorum Apostolicorum ad instar est propria.

II. - Ad 1. Servetur *Caeremoniale Episcoporum* (lib. I, cap. IV, n. 7).

Ad 2. Ad primam partem, affirmative. Attamen illam explicabit pontificalia peracturus, inserviente de ca caudatario, illos actus excipiendo, quos immediate cum Cardinali vel Metropolitano aut versus eos exhibeat. Ad secundam affirmative, iuxta Caeremoniale Episcoporum (lib. I. cap. IV).

Ad 3. Affirmative.

Ad 4. Negative ad primam partem: affirmative ad secundam.

III. - Ad 1. Imo convenit, domi, invitante Episcopo Ordinario, aut ex praesumpto ipsius beneplacito: extra, negative, nisi iuxta Caeremoniale *Episcoporum* (lib. I. cap. IV, nn. 4 et 7) et Decreta (praesertim Decr./' n. 388. 181
lanuen., 20 iulii 1621). cum mozzeta habeatur simul mantelletum: paulatim amota, iuxta prudens arbitrium Ordinarii, consuetudine, ubi adsit

Ad 2. Rite utitur cappa. quando Pontificalia solcmnia ad solium legitime peragit: si tamen sit Ordinarii Coadiutor seu Auxiliaris, uti poterit iis m adiunctis. in quibus licet iuxta leges liturgicas. de licentia Ordinarii, ad mentem Decretorum S. R. C. nn. 2010, Veliterna, 6 septembris 1698. ad 1 et 2; 2011. Velitema, item 6 Septembris 1698. ad 1, et 4023. 12 iunii 1899.

Ad X Semper cum parte reflexa ab sc. scilicet, versus personas vel res quas prospicit

Ad 4. Affirmative ad primam partem; imo Missae pontificalis ad thronum celebratio ad tramitem *Caeremonialis Episcoporum* habenda est, etiam quoad situm

throni Celebrantis, qui sit in abside, seu in centro Chori, aut e cornu Evangelii. Negative ad secundam salvo iure Metropolitani et Legati Apostolici Episcopali charactere insigniti, quoad assistendam in throno a latere Epistolae, celebrante Episcopo, etiam Ordinario, ad faldistorium, iuxta *CaercmontaLe Episcoporum* (lib. I. cap. XXIII. n. 24. et lib. Π. cap. IX, nn. 5-7); quod assistentiae ius non competit cuilibet *Episcopo* Ordinario, nisi ad tramitem *Caeremonialis Episcoporum,* loco secundo citato, scilicet in propria sede, celebrante alio Episcopo ad faldistonum.

Ad 5. Negative.

Ad 6. Ad eh Negative; ad b); Affirmative.

Ad 7. Ad *a, b, c.* Servetur *CaeremoniaLe Episcoporum* (hb. II. cap. IX» nn. 5-7), delata Episcopo Ordinario etiam benedictione concionatoris.

Ad *8. Servetur Caeremomale Episcoporum* (lib. II. cap. *VIU.* n. 51).

Ad 9. Negative, quum benedictio, ex *Cacremoniali* et *Pontificali,* secumferat Indulgentiarum concessionem, quam omittere irregulare esset; verumtamen Episcopus celebrans, neque ex Ordinarii delegatione, valeret indulgentias concedere; Ordinarius autem non posset benedictionem impertiri, quippe quae a celebratione nequit separari.

IV. - Ad 1. Servetur *Caeremoniale Episcoporum.*

Ad 2. Nihil obstat; abstineant tamen a stola et baculo pastorali gerendis.

Ad 3. Ad o); Servetur consuetus m processionibus ordo; ad bh Negative, in casu.

Ad 4. Negative, non obstante, sicubi inoleverit, istius-
182 modi consuetudine, quae prudenter eliminanda est./

V. - Ad 1. Negative.

Ad 2. Episcopus auxiliaris, qui simul sit Vicarius Generalis, potest in Dioecesi ubique benedicere populo, tum in Ecclesia tum extra Ecclesiam, idque iure. quin opus sit specialem concessionem obtinere ab Episcopo Ordinario; ad normam can. 370 ; 2, collati cum can. 349 f 1 et 239 f 1. n. 12.

Ad 3. Affirmative.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari manda-

Die 26 novembris 1919.—A Card. Vico, Ep. Portuen et S. Rufinae, S. *R. C. Praef.* Alexander Verde, *Sect.*

Ad». M. .a EL 34 (1920) 291 297; I PAUWELS In PrM 10 (1922) 2C6: ME 32 (1520) 152 185

1919 NOV 30.-BENED. XV, EPIST. AAS 11(1319)440-455

Ad patriarches, primates,
ARCHIFFTSCOPOS. EPISCOPOS OREIS CATHOLICI:
Dr fldr cathnllcj per orbrm terrarum propaganda

BENEDICTUS PP. XV

▾ CŒRABOES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Maximum illud tanctissimumque munus quod, suo iam instante ad Patrem reditu. Dominus Noster lesus Christus discipulis demandavit, cum dixit: *Euntes* tn mundum *universum praedicate evangelium* omni creaturae. · non erat sane Apostolorum vita terminandum, «ed apud eorum successores perpetuandum usque ad consummationem saeculi, quoad scilicet futuri essent in terra homines, quos ventas liberaret Ex quo igitur illi *profecti* praedicacerunl ubique verbum Dei,l ita quidem Ut in *omnem terram* exierit jenius eorum: et in *fines orbis* terrae verba eorum; ' divini mandati memor. Ecclesia nunquam, tabentibus saeculis, cessavit adhuc traditae divinitus doctrinae partaeque humano generi per Christum salutis aeternae nuntios et administros m omnes partes mittere. Illo ipso enim trium saeculorum spatio, quo ad Ecclesiam recens natam opprimendam, alia ex alia, excitata ab inferis persecutio desaeviit. cum omnia Christianorum sanguine redundarent, vox tamen Evangelii praeconum late Romani imperii fines pervagata est Postquam vero pax et libertas publia ed Ecclesiae data, multo maiores in apostolatu progressus toto orbe fecit: quo in genere praeclari vitae sanctimonia viri utilissime elaborarunt. Ex his Gregorius Illuminator Armeniam Christiano nomini adjungit, Styriam Victorious, Aethiopiam Frumentius; tum pant Hiber nos Christo Patritius, Anglos Augustinus, 4.
Columba Palladiusque Scotos; deinde illustrat Evangelii luce Hollandiam Ciemens WHIibrordus, primus ille VItraiectensium Episcopus, Germaniae populos Bonifacius et Ausgarius. Slavoniae autem Cyrillus et Methodius ad catholicam Fidem traducunt. Deinceps multo latior campus hominibus apostolicis patere coepit, cum Guliclmus de Rubruquis Fidei facem Mongolia intulit, cumque beatus Gregorius X primos missionales legavit in Sinam: quos subinde Francise! Assisiensis alumni consecuti, non exiguam ibi constituerunt fidelium ecclesiam. quam haud multo post persecutionis orta tempestas dissipavit America autem detecta, virorum apostolicorum agmen, in quibus praecipue commemorandus est Bartholomaeus Las Casas, Dominiciani Ordinis decus ac lumen, miseros indigenas cum ab hominum dominatu improbo tuendos, tum ex daemonum durissima servitute eripiendos suscipiunt; intereaque Franciscos Xaverius. dignus is quidem qui Apostolis ipsis comparetur, cum m Indiis Orientalibus et in laponia pro Christi gloria animarumque salute mirifice desudasset, ad Sinensis limen Imperii, quo iam tendebat, emoritur, quasi discessu suo aditum patefaciens novae Evangelii praedicationi in illam regionum immensitatem, in qua erat futurum ut e tot inclytis religiosorum Ordinibus et Missionaiium Familiis homines Fidei propagandae studiosi. tantas per vicissitudines rerum ac temporum, apostolatum obirent. Postremo continens ea quae ultima patuit. Australia, itemque Africae interiores tractus, audacia constantiaque recentiorum explorati, Christianae Fidei nuntios acceperunt; ac fere iam nulla est intra vastissimum mare Pacificum tam remota insula, quo non Missionalium nostrorum virtus actuosa pervaserit. Ex iis autem plurimi exstiterunt, qui cum fratrum salutem quaererent, ipsi. Apostolorum exemplo, ad sanctitatis fastigium pervenerint, nec pauci, qui, apostolatum martyrii laude cumulantes, Fidem profuso sanguine confirmarinL

Iam vero tot tantosque labores a nostris in Fidei propagatione exantlatos, tanta studia posita, tanta invictae fortitudinis exempla edita considerantibus, vehemonter demirari licet, innumerabiles tamen esse adhuc qu: in tenebris et in umbra mortis sedeant; siquidem ethnicorum habita recenter ratione, ad decies millies centena millia numerantur.

Nos igitur, tam immensae animarum multitudinis lacrimabilem sortem miserantes, cum. pro Apostolici sanctitate officii, nihil habeamus antiquius quam ut beneficia eis divinae Redemptionis communicemus, equidem plurifariam in orbe catholico increbrescere illa. Dei nimirum Spiritu commota, studia bonorum in Missionibus exteris provehendis et explicandis, libenti sane gratoque animo videmus. Itaque ad ea ipsa studia fovenda usque quaque et incitanda, ut Nostro est muneri summisque votis consentaneum, lumine auxilioque Domini magnis precibus implorato, has vobis, venerabiles Fratres, mittimus litteras quibus vos vestrosque cleros ac populos hortamur, significantes quemadmodum huic gravissimae causae prodesse possitis.

Primum omnium ad eos Nostra spectat oratio, qui, ut Episcopi aut ut Vicarii Praefective Apostolici. sacris praesunt Missionibus: Ipsis enim cura omnis proxime incumbit Fidei propagandae, in iisdem praesertim spem amplificationis suae habet Eclesia repositam. Quamquam non ignoramus quo fere sint ardore apostolatus. probeque novimus quae quantaeque iis vincendae difficultates fuerint, subeundaque discrimina, his maxime postremis annis, non modo ne de suis praesidiis stationibusque decederent, sed ut regnum Dei etiam dilatarent. Ceterum, eorum erga hanc Apostolicam Sedem observantia ac pietate perspecta, confidenter ipsis, ut filiis pater, animum Nostrum aperimus. Hoc igitur ante omnia cogitent, se suae quemque Missioni tamquam animam, ut aiunt, esse debere. Quamobrem suis sacerdotibus cetcrisque sui muneris adiutoribus bono sint, verbis factisque. documento, animosque ac stimulos addnnt ad sequenda usque meliora. Quotquot enim quoquo pacto in bac vinea Domini operantur, experimento cognoscant oportet, pia neque sentiant Missioni praesidere patrem, vigilem, diligentem, caritatis plenum, omnes et omnia summo studio complectentem, qui suo- 443
... gaudeat prosperis, condolescat adversis,
mHart^tn?toPt^3r? '-audabiles secundet atque adiuvet,
'ra^ewhit quaecumque sunt, ut sua propria resp.ciat. Omnino, prout una quaeque gubernatur.

ILa varia est conditio et fortuna Missionum: quibus proinde valde perniciosum evenire potest, si quis ineptus minusve idoneus praeponatur. Plerumque enim quisquis patriam carosque propinquos deserit, Christiani nominis propagandi causa, is longo saepiusque periculoso itineri se committit, alacer et promptus ad durissima quaeque toleranda, dum quam plurimas Christo animas lucretur. Qui si diligenti praeposito utitur, cuius sibi omnibus in rebus adsit prudentia et caritas, non est dubium, quin fructuosissima futura sit eius opera; sin autem, valde est timendum ne, laboribus incommodisque paulatim defatigatus, ad extremum deficiat animo desidiaeque se dedat

Praeterea qui Missioni praeest, curare in primis debet ut eam usque promoveat pleneque explicet. Etenim. cum ea regio cuius terminis sua Missio circumscribitur, omnis quam longe lateque patet, ipsius sit mandata curae, profecto omnium quotquot eadem in regione incolunt, ipsi omnino quaerenda est salus sempiterna. Quamobrem si ex ingenti multitudine aliquot millia ethnicorum ad Fidem traduxerit, non ei fas erit in boc acquiescere. Accuret quidem, tueatur et foveat eos quos iam lesu Christo peperit, nec sinat ex eis dilabi quemquam et interire. Verum ne putet se fungi, ut oportet, officio, nisi ceteros etiam, quorum fere est nimio maior numerus, veritatis vitaeque Christianae compotes facere pro viribus et sine ulla intermissione contendat Itaque ut ad aures singulorum eo celerius mcliusque Evangelii praedicatio perveniat, multum proderit alias subinde missionalium stationes et sedes constituere, futuras tamquam totidem centra Vicariatibus aut Praefecturis novis, in quas, cum opportunitas adfuerit, eadem Missio dividatur. Quo loco debitas tribui-
444 mus laudes Vicariis Apostolicis. quotquot sunt/ qui ea ratione, quam diximus, regno Dei nova semper incrementa parant: eamque in rem si domesticorum adiutorum copia sibi non suppetat, eos ex aliena religiosorum familia vel societate libentissime accipere consueverunt

At contra, quam non probandus ille foret qui Dominici agri partem, sibi assignatam ad excolendum, tamquam suam propriam possessionem haberet, quam prorsus nollet alienis manibus attingi. Quanta vero subeunda ei esset divini iudicii severitas, praesertim si — quod saepius contingere memoravimus — Christianis non ita multis circumfusa esset multitudo ethnicorum, quibus quidem erudiendis quum ipse cum suis verbi ministris non sufficeret, nollet aliorum operam advocatam adhibere. Atqui catholicae Missionis praeses, cui nihil aliud cordi sit nisi Dei gloria et salus animarum, undique ad sanctissimum munus adiutores, cum opus fuerit, conquirit, nec ii qui sint, suae an alienae familiae aut nationis, quidquam pensi habet» *dum omni* modo ... *Christus annuntietur?* nec solum adiutores, sed adiutrices etiam, idest sorores religiosas adhibet ad scholas, ad orphanotrophia, ad nosocomia, ad domus hospitales, ad cetera caritatis instituta, in quibus novit, Dei providentis nutu, incredibilem quamdam vim ad fidem latius proferendam inesse.

Ad haec bonus Missionis praefectus non se intra suos fines continet, quasi aliena ducat omnia quae foris fiunt» sed, urgente caritate Christi, cuius ad gloriam quidquid intersit, sua multum intéressé putat, cum collegis finitimis amicitiam et necessitudinem studet habere. Multa enim saepe exsistunt communia negotia ad eamdem regionem pertinentia quae, ut patet, nisi communiter. expediri non possunt. Sed praeterea magno cum Religionis emolumento Missionum praesides, quotquot poterunt, in unum statis temporibus conveniet, ut consilia inter se conferant, mutuisque alloquiis confirmentur. Denique illud est quo quicumque Missionem regunt, ii suas praecipue curas oportet habeant conversas, ut sacrorum ministros de gente ipsa, in qua versantur, educent atque instituant: id quod novarum
«1 ec clesiarum spem maxime continet Nam sacerdos indigena, utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam: multo enim melius, quam quisquam alius, novit quibus modis quidpiam ris persuaderi queat. Ita saepe fit ut illud faciles aditus habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet

Iam vero clerum indigenam, ut speratos fructus afferat, omnino necesse est bene conformare et fingere. At nequaquam satis erit ad hoc institutio quaedam inchoata et rudis, talis videlicet ut quis ad sacerdotium ineundum evadat idoneus, sed plena debet esse perfectaque et numeris omnibus absoluta, qualis sacerdotibus cultarum gentium tradi solet. Neque enim clerus indigena eatenus parandus est, ut missionaries advenas, humilioribus ministeriis addicti, adiuvent, verum ut ipse, par divino muneri obeundo, recte possit populi sui gubernationem aliquando suscipere. Nam ut Ecclesia Dei catholica est nullamque apud gentem vel nationem extranea, ita consentaneum est ex una quaque gente sacrorum administros exsistere quos divinae legis magistros viaeque ad salutem duces sequantur populares sui. Ubicumque igitur adsit quantum sat est indigenae cleri eiusque bene instituti et vocatione sua sancta digni, ibi Missionarii opus feliciter expletum ecclesiamque praeclare esse fundatam iure dixeris. Quod si forte ad eam labefaciendam procella dein persecutionis oriatur, non verendum est ne, eo fundamento iisque radicibus, non sit hostiles impetus latura.

Hoc enimvero tam grave muneris officium ut ex veritate aestimarent diligenterque exsequerentur, semper apud Missionum rectores institit Apostolica Sedes: cuius quidem in hoc genere studium clare indicant vetera et recentia huius Urbis Collegia clericis exterarum nationum Instituendis, praesertim Orientali ritu. At, post hanc instantiam Pontificum, dolendum est, regiones esse, in quas abhinc pluribus saeculis catholica Fides illata sit, atque ubi tamen clerum indigenam, nisi deterioris notae, non reperias: item populos esse non-
nullos, mature Evangelii/ luce illustratos, qui ex bar- 44β
baria ad eum iam humanitatis gradum emerserint, ut in omni civilium artium varietate praestantes viros habeant, quique, cum multa iam saecula salutari Evangelii Ecclesiaeque virtute sint affecti, tamen adhuc nec Episcopos, a quibus regerentur, nec sacerdotes, quorum disciplina civibus imperitaret, efferre potuerint Apparet icitur mancam mendosamque esse rationem ad hunc diem alicubi usitatam in educando clero qui se ad Missiones applicet: cuius quidem incommodi removendi causa, Sacro Consilio Propagandae Fidei mandamus, ut quae variis regionibus opportuna sint constituat, et Seminaria, quae regionibus singulis plurlbusque simul dioecesibus usui sint vel condenda curet vel condita iam recte gubernanda, praesertim vero sollicitum sit quemadmodum novus in Vicariatibus ceterisque Missionum locis clerus adolescat

Iam vos alloquimur, dilectissimi Nobis Filii, quotquot estis» Dominicae vineae cultores, quorum in manibus proxime posita est, cum Christianae sapientiae propagatione, tot salus animarum. — Principio versetur vobis semper ante oculos excellentia magnitudoque muneris, in quod vester insumitur labor. Divinum est prorsus longeque ab humanarum rationum exiguitate remotum, quod vobis propositum est. iacentibus in mortis umbra lucem admovere et ruentibus in interitum caeli viam aperire. Intelligentes igitur vestrum unicuique dictum a Domino: *oblivisccre populum tuum, e? domum patris tui,'* memineritis non hominum debere vos imperium propagare, sed Christi, nec patriae quae hic est. sed patriae quae sursum, cives adiicere. Ac miserum sane foret, si qui ex Missionaries ita suae dignitatis immemores viderentur, ut potius de terrena patria quam de caelesti cogitarent, eiusque plus aequo studerent potentiam dilatare gloriamquc super omnia extendero. Esset haec quidem apostolatus pestis teterrime, quae in Evangelii praecone omnes caritatis animarum nervos elideret, ipsiusque vulgo debilitaret auctoritatem. Homines enim, quantumvis barbari ei immanes, satis/ bene intelligunt 447
quid sibi velit, quid ab eis quaerat Missionarius. sagacissimeque odorando perspiciunt, sl quid aliud» ac ipsorum spirituale bonum, expetat. Fac vero eum terrenis aliqua ex parte inservire consiliis, nec se virum undique apostolicum gerere, sed suae quoque patriae negotia procurare videri: continuo omnis eius opera in suspicionem veniet multitudini: quae quidem facile adduci poterit in eam opinionem ut Christianam religionem putet propriam cuiusdam externae nationis esse, quam religionem qui amplexus sit, subiecisse se tutelae imperioque civitatis exterae, propriacque civitatis ius exuisse videatur.

Magnae Nobis quidem aegritudini illa sunt dc rebus Missionum commentaria, quae hisce postremis annis vulgari coepta sunt, in quibus non tam studium apparet Dei regnum dilatandi, quam propriae civitatis amplitudinem augendi: miramurque in cis nihil curari quantum haec abalienent a religione sancta animos ethnicorum. Haud ita Missionarius catholicus, hoc dignus nomine: sed is, perpetuo recogitans, se nequaquam pro sua Ipsius natione, verum pro Christo tegalior.e fungi, ita se gerat ut quilibet sino ulla dubitatione agnoscat eius ministrum religionis quae, cum omnes complectatur homines, in spiritu et veritate Deum adorantes, nulli est nationi extranea, atque ubi non *f* *Gentilis.*

et *Iudaeus, circumcisio, et praeputium. Barbarus et Scytha, servus, ct liber: sed omnia, et m omnibus Ehnsîus.* Alterum autem perdiligenter Missionario cavendum, hoc est ne alios quaestus velit facere quam animarum. Verum hac de re non attinet plura dicere. Nam quem cupiditas teneat lucri, quomodo ille divinae gloriae studebit unice, ut oportet, in eamque promovendam, alios revocans ad sanitatem, paratus erit sua omnia vitamque ipsam *impendere? Accedit* quod ob eam causam multum ei decederet auctoritatis apud infideles, maxime si. quod proclive factu est. studium rei quaerendae in avaritiae vitium iam abiisset; cuius quidem sordibus nihil est nec hominibus contemptibilius nec Dei regno magis indignum. Bonus igitur Evangelil propagatur perstudiose in hoc etiam sequetur gen turn
443 Apostolum, cuius non solum est illa ad Timotheum hortatio: *habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus,* ' quandoquidem usque eo laudem abstinentiae magni fecit ut, operosissimi muneris distentus curis, tamen labore et manu sibi victum compararet

Sed enim Missionario, priusquam ad apostolatum accedat adhibenda est praeparatio diligens: quamquam quispiam dicat non esse tot rerum scientiam ei necessariam qui gentibus ab humanitate remotissimis sit Christum nuntiaturus. Nam, licet controversia esse non possit quin ad salutarem animorum conversionem plus virtutum ornamenta valeant quam litterarum, tamen si qui bono tamquam commeatu doctrinae non sit instructus. multum sibi saepe sentiet deesse praesidii ad sancti ministerii fructum. Neque enim is raro et librorum copia caret et doctorum, quos consulat, consuetudine, cum tamen respondere rogantibus, quidquid contra fidem obiecerint, quaestionesque dissolvere, vel perdifficiles, debeat Ad haec, quo is se eruditiorem ostendet, eo maior cius erit vulgo opimo, praesertim si in populo versabitur» apud quem in honore et in pretio sint studia doctrinae; quo quidem in genere nimium sane dedeceret veritatis nuntios a ministris errorum superari. Itaque, dum alumni sacrorum, quos Dominus advocet, ad apostobeas expeditiones rite instituentur, omnino eos in omnibus disciplinis, tum sacris tum profanis, quae Missionariis opus sint, erudiri oportebit Id ipsum fieri, uti par est. in scholis Pontificii Collegii Urbaniani Christiano nomini propagando, volumus: in quibus etiam proprium magisterium scientiae rerum quae ad Missiones pertinet, tradendae posthac esse jubemus.

In iis vero quae Missionarlus percepta et cognita habeat neccssc est, praecipue est numerandus, ut apparet, sermo populi, cuius se saluti devovebit. Nec enim contentus esse debebit levi quadam huius cogni-Uone sermonis, sed tanta ut expedite atque emendate loqui possit. Siquidem omnibus, imperitis aeque ac doctis. debitor est, nec ignorat quam facile quis possit,
449 bene k> quendo, allicere ad benevolentiam animos multitudinis. Ac praesertim explicationem doctrinae Christianae non catechistis committat diligens M.ssionarius. sed hanc provinciam, velut sibi propriam, atque adeo ut potissimam sui muneris partem, ipse retineat, qui non est aliam ob causam missus a Deo. nisi ut Evangelium praedicaret. Eidem autem interdum continget ut. tamquam religionis sanctae nuntius et interpres, primoribus populi se sistere debeat, aut in coetus doctorum hominum invitetur: tum vero qua ratione is suam tuebitur dignitatem, si sermonis inscitia exprimere sua sensa prohibeatur? — Nos igitur hoc ipsum attendimus nuper, cum. catholici nominis apud Orientales incremento et propagationi consulentes, peculiare in Urbe studiorum domicilium instituimus, ubi qui apostolatum in iis regionibus obituri essent, gnari scintesque linguarum morumque Orientis, cetcrisque praesidiis instructissimi evaderent Quod quidem Institutum cum magnae opportunitatis Nobis videatur, hac utimur occasione ad exhortandos, quotquot sunt, moderatores religiosarum familiarum, quibus Orientales Missiones sunt demandatae. ut suos alumnos, iisdem Missionibus destinatos, ca disciplina excolendos expoliendosque curent.

At. qui se ad apostolicum munus recte accingit, unum neeesse est ante omnia sibi comparet, utpote maximi momenti ac ponderis, videlicet, quod supra memoravimus, vitae sanctimoniam. Etenim homo Dei sil oportet, qui Deum praedicat; oderit peccatum, qui odls-<e peccatum iubet Maxime apud infideles, qui sensu ;x>tius. quam rationibus, ducuntur, multo plus proficitur fidem exemplis praedicando quam verbis. Esto igitur Mb.«ionarius omnibus mentis animique laudibus praeditus, omnibus doctrinis excultus, omni humanitate politus. nisi haec cum morum innocentia cohaereant, parum aut nihil efficacitatis habebunt ad salutem populorum, imo plurimum et ipsi et ceteris obesae possunt.

Sit ille igitur in exemplum humilis, obediens, castus, sit praecipue pius, sanctacque orationi ac perpetuae cum *Deo* conjunctioni deditus, sedulo apud cum causam agens anima rum. Quanto enim fuerit Deo coniunctior. tanto plus ei divinae gratiae et adjumenti impertietur. Audiat autem Apostolum sic hortantem: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam.* * Harum ope virtutum patens planusque in animos hominum est veritati aditus, quibusvis submotis impedimentis; neque enim ulla est adeo contumax voluntas quae eis facile obsistat. Ergo Missionarius, qui quidem ad similitudinem lesu Domini flagret caritate, cum vel perditissimos ethnicorum numeret inter filios Dei, utpote eodem divini sanguinis pretio redemptos, non eorum vel inhumanitate irritatur, vel morum perversitate percellitur, non eos cespicit aut fastidit, non acerbe atque dure tractat, verum omnibus Christianae benignitatis officiis studet allicere, ut ad complexum Christi, Pastoris Boni, aliquando perducat. In quo illud Scripturae Sanctae meditari consuevit: *O quam bonus, et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus! Ideoque cos,* qui *exerrant, partibus corripis: et de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relicta malitia, credant in te, Domine ... Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate luaicas, et cum magna reverentia disponis* nos.· Quid vero est aut difficultatis aut molestiae aut discriminis, quod talem lesu Christi legatum ab incoepto remoretur? Nihil sane: nam. gratissimus in Deum qui se tam celso muneri destinavit, omnia quaecumque inciderint adversa et aspera ad tolerandum, labores, contumelias, inopiam. famem, mortem ipsam quamvis crudelem, magno complectitur animo, dum vel unam ex infernorum faucibus animam eripiat

Ita affectus animatusque, Christi Domini et Apostolorum exemplo, ad suum munus fungendum fidenter Missionarius aggrediatur: sed omnem fiduciae suae rationem in Deo collocabit Divinum est hoc totum, ut diximus, Christianam propagare sapientiam, cum solius Dei sit penetrare m animos, ut et mentes splendore ventatis illustret, et voluntates igniculis virtutum in-/ 451
flammet et idoneas vires homini, ad sequendum efficiendumque id quod verum bonumque cognoverit, adiiciat. Quare, nisi ministro elaboranti Dominus adfuerit. is frustra contendet. Idem nihilo minus tamen strenue pergat pro instituto contendere, auxilio nimirum fretus divinae gratiae, quae nunquam, eam roganti, defutura est. — Quo loco praetereundae silentio non sunt mulieres, quae iam inde a rei Christianae primordiis egregiam operam studiumque Evangelii praeconibus navare consueverunt. Ac dignae sunt quae praecipua cum laude hic commemorentur virgines illae Deo devotae, quae in sacris Missionibus frequentes versantur, puerorum educationi, pietatisque et beneficentiae multiplicibus institutis addictae; volumusque haec suorum commendatio meritorum illis ad bene de Ecclesia sancta merendum animos addat et alacritatem. Illae autem pro certo habeant tanto suam operam fore utiliorem, quanto magis suae ipsarum perfectioni spiritus studuerint

Affari iam libet universos omnes, quicumque, magno Dei miserentis munere, verae sunt Fidei compotes et innumerabilia, quae inde manant, beneficia participant Ac primum attendant oportet quam sancta teneantur lege sacris ad infideles Missionibus opitulandi. Etenim mandavit <Deus) *unicuique de proximo ŝuo;* quod mandatum eo quidem urget gravius, quo proximum premit maior necessitas. At vero quod genus hominum magis fraternae opis indiget, quam infidelium, qui, cum Deum ignorent, caecis effrenatisque cupiditatibus devincti. pessimam omnium, sub diabolo, serviunt servitutem? Quotquot igitur his illuminandis opem pro facultate attulennt, praesertim Mixsionalium operam adiuvando. ii et maxima in re officii partes expleverint et grates Deo acceptissimum in modum de Fidei beneficio persolverint

lamvero triplicis generis sunt adiumenta quae Missionibus afferri possunt, quaeque Missionales ipsi rogare non desinunt Primum est. quod quidem cuique praestare licet, ut propitius/ eis Deus invocetur. Semel iterumque iam diximus inanem atque irritum, a Mission riis insumptum. laborem fore, nisi eum divina gratia fecundarit, Paulo testante qui ait: *Ego plantavi, Apollo* rqjarit, sed Deus incrementum dedit.ll Huius autem gratiae impetrandae una via est aeque in perseverant;ae humilium precum consistit, nam de omni re, *quam*cumque petierint, fi€t iUis α patre meo u dlcU nu.v ^une preces. si unquam alias, sane effectu carere 'n haccausa, qua nulla praestantior. nulla gratior Deo est Quemadmodum igitur dum Israelite!

cum /malcc pracliabantur, interea Moyses in summo colle divinam cis opem sublatis manibus impetrabat, ita Evangelil propagatoribus laboriose In vinea Domini se exercentibus omnes debent Christifideles sanctarum precationum ope suffragari. Cui quidem officio rite exsequendo cum proprie Institutus sit Aposfolatus *precationis* qui dicitur, eum hic vehementer bonorum universitati commendamus, optantes ut nemo se ab eius consortione abstineat, sed velint, quotquot sunt, apostolic! laboris si non re at studio esse participes.

Secundo loco. Missionalium paucitati medendum est; quae cum antea non exigua esset, summa iam facta est confecto bello, ut multae Dominici agri partes a cultoribus vacent. In quo vestram praecipue, venerabiles Fratres, advocatam desideramus diligentiam; vosque rem facturi estis vestro religionis amore in primis aignam. si et in clero et in Seminario dioecesano apostolatus semina, quae quis forte sibi inesse ostenderit, studiose foveatis. Nec vos ulla species recti decipiat aut humana aliqua ratio permoveat, quasi, quod exteris Missionibus permiseritis, id de utilitate dioecesis vestrae detraxisse videamini. In locum enim unius quem dimiseritis foras, plures domi sacerdotes perutiles Deus vobis suscitabit. Qui vero Ordinibus Institutisve religiosorum praesunt exteras colentibus Missiones, oramus et obsecramus, ne ad tantum opus nisi sodalium lectissimos desticent. eos scilicet qui et vitae innocentia et devotionis
453 ardore ct anima/rum studio praestare videantur. lidem autem cum Missionarios suos cognoverint in aliquo populo ab impura superstitione ad Christianam sapient am traducendo feliciter esse versatos, ecclesiamque ibi satis firme fundasse, eos. ut electos milites Christi, ad aliam gentem ex diaboli manibus eripiendam transferant, et quicquid ab illis iam quaesitum Christo sit. aliis, cultura promovendum in melius, haud inviti relinquant Quo pacto, opimam facientes tamquam messem animarum, uberrima quoque suis Familiis divinae bonitatis munera acquirent.

Denique opes et eae non ita tenues requiruntur ad Missiones tuencas. maxime cum earum necessitates ex bello in immensum creverint, tot scholis et nosocomiis et domibus hospitalibus et gratuitis rerum diribitoriis aliisoue sublatis exstinctis. Hic enimvero bonos omnes appellamus, ut liberales pro facultatibus exsistant Nam Qui *habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua* ab co; *quomodo charitas Dei manet in eo? "* Ita quidem loannes Apostolus, de ill's loquens qui rerum externarum necessitate premantur. At quanto est sanctius observanda caritatis lex in hac causa, cum agitur non solum ut inediae et inopiae ceterisque miseriis infinitae multitudinis subveniatur, sed etiam et in primis ut tam ingens animarum numerus e superbo Satanae dominatu in filiorum Dei libertatem vindicetur? Quare illa praeposterum, volumus sacrum Consilium chrlstiano nomini propagando diligentissime curet Maxime enim ex eo copiae suppetant oportet unde Missiones tum quae iam junt conditae tum quae posthac condendae erunt, sustententur: confidimus autem non permissurum catholicum orbem ut, cum alii ad errores diffundendos abundent affluantque opibus, nostri verum disseminantes cum
1. Vitent itaque Missionarii patrii sermonis inter alienigenas propagandi studium; ne ita videantur nationis suae commodo atque utilitati magis quam animarum saluti prospicere Curent populorum ad quos missi sunt linguae genus addiscere; eademque lingua vernacula sermones de rebus divinis, Christianae doctrinae institutiones, publicae in scholis atque in aliis id generis coetibus sacrae allocutiones, semper fiant, ut omnibus prodesse et ab omnibus audiri alque intelligi possint. Pariter lingua vernacula preces, extra sacram liturgiam, recitentur, eodemque sermone popularia cantica hymnique canantur. Vetatur autem omnino Missionariis quominus alienigenas ad confessionem sacramentalem alia lingua quam eorumdem christifidelium propria peragendam quomodolibet Inducant.

X Caveant insuper Missionarii ne peculiares patriae suae leges aut consuetudines, praecipue quod ad ieiunii et abstinentiae, nec non festorum de praecepto observantiam attinet, inter populos quibus cvangelium annunclant inducere conentur. quasi regulam de iisdem legibus particularibus et consuetudinibus efformando; sed omnino curent ut ecclesiastica disciplina In omnibus prouti in universali Ecclesia viget ubique inducatur sandeque servetur.

3. Vitare pariter curent Missionarii quodlibet studium promovendi Inter populos sibi concreditos suae nationis vel imperii aut reipublicae potestatis praeposteram pervasionem: ne videantur quae patriae suae terrestris sunt quaerere, non quae lesu Christi regnique coelestis. Politicarum itaque atque temporalium rerum cuiusvis generis curis in favorem nationis suae vel etiam alterius sesc nunquam admisceant: sed hoc unum prae oculis iugiter habeant supremum sanctumque negotium; animarum nempe lucrum assequendum. Deique gloriam totis viribus propagandam.

4. Quodcumque denique fuerit gubernii civilis regimen in regionibus, ad quas cvangelici operarii mittentur. populos cohortari ne negligent, ut civilibus constitutis potestatibus fideliter pareant, elsque se sublidant, uti Apostolus docet, non tamquam hominibus, sed tamquam Domino servientes; atque in hoc exemplo sint omnibus: debitum obsequium erga cuiusque loci civiles potestates ostendentes, earumque leges, dummodo honestas et Religioni non adversas, probe colentes.

Circa vero populorum studia de una potius quam alia civilis regiminis forma, aliaque huiusmodi de rebus mere politicis vota, Missionarii catholici curent omnino neutri parti se addicere; atque iis in adiunctis semper constanlerque politicorum motuum negotiis se extraneos servent; neque audeant de quaestionibus profanis, quae politicam redolent sive in ecclesia, cathedram Christianam profanantes (can. 1347 fur. *Can.),* sive extra ecclesiam, absque Ordinarii venia, publice condonari.

5. Abstineant omnino a promovendo adiuvandoque commercio sive cum patria propria sive cum aliis regionibus memores verbi Apostoli ad Timotheum: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus.*

6. Studiose servent eanonem *lur. Can.* 1336 quo · vetantur clerici, sive saeculares sive religiosi, sine licentia Superiorum libros de rebus profanis edere, foliis vel libellis periodicis scribere vel eadem moderari >; quae de rebus praesertim politicis dicta intclligantur.

7. In commentariis quae de rebus missionum vulgantur studium appareat Dei regnum tantum dilatandi, non autem propriae civitatis amplitudinem augendi, cwn hoc quam maxime abalienet a religione sancta animos ethnicorum (Litt Enc. *Maximum illud)* [LE 221J.

Atque haec quidem Moderatores missionum et Superiores sive Ordinum sive Institutorum, quibus missionum cura concredita est, suis subditis inculcare atque declarare studeant ut ab omnibus plenam circa ea obedientiam plenumquc obsequium praestetur.

Hac ratione singuli populi, ad quos Catholica Religio evangelicos suos mittet operarios, eorumque gubernatores facile intelligent eos non quae huius saeculi sunt, sed quae animarum salutem, veritatis propagationem ac gentium felicitatem respiciunt unice quaerere. Hac item ratione auspicatissimus dies citius illucescet, quo omnes terrae populos in unum ovile sub uno Pastore congregatos Ecclesia laetanter adspicieL

Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die festo Epiphaniae, anno Domini 1920.—G. M. Card, van Rossum. *Praef. C.* Laurenti. *Secr.*

• **Syllo9o n. 77.**

230

1920 IAN 10.-SC CONS., RESOL. AAS 12 (1920) 41-42

CIHCA STATUM EPISCOPI AUXILIARIS MANAGUENSIS

Quum exortum esset dubium utrum Auxiliaris Episcopus datus fuisset Archiépiscopal! Sedi Managuensi, an potius et dumtaxat ipsi personae Archiepiscopi, Erhi S. C. Consistorialis Patres, in plenariis comitiis diei 8 ianuaril 1920, respondendum censuerunt: *Affirmative ad primam* pcrtem; *negative ad secundam:* hoc est *datum esse Sedi Archie/piscopali; ideoque cius officium per-* « aeverare, *etiam vacante eadem Sede, servata tamen semper sua conditione dependentiae ab eo qui Archidioeceseos regimen obtineat.*

Ssrhus Dnus Noster autem, in audientia sequentis diei, resolutionem hanc ratam habuit et confirmavit, eamque publici iuris fieri iussit

Die 10 ianuaril 1920.—C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., *Secr.* V. Sardi. Archiep. **tlt** Caesariem. *Adsessor.*

Adn. NrT 47 (1920) 369.

231

1920 IAN 10.-SC CONC.» RESOL. AAS 12 (1920) 70-73

MONTISVIDEI et ALIARUM

Stipendii missarum, qua mercedis vicariorum paroecialium. Die 10 *ianuarii 1920*

Spfcies pacti. - Administrator Apostolicus archidioecesls Montisvidel de antiqua consuetudine plurimarum paroeciarum archidioecesis et duarum dioecesium suf-

» **Per** *hoc taxici rmllUmns prohibetur quomVtus* **<n icftoUs miiriowH** *toe etiam lir.qwe citropcae opportur.e edoceantur, quae* **clvrwvn ufiHfcft** *ce*

fraganearum Melensls ac Saltensis, ad hanc S. Congr. referendum esse duxit. Ibi enim parochi vicarii cooperatoribus menstruam mercedem 50 pesos solvunt, importa vicariis obligatione applicandi missam quotidie ad intentionem parochi, qui sibi retinet stipendia missae, non considerata summa ad quam haec re vera per mensem ascenderint. Quod, ln nonnullis saltem paroeciis. hoc modo intelligitur, ut ex 50 pesos pars v. g. dimidia tamquam summa fixa assignetur, altera vero quasi per compromisslonem tradatur pro stipendiis missarum: haec autem stipendia in nonnullis locis summam illam non aequare, in aliis, illam superare solent—Litteris praeterea 7 sept, huius anni, interroganti Emo Praefecto respondit habitationem quoque et alimenta a parochis suppeditari; vicariis propter consuetudinem copiam alius pactionis moraliter nullam dari; nec deesse privatas querelas vicariorum de isto usu.—-Testatur simul renumerationem vicanis tributam certo esse sufficientem; sed hoc in quaestionem vocari, utrum necne haec pactio de missarum applicatione cum can. 840 § 1 componi possit. Addebatque interim in constitutionibus dioecesanis anno superiore, in parochorum congregatione. statutum fuisse ac, auditis archidioecesanis consultoribus, a se approbatum, v ut in posterum, donec S. C. C. quaestionem dirimat, parochi cooperatoribus suis mercedem solvant 25 ponderum, adiecto quotidie missae stipendio integro iuxta taxam, ita ut honorarium menstruum summae 50 ponderum coaequetur ».—Quare reverenter postulabat utrum exposita praxis sustineri adhuc posset

Animadversionis. - Canon 827 iubet ut a stipe missarum quaelibet etiam species negotiationis vel mercaturae omnino arceatur. - Ex can. autem 840 f 1. qui missarum stipes manuales ad alios transmittit, debet acceptas integre transmittere, nisi oblator expresse permittat aliquid retinere./

71

Porro, in casu, nulla species negoUatlonis aut mercaturae adesse cernitur. Nulla *negotiatio:* non enim studiosa collecUo eleemosynarum iit cum intentione eas distribuendi inter sacerdotes qui minore stipendio contenti sint. Nuiln mercatura; non enim tentatur commutatio stipendiorum pro libris vel aliis mercibus aut associationibus fut vocanz) cum diariis; sed habetur tantum collectiva stipendiorum missarum, quae de iure vicariorum essent, tamquam breviore manu facta attributio parocho, qui. pro minus certa summa, certam eamque convenientem in salarium menstruum assignat Sane modus iste agendi in nullam reprehensionem incurrit ln locis ubi menstruae eleemosynae 25 pesos vix attingunt. Quid tamen in locis ubi talia dari consueverunt stipendia, quae 25 pesos notabiliter superent? Namque priora 25 pesos a parochis solvi solita, tamquam salarium fixum debita videntur. Quo itaque titulo parochi excessum stipendiorum sibi retinebunt? Verum ex litteris ipsius Administratoris Apostolic! novimus, praeter summam pecuniae stabilem, etiam habitationem ct victum a parochis praeberi. Excessus itaque stipendiorum tamquam modka compensatio alimentorum considerari potest. Sed si ita res se habent, casus parochorum et vicariorum comparari potest cum probatissimo usu religiosorum. Hi. quia in professione religiosa omnes fructus industriae abdicarunt (can. 5®. I 2>. missas celebrant ad intentionem Superiorum, qui omnia stipendia accipiunt pro communitate: haec autem decenti religiosorum sustentationi prospicere debet. Vicarii. non omnes quidem fructus, sed missarum stipendia cedunt parochis, qui eorum sustentationi abundanter consulunt.

Ceterum non leve subsidium ad solvendam propositam quaestionem nobis afferunt bina responsa H. S. Congr. ln Trevireru *Eleemosynae Missarum,* 11 mali 1888 [TRC 164 (1905) 176). et in Brcdan.. *iusdem tituli.* 25 febr. 1905. [TRC 164 (1905) 165-178; CICF n. 43211.

In priore, ad 3. licita existimata est conventio qua. sive expresse sive tacite, inter aliquos parochos vicarlosquc statuitur ut. pro commodiore victu vicariis concedendo. - pa" rochis cedant In cumulo fructus fundationum pinguio- " ruro, et vicariis tribuatur stipendium ab Ordinario taxa- " tum ·. In altero responso admissum est ad 1. M ut pro " victu et servitio, vicarii parochis in cumulo cedant fruc- ' tus missarum pinguiorum, et vicariis tribuatur stipendium " ordinarium missae lectae - Ad 3 vero declaratum est consuetudinem sustineri qua ~ vicarii omnes fere " missas ' ad Intentionem parochi celebraro debent, qui eis praestet " victum et servitium, dum ipsi ex aerario ecclesiae determinatam obtinent pensionem ’

Age porro: responsa ad 3 in Treviren. et ad 1 ln Brcdan. solvunt casum difficiliorem, quia ibi pars stipendii retine-
72 batur; decreta autem./ propter maius periculum abusionum. magis expresse prohibent ne pars stipendii retineatur quam totum. Cf. responsa H. S. C. 1625; 23 dec. 1697; Bullam Quanta *cura,* Benedicti XIV. 30 iun. 1741 [CICF n. 3111. et ipsum can. 840. 5 1.

In Bredan. autem, responsum ad 3. casum nostro omnino similem contemplatur. Ratio autem responsi istius haec a S. C. Secretario dabatur, quia decretum *ut debita* 11 mali 1504 (AAS 36 (1903-04) 672-6761. hoc unum vetat, ne ope nipendlorum commercium quodpiam exerceatur, pactionem propositam in nullius commercii subsidium vergere.

Novimus autem, ex c. 6. nn. 2· et 3·, In partibus quae cum lure veteri congruunt, canones ex iure antiquo et receptis interpretationibus aestimandos esse: canones porro 827 et 840. J 2, cum lure superiore congruunt. Immo etiam minus severe sonant quam decr. *Ut debita,* quo vigente, responsum In Bredan. datum est. Etenim, ln decreto *Ut debita,* n. 9, eleemosynae missarum in alias res commutari aut imminui stricte prohibebantur, dum cc. 827 et 840 volunt tantum ut omnis etiam species negotiationis aut mercaturae absit et Integra missarum stipendia transmittantur.

Scrupulus autem quem idem Administrator ApostoIleus manifestat, sitne satis spontaneus ct liber vicariorum consensus, facile removetur: liber est consensus, quatenus officium vicarii libere acceperint, cum congrua retributione, culus forma, consuetudine definita, ab ipsis non ignorabatur. nulla autem praesens lex spontaneum consensum in huiusmodi pactionem postulat. Ceterum, in Bredan. similis consuetudinis necessitas vicarios premebat.

Unum tamen observandum supercsl Oblator pinguior.s stipendii hac etiam spe ad liberalitatem moveri videtur obtinendi, cx grato animo sacerdotis, celebrationem ferventiorem. et fortasse, etiam superadditas preces. Spes ista autem supradicta pactione tollitur. Nec praeterea spernendum est quod a nonnullis (cfr. *Monitore* ccclcs.. 1919. pag. 92. n. 18) circa can. C27 observatum est. m eo videlicet non solum omne genus negotiationis ct mercaturae prohiberi circa stipendium missarum, sed etiam inculcari ut quaelibet vel *apparentia aut suspicio* rei sollicite amoveatur. prout insinuat in canone verbum Illud etiam, ibi: “ A ⁑ stipe Missarum quaelibet *etiam species* negotiationis vel ⁑ mercaturae omnino arceatur Quare praeferenda sane videtur supra relata ordinatio ab ipso administratore facta anno 1918. ln parochorum congregatione: idque eo magis quod vicariis gratior eriL

Resolutio. - Die 10 ianuarii 1920, S. Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Rfnorum Patrum comitiis, rescribendum super relatis/ precibus censuit 73
Propositam consuetudinem remunerandi coadiutores vicarios tolerari posse. *Et ad mentem.* Mens autem est. quod < Administrator Apostolicus operam navet ut in « praxi ponatur statutum dioecesanum vi cuius ” pam- « chi cooperatoribus suis mercedem solvant 25 ponde- « rum, adiecto quotidie missae stipendio integro iuxta v taxam. ita ut honorarium menstruum summae 50 ροή- v derum coaequetur ” ».

Facta autem de praemisis SSfno Dno Nostro Benedicto divina Providentia PP. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in audientia insequentis diei. Sanctitas Sua datam resolutionem aoprobare et confirmare dignata est.—L Mori. Sccr.

Adn. J. B. ln NrT 47 (1920) 567; REGATILLO n. 400; ME 32 (1920) 106-108; PrM 10 (1922) 190-191.

232

1920 IAN 10.-SC CONC. RESOL. AAS 12 (1920) 43-47

WHATISLAVIEN. et ALIARUM

Licentiae gestandi barbam clericis concessae

Die *10 ianuarii 1920*

Species facti. - Emus Episcopus Wratislaviensis. litteris diei 2 elapsi septembris ad hanc S. C. datis, quae sequuntur exposuit: < In variis particularibus casibus v S. Congregatio Concilii, ad preces a me commenda- < tas. hoc et praecedentibus annis, uni alterive ex mea < dioecesi sacerdotibus licentiam gestandi barbam ob « rationes speciales concessit/ Nunc vero orta est inter 44
« canonistas in Germania controversia, sitne hac in re « disciplinae mutatio inducta per statuta Codicis Iuris « Canonici: ex qua auctorum controversia iam oriri v incipit varietas in praxi.

c Asserunt quidam auctores, eanonem 136. qui capil- « lorum simplicem cultum permittit ct de abradenda « barba omnino *tacet,* libertatem gestandi barbam ήχο- v destae formae omnibus saecularibus clericis concesv sisse, non obstante consuetudine per totam Germaniam v vigente, quae hucusque vim obligantem habuit In v Germania enim barbam gestare vetitum est partim v per Concilia provincialia partim per consuetudinem v centenarium superantem. Quo vero ad legislationem v dioecesanam. alii asserunt episcopum decernere posv se, prohibitionem in sua dioecesi hucusque vigentem v firmam ct obligantem manere; alii volunt episcopum v nihil iure communi expresse permissum prohibere v posse, nisi ipsi sacri canones id ei aperte concedant v vel Sanctae Sedis auctoritate prohibitio confirmev tur.

‹ Episcopi nuper Fuldae in conferentiam congregari ‹ unanimiter censuerunt, vigentem hucusque prohibi- « tionem non esse tollendam. Optandum certe est, ne in ‹ hac re. licet minime pertineat ad essentiales status ‹ clericalis virtutes, varwtate indecenti admiratio ali- « qua in populo oriatur. Idcirco reverenter peto a S. c Congregatione: An *Codice Iuris Canonici data* sit c *quibuscumque clericis saecularibus libertas gestandi t barbam, et. respective, an Episcopis competat prohi-* « biftonem *hucusque vigentem in suo robore sustinere* c *pro dioecesibus suis* ».

AxiiLUjrrxsiOTas. - Manifestum est vel cx praemissis controversiam non aliud fundamentum habere posse, quam In can. 6, n. 6, ubi edicitur: " Si qua ex cctcns discipii- " naribus *legibus,* quae huc usque viguerunt, ncc explicite - mcc implicite m Codice contineatur, ea vim omnem ami- " sisse dicenda est - Ut autem canon hic ad rem trahi possit, oportet omnino, non solum ut agatur de vera edita *uge.* atque ut haec ne implicite quidem (praesertim habita ratione can. 20) in Codice contineatur, verum etiam, prout eruitur ex can. 23. oportet ut lex de qua agitur non fuerit lex specialis, pro particularibus locorum (ac temporum) circumstantiis lata, sed lex generalis prorsus, perpetuo rt ubique valitura. Ita, post promulgatum Codicem, non obstante huius silentio, declaratione S. C. S. Officii d. 20-22 martii 1918 (A. *A. S.* X, 136) [LE 80), sustinentur leges et provision» generales datae contra modermsmum. uousque hic error grassaverit; itemque ex declaratione L C. de Religiosa 15 iulii 1919 (A. *A. S.,* XI. 321) (LE 195). sustinentur decreta circa religiosorum servitium militare, ubi et usquedum circumstantiae hanc necessitatem subire coégerlnty et generatim. prouti In praefatis decretis continetur, » * praescriptiones et leges natura sua temporarias ac trans- " Hortas " vel quae ad circumstantias locorum et tempo- " rum habent rationem " quum " generalis legis rationem " non Induant ". certum est cas non cadere sub abrogatione can. 6 nam. 6. praescripta.

At vero in casu de quo agitur, id est quoad morem non gestandi barbam, animadverti potest: Primo, non agi In ca<u de vera lege ecclesiastica generali prohibitiva. Canones qui ad rem citari solent, v. g. cap. 7 de vita c: *honest. Clericorum,* HI. 9. ex communi doctorum sententia Ita accipiuntur ut solummodo prohibeant barbam nutrire more weculanum studiose compositam: epistolae etiam RR. PP. (v. g. Gregorii VII ad Archiepiscopum Calaritanum; acta con. Laterio. a. 1514 sub Leone X> tantummodo testantur pristinum morem ct institutionem Romanae Ecclesiae, quem λ contrariis abusibus defendunt Nullibi autem reperltur vera et generalis lex morem gestandi barbam ubique ct futuris temporibus perpetuo interdicens: haec vero deficientia nonnM prudentiam commendat Legislatoris ecclesiaitlel, quim laudem nec r.oviter datum Codicem demerer: oportebat Fieri etenim poterit aliquando ut a more harbirati) recedendum fortasse sit prout vel post Tridentinam Synodum, usque ad exitum aaec. χτπ. recessum fuisse omnrs norunt: nec quemquam fugere potest quam incommodum sit. solemniter datam et firmatam in Codice legem, abrogare.

Secundo, et consequenter: mos iste barbam radendi, prou- « historicae eius victrttudlncs ostendunt, nonnisi consuetudine probatis nempe regionum moribus, quandoque iure particulari firmatis, universalis evasit, saltem quoad locorum circumstantias: quamobrem. quatenus in Codice recipi poterat (Idest implicite ct hypothetice, non absolute) satis receptus videtur ubi Codex, non absimiUter a Concilii Tridentmi sanctione (cap. 6. sess. XIV dc rcf.) * decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimos locorum M consuetudineb et Ordinarii loci praescripta " clericos deferre lusit. immo universam hanc materiam dc externo corporis cultu, salva quidem necessaria unitate disciplinae et conformitate. ad praefatam nonnam consuetudinis redicendam voluit (c. 136. i 1). Celerum, absonum prorsus censeri debet eorum commentum qui volunt in l › num. β. ran. 6. abrogatas esse consuetudines generales t quibus Codex simpliciter sileat, quasi Legislator benignius egerit erga consuetudines vigentes contra canones (cfr. can. 5, coIL cum. can. 30). quam erga consuetudines fecundum aut praeter legem.

Tertio: praescindendo a generali praescripto legis, dubium esse nequit quin in casu particularis lex in loco vi? 46 gens prohlbensque barbam/ gestare, pro nonna sumenda sit. non solum quia, ex lam demonstraris, silentio Ccdlcls potius recepta quam exclusa apparet, red etiam ex explicite praescripto can 20. ubi docetur: " si certa de re desit expressum praescriptum tegis sive generalis live particularis · unde pronum est inferre, silente lege generali, sequendum esse particularis legis praescriptum - Fortius id firmatur. si consideretur praescriptum hoc particularis legis. m casu, conforme omnino csne universali in praesenti Ecclesiae latinae usui et consuetudini, prouti in comperto esti ut autem contra universalem consuetudinem usus oppositus alicubi introducatur, nec sufficere Ordinariorum auctoritatem, red requiri saltem tacitum supremi Ecclesiae Fartoris ecnwnsum. Praestat ad rem litteras referre quas Nuntius ApcitoHcus apud aulam Bavariae sub die 16 Iunii 1E63 dedit nomine ree mera PH PP IX ad Archiepiscopum Monacem et Frlsingen . quae Ita sonant:

" Ad aures Beatisainu Patris pervenit m nonnullis Ba- • variae dioecesibus ades»· ecclesiasticos viros qui. novita- - Us vel potius levitatis spiritu perducti, usum ïamdiu in- - «o etum barbam restandi Iterum introducere conantur * Quidquid de antcactls wrculis dici debeat, m confesso est modernam et vigentem Ecclesiae latinae disciplinam huic " usui prorsus obstare, *novamque consuetudinem» ut Icaitime introducatur, necessario requirere assensum saltem ' tacitum supremi Ecclesiae Pastoris. Hic* autem huiusmodi novitatem omnino se reprobare declarat: eo vel magis ' quod tristissimis hisce temporibus spiritus omnia innovandi haud paucos seducat, et cx una novitate ad aliam facile procedi possit. Quae cum Ita sint, placuit Sanctitati Suae mihi in mandatis dare, ut omnibus Bavariae Antistitibus suo nomine significarem, ab ipsis omnimode curandum esse non solum ut praedictus usus expresse prohibeatur, sed etiam ut disciplinae unitas ct perfecta cum Ecclesia Romana, omnium magistra, conformius in omnibus, ac proinde in habitu et tonsura clericorum servetur, vel. si opus sit, restauretur, ac qualiscumquc nova consuetudo vitetur quae *supremo Ecclesiae Capiti apprime* cognita atque ab ipso *probata non sit.*

° Dum hacc Excellentiae Tuae IlhBae ct Revfltae Beatissimi Patris iua>u ac nomine scribo, illam rogo ut me de huius epistolae receptione instructum reddens, mihi etiam indicare velit, quid Excellentia Tua opportunum facere existimaverit, ut praedictus usus, si forte in Ista dioecesi manifestari Incoepit. extemplo reliquatur, atque nemini

Resolutio. - Porro, relatis in plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, die 10 lanuarii 1920, precibus Emi Episcopi Wratlslavien., Emi Patres reseribenaum censuere: *Negative ad primam partem; affirmative ad alteram.*

Benedicto, Div. Provid. PP. XV, in audientia insequenti dic infrascripto Secretario concessa, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.—I. Mori, *Secr.*

‘ Ex *Collectione Laccnsi,* toni, III. pag. 547, n.

Adn. J. 3. in NrT 47 (1920) 407-415; REGATILLO n. 12; ME 32 (1920) 106-103; PrM 10 (1922) 190-191.

1920 IAN 10.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART

CIRCA CONFESSARIUM ORDINARIUM DANDUM DOMIBUS INTRA SEX RELIGIOSAS EXSTANTIBUS

Rcvmus Ordinarius Pragensis proposuit Pontificiae Commissioni ad Codicis canones rite interpretandos sequens dubium:

Die 3 Julii 1916 S. Congr. negotiis religiosorum sodalium praeposita Ordinario Linciensi respondit ad 3um: « Obligationem non adesse nominandi confessarium ordinarium pro Sororibus, si earum communitas sex saltem Sororum numerum non attingat » [ME 30 (1918) 33-36).

Can. 520 Codicis praescribit vero hodie, ut singulis religiosarum domibus detur coniessarius ordinarius.

Infrascriptus Ordinarius humiliter petit, utrum responsio die 3 Julii 1916 data hucusque valeat, vel agendum sit iuxta Can. 520 et pro unaquaque domo religiosarum. etsi numerus sex in eodem domo non excedat, coniessarius ordinarius deputandus sit.

S. Congr. negotiis religiosorum sodalium praeposita solvit hoc dubium rescripto diei 10 Januarii 1920 N. 6623 19 ita:

‹ Hacc S. Congregatio, mature perpensis litteris sub die 10 Octobris anni proxime elapsi datis, quoad confessarios ordinarios nominandos pro Communitatibus, quae sex saltem Sororum numerum non attingant, respondendum consult: *Serventur praescriptiones Canonis 520* Codicis Juris canonici ».

Curent proinde parochi locorum, ubi domus religiosarum sine proprio confessorio ordinario existunt, ut Sorores quamprimum cum petant litteris ad a. e. Consistorium datis.

• AKKR ICO (1920) 47. Ado. REGATJLLO n. 258

12 (1920) 448

De editions typica memorialis **RITUUM**

qu<xi pro aüauibus praestantionbu> «MIC..S functionibus in Ecclesiis minoribus a Sum-

mo Pontifice Benedicto XIII probatum eiusque iussu editum fuit ac pluries rcproductum, nunc iuxta leges Uturgicas etiam recentlores diligenti studio revisum atque opportune reformatum. Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, suprema Sua auctoritate recognovit, atque hanc Memorialis Rituum editionem tamquam typicam habendam esse sancivit: simulque statuit ac declaravit, ut eidem editioni omnes ceterae in posterum conformari atque authentico testimonio comprobari debeant; servatis normis, quae pro editione librorum 11turgicorum traditae sunt typographis per decretum eiusdem Sacrae Congregationis n. 4266. die 17 maii anno 1911. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 14 ianuarii 1920.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rutinae, S. *R. C. Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. B. In EL 34 (1920) 330-332: I. PAUWELS In PrM 10 (1920) 109-110; PrM 10 (1922) 191.

235

1920 IAN 14.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

Facultas celebrandi missam cum candelis ex quavis **DECENTI MATERIA CONFECTIS, AUT ELECTRICIS**

Preces - *Bine Pater,* Episcopus S. Hippolyti ad pedes S. V. provolutus implorat, ut sibi detur indultum permittendi, ut sanctum Sacrificium Missae celebrari possit cum candelis ex decenti materia conflatis et, si tales haberi nequiverint, cum candelis electricis. Et Deus etc.

Resch. - Sancti *Hippolyti.* Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV. referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, attentis circumstantiis expositis, iisque perdurantibus, iuxta prudens Rmi Ordinarii Oratoris iudicium et ad proximum biennium, benigne annuit pro gratia iuxta preces in diversis casibus necessitatis et opportunitatis: servatis de cetero servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14. Januarii 1920.-A. Card Vico, Ep. Portueiu *Praef.*

• Ordînjtîo Sancti Hippolyti; **AKKR 100 (1920) 47-48.**

236

1920 IAN 14.-SACRA POEN., RESP. PART.·

Excommunicatio conductorum bona ecclesiae usurpata

Utrum Titius, qui conduxit fundum a gubernio civili usurpatum, incurrerit censuram, de qua in hoc can. 2346.

Resp Affirmative.

• *P.* **VITO, Oulstioni ononlcb·. Nepoll 1926, I 68-69. Adn. P. VITO. op. «t loc. <it.; REGATILLO n. 876. Vide infr· Respontum Coffiamionii Interpretis diei 13 decembris 1923: LE 548.**

237

1920 IAN 15.-SC S. OFF., DECR. AAS 12 (1920) 37

Sci **■UTICA NONNULLORUM E CLERO BOHEMO SACERDOTUM COALITIO DAMNATUR**

Nunciatum est Sanctae Sedi nonnullos e clero bohemo sacerdotes, quorum impulsu insanae iam antea postulationes eidem Sanctae Sedi oblatae fuerant, postremis hisce diebus illegitime congregatos, schismatico ausu, defectionem ab Ecclesia Romana, aliarum omnium ecclesiarum matre et magistra et catholicae unitatis centro. proclamasse atque in nationalem, quam vocant, ecclesiam coaluisse.

Tantum facinus Suprema haec Sacra Congregatio Sar.cti Officii, cui fidem moresque tutandi onus incumbit, ex animo detestata, muneris sui esse ducit praefatam ecclesiam seu schismaticam coalitionem. absque ulla mora reprobare, damnare atque anathematizare, ut reapse praesenti Decreto, nomine et auctoritate Ssmi D. N. Benedicti XV, reprobat, damnat atque anathematizat, insimul declarans supradictos sacerdotes, cuiusque sint gradus, conditionis et dignitatis, iam ipso facto excommunicationem incurrisse ad praescriptum canonis 2314 speciali modo Sedi Apostollcae reservatam, et si forte (quod Deus avertat) in ea contumaciter insordescant, omnibus aliis per Sacros Canones statutis poenis atque inhabilitalibus quamprimum plectendos fore.

Curent autem pro suo munere Sacri Bohemorum Antistites praesens Decretum ad fidelium sibi commissorum notitiam, quo efficaciori modo in Domino consuerint, statim deducere eosque a schismaticae factioni quomodocumque adhaerendo deterrere, ne forte et iidem fideles in eamdem incidant damnationem.

Datum Romae ex aedibus S. Officii, die 15 ianuarii 1920.—Aloisius Castellano. *Supremae S. C. S. Off. Notarius.*

Adn. ME 32 (1920) 70; NrT 47 (1920) 365-366; PrM 10 (1922) 180.

238

1920 IAN 16.-SC CONCILII, RESP. PART.·

Dubia circa sepulturam ecclesiasticam eorum qui **PROPRIUM CORPUS MANDAVERINT CREMATIONI TRADI**

Dubium - *Beatissime Pater,* Codex in can. 1203 s 1 statuit: ‹ Fidelium defunctorum corpora sepelienda sunt, reprobata eorundem crematione ». In can. 1240 § I. n. 5° vero, legitur: « Ecclesiastica sepultura privantur, nisi ante mortem aliqua dederint poenitentiae signa, qui mandaverint suum corpus cremationi tradi. »

Cum in regione nostra saepius nunc occurrat similis casus, humillime infrascriptus rogat, quomodo sese gerere debeat:

I. Quando quis mandaverit suum corpus cremationi tradi, attamen:

1. mandatum suum non revocavit et proinde crematur,

2. mandatum suum non revocavit, etsi ante mortem sacramentum scienter et volenter poenitentiae susceperit et crematur;

3. mandatum suum non revocavit, ante mortem extremam unctionem, sensibus tamen destitutus, suscepit, et crematur;

4. mandatum suum non revocavit, nec Sacramenta suscepit, familiares eius tamen dicunt, eum signa quaedam (et qualia?) poenitentiae dedisse, et crematur.

5. mandatum suum revocavit, sed familiares eius asserunt, eum revocasse, et nihilominus crematur,

6. mandatum suum revocavit, sed familiares nihilominus decernunt, ut cremetur.

II. Estne idem sentiendum (in casibus praedictis) si quis:

1. mandavit cadaver suum cremari ob despectum religionis?

2. mandavit cadaver suum cremari ob despectum religionis sed ex timore ne forte in tumulo reviviscat, vel ne ossa eius aliquando post abolitionem coemeterii reficiantur?

3. mandavit, sed solummodo bona fide, nullatenus Ecclesiae aversus?

III. Et quid si quis non mandavit cadaver suum crematioui dari, at familiares cius ita decernunt"

IV. Quid dicendum in casu.

1. quando quis noluit cremari, sed ultra fines patriae mortuus est, consanguinei vel familiares vero volunt, ut reliquiae defuncti in patria deponantur, ct cum non permittatur a gubernio vel nimis difficile sit, ut cadaver transportetur, illud crematioui dant unice hanc ob causam, ut facilius in patriam deferri possit ad tumulandum?

2. Et potestne urna cum cinere deponi in sepulcro familiari cum leges civiles hoc non prohibeant, quinimmo adiudiccnt ius cinerem cremati sepeliendi in cryptis et sepulcris, familiaribus etiam in coemeteriis catholicorum?

3. Et quidem cum vel sine caeremoniis ecclesiasticis?

4. Et si caeremoniae permitterentur, quaenam et ubi?

V. Demum quaeritur, in quonam ex praefatis diversis rasibus et sub quibusnam conditionibus, quando cadaver crematìoni detur, permittitur:

1 ut cadaver in domo a parocho benedicatur?

2. ut e domo ad ecclesiam per parochum conducatur?

i ut in ecclesia super cadavere exsequiae fiant?

4. ut ab ecclesia, vel a domo, si in ecclesiam non transfertur, conducatur per parochum ad confines parochiae? vel usque ad jl d. stationem ferream?

5. ut conducatur a parocho usque ad coemeterium, ubi dein comburitur0

Resp. - 16 Jan. 1920: Examini subjectis dubiis ab Amplitudine Tua propositis circa cremationem cadaverum haec S. Congregatio Concilii responait: ‹ Provisum per decretum S. Officii diei 15 Decembris 1886 (ASS 25 (1892-93) 63) et 27 Julii 1892. (CICF n. 1158) In casibus dubiis Ordinarius recurrat aâ S. Sedem ».

Ordiaaho *Prntsnti:* AKKR 101 (1921) 50-51

1920 IAN 26.-SC RIT., RESP. AAS 12 (1920) 122

ROMANA

Dubia: circa tres missas in die nativitatis domini et **COMMEMORATIONIS OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM CELEBRANDAS**

A Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutio expostulata est: nimirum:

1. « An Sacerdos, qui ob debilitatem visus aliamve c iustam causam ex Induito Sedis Apostohcae celebrat c aliouam ex Missis votivis aut Missam quotidianam « Defunctorum, possit in die Commemorationis Omnium « Fidelium Defunctorum ter Sacrum facere, eamdem t Defunctorum Missam quotidianam repetendo? ».

2. « An idem Sacerdos, qui pariter ex Apostohcae « Sedis Induito Missam Deiparae votivam aut aliam votivam celebrat, valeat in posterum die Nativitatis Do« mini eamdem prorsus Missam ter dicere? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit:

« *Affirmative ad utramque quaestionem facto verbo* ‹ cum *Sanctissimo;* de cetero rite servatis tum Consti‹ tulione Apostolica *Incruentum altaris Sacrificium,* 10 ‹ augusti 1915 (AAS 7 (1915) 401-404J tum Rubricis ac ‹ Decretis dies Nativitatis Domini et Commemorationis • Omnium Fidelium Defunctorum respicientibus ».

Quam resolutionem. Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XV per infrascrlptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatami. Sanctitas Sua ratam habuit ct probavit, dic 26 ianuarii 1920.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. ct S. Rufinae, S. R C. *Pracj.* Alexander Verde, Secr.

Adn B. In EL 34 (1920) 162-163; I. PAUWELS In PrM 10 (1922) 213; R. TRILHE in H/T 47 (1920) 442; ME 32 (1920) 203-204

1920 IAN 28.-SC RITUUM, INSTR. PART

INSTRUCTIO PRO SACERDCHE. QUI. CARENS BRACHIO DEXTERO DISPENSATIONEM APOSTOLICAM OBTINUIT AD SACRUM

ANTE MISSAM

NOnWAZ GEMTR4US

I Praeter Calicem *upcr Corporali, praedisponatur super Altari Mlseale apertum: ct in latere Epistolae vasculum cum aqua ad purificationem digitorum Sacerdotis assistentis.

ÏL SI necesse sit vestimenta apud Altare assumere. Id fut ad cornu Evangelii. Sacerdote celebraturo stante super suppedaneo, de quo. assumptis paramentis. descendat ipse Missam inchoaturus more sólito.

HI. Opportunum erit Hostiam ad lineam fractionis apto instrumento aliquantulum comprimere, ut ea facilius suo tempore dividatur.

IV. Ne omittatur osculum Amictus: huius impositio pitf. etc., flat auxilio assistentium.

V. Albae manica dexteri brachii (nisi hoc fictltlum beatur) ad Cingulum cohibebitur.

VI. Manipulus brachio sinistro apponatur cubito propius, nc in sacra actione vel minimum offendat.

TEMPORE MISSAE

Nommai centrales.

1 Sacerdoti celebranti alter Sacerdos semper assistat praeter ministrum consuetum, quoties hic haberi queat

II Sacerdos assistens adstabit sinistrae Celebrantis*
ad Confessionem, nisi adsit minister.
ad Evangelium, etc..
ad Secretas, etc..
ad abstergendum et concinandum Calicem.
et ad ullimum Evangelium:
idemque dexterae Celebrantis adstobit:
ad Introitum, etc..
ad Offertorium, etc..
ad Qui *pridie, etc.*.
ad ** Communionem ", etc.
et ad Preces post Missam.

HI. Cruces designabit manu sinistra Celebrans Um super se. quam super aut versus res. vel personas, more latino solito, nempe, signando hastam transversam semper a sinistra ad dexteram.

IV. Celebrans manum teneat ad pectus extensam (indice uir.cn et pollice non disiunctis post consecrationem), quoties alias deberet iunctas tenere ante pectus, vel Ad labium Altoris, nisi dextera fictitia manu valeat decenter Rubricae inhaerere.

V. Quoties Rubrica praecipit manuum extensionem post harum iunctionem. Celebrans faciat gestum sinistrae a pectore ad pectus, etiam cum elevatione quando haec praecipitur. Ad Orationes. Praefationem, etc., manum tenebit prout indicat Rubrica.

VI. Missalls foliorum evolutio generatim fiet ab Assistente: si vero habeatur minister superpellicco indutus, hic. post elevationem. Missall adstabit huius folia versurus, saltem ad cautelam, nempe, si Celebrans, id minus facile ageret: alias, nisi poterit Celebrans, id praestabit Assistens, sin minus adluvabtt.

VIL Hic Stolam Induat ab initio Canonis usque ad Communionem inclusive.

VTII Quotiescumque Celebrans discooperit et cocpent Calicem. Assistens, ad cautelam, dexterae manus digitos super Patena peragatur: separatio particulae in Calicem «mmlttendae fieri poterii a Celebrante, partem superiorem medietatis Hostiae Assistente tunc inclinante.

NOHMAS PECULIARES.

I. Dum sancti Evangelii textum Celebrans osculatur, manum sinistram apponat Missall, quod Assistens sublevet

II Ad oblationem Assistens Calicem discooperiet, ceteraque peraget quae Episcopo Missam celebranti fiunt per Cappellanum. et in Missis solcmnlbus per Ministres: manum tamen Celebrantis non osculabitur, huic Patenam porrigens et Calicem: deinde Patenam sub Corporali ponet.

ILL Celebrans ad verba *Qui pridie quam pateretur* (adiuvante manu dextera Assistentis, ut semper ut in sequentibus) accipit Hostiam dicens accepit panem in *sanctas ac* venerabiles *manus suas,* ct stotim (ad normam Rubricae quoad Calicem) dimittat, vel eam relinquat in manu Assistentis. ut super eam signum Crucis producat dicens benedixit, denuo eamdem postea suscipiens. Sacrum prosecuturus.

IV. Palla auferatur et reponatur super Calicem semper ab Assistente: interim Celebrans sinistrae digitos pedi Calicis apponat.

V. Ante verba *Per ipsum* etc . Assistens adiuvet Celebrantem ut Hostiam suscipiat, ac postea digitos purificet et abstergat.

VL Ad verba *Omnis honor* ct atoria Assistens Calicem elevet. Hostiam Celebrante iuxta Rubricam adhuc tenente digitis sinistrae.

VII. Post *Pater noster* etc.. Assistens ita se geret circa Patenam, prout agit Cappellanus Episcopo Sacrum faciente, et Diaconus in Missa solemni; excepto manus osculo.

VHI. Celebrans Patenam supponit Hostiae, adiuvante Assistente.

IX. Hem. Assistente adiuvante fractio sacrae Hostiae fan*Tl' *caelestem accipiam* Celebrans non sumat manu Hostiam, qui mox pectus tundere debebit.

'Y"l SUrrî *dignus* etc.. Hostia ma- sumptionem eiusdem sacrae ⁿ⋀:··»ᵍos ᵉ. Assistens adiuvet Celebrantem superponens unam

nirtem alteri, ac dein Patenam dextera manu afferens vultui Celebrantis: postea digitos purificet et abstergat.

XII. Collectis fragmentis. Celebrans haec digito colligat ad oram Patenae super Corporali, ac deinde Assistente Patenam sublevante super Calicem dextera manu, ac sinistra pedem Calicis tenente, in hunc fragmenta immittat

XIII. Assistens, ad Communionem ct ad sumptionem purificationis Calicis, dextera manu Patenam vultui Celebrantis admoveat.

XIV. Ad ablutionem digitorum accipiendam Celebrans Calicem collocabit in cornu Epistolae super Altare.

XV. Denique Assistens Calicem abstergat, ac de more collocet in medio Altaris.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV suSiscnptam Instructionem ad sacrosanctum Missae Sacnmm celebrandum a Sacerdotibus dextero brachio carentibus. qui dispensationem apostolicam in casu obtinuerint, ib infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatam, approvabit Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 28 ianuarii 1920.—A. Card Vico. Ep. Portuen et S Rufinae. S. *R. C. PracJ.* Alexander Verdc, *Secr.*

• **EL 34 (1920) 380-385.**

241

1920 IAN 28.-SC RITUUM, INSTR. PART.·

INSTRUCTIO PRO SACERDOTE, QUI, SINISTRO BRACHIO CARENS, DISPENSATIONEM APOSTOLICAM OBTINUIT AD SACRUM CELEBRANDUM

ANTE MISSAM

Normae centrâtes.

I Praeter Calicem super Corporali praedisponatur super Altari Missale apertum: et in latere Evangelii vasculum cum aqua ad purificationem digitorum Sacerdotis assistentis.

II. Si necesse sit vestimenta apud Altare assumere, id fiat ad cornu Evangelii. Sacerdote celebraturo stante super suppedaneo: de quo. assumptis paramenils, descendat ipse Missam inchoaturus more solito

HL Opportunum erit Hostiam ad lineas fractionis apto instrumento aliquantulum comprimere, ut ea facilius suo tempore dividatur.

R’. Ne omittatur osculum Amictus: huius impositio capiti. etc., fiat auxilio assistentium.

V. Albae manica sinistri brachii (nisi hoc fictilium habeatur). ad Cingulum cohibebitur.

\1. Brachio dextero et cubito propius apponatur Manipuius. r.e ir. actione sacra vel minimum offendat.

TEMPORE MISSAE.

Normae centrâtes.

I Sacerdoti celebranti alter Sacerdos semper assistat praeter ministrum consuetum, quoties hic haberi queat.

II. Sacerdos assistens Celebrantis sinistrae adstabit:

ad Confessionem, nisi adsit minister.
ad Evangelium, etc..
ad Secretas, etc.
-d *Da propitius pâcem,* etc.,
et ad ultimum Evangelium.

idemque adstabit dexterae Celebrantis:

ad Introitum, etc.,
id Offertorium, etc .
ad Libera nos, etc.,
id “ Communionem ”. etc.,
ct ad Preces post Missam.

III. Celebrans manum teneat ad pectus extensam i indice tamen et pollice non disiunctis post consecrationem), quoties alias deberet lunctas tenere ante pectus, vel ad labnun Altans, nisi sinistra fictitia manu valeat decenter Rubricae inhaerere.

B’. Quoties Rubrica praecipit manuum extensionem post harum iunctionem. Celebrans faciat gestum dexterae a ptetore ad pectus, etiam cum elevatione quando haec praeripitur. Ad Orationes. Praefationem etc. manum tenebit prout indicat Rubrica.

V MistalLs foliorum evolutio in cornu Evangelii fiet ab Asbtente: alias hic saltem adiuvabit

VI. Hic Stolam induat ab initio Canonis usque ad Communionem Inclusive.

VIL Quotiescumque Celebrans discooperit et cooperit Calicem. Assistens, ad cautelam, sinistrae manus digitos pedi Calicis apponat: itemque ad signa sub verbis *Per* ipsum. etc.

Normae fixvliares

I. Dum sar.ctl Evangeln textum Celebrans osculatur, manum apponat Missall, quod Assistens sublevet.

II. Ad oblationem Assistens Calicem discooperiat ceteraque peragat quae. Episcopo celebrante Missam, fiunt per Cappcllanum. ct in Missis solemnibus per ?«îlnistrcs.

III. Celebrans ad verba *Qui pridie* (adiuvante manu sinistra Sacerdotis assistentis) accipiat Hostiam dicens Accepit *panem* in *sanctas ac venerabiles manus suas.* et statim (ad normam Rubricae quoad Calicem) dimittat, vel eam relinquat ln manu Assistentis, ut super cam signum Crucis producat dicens benedixit, denuo eamdem suscipiens. Sacrum prosecuturus.

IV. Ante verba *Per ipsum* etc.. Assistens adiuvet Celebrantem. ut Hostiam sucipiat: ac postea digitos punficet et abstergat.

V. Ad verba Omnis *honor a plona* Assistens Calicem elevet. Hostiam Celebrante iuxta Rubricam adhuc tenente digitis dexterae.

VI. Post *Pater noster,* etc. Assistens ita se geret circa Patenam, prout agit Cappellanus Episcopo Sacrum faciente, ct Diaconus in Missa solemni. ac rursus ad sinistram redibit

VII Assistens Celebrantem adiuvet dum hic Patenam sacrae Hostiae supponit.

VTII. Item. Assistente adiutore. fractio sacrae Hostiae super Patena peragatur.

IX. Ad verba *Panem caelestem accipiam* Celebrans non sumat manu Hostiam, qui mox pectus tundere debebit

X. Ad verba *Domine, non sum dignus,* etc.. Hostia maneat super Patena, et ad sumptionem eiusdem sacrae Hostiae Assistens adiuvet Celebrantem superponens unam partem alteri, ac dein Patenam afferens vultui Celebrantis: postea digitos purificet et abstergat.

XI. Collectis fragmentis. Celebrans haec digito colligat ad oram Patenae super Corporali: ac dein Assistente sublevante Patenam super Calicem sinistra manu, dexteraque pedem Calicis tenente, in hunc fragmenta immittat.

XII. Assistens, ad Communionem et ad sumptionem purificationis Calicis, sinistra manu Patenam vultui Celebrantis admoveat

XTII. Ad ablutionem digitorum accipiendam Celebrans Calicem collocabit super Altare in cornu Epistolae

XIV. Denique Assistens Calicem abstergat, ac de more collocet in medio Altaris.

Sanctissimus Dominus noster Bcned.ctus Papa XV suprascriptam Instructionem ad sacrosanctum Missae Sacrificium celebrandum a Sacerdotibus brachio sinistro carentibus. qui dispensationem apostolicam in casu obtinuerint, ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatam, approbavit Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die *23* ianuarii 1920.—A. Card. Viro. Ep. Portuen. ct S. Rufinae. S. R C. *Pracf.* Alexander Vende. *Secr*

* **EL 34 (1920) 385-3S9**

242

1920 IAN 30.-SC RITUUM, ÏNDULT. PART.·

ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS SEU AUXITANA

Facultas celebrandi missam sine ministro

S. R. C. vigore facultatum sibi specialiter a SS. Benedicto Pρ. XV tributarum, attentis expositis et R.mi Procuratoris Generalis Ord. Praemonstratori. commendationis officio, benigne induisit ut ob defectum ministri et in casu necessitatis supradictus sacerdos religiosus et parochus celebrare valeat Missam sine ministro. Curet tamen idem orator habere aliquem puerum vel famulum quem instruat saltem pro responsis celebranti, aut saltem aliquem virum aut mulierem qui intersit sacrosancto missae sacrificio et populum repraesentet Praesenti rescripto ad biennium valituro et Cunae episcopali Auxitanae exhibendo. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 30 ianuarii. 1920.-A. Card Vico, ep Portuen.. *Pracf.* Alexander Verde. S. R C. Secr.

• **PrM 12 (1923) 43. Adn. PrM 12 (1923) 43**

1920 FEB 6.-SC SACR., RESPONSUM. PART.

Circa iuranentum de statu libero a nupturientibus EXIGENDUM

An Ordinarius per mandatum generale praescribere possit, ut parochi, ab omnibus nupturientibus de quibus m canone 1023 5 2. juramentum de statu libero exigant, quin necessarium sit in omni casu particulari ad Ordinarium recurrere.

S. Congr. de Sacramentis die 6 Februarii 1920 responsum dedit: Servetur praescriptum Codicis.

• *Oreinuic Moguntinsz* AKKR 100 (1920) 23. Adn. AKKR 100 (1520) 29.

QUO EDITIO VATICANA BREVIARII BRACARENSLS TYPICA DECLARATUR

Quum per Bullam *Sedis huius Apostolicae.* datum a Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV pridie Idus maias mcmxix [LE 1781. approbata fuerit haec editio Breviarii Bracarensis, typis impressa Vaticanis. Sacra Rituum Congregatio de eadem editione statuit ac
334 decernit:/

Vaticana huius Breviarii editio pro typica habenda est, ad quam futurae impressiones omnino conformandae erunt, ita ut in ia nihil immutare fas sit. nisi quod a Sede Apostolica probatum vel indultum fuerit aut injunctum. Quod si ab eadem Sancta Sede inducta fuerit variatio abqua aut mutatio vel emendatio, sfve in Sacrae Scripturae textu sive in Homilfis aut Lectionibus historicis, Breviario Bracarensi insertis, mutationes et emendationes in Ritu Bracarensi continuo adhibendae erunt, etsi venerandus ille Ritus non expressis verbis memoretur. Contrariis non obstantibus quibuscumque, ellam speciali mentione dignis.

Die 6 februarii 1920.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufmae, S. R. *C. Praef.* Alexander Verde. Secr.

1920 FEB ll.-BENEDICTCS XV, 1NDVLT. PART

DI INTIMATIONE ELECTIONIS IN ORDINE PRAEDICAIORUM

Preces - Beatissime Paler, Magister Geru Ord. Praedicatorum. ad pedes S. V. humiliter provolutus, considerans ab initio Ordinis observatum fuisse, ut decretum electionis non intimetur electo nisi post electionis confirmationem; considerans insuper Canones 175 et sequentes de electionis intimatione agentes non introducere novum ius. quum dispositionibus Concilii Tridentini ipslsque Decretalibus omnino conformes sint» de consensu Patrum a Consiliis instanter petit, ut S. V. suprema sua auctoritate approbare et declarare dignetur:

1· In Ordine Praedicatorum servari posse primordialem suam praxlm. Iuxta quam usque hunc diem, electionis intimatio electo fit a confirmatore.

2° In Ordine Praedicatorum, iuxta eandem praxlm primordialem, ius esse confirmatori electionem cassandi. et-amsi electio ad normam Iuris facta fuerit, quotiescumque. secundum ludicium rationis, cassationem ad bonum commune Ordinis expedirv indicaverit—Ex aedibus Vaticanis, die 11 Februarii 1920.

Rescr Petitam facultatem concedimus, non obstantibus novi» iuris dispositionibus.—Benedictus pp. xv.

• AOP 14 (1919-20) 3. 1« (1923-24) 423.

1920 FEB 14.-SC CONC. RESOL. AAS 12 (1920) 117-11$

BOIANEN.

Servitii choralis canonici theologi et poenitentiarh

Die *14 februarii 1920*

Quaestio. - Pontificia Commisio ad Codicis canones authentice interpretandos nuper ad hanc S. Congregationem solvendum remisit dubium, a canonico theologo ecclesiae cathedralis Boiancnsis de sui Episcopi consensu propositum, cuius tenor hic erat: ‹ *Il canone 416 • dei Codice di diritto canonico stabilisée:* In statutis « capitularibus iusta designetur norma, ad quam ca- « nonici et beneficiarii in servitio altaris fungantur per ‹ turnum officio celebrantis tum etiam ministerio dia- « coni et subdiaconi. exclusis tamen ab hoc ministerio « dignitatibus, canonico theologo, poenitentiario. et, sl « praebendae distinctae habeantur, canonicis ordinis • presbyteralis. Sebbene *le fonti, addotte m calce al « succitato can. 416 (tra te quali Cone. Trid.* sess. *XXII,* « De ref. c. *IV, c* Caer. Ep.. c. *VIII, che parlano* di « assutenza *al Vescovo), lascino intendere che* il *rife- « rito disposto debba riguardare anche Vassistenza dei ‹ mmisicro di diacono e di suddiacono da prestarsi* al ‹ *Vescovo.* pure, per *eliminare qualsiasi dubbio,* ii sot- • toscritto prepa *VEminenza Vostra Reviha, che si com- c* placera *chiarire se il disposto del Can. 416 succitato c esenta il* canonico *teologo ed il penitenziere dal* t*·· *c nistero* di *diacono e di suddiacono anche quanao « pontifica il Vescovo ».*

Animadtersionts. - Argumentum ab oratore deductum per se solum ad dubium dirimendum profecto non sufficit Ut enim in ipsa Praefatione Codicis (ed. cum notis) monemur ** vix animadvertere attinet, canones haud semper cum ** suis fontibus omni ex parte in sententia congruere **: quo m casu normae adhibendae praescribuntur dilucide can. C n. 3 et 4. ita sane ut ius quoque vetus in adnotatione fontium recensitum, non semper praesupponatur canonibus corrigendum, sed opportunum quoque perhibeatur ad supplendum quod in canonibus aptum locum forte non invenerit In casu praescriptum cap. Vin. n. 1 *Caercm. Episcop.* (cui consonant cap. IX n. 1 et cap. X n. 1) haec exhibet: “ Episcopo sive missam celebret vel ad Vesperas officium " faciat, vel si illis/ tantummodo sit praesens, convenit suos iu “ adsistere canonicos, qui. si in ecclesia sint distincti ordi- ** nes. seu praebendae presbyterales et diaconales, erunt - duo primi canonici ex ordine diaconali. Quod si forte in ~ aliqua ecclesia nec dignitates neque ordines distincti .. essent, tunc erunt duo primi canonici, vel dignitates, im- “ mediate sedentes post primam dignitatem, vel post pri- *. mum canonicum ”. Ut facile liquet, ab hoc praescripto quaelibet abest menUo exceptionis favore canonici theologi ac poemtentiarh: nihilquc profecto impedit, quominus v. g. canonicus theologus qui praebendam possidet dlaconalem. ex praescripto Caeremonialis, si sit primus vel alter in suo ordine, teneatur Episcopo in ministerio iiaconi aut subdiaconi ministrare. - Quamobrem. si praescriptum istud ad normam can. 416 accipiendum sit. iam dicendum ent Codicis promulgatione *correctum et innovatum,* ita quidem ut. tum in prima, tum in altera eiusdem praescripti periodo. addendum sit “ exclusis tamen ab hoc ministerio ca- .. nonlco theologo ac poenitentiario ".

At vero, haec correctio, ad normam can. 2. non est de facili praesumenda, quum, immo c contrario. “ omnes U- “ turcicae leges viro suam retinent, nisi earum aliqua m - Codice expresse corrigatur Sed in casu, quin de expressa cogitare liceat, nec implicitam haberes correctionem. quum in can. 416 procul dubio non agatur nisi de chorali ordinario servitio a canonicis *erga canonicos* exhibendo: loquitur enim canon dc canonicis vel beneficiariis in officio celebrantis, dc ministeriis quibus per rumim fungi debeant, non solum canonici sed etiam bcneficiarH; quae omnia nullo modo aut titulo aptari possunt adsistenUae praestandae Episcopo, a qua excluduntur bncficfari. exsulat officium celebrantis multoque magis turn! cuiuspiam notio. - Crescit haec difficultas consideranti, exceptionem In Codice concessam favore canonici poenitcntiaril et theologi, si absque limitatione accipiatur, novam esse m iure. quum hucusque uterque eximeretur ab hoc ministerio praestando, dumtaxat dum suis specialibus detinebatur officiis audiendi confessiones aut legendi doccndlque (cfr. v. K S. C. C. in Montis AJtl Oneris, 22 dee 1906 [ASS 40 11907) 84-90) ct iura multa ibi recensita): quamobrem nec legislator eam exemptionem directe et exprese sancire voluisse videtur, sed potius indirecte, quum prima intentio canonis 416 feratur, ut palam legenti est in ~ Iustrim designandam. nnrmam ” _pro servitio alLai?.5' pcr quam normam. In singulis casibus designandam, pouus quam ipsa auctoritate canonis, exceptio Hia In ccnuec absonus erit cogitatu casus, in capitulis in quibus praebendae distinctae habeantur ct canonicus l^bieSreD^inïmII?llUS nOn Mnt in ordine presbytera- a' d. h?5 quoque constanter ct absolute extensa./ officere posait iustitiae constabiliendae normae.

quippe quae praeter modum coarctaret numerum eorum qui in tumum ministerii advocari possent. Quidquid dc hac re sit censendum, certe incongruum magis apparet, non tam per Codicem quam potius per normam servitii choralis m singulis capitulis constabiliendam, innovatum arbitrari Caeremonialis Episcoporum dc quo agimus generale praescriptum.

Resolutio. - Sacra Congregatio Concilii, in plenariis EAorum ac Rfnorum Patrum comitiis in Palatio Apostoluco Vaticano habitis die 14 februarii 1920, proposito dubio, nimirum: An, vi can. *416 C. I.* C., *canonicus theologus ct poenilentiarius exempli sint ab officio diaconi ct subdiaconi praestando Episcopo solemniter celebranti* respondendum censuit: *Negative, et servetur Caeremonialc Episcoporum.*

Facta autem de praemissis Ssfho Domino Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in audientia diei insequentis. Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est—I. Mori. *Secr.*

Adn. J. B In NrT 48 (1921) 101; ME 32 (1920) 147-148; PrM 10 (1922) 191-192.

247

1920 FEB 14.-SC CONCILII, RESOL. PART.·

DIOECESIS N. IN GALLIA

Iurium canonicorum praebendalium

Die 4 februarii 1920, Canonici Ecclesiae Cathedralis N. in Gallia de consensu Episcopi, sequentia exponunt:

Capitulum Ecclesiae Cathedralis N. ex induito quo die † Septembris anni 1862, S. D. N. « sancire ac confirmare in perpetuum numerum *novem* canonicorum in Ecclesia Cathedrall nunc existentium » dignatus est, constat revera novem canonicis numeratis. Hi canonici numerati vocantur in Gallia: *titulaires.*

Porro, decursu temporis, annis scilicet 1903 et 1916, de consensu capituli, iuxta praedictos novem canonicos a RR. DD. N. Episcopis duo canonici constituti sunt qui m choro divina officia cum numeratis persolvunt et proventibus, alter sumptu suo, alter sumptu decessori-institutis, sustentantur. Huiusmodi canonici vocantur in Gallia: *prébendés.*

His expositis, quaeritur:

‹ 1. Utrum hi duo canonici vulgo *prébendes* intéresse queant coetibus canonicorum acturis de negotiis Ecclesiae cathedralis et capituli.

‹ 2. Utrum, si ad primum *affirmative,* hi duo canonici de omnibus negotiis quae ad capitulum et Ecclesiam cathedralem pertinent, ius habeant deliberandi et suffragium emittendi.

‹ 3. Utrum participare debeant reditus, tenuissimos quidem, quibus fruitur capitulum.

‹ 4. Utrum his duobus canonicis competat ius habendi scamnum, secundum tempus quo possessionem ceperunt inter novem canonicos numeratos, an seorsum ab his in choro semper sedere debeant ›.

Die 14 Februarii 1920. Sacra Congregatio Concilii, in plenaris Emorum ac Revmorum Patrum comitiis in Palatio Vaticano habitis, respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative,* quando agitur de negotiis quae tangunt intéresse generale Capituli vel Ecclesiae Cathedralis.

Ad II. *Affirmative,* exceptis iis In quibus agitur de negotiis canonicorum titularium.

Ad III. *Affirmative,* exceptis iis quae pertinent ad canonicos primae erectionis seu titulares.

Ad IV. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam; seu canonicos praebendatos sedere debere post canonicos titulares.

Facta autem de praemissis SSmo Dnfo Nostro Benedicto Divina Providentia PP. XV per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium relatione, in Audntia insequentis diei 15 eiusdem mensis et anni. Sanctitas Sua resolutiones Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.—D. Card. Sbarretti. *Praef.* J. Mori. Secr.

• ME 40 (1928) 270 271. Adn. ME 40 (1928) 272-275.

248

1920 FEB L4.-SC CONC. RESOL. AAS 12 (1920) 163-166

VERONEN et ALIARUM IN DITIONE VENETA

Iurispatronatus popularis. *14 februarii 1920*

Species facti. - In ditione Veneta complures sunt paroeciae iurispatronatus laicalis, seu potius praesentationis popularis, quum omnes familiae, quaeque per suum *caput* repraesentatae, illud exerceant celebratis comitiis ad suffragium ferendum; ex antiqua tamen consuetudine in eadem ditione prouti in plurimis Austriae et Germaniae regionibus inolita, legibusque civilibus recepta (cf. v. gr. *Regolamento 15 maggio 1304; circolare 13 maggio 1818,* apud Saredo, Cod. eccles. *dei regno d'Italia,* III, p. 1167). etiam paroeciae iurispatronatus laicalis. absque ulla exceptione, sive regium, sive populare, sive privatum illud ius sit. subiiciuntur legi concursus (cf. etiam *Concordien.,* 18 iun. 1916; *A. A. S.,* VIII, 271), ita quidem ut in casu iurispatronatus popularis. habito prius auctoritate Ordinarii loci experimento. omnium nomina qui idonei renuntiantur. proponantur in comitiis postea celebrandis, ut ex his per suffragia seligatur cui ab Ordinario danda sit institutio.

Promulgato nuper *Codice Iuris Canonici,* in quo, can. 1452 de his electionibus ita cavetur: ‹ Electiones ac « praesentationes populares, sicubi/ vigent, tolerari 164
c *tantum* possunt si populus clericum seligat inter *tres* « ab Ordinarii loci *designatos* », ansam nonnulli sumpserunt ad effugiendam concursos subeundi obligationem; praetendentes Episcoporum deinceps esse absque praevio concursu *ternam* —ut aiunt— popularibus suffragiis proponere, et, postea, electum examini subiicerc ut de ipsius idoneitate constaret Nova haec quae proponebatur agendi ratio a fere omnibus Venetis Ordinariis reiicienda visa est; nonnullis tamen arrisit hac praesertim de causa, quia incommodum levare videbatur facile exoriturum si ex concursu nonnisi unus idoneus renunciaretur. Hoc enim in casu, sane non infrequenter accidebat renuntiatum in comitiis maiore cx numero suffragiorum reiici; quo pacto difficilior evadebat vacantis paroeciae provisio, quum novus concursus indicendus esset, novique expectandi concurrentes, quorum nomina in novis comitiis proponerentur. Et quum huiuscemodi casus iam semel iterumque in Veronen. et Utinen. dioecesibus contigisset, ubi. nolentibus ceteris clericis concursus obligationem subire, nonnisi unus fuit utrimque oppositor. in comitiis reiectus, Emus Cardinalis Patriarcha Venetiarum aliique Ordinarii rei consulendum duxere, proposito huic S. Congregationi dubio: « An sustineri possit inolita praxis providendi ‹ paroeciis iurispatronatus in casu ».

Animwversioxts. - Piano notissimum et evidens est in cunctis Codicis canonibus qui de iure patronatus agunt alienum prorsus ab hoc instituto animum Legislatorem manifestasse: hic enim dum in posterum quodlibel ius patronatus quocumque titulo constitui vetuit (can. 1450). dum immo et In praesenti constitutorum resolutionem impense sollicitavit, saltem quoad praesentandi ius (can. 1451), solummodo necessitati graves perturbationes devitandi, ac non laedendi iura iam quaesita, in hoc Instituto adhuc ferendo et tolerando cessisse videtur, quin tamen abstineret a plurimis cautionibus ct restrictionibus sanciendis, ut. quo melius fleri posset, quodlibct detrimentum Ubertatis Ecclesiae praecaveretur. Quamobrem nihil in iure certius hodie apparet, quam, in tota hac re de lurepatronatus, strictissimam interpretationem esae faciendam. camque amplectendam in singulis dubiis rationem, quae magis libertati Ecclesiae et animarum saluti consulit.

At vero, in casu, interpretatio quae solveret lus patronatus populare a necessitate praevii hat>cndl concursu· sicubi naec necesltas vigeat, esset profecto ampUatirc iuris patronatus ipsius prouti !n praesenti est: ideoque a prion reficienda apparet. Consideratio autem ve) solius can 1451 idipsum suadet: manifestum enim est eodem canone temperatum et coarctatum fuisse ius patronatus populare, ut antea/ vigebat: nam in turepatronatus !alcali. in arbitrio 1©
est patroni quem velit praesentare, dummodo ture communi aut particulari non impeditum iWernz. *lus décret.,* II. 827 IV): quae norma, quum hucusque vigeret etiam in iurepatronatus populari, incommodi· innumeris occasionem praebebat. propter effrenatam libertatem populi, cuius * quot capita tot sunt sententiae “, suffragium dandi cui clerico quisque vellet. Hinc mento, in his rerum adtunrtis. haec coarctatio Inducta est. ut nonnisi inter trri ab Ordinano *designatos* optio daretur eligendi: quae intentio rrrtnrttvc ceteroquin apertissima est vel ex verbis exduwrls in canone occurrentibus: Sicubi vipeunt tolcrcri tantum possunt ri, etc., quae omnem contrariam consuetudim-m. in o» quae descripsimus rerum adiunctls. plane excludunt ac rrpro-

bant Verum ubi coarctatio huiuseemodi iam locum obtinuerat. ut in casu. per necessitatem seligendi inter eos tantum qui ex praevio concursu renuncUrentur. quae unmo coarctatio gravior proculdubio apparet ea quae canone statuitur. illa est retinenda, quia talis consuetudo, per quam finii lege intentus pariter immo certius obtinetur, potius Jeci consentanea quam contraria censenda est. Designatio videlicet candidatorum qui suffragiis proponendi sint, dicitur facienda ab Ordinario, pro suo arbitrio, ubi desit, non \tro ubi. absque ministerio Ordinarii. c< cor.currus iam facta adsit. Ncc refert ln can. 1452 nullam mentionem fieri concursus: primum, quia canon Lite agit de beneficiis in cenerc. non de solis paroeciis; secundo, quia Codex prospicit universo orbi catholico, lex autem concursus pro pororetis non Viget nisi in nonnullis regionibus *(ct.* can. 459, f 4): quamobrem nulla necesitas erui recolendi in canone concursus legem.

Ceterum hic quoque canon concordari debet cum explicite praescripto can. 1462 edicentis: " Si ecclesiae vel beneficio provideri debet per concursum, patronus, etiam " laircj, non potest praesentare nisi clericum legitime ex " concursu probatum ". nulla enim fit m hoc canone distinctio patroni laicslis. sive is rex, sive populus, sive privatus homo ut. Quamobrem. si ex rigore iuris procedere velimus. atque canoni 1452 uti generi, aptare can. 1462 uti rpecifteam differentiam, dicendum Undem esset " electlo- " nes ct praesentationes ad beneficia quibus provide n debet • per concursum, slcubl vigent, tolerari tantum posse si " populus clericum seligat inter tres ex concursu probatis " ab Ordinario loci designatos ", quo pacto restrictio lurlspatronatus popularis gravior etiam in casu evaderet, atque ea quae In praesenti viget. Sed ambigendum videtur utrum id in bonum animarum quod celeriorem postulat provisionis expeditionem, cederet, cui vel praesens praxis, ut m facti specie enarratur quamdam difficultatem parat. Con«ultiiB apparet et LegWa/toris menti magia consentaneum utrumque Codicis praescriptum separatlm considerare, nec praescriptum can. 1452 urgere, uoi. prouti in casu, finis lege intentus satis obtinetur sola observantia can. 1462.

Demum, quidquid dc canonis 1452 tn casu vi et potestate foret edicendum, res considerari quoque potest sub mero aspectu consuetudinis, seu legis particularis. Codici tamen non contrariae, uti vidimus, ad normam can. 3»: haberi in casu consuetudinem ultra centenariam manifestissimum est. sive ex concordi Episcoporum testimonio, «ve ex aliatis documentis; leges potestatis civilis desuper latae a. 1804 et 1318. quibus inolitus iamdudum mos supponitur, rei saltem testimonium suppeditant Hanc vero consuetudinem in casu vim legis habuisse, ad effectum definite imponendi concursum. liquet, sive cx doctorum sententiis (De Angelis, in Ut. Dc consuet, n. 12. Genr.ari. apud Monit. EccL, III. I. p 1'33. SebastlanelU. Praelectiones, tom. I. pag. 48· sive ex natura rei. cum agatur de consuetudine vergente in bonum Ecclesiae, quse propterea ab ipsa Apostolica Sede commendata nonnumquam et insinuata fuit (cf. v. g. Litt, Secret, Status ad Archieplscopum Frlburgcn. 30 sept 1859 in *Rac*colta di Concordati, pag. 90S sq.). Nihil igitur prohibere videtur, multoque minus Codex, quominus ea consuetudo retineatur; nec ad rem necessarium est confugere ad ea quae ultentu Ordinarii testantur: " disturbare un tale pos- sesso immemorabile sarebbe lo stesso che meitero a " soqqusdro ognl cosa e dare occasione a lotte non sempre di sempUd parole quae ratio a loge admittitur (cfr, can. 5» etiam ad ferendas consuetudines Codici contrarias, qui casus noster non est

Concludendum itaque videtur nihil innovandum In casu, legemque concursus ad nonnam can. 1452 esse urgendam quoad omnes qui beneficia paroeclalia de quibus agitur, assequi velint*, qua posita obligatione, incommodum In factlspeeie enunclatum suapte evanescet aut certe, quin nova edita lege ingravescat, imminuetur.

Quare, etc.

Resolutio. - In plenario conventu habito die 14 februarii 1920 in Palatio Apostolico Vaticano Emi Patres S. Congregationis Concilii proposito dubio respondendum censutTe:

Affirmative.

Quam resolutionem, referente mfrascripto S. Congregat.onis Secretario, in Audientia subsequentis diei. Sgftus Dfius Noster Benedictus Div. Prov. Pp. XV approbare et confirmare dignatus est.—I. Mori, Secr.

Adn. ↓. BESSON In NrT 43 (1921) 264-267· ME 32 (1920) 200-202; PrM 10 (1922) 191

1920 FEB 17.-COM. INTERPRES. RESP. PART

Collocatio ptxvnub fx altenatioxe rerum ECCLESIASTICARUM PERCEPTAE

Ad dubium ab Amplitudine Tua propositum: < Utrum ad normam can. 1531 1 3. pecunia ex alienatione rerum ecclesiasticarum percepta, tota collocanda sit in syngraphis aliave re frugifera; an vero impendi etiam possit ad extraordinariam refectionem domus parochialis vel ad comparandam rem aliam ex. gr. supelleclilia sacra necessaria vel valde convenientia ». infroscriplus Exnmus Commissionis Praeses respondet: Negative ad primam partem; *affirmative* ad secundam, servato tamen can. 1530 ΠΙ n. 2, el can. 1477 5 2.

Ordinario AurieaU; HasInclOn (1920)

1920 FEB 20.-BENED, XV, EPIST. .AAS 12(1920)102-101

E SEIUNCTIS A BEURONENSI CONGREGATIONE ABBATIIS DI MARCT1OLO CT REGINAE CAELI DE LOVANIO ITEMQUE E SEPARATA. A CONGREGATIONE BRASILIENSI, ABBATIA S. ANDREAS M «ZEVENKERKEN» PROPE BRUGAS, NOVA EFFORMATUB CONGREGATIO BENEDICTINA TITULO ANNUNTIATIONIS B. M. V.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriani. — Ordo a divo Benedicto fundatus, nimirum a Patriarcha Monachorum Occidentalium. jugiter per saecula ab illius erectione ad nosira usque tempora, eximiis tum de Ecclesia Dei. tum de dvfli societate meritis Inclaruit. Coenobia illius, piorum monachorum sanctimonia et virtutibus celeberrima, tutum, licet Inter barbarorum incursiones, humanis litteris et disciplinis atque artibus asylum praebuerunt; neque in dubium vocari potest gravi illa tempestate in universam fere Europam sapientiae lumen c Benedictinui claustris emicuisse. Iure igitur meritoque Romani Pontifices Nostri Decessores erga Ordinem sancti Benedicti grati animi sensus exhitere maturarunt atque Abbatias Ordinis singularibus privilegiis nobilitarunt, auxerunt. Nos quidem, hcc sapienti ducti consilio, ea decernere satagimus quae in Ordinis enunciatl Congregationum bonum atque emolumentum cedant, cumque. ob temporum vicissitudines et mutatum plurium Europae nationum statum, in praesens contingat ut Abbatiae Benedictinac de Maretlolo et Reginae Caeli de Lovanio ad Congregationem Beuronensem pertinentes, ncc non Abbatia Sancti Andrcac de *Zcvcnkcrkcn.* prope Brugns. ad Congregationem Brasiliensem pariter Ordinis sancti Benedicti functa, enixas Nobis preces porrexerint, ut separatae a Congregationibus quibus hucusque unitae erant, in unam novam Congregationem cfformandam, ex impetrata Apostoluca venia, coire queant. Nos optatis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus/ Quae cum ita 1G3
sint, collatls consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi de Religiosis praepositis auditeque suffragio dilecti filii Abbatis Primatis Ordinis sancti Benedicti. cui rite commissum est negotium omnia rei adiuncta perpendendi· haec quae sequuntur Apostolica Nostra auctoritate per praesentes statuimus. - I. Abbatiae sancti Benedicti de Maretlolo et Reginae Caeli de Lovanio c Congregatione Beuronensi separantur in perpetuum: pariter in perpetuum Abbatia sancti Andrcae de Zcvcnkrrkcn e Ccngregatlone Brasliana sejungitur. - II. Hac tres Abbatiae unam In posterum Congregationem Ordinis sancti Benedicti efformabunt. quae praesentium Apostollcarum Litterarum vi canonice erigitur sub titulo Annuntiationis Beatae

Benedictorum nigrorum, aequo iure ac ceteras Congregationes. pertinere. - III. Tam Congregatio Beuroncnsis. quam Congregatio Brasllicnsis. per praesens dismcmbrattonis artum, nullum omnino detrimentum In suis turibus ac privilegiis, qua Congregationes, referant. Usque plene uti antea fruantur. - IV. Monachis et conversis Abbatiarum praedictarum, qui novae Congregationi nomen dare noluerint. fas sit ut. Intra sex menses a prr.csrntium Litterarum Nostrarum publicatione, transeant in ea Monasteria quae ipsi ^Ibi elegerint ex Abbatiis Congregationis cui hucusque adhaeserunt, impetrato consensu Abbatis et praepositi Conventus ac Monasterii ad quod transire velint, servatlsque ceteris dc iure servandis. - V. Qui ita transire voluerint professi votorum simplicium bona sua sine fructibus maturatis ad novum Monasterium transferant- Bons vero, sl quae Monasterio professionis eorum legitime dono dederint, huic remaneant. Si quod In hoc negotio oriatur dubium vel difficultas, res componatur Inter Abbates aut ad sacram Congregationem de Religiosis deferatur. - VI. Professi qui tn propria Monasteria, lege obstante clvtll. redire nunc prohibeantur, et in aliud Monasterium transire nolint, aut ibt non recipiantur. In Monasteriis Congregationis rewpectivae degant, donec reditus els pateat. Sed pro e^nim sustentatione Monasterium professionis, ouod ad victum et vestitum, acnuam compensationem praestare teneatur si religio·! laboribus Impares existant aut extraordinarii·» expensis Indigeant - VIT. De communi aerario Concrccatjonls Beuronrnsts Monasteriis modo ab ea separatis numeretur, quae, debitis solutis, eis obtln- Suffragia pro defunctis, quae hucusque comcrant· Jn posterum quaelibet Congregatio pro suis ^'n.um persolvat: unum tantum pro duobus fundatoribus BiCUrOnensU ln «Part»tls ab ea Monasteriis c^icms AhhiH? ASlentl/reUncatur et leKatur memoria erectionis Abbatiae Ecuro/nenais. - IX. Abbatia Monta-

hum sanctae Scholasticae de Marrdrct n Congregatione Beuronensi Independcns esto, et dilecto filio Abbati Primati Ordinis interim sublecta remaneat, quousque ab hac Sancta Sede aliquid definitive statuatur. Haec statuimus, edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litcras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suwque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere. illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari: sfcque rite ludicandum esse ac definiendum, irritumque cx nunc et inane fleri, si quidquam secus super his. a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignorenter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostobcis. ceterisque omnibus speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumquc.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xx februarii μ γμ χχ. Pontificatus Nostri anno <exto—P. Card. Gasparri. α *Secretis Status.*

Adu. PrM 10 (1922) 155.

251

1920 FEB 24.-COM. INTERPRES, RESP. PART

Circa usum rationis praescriptum ad ss. communionem et confessionem

Roma. 24 febbraio 1920

In riscontro al dubbio presentato da S. E. Rev.ma, aoè: « L'uso di ragione. di cui parla il Codice nei canoni 854. § 2, 3. 5, 859, § 1 e. 906. è quello che si richiede a commettere peccato mortale, o quello sufficiente a peccare solo venialmente? »

Il sottoscritto E.mo Card. Présidente della Commissione risponde:

L'uso di ragione per la santa Comunione è quello indicato chiaramente nel canone 854. §§ 2 e 3: e Tuso di rapone per il precetto annuale della Confessione, di cui ll can. 906. è quello in qui richiesto.

Nel significare ciô a. V. S. Rev.ma, Le auguro ogni bene nel Signore.—P. Card. Gasparrl Luigi Sincero. *Stprelario.*

• Ordinirlo Nunino qui. scribens od querrdtm canonicum. $♦-çjcnKi de hoc responso referebat; «Ayant en ces jours-ci 1'bonncur fetfrtterJr S. E. le cardinal P. Gasporri Je me suis permis d'tffrtr son attention sur la question qui lui avait été posée en -cvTT.irr dernier; et S. E. avec sa bienveillance habituelle m'a dlh •Il est tellement clair et manifeste que les canons 854 et 859 varient de l'usaçe de la raison qui suffit pour commettre un simple péché *énîeJ qu'il n*y avait lieu de l'expliquer expressément: rt par conséquent, les évêques ent le devoir de corriger ceux qui «-Sfc'ï^enf et pratiquent le contraire».: AKKR 101 (1921) 68-69; HrT 48 (1921) 232-233. Adn. G. do RHODEZ in NrT 48 (1921) 233-246; AKKR 101 (1921) 69.

252

1920 FEB 25.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

Facultas celebrandi missam cum duabus cuiusvis generis et materiae lampadibus

Preces - *Beatissime Pater,* Episcopus S. Hippolyti die 14 Januarii anni c. (LE 235], a S. R. C. indultum obtinuit permittendi, ut sanctum Sacrificium Missae celebrari possit cum candelis ex decenti materia conflatis et. si tales haberi nequiverint, cum candelis electricis. Cum autem quam plurimae ecclesiae, quando haberi nequeunt candelae ex decenti materiae conflatae, lucem electricam substituere non possint iterum ad pedes S. V. provolutus postulat, ut sibi concedatur etiam aliud indultum in priori libello supplici imploratum, permittendi scilicet, recognitis prius in particulari causis et perdurantibus hisce extraordinariis circumstantiis, ut S Sacrificium Missae celebrari possit sine ullo lumine in altari posito. Et Deus etc.

Resol - Sancti *Hippolyti.* Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV. referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, ita precibus annuere pro gratia dignatus est, ut attentis expositis extraordinariis circumstantiis iisque perdurantibus *duae lampades* in ipso altari positae pro Missae celebratione ardeant: servatis de cetero servandis. Valituro praesenti Rescripto ad proximum biennium. Contrariis non obstantibus quibuscumquc. Die 25 Februarii 1920.—A. Card Vico, Ep. Portuen.. *Praei.*

• Ordinario 5»crt Hippolyti: AKKR 100 (1920) 48.

253

1920 FEB 28.-SC RIT., RESP. AAS 12 (19201 128

S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII IN BRASILIA

Circa ritum exequiarum, cadavere non praesente

Efhus et Rmus Dns Cardinalis loachim Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, archiepiscopus S. Sebastian! Fluminis lanuarii. in Brasilia. Sacrae Rituum Congregationi haec quae sequuntur exposuit, nimirum:

« Ritus exequiarum, ut in Rituali *romano* praescribitur, in hac Archidioecesi non est servatus, quia cadavera ad ecclesiam non ducuntur, ob leges civiles, « quae obligant ut sepulturae tradantur vigintiquatuor horis post obitum; et etiam quia coemeteria, quae sunt sub lege civili, satis distant a paroecia. Parochi vocantur domi et hic cadavera commendantur.

« Hinc quaeritur: *Quaenam rubricae et normae in < casu servandae? ».*

Et Sacra eadem Congregatio, audito etiam specialis Commissionis suffragio, praepositae quaestioni ita respondendum censuit:

• 1. Servandum, quantum fieri potest. Rituale *roma-« num* (tiL VI. c. III. *Exequiarum Ordo)* et can. 1215 < Cod. I. C. ».

« 2. Familia defuncti certior fiat funus cum Missa < exequiali peragi posse, etiam praesente *moraliter* ca-« davere, iuxta Rubricas et Decreta ».

« 3. Pro casibus autem extraordinariis dabitur Instructio S. R. C. ».

Atque ita rescripsit et declaravit Die 23 februarii 1920.— A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. *R. C. Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

Adn. B. In EL 34 (1920) 166; I. PAUWELS In PrM 10 (1922) 214-215; ME 32 (1920) 176-177; NrT 47 (1920) 444-445.

254

1920 MAR 4.-VIC. URBIS, MONITUM. PART.

De **POTESTATE CONFESSARTORUM URBIS ABSOLVENDI A CENSURIS RESERVATIS AB ORDINARIIS**

SS. D. Noster concedere dignatus est omnibus confessariis in Urbe adprobatis facultatem absolvendi in eadem Urbe eiusque districtu a censuris quae in Codice iuris canonici Ordinariis reservantur. Confessarii iniungant poenitentibus obligationes de iure imungendas in singulis casibus iuxta regulas a probatis auctoribus traditas et, si agatur de irregularitate exorta ex procuratione abortus, recurrant pro dispensatione ad Sacram Poenitentiariam. Insuper casus hucusque Emo Cardinali Vicario reservati, amplius non subjacent reservation!.—Ioseph Palica. Arch. Philipp.. Vices *gerens ».*

• F. ROBERT!, Dr delkits et poenis, ed eltar» Roms 1944, I p, 337 in nota 1.

192Û MAR 8.-SC CAER., MON. AAS 12 (1920) 115-116

Intimationis modus et formula fro canonuatîonibvs

RiTH Archiepiscopi et Episcopi qui. iuxta adnexum S Congregationis Consistorialis convocationis decretum. Romae sacris canonlxatfonum Solemnils inteivrunt. oportet ul quamprimum subscripto Apostoliraruxn Caeremoniarum Praefecto (Piazza CaprcNica., 95 Ro»na-J0| per eptatolun significent quo circiter die venturi sint, ut Praesulum numerus opportune cognoscatur, et ipsi schedulas, intunatio-

nes. nec non a Sx Rituum Congregatione canonizandorum acta, pro Consistorio tempestive accipere possint.

Ne vero Apostolici cursores tn schedularum distributione ancipi tes haereant de Episcoporum domicilur·. oportet ut
116 Ipsi Arcnlepiscopi et/ Episcopi in scriptis eumdem Caeremoniarum Praefectum de suo quisque domicilio certiorem faciant.

hdem Antistites secum deferent vestes praelaUtlas laneas violaceas, cum mantcllcto pariter laneo violacei coloris, blretum, rocchetum. pluviale simplex ex lamina argentea, sin minus ex serico damascene albo, amictum, mitram ex Irnea tela alba, et cappam laneam violaceam pro Consistorio; quibus vero cappae praesto non sint, ex benignitate Sanctissimi Domini nostn Papae, ad Consistorium fas erit accedere indutos mantelieto supra rocchetum

Antistites autem. Cardinality dignitate praefulgentes. Eraeter vestes et cappos cardinality* tam rubei quam viorei coloris, pro So emails canonJzallonum habebunt calceos rubeos, amictum, planctam albam opere phrygio aureo distinctam, mitram serlco-damascenam cum vimpa et superpelllceo pro capellano caudatario. qui induet vestem seneam violaceam cum crocea lanea violacei pariter coloris.

Praesules ad Ordines vel Congregationes religiosas pertinentes quoad rocchetum et qualitatem ac colorem vestium, consuetum morem servabunt

A die 1· mali c cappis Morum et Rfhorum S. R. E Cardinalium, Episcoporum et officialium Curiae tollentur pelles ermelllncae. et Cardinales ac Antistites aliiquo de capella, domo vel familia Pontificis, ad Ordines vel religiosas Congregationes non pertinentes, vestes sericas induent Dx MAxaiTo SSmi D. N Pafae. Romae, die 8 martii 1920.—CiROtcs RtsncHi, Protono: *Ap. Ccerem. Praef.*

1920 MAR 9.-SC REL.» CIRC. AAS 12 (1920) 365-367

LtTTIRAE CIRCULARES AD ORDINARIOS LOCORUM CIRCA EIUSDEM PERSONAE REPETITAM ELECTIONEM AD MUNUS MODERATRICIS GENERALIS IN CONGREGATIONIBUS RELIGIOSIS ET ANTISTITAE IN MONASTERIIS M0N1ALIUM

Ulme et Revine Domine.

Saepissime accidit, ut Moderatrices generales Institutorum. quae ex praescripto suarum Constitutionum ad plurium annorum periodum eliguntur, et iterum ad idem munus immediate eligi queunt, tertio etiam et pluries, suffragio capitulari expetitae, opus habeant recurrendi ad H. S. C. de Religiosis pro debita facultate obtinenda.

Haec frequens regiminis protractio ultra tempus a Constitutionibus statutum aut permissum, minus opportuna videtur, praecipue cum ordinarie munus Moderatricis generalis ad sex annos duret, ex quo fit ut eadem persona, iterum electa, per duodecim annos continuos regimen legitime tenere queat Si vero faciliter permittantur ulteriores reelectlones, in cassum cedit finis Constitutionum, quae ad *tempus* regimen ab eadem persona in Instituto tenendum esse praescribunt, cui temporaneitati tota Constitutionum compago innititur. Hinc fit ut non raro, ex nimis protracto n ⁝
:®6 unius eiusdemque personae, non parvi mo/menti com moda et detrimenta Instituto proveniant. Nec valet quod in pluribus religiosarum Congregationum Constitutionibus expresse dicatur etiam *tertio* Moderatricem generalem posse eligi, dummodo duae tertiae partes suffragiorum eidem faveant et S. Sedis confirmatio accedat: hoc enim ita intelligendum est. ut sl aliquando ob graves causas eadem persona tertio aut ulterius nominari débeat, hoc fieri nequeat nisi adsint illae duae conditiones. Hinc retinendum est quod in casu occurrit vera inhabllitas ad huiusmodi munus: quoties autem inhabilitas aliqua ex iure habetur, causae graves ad dispensationem requiruntur: unde simplex voluntas electorum aut Idoneitas personae non est de se sufficiens ratio ad dispensationem obtinendam. Persona vero tali inhabilitate laborans non eligi, sed postulari canonice debet

Eadem sane animadvertenda sunt, servata debita proportione, circa electiones Abbatissarum, seu Antistitarum momalium. quibus per Constitutionem Gregorii XIII (Exposcit debitum diei 1 lan. 1583 Bu11. Rom t. 8 p. 404-4051 prohibitum fuit quominus ultra triennium regimen monasterii haberent; quamvis vero in Codice Iuris Canonici haec praescriptio confirmata haud fuerit, tamen ex Summi Pontificis mandato H. S. C. in Constitutionibus monasteriorum eam servari praecipit Cum tamen in monasteriis electio peragenda est Intra Communitatis membra, quae saepe pauca sunt, facilius causa ad dispensationem haberi poterit, cx defectu scilicet idoneae personae.

Haec omnia revolvens animo SSrftus D. N. Benedictus XV, ad praecavendos abusus, qui in hac re facile subrepere possunt, mandatum dedit monendi singulos Ordinarios locorum, quibus cura incumbit praesidendi electionibus sive Moderatricis generalis in capitulis Congregationum, sive Antistitarum in monasteriis moniaiium suae dioecesis, ut de praefata inhabilitate electrices doceant, ct si quando certiores fiant capitulares in eamdem personam ultra tempus a Constitutione permissum suffragium esse laturas, inquirant dc specialibus et gravibus causis, quae postulationem exigere videantur. et moneant vocales Sedem Apostolicam difficilem omnino se praebere ad huiusmodi gratiam concedendam. Insuper noverint oportet, postulationem nonnisi perpensis mature causis admitti, quae proinde per litteras ab Ordinario ipsi Sanctae Sedi exponi debent Quod sane non modicum tempus requirit et certum incommodum affert capitularibus, quae responsum exspectare debent antequam ad ulteriora procedere possint

Si quando tamen causae ita graves adsint, quae eiusdem personae electionem exigant ultra tempus in Constitutionibus permissum. Ordinarius, dispensationis obtinendae causa petitionem ad Sacram Congregationem mittat, in qua clare et distincte referat, quot scrutiniis fuerit·' postulatio completa, quotve suffragia ex 367
numero capitularium electae faverint; praecipue rationes exponat quae talem reelectionem exigere videantur, addita quoque sua sententia.

Interim omnia tibi fausta a Domino adprecor.

Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis. d;e 9 martii 1920.—Theodorus Caro. Valfré di Bonzo. *Praef.* Maurus M Serafini, Ab. O. S. B., *Secr.*

Adn. E JOMBART in NrT 52 (1925) 93-97; Pn. MAROTO in Cr»R 2 (1921) 3-8: REGATILLO n. 246; PrM 10 (1922) 196-197.

192· MAR 12.-SC S. OFF., DECR. AAS 12 (1920) 113

In generali consessu habito feria iv. die 10 martii 1920. iacta relatione de praetensis visionibus, revela-

faits de Loublande evulgantur, et examinatis scriptis quae ad eadem referuntur, ErFii ac Rmi Dni Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, praehabito DD. Consultorum voto, decreverunt: ‹ Mature « perpensis omnibus. S. Congregatio declarat praetensas « visiones, revelationes, prophetias, etc., quae sub ap« pellatione *Les faits de Loublande* vulgo designari so- c lent, nec non scripta quae ad eadem referuntur, non « posse probari ®.

Et insequenti feria v. die 11 eiusdem mensis et anni. Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita. resolutionem Emorum ac Rmorum Patrum apferri praecepit.

Datum Romae, cx aedibus S. Officii, die 12 martii 1920.—A. Castellano. S. C. S. *Off. Notarius.*

Adn. PrM 10 (1922) 182.

Post promulgatum in Actis Apostolicae *Sedis (an.* xii. vol· XII. n. 4 pag. 113. I), sub die 12 martii anni currentis (LE 2571. Decretum S. Officii circa praetensas risiones, revelationes, prophetias, etc., quae sub appellatione: ‹ Les faits de Loublande » *vu'go designari solent, nec non senpta quae ad eadem referuntur,* latum die 10 eiusdem mensis ct sequenti die 11 a SSmo Domi-

no Nostro adprobatum et confirmatum, nonnullae in quibusdam diariis et periodicis gallicis gallicae ipsius versiones atque interpretationes et explanationes editae sunt, quae inditum in eo atque a Sacra Congregatione expresse intentum corumdcm factorum scriptorumque reprobationis sensum penitus excludere seu ad simplicem *defectum aaprobationis iuridicae* ex parte Supremae Auctoritatis Ecclesiasticae coarctare nituntur. Ne cx arbitrariis et falsis huiusmodi versionibus, interpretationibus et explanationibus fideles in errorem circa genuinam Sacrae Congregationis mentem forte inducantur, EiTii ac Rfhi Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, probante Sanctissimo, authenticam, quae sequitur, praefati Decreti gallicam versionem publicandam mandarunt.

Decret touchant « les faits de Loublande »

Dans l'assemblée plénière du mercredi 10 mars 1920. relation faite des prétendues visions, révélations, prophéties, rtc-, vulgairement connues sous les nom de *faits de Loublaodc,* et les écris qui s'y rapportent ayant été examinés, les Eminentissime» ct Révérendissimes Cardinaux Inquisiteurs Généraux en matière dc fol et de moeurs, après le vote préalable des Consultcurs. ont décrété: M Toutes choses " mûrement pesées, la S Congrégation declare que les " prétendues visions, révélations, prophéties, etc., vulgalre- • ment comprises sous le nom de *faits de Lou/blandc,* ainsi " que les écrits qui s'y rapportent, ne peuvent être ap- " prouves

Et le jeudi suivant. 11 du même mois. Notre Très-Saint Père le Pape Benoit XV. dans l'audience ordinaire accordée au Rcvércndissimc Assesseur du S. O-, a approuvé ct confirmé la résolution des Eminentissime» et Révérendissimes Pères, et en a ordonné la publication dans les *Acta Apostolicae Sedis.*

- Donné Δ Rome, du Palais du Saint-Office, le 12 mars 1930—L Castellano. *Notaire dc la Sup Conpr. du Saint-Ofnce M.*

Ada. PrM 10 (1922) 182.

259

1920 **3LAR 13.-SC CONC. RESOL. AAS 12 (1920) 444-447**

DIOECESIS N. et ALIARUM IN GALLIA CATHEDRATICI. QUOAD EIUS NATURAM ET DESTINATIONEM

Die *13 martii 1920*

Species fact1 - Rcvmi Episcopi ecclesiasticae Provinciae *N.* in Galliis, canonibus 1504 et 1507 obsequentes. auctoritati S. Sedis postulatum quoddam de taxa pro cathedratico persolvenda subiecerunt, his terminis exponentes taxae rationem atque modum eam exigendi:

« 10 Les taxes de Chancellerie ne suffisent pas à « couvrir les dépenses des Secrétariats, et les évêques « sont obligés de prendre sur leurs fonds personnels ou « dc trouver ailleurs le moyen de combler les déficits. « La taxe *cathcdratique* leur serait donc très utile à «5 « cet effet/

« 2" La base de cette même taxe, calculée en raison « de fr. 0.02 par habitant, est très modeste. Par exem- « pie: le curé d'une paroisse de 500 âmes ne donnera f auc 10 francs par an; le curé d'une paroisse de 1000 « âmes versera 20 francs, etc. Les deux centimes ne « sont pas exigés de chaque personne de la paroisse: ils « sont prélevé sur les revenus des églises et des Con- « fraternités ».

Idipsum postea fere iisdem verbis postularunt Ordinarii finitimae provinciae ecclesiasticae X.; ac nuperrime ex parte quoque Metropolitae archidioecesis Z., rz>mine etiam suorum suffraganeorum, oblatae sunt preces pro approbatione taxae cathedratici singulis annis solvendae, ab ecclesiis paroecialibus primae classis. In summa decem francorum; a ceteris ecclesiis, octo (rancorum: n confraternitntibus. quinque francorum.

Amimaovtrmonbx. - Rrfii Consultores quibus harum petlUor.um studium demandatum fuit, rem pertractarunt tum quoad rationem Juridicam propositae formae, tum etiam quoad generalem opportunitatem taxarn cathedratici in Galua instaurandi Summa autem propositarum animadversionum hisce redit.

Quoad primum, unanimiter concludebant taxam sub nomine cathedratici ab episcopis propositam, non congruere cum Juridica notione ipsius census cathedratici. Siquidem cathedraticum ex ipsa lege iam definiri potest: Medica quaedam taxa quam " *omnes* ecclesiae vel *beneficia* iurls- " dictioni Episcopi sublecta. ilemque *laicorum confratemt-* " rates, debent quotannis in *signum subtectionis* solvere " Episcopo " (can. 1504).

I. - Hisce prae oculis habitis, iam patet, taxam ab episcopis provinciarum *N.* et *X.* propositam, non gravare nisi parochos seu ecclesias paroecia!es: exigitur enim pro numero animarum cuilibet ecclesiae subditarum. Jubente vero citata lege (c. 1504). cathedraticum pensitandum est:

a) ab omnibus ecclesiis episcopi iunsdictioni subrectis: igitur non modo ab ecclesiis paroecialibus. sed etiam a collegialibus, ab oratoriis publicis saccularibus, item ab ecclesiis, capellis, paroeciis saecularibus quibus Regulares praesunt;

b) ab omnibus beneficiis episcopi lurisdictioni subtectis. sive sint perpetua sive manualia; lex enim non distinguit: igitur non modo ab omnibus parochis etiam ad nutum amovibilibus, sed a canonicis quoque qui suam possident specialem praebendam, si autem singuli sustentantur ex massa communi, tunc unicum cathedraticum est ex eadem massa persolvendum; in casu autem haec omnia bénéficia omittentur;/

c) a confratemitatibus lalcorum. auctoritate ordinarri erectis, dummodo ecclesia *propria* utantur; tales autem in Gallia fere nullae sunt, nec licet. Us deficientibus, taxare simplices pias associationes (v. g. Enfants de Marie. Mères de famille) quae utuntur ecclesia paroeciali. ad normam can. 108.

Cf. ad haec. Pallottini. v. *Episcopus.* 5 III; et consonat doctrina communis, v. g.. Benedictus XIV. *De synodo* dioecesana, Ub. V. cap. 6 ct 7: Il *Monitore Ecclesiastico,* voL XXXVI. 1011. pag 364-371; Acta *Apostolicae Sedis,* 1917. pag 496 ss.

II. - Modus autem cathedraticum exigendi, quem episcopi provinciarum N. et X. instituere optant (scii, pro rata cuiusque paroeciae incolarum), non convenit ipsi notioni *didrachn.ae* cathedratici: " nam potius quam ad lucrum " Episcopi, constitutus est hic census a iurc in recognitio- " nem sublectionis et honoris in cathedram episcopalem ~ (Santi. *Praelect.,* L IU, tiL 39. n. 6); idcirco est taxa *de se* modica, et uniformis esse debet, minime ad reditus ecclesiae. mulloque minus ad numerum incolarum augenda. Antiquitus in *duobus solidis aureis* constituta, in Cone. Rom. a 1725 (tit. VIII. c. 4) xx iulios excedere (circ. 10 francs, prohibebatur, salvis consuetudinibus favorabilioribus :am inolitis. E contrario, in casu, non modo cathedraticum hanc summan excederet, sed immo variabile esset, et quidem pro *numero* incolarum, cura quo tamen numero reditus paroeciae non semper aequam proportionem servant; ac praeterea liquet hac ratione non haberi merum " signum recognitionis honoris sed verum tributum fiscale personale, a quo indoles cathedratici summopere abhorret.

Quoad alterum.

Animadversiones propositae non tangunt nisi ex parte tertium postulatum, i. e. Archiepiscopi *Z.;* sed communia omnibus proponi adhuc possunt ad quaestionem de opportunitate. in praesentibus rerum adiunctis. instaurandi in Galliis Laxam cathedratici. - Omisso enim quod iam a centenis annis ct ultra in Galliis quaevis mentio cathedratici obliterata est (quod, quidem non extinguit in ecclesiis officium illud solvendi si restituatur, sed exonerare videtur episcopos ab officio illud ex novo instaurandi), omisso etiam quod, praeter canonicatus praebendatos (quos proposita restitutio non tangit), nulla su^t Veneficia ‡u officia ecclesiastica in Galliis, quae certis tutisque annuis proventibus fruantur. sed immo fere omnes ecclesiae, rurales praesertim, summa egestate premuntur, considerari etiam debet ibidem unicum fere fontem, unde ipsi Archiepiscopi. Episcopi. Vicarii Generales, parochi, cooperatores, ecclesiastici omnes sustentatur, esse collaticiam stipem quae de fidelibus/ colligitur sub nomine ~ Denier du Culte Ex ea enim quota pars ab Episcopis in clerum refunditur, unde viclsslm a clero cathedraticum Episcopo esset solvendum, et quidem non titulo voluntario, hortationibus et suasionibus dumtaxat adhibitis, ut persolvitur a piis fidelibus obolus pro cultu, sed titulo necessario, per modum impositae taxae; vicissim Episcopi hanc taxam. specie saltem, in sui exclusivum favorem exigerent, quibus insimul non modica quota praefati oboli pro cultu iam destinatur. Id autem prima fronte minus opportunum apparet, nec incommodis vacaret in opinione tum populi tum cleri; ex quo facile suadetur, cur cx quatuordecim ecclesiasticis provinciis quibus Gallia constat, nonnisi duae vel tres usque ad praesentem diem de hoc cathedratico instaurando cogitarunt

Quod autem Innuebatur ab Oratoribus dc nccessitalv consulendi congruae sustentationi officialium CancelZariav Episcopalium, ad quam non sufficiunt ordinariae taxae. id oritur ex non recto supposito, quod videlicet his quoque officialibus destinari non possit pars proventuum ex collecta stipe oboli pro cultu obvenientium: sunt qui id putent, hoc innixi argumento, qued iste " Denier du Culte " invectus sit ad supplendas pensiones olim a Gubernio suppeditatas. ex quibus nulla his officialibus assignabatur; verum haec coarctatio mentis oblatorum sitis ab ipsorum proposito aliena videtur, qui id unum dantes intendunt, videlicet necessitatibus subvenire sdmmistrorum Dei m sua dioecesi. Ceterum haec necesitas, si exstaret, ronntsj permitteret facultate uti can. 1505 concessa imponendi «pecialr tributum: non autem huiusmed. tributum vestire nomme et specie subsidii cathedratici. a quo toto caelo differret, quippe quod in mero signo ct symbolo recognitionis et honoris erga cathedram Episcopi consistit, - Quare, etc.

Resolutio. - Propositis m plenariis S. C. Concilii comitiis die 13 martii 1920 in Palatio Vaticano habitis, supra recensitis precibus nonnullorum Galliae Ordinariorum. super his Emi Patres rescribendum censuere:

Prout exponitur, non expedire.

Quam resolutionem, referente m audientia insequentfe diei infrascripto S. C C. Secretario, Ssjftus Dnus Noster Benedictus divina Providentia Pp. XV approbare et confirmare dignatus est— I. Mori. Secr.

Ma. PrM IC (1922) 192.

260

192· MAR I6.-SC CONCILII, RESP. PART.·

S. MARCI ET BISINTANEN.

Circa mi5s.lv. pro populo in festis particularibus
SUPPRESSIS

Jllmc ac Rcvrhe Domine,

Per decretum dici 28 decembris 1919 huius Sacrae Congregationis ILE 227J, quo publici iurU denuo factus est index festorum in universa Ecclesia suppressorum, abrogata non fuerunt quatuor specialia festa suppressa in ista dioecesi ac regione, ut narras, exsistentia (i. c. Apparitionis s. Michachs Arch. 3 man; s. Antonii Pat *Coal.* 13 iun: s. Dominici, 4 augusti; Praesentationis B. M. V. 21 nov.); ideoque istos parochos in dictis quatuor diebus teneri ut antea ad Missam pro populo applicandam, minime ambigendum est.

Haec erant significanda Amplitudini Tuae, cui fausta cuncta in Domino adprecor.

Datum Romae, die 16 martii 1920.—D. Car± Sbarretn. *Praef.* I. Mori. *Secr.*

• ME 32 (1920» 2S5-2C6 Adn. ME 32 (1920) 255 . ncîh.

261

1920 MAR 23.-COM. INTERPRES, RESP. PART.·

DZ AETATE AD PROFESSIONE J PERPETUAM ET DE DIE PROFESSIONIS IN INSTITUTO « CHRISTUM BROTHERS *

Rcvme Frater, ad dubia proposita, nempe:

I. Utrum indultum a S. C. Religiosorum die 26 sept 1910 concessum Instituto < Christian Brothers ». vi amis « nessun membro dellTsthuto sia eligibile per i voti perpetui pruna dell'età di 25 anni compiuti. avendo emessi i voto annui per almeno sci anni di seguito ». integrum maneat ad normam canonis 4; an per Codicem expresse revocetur.

II. Utrum consuetudines huius instituti approbatae q S. C de Propaganda Fide, die 22 ian. 1907. vi quarum. « Il novizio venga ammesso ai primi voti annuali nella prima Festa dei Natale, che succede alia fine dei primo anno di novlzlaio. Nei mesi perb che intercedono dalla fine dei primo anno di novUiato al venturo anno, i) novizio sia pure impiegato nelfesercizio e nelle prove delle scuolc » a Codice revocatae fuerint.

Em. Commissionis Praeses respondet:

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, negative ad «■eundam.

Ad II. Negative.

Quae dum Fraternitati tuae significo, fausta cuncta a Deo apprecor.—Petrus Card. Gasparri Aloisius Sincero, *Secr.*

• PrM 11 (1922) 47. A4n. PrM 11 (1922) 47-43

262

• 1920 MAR 24.-SC RIT., DECR. AAS 12 (1920) 175

Beata maria virgo lauretana aereonautarum
PATRONA DECLARATUR

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV. piis quorundom Sacrorum Antistitum ct aliorum fidelium supplicibus votis, ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis, libentissime obsecundans, Beatissimam Mariam Virginem, Lauretanam nuncupatam, omnium aëreonuutarum praecipuam apud Deum Patronam suprema auctoritate Sua declaravit et constituit Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 24 martii 1920.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinac. X. *R. C. Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

291

263

1920 MAR 27.-SC RIT.» RESP. AAS 12 (1920) 177

Dubium: de solemnitate sacratissimi rosarii

Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna declaratione, propositum fuit sequens dubium, nimirum: « An privilegium, per Decretum Generale diei 28 octo- < bris 1913 (AAS 5 (1913) 457-464J concessum solemn!· « Uti externae Sacratissimi Rosarii, quae Dominica I « octobris celebrari poterit cum omnibus Missis, prae- « ter conventualem et parochialem. de Ssmo Rosario. « extendi valeat ad alias quoque festivitates externas, < quae peragi solent cum magno concursu populi? ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito etiam specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit: < Negative, quoad extensionem privilegii « solemnitatis Sacratissimi Rosarii, iuxta Decretum Ge- « neralc 28 octobris 1913 ».

Atque ita rescripsit et declaravit die 27 martii 1920.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. R. C. *Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

Ada. R. TRILHE in KrT 47 (1920) 566: EL 34 (1920· 379-380 ME 32 (1920) 205 205; PrM 10 (1922) 21'

264

1920 APR 4.-SC STUD. DECR. AAS 13 (1921) 319-320

VARSAVIEN.

Facultas catholica scientiarum ecclesiasticarum in
UNIVERSITATE VARSAVIENSI CANONICE ERIGITUR CUM IURE CONTERENDI TRIPLICEM LAUREAM

DECRETUM

Il. *Ex cdvcrso* super his plura deducebantur. In primis datiurn non esse quin Codex aperte distinguat inter res rpirtfualtbuj *adnexas,* de quibus ln n. 1, | 1. can 1553 stai-^ur causas cognoscendas iure proprio et excluxivo ab Ecr.eda. et *causas mixti fori,* " in quibus tum Ecclesia tum ' civilis potestas aeque competentes sunt ⁎ ad normam i 2 r.usdcm canonis. Verum, quum nulla nova occurrat in Codice definitio vel descriptio causarum circa *rcz spiritualibus adnexas,* etiam standum est veteri receptae doctrinae, iuxta quam minime ambigendum videtur causas super iure scamnorum ln sacris aedlous habendorum accensendas esse causis de rebus temporalibus quidem, sed spirituali, ı c cultus divini exercitio, adnexis. Sive enim quaestio fiat dc privilegio concesso, vel de iure acquisito, vel de contractu, v. g locationis, servando, semper agitur de iure exercendo in aliquam sacrarum aedium partem, intra earumdem ambitum. eumdemque finem spiritualem, i. e. cultus peragendi, spectante. Quamobrem m Codice quoque explicite prohibetur quominus laicu, etiamsi ad fabricam ecclesiae curandam peculiariter addicti. ' ullatenus sese ingerant in " ea omnia quae *ad spirituale munus* pertinent, praesertim ... 4) in dispositionem materialem .. sedilium, scam⁎. norum ... aliarumquc rerum quae *ad exercitium rclujiosi - cultus spectant* " (can. 1184). Ceterum concessio hulusce modl iuris in can. 1263 omnino reservatur auctoritati Ordinam loci, sine culus expresso consensu nemini fidelium Licet locum habere in ecclesia sibi suisque/ reservatum, 266
immo facta concessio cx justa causa potest, non obstante quolibet decursu tempons, revocari ao eodem Ordinario: consequens igitur est ut quaccumque controversia circa factae concessionis exercitium, modum, cessationem, ipso iure eidem Ordinario reservetur, utpote causa de re sp.rituali adnexa.

Sed dato ellam, non concesso, causam haberi mixti ⁎or lanium, ac propterea tum Ecciesiain tum civikm potestatem aeque competentes esse in casu, plane liquet saltem servandum c-sse praescriptum can. 1553 J 2. i. e. " m hisce '⁎ causis locum ⁎⁎racucntumi Quum igitur ipai christiiideles sponte provocant ad tribunal eclesiasucum. quod <in hypothesi semper loquendo) aeque competens est. iniurla quidem remitterentur ad tribunal laiculc. quia ecclesiasticus ludex nequit profecto " legitime requirenti suum mi" nisterium recusare " (can 1608). Multo etiam minus tolerandum id foret m casu in precibus Episcop. expresse - cum litigans quidam ab ordinatione mea in via adnu- ' nistrativa data, ad iudicium *meum* ecclesiasticum expres" se provocaverit etenim, dum chrtsufideles quicumque adversus talia decreta administrativa ad tribunalia Incalla recurrentes, severissima poena plectuntur (can. 2331 n. 2). scandalum profecto saperd si ipse iudex ecclesiasticus ad civile tribunal adversus sua ipsius decreta recurrentes remitteret

Verum quidem est Sedem Apostolicam haud raro permisisse. sive per tacitam tclerai.Uam. sive per cxpbcitam concessionem, v. g. pactis cum civili societate concordatis, ut quaedam causae ad forum ecclesiasticum per se spectantes. intra certos definitosque limites, a foro laicalt pertractarentur. non exclusis quae super iure patronatus versabantur (cfr. Wemz, Ius *decr.,* V. p. 222 s.; *Raccolta di Concordati,* 1910, p 766. 768. 824, 856. 6831: i. e. permisisse, quod lus patronatus attinet, ut tribunalia civilia agerent de iuribus et oneribus civilibus eidem adnexis, vel de controversiis super sucessione in iure praesentandi. Quo vero ad iura scamnorum in templis habendorum, non constat de huiusmodi explicita concessione, sed dumtaxat. quoad loca Germaniae, de quedam usu per tacitam Ordinariorum tolerantiam, post leges civiles id iubentes inolito, ut nimirum super hac re ludices civiles, in iisdem casibus tn quibus super iure patronatus cognoscendi competentes sunt, propter quamdam rerum analogiam - ut bene docet Ferraris, (s. v. *Ecclesia,* art. V. n. 26; - ludicurvnt. Sed, m primis. non videtur p'enc constare de *cenunana consuetudine* quae ex adverso assumitur ad normam can. 5 sustinenda. Id enim solum constat, a centum nimirum et ultra annos in ditione Paderbomcnsi viçere Ius commune Terrae Bcrussicae *(Prcussischcs ally. Landrecht; de* quo supra: non tamen constat utrum/ cx tunc, videlicet ab initio centenarii. chistifidelcs omnes, praesertim eorumdem san.or pars, *uoerc* consueverint causas de quibus agitur, *ad* uicalia tribunalia deferre: potissimum vero, utrum in casu intercesserit competentis ecclesiastici Superioris com<7uuj (non mera prudens dissimulatio» a quo solummodo vis consuetudinis iuridlca dependet.

Nec iuvat quod oggeritur. legem Imperii fundamentalem d. 27 ianuarii 1677. f 16. consuluisse " nulli» fieri ° locum tribunalibus exceptional!bus: neminique licere " quemquam a competenti suo iudice suo trahere ;⁎⁎ non enim hac lege abolita fuere ecclesiastica tribunalia quoad ⁎causa quibus competentia sunt. Qued si per iniuruun fecisset, etiam in argumento dc quo agimus, tniurum pati modem liceret, non tamen ei consentire. Ceterum etiam ubi leges Ecclesiae manifeste hostiles, omnem veram lurisdicuonem eidem auferre conantur, efficere tamen nequeunt ut. mi partes libere ad ecclesiasticam potestatem piovocent huius K-Jtestatls sententia, vel in re mere civili lata, tamquam "gitimum arbitrium non sustineatur (cfr ⁎aa '. Die pci«tl *Gerichtsbarkeit der kath. Kirche* tn Prctttttt?. 1916. II. 2-1. Harburgcr. *Das privilegium fon* im drufschcn Recht, 1S15 p. 55 ss.).)

Multo minus officit ratio utilitatis prout in adversa sententia praetenditur arcendi ab ecclesiastico tudier odium ct invidiam quae decisionibu> in re Latin facile parantur haec enim ratio nimis generalis est ct adversus quamlibet legitimam lurisdictionem facile emvertrrvlur' nulum quippe iudicium perficitur, ubi pars victa n< n w gravatam sentiat: huic vero gravamini promptum datur ⁎ iure remedium per lesitimam apcllatior.em <uu rv ursum

His sane consideratis, attento etiam quod summopere expedit ut Ecclesia, quantum fleri pwit <uam ⁎erw libertatem et Independentiam. maxime quum in ca%u nova Constitutio germanici Imperil, art 137. ram generatlm

agnoscat cuilibet ecclesiasticae societati " ius ordinandi et ⁂ administrandi sua. independents intra iir.es tantum- • modo iuris communis ⁂ concludendum videtur propositum dubium nonnisi negativa responsione, in casu, dimitti oportere.

Quare etc.

Resolutio. - Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Edorum ac Revmorum Patrum comitiis, die 11 decembris 1920 in Palatio Ap. Vaticano habitis, omnibus attente perpensis, super Ordinarii Paderbornensis expostulatione rescribendum censuit:

Ad mentem. Meni es(: ‹ Tolerari non posse ut, si partes Ubere recurrerint ad Ordinarium, remittantur ad tribunal laicale: eo vel/ magis si agatur de lite intentata adversus Ordinarii praescriptum. Curandum autem ut mos de quo in casu, removeatur ».

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione in audientia insequenti die infrascripto Secretario concessa, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est—I. Mori. *Secr.*

AAn. ME 33 (1921) 246-249; FrM 10 (1922) 293 C.

314

1920 DEC 11.-SC CONC. RESOL. AAS 14 (1922) 42-46

PLACENTINA

Iuris praesidendi coetibus capitularibus

Dic *11 decembns* 1920

Species facti. - Per Bullam Apostolicae Datariae die 22 ianuarii 1917 datam, sac. Aegidius Agazini constitutus est canonicus coadiutor cum iure futurae successionis D. Camilli Mangot, Praepositi ecclesiae cathedralis Placentinae. Quum vero in praefata cathedrali ecclesia na canonicum Praepositum. qui primam obtinet dignitatem in Capitulo, ius spectet praesidendi coetibus capitularibus, ante quam can. Agazini coadiutoriae possessionem nancisceretur, in conventu capitulari quaestio instituta est utrum coadiutor iisdem praecedentiae iurfbus, quibus potiebatur coadiutus. frui deberet Et quamvis neque ex iure communi neque ex Bulla nominationis id ei competere capitularibus visum esset, die tamen 8 mail 1917 supplicem ad Episcopum obtulerunt libellum ut ad quaestionem solvendam opportunum dubium S. Sedi proponeret

Quare Episcopus. Capituli precibus annuens, die 12 eiusdem mensis, supplicem ipsius Capituli Libellum ad Sacram hanc Congregationem misit, adnotans Can. Praepositum esse ‹ la prima Dignité del Capitote con ‹ dirltto almeno consuetudinario dl presledere !e adu- • nanze capitolark in sua assenza presiede il Canonico c anziano ›, et factum commemorans D. loscphi Caminati qiu, cum esset coadiutor canonici Praepositi a mense mato 1880 usque ad mensem marttum 1892. iure praesidendi in coetibus capitularibus usus est. Capitulo minime contradicente. Tandem transcribit verba Bullae nominationis Can. Agazini quibus coadiutoria ita eidem conceditur ut ‹ omnibus privileges et gratiis quibus dic- ‹ tus Camillus (1. e. Can. Praepositus Mangot] ratione ‹ praefatae Praepositurae fruitur, pariter frui possit ac ‹3 « valeat (Coadiu. tor) ».—Nihilominus ad has Episcopi litteras Sacra haec Congregatio die 16 eiusdem mensis rescripsit: « In casu, omnibus attentis, canonicum coad- ‹ iutorem Aegidium Agazini non habere ius praesi- t der.di coetibus capitularibus ».

De his omnibus cum certior factus esset can. Aegidhis Agazini, qui qucxtlonem hucusque penitus ignoraverat. die 4 decembris 1917 nd S. H. C. recurrit ntque ■probare contendit, si minime cx iure communi aut vi Bullae nominationis, saltem ex consuetudine ius sibi competere praesidendi coetibus capitularibus, idque demonstrare nititur duobus exemplis suorum antecessorum. Caminati, de quo supra, et can. coadiutoris Bissi a. 1817 cuius exstant adhuc quaedam acta capitularia hac formula incipientia: « Noi *Prcvosto Coadiutore.* Cc nitolo e Canonici ». etc. Pluribus idcirco ad rem altetis, enixis precibus postulavit ut res integra deferretur ad plenarium Emorum Patrum coetum. Omnibus itaque de moro peractis, et utraque parte suas deductionea proponente, subiectum fuit Eflïte Patribus dubium:

‹ An canonicus coadiutor ius habeat praesidendi ‹ coetibus capitularibus in casu ».

Synopsis disceptationis. — Quod attinet lus commune, quaestio expedita est, cum ipse recurrens minime cx bcc titulo praetensum praesidendi lus vindicet, sed im/no prevocet ad verba cl. Oietti. *Sun. rcr.* mor. etc., vol I. p. 9®. η. 1227. ubi docetur haec officia et praeeminentias minime stricto iure deberi, sed aliquando permitti m litteris Apost licis, vel etiam deberi ex legitima consuetudine. Et merita. Enimvero canone 397 Codicis lur. can. clare edicitur. " Nisi aliud in statutis capitularibus caveatur, dignitatibus ⁂ et canonicis *secundum ordinem praecedentiae* ius et offi- " cium est: convocare capitulum eique praesse ac prat- ⁂ scribere et ordinare quae ad chori directionem referantur. " dummedo dignitas sit de gremio Capituli Atqui to prunis certum est canonicis coadiutoribus non competere lui praecedendi super veris canonicis. Cfr. S. R. C. decr. autb. 1037 statuentis; " Coadiutori etiam primae dignitatis qua· " lerr.cumque clausulam in litteris apostollcls expressam mi- " mir.e suffragari quin ipse ultimae dignitati, tumeto an· " nuaJi. digniorem locum deferre teneatur Unde et S. C. Concilii dic *28* iunii 1873 respondit: "Praepositi coadiuto- " rem sedere debere post omnes dignitates tam praetente " quam absente coadiuto ". Et ratio est quia praecedentia, sicut antiquiontas. concipi nequit sine possessione !osu beneficii: ast cum coadiutor. ut habet De Herdt. *Prax.* ccp , II. (5. * non sit verus canonicus sed fictus, non ha- " tens ius seu/ titulum in beneficium, sed tantum cxerci- H " Uum et administrationem nomine coadiuti. penes quem " residet totale lus in beneficium ~. sequitur in nullam possessionem beneficii coadiutorem mitti valere; " nullo modo " - ait Pignatcllus. t. IX. cons. 165. n. 39 - fuit ei acquieta " vera possessio, cum duo in solidum eodem tempore poss- " dere nequeant, sed tantum fuit acquisita possessio admi- " nistrationis quae non suffragatur ad effectum pracct- • dentiae w (Similia vide apud Scarfant.. *ad Ccccop.*. L Ut XII. n. 5: Barbosa, dc can. e dlpn·. c. XXIX. n. 26 etej. Hinc etiam liquet, secundo, canonicum coadiutorem nen esse vere et proprie dc gremio capituli, quae altera conditio explicitis verbis a Codice, can cit. etiam in dignitate vera requiritur ad effectum praesidendi Capitulo.

Quod vero pertinet ad ius peculiare in casu, istud ne a recurrente quidem deducitur ex verbis Bullae collationis, in qua explicita et expressa mentio practensi iuris praesidendi non invenitur. Neque illa suppleri potest cx generxi clausula qua conceditur ut coadiutor pariter frui possit ac valeat omnibus privilegiis et gratUs quibus fruitur coadiutus ratione praepositurae: his enim verbis ea intelbguntur quibus opus est coadiutori ad officium implendum quod specificatur: " eidem ecclesiae in divinis ac alias inser- " viendi. et curam animarum exercendi, et singulas aliu " obligationes ac parochlalia munia et officia coadiuto tn- * cumbentia supportandi ". " Coadiutoriae enim - ita Fe- ⁂ rraris. v. *Canonicatus,* art. X. n. 1 - fuerunt principaliter M invectae ne Ecclesia ob impedimentum coadluti suo de- " fraudetur servitio.. Et ideo, licet omnes et singulae ⁂ praerogativae et honores coadiuti coadiutori tribuerentur. ⁂ haec tamen omnia esw ad servitium Ecclesiae referendi. ~ asserit Garcias, dc henef., p. IV. c. 5. n. 26 ". Cf. PignaL loc. cit . n. 2: Bened. XIV. quaest. 126: Lotter.. *dc* ben. q. 25. n. 36.

Itaque punctum praecipuum super quo vertitur controversia. in consuetudine consistit unde potissimum, immo unice, recurrens praetensum ius sibi derivare contendit: ⁂ non fa il ricorrente questione di dirltto proprlamentc " detto. ma dl consuetudine più che centenaria, per cui x " canonico coadlutore fu rlconoscluta o *almeno accordaîn* *. la facoltà di prcsledere Ad hanc tamen consuetudinem probandam non afferuntur nisi duo casus, alter cx anno 1817. alter ex anno 1880: licet autem contrary nor. afferantur, quia - teste Episcopo - nullus altus fuit datus praeposito pro tempore coadiutor toto centenario mox elapso, tamen, attenta distantia qua Inter sc hl casus separantur. minime videtur ea inde probari frequentia et actuum continuatio quae ad inducendam legitimam consuetudinem requiritur./ 45

Praeterea obilcit et ostendit Capitulum. Bullas nominationum utriusque canonici Caminati ct Blssi satis differre in hoc puncto α Bulla qua nominatus est canonicus recurrens nam per tlias Sedes Apostolica concessit: ⁂ stal- " lum in choro, ne vocem et votum in copttulo, necncn " locum In processionibus aliisque capitularibus actibus ⁂ cum omnibus ct singulus privilegiis praeeminenti!», m- ⁂ telationibus ct gratiis quibus dictus coadiutus utitur " etc. Ulterius constat non levem circumstantiarum diversitatem haberi inter casus qui afferuntur et casum de quo ⁂disceptatur uterque enim coadiutor nominatus fuit praevio consensu Capituli, qui consensus in casu recurrent» requisitus non tuit; uterque liber omnino erat ab all's negotiis ct officiis, dum coadiutor In casu gravissimum pondus curae animarum sustinere debet: hinc facile explicatur cur in praecedentibus casibus Capitulum facile acquieverit et permiserit utrumque coadiutorem coetibus capitularibus praesidere, quod in praesenti casu non obtinet Quamobrvm. ut alia sileamus, non abest a casibus qui atteruntur causa precani. qua prohibetur ut inde verum lus possessione acquiratur. Audiatur Scarfanloniu •oc. cit.. lib. I. tit. XIII. n. 38 - Quod si Capitulum pcifutxset coadiutores vanas explevisse functiones vel locu-n occupas contra id quod de iure eis permissum est 7' 'P^tat. nori per hoc possunt huiusmodi Coadis- ‘ w?clirc 7anufeîinoneTr îub praetextu quasi-posscsslo- r’neîumùnuir” •22îrCU1° actuurn praedictorum, quia isti Ob’i7r^d im «^'Elii Srcrano· ideoque sunt inhabiles ad ‹105 *enectu* ferta ad libitum canonicorum, quibus licet

nolle quod diu etiam placuit Et Pignatellus, loc. cit. consult 185. n. 9: " Posito quod coadiutor non sit in " possessione huiusmodi praerogativae nisi pro lubitu ca- • nonicorum et precario, sequitur quod *nulla praescriptio * ad* eius /cnorcm inducta est. neque allegari norstt can- " suctudo, quae, non praescripta, nullum ius tribuit ".

Aximadvir sjoxis rx omcio. — Enunciatac deductiones sitis ostendunt in casu quo de agitur, consuetudinem legitime praescriptam deficere. Haud ab re tamen videtur inquirere. num. in praesenti iure quo utimur Codicis, sola consuetudo afferri valeat ut legitimus titulus praesldentiac vel praecedentiae favore coadiutorum.

Et videtur negativam sententiam praevalere oportere. Enimvero, ut supra ostensum est cum agebatur dc iure communi, rationes cur huiusmodi ius coadiutoribus abnuatur. petuntur *cx ipsa natura* rei seu officii eoadiutoralis: quatenus nempe coadiutor nullam possessionem habet be- «firii, et ideo verus non est sed *fictus* canonicus, neque H ullo modo/ censeri potest dc *gremio* esse Capituli. Atqui consuetudines quae id efficerent quod natura rei sinere nequit, iam ex hoc ipso habendae forent profecto ut irrationabiles.

In casu Codex adeo fortiter requirit ad praesldentiam ut quis sit de *gremio capituli,* - ut iuxta superius dicta - ipsis dignitatibus veris et effectivis huiuscemodi ius conccdit sub hac restrictiva clausula: *dummodo sit dc gremio capituli:* quanto magis id adversari dicendum est coadiutoribus? Et animadvertatur generatlm. Codicem in casu nonnisi unicam exceptionem admittere, nimirum " salvis statutis particularibus ". dum commode, si casus tulisset, etiam consuetudines contrarias, ut in aliis casibus, commemorare valuisset. Id clare ostendit consuetudines contrarias, in casu, utpote oppositas menti legislatoris esse habendas, et ideo, ad summum, tantummodo ad tramites can. 5 tolerandas. Ad summum - Inquam - quia quae irrationabiles esse demonstrantur, nec talem quidem tolerantiam admittunt ut planum est

Nec demum praetereundum est in capitulo Placcnuao statuta particularia haberi magis etiam restrictiva quam ius Codicis. Nam cessante prima dignitate, constitutiones capitulares Ius praesidendi devolvunt, non quidem ad dignitatem sequentem, sed ad *antiquiorem* cx canonicis. "beet hic - explicite cavetur - sit in ordine " wbdiaconali ", Quum, iuxta laudata Codicis verba, praescriptum constitutionum in casu omnino praeservetur atque at lex sit servandus, vix dicere attinet quantum e rcr.trarlo vulneraretur si praesidendi ius ei qui non solum antiquior non est ex canonicis, sed nondum est canonicus decerneretur. Atqui certum est nullam consuetudinem dari pesse in Capitulis adversus constitutiones capitulares. cum tanmo quilibet canonicus in actu possessionis capiendae de carumdem religiosa observantia luslurandum nuncupare teneatur.

Quare, etc.

Resolutio. - Porro in plenariis Emorum Patrum comitiis habitis die 11 decembris 1920 in Palatio apostoliro Vaticano, proposito dubio Sacra Concilii Congregatio respondendum censuit: *Negative.*

Quam resolutionem referente postridie infrascripto S. C. Secretario, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV approbare et confirmare dignatus est—I. Mori. *Secr.*

Ada. IP 2 (1922) 28: ME 34 (1922) 68-74

315

1920 DEC 13.-SC RITUUM, RESP. PART.·

Dubia circa solemnem celebrationem dedicationis
ECCLESIAE CATHEDRALIS

Dubium - La *Solennité de* la Dédicace des églises, qui «e célèbre en France, le dimanche après l'Octave de h Toussaint peut-elle et doit-elle être célébrée, *même* psr *let églises non consacrées?*

·♦< ... ... ··« «·· ... ... 4·· ·■·

La divergence se produit quand II s'agit de la *Solennité* dc h Dédicace de *toutes les églises consacrées* du ^ocèse, solennité célébrée, en France, dans tous les diocèses, le dimanche après l'Octave de la Toussaint, comme on l'a toujours fait

Les uns disent que cette solennité s'appliquant en cène temps et à l'église cathédrale et aux autres égli- consacrées, toutes les églises, *même non consacrées,* doivent la célébrer *ratione subjectionis ecclesiae cathedrali* Us sont d'avis que le décret du 28 octobre 1913 ÎAAS 5 (1913) 457-464 J n'a pas abrogé l'induit du Carànal Caprara du 9 avril 1802 et la déclaration de FEm. Cardinal Légat du 21 juin 1804.

Les autres estiment que les susdits Induit et Déclaration ayant été abrogés implicitement par le décret du 28 oct. 1913, la Solennité de la Dédicace du Dimanche après l'Octave de la Toussaint a uniquement pour objet les églises consacrées, à l'earceptio?» *de* la *cathédrale.* Conséquemment les églises non consacrées ne doivent pas la célébrer.

D'où le doute préposé à la Sacrée Congrégation des Rites pour dirimer la controverse.

Resp. - *Ex Congressu die 13 Decembris 1920.* In casu. nihil obstat quominus juxta Rubricas et Decretum diei 28 Octobris 1913, in Ecclesiis ubi solemnitas externa fiebat de Dedicatione Ecclesiarum Dominica infra Octavam Omnium Sanctorum una cum festo, continuari possit, ad normas traditas, etsi festum translatum sit In aliam diem ex. *gr.* 6 Novembris pro Ecclesiis consecratis, excepta Cathedrali quae dic propria celebrabitur.

• **Ordinario Tolosano: NrT 48 (1921) 433-134. Ada. R. A. TRILHE tn NrT 48 (1921) 434-439**

316

1920 DEC 11.-SC S. OFF., DECR. AAS 12 (1920) 598

Damnatio operis « tommaso gallaratt-scotti " la vita di
ANTONIO rOGAZZARO " ».

Feria V, loco IV, die 9 *decembris 1920*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii. Eihi ac Rfhi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus: « *Tommaso Gallarati-Scotti: La vita di Antonio Fogazzaro.* Milano. Casa editrice Baldini e CastoldL Corso Vittorio Emanuele, 17. 1920 ».

Et eadem feria ac die Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Entorum Patrum decisionem approbavit, confirmavit et publicandam mandavit

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 14 decembris 1920.—A. Castellano, S. C S. *Off. Notarius.*

317

1920 DEC 25.-SC STUD. DECR, AAS 13 (1920) 321-332

M EDIOLANEN.

Universitas catholica quae a ss.mo corui œsv
DENOMINATUR, MEDIOLANI CANONICE ERIGITUR

DECRETUM

Mediolanensis archidlocceseos Antistes Andreas S. R. E. Card. Ferrari, litteris diei xxx mensis mali huius exeuntis anni. Sacram hanc de Seminariis et Universitatibus Congregationem certiorem reddidit, delectorum virorum coetum. Universitatis Catholicae excitandae causa. Me/diolani constitutum fuisse, postulans ut Se- 322
des Apostolica sua incoeptum auctoritate probaret. Quamobrcm. in plenario conventu habito die rv augusti. Enhi Sacrae huius Congregationis Patres Cardinales, ct nobilissimum consilium merita prosecuti sunt laude, et decreverunt ut statuta ac regulae eidem Sacrae Congregationi probanda subiicerentur. Quod praestitit idem Emus Archiepiscopus Mediolanensis litteris datis dic xn proxime elapsi novembris. Deinde voro SSmus D. N. Benedictus PP. XV. re penitus cognita et mature perpensa, decretum erectionis iussit ab hac S. Congregatione edi quamprimum, ne pilssimo Antistiti hoc supremum solatium deesset. Quamobrem Universitas catholica quae a Ssrilo Corde lesu auspicium sumit et nomen. et duabus Facultatibus modo constat, philosophica scilicet et iuridica. hoc decreto Mediolani erigitur et erecta declaratur, cum omnibus privilegiis quibus hujusmodi Instituta ab Apostolica Sede dependentia ture fruuntur. Servatis normis et praescriptionibus Sedis Apostolicae.

Datum Romae, c Secretaria Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus. die xxv decembris. in festo Nativitatis Domini, anno mcmxx. C. Card. Bisleti. *Praef.* I. Sinibaldl. Ep. Tibcrlen.. α arеretis.

J920 -COM. INTERPRES, RESP. PART.

De monitionibus faciendis RELIGIOSIS FUGITIVIS

Dubium et responsum :!α *referunt* Vermeersch-Creuser: Quid si religiosus fugitivus monitione vel citatione attingi nequeat? Dc hac re interrogata, C. L C privatim respondit satis provisum esse per canones qui contra fugitivos ct apostatas poenas statuunt

• A. VERMEERSCH - I. CREUSEN, Cpltom· iuH· canooid. I ed 8 anni 1963. n. 815 Iit. b). Adn. A. TABERA in CpR 14 (1933) 270; A VERCAUTEREN In Antonianum 17 (1942) 223-230.

ANNUS 1921

1921 IAN 12.-SC KIT. INSTR AAS 13 (1921) 154-156

INSTRUCTIO

PRO SACERDOTE CAECUTIENTE CIRCA MISSARUM CELEBRATIONEM EIDEM EX INDULTO APOSTOLICO CONCESSAM

1. - PraXNOIAXDA

1. Sacerdos caecutiens seu tali vtsivac potentiae debilitate, sive accidentaliter sive hibitualfter, laborans, ut legere posd non nisi typos valde crassos, a Summo Pontifice seu Sacra Rituum Congregatione, ηυύ Episcapus Apostolica facultate fuerit munitus, dispensationem obtinere potest ceiebrandL iuxta normas inferius accuratius exponendos. aut Missam votivam de beata Maria Virgine aut Missam, quam vocant, quotidianam Defunctorum.

2. Conditiones vero in huiusmodl privilegii instrumento appositae, non sunt merae rltualitatis et styli, «cd obligatoriae in conscientia.

3. Sl in privilegio dicatur *Dumn* odo *Orator non nt omnino* ccecus ct interea plane caecus evadat, tunc a celebrando Missam abstinere debet, donec novum indultum impetraverit; eoque obtento, sub gravi tenetur asairtentia uti alterius saceraotu. quamvis forte haec obligatio m Induito non expresse fuerit apposita.

2 - RtGVtAZ CIRCA MISSAM VOniAM 3Z BXAÏA MARIA VIHCIXI

I. - Quce *Mina* votura de beata Marta Virgine rit dicenda.

1 Caecutiens dispensatus dicat Missam inter votivas dc beata Maria Virgine assignatas quintam, quovis anni tem-

2. Sl vero tantae adhuc es*, potentiae visivae ut legere possit etiam alias quatuor Misas votivas de beata Maria virgine in Mtesah caecutientium pro diversitate Temporum exstantes, facultas ei sit easdem celebrare luxta temporum diversitatem.

IL - Quando Missa vottyc *de* beata *Maria Virgine sit dicenda.*

1 Missa votiva de beata Maria Virgine dici potest quovis anni tempore; dici vero debet omnibus et singulis diebus, tn quibus non permittantur Missae quotidianae
155 Defunctorum iuxta Calendarium Ecclesiae in/ qua Saceidcs caecutiens celebrat; salvis tamen privilegiis ulterioribus circa Missas Defunctorum infra num. 3 expesitis.

2. In triduo sacro Maioris Hebdomadae Sacerdos caecutiens omnino a celebrando abstinebit

3. In Festo Nativitatis Domini tree dicere potest Missas,

HÏ. - Quo *ritu* nt celebranda

1. Si Missa votiva dc beata Maria Virgine celebretur pro re gravi et publica simul causa, a Sacerdote caecutiente semper dicuntur unica Oretin. Glona m excelsis. *Credo. Praefatio* in Inno solemn!. *Ite* Musa est. et uhtn-.um Evangelium S. Joanni» ln principio, etsi a Sacerdotibus non privilégiai! facienda esset illa die commemoratio. vel dicenda Collecta ab Ordinario imperata, vel dicendum m fine Evangelium Officit commemorati, luxta Rubricas

2. In omnibus ahia casibus:

m) dicitur Gloria tn excelsis

J - Quar.doeumque dicendum t* m Missa diei currenttk iuxta Calendarium Ecclesiae m qua Missa ce· iebmtur:

II. - In lubilaeo propria· ordinationi» sacerdotalis·.

IU. - Infra Octavas, etiam simplices, beatae Manae Virginis, iuxta Calcndanum Ecclesiae in qua Missa celebratur;

IV, - In sabbato.

b) Orationes quod attinet, haec observanda sunt:

L - Secunda et tertia Oratio non adduntur, quandocumque Orationes de Tempore excluduntur a ritu Missa? diei currentis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missu celebratur;

IL - Secus tres dicantur Orationes, et quidem secunda de Spiritu Sancto, tertia contra persecutores Ecclesiae vel pro Papa.

c) *Credo* dicitur:

L - Quandocumque dicendum est ln Missa diei occurentis. iuxta Calendarium Ecclesiae ln qua Missa celebratur;

U. - In lubilaeo propriae ordinationis sacerdotalis.

dl In Praefatione dicitur *et tc in veneratione,* praeterquam in Festis et per Octavas, etiam simplices, beatae Mariae Vlrg,. ln quibus Praefatio dicitur perinde ac si Misa de Festo vel de Octava celebraretur.

e) Ultimum Evangelium semper est S. Joannis In *principio.*

fi In Oratoriis privatis. Calendarium propium Celebrantis tenet locum Calendarii Ecclesiae in qua Missa celebratur; idque etiam circa Missam Defunctorum servabitur./ u

3. - RCSJUCAC CIRCA MISSAM DEFUNCTORUM

1. Loco Missae votivae de beata Maria Virgine Sacerdos caecutiens celebrare potest Missam quotidianam Defunctorum. cum vel sine cantu, ad normam Rubricarum de Missu Defunctorum, iuxta Calendarium Ecclesiae w qua celebrat.

2. Hanc Missam celebrat etiam (et quidem ter si placuerit) in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum. in qua tomen unam tantum Orationem dicet, nempe Fidelium; servata «st bis vel ter hac die celebret» Constitution.· Benedicti Papa~ XV *Incruentum Altans sacrificium* (diei 10 augusti 1915 => AAS 7 (1915) 401-404). cuiu» vigen unam tantummodo Missam cuicumquc maluent applicare et pro eu stipem percipere valeat: ali» vero Nisus, nulllla stipe percepta, pro omnibus fidelibus defunctis ct ad mentem Summi Pontificis, prout ceteri Sacerdotes. applicet.

3. Unica Orntio in hac Missa dicitur, quandocumqoe haec Missa quotidiana locum teneat Missae in qua uuo tantum Oratio, iuxta Rubricas, dici debeat. Secus t£e$ saltem Orationes dicantur, pruna tamen ct secunda Oratio variari poterunt, iuxta peculiarem intentionem ct appu·cationem Missae.

4 Ad Sequentium Dies *irae* Sacerdos caecutiens nuaquam tenetur Attamen si Minam cantet, licet ipse Sequentium non legat. Chorus eam cantare non omittat.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV suprascriptam Instructionem ad sacrosanctum Missae sacrificium celebrandum a Sacerdotibus caecutientibus, ?ui Apostnlicum Indultum in casu obtinuerint, ab in· rescripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatam, approbavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12 ianuarii 1921.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. R. C *Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

O,?n 375' ^ 3 ^ ,92nM,;,° (,922) 308-3'3 « In

320

1921 IAN 14.-SC S. OFF., DECR. AAS 13 (1921) 43

Damnatio periodicorum: « religio » et « rivista TRIAIESTRALE DI STUDI FILOSOFICI E RELIGIOSI »

Ferta *IV, dic 12 ianuarii 1921*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Erhi ac Rmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, prachabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt periodica:

‹ 1. *Religio,* Rassegna di storia delle religioni, ‹ fondata da Nicola Turchi, diretta da Giulio Farina. ‹ Roma. Ausonia.

‹ 2. Riuùfa *tnmestrale de studi filosofici e religio*‹ n, diretta da Alessandro Bonucci. Perugia, via Bal« deschi, 2 ›.

Et insequenti feria v, die 13 eiusdem mensis. Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV. in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita. relatam sibi Erhorum Patrum decisionem approbavit. confirmavit et publicandam mandavit

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 14 ianuarii 1921—A. Castellano. *Supremae S. C. S. Off. Notarius.*

321

1921 IAN 14.-SC RIT., RESP. AAS 13 (1921) 157

Dubium: circa cantum « benedictus qui ventt », etc., tn MISSIS CANTATIS

Exorto dubio, et Sacrorum Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, proposito, circa interpretationem verborum *Gradualis Romani* tit. « de ritibus ser« vandis in cantu Missae », η. VII, ubi legitur: « Finita ‹ Praefatione, chorus prosequitur *Sanctus »,* etc., quaeritur « An haec verba in Missis cum cantu sint inter‹ pretanda ut Sanctus canatur usque ad *Benedictus* in‹ clusive vel exclusive? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus perpensis respondendum cenwit « *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad se‹ eundam, iuxta *Caeremoniale Episcoporum,* lib. Π. cap. ‹ vm, 70 ct 71 et decreta n. 2682, *Marsorum,* 12 no‹ vembris 1831. ad 31. n. 3827, decretum generale 22 i maii 1894 et n. 4243 *Cephaluden.* 16 decembris 1909 ad ‹ VI › Insuper ad maiorem declarationem et explicationem statuit: quod in novis editionibus Gradualis Rorari, titulo et numero praedictis nempe: ‹ de ritibus i servandis in cantu Missae », n. 88. ponatur: ‹ Finita « Praefatione chorus prosequitur *Sanctus, etc.,* usque ad i *Benedictus qui venit,* etc., exclusive; quo finito, et ‹ non prius, elevatur Sacramentum. Tunc silet chorus ‹ et cum aliis adorat. Elevato Sacramento, chorus pro‹ sequitur cantum *Benedictus ».* Haec autem Rubrica inviolabiliter observetur, quibuslibet contrariis non obstantibus, in omni Missa cantata tum vivorum, tum defunctorum. sive cantus gregorianus, sive cantus alterius cuiusvis generis adhibeatur.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit Die 14 ianuarii 1921.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. *R. C. Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

A4». **I. PAUVÆLS (n PrM 10 (1922) 313-314: R A TRILHE h *NrT* 43 (1921) 432-433: AOMCop 37 (1921) 206-2G8; EL 35 (1521) 151.**

322

1921 IAN 15.-SC CONC. RESOL. AAS 13 (1921) 198-202

M A I O R I C E N.

Distributionum quoad absentes a choro ex indulto

15 ianuarii 1921

Species facti. - Capitulum Ecclesiae Cathedralis Marorlcensls huic S. Congregationi reverenter exponit quae sequuntur:

« Iuxta articulum 182 Statutorum Capitularium c ” distributiones quae non percipiantur ab absentibus ‹ distribuentur inter praesentes physice *et eos quos ius* ‹ *praesentes fingit,* salvis pontificiis quae tn hac mate« ria habeantur induitis ”.

« Omnes vero Capitulares et Bénéficiât! vacationum « tempore, vi Rescripti S. C. C. sub die 19 oct. 1917, et « Capellani servitio eiusdem Ecclesiae Cath. adscript! ‹ per 30 dies annuos, vi rescripti laudatae Congrega‹ tionis diei 12 ian. 1918, praedictas distributiones lu« crantur, et etiam eas lucrantur Canonici nonnulli et c Bénéficiât!, vi particularium indultorum, sive diebus, ‹ sive diebus et horis quibus omnino gratis in Semina« rio dioecesano docent, necnon Canonicus α secretis « Confraternitatis SS. Petri et Bernardi eidem Cathe‹ drali adnexae diebus et horis quibus suo fungitur mu« nere, amissis in omnibus casibus distributionibus *in‹ ter praesentes tantum./*

e Dubitat autem Capitulum an absentes a choro vi ‹ praedictorum indultorum, admitti debeant ad partici« pationem fallentiarum in casu, ideoque reverenter « petit, annuente Rrho Ordinario, ut dubium auctoritate « S. C. Concilii dirimatur ».

Votum Consultoris. — Gencratim loquendo, si consuetudo, vel statuta capitularia, vel induita pontificia ahud r.on ferant, qui percipit distributiones percipit etiam quotas ab aliis amissas seu *fatlentias.* Id arguitur ex ipsa sese exprimendi ratione Codicis I. C., qui. loqueris de capitulanbus. ?[ui certe lucrantur aliorum etiam *fallcntias,* uti lubilati can. 222. § 2), mdrmi (can. 420. 5·). etc., tantum sancit expresse ipsos lucrari distributiones. lamvero in Capitulo Cathedralis Maioricensis viget articulus 182 Statutorum qui haud obstat, imo expresse favet, perceptioni fallentiaram quando ius permittit absentibus lucrari distributiones, L e in casibus can. 420 recensitis, eos tunc praesentes fingens: excipit quidem articulus induita Pontificia, quae aliud disponere possunt, sed exceptio in casu minime necet. Nam ex una parte indultarii etiam, fictione iuris. particularis quidem, habentur ut praesentes in choro: ex alia vero, in induitis Pontificiis, in casu concessis, prohibentur tantum percipere distributiones quae inter praesentes tantum dividuntur: amissis inter *praesentes tantum:* in Capitulo autem de quo loquimur *fallentiac* non accensentur Inter portiones quae inter praesentes physice tantum dividuntur, sicut ex consuetudine particulari vel ex statutis evenit in nonnullis Capitulis etiam Urbis.

Addere existimo in hac materia magni faciendas esse consuetudines particulares vel Capituli statuta (cfr. D'Annibale. Summ., III. 182. qui citat decisiones huius S. C et Acta S. *Sedis).*

Tridentinum statuit (sess. XXI. c. 3J: ~ In Ecclesiis Ca“ thedrallbus ct Collegiatis, in quibus vel nullae sunt dis“ tributiones vel ita tenues ut vcrisunihter negiigentur. “ tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum * et obventionum tam Dignitatum quam Canonicatuum “ separari debere et in distributiones quotidianas converti. “ quae inter Dignitates obtinentes et cetero» divmii inter“ essentes.. dividantur

Porro quotae amissae per non interessentes divinis officiis - nisi alia dispositio in casu particulari vigeat, de quo hclc non est quaerendum - evidenter accrescere debent mteressentlbus. Id eruitur ex ipsis relatis Tridentia! verbis. Quum enim distributiones quotidianae et proprie dicuc constituantur dividendae inter clericos praesente eo ip?o quod isti praesentes non inveniant alios qui <ccum concurrant ad lucrandas distributiones, soli utentur distributionibus prout in simili decisum/ habetur L. 1. J fin. D. dr *usufructu accrescendo.* Sed etiam indultarii in casu, fictione iuris. praesentes habentur divinis officiis - nam fictio luris idem operatur in casu ficto quod veritas In casu vero, ex L L D. de adoption, et L Cum *hic status* } Si ambo D. de *donation.* - cl hac ratione percipiunt quotam siti debitam distributionum: quoniam autem Isti non fuerunt in rescriptis exclusi a perceptione *Jallenttarur* . acquirendo auotam sibi debitam distributionum, iurv accrevendt parciparo debent de quota amissa ab alus iuxta va quar de turc accrescendi inter coheredes habet ArndtB-Scraflni *(Trattato delle Pandcttc, v.* III. | 518): * Lacquisto per - parte di colui chc è diventato ervd di una por.'lonc. si “ cster.de di diritto anche a quelle porr.ionl Ir quali diven“ gono vacanti per esserc venuti a mancare I cosUtuiU c “ i chiamati dalla legge Queste portioni accrc^cono queUa M gtà acquistata o quella da acquüUarsi v tale manc.tnra “ è awenuta prima

Res confirmiri potest auctoritate Benedicti XIV et ct D Annibale, Ille in Notificaticnc XIX (tomn V. ed Scarselli. Vend.. 1740» inter alta haec habet **. ln tutti M quel casi, nd quali sono l Canonici, sccondo U S. Con“ cilio di Trento e le aeernnate rtaoluricnu obbligati d» - assistere al Vescovo. guadagnano le dirtribiuioni. se - attualmente impiegatt nel detto srrvtr.K>, η··η assuitor» «l M coro ct deinde subdit; " Euendo perd di po awerti- M re che quanto si è ddto delle disirimniv m luogo ln - esse cd ln quclla porzionr chc accrv^cv ai prvwnti per w ia lontananxa degli altrl. m· nen ncgli emolumenti degb - annlversari. che giusta la volontâ dei tr-tatoci a'ttô do· • vuti ai soli presentl Et D'Annibale (vol. III. 181» «cribit: " Quotquot autem praeeentes habentur fictione Iυτ·κ

" verius participant etiam *fallentias* absentium, quas vo-
" eant, perinde ac hi qui sunt praesentes reipsa

In contrarium afferri potest sententia quorumdam, et quidem magnae notae, Doctorum, uti Castropalao, Bonacina aliorumque. qui expositam doctrinam rcuciunt. quia ln corpore iuris non est dispositio quae tribuat *fallenti*larum perceptionem non praesentibus phjsice divinis officiis et

Sed. etiam admittendo quod capituiarcs, quo minores numero sint participantes *fallcnttarum,* eo pinguiore mercedi alliciuntur ad assistendam choralem. exinde non conficitur non exstare dispositionem, saltem implicitam, turis, contrariam eorum sententiae. Et sane Doctor» isti docent solummodo physice praesentibus tribui debere *fallentiuu:* sed eorum sententiae, ut aha reticeam, obstat praxis ipsius S. C quae, iubilatxs pluries declaravit competere /alienitas, uti videre est penes D'Annibale. III. 183 (51). Qui loaucns
201 etiam de capitularibus, qui vel/ infirmitate laborent vel parochi munere fungantur, etc., fretus declarationibus S. C.. assent vix non definiti iuris esse quod eis debeantur /c-*t:cntuu;* declarationes vero S. C. qua tales, iuris. quod enucleare sumunt, exsistentiam supponere palam est

Demum, meo quidem judicio rem conficit dispositio canonis 395. | 3. ubi legitur: " Distributiones isubintelligas, ex sequenti contextu, ubi de dignitatibus agit: amissae) cedunt diligentibus Sed inter diHgentoi comprehendi debent indultorti, quum négligentes isti haud sint, sicut tales non sunt lubilati. infirmi, aliique, qui umen ad fallenliarum participationem ex responsis ipsius S. C. C. admitti debent

Ex hisce omnibus, ni fallor, liquet induîtariis in casu deberi *fallentias* absentium e distributionibus quotidianis provenientes.

Axima^tersio kx omno. - In casu tota ratio dubitandi suborta videtur ex praepostero intellectu verborum indulti: - inter praesentes tantum w: quasi haec lr.telhger.da sint de praesentia *chorali* etiam functionibus ordincriu praestanda. Verum exploratissimum est. cx stylo quoque H. S. Congregationis, hac loquuttone intelbgi tantummodo functiones quae non ex ordine chori, sed cx extraordinaria aliqua fundatione ita sunt celebrundae. ut canonici ns interesse non obligentur quidem, sed tantum alliciantur. proposita quadam extraordinaria distributione solum inter *praesentes* partienda. Cfr. quae adnotantur in folio causae Paretinac et Polen., 20 ianuarii 1906 *(Thcsaur,* CLXV. pag 13): " Scitum *est* distributiones choralcs duplicitcr dispesa. * in distributiones nempe ordinarios. quae vulgo quotidia-
" nae vocantur, suntque fructus laboris qui canonicis in
" choro praesentibus tribuuntur, nec non ln distributiones
* extraordinarias seu inter praesentes tantum, quae inter-
" dum fiunt canonicis ob suam adsistenliam quibusdam
* extraordinariis officii», *ad Quae,* vi suce *prober.dae strie-*
" te non tenentur: huiusmodi aliae dicuntur *fixae,* si quo-
tannis ex anniversariis alusque constanter redeuntibus officiaturis proveniant: aliae vero eventual» seu incer-
" *tar* si. v gr., ex funere, associatione, exequils, forte supervenerint ". Posita hac significatione clausulae ## anus-
" sis distributionibus inter praesentes tantum ", quam slgniftetlonem non obscure recipit Codex, can. 422. 5 2 verbis *nisi* obstet expresa *fundatorum* vel oblatorum voluntas ## plane evanescere videtur quaelibet ratio fallentias in praefato clausula comprehendendi.

Quare, etc.

Resolutio. - Die 15 ianuarii 1921 Emi ac Rmi Patres S. Congregationis Concilii, in plenariis comitiis in Palatio Apostoltco Vaticano habitis, ad propositum du-
2C2 b:um: « An absentes a choro vi Indulti Apostolici quo ‹ conceduntur distributiones amissis inter praesentes c *tantum,* ius habeant ad fallentias, in casu »; respondendum censuerunt: ‹ *Affirmative,* dummodo ne aga-
c tur de fallentiis e distributionibus inter praesentes ‹ tantum provenientibus ».

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Div. Provid. Pp. XV relatione per infrascrlptum S. Congregationis Secretarium, in audientia diei subsequentis. Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est—I. Mori, *Secr.*

Adn. ME 33 (1921) 140-142; PrM 10 (1922) 294 D.

1921 IAN 16.-COM. INTERPRES, RESP. PART.·

Dubia: **1** - De obligatione dandi confessartum singulis **RELIGIOSARUM DOMIBUS. 2** - De **LOCO LICITO ET VALIDO AUDIENDI RELIGIOSARUM CONFESSIONES**

| Utrum stricta obligatio singulis religiosarum domibus ‹eu respective unicuique religiosarum communitati dandi confcwarium tam ordinarium quam extraordinarium urgeat etiam quoad domos religiosas, in quibus minus quam sex religiosae professae degunt an solummodo quoad domos formatas, c. 520 I | et 521 ! |

2. Verba « in qualibet ecclesia vel oratorio etiam scmipublico » afficiuntne validitatem et liceitatem sacramcntalis confessionis ita, ut confessio peracta extra ecclesiam vel oratorium saltem semipublicum. e. gr. ln cubiculo quodam decenti, in quo a communitate religiosarum oratorio semipublico carentium exercitia religiosa peraguntur, invalida ct illicita sit? c. 522.

Praeses Com. Intp. *respondit die 16* ian. 1921:

Ad *primum:* Provisum in canonibus 520 ct 521; canonem vero 880 § 3, ad quem fit provocatio, respicere casum omnino diversum.

Ad *secundum:* Provisum in Responsis Commissionis diei 24 Novembris 1920, editis in Actis Apostolicae Sedis XII, 573 ss (LE 308).

Ordinario Q$nabrug«nsi; AKKR 101 (1921) 61. Adn. REGATILLO n.259.

1921 IAN 22.-S. POEN. DECL. AAS 13 (1921) 163-161

DECLARATIO ET INDULTUM CIRCA MOREM ADDENDI QUAEDAM VERBA SALUTATIONI ANGELICAE IN RECITATIONE SS.MI ROSARII

In recitatione Ssmi Rosarii, ad faciliorem mysteriorum meditationem, viget in quibusdam regionibus consuetudo addendi cuilibet salutationi angelicae post vocem « Iesu » brevem enunciationem mysterii meditandi, ita ut dicatur, exempli causa: « Benedictus fructus ventris tui Iesus, qui pro nobis sanguinem sudavit ›. Attento autem canone 934 § 2 Codicis Iuris Canonici, iuxta quem Indulgentiae alicui orationi adnexae penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem vel interpolationem; a quodam oratore privatim quaesitum fuit: « Utrum praedicta consuetudo servari et propagari ‹ possit, integris manentibus Indulgentiis Ss. Rosario ‹ adnexis ». Et die 27 iulii anno 1920 haec Sacra Poenitentiaria respondit: *Negative* ILE 291].

Cum autem huiusmodi responsum a praedicto oratore vulgatum fuisset, nonnulli Ordinarii Helveticae et Germanicae Ditionis exposuerunt, consuetudinen praedictam sic invaluisse in suis dioecesibus inde a reinota aetate, ut absque scandalo et perturbatione pdelium submoveri non possit, atque insuper s. m. Pium IX. anno 1859, pro locis ubi mos iam invaluerat, clementer induisisse ut fideles tali ratione Rosarium recitantes valeant eiusdem Indulgentias lucrari.

Itaque Sacra Poenitentiaria re mature perpensa censuiL' 1) declarandum esse, eanonem 934 5 2 Codicis Iuris Canonici continere legem generalem, quae indultum planum nullimode revocat; 2) supplicandum SSmo pro extensione eiusdem indulti, favore omnium qui iuxta praedictum morem in quibuslibet locis SS. Rosarium recitare consueverint/

Facta autem de praemissis relatione SSmo Dfio nostro Benedicto div. Prov. Pp. XV ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore, in audientia diei 21 huius mensis. Sanctitas Sua enunciatam declarationem approbavit, et indulti extensionem, uti supra, benigne concedere dignata est

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria. die 22 ianuarii 1921.—O. Card. Giorgi. *Poenitentiarius Maior.* F. Borgongini Duca. *Secr.*

Adn. 1 G in NrT 40 (1921) 320; PrM 10 (1922) 318-3)9

1921 IAN 25.-SC PROP. FIDE, DECR. AAS 14(1922) 15

Novum collegium musionum a sancto alexio de **FALCUNERIIS O. S. M. IN UREE ERIGITUR**

Quo abundantius idoneos ministros sacris missionibus 3pud exteras gentes suppeditare valeat. Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, cuius potissimum est, pro suo munere. Summi Pontificis studio dilatandae Fidei, nuperrime litteris encycllcis quoque manifestato obsecundare, m sententiam venit novum n5'Urn ln hac Urbe erigendi. in quo d Itdi alumni ad sacras expeditiones peragendas, praelege civili necessarii: acceptare, dividere, permutare, alienare. In his etiam casibus quandoque consultius est aliquid renuntiare, aequa compensatione accepta. Demum aliquando valde utile et prope necessarium est quae habent bona alienare, ut pretium impendatur in titulos frugiferos tutos et facilioris administrationis. Votum autem, maxime solemne paupertatis obstat quominus ea omnia, aut eorum aliquod, fiat sine licentia Sedis Apostolicae. Unde incommoda frequentia sequuntur et sumptus non exigui. Ut igitur in sanctimonialium favorem molestiae vitentur, simul expensis parcatur, Archiepiscopus Valentinus postulat humiliter habituales facultates cum illis super voto paupertatis dispensandi in singulis casibus, ubi sufficientes rationes adesse existimaverit, quatenus illae voto, etiam solenmi, non obstante, actus dominii valide et licite ponere possint ex natura rei aut ex lege civili necessarios: L· Ad acquirenda bona et iura, cum aliis gratuitis titulis» tum maxime haereditate, legato aut donatione. — 2.· Ad ea. dum acquiruntur, dividenda, permutanda, vendenda, vel etiam, aequa, accepta compensatione, renuntianda. — 3.' Ad alienanda bona et lura quae forsan habeant, ut pretium invertatur in alias res frugiferas tutas et facilioris administrationis.

Rescr. Ex Secretaria S. *Congr. de Religiosis N.* 7. 116/20. Romae, 3 februarii 1921,

Ilfûae. ac Revme Domine:

Haec S. Congr. mature perpensis precibus, quibus ab Amplitudine tua quaedam habituales facultates implorabantur circa actus dominii a religiosis feminis ponendos, atque attentis omnibus ad rem facientibus» rescribendum censuit prout rescribit: Unaquaeque monialis, de consensu suae Antistitae, peragere potest actus legales seu civiles. Bona quaecumque monialibus tum modo haereditarlo tum donatione obvenientia, monasterio cedunt Quod attinet vero ad venditionem, alienationem, etc., procedatur ad normam iuris.

Haec a me significanda erant Amplitudini Tuae cui fausta omnia adprecor a Domino, addictissimus, Maur. M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secr.*

· *Ordinario* Valentino In Hispania. Prot. *N.* 7. 116/20: J. B FERRERES, Inrtihxioncs canônicM, î I. Earoelooa 1926. Apéndic· VU. p. 562. Adn. J. B. FERRERES op. dt. p. 562-567

sertim apud Africae atque Americae gentes, iuxta normam adnexorum statutorum instituerentur.

Ipsius autem Collegii, a S. Alexio de Falcuneriis nuncupandi, sedes figenda pro nunc ad Sancti Nicolai Tolentinatls, apud religiosos Ordinis Servorum Mariae visa esU in meliores aptioresque aedes proxime transferenda.

Hanc vero Sacri Consilii sententiam Ssffius D. N. Benedictus div. Provid. Pp. XV in audientia diei 24 labentis mensis ianuarii, infrascripto S. Congregationis Secretario impertita, approbare ratamque habere dignatus est. ac praesens decretum, quo Collegium praedictum erigitur atque constituitur cum omnibus iuribus ac privilegiis similibus Institutis concessis, confici iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, 25 ianuarii 1921, in festo conversionis sancti Pauli Apostoli—G. M. Card. Van Rossum, *Praef.* C Laurenti, *Secr.*

326

1921 IAN 28.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

Facultas datur sacerdotibus o. p. dicendi missam **1ΟΠΥΑΜ «SALVE RADIX©, ETIAM IN ALIENIS ECCLESIIS**

Pritts - Bcaiurime *Pater,* Fr. Philippus M. Caterini Procurator Generalis Ordm. Praedicatorum, ad pedes S. V. provolutus, facultatem petit pro Fratribus Ordinis dicendi Missam Votivam Ssjni Rosarii *Salve Radix* quum in alienis Ecclesiis ministerio divino occupati sunt, iisdem diebus et conditionibus ac in Ecclesiis Ordinis.

Riscr. - Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Ssjno D.no nostro Benedicto Papa XV tnbutis. ita precibus benigne annuit pro gratia, ad proximum decennium, ut Missa votiva SS.ml Rosarii Salve Radix a sacerdotibus Ordinis Praedicatorum celebrari valeat In supradictis Ecclesiis, diebus tantum quibus Missae privatae votivae permittuntur in Ecclesiis, in qua Missa votiva Salve *Radix* celebratur: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque Die 28 Januarii 1921.—Cu». Vico. *Praef.* Alexander Verde. S. R. C. *Secr.*

· AOP 15 (1921-22) 68

327

1921 IAN 29.-SACRA POEN., INDULT. PART.·

Facultas datur moderatoribus tertii ordinis s. francisci **OBTINENDI GRATIAS ET INDULGENTIAS QUIBUS SODALITAS GAUDET**

Preces - *Beatisime Pater,* Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit pro moderatoribus Sodalitatum Tertii Ordinis saecularis Sancti Francisci, qui non possunt adscribi eidem Tertio Ordini, quia vota nuncuparunt in aliqua religione aut sunt adscript! alii Tertio Ordini, gratiam ut, durante munere, possint esse participes omnium indulgentiarum et aliarum gratiarum spiritualium. quibus fruitur Sodalitas, quam dirigunt Et Deus etc.

Rescr. Die 29 ianuarii 1921. Sacra Poenitentiaria Apostolica benigne annuit pro gratia iuxta preces. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Praesenti ad septennium valituro.—B Colombo. S. P. *P.eg.* Ioan. Bapt Menghini, *Substitutus.*

·AOFM 40 (1921) 91. Indultum iwpt renovahim.

328

1921 FEB 3.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

Facultates circa dominii actus a monialibus ponendos

Pheces - *Beatissime Pater,*

Saepe contingit ut religiosis feminis bona aut iura obveniant haereditate et aliis titulis. Horum occasione mulli actus dominii sunt ponendi, ex natura rei vel cx

1921 FEB 18.-SC RITUUM, RESP. PART.·

MANTUANA

Circa fideles respondentes sacerdoti celebranti missam

Dubium - An liceat inducere vel toleraro morem aliquibus in locis incipientem, quo fideles vel religiosae coniunctim respondeant sacerdoti Missam celebranti et cum illo etiam recitent elata voce *Gloria, Credo, etc.*"

Resp.: *Ad Rev.mum Ordinarium, ct ad mentem ».*

Mens est: *Quae per se* licenf. non semper expediunt ob aliquod inconveniens, uti u. *gr.* si uni rcl pluribus Facerdolibus celebrantibus *confusionem et distractionem eiusmodi mos afferat; ut in casu, iuxta alias nmiles responsiones ad similes petitiones. Praeterea, praedictus mos differt a praxi communi* et vigenti.

· EL 35 (1921) 313. A<to. A M in EL 35 (1921) 3?9; I. M. HANS5EHS in PrM 35 (1936) 57-·89-. làc» Rewentu-n datum fuit in uni Me<hlin)«n. diti 27 ar? 1921. Vid« EL 35 (1921) 313.

330

1921 FEB 18.-S. POEN., RESP. AAS 13 (1921) 164

Dubium circa indulgentias vulgo ‹ apqstoucas »

Utrum canon 924 § 2 Codicis iuris Canonici, iuxta quem « Indulgentiae coronis aliisve rebus adnexae tunc « tantum cessant, cum coronae aliacve res prorsus deei-‹ nant osse vel vendantur ». abrogaverit Decretum s. m. Alexandri VII, die 6 februarii anno 1657 (DAI App. IV p. 447-448) editum, a singulis Summis Pontifieibus initio pontificatus renovatum, et oVam die 5 septembre anno

1914 (AAS 6 (1914) 503-506] a Ssnio D. N. Benedicto div. Prov. Pp. XV confirmatum. quo expresse declaratur Indulgentias vulgo ‹ Apostolicas » coronis aliisve rebus sic adnecti ut ne transeant personam illorum, pro quibus huiusmodi res benedictae fuerint, vel illorum, quibus ab istis prima vice fuerint distributae. atque ne pariter hae res commodari vel precario aliis tradi possint Indulgentias communicandi causa?

Sacra Poenitentiaria Apostolica. re mature perpensa, respondendum censuit: *Affirmative.*

Hoc autem responsum ab infrascripto Cardinali Poenitenliario Maiore in audientia dici 4 vertentis februarii eidem Ssrho D. N. relatum. Sanctitas Sua approbavit, confirmavit atque publici luris fieri iussit.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 18 februarii, anno 1921.—O. Card. Giorgi. *Poenitentiarius Maior. F. Borgongini* Duca. *Secr.*

Adn. J. C. **In NrT 48 (1921) 320; PrM 10 (1922) 319-320.**

331

1931 FEB 18.-S. FOEN., RESP. AAS 13 (1921) 165

Dubia circa indulgentias festis adnexas quando haec **TRANSFERUNTUR**

Attento canone 922 Codicis Iuris Canonici, proposita fuerunt sequentia dubia: ‹ Cum festum, cui adnexa sit ‹ aliqua Inoulgentia, legitime quidem transfertur, sed « ad tempus tantummodo ct absque solemnitate ac ext terna celebratione, quaeritur: 1® utrum Indulgentia « cesset vel maneat diei affixa; et quatenus negative • ad 1 "▮ partem, utrum 2·' maneat etiam cum festum « transfertur ob occursum feriae VI in Parasceve? »

Sacra Poenitentiaria respondit: circa 1 *negative ad* **I**— *partem, affirmative ad* 2·· *Catca* 2 *. *affirmative.*

Facta autem de praemissis relatione Ssiho D. N. Benedicto div. Prov. Pp. XV. ab infrascripto Cardinali Pocnitentiario Maiore, in audientia diei 4 huius mensis. Sanctitas Sua enunciate responsa approbavit et publicari iussit.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, dic 18 februarii. anno 1921.—O. Card. Giorgi, Pomiteniiartuj *Maior.* F. Borgongini Duca. *Secr.*

Adn.). C in NrT 48 (1921) 319; REGATILLO n. 450; PrM 10 (1922) 321.

332

1921 FEB 19.-SC CONC. RESOL. AAS 13 (1921) 228-230

DIOECESIS N.

Translationis missarum extra dioecesim sine ordinaro licentia Die 19 Februarii 1921

Quaestio. - Revfhus Ordinarius dioecesis N. quaerit utrum, post Codicis can. 838 promulgationem, abrogata censenda sit, ad normam can. G δ 1. lex Concilians ecclesiasticae provinciae ad quam pertinet in qua haec edicuntur: « Nominatim prohibemus Missas celebrandas ‹ dare extra uniuscuiusque dioecesis ambitum absque • Ordinarii permissione ». Sunt enim qui opinentur —ait Ordinarius— legem hanc Conciliarem potius praeter, quam contra can. 838 aliquid statuere, determinando videlicet conditiones facultatis can. 838 indeterminate collatac: verum hacc ratio a pluribus reiidtur. nec facile constat quid in hac re practice tenendum sit

AxtMwniisioxts - Exploratum hodie apud omnes e»t potestatem le‹lsiativaxn Episcoporum huc pertinere ŭ legibus «un ĕua perficiant quod lus commune reliquerit minus definitum et sancitum, ite ut nihil ab ipsis contra ius commune vel elu.» directionem statui possit. ⁂ Inde " quoque sequitur - ait Weritz. Ius Decretalium, II. n. ₩ 756. - Episcopos «uls legibus nihil poove prohibere quod " Iure communi frprene ct indubitanter en permissum ~ nisi ipsi tnen canone» id eis aperte concedant ⁂

Quod valet etiam dc decretu Concilii provincialis, quae non sunt nixi texes commune» plurium Episcoporum Namque approbatio S. Sedis, quae mere condicio est légitima? promulgationis, nullam poeitivam S. Sedis auctoritatem ad ista decreta superaddit (cfr. Ecncd. XIV. *dc syn.* dioec. L III. c. 3. n. 3: Lucidi, Vis. SS. *Lim.,* I. n. 157).

Iam vero can. 638 hacc clara verba habet: " Qui ha- ⁂ bent Missarum numerum dc quibus siOi liceat libere " disponere, ponunt eas tribuere sacerdotibus sibi accvptn. dummodo probe sibi constet eos esse omni exceptione maiores, vel testimonio proprii Ordinarii commendatas " Quibus verbis apertissime conceditur facultas tradendi stipendia etiam extra dioecesini. si certae condiciones observentur. inter quas non repe/ntur permissio Ordinarii proprit transmittentis, sed sola commendatio Ordinarii sacerdotum quibus Missae celebrandae traduntur, ai non uni bene noti transmittenti. Σ9

Ac verba canonis seu condiciones istas fuisse accurate ponderata, inde colligere possumus, quod, iam ante Codicem. S. Sedes, per hanc S. Congregationem, ma1eriam istam secundum exigentias boni communis ordinavit Praecipue alleganda sunt decr. *Ut debita,* 11 mali 1904. ⁋ et 6 {ASS 36 {1903-G4) 672-676) et *Recenti decreto.* 23 mali 1907 (ASS 40 (1907; 344-346). Priore decreto, n. ⁋ sancitur libertas tribuendi stipendia ~ praeter quam propno " Ordinario aut S. Sedi, sacerdotibus quoque slbl beræ- ⁂ visis altero decreto, inconsideratis transmissionibus occurrere volens. S. C. postulavit interventum Ordinarii, non tamen proprii transmittentis, sed sacerdotis cui Missae committuntur. Dixeris ergo studiose, in istis decretis, vitatam esse necessitatem licentiae proprii Ordinarii transmittentis. quae tamen necessitas uno ictu abusus qulcus occurrendum erat, semel statuta proreus abstulisset.

Cuius praetermissionis ratio haec facile dari potest. Prudenti stipendiorum transmissione opportunissima caritei exercen potest erga indigentes sacerdotes ve! ecclesias aliatum regionum. In praesenti non desunt dioeceses, ubi. sme subsidio huius generis, non pauci ad veram egestatem redacti forent. Proprius autem Ordinarius de operibus suae dioecesis fovendis et extendendis ita solet esse sollicitus, ut condicio eius licentiae prius obtinendae huiusmodi transmissionibus. absque ullo discrimine constituta et praescripte. non parvum rei obstaculum practice opponeret

Si autem in aliquibus adiunctis. necessitas peculiaris dioecesi.» exigere videatur ut stipendia extra dioecesim non efferantur, poterit per indultum S. Sedis, ad petitionem singulorum Ordinariorum, huic necessitati pro circumstantiarum diversitate provideri.

Haec dicta sint de generali dispositione qua exigatur conditio licentiae proprii Ordinarii pro transmissione stipendiorum extra dioecesim. Quae non tantum lun Codicis sed etiam iuri superiori, ut decretis S. Congregationis initio huius sacculi est sancitum, contradicere, simulque non solum *praeter sed vere contra* canones esse, demonstratur. - Sed praetereunda non est specialis auctoritas quam in certa stipendia possidet Episcopus ex lurisdi.tlone ct alta administration? quae el competit respectu multarum ecole- •tlarum et locorum piorum. Stipendia enim dari vel legari possunt tum personis tum loets. In priore casu, sacerdos ubere utetur iure sibi concesso can. «38. In altero casu, rector ecclesiae vel loci pii sublecti Ordinario, loti normas ab Ordi/nario praescriptas In transmittendis stipendiis quae exuberant observare debebit. 2X

Ad hanc normam, responsio danda proposito dubio videtur. salvo etc.

Resolutio. - In plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 19 februarii 1921. ad propositum dubium videlicet: An ct *quomodo dispositio Concilii Provincialis* N. sustineatur tn casu. Emi ac Rmi Patres respondendum consuerunt:

« Quoad Missas fundatas, vel ad instar manualium. « vel manuales datas intuitu Causae p.ae. *affirmative;* ‹ in reliquis servetur can. 838 Codicis Iuris Cano- « nici ›.

Quam resolutionem, referente postmodum infrascripto S. Congregationis Secretario, Ssfhus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. PP. XV approbare et confirmare dignatus est.—I. Mori. *Secr.*

Adn. ME 33 (1921) 166-160: PrM 10 (1922) 293 E.

333

1921 FEB 19.-SC CONC. RESOL. AAS 14 (1922) 551-554

UTINEN.

Collationis paroeciae a capitulo vel episcopo faciendae

Die 19 februarii 1921

Spectes facti. - Inter plures Utinensls archidioccesis ecclesias, quae Capitulo Collégial! Civitatensi vulgo Cifinale unitae sunt, adnumeratur paroecia loci Faëdù, cuius actualis animarum cura per vicarium per petuum ‹eu parochum exercetur. Iam nb immemorabili tempore idem Capitulum instituere perrexit memoratum paro- 552

chum de Faedis. quem sibi praesentandi ius concessit iul venus recognovit comitibus de Cuchanea, eligendum tamen ex tribus idoneis sacerdotibus ab Archiepiscopo Utinensi per concursum approbatis.

Quum patroni de Cuchanea in plures stipites creverint atque onera iuripatronatus adnexa, reficiendi nempe paroecialem ecclesiam, sustinere detrectaverint, hortante ad normam can. 1451 § 1 Codicis canonici hodierno Archiepiscopo, in ipsius manus illud nuper renuntiare maluerunt. Qua posita iurispatronatus cessionc quaestio orta est, iudicio huius S. C. ab Archiepiscopo Utinensi dirimenda sublecta, utrum videlicet Capitulo Civitalensi in posterum competat ius instituendi parochum de Faedis absque ulla praesentatione seu libere conferendi paroeciam in casu, an e contrario radem paroecia liberae collationis Archiepiscopi evaserit

Srxorhis disceptationis. - Archiespicopus contendit cx facta mnspatronalus cessione ecclesiam paroecialem de Faédis evasisse liberae collationis Ordinarii. Idque ostendere nititur sve cx eo quod secus frustranca cessisset ipsa renuntiatio u. ut ipse ait. " liberatomi da un patrono, debba rlstabi- " hrsi un altro diritto limitalivo della autorité c giurisdl- " none dei Vescovo ", sive etiam quia Capitulum. U quale non aveva finora a complere che un semphee actus " lurtiltac, non dovrcbbc ora crescere, per la nnunzia dei " patronale, nel suo diritto ed esercitare un actus Ubcrali- " *talis,* quale é appunto la libera collazionc di un beneficio " che seconde U diritto canonico spetla al Vescovo ".

Ex adverso Capitulum Civitatense sustinet, pjst factam iurispatronatus renunciationem. sibi competere lus libere conferendi paroeciam dc Faedis. ratione praesertim innixum ex iure non decrescendi deprompta, quatenus nempe, si paroecia qua de agitur fieret liberae collationis Archie- P-seopi. Capitulum privaretur iure investiendi ipsum parochum hucusque pacifice possesso. Ceterum addit aequum videri si iuspatronatus, quod Capitulum prius concessit ccmltibus de Cuchanea. per eorum renuntiationem iterum ad Capitulum rediret

Veram abs re non erit nonnulla ex officio subnectere

Quum paroecia de Faédis Capitulo Civitatensi unita exsistat, quidquid sit quoad praeteritum, ius eius vicarium icu parochum libere instituendi ad unum tantum Archiepiscopum pertinere videtur cx claro Codicis iure can. 471 I 2 ad rem decernente: " Vicarium praesentat Capitu- " lum ; loci autem Ordinarius eumdem. si idoneum ... re- ' pererit, instituat Concinit canon 456 quoad vicanos Si paroeciales religlo/sorum. Nec in contrarium facessere valet qued hic desideretur expressa r< vocatio privilegii apestobei. de quibus canones 4 et 5 Ccdicis, quum in themate potius agi videatur de abrogatione iuris communis praeexsistentis Iuxta canonem 6 ⌈ 1 statuentem: " Leges quaclI- - bel, sive universales sive particulares, praescriptis huius " Codicis oppositae abrogantur ". Siquidem Pius V' Bulla .4d *erequendum* diei 1 novembris 15G7 (Bull Rosi. t. 7 p. 622-630) ad rem quod attinet haec decrevit: " Volumus " et ita mandamus quod dicti Vicarii perpetui non ad libc- " ram Ordinariorum electionem, sed ad nominationem lllo- • rum. in quorum ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum ' Ordinariorum seu eorum Vicariorum examine ct ap- • probatione deputentur Unde Leuremus (Foruni bccrfieiale, part 1. quaesi. 116. n. 2» tradit: ° Respondeo " Vicarios perpetuos in parochialibus unitis non ad li- ' beram Ordinariorum deputationem. sed ad deputationem " ıΓ-oram ad quos spectant ecclesiae unitae vel bene- * ficia. In quibus erigitur Viciria. spectare Atque " ita nominatio ac velutl institutio Vicarii perpetui perti- * ne' ad rectorem principalem, praecedente tamen examine " et consensu Episcopi sive Ordinarii et (ib.. quaeat 121): Tametsi nominatio Vicarii perpetui spectet ad rectorem ' principalem, is tamen ab eo institui nequit sine praevio ' examine et consensu Episcopi seu Ordinarii Cf. Boulx, d/ *parocho,* pag. 309.

Neque Capitulum Civitatense sibi saltem vindicare posse v4etur ius praesentandi Archiespiscopo Vicarium seu partchum de Faëdis. quia hoc iure absolute sc expoliavit per factam concessionem vel melius recognitionem comitibus de Cuchanea, qui nunc in favorem non Capituli, sed onta Archicsplscopi. ad tramitem can. 1451 5 1. idem ius remmeianmt

Verum idem redire videtur etiamsi ecclesia de Faédis non sit Vicaria perpetua, sed proprie dicta paroecia, idque « praescripto canonis 455 ita se habentis: ** Ius noml- " rxsdi et Instituendi parochos competit Ordinario loci, cx- ' ceptls paroeciis S. Sedi reservatis, reprobata contraria " consuetudine, sed salvo privilegio electionis aut praesen- ** Ubonis. si cui legitime competat ". Ius enim instituendi pimehum de Faedis asseritur quidem provenire Capitulo CiviUtenxi cx immeroballll consuetudine a S. Sede firmata Id tamen non videtur undequaque certum, quum Bullae quae afferuntur loquantur dumtaxat de curatis et capcllana ad nutum amovfbilibus, dum e contrario vicarius seu pircchus de Faëdis est perpetuus. Sed hoc etiam misso, in relato canone expresse reprobatur consuetudo contraria Nec refert quod consuetudo in themate sit confirmata a S Sede, quia haec confirmatio, quum non indual naturam mvae concessionis seu privilegii, tamquam quid accesso- 2M rtwn/ reputatur, ideoque. desinente consuetudine, ct ipsa ccciftrmatio desinat oportet, 5^d etiamsi detur hic agi de '•eroprivilegio apostolico. hoc quoque in relato canone 455 quoad institutionem, revocatum fuisse eruitur ex eo quod ibi unica fiat exceptio quoad privilegium electionis ct praesentationis parochi, omissa qualibet exceptione qutad institutionem. Ceterum ct verbum pritrilcgium ibi latius sumi videtur pro quolibet iure. idest etiam pro consuetudine ct pro fundatione in ordine tantum ad parochi electionem vel praesentationem.

Id confirmari videtur ex collatione cancms 455 cum canone 405 ita decernente: W Exceptis dignitatibus, ad Episco- *. pum pertinet, audito Capitulo, conferre omnU ac sir· – gula beneficia ac canonicatus in ecclesiis tum cathcdrah- " bus tum coUegialibus. reprobata quavis contraria con- – suetudine et revocato quolibet contrario pnvilegio. sed *▮ firma contraria fundationis lege lamvero ju queaq cellationem canonicatuum et beneficiorum in ecclesiis cathedralibus et in ipsis coUegialibus fi: revocatio etiam cantraril privilegii apostolici. a fortiori id dicendum videretur quoad institutionem seu collationem paroeciarum, quum hic agatur de suprema lege salutis animarum.

Quare, etc.

Resolutio. - In plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitiis, die 19 februarii 1921, Emi Patres ad propositum dubium, videlicet: Au *Archiepiscopo* vel Capitulo *competat ius conferendi paroeciam in casu,* respondendum censuere: *Archiepiscopo competere ius instituendi in parochiam quem Capitulum praesentaverit ad normam can. 471 ξ 2 C. I. C.*

Facta autem postridie relatione ab infrascripto S. C Secretario. Ssmus Dnus Noster datam resolutionem approbare et confirmare dignatus est.—I. Mori. Scct.

Adn. J. CREUSER in NrT 50 *1923) 97-98; 1P 2 (1922) 133-134. ME 35 (1923) 135-136

334

1921 FEB 23.-SC RIT., DECR. AAS 13 (1921) 158

URBIS ετ ORBIS

DE ADDENDA INVOCATIONE S. IOSEPH LAUDI: « DIO SIA BENEΣ1EΓTO »

Volvente anno iubilari quinquagesimo a premulgato Decreto pontificio quo. die b decembris anno 08 Deiparae Virginis Mariae Sponsus, eiusque unigeniti Filii Salvatoris nostri nutritius, sanctus Ioseph. peculiaris cathuUcue Ecclesiae apud Deum patronus constitutus et declaratus fuit, beatissimus Pater Benedictu XV mr:'.U proprio Bonu sone *et salutare* [LE 237] diei 25 iuhi anni superi iris praere- &it et mandavit, ut. intra eundem annum quinquagciunum. i honorem sancti Patriarchae et in memoriam promulgati Decreti, solemnis supplicabo liat, tempore et modo ab Episcopo, seu Ordinario cuiusque loci, designandi : elargita quoque Indulgentia plenaria, quam Christifideles adstantes sub consuetis conditionibus lucrari valeant. Nunc vero idem Summus Pontifex, plurium Sacrorum Antistitum et Christlfldelium votis ac precibus libentissime obsecundans. statuit ac decrevit, ut quod honori Beati Ioseph ex particulari induito apostolico et probata c-nsuctudinc in aliquibus locis viget, ad universam Ecclesiam perpetui extendatur. scilicet: ut piae Laudi: Benedictus sit D.us. etc., vulgo *Dio sia benedetto.* etc., pluribus fadulgri.nis ditatae, quae. Iuxta monitum et exemplum Psalmistae et EccIeMBt: " Benedicam Dominum in omni temprre. semper laus cius in ore meo * (Psalm. 33. Jl. instituta est ad imunas resarciendas et amovendas divino Nomini san rttsqur caelitibus potissimum per blasphenuas et turpiloquia inlatas, poet laudem Nominis Mariae Virginis et Matnx. vulgo Bcurdctfo tl *nome* di *Maria,* Vcrqinc c *Madrc,* addatur Laus cius castissimi Sponsi et sanctae Familiae patet na vice praepositi, hisce verbis: " Benedictus sanctus Ioseph cius castkmmus " Sponsus vulgo Benedetto son Giuseppe tuo euxtixri-no *Sposo.* Quod maxime confert tum ad complementum k«udi» et invocationis Sanctae Familiae Nazarenae tum ad validum eiusdem praesidium tn quolibet vitae dlscrimlrt». potissimum in extremo agone, impetrandum; servati de cetero servandis.

Contrariis non obstantibus quitu «cumque. Die 23 xrhruaril 1921 —A Caro Vico. Ep. Pcrtucn. ct S. Rttflnac S. *R. C Praef.* Alexander Verde, Srer.

Adn. EL 35 (1921) 98. H»T 48 (1921) 318; PrM 10 (1922)

1921 FEB 24.-BENEDICTI S XV. INDULT. PART.*

Facultas datur o. s. b. provovendi alumnos o prksbt-

TERATUM POST TERTIUM THEOLOGIAE ANXUM

Preces - Beatissime *Pater.* Fidelis de StoUingcn. Abbas Primas Ordinis S. Benedicti ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humillime exponit, quae sequuntur.

Reverendissimi Abbates - Praesides Congregationum Confoederatarum O. S. B. in synodo mense Majo anni elapsi in Aedibus S. Anselmi de Urbe habita votum manifestarunt, ut a benevolentia Summi Pontificis pro Ordine S. Benedicti imploretur privilegium, quo monachi soUemniter professi post primum theologiae annum ad subdiaconatus. post secundum annum ad d.aconatus. post tertium vero annum ad s. presbyteratus *ordinem promoveri* queant

Huiusmodi privilegium non solum maximum Ordini S. Benedicti conferret emolumentum, verum etiam indigentiis et indoli ipsius ordinis videtur valde convenire. Etenim S. Patriarchae Benedicti institutum juxta ipsius Regulae effatum c Operi Dei nihil praeponatur » eminentiorl modo dici potest ordo liturgicus magnoque studio curat, ut cultus divinus ca. qua decet, sollemnitate celebretur atque splendore. Ob tristium vero temporum adjuncta et ob sacerdotum saecularium inopiam nonnumquam fit, ut monachi saepius in cura animarum graviter occupentur, ita ut officium divinum deficientibus ministris non semper cum optata dia sollemnitate celebrari valeat Concessione autem efflagitati privilegii his indigentiis aptius provideretur atque fratribus adhuc studiis vacantibus simul desideratus profectus spiritualis conferretur, quia ipsis datur facultas per longius tempus sacrum subdiaconatus et diaconatus ordinem exercendi, superioribus vero opportunitas fratres In spiritu cujusvis ordinis magis instituendi

Exoptatum privilegium insuper minime videtur repugnare praescriptis novi Codicis Juris Canonici. Etenim canone 976 imprimis caveatur, ne candidati ad sacerdotium praemature» absque debita scientia ct perfecta cognitione gravitatis et obligationis status ad sacros ordines promoveantur. Quae optata canonum intentio concessione dicti privilegii optime servatur. Agitur nempe de promovendis ad sacros ordines, qui diutiore tempore novitiatus et triennii votorum simplicium maturius probati sunt et per professionem sollemnem votum castitatis jam emiserunt Hoc ergo ex capite susceptio ordinum non videtur esse differenda.

At etiam institutioni scicntificae apte providetur, cum graviter oneretur superiorum conscientia de perficiendis istis StUdlts ad normam can. 9ıβ l 3 et can. 1365. Immo ista instructio magis promoveri potest, praesertim si in quarto anno non duo ordines recipiantur, sed praeparatio ad singulos ordines gradatim singulis annis fiat. Hoc modo neo-sacerdotes toto quarto anno non solum studiis s. theologiae perficiendis ex toto vacare queunt, sed etiam in diversis sacerdotalis status officiis sese exercere atque perfectius in ipsis instrui poterunt

Quae cum ita sint suprascriptus orator humillime rogat, ut Sanctitas Vestra Congregationibus Confoederatis Ordinis S. Benedicti benigne concedere dignetur privilegium, quo monachi sollemniter professi expleto primo s. theologiae anno ad subdiaconatus. expleto secundo ad diaconatus, expleto vero tertio ad s. presbyteratus ordinem, servatis ceteroquin de jure servandis, promoveri possint. Et Deus. .

Rescr. - Ex Aedibus Vaticanis die 24 Februari: 1921. Annuimus pro gratia juxta preces.—Benedictus Pp. xv.

Ordini S. BenedkJi· AO5B 28-34 (1920-26) 82-83

1921 FEB 25.-SC RITUUM, RESP. PART

PISAUREN.

Cihca fideles respondentes sacerdoti celebranti missam

Dubia · Episcopus Pisaurensia a S. R. C. petit:

1. An liceat fidelibus qui Missae intersunt se adiungerc ministro, elata voce respondendo sacerdoti celebranti quoties minister respondere debet?

2. Si affirmative ad 1. an liceat populo una cum celebrante elata voce recitare Giono. Credo. Sanctus. Apnus Dei?

3. Licetne fidelibus ante communionem, ium in Missa tum extra Missam, recitare seu canere *Confiteor ct sacerdoti* respondere una vel loco ministri?

Resp. - Ex *Congressu, die 25 februarii 1921.*

Communicetur votum:

Quae per se licent, non saepe expediunt ob inconvenientia, quae facile oriuntur, ut in casu nn. *1-2-3, et serretur proris communis.*—A. Card. Vico Ep. Portucn. *Prae/.* Alexander Verde, S. *R. C. Secr.*

• EL 35 (1921) 311. Adn. I. M HANSSEN5 In PrM 35 (1936) 57--5S-; A. M. In EL 35 (1921) 299-313.

1921 FEB 23.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART

Festa de praecepto in india britannica stabiliuntur

La S. Congregatione ha proso in attento esame l gravi e seri motivi che V. S. esponeva nel suo pregiato ufficio dei 26 gennaio p. p. (n. 737-21) circa l'opportunilà di adottarc per tutte le Diocesi soggette al dominio britannico delTIndia. il seguente elenco di feste di precetto oltre le domeniche: Natale, Ascensione, Corpus Domini e Assunzione di Maria SS.

In considerazione pertanto di tali motivi, la Propaganda annuisce al desiderio dei Vescovi, espresso dalla S. V. nel suddetto ufficio. e concece che le sopra citate feste soltanto, oltre le domeniche, slano precettive nei medesimi territori delilndia fermo restante per Verapoly e Quilon Tobbligo di uniformarsi su tal soggetto alie dispositioni del Codice.—G. M. Card, van Rossum, *Prefetto. C.* Laurenti. *Segretario.*

Al R.TKJ Mona. Delegato Indi· Orientali: Syllo?· n. 87

DECK. AAS 13 (1921) 202-203

CONSILIVM CENTRALE PU OPERIS propagationis fidet pro UNIVERSIS ITALIAE DIOECESIBUS CONSTITUITUR

Quo zelus in promovendo, ad Missionum Catholicarum levamen et incrementum. Pio Opere a Fidei Propagatione nuncupato in singulis Italiae dioecesibus magis ac magis excitetur, huic S. Congregationi a Christiano Nomine Propagando, quae, iuxta Encyclicas Litteras Maximum illud [aici 30 nov. 1919: LE 2211, laudati Pii Operis maiorem in posterum fructuum optimorum uberlatem diligentissime curare debet, visum est heic Romae Centrale quoddam Consilium pro omnibus Italiae Dioecesibus constituere, a Comitatu Romano distinctum, derogando super hoc Decreto de die 15 mensis mail anni 1597 auctoritate Leonis XIII edito ab Efho Card. Lucido M. Parocchi; quod quidem Centrale Consilium eiusdem Pu Operis institutionem, regimen, incrementum, in omnibus ac singulis Italiae Dioecesibus, romana non excepta, foveat, moderatur, atque dirigat. Ipsum autem Consilium cum suo Praeside, Secretario atque pecuniae Custode nonnullis insuper adiectis Consiliariis, huic eidem S. C. circa munera pro quibus erigitur immediate suoicctum erit. XJ

Firma itaque manente m singulis Italiae Dioecesibus Ordinariorum auctoritate circa constitutionem ac directionem laudati Pix Operis a Fidei propogatione nuncupati. singuli eiusdem Operis Dioeccsani Praesides, de lis omnibus negotiis, quae idem Pium Opus attingere videantur, cum Praeside supradicti Consilii Centralis Romani directe exinde agent.

Cuius quidem Consilii Centralis Romani constitutionem SSinus D. N. Benedictus dlv. prov. PP. XV, in audientia diei 18 menais novembres anni elapsi, benigne

Orturo

adprobare. ratamquc habere dignatus est; ac praesens in re Decretum coniici mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 1 martii 1921.—G. M. Card, van Rossvm, *Pracf.* C. Laurenti. *Secr.*

339

1921 MAR 1.-COM. INTP. RESP. AAS 13 (1921) 177-178

Dubu: 1 - De professione ct dimissione eorum qui profitentur " donec ln Congregatione vivam 2 - De dimissione alummorum Societatum sine votis. 3 - De superiore ad profes- SOXZM RELIGIOSARUM RECIPIENDAM ET DE CLAUSURA MONIAUUM ccx runs simplicibus. 4 - De dispensatione impedimentorum ·' cum omnia sunt parata ad nuptias "

I. In quibusdam Institutis votorum simplicium vota emittuntur sub hac vel simili conditione apposita: < Do- « nec in Congregatione vivam ». ita ut alumnus, sive sponte discedat sive a Superioribus dimittatur, ipso facto a votis liber evadat Hinc quaeritur:

1· In hisce Institutis debetne tali professioni praemitti triennium votorum temporaneorum, ad normam can. 574?

2° In dimissione alumnorum, qui similem professionem emiserunt debentne servari cann. 647-648 de dimissione religiosorum qui vota temporanea emiserunt vel can. 649 et sequentes de dimissione eorum, qui vota perpetua emiserunt?

Resp.: Ad 1 « Negative.

Ad 2™. Pro iis qui vota iam emiserunt sub hac conditione, serventur canones 646, 647 et 648.

IL In can. 681 praescribitur ut in dimissione alumnorum Societatum sine votis serventur canones 646-672, qui de dimissione religiosorum agunt Cum vero hi canones diversa praescribant, pro diversitate casuum votorum temporaneorum aut perpetuorum, quaeritur ad quemnam casum referri debeat praescriptio praedicti can. 681. cum in eo agatur de alumnis qui nulla vota emittunt?

Resp.: Si vinculum quo adstrmguntur sodales Societatis sine votis est temporale, serventur canones qui agunt de dimissione religiosorum qui vota temporaria emiserunt; si sit perpetuum, serventur canones de di-
ra missione religiosorum qui vota perpetua nuncuparunt./

ΠI. Cum in Constitutionibus quarumdam Congregationum Religiosarum iuris pontificii in formula professJonis nulla fiat mentio Antistitae, sed tantummodo Episcopi vel eius delegati, quaeritur:

1· An Episcopus vel eius delegatus in casu habendus sit legitimus Superior secundum Constitutiones ad professionem recipiendam, de quo in can. 572, § 1, n. 6.

2e An lege clausurae papalis, de qua in cann. 597-600, comprehendantur etiam moniales, quarum vota, quamvis ex Instituto deberent esse sollemnia, tamen in aliquibus locis, ex praescripto Sedis Apostolicae sunt simplicia.

Resp.: Ad 1 Affirmative, tamquam habens legitimum mandatum.

Ad 2". Negative, ratione indulti apostolic! adhuc in vigore manentis.

IV. Utrum ad normam can. 1045. § 1, clausula « quo- « ties impedimentum detegatur cum iam omnia sunt perata ad nuptias », intelligi debeat strictu sensu, scilicet quod impedimentum antea omnino ignotum fuerit et tunc resciatur, an potius eo sensu quod, quamvis antea cognitum, tunc solum tamen ad notitiam Parochi aut Ordinarii sit delatum.

Resp.: Negative ad 1 "· partem, affirmative ad 2 ■·.

Romae, 1 martii 1921.—Petrus Card. Gasparri. *Praem.* Atoisius Sincero. *Secr.*

Mn. **J. C. in NrT 48 (1921) 270-272: Ph. MAROTO in CpR 2 0921) 130-133.162 168: REGATILLO n. 282.237.298.331.502: IF 3 (1323) 125-129: PrM 10 (1922) 326-327.**

340

1921 MAR 6.-SC REL. NORMAE ΛAS 13 (1921) 312-319

NORMAE

SECUNDUS! QUAS SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS IN NOVIS RELIGIOSIS CONGREGATIONIBUS APPROBANDIS PROCEDERE SOLET *

PROOEMIUM

1. Parvus hic Normarum codex nihil aliud est quam sectio prior Normarum pro approbandis religiosis Institutis votorum simplicium, quae auctoritate Sacrae Congregationis EE. et RR., anno 1901 (··], m lucen prodierunt, novo tamen Codici universali iuris canonici accommodata. Secunda enim sectio Normarum, post Codic-s promulgationem, iam non videtur necessaria, cum constitutionum scriptores et prae oculis habere debeant canones, qui religiosos respiciunt, et consulere possint probatos auctores, qui de religiosis, post editas praefatas Sacrae Congregationis EE. et RR. Nonnas, scripserunt.

2. Sicut vero novae Normae antiquarum titulum adamussim retinent, ita ct eundem duplicem finem. Hue enim spectant:

d) ut in novis religiosis Congregationibus carumque constitutionibus approbandis stabilis quaedam praxis servetur;

b) ut. tam locorum Ordinariis, quam ipsarum Congregationum Superioribus, documenta et informationes, ad Sacram Congregationem transmittenda, in prospectu sint, quo huiusmodi approbationum negotia facibus ct celerius expediantur./ 313

CAPUT L

De diversis gradibus approbationis religiosarum CONGREGATIONUM

3. Quoties aliquis Episcopus, iuxta canonem 492 $ 1. novam aliquam religiosam votorum simplicium Congregationem condere opportunum judicaverit, re adhuc integra. Sacram Congregationem de Religiosis adeat, eam distincte docendo de iis, quae necessaria sunt, ut ipsa Sacra Congregatio de opportunitate novae fundationis mature iudicare possiL

4. Docebit praesertim, quis qualisque sit novae Congregationis auctor et qua is causa ad eam instituendam ducatur; quibus verbis conceptum sit Congregationis condendae nomen seu titulus; quae sit forma, color, materia habitus a novitiis et professis gestandi; quod e: quaenam sibi opera Congregatio assumptura sit; quibus opibus tuitio eiusdem contineatur; an similes in dioecesi sint Congregationes, et quibus illae operibus insistant

5. Licentia vero obtenta, iam nihil obstabit quominus novam Congregationem condat Congregatio tamen ita condita hiris erit dioecesani; ac propterca. etiam post suam fundationem, quamvis decursu temporis in plurcs dioeceses diffusa, usque tamen dum pontificiae approbationis aut laudis testimonio caruerit vi canonis 492 § 2, remanet dioccesana. Ordinariorum iurisdictionL ad normam iuris. plane subiecta.

6. *Decretum laudis.* Est primus actus quo S. Sedes ad novae Congregationis opus manum ita admovet ut desinat esse simpliciter dioccesana. Per hunc actum. Sacra Congregatio Religiosorum Sodalium negotiis praeposita. praemissa narratione prooemiali fun< ätiom novae Religionis, eius tituli, finis, votorum, formae regiminis ac auctoritatis Supremi Moderatoris, concludit: « SS.mus Dominus noster N , attentis litteris commendatitils Antistitum, quorum in dioecesibus Institui:, de quo agitur, domus reperiuntur. Institutum ipsum, uti Congregationem religiosam sub regimine Moderatoris Generalis... praesentis Decreti tenore, amplissimis verbis laudat ac commendat: salva Ordinariorum iurtsdictione ad normam sacrorum canonum ».

7. Hoc decretum laudis conceditur si, post elapsum a prima fundatione congruum tempus, nova Congregatio satis diffusa fuerit et dederit fructus pietatis, observantiae religiosae ct spiritualis emolumenti; de quibus con·

• Nemini lierai star venia Sxnetjw· SedU hwzm Norm.', rum vrrsioncs ta afflas ttagoaa edere

(·· diei 28 lurül 1901. Eas videre poles apnd T RCHAKFKR. *Dr* re.'ipiosiî. rd. 4 anni 1947. Appendi» 11 p. 1102 1135).

stare debet per litteras testimoniales Antistitis vel Antistitum Ordinariorum, in cuius vel in quorum dioecesibus. seu territoriis. Congregatio habet domos vel
3H domum./

8. Ad obtinendum decretum laudis exhiberi debent Sacrae Congregationi:

e) supplex libellus ad Summum Pontificem, subsignatus a supremo Moderatore et a suis Assistentibus seu Consiliariis;

b) litterae testimoniales Ordinariorum de quibus supra (cf. art 7); quae litterae obsignatae et sub secreto mitti debent;

c) relatio a Moderatore supremo et a suis Assistentibus seu Consiliarius subscripta, ac ut authentica et veridica ab Episcopo domus principis Congregationis laudandae confirmata, qua exponatur, non modo ipsius Congregationis origo cum nomine fundatoris eiusque praecipuis qualitatibus, sed etiam eius status personalis, disciplinaris, materialis et oeconomicus, addita praeterea notitia dc novitiatus institutione, de novitiorum ct postulantium numero ac disciplina:

d) Constitutiones ab Episcopo recognitae et approbatae. lingua vel latina, vel Italica, vel gallica conscriptae et typis impressae;

e) denique, si agatur de aliqua Congregatione tertiariorum in communi viventium, etiam testimonium Moderatoris generalis primi Ordinis, quo constet eam eidem primo Ordini fuisse aggregatam, iuxta canonem 492 i 1.

9. *Decretum approbationis.* Conceditur decretum approbationis novae Congregationi, si. post datum decretum laudis, per satis diuturni temporis experimentum probatur cius firma compago, constitutionum accommodatio et vigens observantia, regiminis recta ratio, rcl giosorum studium servandae disciplinae :n vinculo caritatis ad intra, ct zelus in adimplendis operibus suae Religionis propriis ad extra.

10. Dc praedictis conditionibus constet oportet tum ex relatione status Congregationis, quam iterum, prout supra in art 8 c) describitur, supremus Moderator exhibere debet, cum supplicem libellum porrigit ad obtinendam approbationem; tum etiam ex commendationis litteris, iterum dandis» ut supra clausis, ab omnibus Ordinariis, in quorum territoriis aliqua novae Religionis domus sita est, tum demum cx constitutionum codice, iterum S. Congregationi exhibendo.

11. Per hoc alterum decretum, de quo sermo est: ‹ Sanctissimus D.nus Noster N.... attenta ubertate salutarium fructuum, quos tulit Congregatio religiosa N..., attentisque..., eam approbat et confirmat sub regimine Moderatoris Generalis; salva Ordinariorum lurisdictione ad normam sacrorum canonum ».

12 Quamvis inter decretum laudis et decretum approbationis congrui temporis decursus, ut supra dictum est (cf. art 9>. plerumque exigatur, nonnumquam tamen, licet raro, decretum definitivae approbationis
315 con ceditur, quin huic decretum laudis praecurrerit Quod quidem fit si conditiones in favorem novae Rellgioafs, cum primum se sistit coram Sacra Cong-vgatione, ita sunt numeris omnibus absolutae, ut nulla videatur ratio ulterius differendi definitivam approbationem.

CAPUT II.

De congregationibus caute tantum, aut nullo modo LAUDANDIS ET APPROBANDIS

0

IX Nullae fere, ni forte in missionum regionibus, laudandae approbandaeve erunt Congregationes, quae certo proprioque fine non praestituto, quaevis universae pietatis ac beneficentiae opero, etiamsi penitus inter se dtsiur.cla. exercenda amplectuntur.

14. Cautissime procedendum est in approbandis novis Congregationibus, quae non vivunt nisi ex eleemosynis. atque stipe ostlatim collecta. Approbatis inculcanda est fidelis observantia canonum 622, 623 et 624.

15. Nec facile approbandae sunt, praecipue cum votis perpetuis, novae Sororum religiosae Congregationes, quae sibi proponunt finem in privatorum domiciliis infirmos utriusque sexus diurna atque nocturna cura juvandi, vel domesticum servitium quotidianum in familiis pauperum et operariorum exercendi. SI vero approbatio aliquando et ob iuxta causas concedenda videatur. In constitutionibus prudenter praescribantur conditiones et cautelae, quibus Sorores a periculis liberentur.

16. Item non facile conceditur approbatio Sororum Sodalitiis, quae sibi constituant scopum spccialcmr

a) instituendi in suis domibus valetudinaria aut diversoria pro personis utriusque sexus;

b) instituendi hospitia pro sacerdotibus suscipiendis.

c) docendi in scholis adulescentulorum, aut in iis. quae mixtae dicuntur, in quibus scilicet pueri et puellae simul congregantur.

17. Multo minus approbantur Congregationes quae sibi assumendum proponerent curam immediatam puerulorum in cunis vagentium. vel mulierum parturientium ln domibus, vulgo dictis ftfafernttatfj, vel alia huiusmodi caritatis opera, quae virgines, Deo dicatas et habitu religioso indutas, dedecere videantur.

18. Demum animadvertendum est, nullam virorum Religionem, ad normam can. 500 § 3, sine speciali privilegio, posse sibi subditas habere religiosas Congregationes mulierum, aut earum curam et directionem retinere sibi specialiter commendatam.*f* 314

CAPUT III.

De approbations constitutionum

19. Pro obtinenda constitutionum approbatione supplex libellus, subsignatus a Moderatore supremo cum suis Assistentibus seu Consiliariis. Sacrae Conereeationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae porrigendus est. una cum constitutionum codice, relatione et commendationis litteris, prout supra, in art 8 b), c), d) et 10.

20. In approbandis vero constitutionibus S. Congregatio per hos fere gradus procedit:

a) *Dilatio cum animadversionibus.* Nimirum si. instituto examine, constat multis correctionibus constitutiones indigere, differtur ad opportunius tempus petita approbatio, atque interim communicantur animadversiones. quibus ea indicantur, quae praecipue in exhibitis constitutionibus corrigenda, reformanda, addenda vel demenda sint.

b) *Approbatio ad experimentum.* Si exhibitae constitutiones tempore et usu non satis comprobatae videantur. et cetcroquin nec plurimis nec gravibus animadversionibus obnoxiae sint, fit ex officio prima correctio in textu; et datur decretum quo SS.mus constitutiones, prout in correcto exemplari continentur, ad certum tempus, ex. gr. ad septennium, per modum experimenti, approbat atque confirmat

c) *Approbatio definitiva.* Cum denique sufficiens praecesserit experimentum, constitutionum codex, in paucis :am emendatus, absolute corrigitur, et datur decretum quo SS.mus constitutiones definitive approbat atque confirmat

21. Quae vero de approbatione constitutionum disiuncte hucusque descripta sunt, coniunctim saepissime cum approbatione Congregationis hac ratione procedunt:

a) cum decreto laudis Congregationis dantur interdum opportunae animadversiones in folio super constitutionibus. termino praestituto, intra quem constitutiones ip.sae emendatae Sacrae Congregationi iterum exhibendae sunt: quae tamen, si multis indigeant emendationibus. communicantur Congregationi, antequam concedatur decretum laudis; ita ut, in utroque casu, omne ius constitutiones propria auctoritate immutandi, vel cmendanci. ademptum censeatur, post obtentum decretum laudis;

b) regulariter approbatio Congregationis conceditur, una cum decreto, quo constitutiones in textu emendatae approbantur, saltem experimenti gratia ad certum tempus.'

CAPUT IV.

De EXCLUDENDIS A TEXTU CONSTITUTIONUM

22. Excludenda sunt a textu constitutionum:

α) praefationes, introductiones, prooemia, notitae historicae, litterae hortatoriae vel laudatoriae, exceptis decretis laudis et approbationis a S. Sede concessis;

b) citationes textuum Sacrae Scripturae. Conciliorum. sanctorum Patrum, theologorum et quorumvis librorum vel auctorum:

c) citationes dispositionum, sive peculiaris directorii. sive privati cacremonialis aut manualis, sive cuiu^cumque codicis consuetudinum vel usuum Congregationis. ne forte praefati libri aut codices approbati

videantur; quamquam huiusmodi libros ad Sacram Congregationem mittere oportet, ut de eis opportune cognoscere possit;

di quaevis mentio de legibus civilibus, de ordinationibus magistratuum civilium, de approbatione gubernii et similibus;

e) omnia ea quae respiciunt munera et officia Episcoporum et confessariorum: cum pro his non scribantur constitutiones, sed pro religiosis;

f) ordo studiorum et normae vivendi pro alumnis ac minute descripta horaria actuum diei pro domibus et operibus Congregationis;

G· quaestiones theologiae dogmaticae vel moralis, decisiones doctrinarum controversarum, praesertim in materia votorum;

h) termini iuris canonici qui Congregationibus religiosis applicari non possunt: verbi gratia. *Regula, Ordo. Monasterium, Moniales,* etc.: quorum loco respective dicendum est: Constitutiones, *Congregatio religiosa,* seu *Rebgio votorum simplicium, Domus, Sorores,* etc.;

i) licet brevia spiritualis et religiosae vitae documenta sint opportuna, excludendae tamen sunt prolixiores instructiones asceticae. exhortationes spirituales ex professo, et mysticae considerationes, quae omnia aptius pertractantur in libris asceticis: cum constitutiones continere debeant tantum leges constitutivas Congregationis et directives actuum communitatis, sive quod ad gubernium attinet, sive quod ad disciplinam et normam vitae;

k) minutissimae quaelibet praescriptiones circa secundaria et infima officia, quae respiciunt culinam, valli Ictudinarium, vestimentorum cu/ram. etc.: cum istae gravitatem textus constitutionum a Sancta Sede Apostoeca approbandarum, minime deceant;

l) dispositiones denique cuiusvis generis, quae, sive explicite sive implicite, aliquid contra ius contineant.

CAPUT V.

Generalia in constitutionibus requisita

23. Constitutionum codex continere debet ea quae respiciunt notiones et dispositiones:

a) de religiosae Congregationis natura, votis, membris et modo vivendi;

b) de Congregationis gubernio, administratione et officiis.

24. Haec vero omnia distribui possunt in duas, tres vel quatuor partes, sed summopere commendatur brevitas. claritas et optimus ordo.

25. Constitutiones dividantur in partes, partes in capita. capita in articulos, seu paragraphos; hisce praeponantur numeri ab initio ad finem progredientes.

CAPUT VI.

Specialia de titulo

26. Titulus seu nomen Congregationis religiosae denum potest vel a Dei attributis, vel a Sanctae nostrae Religionis mysteriis, vel a festis Domini et Beatissimae Virginis Mariae, vel a Sanctis, vel a fine speciali ipsius Congregationis.

27. Ne nomen seu titulum Religionis iam constitutae usurpent novae Congregationes, iam cautum est in canone 492 I 3. Ut igitur huic dispositioni satisfiat, debent novae religiosae Congregationes aliquid saltem titulo iam approbatarum addere, quo distinctio inter singulas satrs appareat

23. Cavendum insuper, ne tituli religiosarum Congregationum vel nimis artificiose compositi sint, vel quampiam devotionis speciem, a Sancta Sede Apostolica con probatam, exprimant aut innuant.

DECRETUM

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus divina Providentia PP. XV. in audientia concessa die 6 martii 1921 R P. D. Secretario Sacrae Congregationis de Religiosis, audito suffragio Eminentissimorum ac Reve'rendissimorum Patrum Cardinalium eidem Sacrae Congregationi praepositorum, suprascriptas Normas, ab eadem Sacra Congregatione servandas, approbavit.

Datum Romae cx Secretaria Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die 6 martii 1921.—Th. Card. Valfré di Bonzo. *Praef. Maurus* M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secr.*

Adn. I. CREU5EN in NrT 48 (1921) 424-425 et in FrM 10 (1922) 295-302.

341

1921 MAK 7.-SC CONS. DECL. AAS 13 (1921) 134

Circa facultates ordinariorum denuo ordinandas

Cum allouando Rmi Ordinarii SS. Congregationibus preces porrigant, ut speciales facultates sibi concedantur, iuxta *formulas* quae olim dabantur a S. Congregatione dc Propaganda Fide, eisdem declaratur quod definitiva norma super hac rc quamprimum statuetur ct notificabitur. Interim vero sciant Rmi Ordinarii adhuc vigere facultates quae durante bello a S. Congregatione Consistorial! concessae fuerant, decretis die 25 aprilis 1918 (LE 85) et 2 augusti eiusdem anni (LE 115).

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 7 Martii 1921.—C- Card. De Lai. Ep Sabinen., *Secr.* Aloisius Sincero. *Adsessor.*

Adn. PrM 10 (1922) 289-290

342

1921 MAR 9.-SC REL., INDULTUM. PART.·

Facultas datur anticipandi matutinum cum laudibus ab hora prima post meridiem in recitatione privata

Preces - *Beatissime Pater,* Procurator Generalis FF Min. Capuccinorum. ad pedes S. V. provolutus, humiliter implorat prorogationem ad aliud quinquennium Rescripti sub N. 1812-10 diei 15 Jan. 1916. quo P. Min. Generali Ordinis facultas facta est. cum Superioribus Provincialibus ct localibus communicabitis, indulgendi ut Fratres subditi m Sacris constituti, qui Missionibus, spiritualibus Exercitus ct verbi Dei praedicationi operam navant vel cxcip.cndis Confessionibus Incumbunt, privatam Matutini cum Laudibus recitationem ab hora prima post meridiem incipere valeant. Et Deus etc.

Resr. - Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum. S. Congregatio Negotiis Religiosarum Sodalium praeposita, attentis expositis. Rtvmo P. Min. Generali benigne commisit, ut. petitam cnunciati IrduJti prorogationem ad aliud quinquennium, pro suo arbitra ct conectentia concedat, servata in reliquis ejurdem Tndulti forma ct tenore. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Ronine, die 9 martii 1921—Th. Cro. Valirf m Bonzo. *Praef.* Maurus M. Serafini. Abb. S. B. Srcr

• AOMCsp 37 (1921) 95-96.

343

1921 MAR 12.-SC CONCILII, RESOL. PART.·

DE ZACATECAS et ALIARUM

Vacationum ciioralium per horvs computandarum

Non pauca praesertim Americae Latinae Capitula a S. Congregatione expostulant indultum computandi tempus vacationis a choro non per dies, sed per horas canonicas. In pluribus casibus edicitur pro huiusmodi computatione vigere consuetudinem, et praxim saepe esse in capitularibus constitutionibus insertam.

Praestat heic nonnullas eorum petitiones ad verbum referre.

1. Episcopus De Zacatecas exponit: i In Capitulo « Cathedral! huius Ecclesiae, nb ipsa fundatione et < per consuetudinem a Guadalaxarensi Metropolitano c Capitulo sumptam, tres menses legitimae absentiae e computari possunt non tantum per d.cs integra sed « ctiain per horas canonicas, quae licentia sancita fuit « in novis statutis iuxta praescriptum in Concilio Ple- « nario Latino Americano redactis et admixea fuit cum « fundamento in quadam resolutione S C. Concilii in « una Mexicana, dici 13 martii 1854. «Pallottmi, Colleci « Résolut S. C Concilii. Tom. V. s v. Cano-ici. pnngr.

« IX. n. 201 ct 203): sed cum exortum fuerit aliquod « dubium ct ex aha parte nihil canus sit tum Antistiti < tum Capitulo observantia legum eclcsiasticarum. < quaeritur: Utrum in casu liceat computare absentias « legitimas etiam per horas canonicas ct non tantum < per dies.

< In casu negativo, Episcopus praedictus reverenter *t* petit indultum talem computationem faciendi ad hoc c ut non tam cito mutentur nova statuta >,

1921 APR 22.-SC S. OFF., DECR. AAS 13 1192!) 222

Damnatio libri edmonp CAZAL « Sainte Thérèse »

Erni ac Rfhi Mi Cardinales in rebus fidei rt morum Inquisitores Generales, in ordinario consessu habito feria iv. die 20 aprilis 1921, librum: Edmond Cazak Sainte *Thérèse,* Paris. Librairie P. Ollendorff, praedamnatum ad praescriptum canonis 1399, in Indicem librorum prohibitorum inserendum esse declararunt, hac praecipue

ratione. ne fideles ex titulo in errorem forte inducantur.

Et msequenti feria v, die 21 eiusdem mensis ct anni. Sanctisrimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV. in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum PP. resolutionem approbavit et publicandam mandavit

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 22 aprilis 1921.—A. Castellano. *Supremae S.* C. S. *Officii Notarim.*

1921 APB 30.-SC CONS. DECR AAS 13 (19211 379-382

C>CA PROPONENDOS AD EPISCOPALE MINISTERIUM IN MEXICAN* REPUBLIC*

Quo expeditiori utiliorique Ecclesiarum vacantium provisioni consuleretur. Mexicanac Reipublicae Ordinarii nuper ab Apostolica Sede petierunt, ut, quae de eligendis Episcopis in Canadensi dominio et Terrae Novae insulis statuta sunt, ad ipsorum quoque Ecclesiam extenderentur. Quorum vota benigne excipiens SSfnus Dnus Noster Benedictus PP. XV. hoc consistorial! decreto quae sequuntur, hac super re. praescribit.

1. Pro proponendis sacerdotibus ad episcopale ministerium idoneis ac dignis, conventus Episcoporum fiet singulis trienniis aut saltem singulis quinquenniis, tempore infra assignato.

2. Conventus erunt provinciales, hoc est, omnes et singuli Ordinarii dioecesium uniuscuiusque provinciae convenient simul, nisi forte pro aliquibus provinciis paucas dioeceses complectentibus duas provincias simul convenire decernatur: quod quidem ildem Episcopi proponere poterunt.

3. Vicarii vero Apostolici, si tempus et negotia permiserint. conventibus Episcoporum provinciae suae intéresse curabunt, iisdem cum turibus ac ceteri.

4. Quolibet tnennio aut quinquennio, ut supra dictum est. sub initium Quadragesimae, incipiendo ab anno 1922. omnes ct singuli Episcopi Metropolitano suo vel seniori Archicplscopo (si duae ecclesiasticae provinces simul conveniant! sacerdotum nomina indicabunt, quos dignos episcopali ministerio existimabunt. Nil autem vetat quominus, hos inter, alterius etiam dioecesis vel provinciae sacerdotes proponantur; sub *gravi* tamen exigitur, ut. qui proponitur, personaliter ct ex diuturna
'Λ0 conversatione a proponente cognoscatur./

5. Una cum nomine, aetatem quoque designabunt candidati, eius originis et actualis commorationis locum. et officium quo principaliter fungitur.

6. Antequam determinent quos proponat, tam *Archie*piscopi quam Episcopi poterunt a viris ecclesiasticis prudentibus necessarias notitias inquirere, ita tamen ut finis huius inquisitionis omnino lateat. Notitias vero quas receperint nemini patefacient, nisi forte in Episcoporum conventu, de quo inferius.

7. Nomina quae Episcopi iuxta art. 4·· proponent, nemini prorsus aperiant, nisi Metropolitano suo vel seniori Archicplscopo.

8. Metropolitanus vel senior Archlespiscopus habitis a ceteris Praesulibus candidatorum nominibus sua adiiciat: omnium Indicem ordine alphabetico conficiat, et, retscitls proponentibus, hanc notulam transmittat singulis suis Suffraganeis sive Antistitibus, ut hi opportunas investigationes peragere valeant de qualitatibus eorum quos personaliter et certa scientia non cognoscant

9. Investigationes huiusmodi. carumque causa, maxima «ceroti cautela peragendae erunt, ut supra, num. 6. dictum est. Quod st Episcopus vereatur rem palam evasuram. ab ulterioribus inquisitionibus abstineat.

10. Post Pascha, die et loco a Metropolitano vel a seniore Archicplscopo determinandis, quae coincidere poterunt etiam cum loco et diebus assignatis pro ordinariis confcrcntiis episcopalibus, omnes Episcopi convenient ad seligendos eos qui S. Sedi pro episcopali ministerio proponi debeant. Convenient autem absque ulla solcmnitate. quasi ad familiarem congressum, ut attentio quaelibet, praesertim diariorum ct ephemeridum. et omne curiositatis studium vitentur.

11 In conventu. Invocato divino auxilio, praestandum erit a singulis, Archicplscopo non excepto. tam

SS. Evangeliis, iusiurandum de secreto servando, ut sacratius flat vinculum quo omnes adstringuntur. port hoc regulae ad electionem faciendam legendae erunt

12. Deinde unus ex Episcopis praesentibus in secretarium eligetur.

13. His peractis, ad disceptationem Praesules venient ut, inter tot exhibitos, digniores et aptiores seligant Id tamen veluli Christo praesente fiet et sub Eius obtutu, omni humana consideratione postposita, cum discretione ct caritate, supremo Ecclesiae bono divinaque gloria et animarum salute unice ob oculos habitis.

14. Candidati maturae, sed non nimium provectae aetatis esse debent; prudentia praediti in agendis, quae sit ex ministeriorum exercitio comprobata; sanissima et non communi doctrina exornati, quae cum debita erga Apostolicam Sedem devotione comungatur, maxime vero sint honestate/ vitae et pietate insignes. Attendendum insuper erit ad capacitatem candidati quoad temporalem bonorum administrationem, ad conditionem eius familiarem, necnon ad eius indolem et valetudinem. Uno verbo, videndum utrum omnibus iis qualitatibus polleat, quae in optimo pastore requiruntur, ut cum fructu et aedificatione populum Dei regere queat su

15. Discussione peracta, fiet hac ratione scrutinium:

a) Qui omnium Episcoporum sententia, quavis demum de causa, visi fuerint in disceptatione ex numero proponendorum expungendi, ii in suffragium non vocabuntur; de ceteris, *etiam probatissimis,* suffragium feretur.

b) Candidati singuli ordine alphabetico ad suffragium proponentur: suffragia secreta erunt.

c> Episcopi omnes. Metropolitano non excepto, pro singulis candidatis tribus utentur taxillis seu calculis, albo scilicet, nigro, tertioque alterius cuiuscumque coloris: primum ad approbandum, alterum ad reprobandum. tertium ad abstensionem indicandam.

d) Singuli Antistites, praeeunte Archicplscopo. In urna ad hunc finem disposita taxillum deponent, quo dignum, *coram Deo et graviter onerata conscientia,* sacerdotem aestimabunt qui in suffragium vocatur: reliquos taxillos binos in urna alia, pariter secreto, deponent

e) Suffragiis expletis. Archiepiscopus, adstante Episcopo secretario, taxillos et eorum speciem coram omnibus numerabit, scriptoque adnotabit.

scopis, si id ipsis placeat, aut aliquis eorum postulet, ut inter approbatos plenis aut paribus suffragiis novo scrutinio designetur quinam sit praeferendus. Ad hunc finem singuli suffragatores nomen praeferendi in schedula adnotabunt. eamque ln urna deponent schedularum autem examen fiet, ut supra num. 15, litt e, decernitur.

17. Quamvis vero Summus Pontifex sibi reservet, dioecesi vel archidioecesi aliqua vacante, per Delegatum Apostolicum, aliove modo, opportuna consilia ab Episcopis vel Archiepiscopis requirere, ut personam eligat quae inter approbatas magis idonea videatur dioecesi illi regendae; nihilominus fas erit Episcopis in eodem conventu indicare, generali saltem ratione, cuinam dioecesi hunc aliumve candidatum magis idoneum censeant; ex. gr. utrum exiguae, ordinatae ac tranquillae dioecesi, an maioris vel difficilioris momenti, vel in qua plura sint ordinanda aut creanda: utrum dioeces; mitions aéris et facilis commeatus, ct alia huiusmodi.

18. Episcopus a secretis, discussione durante, diligenter adnotabit quae de singulis candidatis a singulis •mffragatoribus exponentur, quaenam discussionis fuerit conclusio; quinam tum in primo scrutinio/ tum in secundo <si flat) fuerit exitus, et quidnam specialius iuxta art 17 fuerit dictum.

19. Antistites n conventu ne discedant, antequam ab Episcopo secretario lecta fuent relatio ab eodem confecta circa nomina proposita, candidatorum qualitates ct obtenta suffragia, eamque probaverint-

20. Actorum exemplar ab Archiepiscopo, a Praesule a secretis et a ceteris Episcopis praesentibus subsignatum. quam tutissime ad Sacram hanc Congregationem per Delegatum Apostolicum mittetur. Acta vero ipsa penes Archiepiscopum m archivo secretissimo S. Officii servabuntur, destruenda tamen post annum, vel etiam prius, si periculum violationis secreti immineat.

21. Denique, fas .«emper erit Episcopis, tum occasio-

praesertim maioris momenti, litteras Sacrae huic Congregationi vel ipsi SSrho Domino conscribere, quibus mentem suam circa personarum qualitates sive absolute, sive relate ad provisionem dictae sedis patefaciant.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis. die 30 aprilis 1921. C. Card. De Lai. Ep. Sabinen.. Secr. Aloisius Sincero. *Adsessor.*

357

1921 MAI 13.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

Facultas celebrandi missam in domibus privatis concessa
RELIGIOSIS E CONVENTIBUS EXPULSIS

Preces - *Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ord. Min. Capuccinorum. ad pedes Sanctitatis vestrae humillime provolutus, implorat prorogationem Rescripti diei 14 Julii 1914, (numero 2170-14). quo Religiosis e Conventibus suis expulsis in Gall'a. quique adhuc bini vel terni in domibus privatis sunt distributi, facultas lacta est S. Missam celebrandi in privatis eorum domibus. Et Deus. etc.

Rescr. - Vigore specialium facultatum a SSano Domino Nostro concessarum. S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto R- P. Proc. Generalis, Revjno P. Ministro Generali benigne commisit. ut, petitam enunciati indulti prorogationem ad aliud quinquennium pro suo arbitrio et conscientia concedat, servata in reliquis ejusdem indulti forma et tenore. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 13 Maji 1921.—Th. Card. Valfré ot Bovζ0. *Praef.* Maurus M Serafini, Ab. S. B., *Secr.*

• **AOMCap 37 (1921) 194.**

358

1W1 MAI 26.-SC CONS. NOTIF. AAS 13 (1921) 309-311

De **PONTIFICIO COLLEGIO SACERDOTUM PRO ITALIS AD EXTERNA EMIGRANTIBUS**

NOTIFICATIO

Sacerdotum Collegium, quod Motu *proprio* diei 19 martii 1914 Pius X instituit [AAS 6 (1914) 173-176). Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XV. instauratis magna cum munificentia aedibus < Via della Scrofa, n. 70 ». hisce diebus aperuit ad instituendos italos sacerdotes qui se dare intendunt ministerio spiritualis adsistenliae Italis ad exteras regiones emigrantibus praestandae.

Praecipuae Collegii leges hae sunt:

I. Collegii finis est ut praeparet luniorcs sacerdotes, ad ¥iik in peregrinas regiones migrantes honeste et religiose «eo!«fndce c: Juvandos. In Collegio itaque non recipientur T^cerdotea qui animi mentisque virtutibus. aetate, preiperj valetudine, aliisque dotibus huic fini assequendo sint pires.

2 Supremus Collegii Praeses erit Praelatus pro Italis ad externa emigrantibus.

Tres sacerdotes ringulattm electi, unus ab Efflo Cardinali a Secretis S C. Consistorialis. aller ad Effio Cardinali Urtb Vicario, tertius a Praelato pro Iulis ad externa cmigrantihus. ecdt-m munere fungemur ac Deputati pro Senunariis.

1 Praelatus, supremus Collegii moderator, cum approbatione Cardinalis S. C. Consistorialis Secretarii ct Effli Urbis Vicarii, sacerdotem eliget, qui Rectoris Collegii munere fungatur: ciusque erit Collegium ipsum moderari prout Γ.1 :ur.s et officii est Rectorum Seminariorum./

4. Acceptatio uniuscuiusque sacerdotis pertinebit ad Praefatum pro Italis ad externa emigrantibus, qui. ante CttrJa. notitias de vita et moribus praesertim ab Ordinario eiuKfem sacerdotis quaerat; ct eos tantum in Collegio redpUt, qui conditionibus praediti sint in art 1 rvccn-

5 Sacerdotes qui in Collegio recipi cupiunt petitionem KripUm Praelato pro Iulis ad extorna emigrantibus exhibere debent, qua Indicentur uniuscuiusque patria, dioecesis, xtas. ČurrlcufU studiorum, munia quibus quisque in dioecesi functus sit aliaque requisita.

6. Statim ac aliquis sacerdos ingressus luerit. Rector certiorem faciet Eflùum Cardinalem Urbis Vicarium.

7. Significare poterunt alumni regionem, ubi malint munere fungi pro emigrantibus. Morem tamen gerent moderatoribus. qui ailler, iustis dc causis, statuendum consuerint.

8. Ordinaria mansio in Collegio erit unius anni, a medio octobrl ad mensem lullum anni insequentis Quod temporis spatium Iustis de causis Ln singulis casibus poterit prorogari.

9. Alumni quarto quoque mense periculum studiorum facient intus domique. quo suum in disciplinis progressum ostendant, et si quis deficiens inveniatur, potent ad propriam dioeccsim remitti

10. Alumni qui. quavis de causa, existimabuntur nor. idonei ad munus emigrantes adiuvandi. poterunt a Praelato supremo Collegii moderatore dimitti, iique dimissi Romae consistere prohibentur, sed in dioecesim suam redire debebunt.

11. Disciplinae institutionis et studii erunt:

a) Linguae exterae: anglfca. hispanica. lusitana. teutonics, iuxta regiones ad quas potissimum alumnus destinatur.

b) Jurisprudentia civilis, mores et consuetudines locorum iuxta idem critérium:

c) disciplina apologetica et pastoral«.

d) sacra Uturgia ct cantui ecclesiasticus;

e) elementa habendi ct reddendi rationes,

f) elementa hygienis et medicinae.

12. Sacerdotes, Collegii alumni, dum m Urbe maneant. subtecti erunt Effio Cardinali Vicario: et. quoad interiorem disciplinam. Praelato et Rectori.

13. Exacto tirocinio, mittentur ad exteras regiones ad Italos emigratos aliosquc. si opus sit. iuvar.dos. imus prius tractationibus inter locorum Ordinarios ct Praelatum Collegii Praesidem, et cum debito Sacrae Congregationis Consistorialis rescripto./ 311

14. Missio decem annos regulariter perdurabit: eaque perdurante saccrdMcs. tum quoad disciplinam ecclesiasticam et morum correctionem, tum quoad animarum curam, sublecti erunt Ordinario loci ad tramitem communis iuris Quotannis tamen de se et de suis rebus docebunt Praelatum pro Italis ad externa emigrantibus.

15. Sacerdotes, sive dum In Collegio in Urbe manent, sive dum in missione in extera regione versantur. Ordinarium suum in Italia non amittunt: nisi forte per incardinationem. servatis de iure servandis, exterae dioecesi cooptentur.

16. Expictis decem missionis annis, sacerdotes redire poterunt ad suam dioeccsim m Italia; aut. obtentis a Sacra Congregatione Consistorlali opportunis facultatibus, ubi degunt permanere. Eos vero redeuntes Ordinarii non recipiant uti alienos, sed uti proprios ac benementos. qui in exteris locis fidem et pietatem in Italica gente servare studuerunt. quique idcirco saltem indirecte, sed interdum etiam directe, suae originis dioecesi profuerunt Itaque lutta ratio de iisdem habenda erit quoties de muneribus et officiis seu beneficiis conferendis agetur.

Praelatus pro Italis ad externa emigrantibus constitutus est R. P. D. *Michael Cerrati,* Episcopus tit Lyddensis.

Collegium aliquot iam numerat alumnos, quamvis nonnisi jpaucos ante menses aedes instrui potuerint. Qui itaque Ordinarii, utriusque praesertim Ämerica ope indigeant aliquot sacerdotum in bonum Italorum apud se commorantium, eos postulare poterunt sive a Sacra Congregatione Consistoria!!, sive directo ab ipso Praelato huic Collegio praeposito.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregations Consistorialis. die 26 maii 1921.—C. Card. De Lai. Episc. Sabinen.. *Secr.* Aloisius Sincero. Adsesior

353

1921 IUN 3.-SACRA POEN., RESP. PART.·

DVBIA CIRCA MATERIAM PARU SCAPULARIS SS. CORDIS IESL'

Dubium - R mus P. Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sequentia pro solutione exposuit dubia circa < Signum » seu < Parvum, quod vocant. Scapulare SS. Cordis Ic<u ». 1 num. attentis litteris supplicibus Arrhlepiscopl Dublinensis atque Rescripto Pii Pp. IX. diei 28 octobris 1872. a S. C. inculg. die 18 decembris 187? ÎRAI n. 427 ;» »F31 recognito. parvum S'gnum Cordis tesu ita drbeat eve lana nlba confectum ut alui quabtnte telae, puta linea vel serica suffici non possit, sub poena amL<s;onfa Indui gentlarum?

X Quatenus affirmative ad primum dubium, quaeritur num, habita ratione Decreti S. Officii diei 16 decembris 1910 [AAS 3 (1911) 22-231. hoc quoque Signum, ad normam Scapularium suffici queat per numisma, de quo in eodem Decreto?

Resp. - Sacra Poenitentiaria Apostolica, re mature considerata, respondendum censuiL *Affirmative* ad 1 *Negative* ad 2

Quam sententiam, per infrascriptum Cardinalem Pocnitcntiarium Maiorem SS. D. N. Benedicto Pp. XV, in Audientia diei 3 iunii relatam. Sanctitas Sua adprobare dignata est

• AOMCap 41 (1925) 39. Ado. AOMCap 41 (1925) 39-40: *PrM* 14 (1925) 82-04.

1921 IUN 1l.-SC CONC. RESOL. AAS 13 (1921) 498-501

GNESNEN. et POSNANIEN.

Circa venationem clericis prohibitam poena suspensions

Die *11 iunii 1921*

Species eactl - Ordinarius Gnesncnsis supplici libello Commissioni pontificiae ad canones Codicis authentice interpretandos quae sequuntur exposuit: c NcH'occasione dell'esercizio della caccia da parte dei c mio clero Qiocesano si sono purtroppo introdotti coi c tempo certi abusi. Il mio prodecessore emano un c decreto in cui permise la caccia solamente sui terri- « torio appartenente al parroco. Ma poichè gli abusi « non cessavano. il clero prendeva parte alie *venatio-* « net *clamorosae,* ed in una di tali caccie un sacerdote ‹ (ds^razuuamente feri gravemente una persona, il Vi- • cario Capitolarc d'allora prohibi la caccia al clero i sub poena suspensionis ipjo *facto incurrendae.* Non- ‹ estante questa proibizionc alcunf sacerdoti cacciar.o ‹ sen a avere :1 permesso. prctenccndo che il Vesco· vo non abb:a il diritto di prohibire *totalmente* la caccia ed appoggiandosi al Codice, il quale dice nel can. 133: vrnationi/ *ne indulgeant, clamorosam autem* numauam exerceant. Alio scopo di togliere questi dubbi. prego la Commissione Pontificia per l'interpre'.azione del Codice canonico di voler rispondermi. se il Vescovo ha il diritto di proibire la caccia al clero sub poena suspensionis ipso *facto incurrendae,* anchc se questa caccia non fosse una venatio *clamorosa ».*

Verum eadem Pontificia Commissio rem ad hanc S Congregationem detulit pro expositi dubii solutione, utpote quae potius applicationem quam interpretationem canonum respiceret

AxnhUmxKQtaas. - Huic dubio videretur respondendum cum didlnctione. Non solum enim clumorosa venatio, at etiam quuta red *frequens* clericis vetatur lure communi per canonem 138 Codicis, quo ipsi prohibentur. " nc venaˮ tiom indufccant, clamorosam autem nuxnqu.im exerceant ". Ad rem ReitfénstüeL *Ius* can , Ub. 5, tit. 24. n. 6: ˮ Cum ' his luribus aliqua venatio procul dubio sit prohibita cle- " ricis, quieta vero et moderata, raro facta, sit licita per " dicta, certe «altem tumultuosa rt clamore nec non * cu'.cta sed nimis frequenter facta, erit prohibita *. Nec deneganda videtur Episcopo facultas inhibendi suis clericis venationem quoque quietam et rnodercîam. quae nempe raro 'Ul. praesertim si id exigant mores populi, qui secus r-andalum pateretur, ceu evenit ex. gr. in A^gha. Germania. Gallia et in nonnullis Italiae regionibus. Codex enim nullam m allegato canone positiwm dedit clericis licentiam venardi. sed mere vetuit clamorosam. ct nimis frequentem. Itaque Episcopus qui etiam minus frequenter factam prohiberet. nullam Codicis positivam permissionem offenderet R« immo agHur quae manifesto pertinet ad caput De vita *st hfmertate* clericorum, quae decretis Episcopi pressius ordinari consuevit et debet. Hinc S Carofus Borromacus, in «uo Crmrlllo provinciali anni 1565. part. 2 «Acta cedes Mcdiol, pari 1. pag. 19». de clericis loquens. absolute ait: • a venatione abstineant Concilium vero provinciale Co- Innimse anni 1Λ0. pag. 151. de clericis statuit: " ut pror- • sese a venatione abstineant, etiam atque etiam rr.one- • tr.us ## Ei Benedictus XIV. de ryn diocc . lib 11. cap. 10 n 9 referi qud " in aliquibus synedls quaecumquc ve- " naIlo est ecclesiasticis interdicta; in aliis «ola clanvnosa; - in quibu*dim a venatione prohibentur «olis diebus fertis " ln aliis nulla dic venari permittuntur sine Episcopi V.cen - tia; alicubi a venatione deterrentur poena suspensionis alibi sola poena pecuniaria **; ac concludit, n. 10; * dûq " posse nimiae severitatis nota aclspergl aynodalem constitutionem. ablegantem clericos, praecipue maiorum ont- " num ac ecclesiasticum possidentes beneficium, a VCfiAUonls exercitio. Etenim nonnisi temere reprehenditur " constitutio./ cui luris communis sanctiones et S. Can.1: " Borromaci auctoritas patrocinantur ". Pariter c). Werm. *Ius decret., II.* n. 214. V. haec habet: " Indubitatum lus est " Episccporum statutis dioeccsanis ... suis clericis etuis " *quietam* venationem *absolute* prohibendi, dummodo m " poenis infligendis a nimio rigore abstineatur ",

Qucd vere attinet ad poenas m clericos Illicite venatores infligendas, scitum quidem est quod in veteri ture. taxta caput 1. dc cicrxco *venatore,* desumptum ex ConalM Agathcnsl anni 506 (non nutem ex Concilio Aureliane&tl prout legitur in Decretalibus Gregoril IX). venatio clamarosa ct frequens interdicebatur sub poena suspensioni» Episcopo quidem per tres menses, presbytero per duos menses, diacono autem ab omni officio. Verum - praetermisso quod cL Berardi observat, agi in textu CcnclUl Agithensis, de venatione gladiatoria, quae fit in circo - tue poenae in desuetudinem abilssc videntur, eo vel magi» quod Concilium Tridenttnuin. sess. 24. cap. 12. *De reform^* mandavit clericis ut " ab illicitis venationibus .. abstl- " neant ", quin aliqua sanctione poenali hanc prohibitionem muniret Etiam hodiernus Codex clericos illicite venatores nulla poena plectit.

Hisce non obstantibus nil prohibere videtur uomlnus Episcopus adversus huiusmodI clericos poenas valeat, quum agatur de re non contra, sed luxta ius commune: nec dubitandum sit quin Episcopus possit canones prohibentes sub nulla definita poena» sanctione poenali communire (cfr. can. 2221). Attamen, iuxta praescriptum canonis 221S i 1. ln poenis decernendis servanda «t " aequa] >rtio cum delicto, habita ratione imputabilitota. " scandal ct damni ". Unde Santi-Leitncr, *Praelcct. iurit* can . vol. 5. pag. 164. ad rem monet *Episcopus* caveat » " nimio rigore, praesertim pro prima vice, nec contra ve- " natores ericds statuat excommunicationem latae sententiae aut irivationem clericalis privilegii. Ita respondit S " C. Cone il in Assistens!, 16 martil 1632. in Eugubina, 15 " ian. 1669 et in aliis non paucis quaestionibus relatis i " Lucio Ferraris. Bibi, can., v. Clericus, art 6. n. 35 *.

Idcirco videretur quod Episcopus posset quidem punire clericos venationi clamorosae et tumultuosae vacantes suspensione a divinis etiam *latae sententiae,* tum quia haec venatio est clericis rigorose et absolute a Codice prohibita per illa canonis verba ~ venationem clamorosam nunquam " exerceant ", tum quia ipsa omnino dedecet statum clericalem praesertim ob grave periculum occisionis vel mutilationis. Ex adverso sufficere videretur suspensio a divinis *ferendae sententiae* in clericos venationem quietam ct frequentem exercentes, quum hacc venatio minus rigorose clericis prohibeatur a Codice illis verbis: ** vena/tioni ne " Indulgeant ". atque in singulis casibus quaestio instituendi esset dê frequentia vel minus venationis peractae. Denique venatio quieta et moderata, quae nempe raro fit. necessitatis. ul ilitatis vel etiam animi relaxandi causa, non videretur plecti posse tali poena quae supponit mortalem culpam, quam nemo dixerit singulos actus venationis quietae cor,· tir.ere: sed ad rem sufficere remedia poenalia vel poenitentias. quae canonibus 2306 et 2313 statuuntur. Agitur enim in casu dc venatione per sc licita et nonnisi per aeddenf prohibita, propter scandalum praesertim fidelium.

Quare, etc.

Resolutio. - Porro, proposito in plenariis Emorum ac Rcvntorum S. C. Concilii Patrum comitiis diei 11 iunn 1921. dubio in hanc formulam concepto: « An Epi- ‹ scopus prohibere possit suis clericis venationem etiam « non clamorosam. poena suspensionis ipso facto in· ‹ currenda »*, iidem Emi Patres respondendum censuere: ‹ *Negative,* nisi * graves et speciales adsint ratio- « nes ».

Facta autem postridie de praemissis SSrno Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione per infrascnptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.—I. Mo r i, *Secr.*

Adi». J. CREU5EN ln NrT 49 (1922) 154; IP 1 (1921) ME 34 (1922) 5-6; PrM 10 (1922) 354 D.

1921 IUN 13.-SC PROP. FIDE, RESP. PART

CracA ADMINISTRATORES IN REGIONIBUS MISSIONUM

Consultores pro adminlstrationc iidem esse possunt quam misjionani electi pro Consilio Missionis. Resp l raef. S. Congr. de Propaganda Fide 13 iun. 1921.

• Primu» Concilium 5<n,ncC n 82 p, 53.

quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut praesentium Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesistica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides aohibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix iunii mcmxxi. Pontificatus Nostri anno septimo.—P. Card. Gasparri. α Secretb Status.

Adn. PrM 10 (1922) 341.

362

1921 IUN 19.-BENED. XV, LIT. AAS 13 (1921) 416-417

GENERALE SEU COMMUNE MANDATUM APOSTOLICUM FIT SEMEL PRO SEMPER LOCORUM ORDINARIIS PRO BENEDICTIONE ABBATUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam.—Pro benedictione Abbatum duplex in Romano Pontificali formula habetur: alieni pro benedictione auctoritate Apostolica, altera autem pro benedictione Ordinarii auctoritate peragenda. Postrema adhibenda erat in benedictione Abbatum, qui ab Ormnarii loci iurisdictione exempti non erant, quique proinde proprio Ordinario loci sublectionem et obedientiam In ipsa benedictionis caeremonia promittere tenebantur. Prior vero formula assumebatur, prouti adhuc in praesens assumitur, in benedictione Abbatum exemptorum, quorum quidem benedictio vel in Curia Romana fit, vel de mandato Apostolico extra Romanam Curiam peragitur, quin loci Ordinario, de cuius potestate exempti sunt, sublectionem et obedlentiam promittere debeant. Quoniam vero omnes Ordinis Sancti Benedicti confoederat! Abbates palmario exemptionis privilegio gaudent, quod, praeter innumeras antiquas leges identidem editas, etiam nuper promulgatus iuris canonici Codex confirmat (can. 615), horum Abbatum benedictio semper auctoritate Apostolica peragitur. Sed cum ipsa benedictio saepius extra Romanam Curiam sit impertienda, peculiare in singulis casibus Apostolicum mandatum debet exquiri, quod generaliter dirigitur ad Episcopum, cuius in dioecesi futurum benedicendi Abbatis coenobium reperitur, nisi agatur de Abbate nullius dioecesis benedicendo, aut peculiare privilegium adfuerit a quolibet Episcopo benedictionem recipiendi. Codex enim, cum hac in re integre ius antiquum referat, a mandato Apostolico impetrando non eximit, neque illud dc iure confert Episcopo dioecesano, sed enunciati mandati necessitas, sicuti antea, permanet. Considerata vero Ordinis Sancti Benedicti ubique terrarum propagatione, cura in pluribus casibus et a longinquis etiam regionibus ad Sanciam hanc Sedem recursus pro mandato Apostolico fieri, atque interea benedictio longum per tempus differri debeat, dilectus filius Fidelis de Stotzingen. Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti, totius Ordinis Bénédictini confoederat! exprimens vota, pro benedictione omnium Abbatum Ordinis eiusdem extra Romanam Curiam impertienda, generale seu commune mandatum Apostolicum, semel pro semper, enixis preci-
4K bus Nos flagitavit Nos autem, omnibus/ rei momentis attento seduloque studio perpensis, ut inclytus et vetu-«tisyimus Ordo, a monachorum occidentalium Patriarcha in Ecclesiae bonum et columen constitutus, novum nanciscatur Pontificiae benevolentiae pignus, enunciati Abbatis votis annuentes, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, pro omnibus Ordinis Sancti Benedicti confoederati Abbatibus, in posterum, extra Romanam Curiam benedicendis, ubique terrarum, generale seu commune mandatum Aportolicum ad Episcoporum dioecesanum respectivum directum. semel pro semper, largimur, quod ad ritualem *Pontificalis* interrogationem « habetis mandatum Apo-I ‡tolicum' > legi possit. Ad haec, quoniam dioeccsani Episcopi nonnumquam impediti sunt, quonimus benedictionem abbatialem opportuno tempore impertiant, concedimus ut, firmis peculiaribus privilegiis, non solum Abbates nullius, de quibus mentio fit in can. 322 § 2; 323 I 1. nec non Abbates quorum monasteria reperiantur intra fines alicuius dioecesis nullius, sed etiam ceteri Abbates Ordin's Sancti Benedicti confoederati praefatam benedictionem recipere valeant a quolibet Episcopo cum hac Sancta Sede Apostolica communionem habente. quoties sedes episcopalis vacaverit, vel quoties in scriptis constiterit. Episcopum dioecesanum aut legitime impeditum esse, quominus eam ipse conferat, aut confensum suum ad hoc dedisse. Praecipimus vero, ut in sollemni benedictionis caeremonia Abbas benedicendus debttae fidelitatis iugiter servandae consueto iureiurando se adstringat.

Haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere. suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, iliisque ad quos pertinent sive pertinere ptferunt, nunc ct in posterum amplissime suffragari: sxque nte iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a

363

1921 IUN 22.-SC RIT.. DECR. AAS 13 (1921) 363-364

Pa TRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE PRIVILEGIUM DE MISSIS SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI EXTENDITUR

Ad humillimas preces Rmi Capituli Vaticanae Basilicae Sancti Petri de Urbe, amplissimo Enïi Dni Cardinalis Archlpresbyteri consensu communitas, et ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatas. Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV. eximiam antecessorum Pontificum munificentiam aemulatus ct pietatem in Beatissimum Petrum Apostolorum Principem et Christi Vicarium, per quem pastorem ovium eiusque successores Pontifices et Sanctam Sedem Roma caput orbis effecta, religione divina latissime patet ct praesidet, singulare privilegium ex litteris in forma Brevis datis 17 iuni: 1836 [Ad Beatissimi Principis diei 17 Iul. 1836. Acta Greg. XVI v. II p. 1371 ct decreto S. R. C. diei 9 februarii 1838 elargitum Missae de Ss. Apostolis Petro et Paulo eidem Basilicae ad ipsorum Altare in hypogeo erectum quod 364
Maiori Pontificio Altari subest. propensa voluntate et Apostolica auctoritate ita moderari et amplificare dignatus est; nimirum:

I. Ut in Missis dc Ss. Apostolis Petro et Paulo quae in supradicto Altari cryptae celebrantur, non solum eorum die festo et per octavam, sed etiam in aliis Missis, quae de die octava vi iulii ibi permittuntur toto anni tempore, exceptis diebus Epiphaniae, Dominica Palmarum, Maioris Hebdomadae. Paschatis Resurrectionis. Ascensionis, Pentecostes. Ssmae Trinitatis, Ssmi Corporis Christi, Nativitatis D. N. I. Q ct Assumptionis B. M. V., omnibus et singulis sacerdotibus celebrantibus liceat addere *Gloria* et *Credo.*

II. Ut privilegium huiusmodl Missae dc Ss. Apostolis Petro et Paulo cum *Gloria* et Credo extendatur ad tria Altaria eiusdem Basilicae, nempe Cathedrae S. Petri Ap., Ss. Simonis et ludae App. et Ss. Processi et Martiniani Mm., ita tamen ut eo frui valeant tantum: 1) Erfn S. R. E. Cardinales; 2i Archiepiscopi et Episcopi aliique Ordinarii locorum qui, iuxta canonum Codicis luris canonici praescripta, ad Urbem. SS. Apostolorum Petri ct Pauli sepulcra veneraturi, accedunt ct Romano Pontifici se sistunt; 3) Sacerdotes peregrini in ecclesiastica dignitate constituti, ct duces peregrinorum ad Basilicam visitandam turmatim confluentium et 4) Neopresbyteri intra quindecim dies a sacra ordinatione susceptа computandos.

IIΓ. Quod extensionis privilegium adhiberi poterit singulis anni diebus, exceptis tamen festis duplicibus I et II classis. Dominicis aliisque Festis de praecepto servandis, necnon Feriis» Vigiliis ct Octavis I et II ordinis. quae smt ex privilegintis. Servatis demum Rubricis aliisque servandis.

Praesenti decreto in perpetuum valituro. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Die 22 iunii 1921— A Card. Vico, Fp Portucn. et S. Rufinae. S. R C. *Praef.* Alexander Verde.

Adn. 1. FAUWELS h> PrM 10 (1922) 36S-3C9

3«

1921 IUL 2.-SC REL., RESP. AAS 13 (1921) 481-482

Dubia de celebratione capituli generalis
IN CONGREGATIONIBUS IURIS DIOECESANI

Huic Sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praepositae· circa celebrationem Capituli GeneraUs in Congregatione iuris dioecesani, proposita fuerunt dubia quae sequuntur

I. Utrum ad Ordinarium domus principis Congregationis religiosae iuris dioecesani. quae iam per plures nioeceses diffusa est, spectet ius statuendi locum ubi Capitulum Generale celebrandum sit; an potius ad Moderatricem Generalem?

II. Utrum eidem Ordinario, de quo in praecedenti dubio, competat praesidere electioni Moderatricis Generalis eamque confirmare vel rescindere; an potius spectet ad Ordinarium loci in quo electio peragitur ?

Porro Emmentissimi Patres Cardinales, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 17 lunii 1921, re sedulo
462 perpensa, respondendum consuerunt prout sequitur:

Ad I. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam ad normam canonum 162 el 507.

Ad Π. Ncpatice ad primam partem, *affirmative* ad secundam iuxta canonem 506 § 4.

Facta autem relatione SSmo Domino Nostro Benedicto divina Providentia PP. XV a R. P. D. Abbate Secretario in Audientia diei 25 eiusdem mensis et anni. Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum decisionem seu responsionem approbavit atque publici iuris fieri mandavit

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die secunda iulii 1921.—Th. Caro. Valfrî di Bonzo. *Praef.* Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B. *Secr.*

Adn. J CREUSEN in NrT 49 (1922) 44-45; Ph. MAROTO in CpR 2 (1921) 322-329. REGATILLO n. 250: IP 1 (1921) 10-11; P/M 10 (1922) 360361.

1921 IUL 4.-SC SACK. INSTR. AAS 13 (1921) 348-349

Instructio ad ret.mos ordinarios uxorum super probations **STATUS LIBERI AC DENUNTIATIONE INIΠ MATRIMONII**

Iterum conquesti sunt haud pauci Ordinarii locorum quod parochi, praesertim in exteris dissitisque regionibus ad quas frequentes demigrant ex Europa opifices. horwn aliquando matrimoniis assistant, quin praescripta iuris tum de statu libertatis tum de initi matrimonii denuntiatione rite serventur; ex quo fit ut non raro novum contra fas attentetur matrimonium ab iis qui adhuc priore vinculo adstringuntur.

Ad huiusmodi malum praecavendum, quo sacra familiae Christianae iura pessumdantur, parentes vinculis damnationis illaqueantur, et filii perversionis periculo facile obiiciuntur, haec Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum die 0 mensis martii anni 1911 Instructionem Ordinariis dedit, quae in Commentario Official: Acta Apostollcae *Sedis,* voL III. pag. 102, sub dic 15 eiusdem mensis evulgata est [AAS 3 <1911) 102-103).

Verum ne quis, in negotio tam gravi, huic Instructioni aliquid a Codice iuris canonici derogatum esse putet. Emi Patres huius Sacrae Congregationis in generali conventu die 26 mensis iunii currentis anni habito, eam. Ipsius Codicis praescriptionibus «uffuitam. Ordinariis iterum sequentis tenoris daneam censuerunt

1. Ordinarii in parochorum memoriam revocare satagant haud licere ipsis adstarc matrimonio, ne praetextu quidem ct intentione avertendi fideles a turpi concubinatu, aut praecavendi scandalum coniugt». quod vocant, civilis, nisi constito sibi legitime dc Ubero statu contrahentium, servatis de iure servandis (can. 1020 ct 1097 1 1, n. 1. Cod. lur. can.), Ildcmquc moneantur ne omittant, ad normam can. 1021. baptismi testimonium a contrahentibus exigere, si hic in alia paroecia fuerit •His collatus.

2. Vi can. 1103 § 2 parochus qui matrimonio interfuit ad parochum baptismi transmittere festinet initi contractus denuntiationem, quae, ut/ praescripta eiusdem canonis rite serventur, contineat oportet coniugum corumque parentum nomina et agnomina, aetatem contrahentium. locum diemque nuptiarum, testium pariter nomina et agnomina, denique ipsum parochi nomen et agnomen una cum parochiali sigillo.

Accurate autem edoceatur de paroecia, de dioecesi, ac de baptismi coniugum loco; celeraque alia serventur quae ad scripta per publicos portitores tuto transmittenda pertinent.

3. Quo securius sive testimonium de statu libero a parocho nupturientium habeatur, sive denuntiatio de secuto matrimonio ad parochum baptismi perveniat, parochi haec documenta petant vel transmittant per cancellanam Ordinarii loci.

4. Id autem perpendant parochi oportet, aliqua huiusmodi opificum emigrantium matrimonia, quasi vagorum matrimonia habenda esse, quibus, iuxta can. 1032. *parochus assistere non debet nisi debitam lictutiam assistendi ab Ordinario loci obtinuerit.* Quod si de vagis non agatur, tamen difficulter quoad alios emigrantes *abest dubium de existentia impedimenti,* ideoque, iuxta can. 1031 § 1 n. 3, parochus *eorum matrimonio assistere nequit inconsulto Ordinario;* habito etiam prae oculis praescripto can. 1023 § 2. Hisce de causa haec Sacra Congregatio iubet et mandat ut parochi matrimoniis fidelium de quibus agitur in hac Instructione non assistant, excepto casu necessitatis seu potissimum periculo mortis, inconsulto Ordinario loci.

5. Si forte accidat ut, adhibitis etiam cautelis de quibus in n. 1, baptismi parochus in recipienda denuntiatione matrimonii comperiat alterutrum contrahentium aliis nuptiis iam esse alligatum, rem quantocius significabit. per cancellariam Ordinarii, parocho contra fas attentati matrimonii.

6. Ordinarii sedulo advigilent ut haec praescripta religiose serventur, horumque violatores, si quos repererint, curent ad officium revocare, adhibitis etiam, si opus sit. canonicis sanctionibus.

SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV in audientia habita ab infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis die 26 iunii 1921 hanc Instructionem approbavit et confirmavit, eamque ab omnibus quibus spectat servari mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. C. de Sacramentis, die 4 iulii 1921—M. Card. Lega, *Praef.* A. Capotosti, Ep Thermen., Secr.

A±-s. REGATILLO n. 498; PrM 10 (1922) 351-352-

366

1921 ILL 8.-SC RITUUM. RESP. AAS 13 (1921) 391

DUBIUM

Dubium circa missam votivam sacratissimi cordis nsu
PRIMA FERIA VI MENSIS

Sacrorum Rituum Congregationi propositum est dubium: < An feria sexta post Octavam Ascensionis, sl « iuxta Rubricas fiat Offiicium et Missa dc ea. et si- t mul occurrat prima feria sexta mensis, celebrari va- c leat una Missa Sacratissimi Cordis lesu. tamquam c votiva solemnis, iis in ecclesiis in quibus mane pera- « guntur devota exercitia in honorem eiusdem Sacra- < tlfsimi Cordis lesu? ».

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, re sedulo perpensa, ita rescribendum censuit:

< Attentis Rubricis Missalis nuper editi tit II, n. 3. « atque Decretis S. R. C. 4084 Vallisvidonis diei 29 no < vembris 1901 et 4093 Romana dici 26 martii 1902 ad 3. « Missa In casu erit dicenda de feria sexta post Oeta- ▮ vam Ascensionis, quae aequiparatur Festo Christi Do < mini, cum iisdem tamen privilegiis Missae votivae « solemnis. cum cantu vel lectae, de Sacratissimo Cor- » dc lesu. pro re gravi, iuxta declarationem seu Decretum S. R C. 4271 Bnionen. diei 8 iunii 1911, r II ». Atque ita rescripsit ac declaravit.

Dic 8 iulii 1921.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. R. C. Praef. Alexander Verde, *Secr.*

Adn. I PAUWEL5 m PrM 10 (1922) 370-371; EL 35 (1921) 348-349.

367

192! IUL 9.-SC CONC. RESOL. AAS 13 (1921) 501-504

DIOECESIS N.

Circa stipendia missarum quae alus traduntur cantandae

Die 9 iulii 1921

Species facti. - In dioecesi N., obruti sollicitationibus etiam importunis Missarum cantandarum, sacerdotes triplici ratione satisfacere conantur oblatoribus, qui aegre ferunt ut Missae ab ipsis oblatae non acceptentur, vel ut foras mittantur. Etenim, obtento consensu oblatorum. vel: a) pro pluribus Missis cantandis, una sola sollemnior in *ecclesia paroeciae pro coniunctis intentionibus* cantatur, ceterae autem Missae foras mittuntur ad coniunctas pariter intentiones legendae, soluta pecunia secundum taxam dioecesanam. Maior itaque pan stipendiorum addicitur illi soli Missae cantatae.
502 [ta ut. ex relatione Episcopi, celebrans et assistentes/ vere ditescendi occasionem liabcant, praesertim cum saepe multum ultra taxam ab oblatoribus detur. Vel b) una Missa *sollemnis* cantatur in ecclesia paroeciali pro omnibus intentionibus receptis, cui stipendium addicitur taxa dioccesana pro cantatis Missis definitum, et reliqua pecunia piis operibus tribuitur. Vel c) una Missa cantatur sine solemnitate, pro coniunctis intentionibus, suznpto stipendio secundum taxam dioecesanam, et reliqua pecunia bonis operibus deputatur.

Primae rationi agendi. Episcopus obiicit periculum avaritiae; duabus aliis, suppressionem plurium Missarum. ct incertam qualitatem operum quibus pecuniae destinantur. Omnibus autem rationibus obiicit coactionem quamdam moralem, quam subire videntur oblatores. etiam quando praerequisiti dant consensum.

Itaque proponit ut ratio ista coniungendi plures intentiones prorsus deseratur, sed simpliciter tot Missae dicantur quot fuere requisitae, facta, consentientibus oblatoribus, divisione stipendiorum, ita ut etiam Missae quae alio mittantur legendae, dum debuissent cantari, fruantur, pro rata parte, lautiore stipendio.

Haec porro dubia H. S. C. solvenda proponit: ‹ 1. Utrum liceat, consentientibus oblatoribus» componere duas vel plures intentiones Missarum cantatarum, c ita ut una Missa cantata celebretur ad intentionem ‹ unitam In ecclesia oblatorum, ceterae vero ad intentionem unitam legendae tradantur sacerdotibus exteris.

‹ 2. Utrum liceat, consentientibus oblatoribus, duas ‹ vel plures Missas cantatas ita coniungere. ut una tan- ‹ tum Missa cantetur (cum maiore sollemnitate) ad in- ‹ tentionem ex oblatis compositam, pro qua stipendium • iuxta taxam dioecesanam sumatur, ceterum vero im- ‹ pendatur pro piis operibus ».

Vonnn Consultoris. - I. *Applicanda principia* haec fere rant:

a» Nemini licet onera Missarum suscipere quibus intra tempus debitum non possit eo ıβή Io satisfacere qui in aceeptotlor.c tacite promissus est. Hoc vetat ipsa iustitia naturalis, cuius praescriptum sedulo distinguendum est a recula positiva quae can. 835 statuitur.

b» Quot stipendia data et acceptata fuerint, tot Missae d.'«Edae sunt ican. 828i,

c» Cum transferuntur Missae manuales, eleemosynae tcceptae integre transmittendae sunt, nisi oblator expresse permittat aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam datum fuisse intuitu persanae (can. 840 il).

d» Ultro oblatum maius stipendium accipere licet
*3 «ean. 832»./

ei Oblator in mutandam pactionem consentire potest dummodo ipse sit dominus rei. nec v. g. qua heres vcl exsecutor testamenti, voluntate testatoris ligetur: et. quando igitur de iure quaesito tollendo, omnino libere consentiat

II. fkdtoiunj *dc* prari *exposita:*

‹2› Si istac compositiones proponuntur oblatoribus de lam acceptis, imprudenti sua acceptatione sacerdotes pxcarunt contra principium sub littera ‹n recitatum. Nec ribuquens consensus oblatorum iam satis liber videtur d quadam coactione morali, quae prorsus illicita est

b› SI vero in Ipsa prima tractatione eaedem proponuntur. non licet tamen pro Missa cantata, vel simpliciter sollemnius. addicere stipendium ultra congruam taxam czecttanam: deficit enim ultronea maioris stipendii oblatio. Conversio autem stipendiorum in alia pia opera videtur Urita. dummodo sincere procedatur, et oblator plene domical «t suae eleemosynae.

Inde, si ad ipsa dubia missa, ex solo praescripto legis. formahter respondendum foret, si: videretur respondendum:

Ad I. *Affirmative,* dummodo:

a) Missae quae cantatur tribuatur stipendium qu^d pro una Missa cantata receptum est. addito, si maior fiat sollemnitas, supplemento quo taxa dioccesana vel usu locorum definitur.

bl Missis legendis tnbuatur stipendium secundum taxam dioecesanam

c) Restituatur oblatoribus quod plus solverunt pro cantu Missarum quae non erunt nisi lectae.

Ad II. *Affirmative,* dummodo obiator dominus sit. vere consentiat, et dummodo sincere procedatur, nec aliqua negotiatio aut negotiationis spccics dissimuletur.

At satisne erit tale responsum mere formale, cum îpse Antistes, omissa iuris quaestione, pericula acusionum denuntiet et de meliore ratione rem componendi sit sollicitus? Potius aliter practice respondendum videtur. s:cut statim dicetur, post brevem hanc animadversionem dc modo proposito a RlTlo Antistite: modus nempe iste hac parte peccare videtur, qua Missis lectis stipendium assignare censetur quod pro Missis cantatis oblatum erat, vcl saltem ab hac distinctione facienda abstinet.

III. Conclusio *practica:*

Ex facti specie itaque tota difficultatis caum ea esse videtur. quod, ab uno oblatore m casu tot Musae cantandae assumuntur. ut aliis obla/toribus nullum fere locum iam ĕs x h sinant. Hi tunc omni modo instare incipiunt, dc impossfa.-litate obtinendi Missas conqueruntur et sacerdotibus m. ra lem faciunt necessitatem recurrendi ad ccmp ditiones, ut Filures saltem quadanlenus contentos reddere queant. Si rei ta se habet, haec suggerenda videntur, ut, observato car. 836. a singulis oblatoribus nen accipiantur nimis multae Missae cantandae in ipsa ecclesia, atque ut Missae cantandae quae transferuntur, transferantur ut *cantandae.* vt> Missae legendae addantur eo numero qui respondeat excessui stipendiorum pro Misais cantandis receptorum. nUi S. Sedes permittat ut excesus iste piis dioecesis operibus assignetur. In hunc sensum super prepositis dubiis meni Sacrae Congregationis m casu aperienda videtur.

Quare, etc.

Resolutio. - Sacra Congregatio Concilii, m plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis habitis in Palatio Apostolico Vaticano, d:e 9 iulii 1921, omnibus attente perpensis, respondendum censuit ‹ *Ad mentem.* Mens « est ut Ordinarius prudenter studeat relatam praxim « submovere; et, ad normam can. 836 Codicis iur. can., « fideles moneantur per tabellam in sacrario loco pa- « tenti positam, non omnes Missas cantatas ob efflucn- ‹ tem eorum numerum in ecclesia paroeciali celebrari « posse, sed alibi superexstantes mitti pro celebra- • tione ».

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Benedicto Pp. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in audientia insequentis dici, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est—L Mori. Secr

Arfn J CREUSEN in NrT 49 (1922) 153; ME 34 (19221 52-53; PrM 10 (1922) 354 E.

368

1921 IUL 9.-SC CONC. RESOL. AAS 13 (1921) 534-537

DIANEN.

Iuris funerandi inter capitulum et parochos

9 iulii *1921*

Species facti. - Quatuor parochi civitatis Dionens!s recurrentes, de Ordinarii consensu, ad hanc S. Congregationem. decertant adversus Capitulum cathédrale de iure funerandi ex parte Ipsius Capituli absque obligatione solvendi parochis portionem canonicam. Allatis nimirum testimoniis Capitulum probare intendit exercitium dicti iuris ex quo. per Constitutionem apostolicam diei 25 septembris 1850. exsecutioni demandatam decretis diei 7 Iulii 1851, ipsa dioecesis DianensU erecta fuit: ex tunc enim praetendit ecclesiae cathedralis Capitulum sese ad solam heredum vel parentum petitionem funerasse defunctos in qualibet ex novis erectis in civitate paroeciis, vel insciis et inauditis parochis. quin ullam quartam funerariam ttsdem persolveret.—Contrariis testimoniis parochi contendunt enunciatam praxim solummodo ab anno 1916 pro bono pacis ct ad vitanda scandala toleratam ab ipsis fuisse nunc vero postulant ut etiam in civitate Dianens: notissima ea super re praescripta Codicis serventur.

Causa dc more actitata, et instantibus enixe partibus ut res ad plenariam deferatur, quaeritur In praesenti: An et *quomodo* ius *funerandi competat Capitulo cathedrali in casu./*

535

Ammasver moxe». - Quum parochi evidenter intentionem suam habeant in lure fundatam, et Codicis canonibus aperte confirmatam, onus iam recidit m Capitulum probandi quo iure et Utulo particulari talla funera peragat, quae de iure communi ad parochos defuncti pertinet. Ad rem Capitulum haec argumenta affert:

« Porro in hac editione nihil non canonicum nullae « ad marginem concordantiae (quae posthac inibi apponi c non prohibentur) nullae notae, nullae variae lectiones, « nullae denique praefationes. Sed sicut Apostolica c Sedes industriam eorum non damnat, qui concordsn-< tias locorum, varias lectiones, praefationes S Hiero-« nymi et alta id genus in aliis editionibus inseruerunt; « ita quoque non prohibet, quin, alio genere rhanicterh» < ln hac ipsa Vaticana editione elusmodi adiumenta pro c studiosorum commoditate atque utilitate ln posterum « adiiciantur: ita tamen, ut lectiones variae ad margi-« nem ipsius textus minime adnotentur ».

Quum autem sint qui putent ultimis hisce verbis prohiberi additionem variarum lectionum non solum in margine laterali, verum etiam in inferiore rcu ad calcem textus, quaesitum est a Pontificia Commissione Biblica: utrum liceat In editionibus versionls Vulgatae tam Novi quam Veteris Testamenti lectiones varias a Pave huiusmodi studiosorum adlumcnta ad calcem textus adiicere?

Re examinata. Pontificia Commissio Biblica respondit: *Affirmative.*

Quam resolutionem SsiTius Dominus Noster Benedictus Pp. XV in audientia diei 17 novembre 1921 ad·probaro dignatus est.—Henricus Laurentius Janssen?, O S. B., Ep. Belhsaicen^ *Consultor* ab Aeiif.

Ada. PrM 11 (1922) 4B.

1921 DEC 1.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

De **CONFESSARIO OCCASIONALI** religiosarum adeundo

Dubio ab Amplitudine Tua proposito huic S. Congregationi circa dispositionem can. *522* CJC. videlicet:

c Quomodo se gerere debeant religiosae, quae in propria communitate degentes ad suae conscientiae tranquillitatem, inscia antistita, adire velint confessorium ab Orainano loci pro mulieribus approbatum? »

Haec S. Congregatio haud respondendum esse censet, cum agatur de casibus practicis, qui ex Doctorum sententiis solvi possunt.

Attamen opportunum duco, cum A. T. communicare votum Rmi. P. Consultoris, qui de eadem re sententiam rogatus, ita responaendum censuiL

‹ Canon *522* permittit quidem, ut religiosa utatur occasione, si quae se dederit, adeundi, ad quietem suae conscientiae, quemlibet confessorium pro mulieribus approbatum, kque etiam inscia Antistita: nullo pacto autem, sive antistitae, sive Ordinario officium creat talem occasionem procurandi: ac multo minus ideo quidquam mutandum est in disciplina clausurae vel in constitutionibus. Ad dubium vero:

« quomodo se gerere debeant religiosae, quae, in propia communitate degentes, ad suae conscientiae tranquillitatem, inscia Antistita, adire velint Confessarium ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum?

respondentum esse censeo:

‹ occasionem exspectent, qua. nulla violata regula dc egressu, id facere queant: ac patienter ferant, nullam talem se ipsis offerre.»

Haec a me significanda erant Amplitudini Tuae, cui omnia fausta adprecatus a Dno. peculiari obsequio permane Amplitudini Tuae addictissimus.—Maurus M. Serafini. Abb. O. S. B., *Secr.*

* **Mtarfo Osrabrwçcnil.Prol N. 1884*21: AKKR 102 (1922) 34 A4n REGATILLO a 251.**

1921 DEC 2.-8C PR. FIDE, INDULT. AAS 13(19211565

Privilegium anticipandi matutinum cum laudibus conceditur **SACERDOTIBUS FIAE UNIONIS CLERI A MISSIONIBUS ADSCRIPTIS**

RESCRIPTUM

Ex audientia Ssrni diei 1 decembris 1921: Sanctitas Sun. ad relationem infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis dc Propaganda Fide Praefecti, benigne dignata est concedere ut singuli sacerdotes qui nomen dederint aut daturi sint in posterum Piae Unioni Cleri a missionibus, anticipare possint vel a meridie recitationem Matutini cum Laudibus subsequentis diei, dummodo tamen officium diei iam persolverint

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 2 decembris 1921.—G. M. Card. Van Rossum, Praef. Petrus. Archlep. Diocletanus, Secr.

Adn. l C in PrM 10 (1922) 359

1921 DEC 10.-SC CONCILII. RESOL. PART.·

DIOECESIS M.

DE FUNDATIONIBUS MISSARUM ADMINISTRATIS A CONFRATERNTTATLBUS erectis in ecclesiis reugiosorum

(Per *summana precum)*

L'Ordinario di M. riverentemente espose alia Sacra Congregazione dei Concilio:

« Che con rescritto della Sacra Congregazione dei ‹ Concilio del giorno NN. n. N., venne autorizzato a fare una fusione dei legati dl Messe fondati nella ‹ sua diocesi, per ciascuna parrocchia o centro, di ma- « niera che TUfficio incaricato per la distribuzione di « Messe, commette ai diversi sacerdoti la celebrazione ‹ di un determinato numero di Messe con l'intenzionc e *ad mentem fundationis prout de iure.*

« *Che onde* mettere in pratica tale fusione VOratore ‹ venne pure munito, mediante ll succitato rescritto. « della dispensa dagli obblighi di tempo e di luogo, fer- ‹ ma Tosservanza uell'Altere p.-iv:lcg-ato.

‹ Atteso pertendo il permesso, non che la dlmmu- ‹ zione dei numero dclle Messe, quale necessaria c conseguenza dell'aumento dell'clemosina. come stabl- « lite per l'altro decreto della Sacra Congregazione • Concistoriale dei 7 settembre 1919 [LE 189 sub die « 29 iunii 1919). per cui se ebbe pure una marcata ‹ deficienza nelle Messe manuali, riverentemente co- « manda a cotcste Sacra Congregazione:

« I. Le fondazioni di Messe amministrate da Cod- • fraternitate soggette all'Ordinario, ma erette neUe ‹ chiese dei Religiosi, debbono essere comprese con ‹ quelle per le quali si ottenne la fusione e quindi c ancora la relativa dispensa dagli obblighi di tempo « e di luogo?

« In caso affermativo.

‹ П. a) La celebrazione di dette Messe dev'esscre « riservate ai religiosi, quando la fondazione non chia· « ma direttamente i Religiosi per dette celebrazione ma « assegna soltendo la loro chiesa? E in caso negativo ‹ ad α):

« b) Dove nella fondazione non si parla nè di per- « sone nè di luogo. ma si affida unicamente famini- ‹ nistrazione alia Confraternita, puô l'Ordinario disporre « della celebrazione delle Messe a favore dei clero se- **t** colare? Inoltre.

c) Per le Messe non fondate, solite commettersi da « dette Confraternité, e per quelle che vengono cele- « braie per confratelli e consorelle defunti, come deve ∎ diportarsi l'Ordinario, puô egli disporne a favore del « clero secolare, o deve riservarle pei Religiosi nella « cui chiesa è eretta la Confraternita? ».

Quare, etc.

Gli E.mi Padri, nella plenaria dei 10 dicembre 1921 rescrissero:

Ad primum: *Negative.* Ad secundum: *Provisum* in primo.

La quai risposte fu confermate dal S. P. e comuntcate successivamente all'Ordinario.

• ME 39 (1927) 257-258. Adn. Ph. MAROTO In CpR 8 (1927) 430-431: ME 39 (1927) 258-259.

383

1921 DEC 17.-SC REL., INDULTUM. PART.·

Probatur consuetudo ordinis ss. trinitatis intimandi **ELECTO ELECTIONEM POST FACTAM CONFIRMATIONEM**

Preces - *Beatissime Pater, P. Fr.* Francisais Xaverius ab Immaculate Conceptione, Minister Generalis Ordinis SSrr.ac Trinitatis Excalceatorum ad S. V. pedes humillime provolutus exponit: quod ex consuetudine plus quam centenaria et immemorabili in Ordine praefato electio alicuius in quodque munus Superioris electo non intimatur statim post electionem iuxta recentem canonem 175. sed solum post electi in munere confirmationem. — Petit igitur ut in posterum idem fieri valeat — ₮ quia cx recenti Iuris praescriptione plura Ordini mala obvenire possunt; namque religiosi ad sustinenda Superioratuum onera aptiores, digniores et probiores. spirituale propriae animae detrimentum metuentes, electioni facile renuntiant, quo omne ius ex electione quaesitum amittunt (can. 176, 5 1). nec proinde in munere ad quod electi fuerunt, confirmari possunt eo quod facte renuntiatio efficax est seu statim effectum Juridicum sortitur, nec reiici potest; minus vero apti et digni ac imperfectiores libentissime electioni consentiunt, ex quo sequitur quod isti et non illi ad munera assumi debeant cum magno disciplinae regula ris damno: quod inconveniens certe vitaretur, si post factam confirmationem electio intimaretur electo, prout semper in praedicto Ordine factum fuit, eo quod in hoc casu renuntiatio iuxta prudens eius cui competit ludicium reiici posset vel admitti; — 2." quia, iuxta cano-

nem 5, vigentes consuetudines si < centenariae sint et immemorabiles, tolcrari poterunt, si Ordinarii pro focorum ac personarum adiunctis existiment eas prudenter submoveri non posse ». Iam vero, ob allatas rationes, imprudens videtur praedictam consuetudinem plus quam centenariam et immemorabilem submovere; 3? quia petita gratia ob easdem forte vel similes causas Ordini Praedicatorum concessa a S. V. est post novi Codicis luris Canonici promulgationem. Et Deus etc.

Rescr. - Vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis benigne annuit pro gratia servandi in futurum centenariam Ordinis consuetudinem et rationem communicandi electo electionem post confirmationem in munere. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae die 17 decembris 1921.—Theodorus Card. Valfré de Bonzo, *Praef.* Vincentius La Puma. *Subsecr.*

• Prot. N 8088-21: AOST 1 (1919-23) 305-306

ANNUS 1922

384

1922 IAN 11.-SC RITUUM, DECR. PART.

Nova martyrologii romani editio approbatur

Praesentem Martyrologii Romani Vaticanam editionem, quae prima post typicam anno 1914 editam evulgatur, dili-Center revisam, accurate correctam et propriis recentium Sanctorum Officiorumque Elogiis opportune adauctam. Sirctissimus Dominus noster Bexldicrus Papa XV. referente lolrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto. approbavit, eamque in publica et privata divini Officii recitatione adhibendam esse sancivit. antecedentibus nihilominus editionibus ipsius Martyrologii. donec consumantur. libere permissis, dummodo. in publica saltem Martyrologii lectione. Officiorum novissime ad Ecclesiam universam extensorum. Elogia supleantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 ianuarii 1922.—A. Card. Vico. Ep. Portuensis et S. Rufinae, S. R. C. *Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

• EL 38 (1924) 45. Adn. N. N. In EL 38 (1924) 355-359: AOMCip 40 (1924) 131 136; EL 38 (1924) 45-47.

385

1922 IAN 14.-SC CONC. RESP. AAS 14 (1922) 160-161

L AUDEN.

Dubia- circa donaria votiva et alienationes

Attentis deductis et resolutis in causa Dioecesis N. *Denariorum votivorum,* die 12 iulii 1919 (A. *A. S.,* XI, p. 416) (LE 194], Ordinarius Laudcnsis ab hac Sacra Congregatione reverenter postulavit infrascriptorum dubiorum solutionem:

I. Utrum ad alienationem rerum utcumque pretiosarum, semper necessarium sit beneplacitum Apostolietim. an possit Ordinarius intra certos summae limites huiusmodi alienationem permittere.

II. Utrum ad alienationem quorumcumque donariorum votivorum requiratur beneplacitum Apostolicum, an possit Ordinarius de eisdem disponere, intra certam ntmmae quantitatem.

III. An ad alienationem donariorum votivorum requiratur beneplacitum Apostolicum, quando ipse oblator donarii in alienationem ultro consentiat

IV. Utrum mera oblatio doni ad altare vel ad sacram iconem, praesumptionem voti secum ferat, an positive constare debeat donarium ex voto oblatum esse./

V. An in Ordinarii facultate sit. quando Consilium administrationis et Capitulum cathédrale inter se dislentiant, supplere alterutrius consensum, tum m negotio alienationum tum in quovis aequipollenti contractu.

Die 14 ianuarii 1922. Sacra Congregatio Concilii in plenariis Emorum ac Revrhorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, perpensis omnibus, respondendum censuit:

Ad 1. Ad Pontificiam Commissionem Codicis pro canonibus authentice interpretandis.

Ad 2. *Affirmative* ad primam partem: *negative* ad alteram.

Ad 3. *Affirmative.*

Ad 4. Donarium praesumi votivum nisi de contraria donatoris vel offerentis voluntate aliunde constet

Ad 5. *Negative.*

Facta autem de praemissis SSfno Domino Nostro Benedicto PP XV relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, in Audientia postridie habita, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est.—D. Card. Sbarretti, *Praef.* I. Mori. Secr.

Adn. J CREU5EN in NrT 49 (1922) 431-433: REGATIU.O n 759.761: IP 2 (1922) 56-57; ME 34 (1922) 105-106; PrM 11 (1922) 9-11.

386

1922 IAN 14.-SC CONCIUI, RESOL. PART.

TARRACONE N.

Servitii choralis. seu absentiae ex indulto legitlmae

Capitulum ecclesiae cathedralis Tarraconensis sequentem supplicem libellum H S. Cong. porrexit: “ Canonicos huius “ almae Ecclesiae insequutos fuisse, iam a tempore Immc- ~ morabili. veterem consuetudinem, quae viguit apud ce- ‘ teras omnes Ecclesias nostrae Hispaniae, lucrandi fruc- “ tus praebendae pro horis quibus Choro abfuerint, amissis “ quotidianis distributionibus, quin dies Absentiae non In- ⁂ tegri supputarentur intra tres menses vacationum

⁂ Ex quo vero huic Capitulo Innotuit declaratio S. C. C M diei 10 julil anni 1920 (Toletano et AUanun) [LE 2β$I qua. " post promulgatum CxJicem. decidebatur Illam nostram " consuetudinem esso penitus reprobandam, iuxta tcr.orvm ⁂ canonis 418. sibi sedulo praestituit humiliter canonum rta- " tutis se subiicere atque choralem resldentlam veteri “ abolita consuetudine, ad praescriptas normas adur.usJim “ ordinare.

“ Quoniam vero Canonici, luxu nunc reprobatam con- “ suetudinem. poterant aliquando abesse a Choro, she ad ‘. adimplenda onera praebendae adnexa, sive ad nxirvm “ Archiepiscopo gerendum m deputationibus -icu. ut aiunt. ·* commisionlbus ad quas vocabantur, sive ad subveniendum ·* aliis necessitatibus, quin ullas poenas canonica* irairre- ·· rent, nunc factum est ut aliquoties non «ine difficultate possint omnibus occurrere, ita ut. ve! rrudetttU choralis - laedatur, vel Illis oneribus aut nécessitai ibus occurri nequeat. quod in damnum vertitur officiorum, munerum ·· nonnullis Canonicis iniunctorum. atque etiam Jpoorum rc- “ sidentium.

⁂ Quapropter Capitulum hoc ad Sanctitatis Vestrae hu- ·· millime se provolens, sequentia expostulat

‘‘A) Ut Canonicus Theologus itemquv Magistralis et ’⁂ quicumquc concionem gratis habeant in hac Ecclexia " Cathedral! tempore choralis rcsidentiae. haberi pocemt ~ ut) praesentes ad normam canonis 420. per diem integrum

" qua condonentur et dic praecedenti Etenim a> Consuetu- – do est haec longaeva in hac Ecclesia, in Statutis legitime approbatis consignata: b) Est operosa praeparatio con- " cionts in sollemnitatibus liturgies habenda: c> Cedit m * utilitatem Ecclesiae quatenus sic attenditur muneri prae- " dicationis verbi Dei, quin nunc indigens Fabrica ferre " cogatur expensas: dj Quod ad Canonicum Magistralem " attinet. Ille videtur onus praedicationis sustinere nomine * Capituli, iuxta disciplinam in Hispania per Concordatum " vigentem: praeterea habet quotidianam lectionem Sacrae " Theologiae in Seminario, ex officio suae praebendae ad- – nexum: quapropter hoc Capitulum specialiter expostulat – ut pro canonico Magistrali liceat hanc consuetudinem – sustinere quo levius evadat onus nimium suae prae- " benoae.

• B) Ut liceat computari inter legitime absentes a Choro. " iuxta canonem 421. amissis, scilicet, distributionibus quo- * udianta. non autem praebendae fructibus, pro hora seu " bons quibus abfuerint, nunquam vero per integros dies. " et dum onus adimplent vel opus exercent, quin dies " partialis absentiae computentur ut dies trlmestrahs va- – cationis:

" 1. Ii qui onus adimplent adnexum praebendae ex cdic- " tali vocatione ad concursum, quando non pendeat a vo- " lur.tate praebendatl ut officium impleatur extra tempus * choralis residentiae. Nam onera quae Imunguntur cano- * nicis ac beneficiariis qui suam praebendam per oppositionis concursum, ut alunt, obtinuere, ex iure inter su- premas potestates concordato derivant, nec videtur illum " posse censeri illegitime absentem, ac proinde nec dolo " malo agere praesumi, qui aliud opus adimplet sibi ab " ip&amet Ecclesia indictum.

* 2. Il qui ad munus aliquot specialiter ab Archiepiscopo " vel eius locum habente deputantur, nec extra tempus rv- " sldcntiae choralis commisso munere perfungi possunt. * Cum enim Inter Capituli officia hoc unum sit ut pro- * prium Episcopum adiuvent in dioecesos regimine et ad- " ministratlone. nec sufficiant multoties Praelati, nostris " praesertim diebus, per semetlpsos negotia diversissima ~ quae ocurrunt expedire, aequum videtur ut e gremio " Capituli possit Praelatus eos seligere qui ribi placuerint " ad illa munera obeunda (quod quidem raro eveniet» qum * praebendatl uti male residentes notentur.

" X Il qui sacerdotale ministerium ob officia sibi com- " misa exercent extra ecclesiam Calhedralem tempore re- " sideniiae choralis. nec possint ad alias horas actus mir.i- - steni transferre. Etenim cantas, populi fidelis neeesrttas. ' et Ecclesiae utilitas in genere, ob ministrorum praesertim " defectum, nostris temporibus, qui amplam vineam Domin. # colere possint, aliquando suadent, ct fere exigunt, ut prae- " bendatl. etiam cum proprio Incommodo, sacerdotalious " officii» extra chorum dent operam.

" 4. Ii quia oficla caritati» et necessitudinis erga con- 2 sanguineos et amicissimos occasione alicuius improvisae necessitatis praestare coguntur. Num praetendatus vix se 2 subtrahere pstest exigentiis, ut aiunt, socialibus, nostris ' praesertim temponbus, quin minuatur eius social» honor ' seu respectus, aut laedatur domesticorum, et propinquo- rum utilitas nedum materialis, sed moralis, immo ct spl- " ritualis.

' Quoniam vero multotles dubitari posset anne fuerint legitimae causae a residentibus allegatae ad distributiones ' lucrandas, si Vestrae Sanctitati placuerit super absentias * disperxare quae numeris † 4 indicantur, ct ad abusus 2 vitandos, qui forte irrepere possent libenter hoc Capiiu- lum Vestram decisionem acceptabit si pro gratia, loco concessionis pro singulis absentis, unicuique residentium 2 concederentur, praeter tres menses vacationum od nor- 2 mam sacrorum canonum, quadraginta vel triginta dies non integros absentiae, amiss» distributionibus pro horta quibus Choro abfuerint.

" C» A Vestra Benignitate etiam postulat hoc Capitulum ' ut in casu urgentimmae necessitatis, cum approbatione Archicpiscopi et Capituli licent Canonicis a choro abesse ' per diem integrum, si casus ferret, amissis tantum distri- butionibus. et computata absentia intra vacationem tri- roestrale. si forte occurrerit iam tertiam Canonicorum # partem fenis trimcslrallbus uti.

Omnes isti casus. Beatissime Pater, super quibus Capitulum Ecclesiae Cathedralis Tarraconensis dispensatio- nem postulat, includuntur generalioribus causis quibus in " iure canonico absentia a Choro legitima evadit: utilitas, " nempe. Ecclesiae, chantas. obedtentia. necessitas.

– N«C ullo medo timenda est Chori desertio aut resi- " dentiae notabilis minutio ex concclsone benigna quam a # Vestra Paternitate expectant postulantes, quoniam vel " paucos residentes, eoxque raro, attingunt, vel. etiamsi plu- " rlmos rrspiciant. nonnisi perraro gratis utentur cum cx " rerum et temporum angustiis amissio dirtribution um cau- M » sit sufficiens, pro omnibus praebendatis ad diligenter * residendum, uti patet cx discunone librorum punctatio- " n£ς tn nostris archivis cxlstentium. quibus demonstratur * nullum unquam cx praebcndatls praetergressum fuisse * nonaginta dies vacationum, uoc promediüm. ut dicitur. * fertarum, in ultimo decerno, excedat numerum dierum ·· sex^gintn neque iit ferme computabilis in ibdem pun- – ctationla libris, numerus horarum absentiae cum amissio- " ne distributionum, cum nostrae Ecclesiae praebendatl. si – unum excipiatur privilegium lucrandi quotidianas dtatri- * butionrs tempore vacationum, nullum aliud postulaverint. * nec libi concessum fuerit, uti in aliis Hispaniae Ecclesiae " evenit

Quod si prae multiplicitate causarum, super quibus ' Capitulum dispensationem petit. Beatitati Vestrae meku " visum luent Archiepiscopo committere uL pro wo zek> et prudentia, decernat pro quibus causis ct adluncU» ' absentia a Choro legitima habeatur. Capitulum hoc quaa " libentissime Sanctitatis Vestrae decretis obtemperabit ".

Ordinarius Tarraconensis sic has preces commendat Preces commendamus, ct videtur concedenda petitio qww * sub Utera *A* continetur, nempe ut canonicus Theoleçu» itemque Magistralis ct quicumque conciomem gratis ctr.- ' nmo habeant in Ecclesia Cathedrali tempore choralIt rr- " sldcntiae. habeantur tamquam praesentes ad normam can ' 420 per diem integrum quo condonentur ct *per* dkn " *praecedentem,*

" Quoad B, fortassis melius esset ad anxietates ct dubu tollenda, si Vestra Beatitude dignaretur pro gratia ad * tempus concedere unicuique residentium praeter irtt " menses vacationum. Lriglnta dies non integros absentiae, * omissis tantum distributionibus pro horis quibus ebero M abfuerint. Posset etiam concedi extremum 4B, scilicet " ut computentur inter legitime absentes a Choro luxu " can. 421, amissis, nempe, distributionibus, non autem * praebendae fructibus, pro hora seu horis quibus abfue- " rtnt. qum dies partialis absentiae computentur ut dits " trtmcstralis vacationis, Ii qui officia caritatis et ffecesu " tudinis erga consanguineos et amicissimos occasione ali- " cuius improvisae necessitatis praestare coguntur, dumnxs " do tamen praecedat consensus ct Ordinarii et Praesta " .saltem Capituli.

" Quoad C» congruit ut pariter concedatur quod inter " legitime absentes a Choro ad normam can. 421 compu- " tentur qui m casu urgentissimae necessitatis a Choro " abesse cogantur, dummodo etiam obtinuerint comeniux " ct Ordinarii et Praesulis saltem Capituli, ct praeterea ta " hoc casu computetur absentia intra vacationem trtae- " stralem si fuerit per diem integrum ct forte occurrent " iam tertiam canonicorum partem feriis trimestralbui " uti w.

Die 14 Januarii 1922. - Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Em.rum ac Rev.morum Pàtrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, rescribendum censui: prouti rescribit

Ad petita sub litera *A.* - *Affirmative,* sed pro die concionis tantum. Ad petita sub litera *B.* - Quoad L *Affirmative,* amissis distributionibus quotidianis, ad normam can. 421 Codicis iuris canonici. Quoad IL *Affirmative,* ad formam can. 420. § 1. nn. 11, 12 et can. 421, § 1. n. 4. Quoad III et IV: *Negative.* Ad petita sub litera C. - Standum dispositioni can. 418 5 2.

Facta autem de praemissis SSjno D.no Nostro Benedicto div. Provid. PP. XV relatione ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, in Audientia postridie habita. Sanctitas Sua datas resolutiones benigne approbare et ratas habere dignata est.—D. Card. Sbarretil *Praef. I.* Mori, *Sect.*

• **ME 40 (1928) 195-199. Adn. ME 40 (1928) 200-202.**

387

1922 IAN 14.-SC CONC. RESOL. AAS 14 (1922) 229-233

UTINEN.

Dismembhatioxis paroeciarum. Dic *14* ianuarii *1922*

Species facti. — Archiepiscopus Utinensls ex iusta et canonica causa partes territorii quarumdam paroeciarum nuper dismembravit. casque una cum adnexis fidelibus ac decimarum dominicalium iurlbus perpetuo aliis finitimis paroeciis univit, remanente tamen paroeciis dismembratis sufficienti redituum portione. Modo idem Archiepiscopus ct alias id genus dismembrationes. bono animarum postulante, peragere intendit; sed eius Capitulum cathédrale hac de re exquisitum autumat, id per Ordinarium iure proprio fieri haud posse, quum ex canone 1422 C. I. C. ‹ uni Apostolicae Sedi reserve- • tur dismembratio. quae, detractis bonis beneficialibus ‹ fiat, quin novum erigatur beneficium ».

Quamvis Utinensls Archiepiscopus innixus alteri canoni 1427 in contrariam abeat sententiam, ad omne dubium tollendum atque ad tutius procedendum, ab bac S. Congregatione suppliciter postulavit authentice declarari, utrum Ordinarius enunciates dismembrationes propria auctoritate agere possit, an e contrario Apostolica facultate Indigeat; quo postremo in casu petiit praeterea sanationem quoad praeteritum atque Apostolicum indultum ad similes dismembrationes posthac peragenda

svTS5i,l̈ tnsrTrrATi°^is. — Ad recte obsequendam can. H— in concordia cum can. 1427 itemque cum can

15C0. qui vel prima facie ad casum quo de agitur facere videtur, oportet canonicam dlsnicTnbriHionU notionem praemittere, Iam ante editum Codicem ad rem animadverlebat cl. Wcmz. Ius dccrctaliuni, vol. II, til. XIII, n. L69: " ZhsmcmbruHo beneficii ecclesiastici icnsu *stricto* habetur. " si. manente unitate beneficii, pars *substantiae* bonorum " aut saltem redituum beneficiaiium ab eo in perpetuum " separatur et sine ulla novi beneficii erectione iam exi- " stenti alteri beneficio vel causae piae vel fabricae eccle- # sue indigenti applicatur. Quae dismembratio reducuur – ad *alienationem bonorum ecclesiasticorum* ex causa ne- Î30 * cessitatis vel evidentis utIIItalis/ ecclesiae factam. Quare " eadem requiritur competentia Superiorum ecclesiasdco- " rum. aequitas causarum, conditionum et solemnitatum ne- # cessitas v. g. beneplaciti *ApostoUci* quoad res *pretiosas* • alienandas atque in alus alienationibus bonorum eccle- " slarlorum. At vix admitti potest antiquorum cl recen- " Horum canonistarum sententia, in beneficiis interioribus " v. g. parochialibus. sed non in favorem beneficiorum sim- " ptiehim, huiusmodi dismcmbratloncm gencralim ab Epi- «copo absque beneplacito Sedis Apostolicae fleri posse. " Nihil enim efficitur, si quis provocet ad argumenta ex # antiquatis capitibus iuris Decretalium v. g cap. 10. X. # de praeb. III. 5. petita. Nam saeculo decimo quinto a • Paulo II Constit. Ambitiosae Idle 1 martii 1467. Bull. • Rom. t. 5 p. 194-195J. dc alienatione bonorum ec- " clesiasticorum novae sanctiones publicatae sunt. Nc- " que urgeri potest altera ratio in alienationibus rerum " *pretiosarum* inter ipsa instituta ecclesiastica non requin " beneplacitum Sedis Apostolicae. Nam hacc opinio cum " iteratis decisionibus S. C. C. conciliari nequit; argumen- • lum vero ex principal!, sed tantum partiali fine Constit. " Ambitiosae petitum, scilicet impediendi transitum bono- " rum eccl

Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est—L Mo r i. *Secr.*

Adn. IP 2 (1922) 61; ME 34 (1922) 165-167; PrM 12 (1923) 33-39.

1922 IAN 16.-SC S. OFT. DECR. .VAS 14 (1922) 41

DUMNATUR QUODAM OPUS p. NB'ARDI SCHLÔGL, ORDINIS cistercienstum. **Feria** *IV, die 16 novembres 1921*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Erîîi ac Rmi Domini Cardinales m rebus fidei et morum Inquisitores generales proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum Inserendum mandarunt opus cui titulus: *Die heiligen Schriften des Neuen Bunaes: Aus dem Urtext ùbersetzt mit Erlàuterur.gen und einer Einfuhrung,* von Dr Nivarii Schlogl, Ord. Cist. o. o. Professor an der Wiener Universitât Burgverlag Richter und Zollner. Wien. 1920.

Et insequenti feria V. die 17 eiusdem mensis et anni. Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit. confirmavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, *ex* aedibus S. Officii, die 16 ianuarii 1922.—Aloisius Castellano. *Supremae S. C. S. Officii Notarius.*

1922 IAN 18.-SC RELIGIOSORUM. RESP. PART.·

De r e l i g i o s i s s e r v i t i o m i l i t a r i a d s c r i p t t s in **BELGIO**

Cum Moderator Provinciae belgicae... petierit an alumni suae Provinciae qui iuxta recentes leges a Gubernio latas, circa servitium militare a religiosis peragendum. teneantur decr. *Inter reliquas* (= diei 1 lanuarii 1911. AAS 3 (1911) 37 - 391 in iis quae votorum emissionem respjclunt. Sacra Congregatio negotiis Religiosorum sodalium praeposita, omnibus mature perpensis respondendum censuit prout sequitur:

Religiosis de quibus agitur teneri decreto *Inter reliquas.*

Datum Romae ex Secretaria S. Congr. de Religiosis. Die 18 ian. 1922.—Theod. Card. Va l f r e di Bo n z o, *Praef.,* Maurus Seraiini. O. S. B.. Secr.

• PrM 'I0 (1922) (40). Adn. j. CREUSER iα NrT 49 (1922) 150-152; 58 (1931) 135-139; J. 1ANS5EN5 In NrT 54 (1927) 299 303: PrM 10 <1922) (39)-(40).

1922 FEB 14.-SC CONCILII, INDULT. PART.

DETERMINANTUR DIZS IEIUNII ET ABSTINENTIAE PRO DIOECESIBUS GERMANIAE

L Die jejunii simul cum abnincnlia: 1. fena quarti Clntrum. 1 feriae sextae Quadragesimae: 3. Sabbatum Sanctum usque ad meridiem·. 4. Cenae sextae Quatuor temporum.

II. Dies «ollus Jejunii, quibus In Coena et (n coltatiuncu- U carnibus vesel licet: L reliquae feriae Quadragesimae 2. feriae quartae et sabbata Quatuor Temporum. 3. Vigiliae Nativitatis Domini. Pentecostes. Deiparae in coetum assumptae rt Omnium Sanctorum

III. Dies «ollus abxtmentlae sunt omnes feriae sextae extra Quadragesimum et Quatuor Tempora.

IV. Dispensatiores:

1 Non «olum diebus dominicis et festr» dc praecepto, •ed Khm ■lii diebus, qui. quamvis non sint festa dc praecepto. tamen a fidelibus festis pro foro simillime celebrantur. v g. die· Patrocinii vel die ■tatae magnae per ■<r<» aestivae processioni· wtemnit. lex ab-rtinentine et jejunii cessat.

2. Excepto die Parasceve ■bpur. ab abstinentia ai vutom rt itinérantes; b) caupones c-orumquc hospites rt f«milite; c) qui «pud ■eathoHeo habitant ibique aiuntur; d) milites et familiae, in quibus milites eunt reccpu et aluntur, n) qui corporalibus laboribus valde gravibus onerati sunt; *f)* qui cibum pro tota dic necessarium io locum operationis secum portare debent; g) jus carnlua sumere licet, excluso die Parasccves,

V. Monentur fideles, ut Apostohcam datam Indulgentia® compensare studeant eleemosynis, precibus et ■aritati epe- ribus fervidius exercendis.

• Ordinarii Germani·«_· AKKR 102 (1922) 105-109. Rmctî, **tum teepe renovatum.**

1922 FEB 17.-S. FOEN. DECL. AAS 14 (1922) 143-141

INDULGENTLAE APOSTOLICAE

QUAS SSMUS D. N. PIUS PP. XI IN AUDIENTIA D CARD. MAIORI POENITENTIARIO IMPERTITA DIE 17 FEB. 1922 LARGITUS EST

Monita

1. Res aptae ad recipiendam benedictionem pro Indulgentiis Apostolicis lucrandis sunt tantummodo coronae, rosaria, cruces, crucifixi, parvae statuae, numismata. dummodo non sint ex stanno, plumbo, vitro aliave simili materia, quae facile confringi vel consumi possit

2. Imagines Sanctorum alios ne repraesentent quam rite canonizatos vel in probatis martyrologiis relatos.

3. Ut quis valeat Indulgentias Apostolicas lucrari necesse est ut aliquam ex rebus benedictis ab ipso Summo Pontifice, vel a sacerdote facultate praedito, super se deferat aut in domo sua decenter retineat

Apostollcarum Indulgentiarum concessionem nullatenus derogatur Indulgentiis a Summis Pontificibus iam alias forte concessis pro precibus, piis exercitiis vel operibus infra recensendis.

Indulgentiae

1. Quisquis saltem semel in hebdomada recitare consueverit coronam Dominicam, vel aliquam ex coronis B. Mariae Virginis, vel rosarium aut saltem eius tertiam partem, vel divinum officium, vel officium parvum eiusdem B. Mariae Virginis, vel integrum officium Defunctorum aut saltem vesperas aut nocturnum cum laudibus. vel psalmos poenitentiales aut graduates, vel consueverit in ecclesia christianam catechesim tradere, aut domi illam suos filios, propinquos vel famulos docere, vel in carceribus detentos aut aegrotantes in nosocomiis misericorditer invisere, vel pauperibus quomodocumque opitulari, vel Missae intéressé eamve, si fuerit sacerdos, celebrare, servatis solitis conditionibus confessionis sacramentalis. sanctae Communionis et alicuius orationis ad mentem Summi Pontificis» lucrabitur Indulgentiam plenariam diebus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Resurrectionis. Ascensionis. Pentecostes, SS. Trinitatis, Corporis Domini ciusdemque SS. Cordis; Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis. Nativitatis et Immaculatae Conccptonis' B. Mariae Virginis; Nativitatis S. loannls Baptistae; utriusque festi S. loseph Sponsi B. Mariae Virginis; Ss. Apastolorum Petri et Pauli, Andreae, lacobi. loannis, Thomae. Philippi et lacobt Bartholomaci. Mtthaei. Simonis et ludae. Matthiae, atque Omnium Sanctorum. ja

2. Si quis vero ad sacramentalcm confessionem ac ad sanctam Communionem minime accesserit, corde tamen contritus ad mentem Summi Pontificis aliquantisper precatus fuerit, singulis diebus supra recensitis necr.on aliis festis Domini et B. Mariae Virginis, Indulgentiam lucrabitur septem annorum totidemque quadragenarum; diebus Dominicis ceterisque per annum festis de praecepto. Indulgentiam quinque annorum totidemque quadragenarum; quovis, demum, alio anni die. Indulgentiam tracentorum dierum.

3. Insuper quisquis, aliquod ex praedictis pietatis ve) charitatis operibus expleverit, quoties id peregerit quingentorum dierum Indulgentiam acquiret.

4. QuUquis ad aeris campani signum sive mane, sive meridie, sive vespere orationem vulgo Angelus Domini, tempore autem paschali *Regina* caeli, aut. eas ignorans, semel Paler noster cum Aue Mana; itemque sub primam noctis horam, edito pro Defunctorum suffragio campanac signo, psalmum De profundis, vel si eum nesciat. Pater noster cum Ace Maria recitaverit, acquiret Indulgentiam centum dierum.

5. Eandem Indulgentiam acquiret qui quavis feria sexta de Passione et morte D. N. lesu Christi aliquantulum pic cogitaverit teraue Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam devote recitaverit.

6. Qui suam conscientiam excusserit et peccata sua sincere detestatus fuerit cum proposito se emendandi, devoteque recitaverit *Pater noster. Ave Maria* et *Gloria Patri* in honorem Ssrhae Trinitatis, aut in memoriam Quinque Vulnerum D. N. lesu Christi, consequetur Indulgentiam trecentorum dierum.

7. Quisquis pro fidelibus oraverit qui sunt in transitu vitae, vel saltem pro iis semel dixerit *Pater noster* cum Are *Maria,* centum dierum Indulgentiam lucrabitur.

8. Quisquis, demum, in mortis articulo constitutus, animam suam devote Deo commendaverit et, iuxta instructionem fcl. rec. Benedicti XIV in Const, quae incipit *Pia water* 5 aprilis 1747 [CICF n. 380], paratum se exhibuerit obsequenti animo mortem a Deo opperiri, et vere poenitens, confessus ac S. Communione refectus vel. si id nequiverit, saltem contritus invocaverit corde, si labiis sit impeditus. Ssmum nomen lesu, plenariam Indulgentiam consequetur.

Datum Romae, ex S. Poenitentiaria Apostolica. die 17 februarii 1922.—Bernardus Colombo, S. *P. Regens,* lo. Bapt. Menghini. Substitutus.

Ada. PrM 11 (1922) 41-45.

392

1922 FEB 18.-SC RITUUM, RESP. AAS 14 (1922) 170

Dubium: pe collecta imperata seu oratione pro pace

Expostulatum est a Sacra Rituum Congregatione.

Utrum probari vel tolerari possit consuetudo in una vel altera dioecesi exsistens, qua collecta Imperata seu Oratio pro pace ~ Deus a quo sancta desideria * etc. addatur Postcommunioni Missae de die currente, omissis Secreta et *Pancommunio* de Pace.

Et sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissioni voto, propositae quaestioni respondendum censuit • Negative ad utrumque. iuxta Rubricas ct Decreta

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 18 februarii 1922.—A. Card. Vko, Ep. Portuen. et S. Rufinie. S. R. C. *Praef.* Alexander Verde. Secr.

Ada. EL 36 (1922) 178-179.

393

1922 FEB 22.-SC RITUUM, DECR. PART.·

Approbatur editio vaticana officii maioris hebdomadae. **ET OCTAVAE PASCHAE, CUM CANTU**

Praesentem editionem Vaticanam *Officii Maioris Hcbdo*neder et *Octavae Paschae, a* Dominica in *Palmis usque* ad Sebbatum h. Albis, cum cantu, iuxta ordinem Breviarii, JhtMltf et Pontificalis *Romani,* a speciali Commissione cincinnatam. Sacra Rituum Congregatio, revisione rite peracta, probari posse censuit.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per mfrascnptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis. Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, hanc ipsam editionem approbavit, atque uti typicam habendam esse declaravit. Irxuper decrevit ut futurae editiones eidem typicae editioni stat conformandae. ContrariLs nen obstantibus quibuscumqoe.

Dic S februarii *1922.*—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S Rufxnae. S. R *C, Praef.* Alexander Vcrde. *Secr.*

• EL 39 (1925) 333. Adn. EL 39 (1925) 333-334.

394

1922 MAR 1.-PIUS XI. MP. AAS 14 (1922) 145-146

De **PRAESCRIPTIONIBUS CONSTITUTIONIS ΓÏΛN4E « VACANTE SEDE APOSTOLICA » ALIQUA EX PARTE INNOVANDIS**

PIUS PP. XI

Cum proxime ex occasione Conclavis in quo. arcano Dei providentis consilio, ad catholicae Ecclesiae principatum, nullis Nostris meritis, evecti sumus, omnia, quae ad Apostolicam Sedem vacantem et ad Romani Pontiïicls electionem pertinent, ad praescripta dirigerentur Constitutionis Apostolicae. quam s. m. decessor Noster Pius X *die* xxv mensis decembris an. mcmlv ediderat, ipsi W. FF. NN. S. R- E. Cardinales in coetibus cotidie habitis, qui Congregationes generales praeparatoriae vocantur, optare se significarunt, ut posthac aliquod eius Constitutionis caput sic mutaretur, quemadmodum rerum temporumque ratio postularet. Itaque, re attente perpensa, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine. Motu proprio ac certa scientia, haec, quae sequuntur, decernimus atque edicimus:

I. Derogantes iis, quae in Constitutione Pii X Vacante *Sede Apostolica* tit II, cap. i. n. 33 [diei 25 Dec. 1904 Acta Pii X v. 3 p. 239 - 283] praescribuntur, ut Cardinalibus, qui longius absunt, fiat Urbem tempore adeundi/ facultas, decem dierum moram, quae. 146
post diem obitus Summi Pontificis, ad Conclave ineundum dabatur, ad quindecim solidos dies prorogamus praetereaque Sacro Cardinalium Conlegio potestatem facimus ingressus in Conclave etiam per alios duos tresve dies proferendi, ea tamen lege, ut decem ct octo ad summum diebus elapsis. Cardinales, quotquot praesentes aderunt, statim Conclave ingrediantur et ad electionis negotium procedant Quod vero attinet ad novendialia, servatis iis quae in memoratae Constitutionis tit. I. cap. v, n. 26 leguntur dc exsequiis, tribus postremis diebus, sollemniore ritu persolvendis. Cardinales, in primo eorum conventu, praefinient dios, quibus sex priora habenda sint

II. Quod in eadem Constitutione decernitur tit. II. cap. II, n. 38. ita volumus observari, ut cuilibet Cardinali, quamvis liberum sit duobus servientibus, clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno lalco uti. liceat tamen unum solum eumque laicum in Conclave secum adducere. Quod vero additur de servientibus Cardinali infirmo concedendis, id omnino immutatum esto.

III. Legem, quae de Communione a Cardinalibus facienda habetur in Piana illa Constitutione tiL II. cap. V, n. 54, sic novamus, ut liceat cuilibet Cardinali sacrum facere; qui vero, quavis de causa, se a sacro peragendo abstinuerit, is in designato sacello et consueta Missa ad sacram Synaxim accedat

lubemus autem Nostras has Litteras Motu proprio datas legi coram omnibus S. R. E. Cardinalibus praesentibus, in prima Congregatione generali, quae post obitum Summi Pontificis habebitur. Contrariis non obstantibus quibuslibet

Datum Romae apud Sanctum Petrum die i mensis Martii, an. mcmxxii, Pontificatus Nostri primo.—Prus Pp. xi.

Adn. I. C In NrT 49 (1922) 429; PrM 11 (1922) 0.

395

1922 MAR 6.-SC REL.» RESP. AAS 14 (1922) 163-164

Dubium: de munere supremi moderatoris ad mtv

S. Congregationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae subiectum fuit sequens dubium:

< An fundatores aut fondatrices Congregationum Rc-
< ligiosarum vel Piarum Societatum, more Religiosorum
< viventium, qui quaeve munere Supremi Moderatore
« aut Moderatricis in sua Congregatione funguntur,
« ius habeant illud retinendi *ad vitam.* non obstante
< praescripto Constitutionum, quae ducationem muneris
« praedicti ad certum tempus coarctent. rt reclectioncm
< eiusdem personae ultra certum limitem prohibeant? ».

S. Congregatio, re mature perpensa. respondendum censuit: « Negative, nisi apostoheum indultum obtic nuerint ».

Facta autem de praemissis relatione Ssfho D. N. Pio divina Providentia Pp. XI. in audientia infrawripto P Abbati Secretario concessa, die 25 februarii 1922. Sanctitas Sua resolutionem S. Congregationis approbavi: et confirmavit ac publici iuris fieri mandavit. 1M

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 6 martii 1922.—Th Card. Valfré di Bono. *Praef.* Maurus M. Serafinl, Ab. O. S. B.. Srer.

A4». Fh. MAROTO in C»R 3 (1?22> 98 100: t 2 (1922) 55 NrT 49 (1922) 436; PrM 11 (1922) 31-32

1922 MAR 8.-SC REL., DECR. AAS 14 (1922) 161-163

De **QC4NQUENNALI RELATIONE** a religionibus facienda

Sancitum est in Codice iuris canonici, ut quilibet supremus Moderator sive monasticae Congregationis sive cuiusvis Religionis iuris pontificii quolibet quin-Suennio. aut saepius si ita ferant Constitutiones, rclanem de statu religionis ad Sanctam Sedem mittaL

Ut autem hoc canonum praescriptum ordinate ct utiliter effectum detur, haec Sacra Congregatio, re mature perpensa, ea quae sequuntur decernenda statuit:

I. Quinquennia sint fixa et communia omnibus Religionibus. incipiantque a die prima mensis ianuarii
162 1923./

Relationem itaque exhibebunt:

A) Ex Religionibus virorum:

a) in primo quinquennii anno: Canonici Regulares. Monachi. Ordines militares.

b) in altero: Mendicantes.

c) m tertio: Clerici Regulares.

d) in quarto: Congregationes votorum simplicium tam clericales quam laicales.

e) in quinto: Societates virorum more religiosorum viventium, sine votis aut cum votis privatis.

B) Ex Religionibus mulierum relationem mittent Congregationes, habito respectu ad regionem in qua exstat domus princeps Instituti, seu ubi sedem ex officio habet Moderatrix Generalis, sequenti ratione:

I anno quinquennii: ex Italia, Hispania et Lusitania,

II anno: ex Gallia. Belgio. Hollandta. Anglia et Hibernia,

ΠI anno: ex reliquis Europae regionibus.

IV anno: cx utnusque Americae partibus.

V anno: ex aliis orbis partibus, et insuper Societates muLcrum sine votis more religiosarum viventium vel cum votis privatis.

II. Congregationes quae relationem iam forte exhibuerint intra quinque annos praecedentes eum. in quo. ad normam supra descriptam eam mittere deberent intra quinquennium 1923-1927. eximuntur ab ea rursum mittenda pro hac prima vice.

III. In exaranda relatione pro Institutis votorum simplicium prae oculis habeantur quaestiones propositae in Instructione data a S. C. EE et RR. [ASS 39 (1906) 347 - 3551. nunc vero ab H. S. C. reformatae ad Codicis conformitatem ILE 404], eisque fideliter respondeatur.

IV. Moderatores vero supremi Ordinum Regularium et earum Congregationum etiam votorum simplicium aut Societatum more religiosorum viventium, quae ad relationem mittendam ante Codicis promulgationem non tenebantur, quoadusque aliter a Sacra Congregatione provideatur, relationem de statu suae Religionis integram et veritati respondentem - super quo eorum conscientia oneratur - diligenter exarare curent ea ratione et forma, quae Instituti naturae aptior videatur; ita tamen, ut cx ea Apostolica Sedes de statu tam materiali quam morali et disciplinari Religionis plenam sibi notitiam comparare queat.

Prima autem relatio, ante alia de actuali statu religionis. contineat notitias historicas dc Ordinis aut Congregationis fundatione; et praecipue ea quae spectant
163 ad eiusdem approbationem per Apostolicam Sedem ct/ ad Constitutiones quibus in praesenti regitur. Interna quoque regiminis forma et natura votorum exponatur, et si qua mutatio in hisce facta fuerit decursu temporum aut si qua in Regulae observantia relaxatio, et quadam auctoritate inducta fuerit, declaretur.

Si qua Congregatio peculiare praescriptum habeat de relatione frequentius mittenda m Constitutionibus a Sancta Sede *post Codicis promulgationem revisis* aut *approbatis,* hoc servandum erit, nullo habito respectu ad ea quae de quinquennio praesens decretum praescribit.

Ssrfius D, N. Pius Pp. XI in audientia concessa infra icnpto P Abbati Secretario die 25 februarii 1922. 'praesentis decreti tenorem adprovabit. ab omnibus servari et publici iuris fieri mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 8 martii 1922.—Th. Card. Valfré in Boxzo. *Praef.* Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B.. *Seer.*

Adn Ph. **MAROTO in CpR 3 (1922) 252-253: PrM 11 (1922) 23-31.**

1922 MAK 12.-PILS XI. MP. AAS 14 (1922) 177-179

Gratiae et privilegia clericis conclavistis conncessa

PIUS PP. XI

Romani Pontificis providentiae convenit, ut eos paternae caritatis significationibus primos prosequatur, quos et Sibi devinctos et officii retinentissimos, in ipso ineundo supremi apostolatus munere, cognoverit. Aequum igitur censemus, clericos Conclavistas infra scriptos, ceterosque ecclesiasticos viros, pariter infra nominandos, qui m Conclavi, in quo ad Petri Cathedram evecti sumus, vel Nobis et W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus uti familiares adstiterunt vel demandata sibi munia sollerter obierunt, peculiaribus gratiis ac privilegiis augere. Itaque Motu proprio et certa scientia haec quae sequuntur decernimus.

I. Clerici Conclavistae, qui secuti sunt S. R. E. Cardinales in Urbe degentes aut dioecesibus Italiae regendis praepositos, gratias, provisiones aut commendas quorumvis beneficiorum, si quae forte sibi conferantur, itemque Litteras Apostolicas de iis conficiendas, gratuito. at semel tantum, habeant.

II. Clericis Conclavistis S. R. E. Cardinalium, qui dioeceses extra Italiam moderantur, oratorii privati ius esto, ea/ tamen lege, ut Ordinarius oratorium ante vi- 1I
sitaverit ac probarit. Quo ipso iure. eadem condicione servata, ceteris Conclavistis tum frui liceat, cum infirma sunt valetudine.

III. Idem esto privilegium iis qui comitati sunt S. R. E. Presbyteros Cardinales Gulielmum O'Connell Archiepiscopum Bostoniensem. Ludovicum Nazarium Bégin Archiepiscopum Quebecensem et Dionysium Dougherty Archiepiscopum Philadelphiensem, quamvis hi post electionem Nostram advenerint; modo tamen iis ne desint cetera quae in Conclavistis requiruntur.

IV. Gratis prorsus dentur Apostolicae de his privilegiis ac iuribus Litterae.

V. Quoniam vero clericis Conclavistis. qui adfuerunt S. R. E. Cardinalibus in Urbe commorantibus aut dioeceses Italiae regentibus, pro Apostolicae Sedis tenuitate non licet Nobis, quod decessores Nostri consueverunt, perpetuas constituere pensiones, iisdem, ut in hoc etiam genere aliqua voluntatis Nostrae significatio ne desit trecentas libellas singulis, semel tantum, attribuimus.

Non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis. aliisque licet speciali et individua mentione dignis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis specialis et Individua habenda mentio, eorumque tenores inserendi forent. Illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse Motu proprio derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat motu proprio: A.

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et cum declaratione quod reliqua privilegia et indulta contenta in similibus Motus proprii schedulis a nonnullis Romanis Pontificibus praedecessoribus Nostris favore Conclavistarum alias editis, ob hodiernas rerum ac temporum circumstantias, pro nunc in suspenso remaneant Et quod praesentis/ Nostri Motus proprii schedulae Π
signatura sufficiat et ubique fidem faciat in iudicio et extra illud, quibuslibet contrariis non obstantibus; et quod praemissorum omnium et singulorum maior et verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris, si videbitur, expediendis, in quibus singulorum Conclavistarum nomina et cognomina exprimi et describi, seu pro expressis et descriptis haberi possint, inter quos Sacrista ct Magistri Caeremoniarum Cappellae Nostrae, nec non Sccretarius Collegii corumdem Cardinalium. Volumus autem quod Litterarum super praesentibus conficiendarum ac etiam praesentis Nostri Motus proprii transumptis impressis ac manu alicuius personae in

ecclesiastica dignitate constitutae subscriptis et sigillo munitis, eadem fides, tam in iudicio quam extra illud adhibeatur, quae originalibus Litteris vel praesenti Motui proprio originali adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae, aut exhibitus vel ostensus foret - *Fiat: A.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xn mensis martu anno mdccccxxh. Pontificatus Nostri primo.—Pros Pp. x i.

398

1923 MAR 14.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

DUBIA: 1 - **Dr** taxis dioeîesanis. **2** - De udius **FABOEOtAUBU n** archivo d:okesaso. **3** - De materia fontis daftjumaus. **4** - **Dr** ssma eucharistia asservanda. **5** - De translatione sollemnitatis externae. **6** - **Dr** colore aureo paramentorum. **7** - De stipendio binationis

14 martii 1922

Dubia circa applicationem novissimi iuris in tua dioecesi quae A. T. huic S. C. proposuit, litteris diei 9 ebpsi mensis, hisce breviter explanare liceat.

Ad I. Taxae dioecesanae utique *uniformes* in tota dioecesi imo in tota provincia ecclesiastica esse debent: at. sicut in omnibus dispositionibus generalibus subintelligitur, ubi *fieri potest.* Nunc vero rationes quae contra hanc uniformitatem in tua dioecesi militant haud sunt spernendae: ideo, sicut ait A. T., relinquenda est missionarils aliqua libertas, secundum locorum personarumve diversas circumstantias, ut paullatim ad requisitam uniformitatem suo tempore deveniri possit.

Ad 2. Quoad libros paroeciales et archivum dioccesanum. Imponatur in primis missionariis onus mittendi curiae episcopali exemplaria librorum paroecialium. quod certe aliquam diligentiam postulat, sed maxime ad utilitatem confert. Neque praetermittendi sunt libri defunctorum; ex nunc missionarius in unaquaque suae paroeciae statione uni ex praestantioribus fidelibus libri defunctorum *melius quam poterit,* conficiendi onus committat, quem librum ipse missionarius cum venerit accipiet Archivum autem dioecesanum ita debet constitui ut ex *formicarum albarum* irreptione nihil detrimenti capiat: qua dc re capsas ferreas Tibi facias» quibus documenta custodiantur. Archivum insuper secretum habeatur, et serventur cann. 379 et 380.

Ad 3. Fontes baptismales, donec marmorei rite confecti haberi nequeant, adhibeantur ex lateribus coctis, quomodo iam fit in ecclesia cathedralt

Ad 4. S. C. hisce facultatem Tibi facit in ecclesiis ubi adservatur Ssma Eucharistia *semel* in mense celebrandi, dummodo sacrae species decimo quinto quoque die renoventur.

Datum Romae, ex Secretaria S. Cong dc Religiosis, die. mense et anno ut supra —Pro E mo Card. Praefecto Fr. Andreas Card. FRCwirtu. Maurus A. Serafim. *See**.

• MTchnnîemy PrM M (1922) 85- A*. I. C«EU SEN in NrT 49 (1922) 544 550: i 1ANSSEN5 * NrT 54 (1927 › 299-303; PrM 11 (19221 85

433

1922 IUN 23.-SC STUD. DECR. AAS 14 (1922) 510-511

ROMANA

Pontificiae universitati grecorianae de urbe facultas CONCEDITUR PHILOSOPHLCE VEL SACRAE THEOLOGLVE < MAGISTROS AGGREGATOS *o* RENUNTIANDI

Pontificia Universitas Gregoriana Collegii Romam Societatis lesu. abhinc tribus annis. Sacra hac Congregatione probante, biennales altiorum studiorum cursus instituit, ut ii, qui ordinarium philosophiae sive theologiae curriculum essent emensi et laurea doctorali donati. in alterutra vel utraque disciplina perfectiores evaderent

Cum autem laetos ubcresque hoc institutum iam ediderit fructus. Rrnus Praepositus generalis eiusdem Societatis enixe postulavit ut Apostolica Sedes huiusmodi cursus sua firmaret auctoritate ac novum honoris titulum auditoribus illum merentibus decerneret.

Itaque, in plenario conventu, habito die xxi aprilis anno vertente, Emincntissimi Patres non modo rem vehementer probarunt, sed etiam censuerunt ut Universitati Gregorianae potestas fieret delectos auditores suos vel philosoph'ae vel theologiae *Magistrat aggregatoi* renuntiandi his condicionibus.

I) si auditores iam doctoris lauream esent adepti;

II) si in ipsa Universitate Gregoriana Collegii Romani biennium integrum Magisterii scholam fréquentassent, scholaeque exercitationibus interfuissent;

III) sl aptis experimentis, idest periculis verbo factis et scriptione ad scientiae rationes exacta, idoneos se ad docendum probavissent

Die xxm eiusdem mensis. Emorum Patrum sententiam. referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario. Ssmus D. N. Pius PP. XI ratam habuit et ad effectum adduci iussit Quamobrem Sacra Congregatio, mandato Sanctissimi, decernit ut Pontificiam Universi-
511 tas Gregoriana CoUegii Romani, seu Praepositus generalis Societatis lesu. sicut academicos gradus in philosophia. in theologia et in iure canonico, pro accepta ab hac Apostol ca Sede potestate, confert, sic possit titulum Magistri *aggregati* facultatibus philosophiae vel theologiae ipsius Universitatis conferre sub iis condicionibus. quae supra memoratae sunt; et hac/ potestate ei liceat uti in eorum quoque auditorum gratiam, qui his tribus annis integrum Magisterii cursum rite absolverint

In creandis autem Magistris aggregatis eaedem observentur iuris solcmnitates. quae m ipso Athenaeo Gregoriano et in ceteris Academiis pontificiis observari debent cum ad gradus academicos idonei promoventur.

Qui vero hunc Magisterii titulum consecuti sint, eos Sacra Congregatio valde commendatos vult locorum Ordinariis. utpote maxime aptos ad philosophiam thcologiamve vel aliquam earum disciplinarum partem tradendam cum in Seminariis tum in Universitatibus aliisque clericorum Collegiis, quibus facta facultas sit academicos gradus conferendi.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Seminariis et studiorum Universitatibus praepositae, die xxni. mense iunio, in festo Ssmi Cordis lesu, anno mcmxxh. Caietanus Card. Bisleti, *Praef.* lacobus Sinibaldi, Ep. Tiberien.. *Secr.*

434

1922 IUN 30.-SC RITUUM, RESP. AAS 14 (1922) 437

Dubium: de novis quibusdam calicis formis

Sacrae Rituum Congregationi propositum est sequens dubium: « Utrum liceat, quatuor calices, quorum ef-
< figion m ephemeride Bencdiktinischc *Monatschrift*
« « Beuron, 1020, n. 34) exhibentur, quique ibidem in
c trx«u pag 168-184 elogiis efferuntur ct nominibus
< «Poculum caeleste - Genimina vitae - Flos dc Virgi-
< ne - Virga Jcssc » Insigniuntur, in Missae sacrificio
« adhibere? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito, specialis Commissionis voto, omnibus inspectis ac perpensis, rescribendum censuit: < Ad Rrfium Dnum Ordinarium loci.
< qui curet ne calices a formis traditionalibus differant.
« ob periculum offundendi sacras Species et excitandi
« admirationem ».

Atque ita rescripsit ac declaravit die 30 iunii 1922.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C Prae/. Alexander Verde. Sccr.

435

1922 IUN 30.-SC RITUUM, RESP. AAS 14 (1922) 471

AQUEN.

De cineribus benedictis imponendis extra feriam IV CINERUM

Rcvnlus Archiepiscopus Aquen. Sacrae Rituum Congiegationi ea quae sequuntur reverenter exposuit, nimirum:

Abhinc a multis annis in archidioecesi Aquensi viget consuetudo, in nonnullis sive piarum domorum sive paroeciarum ecclesiis, imponendi fidelibus, prima Dominica quadragesimali. cineres praecedenti Feria IV Cinerum benedictos. Sic enim omnes fideles facilius recipiunt cineres, potius die dominical! quam feria ecclesiam adeuntes; quaeritur:

Potestne permitti talis usus?

Sacra Rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis voto atque attentis expositis peculiaribus adiunctis. respondendum censuit: *Ad mentem.* Die 30 Iunii 1922.

Mens est: *Affirmative* in casu; dummodo Feria IV Cinerum ritus benedictionis et impositionis cinerum expletus fuerit, iuxta Missale Romanum et Dominica prima in Quadragresima post expletam Missam aut extra Missam fiat impositio eorumdem cinerum.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. *R.* C. *Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

436

1922 IUL 1.-COM. INTP., RESP. AAS 14 (1922) 406

Dubia: 1 - De electione et postulatione. 2 - De RESERVATIONE DIGNITATUM

De electione et postulatione 1. Utrum ad normam can. 180 5 1, concurrente postulatione cum electione, si In primo, altero et tertio scrutinio suffragia dividantur inter postulatum et eligibilem. atque nec postulatus duas tertias partes suffragiorum obtinuerit, nec eligibilis maioritatem absolutam, sed relativam tantum, hic valide electus sit.

2. Si plures sint elfgibiles. utrum valide electus sit qui inter eos maioritatem obtinuerit relativam.

Resp.: Ad 1 — affirmative, seu in tertio scrutinio valide eligi maioritate relativa, excluso postulato.

Ad 2" affirmative, seu inter eligendos valide eligi eum qui obtinuit maioritatem relativam, excluso hoc quoque in casu postulato.

De reservatione dignitatum. Utrum ad normam can. 396 5 1 Sedi Apostolicae reservetur collatio dignitatum. quae nullam praebendam, nulla emolumenta, aut valde exigua adnexa habeant.

Resp.: Affirmative.

Romae. 1 iulii 1922.—P. Card. Gasparri, Praeses. Aloisius Sincero. *Secr.*

Adn. 1 CREUSEN in NrT 50 (1923) 43-44-, Ph. MAROTO b CpR 3 (1922) 129-132. EEGATILLO n. 72.162; IP 2 (1922) 82 84. ME 34 (1922) 233 234; PrM 12 (1922) 128-129

437

1922 ILL 8.-SC CONC. RESOL. AAS 15 (1923) 115-121

DIOECESIS T

Stalli choralis Decani. *Die* 8 iulii 192?

Facti specœss. — In cathedrali T. binae exstant ca·
th·, drae episcopales. quarum altera in extrema chor»

abside, praesertim pro quadragesima aliisque diebus, altera vero, saltem in praesens, in presbyterio a cornu evangelii pro pontificalibus ab Ordinario adhiberi soli-
114 ia. Canonici autem· hoc ordine in choro sedere solebant: duae dignitates occupabant stalla hinc inde prope altare maius posita, seu archipresbyter a cornu evangelii ct decanus a cornu epistolae; deinde eadem ratione sequebantur theologus et poenitentiarius; denique veniebant reliqui canonici iuxta ordinem possessionis seu antianitatis. ita ut canonici iuniorcs sederent alternatim iuxta cathedram episcopalem in extrema parte eiusdem chori erectam.

Hanc stallorum choralium dispositionem Ordinarius iuri communi minus consonam autumans, suo decreto ita immutavit ut sederent « nel lato *a cornu euangelii,* « cioè a destra della cattedra episcopale (quae *nempe t* eri in ima *chori abside erecta), e* cominclando dai i primn stallo vicino alia medesima, Monsig. Arciprete, c i Monsrgnorl canonici Teologo e Penitenzlere e gli ‹ altri canonici della bancata in ordine di anzianità; ‹ nel lato α *cornu epistolae,* cioè a sinistra della cat- « tedra episcopale (seu *eiusdem* in *choro erectae),* e ‹ comincando dai primo stallo vicino alia medesima. ¡ Mons. Decano. Mons, canonico Parroco e gli altri canonici della bancata in ordine di anzianità; seguendo lo stesso criterio si disporranno i bénéficiât! nei rispettivi stalli secondo l'ordine di anzianità »; idque sub poena ‹ che tutti quel capitolari i quali rifiutasse- ‹ ro di ottemperarvi. perdano tutte le distribuzioni. ‹ come se non fossero present! al coro ».

Cui decreto obtemperarunt canonici, uno tantum excepto Decano, seu secunda dignitate, qui occupare perrexit priorem locum a cornu epistolae prope altare, contendens id sibi competere ex ipso possessionis actu. Tunc Ordinarius statim de re certiorem reddidit hanc S. C., quae Decano mandavit ut. salvo eius lure ad S. Sedem recurrendi, interim ‹ stia alie disposizioni dei ‹ decreto vescoville. e qualora non obbedisca. gli ven- ‹ gano senz'altro sottratte le distribuzioni corali ».

Quum vero Decanus obedire ulterius detrectasset. Vicarius generalis dioecesis, qui est simul prima Capituli dignitas seu archipresbyter, haec scripsit super folio distributionum: « La somma di L..... che sarebbe ‹ spettata al Rmo Mons. Decano, in virtù del decreto ‹ vescovile e delle istruzioni ricevutc dalla S, C. dei ‹ Concilio, viene trattenuta presso il sottoscritto. in ‹ attesa di ulteriori istruzioni ». Id magis magisque exacerbavit animum Decani qui. adstantibus aedituis ac pluribus canonicis verba offensive in ipsum Vicarium proferre non dubitavit. Hinc postridie Ordinarius eum suspensione mulctavit» quam tamen Decanus per ulteriorem Missae celebrationem violasse videtur. - Postbaec idem Decanus absolutionem a censuris et dispensationem ab irregularitate saltem ad cautelam ab hac S. C. impetravit, ac etiam stallum decreto episcopali sibi assignatum occupavit, expresse tamen sibi re-
117 servato iure ad hanc/ S. C. recurrendi, sicuti deinde fecit, postulans, cum consensu sui Ordinarii, declarari quae sequuntur dubia:

I. An *et quomodo decretum episcopale de ordine in choro sedendi confirmandum sit in casu;*

II. An *decano restituendae* sint distributiones *chorales in casu;*

III. An suspensio eidem decano ab Ordinario inflicta ruriwcatur in *casu.*

Synopsis disctztatioxis. — 1 Per modum exceptionis praetudIdilis. Decanus negat Ordinario facultatem aliquid decernendi quoad Capitulum, extra sacrae visitationis actum. eo quod ecclesiae Capitulum in casu exemptione gaudeat. prout in Synodo dioccesana recognitum est: " Capi- " tulum duos de Capituli gremio, quolibet incunte anno. ' canonicos eligit, qui, ex privilegio quo gaudet, in criml- " nabbus tantum canonicorum causis, extra visitationem " cognoscendis et definiendis, tamquam coniudtces Episco- " po assistunt, iuxta formam a Tridentino Concilio ad rem ' traditam Ac insuper ad exemptionem hanc probandam affert ipse Decanus decisionem H. S. C. dici 20 iulii 16JM. tn qua legitur: - Supplicat Ordinarius benigniter responderi. an possit declarare canonicos incurso ln cen- ▮ ruras a iure latas, absque adiunctis capitularibus Et S H C. respondit: " Negative in casibus in quibus forcundus sit processus ", (Cf. S. Pauotixi t. $ p tM6 n. 21).

Art haec et alia in conclusionibus per Decani patronum a ata. speciosa nec solida argumenta sunt ad vindicandam exemptionem Capituli cathedralis. Sive enim littera et sensu Synodi dioccesanae. sive littera et sensu Concilii Trt- «r.tmi. ad effectum quo de agitur, sub cap. VI. Sess. XXX'. Ref. sive decisione 20 iulii 16M. hoc unum probatur. Ordinarium, extra visitationem, procedere non posse in cnr-lnclibus criminaliter agendis, contra aliquem canonicum. sine duobus adiunctis ex Capitulo. Sufficit ad hcc probandum unum afferre Benedictum XIV'. qui. Dc Synodo DHoce., lib. XIII, cap IV. J 8. scribit: * Capitula itidem " exempta obnoxia sunt Synodalibus Constitutionibus, quae ** versantur circa reformationem morum et disciplinae; W quod a S. Congr. declaratum, testata sunt Concilia Pro- " vincialla Mechliniense et Namurcense. relata a Van- *. Espen. fur. ccd *un*lv., part. I. Ut. XVHL cap. IV. n. 8; M intacta in reliquis remanente eorumdem Capitulorum '* exemptione, *quae* in hoc praecipue lita est, ut Episcopus, " extra visitationem, *procedere nequeat contra* aliquem ** Canonicum sine duobus adiunctis e arenilo Capituli, ad " nornan Tridentini, Sess. XXV, cap. Vf. dc Ref., quamvts " eadem Capitula, sine adiunctis, pro suo arbitrio, visitare .. queat, iuxta aliud eiusdem Concilii decretum. Sees. VL ** cap. IV. dc *Rcf.,* quae duo decreta a nobis expensa et " invicem conciliata fuere in causa *lanucn., Jurisdictionis,* " de qua tom. II *Thcsaur* / Resol., pag. 162 et leq. ". Itaque, m hoc uno excepto criminali processu contra aliquem Canonicum. in reliquis omnibus Capitulum in casu sublicitur suo Episcopo, neque ulla gaudet exemptione.

2. Sublata e limine praeiudiciali exceptione, videndum an decretum de ordine sedendi in choro confirmandum sit necne.

Decanus infirmandum esse Ordinarii decretum praetendit praesertim ex eo quod opponatur inveteratae consuetudini ln sublecta materia, et oriatur ex praepostera interpretatione decreti S. R. C.. 19 iun. 1877. n. 3422. ad I: *. Primum locum in Ecclesia cathedral! post episcopalem ** cathedram esse qui immediate sequitur cathedram ‹pi- w scopalem ", quam contendit non esse in casu nisa quse surgit in presbyterio a cornu Evangclu. - Ordinarius ex adverso, postquam pluribus oriendil cdmuetudlrem in casu non exstare, immo ad annum usque 18C8 sedendi ordinem illum fuisse. quem Ordinarius nuper suo decreto restituit, allegat pro se ex decretis S. R. C.. quod ** bitur n. 305 in Bru-.dusinc. ubi edicitur sustineri decretum Epucopi qui ordinem sedendi ita statuit ut " The- " saurarius. qui tertiam et ultimam oblinet dignitatem in " dicta Ecclesia Collegiata. sedeat a dextris apud Archl- " presbyterum, primam Dignitatem. Decanus voro, seu " primus canonicus, sedeat a sinistris apud Cantorem, sc- ' eundam Dignitatem; reliqui vero canonici suces&ive per M ordinem hinc ir.de sedeant secundum eorum antianitaum " seu antiquitatem item Decr 866. tn Hicroccn.. ad 4: " Primae Dignitati primum stallum deberi, ct sic deinceps " ordine sucesrivo Quibus praemiosis, animadvertit ut cathedram Episcopi revera habendam esse quae In Ima abside ln medio chori erigitur; nihil in contrarium faciente quod hucusque utpotc cathedra habita sit quae surgebet a cornu Evangelil in presbyterio, quaeque tamen hodie statis procul a primo stallo chori dimota est; nihil enim prohibet quominus Episcopus *plurcs* sedes habeat: ct. Concilium Tridcntinum. Sess. XXV. c. 6. *de Rcf.,* et S. R C. ln Gra- *naten.,* n. 214. ad 2 (9 mail 1906). Et Decanum arguit, quod sedem in ima abside exstantem, tradiderit tamquam " un ** semplice stallo più distinto dum c contrario " c una " vera sede, o trono episcopale - et quidem con baldacchi- " no. sporgente dalla parete centim. 80 - e rialzato dl tre " gradinl. oltre la predella, sui pavimento dei coro. di cui " uno. oltre la predella, sui piano degli stalli canonicali. " proprio come per la sede episcopale prescrive il decreto " n. 2049 ad 25. Arcquipen.. 13 martii 1700, della S. C. del Riti ... " (ef. etiam *Caerem.* Episc.. Hb I. cap XIII. n 31.

3. Qui super hac controversia scripsit Consultor, plar.v hisce Episcopi argumentis adstipulatur; sed existimat corrigendum seu reformandum esse decretum in duobus, primo in eo quod *semper* a sede episcopali sita/ in medio iis chori ordo sedium dignitatum et canonicorum regulandus sit; secundo tn eo qu«-d sedem figit post Dignitatem canonicis Theologo. Poenitentiarlo et Parocho Et ad primum quod attinet. - ait - non videtur excludi debere α principio statuendi ordinem sedium choralium alteram cathedram episcopalem, quam vocant trono dei ponttficall. Etenim quando Episcopus pontificali celebrat ritu, et hric sedet. Dignitates et Canonici huic sedi propius accedere debent; sed dum. stallis choralIbus post altare manentibus, aliae sedes cannnicales prope thronum non ponantur, personae quae viciniores Episcopo sedere debent, accedere non po»- sunt nisi Iccis mutatis. Itaque tunc idem ordo dignioris, qui a sede in medio chori sita, diebus ordinariis, initium sumit, diebus pontificalium functionum, sedente Episcopo m throno ante altare, ab hac sede initium sumere debet: et tunc, incipiendo ab Archiprcsbytero. ceteri locum occupare debent inverso ordine, ac qui altas servatur. Et hoc est conforme praxi. quae in Urbe servatur vel in Patriarchallbus Basilicis, in quibus ordo choralium rerulatur ab altari, in quo celebratur: ita ut primus locus habeatur ille qu» propior est a cornu cvnnj-clii altaris papalis «i tn irio officium fit; altaris canonical! in extrema apside siti, si in isto functio sacra exequatur. Et concordat decretum S. R. C. n. 287. in Andricn.. 25 sept. 1610

Ad secundum vero quod spectat, non eri probatum quod fixa sede gaudere debeant Cnnonicl Parochui, Tbeel?gU5 et Poenitertiarius. Episcopus ab H S. C. interrogatus, num statuto vel consuetudine hoc sustineatur, respondit statutum quidem non adesse, quia riatulis caret Cap;luium, neque a Synodis aliquid ad rem praevribl Attamen addtl " ln mancanra di un vero tu» ho tenuto prvarnte FantM ** consuetudine secondo la quale 1 detti Canonici Teeloxo " e Penltcnriere anticamcnte occupavano fiU stalli subito " dopo rArciprcte; e skccnw il decreto della S C. dei " Riti. n. 164. Mcdlolcncn , dent maggto 1GM. vuok ebe «i

" conservi la disposiiione di S. Carlo Borromeo. chc aveva " assegnato al Can. Teologo Il primo posto dopo le Dignité. " ho credulo di potere c dl dovere unlformarmi alfaccen- – nata antica consuetudine. Circa il Can. Parroco. non mi " risuita se egU abbia seduto. in passato. In fondo all'absi- " de: tuttavia. second© la distribuzione degli stalli da me * abolita, veniva subito dopo Il Decano. Conseguentemente. " spostando ii Decano, ho spostato anche il Can. Parroco. ** conservandogli però la pnma sede dopo quella dei De- ** cano. Del resto, nelle numerose Cattedrali che ho avuto " occasione dl visitare, ho sempre notato che dappertutto. – subito dopo le Dignité, in Coro seggono i Canonici M d'ufficio

Quae responsio totam probationis vim pro stallo fixo favore Canonicorum Parocni. Theologi ct Pocnitentiarii co-
120 llocat in consuetudine. Ast/ nimis claudicat haec consuetudo: ex eo enim quod Theologus et Poenilentiarius occupabant ultimas sedes a cornu Evangelii. arguit id non esse nisi reliquia antiqui moris, quando hi duo Canonici immediate sedebant post primam dignitatem, Archipresbyterum. Ad Parochum vero quod attinet, probationem desumit cx opposita via, non ex antiquo more sessionis canonicorum, sea ex recentiore, cum observasse! Parochum locum occupare immediate post Decanum.

Itaque, cum non corstet de asserta consuetudine, videtur in casu sequi debere dispositionem iuris communis, quae habetur in can. 408 C. I. C.. nullatenus suffragante sive dispositione S. Caroli pro Mediolanensi provincia, sive praxi aliarum Cathcdralium ecclesiarum, quas Ordinarius visitavit. Praescriptum vero can. 403. nulla facta exceptione favore Theologi vel Poenitentiarii. rationem tantum haberi statuit antianitatis. seu prioritatis possessionis. Sic enim ibi: ** ... ln eodem Capitulo, salvis peculiaribus statutu. M vel legitimis consuetudinibus, dignitates, servato inter se w praecedentiae ordine, praecedunt canonicis, canonici an- " tiquiores, qui nempe prius posessionem ceperunt, poste- " rioribus ... ~.

4. Decretum Ordinarii poenalem habet sanctionem, videlicet: " .. ordiniamo che tutti quel capltolari i quali - il " che non vogliamo credere - rifiutassero di ottemperare. " psrdano tutte le dlstribuzioni. come se non fossero pre- ·' senti al Coro ". Idipsum Decanus contendit intusium esse cum correlativa sint praesentia in choro et distributionum perceptio. ** Questa relazlone - scribit - tra presenza in " coro e percezlone delle dlstribuzioni non puô essere di- " strutta, senza togliere alie dlstribuzioni stesse ii carattere " che esse hanno per dlsposiiione dl diritto. Il Vescovo, con ~ l'ordinare un cambiamento di stallo, non puô fare che " non sia présente al coro chi è présente, e quindi. salvo. " *si* ct in *quantum,* il diritto di imporre altre sanzloni. non ' puô togliere le dlstribuzioni quotidiane che sono legate " connaturalmente e sostanzialmente alia presenza ln " coro ·.

*

Sed argumentatio Decani nimis absoluta est ct. quamvis vera, non excludit casus in quibus fallit Qui choro praesens est lucratur distributiones, etiamsi non physice sit praesens, sed fictione iuris talis, prout can. 420 statuitur pro capitularibus Jubilatis, infirmitate detentis, pro Theologo. Poenitentiario. Parocho, etc. Itaque, e contrario, absens censetur a choro, quamvis physice praesens, qui non psallit, neque canit, vel qui adstat sine veste convenienti. iuxta can. 409. Ideoque verum non est quod Decanus affirmat, quod scilicet numquam qui praesens est choro, amittat distributiones: et fallit quoque quod Episcopus, servatis servandis, id facere nequeat. Hic enim, in sua dioecesi, *potestate* gaudet legislative, tudiciaria, coactioa ad *normam sacrorum canonum* exercenda (can. 335). Qua-
121 propter./ intra limites *suae* Jurisdictionis lepem a *se* latam (Vel a praedecessore aut a superiore potestate) munire potest congrua poena (can. 2221) Et haec poena esse potest privatio alicuius iuris cuni beneficio vel officio coniuncti (can. 2298. n. 4'). seu. uti in casu, privatio iuris cum praesentia in choro coniuncti. amissio scilicet distributionum. quod recurrens negat.

5. Quod, demum, suspensio sibiinjuste et invalide sibi irrogata fuerit. Decanus non arguit nisi negando se publice tniurias in can. Archipresbyterum protulisse, ubi utinam testimonio unanimi aditantium, tamquam de facto omnino notorio, non refelleretur. Nec magis ille luvatur privilegio exemptionis extra visitationis casura, ab Episcopi auctoritate. nuod. ut a limine vidimus, praetendit, ad tramitem Concilii Tridentinl. Sees. XXV. cap. VI. de Rcf. Etenim planum est loqui Concilium de formando processu, deque causa tractanda in tribunali, in qua teneretur Episcopus ministerio canonicorum coniudicum uti. proutl menus elucet ex citata resolutione H. S. C. 20 iulil 1094. E contrario hic in re notoria nullus processus efformandus erat, sed disciplinae tramite agendum, et quidem in casu quam maxime urgenti. Quare, etc.

Resolutio. - Porro Sacra Concilii Congregatio, in plenariis Emorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die B iulii 1922. suprascriptis dubiis respondendum consult:

Ad 1: *Affirmative,* ita tamen ut canonici post dignitates, ad tramitem canonis 408. 5 1 Codicis iur. can., nulla ratione habita officiorum, sedeant hinc inde iuxta prioritatem possessionis.

Ad 2: *Negative.*

Ad 3: Af/rrrnafipc.

Quas resolutiones, referente iiostmodum Infrascripto Sacrae Congregationis Secretario. SSrfius Dflus Noster Pius Div. Prov. PP XI approbare et confirmare digna tus esL—I. Mo r i. Secr.

Adn. IP 3 (1923) 14-15. ME 35 (1923) 137-138.

438

1922 IUL 8.-SC RITUUM, KESP. AAS 11 (1922) 541

DUBIUM

De missis infra octavam privilégiatam **1П ORDINIS**

Expostulatum est a Sacra **Rituum** Congregatione • Utrum infra Octavam privilegiatam tertii ordinis, uti «♦ " Romae. Octava Ss. Petri et Pauli Apostolorum, occurrente * festo ritus scmiduplicls. dici possint Missae de Ipsa Oc- - Uva; an prohibeantur per novas Missalls Rubricas, tit - IV, n. 5? ≺

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus perpensis, respondendum censult:

" *Affirmative* ad primam partem, negative ad secundam. - ct Rubrica intelligenda est de Officiis ab ipsa Octava extraneis ?

Atque ita rescripsit et declaravit Die 8 iulil 1922- A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. *C. Prati* Alexander Verde. Secr.

Ada. I. PAUWELS in PrM 12 (1922) 152-154.

439

1922 IUL 14.-COM. INTP. KESP. AAS 14 (1922) 528-53«

DUBIA: J - Dr acquisitioxe domicilii. 2 – De **OBLIGATIONIBUS CLERICORUM. 3 - Dz** amissione officiorum ecclesiasti**CORUM. 4 - Dr PAROCHIS. 5** Dr Vicariis substitutis **ET SUPPLENTIBUS QUOAD ASSISTENTIAM MATRIMONIIS. 6** - De **VICAMB OECONOMIS QUOAD APPLICATIONEM MISSAE PRO POPULO. 8 - Dt COLLAIT BAPTISMI ADNOTAIIONE. 9 I R REGULARITATTSUS ALI15VE IMPEDIMENTIS. 10 - DI CUSTODIA AC CULTU SSJUZ** Eucharistiae. **11** - De reductione onerum Missarum. **12** - Dx **FORO COMPETENTI. 13 - DE SENTENTIA. 14 - DE FORO COMPETENTI IX CAUSIS MATRIMONIALIBUS. 15 – DE SUTHXCTO COACTITAX POTESTATI OBNOXIO**

I. *De acquisitione domicilii* (can. 93)

Utrum uxor, a viro malitiose deserta, possit, ad normam can. 93. 5 2. obtinere proprium ac distinctum domicilium.

Resp. Negative, nisi a iudice ecclesiastico obtinuerit separationem perpetuam, aut ad tempus Indefinitum.

II. *De obligationibus clericorum* (cann. 130. 590)

1. Utrum parochi vel vicarii curati religiosi examen de quo in can. 130. § 1. subire teneantur coram Ordinario eiusve delegato, si coram Superiore religioso eiusve delegatis examen subierint, de quo in can. 590.

Et quatenus negative:

2. Utrum in casu negligentiae Superiorum religiosarum circa examen, de quo in cit. can. 590, Ordinarius loci cogere possit religiosos istos ut examen, ad normam cit. can. 130, I 1. coram se suisve delegatis subeant

Resp. Ad 1. Negative.

Ad 2. Recurrendum esse in casu ad S. C. de Religiosis.

III. De *amissione officiorum ecclesiasticorum* (cann. 189. 191)

1. Utrum, ad normam can. 189, $ 2, Ordinarius renuntiationem valide acceptare possit elapso iam integro mense a renuntiatione facta, quin nova intercesserit resignation

Resp. Affirmative, nisi resignatarius ante acceptationem renuntiationis, renuntiationem Ordinario exhibitam revocaverit, et revocationem Ordinario significaverit

2. Utrum in casu negligentiae Superiorum religiosonuntiationem revocare valeat ante acceptationem.

Resp. Affirmative.

IV. *De parochis* (can. 4G0).

L Utrum can. 460, § 2, applicetur dumtaxat ad paroecias erigendas post promulgationem Codicis: an etiam ad paroecias iam erectas.

Et quatenus negative ad 1 "" partem, affirmative ad 2

2. Utrum idem canonis praescriptum applicetur etiam paroeciis, in quibus pluralitas parochorum inducta est non consuetudine aut privilegio, sed legitimo statuta

Et quatenus affirmative:

1 Utrum iura iam quaesita parochis, ut aiunt, proportionnriis seu cumulativis, integra maneant, tum quoad spiritualia, tum quoad temporalia: an vero revocentur etiam quoad temporalia.

Et quatenus negative ad 1 * partem, affirmative ad 2

4. Utrum cura animarum principalis et unica tribuenda sit parocho qui praeeminentiam honoris habeat prae aliis: an vero antiquiori possessione.

Resp. Ad 1. Negative ad ■ partem: affirmative ad 2-

Ad 2. Affirmative.

Ad 3. et 4. Provisum in praecedentibus; pro applicatione vero canonis ad hos casus particulares recurrendum esse ad S. C. Concilii.

V. *De vicariis substitutis et supplentibus quoad assistentiam matrimoniis* (can. 465, §§ 4 et 5)

1. Utrum vicarius substitutus, de quo in can. 465, § 4, possit post Ordinarii approbationem licite et valide assistere matrimoniis, si nulla limitatio apposita fuerit

2. Utrum idem vicarius id possit etiam ante Ordinarii approbationem.

1 Utrum idem vicarius parochi religiosi id possit post approbationem Ordinarii, sed ante approbationem
a Superioris religiosi./

4. Utrum vicarius, seu sacerdos supplens, de quo in cit can. 465, § 5, id possit ante approbationem Ordinarii.

Resp. Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Affirmative.

Ad 4. Affirmative, quoadusque Ordinarius, cui significata fuit designatio sacerdotis supplentis, aliter non statuerit

VI. *De vicariis oeconomis quoad applicationem Missae pro populo* (cann. 466, 473)

Utrum vicarius oeconomus, qui plures paroecias tempore vacationis regit, unam tantum debeat Missam pro populis sibi commissis diebus praescriptis applicare.

Resp. Affirmative, ad normam can. 473. § 1. collati cum can. 466. § 2.

VII. *De transitu ad aliam religionem* (can. 634)

Utrum suffragium Capituli in admittendo religioso, dc quo in can. 634, ad professionem sollemnem aut simplicem perpetuam, habeat vim deliberativam; an tantum consultivam.

Resp. Affirmative ad 1" partem; negative ad 2-

VIII. *De collati baptismi adnotatione* (can. 777)

Ad verbum *illegitimi* canonis 777, § 2. omnes omnino comprehendat illegitime natos, etiam adulterinos, sacrilegos, ceterosque spurios, ita ut liceat parentum ipsorum cognomina inscribire in adnotatione collati baptismi.

Resp. Nomina parentum ita inserenda esse, ut omnis infamiae vitetur occasio: in casibus vero particularibus recurrendum esse ad S. C. Concilii.

IX. *De irregularitatibus aliisve impedimentis* (can. 987)

Utrum nomine *filiorum,* de quibus in can. 987, η. I, intelligendi sint tantum descendentes in linea paterna usque ad primum gradum.

Resp. Affirmative./

X. *De custodia ac cultu sanctissimae Eucharistiae* (can. 1274)

Utrum ecclesiae, in quibus, ad normam can. 1274, $ 1 sine Ordinarii licentia fieri potest expositio publica seu cum ostensorio die festo Corporis Christi et infra octavam inter Missarum sollemnia et ad Vesperas, sint illae tantum quibus datum est asservare sanctissimam Eucharistiam.

Resp. Affirmative, firmo praescripto can. 1171.

XI. De *reductione onerum Missarum* (cann. 1517 et 1551)

Utrum Ordinarius, ad normam can. 1517 et can. 1551, ob imminutos reditus, onera Missarum reducere valeat, si id in tabulis fundationum expresse caveatur.

Resp. Affirmative.

XII. *De foro competenti* (can. 1565)

Utrum, ad normam can. 1565, § 1, pars ratione contractus conveniri possit coram Ordinario loci, in quo contractus initus est vel adimpleri debet, etiamsi e loco discesserit

Resp. Negative, salvo praescripto § 2 citati canonis.

XIII. De *sententia* (cann. 1874 ct 1894)

Utrum, ad normam can.1874, § 5. ct can. 1894. n. 3. nullitatis vitio laboret sententia lata a tribunali collégial), et subscripta tantum a praeside tribunalis et notario.

Resp. Affirmative.

XIV. De *foro competenti in causis matrimonialibus* (can. 1964)

1. Utrum uxor, a viro malitiose deserta, eum in causa matrimoniali, ad normam can. 1964. convenire possit coram Ordinario proprii ac distincti quasi-domicilii: an vero convenire debeat coram Ordinario domicilii vel quasi-domicilii viri.

Resp. Negative ad 1 "" partem; affirmative ad 2—./ 530

2. Utrum actrix catholica, a viro non legitime separata. quae proprium ac distinctum quasi-domicilium habet, virum acatholicum in causa matrimoniali, ad normam can. 1964. convenire possit tantum coram Ordinario proprii ac distincti quasi-domicilii; an vero etiam coram Ordinario domicilii viri.

Resp. Cum uxor in casu habeat proprium ac distinctum quasi-domicilium. et sequatur domicilium viri, potest virum convenire coram alterutro Ordinario.

XV. De *subiecto coactivae potestati obnoxio* (can. 2233)

Utrum, ad normam can. 2233, § 2, ob violationem praecepti peculiaris, quod communitum erat censura ferendae sententiae, statim post delictum comprobatum censura infligi possit: an vero praemittenda sit nova monitio.

Resp. Affirmative ad 1 ■"" partem; negative ad 2"\

Romae, 14 iulii 1922.—P. Card. Gasparri. *Praeses.* Aloisius Sincero, *Secr.*

Adn J. CREU5EN (n NrT 50 (1923) 44-47.110-114; U. MANNUCCI In ME 34 (1922) 339-344: Ph. MAROTO in CpR 4 (1923) 130-133; REGATILLO n. 25.44,74.217.226.227.316.365.639.751. 771,799.809.866; IP 2 (1922) 84-87.121-128; PrM 12 (1922) 166-173.

440

1922 IUL 23.-SC REL., DECR. AAS 14 (1922) 428

Circa indullta prorogandi capitulum generale

Factum est aliquando, praecipue durante bello, ut haec Sacra Congregatio alicui Ordini aut Congregationi religiosae indultum prorogandi celebrationem Capituli generalis ob peculiaria temporum aut rerum adiuncta concesserit cum clausula ‹ ad nutum S. Sedis ».

Ne autem diutius Capitulorum generalium celebratio differatur. Sacra Congregatio de Religiosis, omnibus diligenter perpensas, mandat ut quaelibet Religio aut Congregatio religiosa, quae indultum cum praedicta

clausula obtinuerit. Capitulum sine mora celebrare debeat, non ultra finem proximi anni 1923. Curent ergo Superiores generales ad quos pertinet. Capitulum ita mature convocare aa nonnam constitutionum, ut intra praedictum tempus eius celebratio locum habere possit

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis dc Religiosis, die 23 iulii 1922.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B.. *Secr.*

Adn. J. C. in NrT 50 (1923) 34-35; Ph. MAROTO In CpR 4 J923) 5-9.

441

1922 IUL 25.-PIUS XL CONST. AAS 14 (1922) 420-422

S. IGNATUS DE LOYOLA CAELESTIS EXERCITIORUM SPIRITUALIUM PATRONUS DECLARATUR

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

Summorum Pontificum haec fuit semper praecipua cura ut quae ad pietatem vitaeque Christianae perfectionem magnopere conducerent, ea summis laudibus commendarent, validisque incitamentis promoverent lamvero inter varia eiusmodl adiumenta insignem sibi locum vindicant ea quae S. Ignatius divino quodam instinctu in Ecclesiam invexit Exercitia Spiritualia. Quamquam enim, quae Dei miserentis est benignitas, numquam defuerunt qui res caelestes penitus perspectas Christi fidelibus contemplandas apte proponerent, tamen Ignatius primus libello, quem composuit, cum litterarum etiamtum plane rudis esset, quemque *Exercitia Spiritualia* ipse inscripsit,, rationem quamdam et viam peculiarem peragendi spirituales secessus docere coepit, qua ad peccata detestanda vitamque. D. N. lesu Christi exemplo, sancte disponendam fideles mirifice juvarentur.

Cuius ignatianae methodi virtute factum est. ut summa horum Exercitiorum utilitas, quemadmodum decessor Noster praeclarae memoriae Leo XIII affirmavit, comprobaretur « trium iam saeculorum experimento... omniumque virorum testimonio qui vel asceseos disciplina vel sanctitate morum maxime per idem tempus floruerunt ».· Praeter tot tamque illustres sanctimonia viros vel ex ipsa ignatiana familia, qui omnem virtutis rationem ab hoc veluti fonte se mutuatos esse disertissime sunt professi, duo illa Ecclesiae/ lumina com- 421
memorare libet e clero saeculari: S. Franciscum Salesium et S. Carolum Borromaeum. Franciscus enim ut se ad episcopalem consecrationem rite compararet, ignatianis Exercitiis studiose vacavit, in iisque eam vivendi rationem sibi ordinavit, quam semper deinceps tenuit secundum reformationis vitae principia in libello S. Ignatli tradita. Carolus autem Borromaeus. ut feL rec. decessor Noster Pius X ostendit.' et Nosmet ipsi ante summum Pontificatum editis historiae monumentis demonstravimus. horum Exercitiorum in se vim expertus, quibus ad vitam perfectiorem impulsus erat, eorumdem usum in clerum populumque divulgavit. Ex addictis vero religiosae disciplinae sanctis viris feminisque satis est exempli causa nominare illam altissimae contemplationis magistram Theresiam et seraphici Patriarchae filium Leonardum a Portu Mauritio, qui quidem tanti faciebat S. Ignatii libellum, ut omnino eius methodum in animabus Deo lucrandis se sequi confessus siL

Romani igitur Pontifices hunc parvae quidem molis sed « admirabilem librum ».' cum iam inde a prima eius editione sollemniter approbarint. laudibus extulerint, Apostolica auctoritate communierint, deinceps eius usum, tum sanctis indulgentiae muneribus cumulando, tum novis subinde praeconiis honestando, suadere non destiterunt.

Itaque Nos. persuasum habentes temporum nostrorum mala inde maximam partem originem ducere, quod iam non sit qui recogitet corde; comperto autem Exercitia Spiritualia secundum S. Ignatii disciplinam peracta valere plurimum ad infringendas perarduas difficultates. quibus humana societas nunc passim conflictatur, explomtoque laetam virtutum segetem, sicut olim ita hodie, in sacris secessibus maturescere, cum inter religiosas familias sacerdotesque saeculares, tum inter laicos ct - quod nostra praesertim' aetate mentione singu- *22
lari dignum est - inter ipsos opifices; summopere exoptamus. ut usus horum Exercitiorum Spiritualium latius in dies diffundatur et illa pietatis domicilia, quo vel mensem integrum vel octo aut. si id fieri nequit, pauciores dies seceditur, tamquam ad perfectae vitae Christianae palaestram, frequentiora usque exsistant ac floreant

Quod cum a Deo pro Nostra dominici gregis caritate precemur, Sacrorum Antistitum universi fere orbis catholici ex utroque ritu flagrantissimis studiis votisque satisfacientes atque etiam hoc tempore, in quod feliciter tum anni saecularis tertii a Sanctorum honoribus Ignatio tributis, tum quarti ab huius aurei libelli confectione solemnia incidunt, cupientes Ipsi Nostri in S. Patriarcham grati animi non dubiam significationem dare, proposito Nobis exemplo Nostrorum Decessorum qui alios aliis Institutis Praestites Tutelares attribuerunt, adhibitis in consilium venerabilibus Fratribus S. R E Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis. auctoritate Nostra Apostolica, S. Ignatium de Loyola omnium Exercitiorum Spiritualium ideooue institutorum, sodalitiorum, coetuum cuiusvis generis, iis qui Exercitia Spiritualia obeunt, operam studiumoue navantium. Patronum Caelestem declaramus, constituimur renuntiamus.

Decernimus vero has litteras Nostras firmas, validas et efficaces esse semperque fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die vigesima quinta mensis iulii, Pontificatus Nostri anno primo.—A. Card. VICO. Ep. *Portuen. et S. Rufinae S. R.* C. *Praef.* O. Card. CAGIANO. S. R. *E. Cancellarius.* Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.* Leopoldus Capitani, Subst. *Reg. ex spec, deleg*

' Ep. *Ignaticnae commentationes* ad P. Lud. Martin, Prae? Gen. Soc, lesu. ' Utt. Encycl. *Editae saepe.* | BENEDICTUS XIV in Utt. Apost. *Quantum secessus.* * 1ER- XII. U

Adn. E HOCEDEZ iη NrT 50 (1923) 337-348: PrM 12 (1922) 77-79.

442

1922 IUL 29.-SC PROP. FIDE., RESP. PART.·

Assistentia matrimoniis et exequiis haereticorum

Quaesita ab A. T. per Revmum Delegatum Apostolicum huic S. C. proposita transmissa fuere die 13 octobris a. *s.* ad Supremam S. C. Sancti Officii; quae nuper (per decr. feriae IV. 31 maii 1922) ad ea respondit:

1) *Ad primum* (Utrum liceat Missionariis adsistere in nonnullis casibus matrimoniis civilibus protestai!·tium): ‹ Detur instructio fer. IV die 25 iulii 1917 (LE 49], iam edita ».

2) Ad *secundum* (Utrum liceat Missionariis recitare preces exsequiales in sepultura haereticorum non catholicorum): « Prout exponitur, *negative* ».

• **Ordinario Imulenm SMcmonuan Sopttntrlonaliem: Syilese n. 102.**

443

1922 AUG 1.-PIUS XI, EPIST. AAS 14 (1922) 449-453

Ad emum p. d. caietanum bisleti, s. r- e. card, protodu- **CONUM. PRAETECTUM SACRI CONSILII SEMINARIIS ET STUDIORUM** universitatibus: de **SEMINARIIS** et studiis clericorum

PIUS PP. XI

Dilecti Fili *noster salutem et apostolicam Benedictionem.* - Officiorum omnium sanctissimorum, quaecumque apostolici muneris amplitudo complectitur, nullum sane nec maius est nec patet latius, quam curae et efficere ut Ecclesiae ad divina sua munia obeunda bonorum ministrorum satis magna copia suppetat. Id enim est eiusmodl. quod Ecclesiae ct dignitatem et efficientiam et vitam ipsam coniunctam habet; quodque ad salutem humani generis tam interest quam quod maxime: siquidem quae mundo parta sunt a lesu Christo Redemptore impensa beneficia, ea non cum hominibus nisi per · mi-

nùtroi *Christi et dispensatores mysteriorum Dei* » communicantur. Iam vero ex hac beati Petri Cathedra, in qua nullo merito nostro divinitus collocati sumus, circumspicientibus Nobis eum, qui proximis Nostris curis
450 demandatus est, orbem catholicum, aestimare licet ex/ una parte quae et quam magnae sint animorum necessitates. ex altera autem quam non eis plurifariam clerus, pro sua praesertim paucitate, sufficiat: difficultatesque ad cum rite supplendum, quae iam gravissimae aderant, quanto factae sint recentis belli damnis iacturisque graviores. Quod si omnibus, quotquot divinae gloriae alienaeque saluti student, longeque ante alios sacris Pastoribus, permolestum accidat oportet, facile intelligitur Nos. cum omnium ecclesiarum curam sustineamus, multo vehementius quam ceteros, eam ipsam ob causam anxios esse atque sollicitos. Itaque in exordio pontificatus maximi nihil Nobis est antiquius, quam singulare quodeam studium ad rem tanti momenti conferre: praecipucquc advocatam adhibere operam istius Urbani Consilii cuius est educationem doctrinamque sacrae iuventutis universae moderari. Novimus enim multa iam a decesoribus nostris eodemque Consilio, ut instrumento, usis peropportune esse praescripta, quae Nos et valde probamus omnia ct Nostrae auctoritatis suffragio confirmamus: verum nonnulla ex iis sunt, quae omnino volumus eo vel urgentius urgeri, tamquam sancto proposito maxime conducibilia. Quapropter. ad te, dilecte fili Noster, eiusdem sacri Consilii praefectum, has damus litteras, ut quemadmodum huius Nostrae tantae sollicitudinis in primis es particeps, ita ad ea significanda quae eamdem levare posrunt, te ipso interprete, utamur.

Principio, quoniam sacri ordinis Ecclesiaeque rationes quae arctissime, ut diximus, inter se cohaerent, non est dubitandum quin omni tempore satis hominum a Deo ad sacerdotium destinetur; alioquin necessaria in re Deus umquam deesset Ecclesiae suae, quod nefas est dicere.

Quamquam hac ipsa in re aeque ac in ceteris quae ad communem animarum salutem opus sunt, ea divinae providentiae lex valet, ut communes preces amplissimum locum habeant ad impetrandum Apertum enim no-
451 tumque omni/bus est illud: *Messis quidem multa,* operarii autem *pauci. Rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam.*[1] Quoniam igitur huic officio optimus quisque satisfacere, Ecclesia praeeunte, consuevit, iam ut candidatorum ad sacra numerus accrescat, in primis servari cupimus optamusque quod in iuris canonici Codice ita praescriptum est: *Dent operam sacerdotes, praesertim parochi, ut pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae vocationis, peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent,* primis litterarum *studiis imbuant divinaeque in eis vocationis germen foveant.*[2] Qui quidem, ubi maturum tempus esse iudicaverint, suos alumnos studebunt sacro alicui Seminario tradere in disciplinam, ut in eis quod ipsi inchoaverint, rite perficiatur. Quod si huic rei tenuitas adulescentulorum fuerit impedimento, nec sacerdotes sumptus suppeditare ipsi possint, bonorum animos excitent ad succurrendum, proposita, rei tum sanctitate, tum etiam incredibili utilitate. Quo loco facere non possumus quin rogemus omnes, quicumque Ecclesiam diligunt, ut illud « Opus vocationum ecclesiasticarum » quod, pueris spei bonae et domi ct apud parochos et intra Seminariorum septa sedulo adiuvandij. salubriter institutum est, omni foveant studio atque promoveant.

Illud enimvero maximae est curae, modisque omnibus efficiendum est, quod decessores Nostri Leo XIII et Pius X saepius praeceperunt, ut sacra Seminaria, nisi ad eam rem, cuius causa condita sunt, ne adhibeantur, id est ad sacrorum administros, ut oportet, instituendos. Quare non modo in eis locus esse non debet pueris vel adolescentulis, qui nullam ad sacerdotium praeferant propensionem voluntatis. — horum enim consuetudo clericis mirum quantum obest, — sed etiam cum pietatis exercitiones, tum ratio studiorum, tum ipsum guber-
rj rationis genus huc omnino spe/ctenl oportet, ut ad perfunctionem divini muneris accommode de alumnorum animi praeparentur. Haec esto Seminariorum omnium, nullo excepto, sanctissima lex : cui quidem si religiosius usque adhuc obtemperatum esset, tanta fere ubique non esset paucitas sacerdotum. Nam hoc est in proclivi, quae non congruenter suae propriae naturae regantur Seminaria, ea suum quidem retinere nomen, re autem vera societati civili multum prodesse posse, at sacro ordini vix aliquid aut omnino nihil proficere.

Iam quomodo constituta esse oporteat Seminaria ut idonea exsistant sacerdotibus educandis, qui et a pietate et a doctrina bene instructi sint, non est Nobis in animo hic explicare: dumtaxat nonnulla sunt, quae praecipue, ut maximi momenti et ponderis, cupimus, dilecte fili Noster, universos sacrorum Antistites diligenter attendere.

Primum est de linguae latinae studio in litterariis clericorum ludis omni cura fovendo atque provehendo, quam linguam scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest. Etenim Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem saeculorum sit permansura, et prorsus a sui gubernatione vulgus arceat. sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem. Huiusmodi cum sit sermo latinus, divinitus provisum est ut is mirifico esset usui Ecclesiae docenti, idemque chrlstifidelibus doctioribus ex omni gente magnum ministraret vinculum unitatis; iis dando scilicet non solum unde, vel locorum intervallo disiuncti vel in unum locum congregati, facile inter se sensa mentis et consilia conferrent, sed etiam, quod maius est, unde, quae Ecclesiae matris sunt, altius cognoscerent et cum Ecclesiae capite arctius cohaererent Utraque de causa, ut cetera omittamus, liquet clerum, ante alios, latinae linguae perstudiosum esse oportere; neque enim hic laudes persequimur quibus hoc commendatur loquendi genus, pressum, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis/ quod mire 453
dixeris comparatum ad serviendum Romani Pontificatus gloriae, ad quem ipsa imperii sedes tamquam hereditate pervenerit Quod si in quopiam homine laico, qui quidem sit tinctus litteris, latinae linguae, quam dicere catholicam vere possumus, ignoratio quemdam amoris erga Ecclesiam languorem indicat, quanto magis omnes clericos, quotquot sunt, decet eiusdem linguae satis gnaros esse atque peritos! Horum profecto est latinitatem tanto tueri constantius quanto a sapientiae catholicae adversariis qui saec. XVI Europae in una fidei doctrina consensionem labefactarunt, acrius eam norunt opugnatam. Quare — quod ipsum in iure canonico cautum est[3] — in litterarum ludis, ubi spes sacri ordinis adolescunt, accuratissime sermone latino volumus alumnos institui, hanc etiam ob causam ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint, quae latine utique et tradendae et percipiendae sunt, flat, ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intelligentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis. Ita iam non continget, quod saepius dolemus fieri, ut nostri clerici sacerdotesque, cum haud satis operae litterarum latinaram studio dederint, neglectis Patrum Doctorumque Ecclesiae copiosis voluminibus, quibus fidei dogmata exhibentur dum dilucide proposita tum invicte defensa, idoneam sibi doctrinae copiam a recentioribus petant auctoribus, in quibus fere non modo perspicuum dicendi genus et accurata disserendi ratio solet, sed fidelis etiam dogmatum interpretatio desiderari. Quae igitur Paulus Timotheum admonuit: *Formam habe sanorum verborum ... ; * Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem ἐxciderunt,* haec, si umquam alias, his praesertim temporibus/ valent, cum varias 454
errorum fallacias, scientiae nomine specieque obtectas, nimis multi usquequaque venditare consueverant Has autem quis detegere possit ac redarguere, nisi fidei dogmatum probe sensum teneat vimque verborum quibus sollemniter sunt expressa, denique nisi ipsum, quo Ecclesia utitur, sermonem calleat?

Alterum in quo singularem Episcoporum vigilantiam requirimus, ad altiora adolescentis cleri studia pertinent. Omnino quae hac de re sunt in iure canonico providentissime statuta.[4] ea sancte inviolateque observari debent, si quidem consilium est sacerdotum parare copiam, qui tantae magnitudini muneris impares non sint. Confecto igitur litterarum curriculo, nostri alumni, ut sacrae Theologiae aptam praeparationem adhibeant, minimum biennio diligentissime in Philosophiae studio versentur. *Scholasticam* intelligimus Philosophiam, a sanctis Patribus Scholaequc Doctoribus quadam laborum continuatione naviter expolitam, ac denique opera et Ingenio Thomae Aquinatis ad summum perfectionis gradum adductam, quam quidem decessor Noster illustris Leo XIII « fidei propugnaculum ac voluti firmum religionis munimentum » ' appellare non dubitavit Profecto ipsius Leonis magna laus est Philosophiam chistianam. excitato Doctoris Angelici amore cultuque.

instaurasse: atque etiam sic judicamus, omnium rerum, quas in diuturno pontificatu pro Ecclesia et pro societate civili utilissime gesserit, hoc adeo fuisse caput, ut si cetera non adessent, haec una res satis esset ad tanti Pontificis nomen immortalitati commendandum. Itaque in primis sibi curae habeant magistri Philosophiae in hac disciplina clericis tradenda non solum rationem seu methodum, verum etiam doctrinam et principia sequi Sancti Thomae: idque eo faciant vel studiosius, quod
455 sciant nullum Ecclesiae Doctorem *mo/demistis* ceterisque fidei catholicae hostibus ita esse terrori et formidini. ut Aquinatem.

Quod autem de Philosophia dicimus, idem est de sacrae Theologiae disciplina intelligendum. Nam, ut Sixti V verbis utamur: « Huius quidem lam salutaris scientiae cognitio et exercitatio, quae ab uberrimis divinarum Litterarum. Sumorum Pontificum. Sanctorum Patrum et Conciliorum fontibus dimanat, certe semper maximum Ecclesiae adiumentum afferre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres securius et utilius perlegendos ct explicandos, sive ad varios errores et haereses detegendas: his novissimis diebus, quibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, ct homines blasphemi superbi et seductores proficiunt in peius, errantes et alios in errorem mittentes, sane catholicae fidei dogmatibus confirmandis pernecessaria est· « Etenim id quod efficit ut hoc disciplinae genus vim scientiae veri nominis habeat, in coque — ut desideratissimus decessor Noster praeclare ait[8] — plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus veritatis ». nihil est aliud nisi Philosophia Scholastica duce et magistro Aquinate, in usum ipsius sacrae disciplinae conversa. Hinc « apta illa et inter se nexa rerum et causarum cohaerentia, ille ordo et dispositio tamquam militum in pugnando instructio, illae dilucidae definitiones et distinctiones, illa argumentorum firmitas et acutissimae disputationes, quibus lux a tenebris, verum a falso distinguitur, haereticorum mendacia, multis praestigiis et fallaciis involuta, tamquam veste detracta, patefiunt et denudantur ». "

Consequens est, non bene sacrae iuventuti consulere,
456 qui omnem dc Theologia institutionem,/ scholastica ratione neglecta, ad pojifiram melhoaum. ut dicitur, exigendam putent: multoque minus eos officio suo satisfacere. qui huius doctrinae magisterium non aliter exerceant, nisi ordinem seriemque dogmatum atque haeresum doctis disquisitionibus exsequendo. Illa enim positiva methodus necessario quidem scholasticae adiungenda est, sed sola non sufficit: cum bene comparari nostros oporteat ad fidei veritatem non modo convincendam. sed illustrandam etiam ac defendendam; fidei enim dogmata contrariosque errores ex ordine temporum recensere, ecclesiasticae quidem historiae est. non vero munus Theologiae.

Tertio loco, quod ad clericorum studia pertinet, qui. pro conscientia officii, ea moderetur, non is profecto praescriptiones iuris canonici negliget de Theologia pajforali:u imo plurimum tribuet huic disciplinae, qua quidem proxime animarum quaeritur salus. Nec vero dumtaxat, quam sancte sint divina tractanda, praecipiet; sed praeterea quemadmodum sint maiore semper cum fructu hominibus applicanda. In quo ei erit temporum habenda ratio diligentissime. Multa enim in populi Christiani mores rerum cursus induxit, patrum nostrorum inaudita temporibus: quae pernovisse hodie sacerdotem oportet ut nova novis remedia malis in lesu Christi virtute reperiat, et salutarem religionis vim in omnes venas afferat humanae societatis.

Denique scito, dilecte fili Noster, admodum cordi Nobis illud esse quod pariter in iuris canonici Codice statuitur: Si constitui Seminarium dioecesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, *praesertim* in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur. Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium interdioecesanum vel regionale, auctoritate apostolica. constitutum fuerit.[13] In quo quidem optandum est ut Episcopi quorum id refert, Apo-
45- stolicae Sedis providcnVam ae/stiment eique libentibus animis suffragentur. Quam multi enim sunt, qui vel moderatorum praeceptorumque inopia, vel fortunarum angustiis, vel alia de causa nequeunt adolescentes clericos, si quos habent maioribus studiis maturos, apud se curare, ut dignum est. Instituendos? Iis igitur ut possent permagno sui muneris officio fungi, opportune haec Apostolica Sedes opitulata est. conditis, maxime per Italiam, in singularum regionum commodum, nonnullis Seminariis, iisque praesidum doctorumque nobilitate florentibus, unde sacerdotes exsisterent ad omne opus bonum instructi, paratisque se devovere totos Dei gloriae animarumque saluti. Nos equidem in instituti genus, in quo sapientia aeque ac munificentia decessorum Nostrorum Pii X et Benedicti XV spectata est, cum sartum et tectum conservare volumus, tum etiam, quantum est in Nobis, omni ope in maius provehere.

At vero par est et consentaneum, sacrorum quoque Antistites, qui eius sint regionis, cuius gratia Seminarium huiusmodi sit excitatum, debere omnes eidem pro virili parte prospicere. Quos quidem rogamus, ne inviti id faciant, quod non solum communis ab eis, sed propriae etiam ipsorum utilitatis ratio postulat Etenim si reputaverint — quod res est — suam cuiusque causam hic agi. et Seminarium interdioecesanum vel regionale suarum cuique dioecesium Seminarii maioris instar esse, in quo ipsi eadem iura eademque officia singuli habeant. nihil sane, quod intelligant a se in cius bonum conferri posse, umquam recusabunt.

Haec habuimus, dilecte fili Noster, ad te de clericorum institutione scribere. Iam istius cui praeses. Urbani Consilii erit curare, ut tam in sacris Seminariis Collegiisque clericorum tum in magnis Lyceis et facullaiibus seu doctorum ordinibus quicumque eidem Consilio subiecti sunt, ea diligenter ubique ad effectum adducantur. Eadem ipsa igitur, ex auctoritate Nostra omnibus quorum interest, tu significabis. Deprecante autem Virgine beatissima. Eius/ Matre qui est Sacerdos m *aeternum,* confidimus rem magno cum emolumento sacri ordinis. Dei miserentis gratia, successuram. &

Auspicem interea divinorum munerum ac peculiaris Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedicta, nem tibi, dilecte Fili Noster, amantissime impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 1 mensù augusti, anno 1922, Pontificatus Nostri primo.—Pit s Pp. xr

» Motth. IX, 37. 38. 3 Can. 1358 » Can. 1384. · *Π Tm.* I, 13. » / Γππ., VI, 20 21. · Can. 1385 et 13« ' Lilt. Edc. *Aeterni Patris.* 1 Bulla *Triumphantis* a. 1583. * Benedictus XV. Motu proprio *De Romana Sancti Thoma! Academia* a. 1914. » Sixtus V, *l.* c. " Can 1365 5 3. u Can. 1354. § 3.

1922 AUG 1.-SC REL., RESP. AAS 14 (1922) 501

Dubium: circa acceptationem rescripti saecularizatioxis VEL DISPENSATIONIS VOTORUM

Huic Sacrae Congregationi propositum fuit pro opportuna solutione sequens dubium:

‹ An Religiosus qui saecularizationis indultum aut ‹ simplicium votorum dispensationem impetravit, possit « primum aut alteram recusare cum a locali Superiore ‹ eiusdem notitiam accipit, quamvis Superior generalis « in scriptis iam exsecutoriale decretum rescripti emi· ‹ serit ad normam can. 56 Codicis iuris canonici ».

Praerequisito igitur Consultorum voto, dubium prt> positum fuit Emis PP. in plenario coetu die 9 iumi 1922, qui. re mature perpensa, respondendum censuerunt:

‹ *Affirmative,* dummodo Superiores graves rationes ‹ in contrarium non habeant, quo in casu ad Sacram ‹ Congregationem referant ».

In audientia autem die sequenti habita ab infrascripto Secretario. SSmus Dominus Noster Pius Pp. XI Efnorum PP. resolutionem adprovabit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 1» augusti 1922.—C. Card. Laurenti *Praef.* Maurus M. Serafim. O. S. B.» *Secr.*

Adn. J. CREUSEN in NrT 50 (1923) 35-36; Ph. MAROTO h CpR 4 (1923) 66-71.99-106: REGATILLO n. 318; IP 2 (1922) 91 ME 34 (1922) 283-290; PrM 12 (1922) 151-152.

1922 AUG 2.-SC S. OFFICIT, RESP. PART.·

Circa vinum ex musto sulphurato in sacrificio missu

Relate ad litteras Eminentiae Tuae, die 2 mensis mati tam elapsi datas, quibus dubium exponis utrum in Sa-

crificlo Missae adhiberi possit vinum obtentum ex musto sulphurato per additionem anhydridis sulphurosae vel per additionem metabisulphiti potassici. Suprema haec Congregatio sancti Officii respondendum decrevit: *Affirmative.*

Quod dum ego Eminentiae Tuae significo, impensam Tibi observantiam obtestor ac omni cum veneratione manus deosculor.

Romae, dic 2 augusti 1922.—Eminentiae Tuae Reverendissimae Addictissimus R. Card. Merry del Val.

• **Ordinario Tarraeonanti. Pro!. N. 301/22: Raxôn y Fe 67 (1923) 232 Adn. R. BROUILLARD in NrT 53 (1926) 423-447; 62 (1935) 55-75; REGATILLO n. 386; E. VITORIA in Ruôn y Fi 67 (1923) 219235; EL 37 (1923) 436-437; ME 35 (1923) 289-290.**

446

1922 AUG 4.-SC RITUUM, RESP. AAS 14 (1922) 505

DUBIA

De coetu fidelium sacro adstantium: an respondere possint **CONIUNCTLM PRO MINISTRO, VEL LEGERE ELATA VOCE QUAE SUNT CANONIS**

Sacrorum Rituum Congregationi proposita sunt, pro opportuna declaratione, sequentia dubia: nimirum:

‹ I. An liceat coetui fidelium adstanti sacrificio Mis‹ sae, simul et coniunctim respondere, loco ministri. ‹ sacerdoti celebranti?

c II. An probandus sit usus, quo fdieles Sacro ad‹ stantes, elata voce legant Secreta, Canonem. atque ‹ ipsa Verba Consecrationis, quae, paucissimis in Ca‹ none verbis exceptis, iuxta Rubricas *secreto* dici de‹ bent ab ipso sacerdote ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus mature perpensis, ita respondendum censuit:

« Ad I. Ad Rfnum Ordinarium iuxta mentem ». Mens autem est: « Quae per se licent, non semper expediunt ‹ ob inconvenientia quae facile oriuntur, sicut in casu, c praesertim ob perturbationes quas sacerdotes cele« branles et fideles adstantes experiri possunt cum de‹ trimento sacrae actionis et rubricarum. Quapropter « expedit, ut servetur praxis communis, uti in simili t casu pluries responsum est ».

c II. An probandus sit usus, quo fideles Sacro ad‹ stantes, elata voce legant Secreta, Canonem. atque ‹ celebrantibus, qui Canonis verba *secreto* dicunt, ut ‹ sacris Myteriis maior reverentia concilietur, et in « ipsa Mysteria fidelium veneratio, modestia et devotio ‹ augeantur; ideoque mos enuntiatus, tamquam abusus, « reprobandus est, et, sicubi introductus sit, omnino ‹ amoveatur ».

Atque ita rescripsit, declaravit atque decrevit. Die 4 augusti 1922.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. *R. C. Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Ada. F. M. CAPPELLO - P. BATTISTINI în EL 44 (1933) 299-393.545-549; 45 (1934) 121-122; I. PAUWELS In PrM 12 (1322) 155-157 et In NrT 49 (1922) 551-552; REGATILLO n. 3Î2; EL 36 (1922) 402-406; 47 (1933) 181-184; ME 34 (1922) 291 292.

447

1922 AUG 9.-PIUS XI. LIT. AP. AAS 14 (1922) 635

Erigitur apostolica delegatio in sinis

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Late iam per Sinensem regionem Christiano nomine propagato, plurimis inibi vicariatibus ac praefecturis apostolicis nte constitutis, Nos gentibus illis dilectionem Nostram et qua urgemur in eas caritatem clarius exhibere cupientes, sacrorum quoque Antistitum, qui illis in partibus pastorale munus exercent, votis ultro annuentes, novam in Sinis Apostolicam Delegationem ad Christianae religionis tutamen et decus statuimus constituendam. Hanc autem in sententiam venimus hoc ducti consilio, nimirum ut uberius paternae sollicitudinis iidem populi beneficia persentiant atque Praesules arctioribus inter se vinculis coniuncti Missiones suas gubernent, atque etiam in amplissima Sinensi regione, sicut iam passim in aliis locis, ex Delegationis Apostohcae institutione nova et quidem potiora Christiana res suscipiat incrementa. Quae cum ita sint, conlatis consiliis cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento et sedulo studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostohcae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Apostolicam Delegationem in Sinis constituimus atque erigimus. Volumus autem ut haec Delegatio Apostolica curas suas extendat ad quinque ecclesiasticas regiones Sinenses cum suis insulis, excepta dumtaxat praefectura apostolica insulae Formosae.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die dc augusti anno mcmxxii, Pontiiicatus Nostri primo.—P. Card. Gasparri, *a Secretis Status.*

448

1922 AUG 9.-SC RIT. DECR. AAS 14 (1922) 506-508

ADDITIONES FACIENDAE IN RITUALI ROMANO

Titulus V

Cap. I. De sacramento extremae unctionis

Post rubricam n. 20. sequens instructio addatur: *21. Quando pluribus simul infirmis hoc Sacramentum ministratur, Sacerdos singulis aegrotis crucem pie deosculandam porrigat, omnes preces quae unctiones praecedunt, plurali numero, semel recitet, unctiones cum respectivis formis super singulos aegrotos efficiat, omnes cero preces quae unctiones subsequuntur, plurali numero semel dicat.*

Cap. II. Ordo ministrandi sacramentum extremae unctionis

N. 7 ... Mox dicat: « In nômine Patris ». etc., post verba ‹ per invocatiônem » addatur: gloriôsae et san« ctae Dei Genitricis Virginis Mariae, eiùsquc Inclyti ‹ Sponsi loseph. et ômnium », etc. tuli in Oratione tit. V. cap. 7. *Proficiscere,* etc.).

Cap, VI. Ritus benedictionis apostolicae in articulo mortis

Rubrica n. 7 compleatur per sequentem instructionem (depromptam ex appendice Breviarii Romani et ex Decreto S. R. C. diei 8 martii 1879. n. 3483>:

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendae, neque praemissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur, dicendo:

« Dominus noster ». etc., ut supra.

Et si mors proxime urgeat dicat:

« E£O. facultâte mihi ab Apostolica Sede tributa, in■ dulgèntiam plenâriam et remissiônem ômnium pecca« torum tibi concêdo. In nômine Patros t et Filii, et « Spritus Sancti. Amen *sJ* *X7*

t Per sacrosâncta », etc., ut supra.

« Benedicat te », etc., ut supra.

In casu vero necessitatis sufficit dicere:

«Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tribûta, in« dulgèntiam plenariam et rvmissiônem ômnium pecca« torum tibi concédo. et benedico te. In nômine Pa« tris t et Filii, et Spritus Sancti. Amcn ».

Post n. 4 addatur:

N. 5. *Quando huiusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicantur semel ut rupra, singulari tantum numero in pluralem immutato.*

N. 6. *Postea dicit:* « Adiutôrium », etc.

Cap. VII. Ordo commendationis animae

In Oratione < Proficiscere », etc., post verba « Virginis Mariae » addatur: « in nômine beâti loseph, inclyti eiiisdem Virginis Sponsi ».

In Oratione « Comméndo te », etc., post verba « te complexus astringat » addatur: « Sanctus loseph. mo- c rientium Patrônus dulcissimus, in magnam spem te < érigat ».

Post Orationem c Clementissima Virgo ». etc.» addatur sequens:

Oratio.

< Ad te confugio. Sancte loseph, Patrône moriéntium, tibique, in cuius beâto trânsitu vigiles adstitérunt lesus ct Maria, per hoc utrûmque carissimum pignus, animam huius fâmuli (rei fâmulae) *N.* in extremo agône laborantem enixe commendo, ut ab insidiis diâboli. et a morte perpétua, te protegénte, liberétur, et ad gaudia aetéma pervenire mereâtur. Per Christum Dôminum nostrum.

c *R.* Amen ».

Cap. VIII. In exspiratione

Post verba « hora mortis suscipe » addatur: < Sancte loseph, ora pro me. Sancte loseph. cum beâta Virgine Sponsa tua. aperi mihi divinae misericordiae sinum.

< lesu. Maria. loseph. vobis cor et animam meam dona

c lesu. Maria, loseph. adstâte mihi in extrémo agône.

« lesu Maria loseph, in pace vobiscum dôrmiam et
5(1ß < requiescam ».'

ROMANA

Has variationes, sive Instructiones et Orationes titulo V Ritualis Romani, opportune ac respectives in locis addendas, a Sacra Rituum Congregatione propositas. Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI. referente infrascripto Cardinali eiusdem Sacri Consilii Praefecto, suprema auctoritate Sua approbavit, et in futuris editionibus eiusdem Ritualis inseri iussit

Die 9 augusti 1922.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. *R. C. Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. A. BARIN in EL 36 (1922) 449-455.

449

1922 SEP 14.-PIUS XI, EPIST. AAS 14 (1922) 545-546

Ad r. p. d. vlodimirum LEDÔCH0WI5KI. s. i. praepositum generalem: de pontificio INSTITUTO ORIENTALI CUM ATHENAEO PONTIFICIO DE RE BIBLICA IUNGENDO

Dilecti fili, salutem et apostolicum benedictionem. — Decessor Noster te), rec. Benedictus XV. ut probe nosti Pontificium Institutum. Orientis rebus provehendis, in Urbe condidit; non modo ut Latini sacerdotes in his studiis < congruenti quae omnes numeros habeat, institutione formarentur ». sed etiam ut Orientales tamquam proprium haberent altiorum studiorum domicilium. ubi in quaestionibus, quae magis ad Orientalem Ecclesiam pertinent, admodum erudirentur et « ordinarium doctrinae curriculum harum disciplinarum accessione perficerent ». Ac placet hic sane Nobis cum dilectum filium Nostrum Cardinalem Nicolaum Marini, tum Abbatem Ildefensum Schuster, O. S. B., debita/ laude honestare: optime enim uterque de eodem Opere meruere. Verum tamen prohibuerunt difficultates temporum ne. in principio. Instituti sedes alibi collocaretur nisi in Apostolico · Hospitio de convertendis »; quae aedes, prope Vaticanum sitae, cum a variis Urbis collegiis nimium distent, minus aptae ad assequendum finem inventae sunt. Haec intuens. iam ipse augustus conditor Institutum alio transferre cogitabat. Valde Igitur Nos optamus ut id decessoris Nostri propositum ad effectum quantocius deducatur: atque considerantes Institutum Orientale et Biblicum se invicem iuvarc ac complere optime posse, eo magis quod aliquae disciplinae utrique sint communes, id volumus ac decernimus ut in hoc Institutum, cui quidem opportunissima domus in media Urbe feliciter contigit, illius sedei transferatur; ita tamen, ut Instituta secundum proprium finem distincta remaneant. Cupimus praeterea eiusmodi fore studiorum ordinem in hoc Athenaeo Nostro, ut omnes studiosi viri, ex qualibet regione, praeclara occasione utantur eas quae ad Orientem spectant disciplinas altius pernoscendi. Itaque, ad hoc consilium efficiendum. te. dilecte fili, his Litteris Nos eligimus, tibique Institutum Orientale commissum volumus ctxfem modo quo a decessore Nostro fel. rec. Pio X Institutum Biblicum curis Societatis lesu concreditum est Perspecta religiosae familiae vestrae pietate erga Sedem Apostolicam, id fore pro certo habemus ut huic voluntati Nostrae libenter obsequamini, eamdemque eximie, ut consuevistis, exsequi contendatis. Profecto novum et grave onus hoc Nostrum mandatum vobis imponit; sed omnino confidimus numquam prorsus defuturos eae thesauros scientiae ac roboris Sacratissimi Cordis lesu religiosis eis viris, qui. tamquam remiges validi, ad nutum supremi Ecclesiae Gubernatoris, in maiorem Dei gloriam, improbo ponderi laetanter humeros submittunt Caelestiumque auspicem munerum ac paternae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, praeceptoribus, alumnis iisque omnibus qui Nostrum Institutum Biblicum et Orientale quoquo modo promovent, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis seplembris anno MCMXxn, Pontificatus nostri primo.—

450

1922 SEP 16.-SC S. OFFICII, FACULT. PART.·

Facultates ordinariis locorum concessae circi MATRIMONIA MIXTA

Indultum S. C. S. Officii.

SS.mus D. N. D. Pius divina providentia Papa XI. per facultates R. P. D. Commissario S. Officii impertitas. R. P. D. Ordinario N. N. facultatem benigne concedere dignatus est:

1· Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis etiam extra territorium aut non subdictis intra limites proprii territorii, super impedimento mixtae religionis, et si casus ferat etiam supra disparitate cultus. ad cautelam; quatenus ante nuptias pars acathollca ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit dummodo prius regulariter, ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061, § 2. cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et Ipse R. P. D. Ordinarius moraliter sit certus easdem impletum iri. scilicet: ex parte nupturientis acatholici, de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque contrahente, de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda: declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063. t 1, sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae a parte catholica incurrendae. iuxta can. 2319. 5 1, n. 1°, stricte ceteroquin servatis quae de parochi in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063, 5 2.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur, praevia cius absolutione ab excommunicatione contracta, si forte matrimonium attentatum fuerit coram ministro acatholico, atque impositis congruis paenitentiis salutaribus.

2· Sanandi in radice matrimonia attentata coram officiali civili vel ministro acatholico a suis subditis etiam extra territorium, aut non subditis, intra limites proprii territorii, cum impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus, dummodo consensus In utroque

coniuge perseveret, isque legitime renovari non possit sivc quia pars acatholica de invaliditate matrimonii moneri nequeant sine periculo gravis damni incommodi a catholico coniuge subeundi; sive quia pars acatholica ad renovandum coram Ecclesia matrimonialem consensum. aut cautiones praestandas ad praescriptum Cod. L C. can. 1061. 9 2, ullo modo induci nequeat; dummodo aliud non obstet canonicum impedimentum dirimens, super quo ipse dispensandi aut sanandi facultate non polleat

Ipse autem R. P. D. Ordinarius serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutares ei pacnitcntias imponat et si casus ferat, cum ab excommunicatione absolvat iuxta Cod. I. C. can. 2319, § 1, η. I·, slmulque declaret ob sanationis gratiam a se acceptatam, matrimonium effectum esse validum, legitimum ct indissolubile iure divino et prolem forte susceptam vel suscipiendam legitimam esse; eique insuper gravibus verbis in mentem revocet obligationem qua semper tenetur, pro viribus tutandi Baptismum et educationem universae prolis utriusque sexus, tam forte natae quam forsitan nasciturae, in catholicae religionis sanctitate et prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Cum autem dc matrimonii validitate et prolis legitimatione in foro externo constare debeat, R. P. D. Ordinarius mandet in singulis vicibus ut documentum sanationis cum attestatione peractae exeeutionis diligenter custodiantur in Curia locali, nec non curet, nisi pro sua prudentia aliter judicaverit, ut in libro baptizatorum paroeciae ubi pars catholica recepit Baptismum, transcribatur notitia sanationis matrimonii de quo actum est, cum adnotatione diei et anni.

In singulis autem praefatis sive dispensationibus sive sanationibus concedendis. R. P. D. Ordinarius expressam faciat mentionem apostolicae delegationis (Cod. I. C, can. 1057) et quod attinet ad facultatem sanandi in radice, mens est eiusdem S. Congregationis ut ipse nonnisi parochos, singulis vicibus, subdelegare possit. Praesentibus valituris usque ad annum proximae relationis dioecesanae, quo tempore elapso referatur sive dispensationum sive sanationum concessarum numerus supremae S. Congregationi S. Officii.

Taxa exquiri solita pro qualibet dispensatione quamque R. P. D. Ordinarius exiget, nisi pro casuum diversitate sit moderanda aut dispensada ob paupertatem oratorum aliasve iuslas causas est 15 fr.

R. P. D. Ordinarius in fine cuiuslibet anni directe mittet ad hanc supremam S. Congregationem, quas taxas ipse reapse exegerit, detracta vero quinta parte, quam pro sui suaeque dioecesis necessitatibus retinere poterit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

• NrT 50 (1923) 127-128 Adn. A. DESMET in NrT 50 (1923) 130-131.

451

1922 SEP 16.-SC SACK., INDULTUM. PART.·

Formula indulti quo sc de sacramentis facultates speciales **ORDINARIIS TRIBUERE SOLET CIRCA DISPENSATIONES MATRIMONIALES**

Beatissime Pater,

Ordinarius ..... humiliter postulat a Sanctitate Vestra concessionem specialium facultatum matrimonialium. habita ratione .....

Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a SSmo D. Nostro N. Papa *N.* sibi tributarum, attentis expositis. Ordinario Oratori infraicriptas ad ..... communicat facultates quibus. sive per se sive per alias idoneas ecclesiasticas personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterit in matrimoniis contrahendis et nulliter contractis cum suis subditis ubique commorantibus et aliis omnibus in proprio territorio actu degentibus, facta in unoquoque casu expressa mentione huius apostolicae delegationis ad nonnam can 1057:

!♦ Dispensandi iusta et rationabili ex causa super matrimonialibus impedimentis minoris gradus quae in can. 1042 recensentur, necnon super impedimentis impedientibus de quibus in can. 1058. ad effectum tantum matrimonium contrahendi.

2° Dispensandi ex gravi urgentique causa, quoties periculum sit in mora et matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur super impedimentis maioris gradus infra recensitis:

a) consanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis, dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoriatur.

b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu,

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum secundo,

d) publicae honestatis ia primo gradu, dummodo nullum subsit dubium quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3° Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinatu vivere reperiuntur.

4° Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis minoris gradus si magnum adsit incommodum requirendi a parte ignara impedimenti renovationem consensus, dummodo tamen prior consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscia impedimenti de effectu huius sanationis et debita facta adnotatione in libro matrimoniorum.

In usu facultatum de quibus in praesenti folio prae oculis habeantur quae in can. 1948 ad 1054 statuta reperiuntur.

Curet Ordinarius in singulis praefatis concedendis dispensationibus, ut nupturientes qui pares solvendo inveniantur aequam oblationem iuxta vires persolvant in obsequium Sanctae Sedis. Idem autem Ordinarius quovis anno, a data praesentium computando, referat ad hanc Sacran Congregationem de numero et specie dispensationum quas vigore praesentis indulti Ipse fuerit elargitus et summam oblationum transmittat, salvo praescripto can. 1056.

Pro facultate dispensandi super impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus sive singillatim sumptis sive cum aliis impedimentis concurrentibus, recurrendum ad Sanctum Officium.

Datum Romae, cx aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die..... mensis..... anno.....

• NrT 50 (1923) 125-127. Adn. A. DESMET in NrT 50 (.922) 130-.31.

452

1922 SEP 16.-SACRA POEN.» FACVLT. PART.

Facultates ordinariis locorum a s. poenitentiaria ap. **CONCESSAE CIRCA MATRIMONIA**

Tibi Dilecto in Christo Ordinario N. infrascriptas communicamus facultates tum absolvendi a censuris, tum dispensandi, ad quinquennnium duraturas, quibus pro foro conscientiae etiam extra sacramentalem confessionem et etiam extra dioeccsim, quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra dioecesim fueritis, pro grege tibi commisso, ex speciali Sedis Apostolicae auctoritate tibi delegata, uti valeas: quasque intra fines dioecesis tantum Canonico Paenitentiario necnon Vicariis Foraneis, pro foro pariter conscientiae at in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habituahter. si tibi placuerit» aliis vero confessariis cum ad te in casibus particularibus paenitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri possis nisi ob peculiares causas aliquibus confessariis a te specialiter subdelcgandis per tempus arbitrio tuo statuendum, illas communicare Judicabis:...

VII. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis perfectae et perpetuae, pnvatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi paenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si comugi supervixerit

VIII. Dispensandi super occulto criminis impedimento. dummodo sit absque ulla machinatione, ct agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis co-

nIllg2)U$ de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna paenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione etiam in matrimoniis contrahendis, iniuncta gravi et diuturna paenitentia salutari.

Mens autem nostra est ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra praedictum terminum his facultatibus Te uti contingat, (absolutiones seu) dispensationes exinde impertitae ratae sint et validae.

Datum Romae, in S. Paenitentiaria. die 16 Septembris 1922.

• NrT 50 (1923) 129-130. Adn. A. DES.MET in NrT 50 (1923) 130-131.

453

1922 OCT 2.-SECR. STATUS, EPIST. PART.·

Clerici sese aestinere debent a factionibus politicis EFF0R.MAND1S VEL FOVENDIS

E' noto alla S. V. Illjna e Revjna come negli ultimi tempi Ia Santa Sede sia stata fatta bersaglio di accuse e di attacchi da parte della stampa liberale sotto préteste di *accordi coi Partito Popolare, quasi fosse questo una emanazione della Santa Sede e Vesponente dei Cattolici nel Parlamcnto e* nel *Paese.*

Contro siffatte insinuazioni. assolutamente false e calunniose. ia Santa Sede non ha mancato mai di protestare energicamente. dichiarando a pivi riprese che. fedele al principio di non lasciarsi trascinare nel gioco delle competizioni politiche. essa era rimasta sempre ed intendeva rimanere *totalmente estranea al Partito Popolare come ad ogni altro partito politico,* pur riservandosi di assumere verso di esso come verso altn partiti, un attegglamento di riprovazione c di biasimo ove fosse venuto a mettcrsi in contraste coi principii della religione e della morale cristiana.

Senonchè consimili accuse sono state pure divulgate e si vanno tuttora ripetendo contro l'episcopato ed il clero, insinuando che il Partite Popolare trova il suo più valido appoggio nella gerarchla ecclesiastica, nei Vescovi cioè e nei Parroci. La Santa Sede non dubita che il contegno dei Vescovi e dei Parroci nella loro generalità sia stato conforme alie istruzioni date più volte in proposito dai Romani Pontefici. in particolare da Leone XIII ai Vescovi boemi e da Benedetto XV a quelli dei Belgio e della Polonia, riconfermate queste ultime dal Santo Padre Pio XI felicemente regnante. Trattandosi pcrô di materia delicata e complessa. Ia Santa Sede crede opportuno richiamarvi sempre più viva e vigile 1'attenzione dei Vescovi.

Certo non si puô negare al Vescovo ed al Parroco il diritto di avere, come privati cittadini, le proprie opinioni e preferenze politiche; purchè siano conformi ai dettami della retta coscicnza ed agli interessi religiosi. Ma è del pari évidente che. in quanto Vescovi e Parroci essi dovranno tenersi in tutto alieni dalle lotte dei partiti, al di sopra di ogni competizione meramente politica.

E' ben vero che nella pratica non è sempre agevole segnare con precisione il limite della distinzione accennata; nè puô qulndi riuscire facile, nella varietà deî casi particolari, fissare quando una determinata azione riguardi la ragione di privato cittadino. o appartenga a quella della personalitÀ pubblica che deriva dalTufficlo. In questi casi dubbi, come anche in tutti quelli in cui 1'azlone del Vescovo e del Parroco potrebbe nuocere agli Interessi religiosi affidati allé loro cure. Io zelo illuminato del buon Pastore di anime non esiterà punto ad astenersene.

La Santa Sedc è certa che l Vescovi ed i Parroci conformeranno sempre la loro condotta a tali direttive, subordinando se è Il caso, anche le loro personali preferenze agli altl dovcri ed allé delicate esigenzc del sublime loro ministère.—P. Card. Gasparri.

• Orrfinarit» Pot N. 8920: Cav»9<» P· 333-334.

454

1922 OCT II.-SC REL., RESP, AAS 14 (1922) 554-555

Dubla circa fundationes monasteriorum M0N1AUVM

Sacrae Congregationi de Religiosis sequentia dubia fuerunt proposita pro opportuna solutione:

Contingit aliquando ut monasteria monialium, ex instituto quidem votorum solemnium, in quibus tamen ex praescripto Apostolicae Sedis/ pro aliquibus lodj iβ vota nonnisi simplicia emittuntur, procedant ad fundandum novum monasterium eiusdem Ordinis, missis aliquibus monialibus in locum eidem praescripte minime obnoxium. Hinc quaeritur:

1°. An vota emissa, aut emittenda, in novo monasterio. ut supra fundato aut fundando, habenda sint solemnia ad normam iuris communis.

II0. An moniales de quibus in can. 488 n. 7° possint alibi fundare nova monasteria absque beneplacito Sedis Apostolicae.

111°. An monasterium monialium cum votis solenibus et clausura Papali, quando in alium locum transfertur, pergat esse clausurae Papalis et votorum solemnium.

TV0. Quid iuris quando monasterium monialium, de quibus in can. 488 n. 7°. transfertur in locum ubi non viget praescriptum S. Sedis de quo in dicto canone.

Porro Emi Patres Sacrae Congregationis Religiosorum Sodalium negotiis praepositae, in plenario coetu habito die 21 iulii 1922. re mature perpensa, respondendum censuerunt:

Ad I. *Affirmative,* dummodo accedat beneplacitum Apostolicae Sedis.

Ad II. *Negative,* et supplicandum SSmo ut fundationes huiuscemodi hactenus absque Sedis Apostolicae interventione peractas sanare dignetur.

Ad III et IV. Recurrendum in singulis casibus ad Apostolicam Sedem.

Facta autem de omnibus relatione SSmo Domino Nostro Pio, divina Providentia Papae XI. in audientia habita ab infrascripto P. Secretario die 27 iulii. Sanctitas sua Emorum Patrum sententiam ratam habere, et sanationem de qua in dubio 11° concedere dignata est

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Romae, cx Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis. die 11 octobris 1922.—C. Card. Laurenti, *Pntf.* Maurus M. Serafini. Ab. O. S. B., *Secr,*

Adn. J. CREUSEN in NrT 50 (1923) 99-101: Ph. MAROTO ia CpR 4 (1923) .62 67; IP 2 (1922) 134-135; ME 35 (1923) 94; PrM 12 (1922) 160-162.

455

1922 OCT 20.-SC RIT., RESP. AAS 14 (1922) 556-557

Dubium de non apponendis templis tabulis cum nominibus DEFUNCTORUM IBIDEM NON SEPULTORUM

Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna declaratione sequens dubium expositum fuit; nimirum:

« Utrum in ecclesiis earumque cryptis divino cultui « destinatis apponere liceat tabulas cum inscriptionibus < et nominibus fidelium defun/ctorum quorum corpora « inibi tumulata non sunt nec tumulari possunt iuxta « canonem 1205 5 2 Cod. I. C. ».

Et Sacra Rituum Congregatio, omnibus accurate perpensis. proposite dubio respondendum censuit:

« *Non licere,* iuxta alias resolutiones et ad tramitem « decreti S. R. C. n. 733 et can. 1450 § 1 Cod. I. C. >.

Atque ita rescripsit et servari mandavit Die 20 octobris 1922,—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae» S R. C. *Praef.* Alexander Verde. Secr.

Adn. P.EGATILkO n. 586; EL 36 (1922) 497-493.

456

1922 OCT 25.-SC RIT. DECR. AAS II (1922) 557-558

ROMANA

Circa campanulam pulsandam ln celebratione missae

Occasionem nacti Congressus Eucharistici Internalionalis hoc anno Romae habiti et prospero felicique progressu probati, quidam Sacrorum Antistites aliique viri dignitate ac pietate conspicui, ad decorem divini cultus erga ipsum ineffabile Eucharistiae mysterium, etiam per uniformitatem ritus et aedificationem christifidclium. provehendum. Sacram Rituum Congregationem adierunt, reverenter postulantes:

‹ Utrum Rubricae quae in *Ritu celebrandi Missam,* ‹ tit VII, n. 8. et tit. VIII, n. 6, praescribunt ministro c pulsare campanulam ad *Sanctus* et ad elevationem ‹ *Hostiae et Calicis,* post consecrationem, applicandae ‹ sint etiam ad Missas solemnes seu cantatas et pontifi- ‹ cales, de quibus tamen circa campanulam pulsandam ‹ *Missale Romanum* in citatis titulis et *Caeremoniale* « *Episcoporum,* lib. II, cap. 8, silent? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, quibusdam casibus a communi regula iam exceptis per decreta edita nn. 3157, *Mechlinicn.,* ad 10 (5 septembris 1867), 3448. *Societatis lesu,* ad 2 (Il maii 1878) et 3814, *Dubiorum (21* novembris 1893), inspecta praxi communi et antiqua, perpensis rationibus quae in casu aeque militant pro Missis privatis et aliis solemnioribus; nempe: Christifidelium attentio, laetitia, devotio, fidei catholicae professio in veram ac realem lesu Christi praesentiam in SSma Eucharistia, eorumque consociatio angelicis choris ad laudandum Deum ct adorandum; quum neque obstet praenotatum silen-
558 tium, quod, sicut in aliis caeremoniis,/ suppletur in casu per expressas Rubricas quae non distinguunt inter Missas privatas et Missas solemniores, neque has excludunt, proposito dubio ita respondendum censuit: *Affirmative,* ei ad *mentem.*

Mens autem est: ‹ Si usus, ex toto vel ex parte ‹ contrarius, in aliqua ecclesia Conlegiata, Cathedrali ‹ et Patriarchal! aliisque ecclesiis seu oratoriis hucus- ‹ que viguerit, eadem ecclesia seu oratorium, amodo se ‹ conformet communi praxi et enuntiatae Rubricarum ‹ interpretationi; nisi, loco campanulae, alterum et c congruum signum adhibeat Insuper ad removendum, ‹ quantum fieri potest, inconveniens quo aliqui de lon- ‹ ginquo vel de propinquo in templo sistunt sine atten- ‹ tione ac reverentia etiam ad praecipuas divinorum ‹ mysteriorum actiones, maxime expedit ut paulo ante ‹ consecrationem aliquod campanulae detur signum. ‹ iuxta communem ecclesiarum praxim ».

Quam resolutionem et mentem Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, relatas. Sanctitas Sua ratas habuit, approbavit et servari mandavit D:e 25 octobris 1922—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. *Praef.* Alexander Verde, *Secretorius,*

Adn. J. FAUWEIS **In NrT 50 (1923) 103-108; REGATILLO n 383; EL 36 (1922) 499-503.**

457

1922 OCT 28.-SC RIT. RESP. AAS 16 (1924) 103-104

BERGOMEN.

Dubia circa usum currus et equorum in processionibus

Ordinarius Bcrgomensis Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia reverenter exposuit:

‹ I. An liceat vel expediat in solemnioribus proces- ‹ sionibus, quibus defertur Ssihum Eucharistiae Sacra- « mentum, praecipue cum finis imponitur Eucharlsti- ‹ cis conventibus, deferre Ssmum Sacramentum super « currum triumphalem, baldachino coopertum, magni- ‹ ficeque exornatum, equis tractum, super quem ascen- ‹ dit etiam sacerdos qui processioni praeest, quique « Ostensorium regit genuflexus?

• II. An usus currus et equorum, ut supra, liceat vel k expediat cum, loco Ssrhi Sacramenti, deferuntur vel i statuae Beatae Virginis Mariae, vel Sanctorum exu- α viae?

« III. An usus currus et equorum, ut supra, liceat vel c expediat non solum ratione extraordinariae solem- ‹ nitatis, sed etiam cum processio iter nimis longum ‹ percurrere debeat?/ 1&4

• IV. An currui equis tracto possit substitui vehicu- « lum quod vulgo automobile *audit? ».*

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, praepositis quaestionibus respondendum censuit: *negative in omnibus, et ad mentem.*

Atque ita rescripsit et declaravit die 28 octobris 1922.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. R. C. *Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. Adest Mens SC Rît. data sub die 1924 Feb 22: LE 574 I. P. in ELIP 52 (1938) 64; REGATILLO n. 650; EL 38 (1924) 73.

458

1922 OCT 30.-SC RITUUM, RESP. AAS 14 (1922) 598

ROMANA

De lampadibus supra sepulcra defunctorum elucentibus in coemeteriis

Proposito dubio: « An aliquid obstet quominus lampades etiam electricae ardeant supra sepulcra de- « functorum in Christo quiescentium in coemeteriis rite benedictis e, Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, respondendum censuit: « Non obstare in casu, et *ad mentem. Mens est,* ut haec lux. sicut ornatus florum sepulcris appositus, non sit tantum officium humanitatis et solatium vivorum. sed horum in carnis resurrectionem et vitam aeternam, fidei catholicae testimonium et professio. Insuper nullum afferri debet detrimentum supplicationibus, quae, iuxta dogma catholicum, praecipue prosunt fidelibus defunctis» nempe sive altaris, sive orationum, sive eleemosynarum sacrificia ».

Atque ita rescripsit ac declaravit die 30 octobris 1922.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. R. C. *Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

459

1922 OCT 31.-SC ORIENTALIS, EPIST. PART.·

Codex iuris canonici latinus quoad orientales

In risposta alia Sua lettera dei 25 febbraio seorso, in cui la S. V esponeva alcuni dubbi relativamente alia libertâ (almeno quanto agli Orientali) di ricevere la Comunione Pasquale in qualsiasi rito e in qualsiasi chiesa. Le ricordo. per Sua norma, che il Codice di diritto canonico non obbliga gli Orientali, che continuano a reggersi su la base delle leggi e delle consuetudini proprie, date o concesse in diversi tempi agli Orientali dalla S. Sede. Vossignoria ben sa che le stesse disposizioni delle leggi generali non sono applicabili agU Orientali se non quando vi sono espressamente nominati. Non si comprende pertanto qui il rumore suscitato dalle misurc presc dal Vcscovo armeno, tanto più che esse sono conformi alie regole stabilite nella Costituzione apostolica *Tradita ab antiquis* (AAS 4 (1912) 609-617], che è tuttora in vigore, *non essendo mai stata revocata.*—Per 1'Emo Card. Segretario. Isaia Papadopoulos, *Assessore.*

*** Delenito Apotîolîco in Aeçyplo: ME 37 (1925) 102-103 Adn. ME 37 (1925) 101-105**

460

1922 NOV 3.-CONV. e. LETTONIA. AAS 14 11922) 581

Ratihabitio concordati inter s. sedem et rempubucam **LETTONIAE, DIE** 30 ΜΛΠ 1922 **ΣΝΓΠ** [LE 419]

Essendosi tra la Santa Sede ed il Governo delta Repubbhea di Lettonw conchiun c dai rispettivi Plenipotenztari

t: A

sottoscrltu nel giomo 30 maggio dell'anno corrente. una Convenzionc per tutelare gli interessi religiosi dei Caltolici deDa Repubblica, oggi 3 Novembre 1922. Sua Emlncnza il Signor Cardinale Pietro Gasparri. Segretarlo di Stato di Sua SantitA. e Sua Eccellenxa il Signor Germano Albat. Sottosegrctario di Stato degh Affari Ester! della Repubblica di Lettonia. riuniti nelle camero del Palazzo Apostolico dei Vaticano, previa letlura dei rispettivi Istrumenti di ratifica, ll hanno trovatl plenamente conformi in tutti e singoli l loro articoli. - In seguito di che. hanno entrambi proceduto alio scambio delle ratifiche medesime. ed in fede dl tale Atto hanno sottoseritto di loro propria mano il présente processo verbale in doppio originale, apponer.dovi il sigillo delle loro armi.

Roma, dal Palazzo Apostolico Vaticano, il 3 Novembre 1923.—Pιγτηο Ꝺuιη:χ Gaspar r i. Ger main Al bat .

Ado. Vide Concordatum «t Adn. sub die 1922 Mai 30: LE 419.

461

1922 NOV 9.-SC S. OFFICII, RESP. PART.

Circa altare prtvileciatum pro agonizantibus

I. Utrum post can. 930 novi Codicis adhuc perseveret existentia altaris privilégiât! pro agonizantibus, et quatenus affirmative;

II. Quomodo est intelligenda indulgentia plenaria pro agonizantibus.

III. Utrum celebrans pro pluribus agonizantibus determinare debeat cui applicet Indulgentiam plenariam.

IV. Quid in casu quo sacerdos neminem determinet

Resp. - Ad I. *Affirmative.* Ad II. Indulgentiam esse intclligendam *tamquam pro* vitrii, per modum absolutionis. Ad III. Negative. Ad IV. tandem: *Provisum* in III.

• **ME 35 (1923) 261. Adn. ME 35 (1923) 307-308; PrM 12 (1923) 138-142.**

462

1922 NOV 10.-SECR. STATUS, DECL. PART.·

Circa erectionem paroeciarum in S. F. A. S.

Washington. D. C. Novermher 10. 1922.

Your Grace:

Notwithstanding the fact that several years have elapsed since the promulgation of the new Code of Canon Law. there still seems to be some uncertainty in the United States as lo the nature of the parishes in this country and as to the consequent obligation of the pastors who are in charge of them. Both these questions have been debated in published articles from time lo time. In order definitively to end this uncertainty I deem it my duty to communicate to you an official answer which I received from the Pontifical Commission for the Authentic Interpretation of the Canon of the Code.

Under date of March 20. 1921, I submitted to the said Commission the following dubium: ‹ For the erection of a parish which has not the character of a benefice: (1· pars), is It necessary that the Ordinary should issue a formal decree declaring explicitly that he erects a certain district into a parish; or. (2e pars). Is it sufficient that, having divided a certain territory into several districts, the respective limits of which are definitely indicated, he assigns to each district a rector to take charge of the people and the church thereto pertaining. according to Canon 216. No. 1 and No. 3? ›

Under date of Sept. 26, 1921, His Eminence. Cardinal Gasparri, President of the above-mentioned Commission, answered: t Negative ad primam partem, › L e., that a special decree of the Ordinary is not necessary for the erection of a parish: and, ‹ Affirmative ad secundam *partem.* » L e. that II is sufficient, quoad hoc, for the erection of a parish, that the Ordinary define the territorial limits and assign a rector to the people and the church within said limits ILE 3731.

His Eminence, the President of the Commission, added, moreover, that a parish is always an ecclesiastical benefice, according to Canon 1411, No. 5. whether it has the proper endowment (resources or revenue) aj described and defined in Canon 1410, or even if lacking such endowment (resources or revenue), it be erected according to the provisions of Canon 1415, No. 3.

In a second dubium, I asked further, *if, after* the promulgation of the New Code, a special decree on the part of the Ordinary was necessary to constitute ai canonical parishes those which, previous to the promulgation of the New Code, had been established in the manner described in the second part of the fin *dubium* as set forth above. The answer was that no decree is necessary, and that such parishes became canonical parishes, ipso *facto,* on the promulgation of the Code.

It is evident, from this official answer, that all the parishes of the United States having the three necessary qualifications, viz. (1). a resident pastor; (2), endowment (resources or revenue according to the provisions of Canon 1410 or 1415, No. 3); and (3), boundaries, are not only parishes in the strictly canonic sense, but are also ecclesiastical benefices. Hence pastors in the United Slates are real, canonical pastors (parochi), having all the duties and obligations pertaining to such an office and (according lo Canons 466 and 339) are specifically bound to apply the Missa pro populo on Sundays and on feast-days of obligation (including those that have been suppressed), this obligation binding them in conscience unless dispensation or commutation be received from the Holy See.

With sentiments of esteem and best wishes. I am Yours sincerely in XT, John Bonzano. *Archbishop* of Melifene, zlposfolic *Delegate.*

• **Ordinariis Statuum Foederatorum America· Septentrional!· ptr Delegatum Apostolicum: A. SABETTI - T. BARRET, Corapendiua tSeologiae moralis. Neo Eboraci 1931, p. 1104-1105. Vida suprs teitja ComTottionis Interpretis sub die 26 Sept. 1921: LE 373.**

463

1922 NOV 11.-SC CONC. RESOL. AAS 15 (1923) 4M456

DIOECESIS N.

Renuntiationis paroeciae sub conditione

Die *11 novembris 1922*

Species facti. - Quum adversus quemdam parochum dioecesis N. nonnulla emersissent quae causam remotionis negotio dare videbantur. Ordinarius eum invitavit ad renuntiationem faciendam, propositis nomine « conditionum » quibusdam capitibus, ex quibus praecipuum illud erat ut. postquam renuntiatio plenam exsecutionem nacta fuisset, *reservaretur* parocho renuntianti *pensio ad* eius *viiam,* non excedens tertiam redituum beneficii partem. Post brevem inter utrumque disceptationem. eadem die actus renuntiationis, in quo praefata inter alias ‹ conditio » legebatur, a parocho subscriptus est. Verum, paucis interiectis diebus, ad Apostolicam Sedem parochus recursum interposuit, postulans nullam declarari praedictam renunciationem, utpole can. 1486 et 1429 aperte/ reprobatam; nempe ex can. I486: « Dimissionem beneficiorum ... sub aliqua conditione. « quae beneficii *redituum erogationem attingat.* Ordinarius admittere nequit ›; atque ex can. 1429: ‹ Beneficiis quibuslibet nequeunt Ordinarii locorum pensiones perpetuas aut *temporarias imponere* quae ad vitam pensionarii durent ›. Quibus positis, instanter postulavit in plenario Emorum Patrum coetu proponi dubium: *An* constet de nullitate renunciationis in casu.

Amimadvtksjoxes. — Prouti ex praemissis perspicuum est ex duabus causis deducitur in casu nullitas renuntiationis, altera, quia pensio constituta est ad vitam pcnrionaru. Episcopo non liceret nisi ** imponere pensiones “ quae durent ad vitam beneficiarii, salva huic “ portione ”, ex claro praescripto can. 1429 j 1 ; altera, renuntiatio nonnisi sub conditione reservationls casu facta est, quae cum sit profecto * conditio redituum erogationem attingens ”, nequit ab Ordinario admitti, prohibente explicite textu can. 1486: quapropter, cum can. 2150 i 3. statuens: – renuntiatio fieri potest ... etiam sub conditione ”, subdat " dummodo haec ab Ordinario legitime acceptori possit ”, perspicuum videtur renuntiationem in casu, admissam sub conditione quae ab Ordinario acceptari non poterat, esse omnino invalidam (arg. cx can. ‘.£>).

JI
I

Verum contra primum sut quod in eodem can. 1429 sub I 2 legitur: " Beneficiis autem paroecialibus non pos- " sunt nisi in commodum parochi abeuntis imponere pen- " siones. quae tamen non excedant tertiam partem reditus " paroeciae, quibusvis deductis expensis ct incertis rediti- w bus ". In hoc enim canone facultas Imponendi pensiones tn commodum parochi abeuntis non alia limitatione coarctatur. quam ca ut quantitas pensionis tertiam partem redituum non excedat. Nec iuvat opponere hanc limitationem superaddi ei quae praecedenti paragrapho praescripta erat; quia, c contrario, ut ex contextu plane liquet, J 2 *exceptionem* manifestam continet a norma statuta i 1, et ideo casus I 2 expressus censeri debet subductus a norma praecedenti. Id nom solum insinuatur initialibus verbis: | 1 " Beneficiis quibuslibet ... § 2. Beneficiis autem paroecia- " llbus ", unde evidens fit In 5 1 agi solummodo dc beneficiis non paroecialibus: sed etiam necessario exigitur ex fine seu ratione I 2. prout explicitlus declaratur can. 2154 I 1: " Amoto parocho ... Ordinarius ... pro viribus con- " sulat. sive translatione ad aliam paroeciam, sive assi- " gnatione alius officii ct beneficii, sive pensione agitur nempe de consulendo congruae clerici vitae substentatione. L e. de provisione quae *ad vitam provisi,* in casu pensio- 4^ narii. perduret./

Gravior, saltem specictcnus. videtur altera quae adducitur causa invaliditatis: sed et ea in leves auras abit, si consideretur in casu non agi de vera et propria conditione reservationis. Enimvero in *Jacto* est pensionem in casu primum proposuisse Episcopum, parochum vero eam *acceptasse* sclummodo. sicut obtorto collo acceptare debuit renuntiationem; hinc, accurate loquendo, dixeris non tam cedentem sibi pensionem *reservasse,* quam Episcopum camdem ei constituisse. Immo. in iure, nec potuisse parochum veram conditionem ponere pensionem dicendum est. quandoquidem. lege iubente, negotium provisionis et negotium remotionis aaeo distincta et separata esse debent, ut nequeant uno consensu comprehendi, nec ideo unum ab altero pendere potest: cfr. *Maxima cura,* 28 J 3: " In quo- - libet casu quaestio de *futura* provisione sacerdotis, non • debet commisceri cum quaestione de *praesenti* amotione a • paroecia " (AAS 2 (1910) 636 - 648). Ideoque, etsi voluisset parochus veram conditionem praesenti renuntiationi futuram pensionem ponere, ne valuisset quidem, obstante lege. Demum attendi etiam debet ratio ex qua can. I486 procedere videtur, cum reservationem pensionis inhibet: nempe periculum simoniae iuris ecclesiastici quae in ea reservatiorc. sicut in ceteris eodem canone recensitis, committi potest iefr. Bencd. XIV. const. Quanta, 14 sept. 1722) [Cf. const Quanta Pii V diei 1 aprilis 1568. CICF n. 125). Atqui in casu renuntiationis paroeciae, ob bonum procurandum animarum, huiuscemodt species simoniae iampridem sublata fuisse constat, cum decreto *Maxima cura,* can. 28 5 2. iam explicite permitteretur: ° Potest Ordinarius in ipsa • invitatione ad renuntiandum, vel pendente amotionis " negotio ... provisionem proponere et indicare, si expe- " diens Judicaverit ".

Hisce omnibus perpensis, sane liquet nullam quidem causam subesse invaliditatis renuntiationis ut in casu perhibetur emissae: consultius tamen Ordinarii ab his ct similibus pactionum cum suis subditis speciebus in amotionis negotio pro viribus abstinebunt, quippe quae et nulla iam necessitate urgeri et officii dignitatem laedere quodammodo videantur.

Quare, etc.

Resolutio, — Die 11 novembris 1922, Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum Patrum comitiis in Palatio Vaticano habitis, respondendum proposito dubio ccnsuit: *Negative.*

Facta postmodum de praemissis SSmo Dno Nostro Pio PP. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium. Sanctissimus datam resolutionem approbare et confirmare dignatus est.—I. Mori, *Secr.*

Adn. **IP *3* (1923) 133-134; ME 35 (1923) 294-295.**

464

1922 NOV 12.-C0M. INTP. RESP. AAS 14 (1922) 661-663

DUBIA: 1 - Dr parochi ivre quoad processiones. 2 - De *X50 INTEGRO motitiatcs. 3 - Dr egressu e religione. 4 - De Π.EE CUMÜLATTVO FONTIS BAPTISMALIS. 5 - Dr DISPENSATIONE ÏUPER IMPEDIMENTIS MATRIMONIALIBUS. 6 - De IURE PATRONATUS. 7 · DI CONCURSU QUOAD BENEFICIA IURIS PATRONATUS LAICALIS. 8 - De ABSOLUTIONE A CENSURIS

I De parochi iure *quoad processiones* (can. 462, n. 7)

Utrum verba canonis 462. n. 7: *publicam processionem extra ecclesiam ducere* intelligenda sint tantummodo de processione, quae initium ducit ab ecclesia paroeeiali; an etiam de iis quae faciunt initium ab aliis ecclesiis intra ambitum territorii paroeciae sitis, idque etiam si hae ecclesiae non sint filiales et proprium Rectorem habeant

505

Resp. Negative ad 1 parte, affirmative ad 2 firmo tamen praescripto canonum 482, 1291, § 2.

II. *De anno integro novitiatus* (can. 555. I 1. 2)

1. Utrum annus integer novitiatus, praescriptus in can. 555. 5 1.2. computandus sit iuxta normam statutam in can. 34. 5 3, 3.

Et quatenus affirmative:

2. Utrum eiusmodi norma computandi annum in ordine ad novitiatum servanda sit ad validitatem, an tantum ad liceitatem.

Resp. Ad 1 " affirmative, seu servandum esse praescriptum canonis 34. 5 3, X

Ad 2e affirmative ad 1 partem, negative ad 2". seu canonem servandum esse ad validitatem novitiatus./

III. *De egressu e religione* (cann. 638-640)

1. Utrum can. 640, § 1, comprehendat omnes qui saecularizationis indultum obtinuerint sive a Sede Apostolica. sive ab Ordinario loci.

2. Utrum qui indultum exclaustrationis ab Ordinario loci obtinuerunt, teneantur conditionibus appositis in can. 639.

Resp. Ad 1 Aifirmative.

Ad 2e. Affirmative, salva Ordinarii potestate concedendi exclaustrato ob rationes particulares facultatem retinendi habitum religiosum.

IV. *De iure cumulative fontis baptismalis* (can. 774. § 1)

Utrum ecclesia quae ante Codicis iuris canonici promulgationem fruebatur legitimo iure exclusive fontis prae aliis paroecialibus ecclesiis, illud conservet cumulativum cum iisdem ecclesiis, quae ex praescripto can. 774. § 1, ius fontis obtinent

Resp. Canonem 774, § 1, ita intelligendum esse, ut ecclesia quae ius fontis habet cumulativum cum aliis totius civitatis ecclesiis paroecialibus. illud obtineat etiam prae ecclesiis paroecialibus noviter in civitate erectis cum fonte baptismal). At ius fontis cumulativum in posterum obtineri nequit ex consuetudine, quae corruptela dicenda est.

Ecclesia vero quae ante Codicis promulgationem habebat ius fontis exclusivum prae aliis ecclesiis paroecialibus, post Codicis promulgationem ercctoque in iisdem ecclesiis fonte ad praescriptum citati canonis, nonnisi ius cumulativum obtinet, salvo praescripto can. 778.

V. De *dispensatione super impedimentis matrimonialibus* (cann. 1044 et 1045, § 3)

Utrum in casibus, de quibus in canonibus 1044 et 1045, § 3, censendum sit Ordinarium adiri non posse, cum nec per literas, nec per telegraphum nec per telephonum ad eum recurri potest: an etiam cum solum per literas impossibile est, licet per telegraphum vel telephonum id fieri possit./

Resp. Negative ad 1 parte, affirmative ad 2·". seu ad effectum, de quo in cann. 1044 et 1045. 5 3. censendum esse Ordinarium adiri non posse, si nonnisi per telegraphum vel telephonum ad eum recurri possit.

VI. De *iure patronatus* (can. 1451. 5 1)

Quenam sit vis verbi *curent* canonis 1451, § 1.

Resp. Verbum curent ciL canonis declarat ab Ordinariis locorum suadendum esse patronis ut loco iuris patronatus quo fruuntur. aut saltem loco iuris praesentandi. spiritualia suffragia etiam perpetua pro sc suisve acceptent; et hinc patronos, praesertim ecclesiasticos. optime se gerere si hisce suasionibus obsequantur.

VII. *De concursu quoad beneficia iuris patronatus* laicalis (can. 1462)

Utrum ad normam can. 1462 paroeciae aliave beneficia obnoxia iuri patronatus laicalis conferri semper debeant per concursum, ita ut patronus etiam laxus non possit praesentare nisi clericum legitime ex concursu probatum.

Resp. Affirmative, si paroeciae aliave beneficia iuris patronatus laicalis sint obnoxia concursui iure particu-

506

lari ex gr. fundationis vel legitimae consuetudinis; secus negative.

VIIT. *De absolutione a censuris* (can. 2252)

Utrum in canone *2252, quo* statuitur obligatio recurrendi *ad S. Poenilentiariam vel ad Episcopum aliumve facultate praeditum, etc.,* verba illa *facultate praeditum* restringenda sint ad vocabulum *aliumve; an* etiam pertinere dicenda sint ad aliud vocabulum *Episcopum,* ita ut Episcopus qui non sit facultate praeditus, mandata dare nequeat.

Resp. Negative ad 1 partem, affirmative ad 2 seu Episcopum mandata dare non posse, nisi facultatem habeat a iure vel ex Sedis Apostolicae concessione.

Romae, 12 novembris 1922.—P. Card. Gasparri, *Praeses.* Aloisius Sincero. *Secr.*

Adn. Ph. MAROTO In CpR 4 (1923) 202-204; G. OESTERLE in IP 10 (1930) 251j REGATILLO n. 273,320,363.501.736.869. IP 2 (1922) 128-132; ME 35 (1923) 50-52: PrM 12 (1922) 184-185.

465

1922 NOV 15.-SACRA POEN.» INDULT. PART

Sanantur **ADMISSIONES TN ARCHICONFRATERNTTATEM CHORDTGERORUM S. FRANCISCI**

Preces - *Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ordinis FF. Min. Capuccinorum. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit ut eadem S. V. benigne sanare dignetur, quatenus opus sit, admissiones omnes Chistiiidelium in Archiconfratcmitatem Chordigerorum S. Francisco factae a Sacerdotibus non paucis Ordinis praefati, qui. Rescripto S. Cong. Ind. et Rei. diei 14 decembris 1904 (AnE 13 (1905) 81] non recte forsitan innixi, funiculo Seraphlci Patris peculiari ritu a se benedicto. Christifideles praecinxerunt etiam « extra Ecclesias sui Ordinis », quin aliunde specialem facultatem a P. Ministro Generali Ordinis FF. Min. Conventualium prius obtinuerint Et Deus. etc.

Rescr. - *Die 15 novembris 1922.* Sacra Poenitentiaria Apostolica benigne annuit pro sanatione expetita quoad praeteritum, ad effectum Indulgentiarum obtinendarum. Contrariis quibuscumque non obstantibus.—B. Colombo. S. P. *Regens.* Jo. Bapt. Menghini. Subst.

AOMCip 39 (1923) 156-157. Adn. AOMC»p 39 (1923)

466

1922 NOV 17.-SC RIT. DECL. AAS 14 (1922) 650-651

ROMANA

De missa votiva pro fidei propagatione, declaratio

Per decretum Sacrae Rituum Congregationis, diei 22 martii vertentis anni 1922 [LE 4051. Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI benigne concessit ut « Missa « votiva de Propagatione Fidei sine *Gloria* et cum Cre- « do, adhibito colore violaceo, celebrari possit semel in « anno, diebus ab Ordinario cuiusque loci designandis, « exceptis tamen Festis duplicibus I et II classis, Do- « minicis maioribus, nec non Octavis I et Π ordinis. ‹ Feriis et Vigiliis, quae sint cx privilegiatis ». Quum vero nonnullae quaestiones de hac re nuper exortae sint, eadem Sacra Congregatio, ad omnem ambiguitatem amovendam, audito specialis Commissionis suffragio, sequentem declarationem opportune vulgandam censuit ‹ Missa votiva pro Fidei propagatione, de qua agitur in « praenotato decreto, non est praeceptiva, sed indultiva. ‹ et celebrari potest die pro cunctis et singulis dioe- « cesis locis communiter ab Ordinario designanda, in ‹ quibusvis Ecclesiis et Oratoriis etiam privatis, et ab ‹ omnibus Sacerdotibus, cum omnibus Commemoratio-
651 « nibus et Orationibus ritui duplici maiori/ ct minori congruentibus, salvo semper onere Missae ex Rubricis et Decretis praescriptae; prouti sunt Missae Conventuales diei currentis (non autem Missa mere rochialis). Missa de Rogationibus pro oratione Horarum, etc. Si quando autem huiusmodi Missa vo- • tiva quomodolibct impediatur, fieri potest eius Com- « memoratio sub unica conclusione cum prima Orallo- « ne, iuxta Rubricas ».

.Atque ita rescripsit ac declaravit Die 17 novembre 1922.—A. Card. Vico, Ep. Portucn. et S. Rufinac. *S. R. C. Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. I. PAUWEL5 In PrM 12 (1923) (31)-(34) tr In *KrT M* **(1923) 143-147; EL 37 (1923) 6-7.**

467

1922 NOV 17.-SC RITUUM, RESP. AAS 14 (1932) £1

DUBIA CIRCA PRAEFATIONES DICENDAS IN MISSIS CUM COMMEMORATIONIBUS

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proposita sunt; nimirum:

I. Die 6 februarii et die 12 eiusdem mensi» celebrantur respectiva Festa S. Titi. Ep. et Cont. et Ss. Septem Fundatorum Ord Servorum B. Mariae V. Conff. quibus respective addenda est oratio pro Papa in anniversario electionis vel coronationi» Summi Pontifici» Pii XI: quaeritur

Utrum Praefatio dicenda sit de Communi vel de Ap> stolis?

II. Die 18 novembris. ocurrcnte Dominica de qua fit commemoratio in officio et Missa Dedicationis Basilicarum Ss Petri et Pauli App. quaeritur:

Praefatio erit de Trinitate vel de Communi quae dlatur in Dedicatione Ecclesiarum?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, praepositis quaestionibus respondendum ccnsult:

Ad L Praefatio erit dc Apostolis, si commemoratio locum teneat Missae votivae pro Papa ab Ordinario praescriptae et eo die impeditae.

Ad Π. Praefatio dicenda est de Ssflia Trinitate, iuxta Rubricas.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 17 novembre 1922.—A. Card. *Vico.* Ep. Portuen. et S Rufinae. S. R. C *Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

Ada. **I. FAUWELS in PrM 12 (1923) (20)-(29) et io NrT 50 (1923) 147-148; EL 37 (1923) 8. Vid· Corrigenda in AAS 14 (1922) 773.**

468

1922 NOV 18.-SC CONCILII, RESP. PART.·

ORDINIS S. AUGUSTINI RECOLLECTORUM

Circa administrationem sacramentorum pubucis concubinariis in casibus particularibus

Ad un religioso agostiniano, chiamato insieme con altri in una parrocchla per preparare i fedeli aU'adcmpimento dei precetfo pasquale, si presentô per conftssarsi una penitente ritenuta publice incestuosa, cui il parroco, *dopo aver consultato it Vescovo, aveva negato* i *sacramenti finché non si fosse separata dal fratello con cui conviveva e da cui constava avere avuto prole. Il predetto Padre, awertito già del concetto* in cui b *donna era tenuta presso la popolazione, Vammise ciô non ostantc alia confessione e* di qui *ricavô la certezza che la donna non era più* in *stato* di *peccato. Autorizzato a* ciô *dalla penitente, manifestô* pubblicamer.le *codesta sua convinzione. e poi ammise la donna* alia *santa Comunione in pubblica chiesa, affine di riparare* cost lo scandalo: anzi a tale *scopo impose tanto* a lei quanto al *fratello di comunicarsi ogni mese, pur proseguendo* a coabitare.

Venuto il *parroco a conoscenza del fatto* consultô il suo *Vescovo,* sc *approvava Uoperato del Religioso; e* il *Vescovo invece rispose che doveva continuare* a escluderli dalla Comunione *finchè la donna* non si /owe separata dal *fratello, dovendosi riparare* cos! preriemente (prius) lo scandalo, a *norma del can.* 855, §].

Π *Religioso non s'acquietô a tale risposta e per mezzo del* suo *Procuratore Generate face proporre alla S. Congregazione del* Concilio questi dubbi:

I. Supposita emendatione et difficultate separationis. potestne Episcopus et debet hos fratres (concubina-

rios cum filiis) prohibere ne ad Communionem accedant, donec separentur, ut scandalum reparent: aut potius exigere debet scandali reparationem alio praedicto modo (publica menstrua communione per annum) quin separentur?

Et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad alteram:

11. Quid Missionarii facere possint et debeant in similibus casibus?

Ma la S. C. dei Concilio rispose semplicemente: ‹ Standum iudicio Ordinarii ».

• Rmp trenscripiimu· prout refertur · ME 35 (1923) 237. Adn. AKKR 103 (1923) 162; ME 35 (1923) 237.

469

1922 NOV 22,-PIUS XI, MP. AAS 14 (1922) 623-626

De urbana musicae sacrae altiore schola pontificia CONSTABILIENDA

PIUS PP. XI

Ad musicae sacrae restituVonem, secundum Pii X fel rec. decessoris Nostri praescripta, itemque statuta in Codice Iuris Canonici ad can. 1264 § I, certo efficaciterque diffundendam nulla est dubitatio quin hoc maxime valeat, peritissimos vel cantus Gregoriani vel organi pulsandi vel sacros modos faciendi magistros bene multos informare ct fingere. Hanc ob causam Piano illo Motu *Proprio* die xxn Novembris an. mcmtii edito [Motu Proprio Tra le *gollecitudini.* ASS 36 (1903-04) 329-339] «Ide contendebatur, ut ubicumque iam adessent altiores musicorum sacrorum scholae, illae alerentur omni ope atque adiuvarentur. ubi vero deessent, ibi daretur opera ut quamprimum exsisterent. Nimium enim intéressé aiebat Pontifex, ut ipsa Ecclesia suos et praecentores et organarios et cantores ad germana artis sacrae principia instituendos curaret. Etenim iam diu experiendo cognitum est. quae in publicis academiis tradi solet scientia musicorum, eam quidem ad id quod Ecclesia quaerit, minime sufficere, atque ad cantum Gregorianum quod attinet, omnino esse imparem.

Itaque Motu Proprio illo promulgato, feliciter factum est ut veteres non solum huius generis scholae revirescerent. sed novae etiam apud plures nationes orirentur. In primis vero Societas Italica Caeciliana, votis percupiens obsecundare Pontificis, cum persuasum haberet institutum huiusmodi si in Urbe, quod caput ac centrum est catholici nominis, conderetur, adiutrice et patrona Sede Apostolica. brevi praeclaros esse allaturum fructus et Ecclesiae Romanoque Pontificatui ornamento foturum, negotium dedit suo ipsius praesidi, doctissimo
C4 viro eidemque musicae sacrae re/stituendae studiosissimo - quem ereptum dolemus - Angelo De Santi S. I. qui altiorem Scholam de musica sacra Romae instituere‌t Id inceptum magna cum voluptate et approbatione Pius excepit, utpotc quod omnino temporibus requiri videretur. Res autem iam inde a principio optime successit tum ob magistrorum sollertiam, tum etiam ob numerum studiumque alumnorum ex variis gentibus eorumque magna ex parte sacerdotum. Quare in exitu primi anni idem Summus Pontifex datis die rv Novembris anno mcmxi litteris ad Cardinalem Marianum Rampolla del Tindaro, qui eo tempore Societatis Caecilianae patronus erat, eam Scholam expectation! votisque suis egregie respondisse professus est, catholicorum hominum liberalitalem invocans, ut Apostolicae Sedi, angustiis laboranti, suppeditarent, unde hanc ipsam Scholam urbanam constabilire posset atque firmare [AAS 3 (1911) 654-655]. Anno dein mcmxiv, per litteras Cardinale a negotiis publicis [d. 10 Iul. 1914 Acta Pontificii 12 (1914) 591-592] eandem Scholam pontificiam appellavit, eique ratam esse iussit facultatem iam factam publicata et authentica conferendi diplomata idoneitatis. protytatus, magisterii in sacrorum confectione modorum et in organi modulatione.

Nec minorem huic Scholae benignitatem Benedictus XV decessor Noster desideratissimus impertiit Etenim paucis post diebus quam Summum Pontificatum inierat, cum Cardinalem Caietanum Bisletl Societatis Caecilianae simulque Scholae patronum, atque una Instituti ipius moderatores coram admisisset, illud testatus est hanc ipsam Scholam in rebus carissimis quae tamquam hereditate a decessore Suo accepisset se numerare, ob eamque causam omnia rata habere, quae ille pro ea decrevisset, eandemque se omnibus modis adiuturum. Animadvertens igitur incommoda angustaque in sede Scholam constitisse, alio transferendam - quod ipsum Decessor cogitarat - Benedictus curavit, eique in vetustis aedibus ad Sancti Apollinaris amplissimam illam aulam Gregorianam diaetasque contiguas in usum attribuit/ Neque hoc solum, sed multa alia deinceps, dum 625
vixit, dedit ei singularis benevolentiae suae documenta.

Quae cum ita sint. Nos quibus, aeque ac decessoribus Nostris, haec Schola vehementer cordi est, eo consilio ut quae incrementa persequitur, ea certius uberiusque possit assequi, primum omnium approbantes et confirmantes quaecumque iidem decessores Nostri hac in causa decreverunt, Motu proprio ac de Apostolicae potestatis plenitudine, haec statuimus et sancimus:

I. - Urbana Schola altior de Musica Sacra eatenus Pontificia esto ut Apostolicae Sedi proxime subiaceaL

II. - Scholae Patronus esto unus e S. R. E. Cardinalibus. qui eam in sua dicione et potestate habeat.

III. - Praeses, ab Apostolica Sede ex alterutro Clero electus. Scholam gubernabit. Attamen Academico Collegio licebit significare, quis huic muneri praefiendus videatur. In Scholae gubernatione doctores decuriales Praesidi assideant, ex quibus omnibus constabit Collegium Academicum, cuius erit cursum studiorum dirigere disciplinaeque vigilare.

IV. - Doctores decuriales a Cardinali Patrono, Consilii Academici rogatu, eligentur.

V. - Cardinali Patrono una cum Praeside et decuria doctorum ius esto academicos gradus conferendi tum *Prolytalus,* tum *Doctoratus* seu *Magisterii* in cantu Gregoriano, in sacris modis conficiendis et in organo modulando iis candidatis, qui quidem periculum doctrinae suae voce scriptoque feliciter obierint Liceat tamen, doctrinae periclitatione remissa, conferre Magisterii gradum vel ob titulas idoneos ex quibus de candidati doctrina constare possit, vel honoris causa ob merita prorsus singularia et illustria.

VI. - Scholae huius proprium esto et cantus Gregoriani peritiam et sacras modos componendi artem - propositis praesertim magnis illis auctoribus polyphoniae qui saec xvr floruerunt - et organi modulandi studium provehere/ 626

VII. - Quicquid Pii X Motu proprio de Musica Sacra constitutum est, sanctissimae legis instar in omnibus huius Scholae disciplinis observetur.

VIII. - Omnia Scholae institutionum genera cantus Gregoriani studio, tamquam fundamento, nitantur. Quapropter nemo in alia quavis disciplina aliquem academicum gradum poterit attingere, nisi qui in cantu Gregoriano iam prolyta sit renuntiatus.

IX. - Clericis cuiusvis nationis eisque ex utroque clero Schola pateat. Attamen laicos quoque liceat admittere.

X. - Scholae rationibus administrandis consilium adsit, compositum ex praeside aliisque viris quatuor, quorum duo a Cardinali Patrono, duo a Collegio Academico electi sint.

XI. - De Scholae et ordinatione studiorum et rerum administratione deque honore unicuique doctorum decurialium habendo, proprias leges Cardinalis Patronus condendas curabit.

Quaecumque vero his Litteris constituta sunt, ca Nos rata et firma in perpetuum esse volumus et xubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxn Novembris, in festo S. Caeciliae Virginis Martyris, anno MCMXin. Pontificatus Nostri primo.—Pius Pp. XL

470

1922 NOV 22.-SC S. OFFICII. RESP. PART.·

De confessario consulente dimidiatam copulam

Instantia. - Beatissime *Pater.* - Infrascriptus episcopus Harkmen, ad pedes S. V. provolutus, humillttcr exponit quae sequuntur:

Probati auctores docent comuges non exercere onanismum coniugalem. quoties vir vas uxoris penetrat quidem.

sed parum, v. g, pro dimidia vel tertia parte, et semen in vagina deponit. Hic modus cotundl conceptionem reddit

Ad notitiam episcoporum huius provinciae pervenit, nonnullos confessarios hanc doctrinam arripere relut remedium contra onanlsmum coniugalem. Paenitentlbus quos metu prolis numerosioris vel onanismi vitio deditos, vel ad illud proclives inveniunt, sponte ct promiscue suadent copulam. - ut vulgo dicitur. - dimidiatam, seu penetrationem vaginae partialem, aperte docentes coniuges hoc modo iurc conlugali utendo non peccare, probabilitatem vero prolis simul valde diminuere.

Haec autem confessariorum praxis timoratis clericis et laicis. inter quos etiam sunt medici catholici, ita offensioni est ut de illa apud episcopos conouesti sint, rogaverintque an hoc scandalum possit tolerari. Gravamina quae afferunt sunt haec:

L Quamvis theologi doceant copulam cum partiali penetratione non infici labe onanismi coniugalis. minime tamen eam ab omni peccato immunem esse declarant. Ut copula dimidiata licite exerceatur, omnes theologi exigunt causam saltem vero rationabilem et urgentem: quae causa rationabilis et urgens apud Christianos, quorum matrimonium sit Imago foecundi coniugii Christi cum Ecclesia, difficile esse potest solus timor ne proles numerosior nascatur. Qui ergo coniugibus ob hoc solum motivum. quod prolem non amplius desiderant, suaderet copulam cum penetratione incompleta. Imprudenter ageret, dando consilium moribus Christianorum connubii non tantum alienum, sed prorsus contrarium et nocivum, quod adhuc patebit cx iis quae sequuntur.

2. Modus ille copulandi, etsi theologi malitiam onanismi ab fllo abiudicent. eundem tamen effectum producit: ut nempe prematur numerus liberorum qui nascuntur. Hunc effectum fautores et propagatores copulae dimidiatae non Intendunt quidem sed de facto illum attingunt. Sl haec praxis ubique divulgetur, haud dubium quin numerus nativitatum multum decrescat. Hic praesertim effectus excitat offensionem timoratorum, cum copula dimidiata sub hoc respectu neomalthuslanismo plane aequlparanda sit.

3. Illa praxis coeundi, promiscue et Imprudenter promulgata. invitat et conducit conluges (praesertim si experirentur copulam dimidiatam conceptionem non semper praecavere) ad alium modum utendi coniugio. adhuc peiorem. quo nempe vir absque ulla penetratione semen ad ostium vaginae effundit, qui modus, ubi alius perfectior possibilis est. ab omnibus probatis auctoribus peccati mortalis accusatur, cum hoc idem sit ac moraliter impedire generationem: hoc enim modo rarissime ct per accidens tantum sequitur praegnatio.

IlLmi et revjni enlscopl provinciae ecclesiasticae Neerlandiac. dic 28 septembris huius anni congregati, haec omnia perpenderunt et unanimi consensu censuerunt: hunc congrediendi modum, nisi in casu particulari adsit vere urgens causa, reprobandum esse ut peccaminosum. perniciosum et scandalosum. eumque tam parum esse remedium eoêrccndl neomnlthusHnismum ut potius ad illum sollicitet et viam sternat.

Item praxim confessariorum sponte docendi copulam dimidiatam. eamque promiscue suadendi paenitentlbus ob solam hanc rationem quod hi prolem amplius non desiderant, esse reprobandam uti imprudentem, temerariam, piarum aurium offensivam, Christianis moribus relate ad matrimonii sanctitatem et foecunditatem contrariam.

Propter rei gravitatem vero praefati episcopi, ne temere Crecedant. expedire duxerunt S. Sedis sententiam super anc quaestionem exquirere. Quare dubia sequentia humiliter iudicio S. V. submittunt:

Dubium L An tolerari possit confessarios sponte sua docere praxim copulae dimidiatae, illomque suadere promiscue omnibus paenitentlbus. qui timent ne prole numerosiore graventur.

Dubium Π. An carpendus sit confessarius qui. omnibus remediis ad paenitentem matrimonio abutentem ab hoc malo frustra tentatis. oocrr exercere copulam dimidiatam ad peccata mortalia praecavenda.

Dubium III. An carpendus sit confessarius qui. in circumstantiis sub Π. copulam dimidiatam paenitenti aliunde notam svamtt. vel paenitenti interroganti, num hic modus licitus sit. respondet simpliciter " licere ⁂ absque ulla restrictione scu explicatione.

Responsio. - Illffie ac *Revme Domine*. In generali consessu habito feria IV. dic 22 elapsi novembris, proposita fuerunt tria dubia ab Amplitudine Tua nomine episcopatus Neerlandiae ad hanc Supremam Congregationem S. Officii trasmlssa. Id est:

I. An tolerari possit confessarios sponte sua docere praxim copulae dimidiatae, illamque suadere promiscue omnibus paenitentlbus, qui timent ne proles numerosior nascatur.

II. An carpendus sit confessarius qui, omnibus remediis ad paenitentem matrimonio abutentem ab hoc malo avertendum frustra tentatis. docet exercere copulam dimidiatam nd peccata mortalia praecavenda.

III. An carpendus sit confessarius qui. in circumstantiis sub II. copulam dimidiatam paenitenti aliunde notam suadet, vel paenitenti interroganti num hic modus licitus sit, respondet simpliciter licere absque ulla restrictione scu explicatione.

Et Emi ac Revrni Cardinales una mecum Inquisitores Generales, quaestione diligenter perpensa, pra,-habxtoque DD. Consultorum voto, respondendum mandarunt:

Ad I dubium. *Negative.* Ad II ct III, *Affirmative.*

Insequenti vero feria V. dic 23 dicti mensis. SS. D N. Pius div. Prov. Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Assessori huius S. Officii impertita, relatam sibi Entorum Patrum resolutionem approbavit

Haec pro meo munere Amplitudini Tuae significans, prospera cuncta atque felicia Tibi a Domino adprecor. Amplitudini Tuae Rev.mae Addictissimus.—R. Card Merry del Val

• N«d. Keth. Slemmcn (1923) 33-36. Adn. J. CREUSES h NrT 50 (1923) 270-272; REGATILLO n. 489; ME 35 (1923) 2C4, PrM 12 (1923) 36-37.

1922 NOv 22.-SC PF., MON. AAS 14 (1922) 6I7-W9

De modo procedendi Pont. Operis a Fidei Propagation

De mandato Consilii Superioris Generalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei, haec publici iuris fiunt, ut prae oculis habeantur ab iis quorum interest

1. Cum tandem hisce diebus coeperit Romae munera sua explere Consilium Superius Generale Pontificii Operis a Propagatione Fidei, de quo in Pii Pp. XI Motu Proprio *Romanorum Pontificum,* dato sub die 3 mensis maii, a. c. ÎLE 4141, et sedem suam, licet provisoriam. habeat apud S. C. de Propaganda Fide, huc mittendum est quidquid pertinet ad Opus ipsum, sive notitiae de constitutione Consiliorum Nationalium, sive eorum Statuta. sive suo tempore rationum libri, sive quaestiones ad Operis organizationem et diffussionem attinentes, sive modo et tempore statuto pecunia collecta ut pro Missionibus erogetur. Huic Consilio similiter spectant, epistolae. relationes et petitiones eorum, qui. in locis/ Missionum operam navantes, annuam subventionem et subsidia sibi expostulant. w

Quae cum ita sint, litterae ceteraque inscribantur Al *Revmo Présidente* vel Al *Revmo Segretario* Generale *della Pontificia Opera della Propagazione della Fede* - Palazzo di Propaganda, di Spagna, n. 48. Roma (6).

2. Notitiae de pecuniis et donis collectis mittendae erunt mense ianuario exeunte. idque fiet per Praesidem Consilii Nationals vel eius Delegatum; in locis autem, ubi Consilium nondum est constitutum, per Moderatores dioecesanos. Uti evidens est, integrum semper et ubique esto cuique offerenti immediate ad hoc Romanum Consilium mittere oblationes suas. Pecuniae vero ct dona collecta erunt ad nutum et liberam dispositionem ipsius Consilii Generalis, cuius officium est mense martio decernere quibus, qua mensura et quomodo sint elargienda et distribuenda.

3. Cum autem ius sit et officium Consilii Superioris Generalis rationum libros singulorum Nationalium Consiliorum adprobare,l sub finem mensis martii ad ipsum deferendae erunt distinctae et clarae relationes tum de pecuniis donisque oblatis, tum de eorum administratione et de expensis factis sive pro iis colligendis. sive pro Operis evulgatione, sive pro annalibus, foliis, imaginibus cetcrisque typis impressis.

Satius erit has relationes mittere in duplici exemplari. ita ut alterum Romae in Operis archivo asservari possit, alterum reddatur cum notis et signatura.

4. Ad Consilium Superius Generale item mittenda sunt quam citius Statuta particularia pro Consiliis Nntionalibus redacta, in quibus quidem fideliter retinenda sunt quae pertinent ad formam substantialem Operis Haec enim ab ipso Consilio sunt adprobanda.l

' Ct. *Statuta Generalia* IX. 4, itemque *Statuta pro* Co». 415] Gen'' TX' * tLE 4151' l Cf· cU– loc. dt. [LE

5. Iuxta Statuta Generalia (ib. X) Consilii conventus pro distribuenda pecunia Romae habebuntur mense martio. Mature ergo Consilio exhibendae sunt petitiones cum lis relationibus, quae ad rem faciunt. Hic diligenter advertendum quod hoc anno elementa pro definiendis subventionibus desumentur ex responsis ad quaestiones propositas a S. C. de Propaganda Fide per epistolam datam die Paschatis vertentis anni. Curent igitur Revrni Episcopi, Vicarii Praefectique Apostolici dc Missionum Superiores, ut tempestive, id est ante finem vertentis anni vel saltem proximo ineunto, rela-
tu lienes ipsas transmittant. Consilium enim/ abstinebit a dandis subsidiis Missionibus, de quibus nondum pervenerit relatio ad S. C. de Propaganda Fide.

Qua de causa in petitionibus pro annua subventione opportunum erit significare an necnon praedicta relatio data fuerit.

6. Ad petitiones quod attinet, consultius videtur, pro iis Missionibus, quae concreditae sunt alicui Ordini, Congregationi Instituto vel Seminario, si per eumdem respective Superiores vel Procuratores exhibeantur una cum documentis relativis, hac tamen lege quod singularum Missionum nota distincta praebeatur: Consilium enim nihili faciet petitiones cumulativas.

Vicissim iidem Superiores vel Procuratores enixe rogantur ut de hoc statuto quam citius certiores faciant eos ad quos pertinet, ita ut omnes statis conditionibus satisfacere queant.

7. Ad subsidia pro itineribus obtinenda oportet ut, Êcut antea, diligenter significentur omnia quae ad rem faciunt, sive aetas, sive conditio itlnerantium, sive loca ad quae pergunt, et an prima vel altera vice se conferant ad infidelium regiones pro apostolicis laboribus suscipiendis. Optimum erit addere etiam quae et qualis sit expensa sive pro vehiculo vel schedula itineris (biglietto, billet), sive pro victu. Quae omnia facillima evadent, si adhibeantur prospectus ad hoc dispositi, quos requirere licet apud sedem huius Consilii Superioris Pontificii Operis. Duplici autem exemplari exhibendi sunt.

Datum Romae ex Secretaria Pontificii Operis a Propagatione Fidei, die xxn mensis novembris mcmxxh.— P. Fumasonl Biondi. Archiep. Diocletanus, *Praeses.* loseph Nogara. *Secr. Generalis.*

Adn. PrM 12 (1922) 181.

472

1922 NOV 25.-SIGN. AP., DECIS. AAS 15 (1923) 180-185

ROMANA

SENTENTIAE DÎC1DENTALIS IN CAUSA NULUTATIS MATRIMONII (GARÇIA-SYLOS)

In plenaria Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae sessione apud Vaticanum habita, sabbato die 25 novembris 1922, Emorum Patrum examini subiectus est recursus R. D. Vinculi Defensoris apud S. R. Rotae Tribunal. adversus decisionem seu decretum huius S. T. Congressus, editum die 20 iunii 1922 circa decretum seu fententiam incidentalem Tribunalis S. R. Rotae diei 17 ianuarii volventis anni. Causa mature disceptata est. relatore Efno ac Rrno Dno Card. Michaele Lega.

En facti species. - Die 11 decembris 1897, legitima forma, in Urbe, matrimonium inierunt Dnus Raphael Garçia el Dna Mathildes Sylos-Labinl. Ast, vix sexto elapso mense, abrupta est maritalis cohabitatio, nec tentamina ad illam instaurandam profuerunt; quin immo separatio in foro civili per sententiam concessa fuit

Aliquot post annos a sequuta separatione, existimant mulier suum matrimonium nullitate laborare ex capite *conditionis appositae et non purificatae,* quum ipsa contraxerit sub conditione ne vir (prout ferebatur) epileptico morbo afficeretur. Atque ex Summi Pontificis Commissione haec nuliitatis causa actitata est apud S. R. Rotae Tribunal anno 1917. Attamen actrix sententiam taLi adversam, quia Sacrum Auditorium, die 19 maii 1920. Judicavit: *Non constare de nullitate matrimonii* m *casu,* quamvis in eadem sententia admitteretur de existenlia morbi constare.

Exinde mulier ab hac sententia appellationem interposuit coram Turno proxime sequenti. Sed quaestio incidentalis exorta est, quia actricis patronus supplementum inquisitionis petiit, ut scilicet denuo examinarentur super quibusdam exhibitis articulis actrix et nonnulli testes. Verum R. P. D. Ponens, decreto suo die 8 novembris 1921. hanc petitionem/ relecit et, appellatione facta apud Turnum rotalem, hic. data sententia interlocutoria. sub die 17 ianuarii 1922, decretum R. P. D, Ponentis confirmavit. 181

Sed actricis patronus recurrit ad hoc Supremum signaturae Apostolicae Tribunal contra hanc rotalem sententiam. Tunc requisitus super hoc recursu fuit R. P. D. Ponens illius Turni rotalis, qui respondit, sub die 1 maii 1922, et rationes favore impugnatae sententiae exposuit, quamvis decisioni S. T. se remitteret Rationes autem, praemissa allegatione canonum 1786 et 1775, in summa tales erant, quae propositos pro inquisitione suppletiva articulos interrogationes demonstrabant continere otiosas, subdolas, suggestivas, ideoque a iure prohibitas, propter periurii periculum.

Delato recursu iam sufficienter instructo, in Congressu huius S. TM habito die 20 iunii 1922, coram Emo ac Rmo Dno Cardinali Praefecto, omnibus sedulo perpensis, ita decisum fuit: *Concedendum esse petitum supplementum instructionis, servatis de iure servandis circa interrogationes proponendas* (can. 1775). *et circa interventum Defensoris Vinculi.* Hoc decretum insequenti die R. P. D. Decano S. R. Rotae communicatum fuit

Sub die 26 iunii 1922, contra hoc decretum, recursum. in plenaria Emorum Patrum sessione videndum, dedit rev. dnus Vinculi Defensor penes Rotale Tribunal. eo quod illud nullum existimaret; atque Defensori Vinculi se adiunxit patronus viri Garçia; et ambo suas exhibuerunt deductiones. Contendit Vinculi Defensor, qui recursum instituit, memoratum decretum esse nullum. eo quod res de qua agitur ad Supremi huius Tribunalis competentiam non spectet, vel saltem quia Congressus eiusdem Supremi Tribunalis potestate iudicandi careat Quamquam de potestate Congressus Supremi Tribunalis iudicandi quaestiones ad ipsum Tribunal delatas dubitatum nunquam fuit, nihilosecius. ne Congressus ipse in sua causa iudicium ferre videre opportunum visum fuit quaestionem hanc in iudicium plenariae Congregationis deferri. Idcirco ad tramitem art 16 Appendicis *ad Regulas in huius S. T. iudiciis servandas,* R. P. D. Secretarius Praelatum Votantem in Vinculi Defensorem deputavit; et sub die 7 augusti 1922, praesentibus cum ipso Vinculi Defensore actricis et viri sui patronis, coram R. P. D. Secretario sequentia concordata fuere dubia:

1) An *infirmanda vel confirmanda sit decisio Congressus huius S. T. die 20 iunii 1922?*

Et quatenus affirmativo ad primam partem;

2) *An actricis patronus ius habeat appellandi a decreto rotali diei 17 ianuarii 1922 ad S.* T. *Signaturae Apostolicae?/* *i*

3) An confirmandum vel infirmandum sit decretum iiicidcntale S. R. Rotae die 17 ianuarii 1922?

Et Emi ac Rmi Patres, re mature perpensa, rescripserunt:

Ad 1. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam: et interrogationes proponantur* a Vinculi *Defensore huius S.* T. iuxta *mentem panditam.*

Ad 2 et 3. *Provisum* in *pruno. Et extendatur decisio*

Rotalis Vinculi Defensor Initio sui recursu» scribit quod appellationem a Congressus decisione interposuerit, quum In casu non agatur de re. quae sit dc competentia hu>u_-i & T. Signaturae, vel non sit certe de Congressus competentia. Et hoc probare nititur per textum tit. 3. cap. 2 Rr^u.'srti'i *quae servandae sunt* in iudiciis *apud S. R Rotae* Tribunal. Ibi enim statuitur quod quaestiones Incidentes duplici modo proponi possunt: solemniter scilicet, cum dubionxm propositione.· et tunc Turnus respondet per sententias incidentales seu intcrlocutorias» adductis rationibus in tacto ct iure. Hae sententiae autem, sl nb eis appelletur, videndae erunt ab Ipsomet. qu» eas tulit. Turno rotali. E' proponi possunt *per memoriale,* etiam manuscnptum. non prepositis dubiis: et tunc, iuxta praescriptum J 88 Rcg. ctX * Tr:-
·· bunal respondens mcmorieli, dal rescriptum, in qua de-
** cidendi rationes utiliter sed non necessario, seu non ad
" validitatem significandae sunt· quodque tnappcllabile
~ est ". Quopropter. ait recurrens, quum rotalis decisio, m casu, hoc secundo modo data fuerit. Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal competentia caret iudicandi super recursu adversus rotalem sententiam interposito

Sued»!· urget ipse, in hypothcM, dixrrimui rvwnptum Sis Turni aequivalere sententiae interlccutortae habenti

vim definitivae, tunc quoque dc ea *exclusive* Judicare potest Turnus qui eam tulit, iuxta J 95 carundem *Regularum.* Ibi: " 1) Sententiae incidentales. illis haud exceptis quae " vim definitivae habere dicuntur, non admittunt appel- ⁂ lationem et ne recursum quidem ad alium Turnum. " possunt tamen appellari apud Turnum qui sententiam " protulit

Concedit tamen Rotalis Vinculi Defensor hoc Supremum Tribunal competens esse tantum in casu gravaminis obventuri ex definitiva vel etiam intcrlccutoria sententia, d tramitem art. 3 *Regularum servandarum m ludicii apud S. Signaturae Apostolicae Tribunal:* " Querela nullitatis " produci potest non solum contra sententiam definitivam, ⁂ verum etiam adversus interlocutor!am sententiam a S. R. * Rotae Tribunali quomodocumque emissam, dummodo ta- " men gravamen aliquod inde sit oriturum. qued per deii- " nitivam sententiam reparari nequeat: aut etiam ipsa " sententia vim habeat definitivae ". Sed haec, in casu, non verificantur, dicit recurrens. Quin immo. subdit, post 183 Codicis promulgationem sermo hole/ haberi nequit de sententiae nullitale. quia sententia rotalis vitia non continet, de quibus agitur in can. 1892 ct 1894. Etsi autem admittatur oriturum gravamen, hoc. ait ipse, irreparabile non est. Supersunt enim actrici remedia appellandi ad cumdem Turnum contra sententiam interlccutonam, vel petendi novam causae propositionem post secundam sententiam definitivam conformem, vel recurrendi ad S. T. Signaturae Apostolicae, si nova causae propositio denegata a S. Rota fuerit (can. 16Ù3. n. 51. vel demum recurrendi item ad S. T., pro restitutione in Integrum (ibid. n. 4).

Post haec rotalis Vinculi Defensor addit quod, etiam Supremi huius Signaturae Apostolicae Tribunalis admissa competentia, in casu, haec tamen neganda omnino est Signaturae Congressui; quia Congressus ludtcibus non constituitur: et eius auctoritas ad hoc unum coarctatur: stntne admittendi vel relidendi recursus S. T. porrecti *(Lex Propria.* can. 40 (AAS 1 (1969» 20 - 35; ASS 41 (1908 440 - 461): *Regulae servandae in* iudidis *apud S. T. Signaturae Apostolical,* art. 27) (diei 6 martii 1912 AAS * (1912) 187 - 206}.; ad quam rem citat *Novaricn., Refect. Damm..* dic 17 mali 1911 (AAS 3 (1911) 356 - 259}. in qua quum ageretur de sententia rotali utrum interlocutorla habenda esset; et quatenus affirmative, num esset nulla et circumscribenda. decisio non fuit data a Congressu, sed a Ertiis lodicibus in plenaria sessione.

Porro Effli Patres considerarunt, quod dispositiones *Regularum S. R. Rotae* (tit 3. cap. 2. par. 88 et 95), quae appellationem vetant ab interlocutoriis sententiis, intelligendae sunt de appellatione ad idem S R. Tribunal, cum quaestiones propositae fuerint per memoriale, non autem ad Apostolicam Signaturam, ad quam patet recursus: siquidem huic sunt leges, et peculiares normae quas Codex expresse (can. 243 〉 Ii confirmavit- Olim forte de competentia Apostolicae Signaturae dubitari, in his. poterat: sed postquam b. m. Benedicti XV prodiit *Chirographum* (28 Iunii 1915) (AAS 7 (1915) 325). sublatus prorsus est omnis ambigendi locus; quippe qui Pontifex diserte ampliaverit huius S. T. competentiam: " ut Nostri Supremi Tribunalis Signaturae augeatur seu certius definiatur ccm- " petentia, tum ratione recursuum in causis matrimonialibus tum ex capite nullitalis et restitutionis in inte- " gruni

Et quidem, in vim eiusdem Chirographi competentia huius S. T. circa nullitatem sententiarum S. R. Rotae, non coarctatur limitibus can. 1892 et 1894 signatis: recursus enim quoque admittitur si lata sententia sit manifesto vel contra legem vel non satis perpensa factorum ventate. Et haec latior competentia patet ex Regulis huius S. T. (art 4) et ex earum Appendice (art. 1), atque ex sententiis eiusdem S. T. post Codicem emissis, ut in Paderbcmen. 10 mali 1919 (NullU. Mdtr. De Laffert-Bartcls): " Legis violatio sententiam nullam reddit, quia regulariter quidquid ' fit contra ius nulUus roboris est ". Et: " Quoties iudlcium jo. " profertur super errore/ substantiali ex facto perverso. idem est ac sl latum fuisset super documentis corruptis " vel ruper falsis testimoniis (LE 185: die 31 Mail 1919).

Quod autem non satis perspecta fuerit factorum veritas et legis praescriptum in causa de qua agitur, patet ex eo quod, saltem ex parte, petitum instructorine supplementum non versetur super iisdem interrogatoriis, quodque, ct si ita esset, gravis adest ratio, et causa est de illis quae nunquam transeunt in rem iudicatam (can. 17E6). Cctercquln ludex huluxmcdi supplementum instructoriae conccden-., minime tenebatur actricem et testes interrogare super texiu a patrono proposito; sed. prout cavetur praescripto can. 1968. super Interrogationibus a Vinculi Defensore concinnatis eidemque ludlci clausis ct obsignatis exhibitis.

Neque verum est quod ex hac denegata facultate denuo examinandi actricem et testes nullum eveniret actrici gravamen. Hoc enim certe haberetur, quia ludicii experimentum in alia sede conditionem actricis deteriorem redderet

Competentia huius S. T. declarata. Effl! Patres indicarunt et Congressum huius S. T. competentem fuisse ad decernendum utrum recursus ln casu admittendus vel relidendus esset. Etenim ipse, ad instar Congressuum S Congregationum et Officiorum S. Sedis, potestatem habet expendendi et expediendi minora negotia (Ordo servandus Normae communes. c. L n 3. 4) (dlel 29 Sept. 1908 AAS 1 (1909) 36 - 1081.

Ac Signaturae Apostolicae Congressui duplex inert potestas: administrativa altera, altem vero iudicialis: quatenus est S. Sedis administrativum organum petitiones recipit ad Commissiones Pontificias aliaque id genus rescripts impetranda, caque examinat. Instruit et admittit vel reiicxt (can. 1603. ʃ 2; *App. ad Rcg.* huius S. T.. arL 3 sqq.). Sed qua organum Judiciale potestate gaudet circa iustitiae admlnistrationem (cfr. *Chirograph. Ben. XV,* dic 28 iunii 1915/ et hinc ad examen revocare potest decreta Judicialia S. R Rotae et auditis, quatenus res ferat, partibus, seu re sufficienter instructa, decernere circa earumdem decretarum merituro ea confirmans vel infirmans vel corrigens. Quodsl ipsemet Congressus Judicaverit rem sive ln ordine administrativo sivè ln Judicial! esse gravis ponderis ct difficultatibus implexam *(App.* cit., art. 13), hanc decisionem remittit ad plenam Signaturam.

Et quidem Supremo Tribunali Apostolicae Signature Emus Cardinalis Praefectus vice sacra praeert. ut ln ciL *App. ad Rcg. huius S. T.* art. 2 traditur: * Emus Card. " Praefectus *vice sacra* praeest huic S. T.. seu vice fungitur " Romani Pontificis cuius *nomine ct auctoritate* signat " commissiones *aliaque id penus rescripta* In *Regulis* autem huius S. T. edicitur: " Art. 27. Cardinalis S. T. Praefec- " tus et R. P. D. Secretarlus Judicabunt/ referendus necne U5 w sit recursus plenis Purpuratorum Patrum comitiis, iuxta - *Legem Propriam,* can. 40. n. 2 ". Denique ia *Append. cd regulas:* ""Art. 12. Congressui fas est concedere expetitam " commissionem, *aut alia indulgcrc, iuxta petita,* praesertim " si partes, quarum interest, concordent, neque quaestio " sit nimis gravis et implicata ".

Ex his omnibus clare apparet, decisionem Congressui dici 20 iunii 1922 legitime prolatam fuisse. Accedit etiam praxis, prout ln pluribus causis, quarum nonnullae sententiae in Actis *Apostolicae Sedis* quoque vulgatae sunt: ex S·. *Clavarcn. IncidcntalU* de *Legato pio* diei 19 mail 1917. anilen. Circumscriptionis seu *super decreto de inierim exequendo* diei 28 aprilis 1917 (LE 36 sub die 28 Mail 19171: *Tergestina, Incidcntalis proventuum ct emolumentorum* diei 26 februarii 1921 (LE 345 sub die 15 Martii 19211, aliisque.

Neque Congressus potestati officit citatas decisiones, seu decreta, reiectionem recursuum contra incidentes rotales sententias respicere, quia competentia Tribunalium superiorum eadem semper est. sive confirmetur sive infinnetor inferioris Tribunalis sententia.

Quaestio denique in hodierno casu proposita, a Congressu huius S. T. non gravis neque implicata iure meritoque Judicata fuit: quia plana res est, iterum interrogari posse, gravi de causa, personas iam excussas in judicio, adhibitis cautelis ad vitandum periurii periculum. Cui satis providetur per deputationem Defensoris vinculi (c. 1585), cui ad vitandas fraudes et subornationes, demandata est observantia praescriptorum canonum 1968-1969. - Itaque Emi Patres, prout supra, rescripserunt.

Et ita decisum, etc., non solum etc., sed et omni etc.—losephus Fameli. *Signaturae Votans.* Visa: Evaristus Lucidi. *S. A. S. T. a Secretis.* losephus adv. Fornari. *Notarius.*

Adn. IP 3 (1923) 73-79; ME 35 (1923) 145-146.

473

1922 NOV 26.-COM. INTP. RESP. AAS 15 (1923) 128

Dubium de collatione canonicatuum

De co.latione canonicatuum (can. 404)

Utrum in collatione canonicatuum. de quibus in can. 404, abrogatae sint leges particulares, revocata privilegia et reprobatae consuetudines, vi quarum iidem canonicatus nonnisi indigenis seu civibus originariis civitatis, in qua sedem habet ecclesia, conferri possint, aut isti ceteris praeferri debeant

Resp.: Affirmative, salva contraria fundationis lege, et firmo praescripto canonum 3 et 1435 § 3, ita tamen ut etiam in his casibus, si nullus inter indigenas reperiatur Idoneus seu dignus, canonicatus conferri possint ac debeant aliis idoneis et dignis, ad normam cit can. 404.—P. Card. Gasparri, *Praeses.* Aloisius Sincero, Secr.

Adn. REGAT1LLO n. 172; IP 3 (1923) 5-€;ME 35 (1923)

474

1922 NOV 30.-SC REL. DF.CR. AAS 14 (1922) 644-616

Circa congregationes religiosas aut pias societates IURIS DIOECESANI RECOGNOSCENDAS

Quod iam per Constitutionem Conditae a *Christo* idici 8 decembris 1900. ASS 33 (1900-01) 341-3471

Summus Pontifex Leo XIII fel. rec. statuerat, hoc clarius in Codice iuris canonici sancitum est: Congregationes nempe religiosas alias iuris *pontificii,* alias dioeccrdnt iuris esse, ita ut utraque Congregationum classis religiosae societatis naturam vere habeat, cum iuribus quae ei competunt; inter quae illud fundamentale est quod quaelibet Congregatio religiosa, legitime constituta. personalitatem moralem ad normam iuris induat eaque potiatur. Ne autem in re tam gravis momenti ullum dubium oriri possit et de legitimitate eiusdem personalitatis iugiter constare queat, sapienter per can. 100, f I praescribitur ut personae morales (exceptis Catholica Ecclesia ct Apostolica Sede) nonnisi per formale decretum a competente ecclesiastico Superiore erigi valeant

Aliquando tamen, praecipue ante Constitutionem *Conditae a Christo* [diei 8 dec. 1900. ASS 33 (1900-01) 341-3471 et Motu proprio *Dei Providentis* diei 16 iulii 1906 s. m. Pii Pp. X IASS 39 (1906) 344-346], factum est ut nonnullae Congregationes religiosae exsurgerent quae ab Ordinariis vel toleratae vel etiam implicite approbatae nunc censeantur, quin tamen constet eas per formale decretum fuisse erectas.

Quod cum pluribus incommodis aditum praebere possit, et praestet ut quicumque ambigendi locus circa Congregationum religiosarum legitimitatem auferatur. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, omnibus mature perpensis, ea quae sequuntur statuit:

L Quilibet EpiscoDUs, aut Praelatus quasi-episcopalem iurisdictionem in territorio separato exercens, quamprimum inquirat de omnibus et singulis Congregationibus religiosis, aut Piis societatibus ad modum religiosorum viventibus, utriusque sexus, etiamsi unica domo constent, in sua dioecesi aut territorio existentibus, quae ab Apostolica Sede saltem per decretum laudis approbatae non fuerint:

1) An per formale decretum episcopale, cuius tenor cognoscatur, fuerint erectae.

2) An statuta seu constitutiones ab eadem auctoritate «5 approbatas habeant./

II. Si quas invenerit Congregationes vel Pias societates quae decretum erectionis minime vel dubio obtinuerint, sed aequipollenter, per repetitos actus plurium annorum decursu ante Codicis promulgationem, ab Ordinario tamquam approbatae habitae fuerint, ex. gr. per professionis receptionem, sacram visitationem, episcopales ordinationes aut similia, Episcopus, nisi aliud adiuncla consulere videantur, iuxta inferius dicenda sub ŋ. III, eas recognoscat per suum formale decretum, in quo. breviter iis quae hactenus praecesserunt expositis. Congregationem religiosam vel Piam societatem iuris dioecesani erectam declaret; dummodo pro Institutis, quae post supra memoratum Motu proprio Dei *Providentis* anni 1906 initium habuerunt, Apostolicae Sedis venia obtenta fuerit. Statuit autem haec Sacra Congregatio ut praedictum recognitionis decretum vim habeat sanandi defectum canonicae erectionis quoad praeteritum. quatenus opus fuerit.

HI. Si Institutum in plures dioeceses fuerit diffusum Ordinarius loci, de quo in ŋ. I. est ille in cuius dioecesi exstat domus princeps, qui tamen decretum recognitionis ne edat nisi collatis consiliis cum ceteris Praesulibus ipsisque saltem non contradicentibus.

IV. Si ob statum Instituti vel ob parvum alumnorum numerum, aut ob defectum argumentorum de quibus in ŋ. II, vel aliis ce causis. Ordinarius minime opportunum iudicaverlt aliquam Congregationem aut Piam societatem, de qua in praecedentibus, per formale decretum recognoscere, vel aliquis ex Ordinariis, de quibus in ŋ. HI. positive obstet, rem ad hanc Sacram Congregationem deferat.

V. De universis et singulis Congregationibus aut Piis societatibus iuris dioecesani iam legitime erectis, aut ut supra nunc recognitis, quarum domus praecipua vel unica domus in dioecesi in praesenti exsistat. Ordinarius ad hanc Sacram Congregationem elenchum mittat, ln quo distincte exprimatur:

a) Titulus, b) scopus, c> fundatoris nomen et fundationis leges, d) erectionis aut recognitionis decretum, e) in quas dioeceses facta fuerit diffusio, *f)* alumnorum et domorum numerus.

VL Si quis loci Ordinarius in suae jurisdictionis territorio nullam Congregationis religiosae iuris dioecesani domum principem aut domum independentem in praesenti exsistere comportât, certiorem de hac re faciat hanc Sacram Congregationem per expressam in scriptis declarationem.

VII. In posterum vero, quatenus Ordinarius, debita venia Apostolicae Sedis obtenta, aliquam novam Congregationem aut Piam societatem religiosam erigere voluerit, satagat ut erectio fiat per formale decre/tum 64« in scriptis datum, cuius exemplar tam in tabulario Instituti quam in Archivo dioecesano servandum erit De peracta autem huiusmodi erectione hanc Sacram Congregationem edoceat, ac decreti exemplar transmittat, in quo praecipue curet ut tam titulus quam scopus Instituti peculiaris explicite et exacte praefiniatur, habitis prae oculis iis quae ce hac re in *Normis,* a Sacra Congregatione approbatis sub die 6 martii 1921, cap. II ct IV (Act. Ap. *Sedis,* vol. XIII pg. 312) (LE 340). habentur.

Facta autem de omnibus relatione SSfno Dho Nostro Pio divina Providentia PP. XI, in audientia habita ab infrascripto P. Abb. Secretario Sacrae Congregationis, die 25 novembris 1922, Sanctitas Sua decretum approbavit atque ab omnibus ad quos spectat servari mandavit

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die 30 novembris 1922.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Maurus M. Serafini. Ab. O. S. B.. *Secr.*

Adn. Ph. MAROTO »n CpR 4 (1923) 196-201: PrM 12 (1922) 176-179.

475

1922 DEC 2.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

Circa facultates Ordinariorum: 1 - Dispensant a lege **ABSTINENTIAE, ET AB IMPEDIMENTIS A QUIBUS EXEMPTA EST PARS INFIDELIS CUM DISPENSANT Λ DISPARITATE ƇULTUS 2 - SVBDELECANDI POTESTATEM ERIGENDI bTAHONES Vltt** Crucis

Dubia - Vicarius Apostalicus Mongol ae Orientalis, sequentia dubia, pro opportuna solutione. Sacrae Congregationi de Propaganda proponit:

1) Vicarii Apostolici primae regionis Sinarum iam a plurimis annis dispensant fideles sibi subditos super lege abstinendi a servilibus diebus dominicis tempore utriusque messis occurrentibus.

Haec dispensatio publicatur in kalendario ad usum Christianorum, facta quolibet anno mentione apostolicae facultatis. Quaeritur utrum vi huius Indulti Apostolici liceant praedictis dominicis indiscriminatim. omnia opera servilia, illa etiam quae a lignariis, coementariis, ferrariis aliisque peraguntur, an tantum opera servilia quibus tempore messis agricolae incumbunt.

2) Instructio a Sancti Officii die 16 septembris 1824l data sic sonat: « Ecclesia dispensando cum parte catholica super disparitate cultus, ut cum infideli contrahat, dispensare intelllgitur ab lis etiam impedimentis (ecclesiasticis ct relativis) a quibus exempta est pars infidelis, et a quibus Ecclesia aliunde solet fideles dispensare, ut Inde huius exemptio propter contractus individuitatem communicata remaneat et alteri ». Iuxta decretum Congregationis Sancti Offici: 23 aprilis 1913.l obtinet praedictus effectus dispensatione a disparitate cultus, etiamsi mlsslonarius dispensans n disparitate cultus, non habeat facultatem dispensandi super impedimentis quibus ligatur pars catholica, imo etiamsi missionarius ignoret num adsint in casu impedimenta relativa et quaenam adsint

Quaeritur utrum haec dispositio pro suppressa habenda sit, cum de ea in Codice non occurrit mentio; an contra eam non esse suppressam censenda sit, quia iuxta can. 6, 3° « canones qui ex parte tantum cum veteri iure congruunt qua congruunt, ex iure antiquo aestimandi sunt ».

3) Vicario apostolico Mongoliae orientalis sicut etiam aliis Vicariis ApostoUcis concessa est potestas ad decennium subdclegandi suis misstonarUs facultatem quae eidem Ordinario qua Ep:scopo, ex canone 349. paragr. 1. n. 1, conceditur, nempe:

Erigendi, ritibus ab Ecclesia praescriptis, ŝtatione

Viae Crucis, cum omnibus Indulgentiis, quae huiusmodi pium exercitium peragentibus a Summis Pontificibus sunt concessae.

Quaeritur num adhuc sicut antea requiratur ad validitatem deputatio scripta, facta ab Ordinario, et quidem toties quoties, sacerdotis, qui Viam Crucis erigat

Breviter respondeo dubiis quae in tua epistola proponis:

1) Vi canonum 1245 et 1248 vel vi peculiaris indulti Vicarii Apostolici possunt in aliquibus casibus permittere quaedam opera servilia in diebus festis; ut, ex. gratia, labores agrorum, tempore messis. Patet tamen quod dispensatio valet tantum pro illis laboribus pro quibus militat eadem ratio, non autem indiscriminatlm pro omnibus operibus servilibus.

2) Responsiones C, S. O. a. 1913 circa dispensationem aliorum impedimentorum in matrimoniis mixtis, cum non opponantur Codici, etiam nunc valent (']).

3) Non ad validitatem requiritur deputatio scriptis data in communicandis facultatibus circa Viam Crucis, indulgentias et alia huiusmodi; attamen opportunum est ipsa in scriptis dare, ad praefinitum tempus, ne dubia obveniant Et S. Congregatio vult ut ita fiat.—Gulielmus Card, van Rossum, *Praef.* Petrus Fumasoni Biondi. Secr.

Vicario Apotîolico de Mongolia Oriented: Sylloge n. 107. Adn. Vide Ktsp. eiusdem SC dc Prop. Fide sub die 1931 Mei 20; A. C. 1028. «t Rwp. 5. C. S. Officii diei 1932 junii 30 LE 1103

Erigitur **APOSTOLICA DELEGATIO AFRICAE MERIDIONALIS**

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — De more Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum, ex hac Petri cathedra, quam divinitus obtinemus, tamquam e sublimi specula, in omnes orbis chistiani plagas, vel longo terrarum marisque tractu seiunctas ab hoc Romanae fidei centro, oculos mentis Nostrae convertimus et quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant sollicito paternoque studio praestare maturamus. Iam vero, ut in plurimis meridionalis Africae missionibus Christiani nominis propagationi atque unitati catholicae disciplinae aptiore Jugiter ratione consultum sit, opportunum visum est consilium novam in illis regionibus, sicuti iam passim pro aliis locis ad decus et tutamen fidei catholicae fieri consuevit. Apostolicam Delegationem constituere. Quare. post deliberationem quam diligentem habuimus cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis. motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, pro apostolica Nostra sollicitudine et paterno quem fovemus erga missiones illas amore. Delegationem Apostolicam in Africa meridionali erigimus atque constituimus. Volumus autem ut haec meridionalis Africae Delegatio Apostolica per Nos constituta ad quatuor regiones, nempe quae •vulgo appellantur Cape, Orange. Natal et Transvaal, nec non ad coloniam meridionalcm-occiduam. olim Germanicam, Basutoland et Bechuanaland curas suas extendat. Missiones apostolicas igitur attinget quae ibi nunc sunt, nempe Transvaalensem, Transvaalensem septentrionalem. Kimberliensem in Africa meridionali. Natalenscm, Zambesiae. de Zululand. de Mariannhlll. de Swatziland. de Basutoland. Districtus centralem, orientalem et occidentalem Promontorii Bonae Spei, Orange fluminis. Magni Namaqualand ct Cimbebasiensis inferioris, nec non omnes alias missiones quae in posterum in iisdem territoriis erigentur.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque/ integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite Judicandum esse ad definiendum, uritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contranis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vu decembris anno mcmxxil Pontificatus Nostri primo.—P. Card. Gasparri, *a Secretis Status.*

1922 DEC 7.-COET. CARD. RESP. AAS 15 (1923) 39-tt

COETUS S. R. E. CARDINALIUM

a Benedicto fel. rec. XV electus et a Pio Pp. XI confirmatus, ad dirimenda dubia circa competentiam sacrarum Congregationum

DUBIA

Soluta in plenariis **COMITIIS DIERUM 13 ET 27 MEXSLS NOVEMBRIS ANNI 1922 CIRCA COMPETENTIAM SS. CONGREGA**tionum: 1 - De Religiosis; De Sacramentis; 3 - Concilii et Consistorialis De Seminariis et Studiorum Universitatibus

I. < Utrum facultas concedendi sodalibus religiosis, utriusque sexus, dispensationem super lege ieiunii eucharistici ad sacram Synaxim recipiendam, pertineat ad Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum an ad Sacram Congregationem de Religiosis ».

Resp.: « Pertinere ad Sacram Congregationem de Religiosis ».

II. « Utrum quae respiciunt obligationes Ordinibus maioribus adnexas vel validitatem sacrae Ordinationis, quoad sodales religiosos, decernenda pertineant ad Sacram Congregationem de Sacramentis an ad Sacram Congregationem de Religiosis ».

Resp.: < Pertinere ad Sacram Congregationem de

III. f Utrum Sacra Congregatio Consistorialis an Sacra Congregatio Concilii sit competens ad decernendum circa ea quae respiciunt:

1) sacerdotes sive alumnos sive magistros in scholis laicalibus;

2) associationes inter clerum earumque foederationem;/ I

3) erectionem et suppressionem unius vel alterius dignitatis in Capitulis constitutis;

4) reditus et bona ad mensas episcopales spectantia ».

Respj Ad 1 ‘‘: < Competentem esse Sacram Congregationem Concilii ».

Ad 2 e*: « Competentem esse Sacram Congregationem Concilii. Haec tamen, in iis quae respiciunt associationes vel earum foederationes inter clerum alicuius nationis universae, informationem petere a Sacra Congregatione Consistoriali ne omittat ».

Ad 3 et 4 ■*: « Competentem esse Sacran Congregationem Consistorialem ».

IV. < Utrum concessio facultatis alienandi bona, quae spectant ad Seminaria dioecesana, pertineat ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus an ad Sacram Congregationem Concilii ».

Resp.: < Pertinere ad Sacran Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus ».

Quas responsiones. Ssmus D. N. Pius div. Pp. XI. in audientia diei 5. mensis decembris, anni 1922. Infrascripto Secretario concessa, approbare dignatus est.

Romae, die 7, mense decembri, anno 1922.—Fridericus Cattani Amadori. *a Secretis.*

MAROTO In CpR 4 (1923) 206-209; REGATILLO n. H923)344^Г 3 П923) 12 I4; ME 35 d»»») 80-61: PrM 12

1922 DEC 12.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

Dubia circa conditionem superiorum maiorum tribuendam **PRIORIBUS CONVENTUALIBUS CONGREGATIONUM MONASTICARUM. ET CIRCA LITTERAS DIMISSORIAS AD ORDINES IN PRAEDICTIS MONASTERIIS**

Romae, 12 Decembris 1922

Reverendissime Pater, In Congregatione generali die 24 Novembris 1922, referente Eiho Cardinali Gasquet, Ponente, Enii Patres ad proposita dubia responderunt:

Ad I. Utrum priores conventuales monasterii sui juris» in Confoederatione Ordinis S. Benedicti, sint inter ‹ superiores majores » ad sensum C. J. C.?

c *Affirmative ».*

Ad II. Utrum domus religiosa, ad cujus familiam pertinet ordinandus (can. 965) sit monasterium, cui monachus per professionem affixus est; an potius illud sui ordinis coenobium, in quod monachus a suo abbate, saltem per majorem anni partem commoraturus, studiorum causa missus est. an tandem utrumque?

Et quatenus affirmative ad I partem, aut ad II partem.

‹ *Providebitur in III ».*

Ad III. An litterae dimissoriales pro ordinibus suscipiendis ad normam can. 965 possint a proprio abbate dirigi ad episcopum illius dioecesis, in qua sita est domus studiorum, quamvis sit diversa a dioecesi, in qua exstat monasterium professionis ordinandi?

‹ Consulendum Sanctissimo, ut concedere dignetur superiori majori immediato monasterii sui juris in Congregationibus Confoederatis Ordinis S. Benedicti facultatem. qua valeat dirigere litteras dimissoriales pro ordinando monacho professo sui monasterii ad episcopum loci, in quo ordinandum studiorum causa actu commoratur ».

Sanctissimus in audientia diei 25 Novembris 1922 adprobavit et facultatem, de qua ad dubium III. benigne concedere dignatus est.

Haec a me significanda erant Tuae Paternitati, cui fausta omnia adprecor a Domino atque permaneo addictissimus.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Maurus Scrafini. 0. S. B.. *Secr.*

Prot. N. 2961 AOSB 28-34 (1920-26) 101.

1922 DEC I5.-SC S. OFF., DECR. AAS 15 (1923) 29

DAMNANTUR QUIDAM LIBRI AUCTORIS P. SANZ BORONAT

Emi ac Rmi Diii Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales in ordinario consessu habito feria IV. die 13 decembris 1922, praehabito DD. Consultorum voto. libros: *Elementos de Logica - Elementos de Pf-cologia - Elementos de Ética cientifica,* auctore P. Sanz Boronat, praedamnatos declararunt ad praescriptum canonis 1399, atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos esse decreverunt

Et insequenti feria V. die 14 eiusdem mensis et anni. Sanctissimus D. N. D. Pius divina Providentia Papa XI. in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita. relatam sibi Erhorum Patrum resolutionem approbavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 15 decembris 1922—Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. Offidi Notarius.*

1922 DEC 15.-SC PROP. FIDE, LIT. CIRC. PART. ·

Circa media et subsidia adhibenda pro clero **INDIGENA INSTITUENDO**

fU.tne *ac Rev.me Domine,* Opus Pontificium S. Petri Apostoli pro Cion indigenae institutione, cum in dies. Del favente gratia, accrescit. Consilio Generali Admimstrationis, ut, quod ad se attinet, apud socios favorem etiam in dies ampliorem sibi conciliet, imprimis opportunum visum est. conditiones, ne memoria labantur, erga benefactores iterum statuere et R. P. D. *Episcopos ct Apostoticos Vicarios,* enixe rogare ut ad eas adimplendas opus suum praestare velint.

Sunt autem conditiones de quibus hic agitur duplicis genens, quae nempe magis ad ipsos clericos spectant et quae potius iis qui clericis instruendis et educandis praesunt. committuntur.

Ad clericos Indigenas ipsos spectat:

1) Ut quotidie per annos praeparativos ad munus sacerdotale aliquas preces pro benefactoribus effundant.

2) Ut benefactoribus suis quotannis epistolam scribant. Haec epistola, lingua europaea seu ad minus latina conscribenda. mittenda est Romam ad ** Consiglio Generale del-1'Opera Pontificia di S. P:ctro, Palazzo di Propaganda. Piazza di Spagna. 48. Roma. G ~. nisi aliter expresse statuatur in casibus particularibus. Numquam vero directe ad benefactores scribant Seminaristae.

3» Ut in/τα *mensem* post acceptum sacerdotium ter iuxta intentionem benefactorum sacrum faciant.

4) Ut, vita *sacerdotali durante* semel in anno iuxta intentionem corumdem benefactorum unam missam celebrent.

5) Ut ii, qui tantummodo contributionibus annuis usque ad susceptum sacerdotium fruuntur. post acceptum nuntium de benefactoris obitu quinque Missas in eius animae suffragium dicant.

Quae autem magis Us. qui clero indigenae educando praesunt, committuntur, haec sunt:

1) Ut ad praedictas conditiones rite observandas sedulo animum attendere velint:

2) Ut de nomine ct imcplne luce graphice impressa (vulgo photographia) Seminaristae indigenae, non quidem ad ipsum directe benefactorem, sed potius ad sedem principalem Operis, sive pro casibus speciatim indicandis ad directorem nationalem. quamprimum post acceptum nuntium de eius electione, mittendis curent.

3) Ut denique de mutato ex quacumque sive obitus, sive completi curriculi studiorum, sive regressus a Seminario. sive alia causa titulario beneficii, huic Consilio Generali nuntium faciant.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 15 decembris 1922.—Consilium Generale Operis Pontificii S. Petri Apostoli.

• Ordinariis Missionum: AOFM 42 (1923) 153-154.

1922 DEC 15.-SC KIT. INSTR. AAS 16 (1924) 171

PLURIUM DIOECESIUM

De **VEXILLIS IN ECCLESIA ADMITENDIS VEL BENEDICENDIS**

Postulantibus nonnullis locorum Rthis Ordinariis a Sacra Rituum Congregatione aliquam normam seu Instructionem circa vexilla in ecclesiis admittenda vcl benedicenda. Sacra Rituum Congregatio, audito etiam specialis Commissionis suffragio, rescribendum censuit: Ad mentem ».

Mens est: « Quando insignia seu vexilla non pertineant ad Societates religioni catholicae manifeste
c contrarias, nec reprobata sint harum statuta, neque ipsa insignia seu vexilla aliquod emblema de se vetitum ac reprobatum praescierant, in ecclesiis admitti
‹ possunt. Quum vero in favorem et obsequium eius-
dem religionis catholicae pacifice postuletur supra-
« dictorum insignium seu vexillorum benedictio, haec concedi potest, adhibita formula Ritualis *Romani ».* Atque ita rescripsit. Die 15 decembris 1922.

Hanc peculiarem Instructionem, ut ipsa cunctis locorum Ordinariis innotescat, Sacra eadem Congregatio evulgandam duxit, die 26 martii 1924.—A Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. *Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. EL 33 (1924) 102-103; ME 36 (1924) 23-24. PrM 13 (1924) 114-116.

1922 DEC 24.-SC SACR-. INDULTUM. PART.·

Facultas dicendi missam durante itinere maritimo, nonnullis cautelis observatis

Ex audientia SS.mi. 24 dec. *1322. - SS.* D. N Plus Pp. XI. audita relatione infrascrlpti RR. DD. Secretarii

S. C de Sacramentis, suprascriptis oratoris precibus benigne annuere dignatus est durante enuntiato itinere maritimo, dummodo locus ad Missae celebrationem delectus, nihil indecens aut indecorum prae se ferat, mare sit adeo tranquillum ut quodeumque absit periculum effusionis sacrarum specierum e calice et adhibeantur necessariae cautelae ut haberi possit minister seu inserviens missae—M. Card Lega, *Praef.* A. Capotosti, Ep. The., *Secr.*

• PrM 12 (1923) 42.

1922 DEC 30.-SC REL. RESP. AAS 15 (1923) 156-158

DE PROFESSIONE RELIGIOSA in articulo **MORTIS NOVOTIS VEL POSTULANTIBUS PERMISSA**

Iam inde a Codicis promulgatione dubium exortum est: « An decretum quod incipit *Spirituali consolationi,* « a Sacra Congregatione de Religiosis editum sub die 10 c septembris 1912 (AAS 4 (1912) 589-590], adhuc vi- « geat › praecipue cum in Codice iuris canonici nulla mentio de professione In articulo mortis fiat. Cumque instantissime ab hac Sacra Congregatione peteretur, tam in particularibus casibus, quam in novis Constitutionibus condendis, ut facultas per supradictum decretum concessa renovaretur, res definienda visa est

Quapropter, plurium Consultorum praerequisito voto. Emi Patres Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, in Plenariis comitiis ad Vaticanum habitis die 29 decembris 1922, re mature perpensa, ad propositum dubium respondendum consuerunt: ‹ *Affirmative,* at declarandum, si ita SSmo ‹ placuerit, quod facultas recipiendi professionem, de ‹ qua in n. 2 decreti, praeter Superiorem monasterii aut ‹ domus novitiatus vel probandatus, intelligatur com- « petere etiam ad respectlvos Superiores maiores iuxta c Constitutiones, et ad praedictorum omnium delega- ‹ tos ›.

Quam sententiam SSrnus D. N. Papa div. Prov. Pius XI. in audientia habita ab infrascripto P. Abbate Secretario die 30 decembris ejusdem anni, in omnibus
157 approbavit et publici iuris fieri mandavit./

Opportunum autem visum est praedicti decreti dispositiones ad sensum resolutionis Emorum Patrum accommodatas, in memoriam revocare eum in finem ut tam benigna Sedis Apostolicae concessio omnibus intéresse habentibus prodesse valeat.

Illae autem sunt tenoris sequentis:1

In quocumque Ordine, vel quavis Congregatione aut Societate religiosa, vel monasterio sive virorum sive mulierum, vel etiam in Institutis in quibus, quamvis vota non emittantur, in communi tamen vita agitur, more Religiosorum, liceat exinde Novitios seu Probandos, qui medici iudicio graviter aegrotent, adeo ut b mortis articulo constituti existimentur, ad professionem vel consecrationem aut promissionem iuxta propriaj Regulas seu Constitutiones admittere, quamvis tempo· novitiatus vel probationis nondum expleverint

Attamen, ut novitii seu probandi ad supradictam professionem aut consecrationem aut promissionem admitti queant, oportet:

1. Ut novitiatum seu probationem canonice incepe-rint

2. Superior qui Novitium seu Probandum ad professionem vel consecrationem aut promissionem admittit praeter Superiores Majores respectlvos, quibus ei praescripto Constitutionum competit, esse possit etiam ille qui monasterium, vel novitiatus aut probandatus domum actu regat, aut praed.ctorum Superiorum delegatus.

3. Formula professionis vel consecrationis aut promissionis sit eadem quae in Instituto extra casum aegritudinis in usu est: et vota, si nuncupentur, sine temporis determinatione aut perpetuitate pronuntientur.

4. Qui huiusmodi professionem, consecrationem vd promissionem emiserit, particeps erit omnium omnino indulgentiarum, suffragiorum et gratiarum, quae Religiosi vere professi in eodem Instituto decedentes consequuntur. eidem autem plenaria peccatorum suorum indulgentia et remissio in forma lubilaei misericorditer in Domino conceditur.

5. Haec professio vel consecratio aut promissio, praeter gratias in praecedenti articulo enuntiatas, nullum omnino alium produci effectum.

Proinde:

.4) Si Novitius seu Probandus post huiusmodi professionem vel consecrationem aut promissionem intestatus decedat. Institutum nulla bona vel iura ad ipsum pertinentia sibi vindicare poterit;

Bf si convalescat anteauam tempus novitiatus seu probandatus exspiret, in eadem omnino conditione versetur ac si nullam professionem emisisset; idcoque: e) libere, si velit, ad sacculum redire poterit; et b) Su-. B periores illum dimittere valent; c) totum novitiatus seu probandatus tempus in singulis Institutis definitum, licet sit ultra annum, explere debet; *d)* hoc tempore expleto, si perseveret, nova professio seu consecratio vel promissio erit emittenda.

Declarat denique haec Sacra Congregatio, nihil obstare quominus praedictae dispositiones etiam in Constitutiones Ordinum et Congregationum inseri valeant si hoc Instituta ipsa postulent.

Romae, ex Sacra Congregatione de Religiosis, die 33 decembris 1922.—C. Caro. Laurenti. *Praef.* Maurus M Serafini. Ab. O. S. B.. *Secr.*

Adn. S. GOYENECHE ln CpR 4 (1923) 260-264; L-B. RAUS ln NrT 49 (1922) 468-476, IP 3 (1923) 77-78: ME 35 (1923} 133 134: PrM 12 (1923) 41-42. (IS9)-(162). Vide Infri LE 644 dec'areîionem SC de Rcllficsis circa titulum huiui rwponii.

1 Cfr. *Acta Apostolicae Sedis,* IV (1912), pag. 539 s.

ANNUS 1923

1923 IAN 6.-SC PROP. FIDE, MON. AAS 15 (1923) 77-80

1 - Monita circa pecuniam collectam et transmittendam ad Pontificium Opus a Propagatione Fidei. 2 - Constitutio **DUORUM CONSILIORUM CENTRALIUM PRO REGIONE** Canadensl 3 - Nominationes

L Iuxta monitum iam editum, sub finem vertentis menais ianuarii Praesides Consiliorum Natlonallum. vel. ubi Consilia Nationalia nondum sunt constituta. Moderatores Dioecesani aliive. qui Operi a Propagatione Fidei incumbunt, notitias mittent ad Consilium Superius Generale de pecunia collecta pro Missionibus. lamvero non abs rc videtur hic aliquid addere de modo disponendi dc ipsa pecunia, quum multipliciter fieri posse videatur.

Praemittendum quod generatim expedit immutatam servare pecuniae formam originariam, quin convertantur. ex. gr., *francs* vel *dollars* vel sterlings in libellas Italicas. quum huiusmodi conversiones, ut plurimum. π imminutionem aliquam pecuniae ipsius secum ferant

(Quam regulam, ad pecuniae formam quod attinet, sequetur ordinario ipsum Consilium Superius in subsidiis elargiendis, ratione simul habita nummorum, qui usuveniunt in variis Missionum locis).

Quibus positis, haec proponenda videntur:

a) Fas esto pecuniam collectam praesertim si sit copiosa, collocare apud unam vel plures Mensas nummularias, quibus fidere sit prudentium ac versatorum in re virorum. Tali autem ratione collocanda erit, ut Consilium Superius Generale possit semper et pro lubito de ipsa disponere. Quare sub iis nominibus erit collocanda, quae a Consilio Superiore determinabuntur, quorum authenticae subscriptiones simul erunt deponendae. Ordinario signaturae dabuntur Praesidis, Secretarii ct Arcarii, hac tamen lege, ut ex tribus duorum sufficiant subscriptiones pro disponendo de ipsa pecunia.

Ea vero inter tutissimas seligatur Mensa, quae domus habeat filiales vel. ut dicuntur, correspondentcs, in praecipuis orbis civitatibus, ita ut, ipsis mediantibus, facile sit pecuniam quocumque mittere pro adiuvandis Missionibus.

De summis ibidem collocatis continuo notitia danda est Consilio Superiori Generali, cui similiter tradendus est libellus schedularum (vulgo *chèques),* quarum ope ad Missiones mitti possint tum annuae subventiones, tum extraordinaria subsidia, si qua decernantur.

b) Alia methodus, quae praeferenda videtur quum exigua erit pecuniae collectae summa, est eam mittere ope schedulae nummariae (chèque), hac tamen adhibita cautione, ut ipsa solvenda sit in ipso loco, ubi est emissa: quum eo modo vitentur incommoda, quae, ut innuimus, ex conversione oriri possunt,

c) Restat demum et alia via. ut nempe pecunia ipsa Romam mittatur modo consueto: quo in casu hic Romae nobis solvetur in nummis Italicis ea quantitate, quae respondeat nummis originariis, ratione habita temporis in quo fit conversio.

II. Alterum fortasse monere iuvabit. Iis in nationibus. ubi nondum est constitutum Consilium Nationale, neque aliud iam exstat centrum aequipollens pro colligenda stipe, opportune remittant omnes Moderatori praecipuae Dioecesis regionis, qui unus Romam mittat.

III. Quum operationes, quibus deposita rite constituuntur, et transmittuntur tum subscriptiones, tum schedularum libellus, aliquid temporis requirant, enixe ii rogantur, qui primam methodum adhibeant, ut continuo id significent Secretario Generali, dum. hoc mense exeunte,/ notitias tradent de summis a se collectis et elargiendis, ita ut possibile sit de ipsis pecuniis disponere, quum, mense martio ineunte. annuae subventiones erunt definiendae et ad Missiones transmittendae.

IV. Quoad pecunias pro particularibus Missionibus vel pro piis Domibus missionalibus oblatas, non est neetsse quod Romam mittantur (nisi forsan facilior et tutior aliquando videatur transmissio per nos curanda). Rogantur tamen Consiliorum Praesides aliive Pontificii Operis Moderatores, ut notulam specialium huiusmodi oblationum seorsim nobiscum communicent, ut in summa totali inserantur: sunt enim subsidia in Missionum bonum, mediante Opere a Propagatione Fidei collata.

Ceterum iuxta mentem Sedis Apostolicae omnibus consulendum est ut. coilatis viribus, hoc Pontificium Opus a Propagatione Fidei in primis et ante omnia promoveant, cum ipsum ‹ non modo principem inter ‹ alia eiusmodi instituta obtineat locum, sed etiam pro‹ videnter videatur hominibus comparatum, ne diutius ‹ id prorogetur ac distineatur quod tam crebro Patrem, e divina institutione *formati,* efflagitamus: *Adveniat* « regnum *tuum* ». Quare est « ceteris anteferendum in‹ ceptis, quae omnibus quidem laudibus digna, peculia‹ re aliquid in hoc genere sibi propositum habeant ».'

Constitutio duorum consiliorum centralium
PRO REGIONE CANADENSI

Consilium Superius Generale, in consessu habito die 18 mensis decembris anni proxime elapsi, ratum habuit quod in regione Canadensi duo constituantur Concilia Centralia, *Orientale* nempe et *Occidentale.*

Consilium Centrale Orientale complectetur has dioeceses: Quebecen., Trifluvianen.. S. Germani. Gaspesien.. Chicoutimien., Nicoletan., Marianopolitan.. S. Hyacinthi.

' Ex epUtoIa Pii Pp. XL dato die XVII septembre MCMXXH idS R E Card Bourne *(Acta Ap. Sedis,* XIV, n. 15, pag. 546).

Sherbrooken., Campivallen.. Jolietten.. Montis Laurei. Halifaxien.. Antigonicen., Carolinopolitan.. Chatamen. et S. loannis in America, necnon Vicariatum Apostolicum S. Laurentii.

Consilium *Centrale Occidentale* vero has complectetur: Torontin., Hamiltonen., Londonen.. Kingstomen.. Peterboroughen^ Alexandrin, in Ontario, S. Mariae Ormen.. Ottavien.. Pcmbrooken., S. Bonifacii, Winmpegen.. Reginaten., Princip. Alberten.. Edmontonem. Calgarien^ Vancuverien, et Victoriae in insula Vancouver, necnon Vicariatum Apostolicum de Ontario septentrionali.'

Nominationes

Decreto diei 20 novembris, anni 1922 proxime elapsi, S. C. de Propaganda Fide renuntiavit Praesidem Consilii Nationalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei pro Germania D. Aloysium de Loewenstein Wertheim Rosenberg.

Datum Romae, ex Secretaria Pontificii Operis a Propagatione Fidei, die vi mensis ianuarii mcmxxiit.— Augustus Boudinhon, *Vice-praeses.* loseph Nogara, *Secr. Generalis.*

485

1923 IAN 13.-SC CONC. RESOL. AAS 17 (1925) 20-22

RIPANA

Servitii **CHORALIS CANONICI THEOLOGI**
13 ianuarii 1923

Species facti. - A Pontificia Commissione pro interpretatione authentica Codicis iuris canonici ad hanc S. Congregationem nuper transmittebatur haec petitio Rmi Ordinarii Ripani: c Cum Canonicus theologus ec« clesiae cathedralis Ripanae doceat sacras disciplinas « in Seminario interdioecesano iuxta canonem 400 5 3‹ et idcirco excusetur a choro amissis distributionibus « iuxta canonem 421, 1° - et morari debeat extra civi‹ tatem episcopalem, quaeritur: 1° An ratione indulti a ‹ praedicto canone 421 concessi eximatur ab onere heb« domadarii seu praecipue ab onere applicandi Missam ‹ conventualem. 2° An tempore feriarum scholastica« rum gaudeat eodem induito ».

Ad rem idem Episcopus, de ulterioribus informationibus rogatus, respondit ut sequitur. ‹ 1· Le Messe « conventual! in questo Capitolo Cattedrale non hanno ‹ un cespite particolare. ma sono a carico degli inve• stiti in forza della propria prebenda, secondo il tumo « ebdomadario: perô dal tumo vanno esenti i giubi« lati e gli indultarii, salvo speciali rescrittl, quali sono i ad es. quelli concessi ai maestri del Seminario, che. ‹ se li esimono dal servizio corale pro diebus et *horis,* ‹ non li esimono dall'onere di ebdomadario e quir.di c daU'obbligo della Messa conventualc. 2° Fuori del ‹ caso dei giubilato e dell'indultario. un canonico as‹ sente o per malattia o per altra ragione non va esente ‹ dalTufficlo di ebdomadario, ma per la Messa si fa ‹ rappresentare da un altro colla prestazione della ele« mosina congrua, mentre nel coro è rappresentato ‹ d'ufficio dal sotto-ebdomadario. 3° L'ultimo canonico « teologo. quando insegnava S. Scrittura nel Seminario. ‹ era esente dal servizio corale pro diebus ct *horis,* ma ‹ non dalTufficio di ebdomadario, e conseguentemente « dall'obbligo della Messa conventuale che ordinaria‹ mente soddisfaceva per *alium sibi benevisum.* Cosl « pavimenti, spiegando S. Scrittura in cattedrale nci ‹ giorni festivi, quel giorno si riteneva csente dal co« ro, ma provvedeva alia Messa conventuale. che gli « fosse spettata per turno. 4' Al presente, per concessione della S. Sede, il Capitolo è stato esonerato dal ‹ canto della Messa e dall'onere della applicazione per « tutti i/ giorni non festivL 5' La difficoltâ nel caso ‹ dell'attuale canonico teologo insvgnante teologia dom‹ matica nel Seminario interdiocesano, quantunque « prowisto di speciale retribuzione. consiste nella de‹ terminazione del canone da applicarsi: se il 421 5 1. ‹ n. 1, owero il 420. ┃ 1, n. 2. fatto il confronte· col « 400, 5 3. attesa insieme la necessaria assenza dalla ‹ Cattedrale per 1'anno scolastico ».

z\NiMAi>vrRsio?<ES. - Ex hac postrema Episcopi animndvtrsione. liquet quaestionem hanc lam diremptam profane in praecedenti Rapollen.. Servitu choralis. 9 iulii 1<C1 [LK369I

ubi resolutum fuerat canonicum theologum in casu lucrari fructus praebendae et distributiones quotidianas ad normam canonis 420. J 1. n. 2. quia *Jungitur munera suo,* supposito, prout erat in casu, quod doceret in Seminario interdioecesano de mandato Episcopi (c. 400. § 3): et proinde non teneri od aliquem sibi substituendum in lectione S. Scripturae (Cfr. Acta Apostohcae Sedis, XVI. p. 397).

Considerationibus ibidem enucleatis, praesertim sub cj. praestat addere egregiam confirmationem quae nuperrime accessit ex Litteris Apostolicis die f augusti 1922 ad Effium Praefectum S. C. de Seminariis et Universitatibus studiorum. datis, ubi circa Seminaria interdloecesana ieu regionalia, ad mentem quoque can. 1354, J 2. inter alia Summus Pontifex scribit: * reputent Episcopi - qued res est - suam *. cuiusque causam hic agi, et *Seminarium intcrdioccesa-* " num oel *regionale suarum cuiusque dioeccsvm Seminarii w maioris instar esse, ln* quo Ipsi *eadem iura eademque ~ officia singuli habent* " [LE 4431.

Cohaerenter, semper in eadem suppositione de exsistente mandato Episcopi, ad l dubium hic propositum respondendum videtur: *Affirmative,* quia Canonicus theologus excusatur *a choro* diebus quibus fungitur munere suo. Chorus autem comprehendit omnia officia divina quae in choro persolvuntur. Quare iure merito Relffenstuel, m tit. 4. lib. III. *Decr.,* n. 123) <cui consonat De HerdL *Praxis capitularis, cap.* 23, eadem cx illo exscribens) dicit: " Nota quod cano- " nici ex lusta causa absentes non teneantur relinquere M substitutum ac per hunc interim deservire, non obstante " immemorial! consuetudine, prout a S. Congr. Concilii de- ** claratum fuisse refert Garcias (De *beneficiis,* p. 3. c. 2. n. ' 152). Imo. ut Inquit Fagnanus (in c. Nulla, de concessione * praebendae, n. 73) ita miUies fuit resolutum. Siquidem " canonici solummodo tenentur per se deservire; atque uno " vel altero eorum ob iustam causam absente, sufficit di- " vina officia in ecclesia a ceteris colle"iallbus rite persol- " vi: haud obstante quod parochi legitime absentes, prop- • ter curam animarum ipsis incumbentem, teneantur re- 22 " linquere vicarium

Ad2« respondendum ridetur cum distinctione: vel hae feriae scholasticae non pertingunt ad tempus, ad quod se porrigunt feriae capitulare», et tunc diebus, quibus docet in Seminario. Canonicus theologus, in casu, lucratur fructus praebendae et distributiones, alio tempore lucratur tantum fructus praebendae: vel hae feriae superant ferias capitulare». et tunc tempore concesso feriis capitularibus lucratur fructus praebendae eosque tantum; reliquo tempore tenetur ad residentiam. Quare, etc.

Resolutio. — Die 13 ianuarii 1923. in plenariis comitiis Sacrae Congregationis Concilii in Palatio Apostolico Vaticano habitis. Ejni Patres ad proposita dubia, nimirum:

I. An *canonicus theologus eximatur* ab *onere hebdomadarii et Missae conventualis, in casu.*

Et quatenus *affirmative;*

II. An idem *canonicus hac exemptione fruatur etiam tempore feriarum scholasticarum,* in casu;
respondendum mandarunt:

Ad l ®· *Affirmative,* sub conditione tamen tradendi Capitulo congruum stipendium pro Missa conventuali.

Ad Z·§· *Negative,* salvis peculiaribus induitis.

Factaque postmodum relatione Ssmo Dno Nostro Pio PP. XI in audientia infrascripto Subsecretario concessa. Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.—I. Bruno. *Subsecr.*

Ada. J. C. in NrT 52 (1925) 329-330; IP 5 (1925) 3-4. ME 37 (1925) 3436.

486

1923 IAN 19.-SC RITUUM, RESP. AAS 15 (1923) 80

Dubium circa versiculum « fidelium animae > FINÎTA HORA TERTIA ANTE MISSAM CONVENTUALEM

Hodiernus Decanus, una cum Capitulo cuiusdam ecclesiae Collertatae. a Sacra Rituum Congregatione reverenter petit eolutionem sequentis dubii liturgie!, nimirum:

** Utrum continuari possit usus in Capitulo praefatae w CoHcgiatae ecclesiae per plure» annos vigens, omittendi * versiculum Fidelium animae in fine Hnrae Tertiae, quan- ·· do post eam immediate canitur Missa Conventual!»? ".

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito speciali» Commissionis suffragio, propontae quaestioni sedulo discussae ac perpensae, respondendum censuit:

- *Negative* iuxta Decretum n. 2366 Thelcsina 24 aprilis - 1742; ct serventur Rubricae Breviarii Romani, tum geny- - rales tit. XXX. η 3. tum peculiares In respective Horis * Canonicis ".

Atque ita rescripsit, declaravit et decrevit, dic 19 ianuiru 1923.—A. Card. \ko, Ep. Portuen. et S. Rutinae. S. *R C Prucj.* Alexander Verdc, Secr.

Adn. EL 37 (1923) 93

487

1923 IAN 23.-SC CONC. RESOL. AAS 15 (1923) 513-511

ROMANA et ALIARUM

Redemptionis canonum emphyteuticorum pro ecclesu

Die 23 ianuarii 1923

Quaestio. - Circa redemptionem seu affrancationcn canonum emphyteuticorum in favorem ecclesiae Codex iuris canonici, can. 1542, § 1. haec statuit: « In emphy- < teusi bonorum ecclesiasticorum emphyteuta nequit « canonem redimere sine licentia legitimi Superioris « ecclesiastici, de quo in can. 1532; quod si redemerit, « eam saltem pecuniae vim ecclesiae dare debet, quae « canoni respondeat ». Haec dispositio, ob rationis identitatem. applicanda videtur etiam redemptioni censuum aliarumque praestationum favore ecclesiae nec non legatorum liberationi.

Verum quaestio exorta est, utrum nempe emphyteuta seu debitor in huiusmodi redemptione peragenda tradere teneatur pecuniam numeratam vel saltem titulos publicos iuxta eorum valorem realem seu currentem, an tradere possit titulos publicos iuxta valorem nominalem seu legalem, dummodo ipsorum annuus reditus respondeat summae canonis. Dubio occassionem dat Imminutus valor titulorum publicorum, qui dum inscribuntur 100 libellarum, saepe emi possunt 70 et etiam minus. Lex enim civilis alicubi permittit ut debita pecuniaria solvantur moneta quae, cum dies advenit, legalem habet cursum, et plane secundum valorem nominalem. In pecunia quidem non corpora quis cogitat, sed quantitatem.

Hinc propositum est dubium: /In *Episcopus* vi canonis 1542 **i** *l permittere possit redemptionem canonun titulis publicis iuxta horum valorem nominalem.*

Antmadvtrsio. - In contractibus ct m etiam in materia ecclesiastica, iuxta canonem . { iura canonici, stari quidem potest iuri civili. Sed Episcopus nullatenus cogitur permittere talem redemptionem canonum. Canon enim 1542. verbo *saltem,* sinit ut plus quaeratur quam vis pecuniae quae canoni respondeat. Episcopus fraeterea. quasi tutor personae minoris, cui. vi canonis DO. f 2. aequiparatur ecclesia, huius utilitati prospicere debet. At vero solutio secundum valorem nomina/ietn imdi U ea quae praemissa sunt, est certe cum ecclesiae detrimento coniuncta.

Notandum denique quod, iuxta praxim huius Sacri? Congregationis, emphyteutae, redimenti canonem. prius imponi solebat onus solvendi aliquam summam in compensationem deterioris reditus, qui canoni subrogatur: in praesens vero, attenta imminutione valoris titulorum puW.cerum. imponi iam solet onus tradendi, ex toto vel saltem cx parte, differentiam inter valorem nominalem et realem eorumdem titulorum.

Quare, etc.

Resolutio. - Emi Patres Sacrae Congregationis Concilii, in plenario conventu diei 23 ianuarii 1923. ad propositum dubium respondendum consuerunt: *Negative,* si *valor nominalis* sit *superior calori rcali.*

Quam resolutionem, referente postridie infrascripto S. C. Secretario, SSmus D. N. Pius Pp. XI approbare et confirmare dignatus est.—B. Colombo. Secr.

Adn. I JANSSENS in N.-T 51 (1924) 55-56; IP 3 (1923) 179: ME 35 (1923) 297; PrM 12 (1923) 151-154.

488

1923 IAN 25.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.*

De novttiatu saeculiriza iorum an:s coorem qui dento ADMISSI SUNT

Rev.mo Padre. Mi pregio significare alla S. V. Revma che i religiosi secolarizzati prima d'andare in vigore ll nuovo Codice di Diritto Canonico, qualora ottengano di

essere riammessi nella religione, non debbano rinnovare il noviziato e la professione, giacchè con 1'indulto di secolarizzazione, che era solito conccdersi prima dei 19 maggio 1918, non venivano sciolti dai voti, ma soltanto venivano dispensati da quelle obbligazioni non compatibili coi nuovo loro stato, e rimanevano percià religiosi ed obbligati ad osservare i voti in quanto alia sostama.

Con sensi di perfetta stima mi confermo della P. V. Rcvjna Dcv.mo Vinc. La Puma, *Sottosegretario.*

• Procuratori G«ncr«ll O.F.M. Cop.: **AOMCap 41 (1925) 36. Ada. REGATILLO n. 321; AOMCop 41 (1925) 36-37.**

489

1923 IAN 26.-SC CONS. NOTIF. AAS 15 (1923) 112

Communicatio de commigrantibus ex italia
TESSERA ECCLESIASTICA MUNIENDIS

Expedit ut qui cx Italia in Américain aliasve regiones sive ad breve sive ad longum tempus commigrant, tessera aliqua ecclesiastica muniantur, in qua indicetur nomen, originis locus, quando et ubi baptismum et confirmationem receperint, et quinam sit praesens eorum status, utrum scilicet liberi sint, an coniugati, cum filiis vel non, an vidui.

Ita fiet ut peregrini tutius et facilius cognoscantur a parochis et ab Ordinariis locorum emigrationis, et commercium epistolarum pro variis vitae necessitatibus, plerumque tam necessarium, expeditius evadat

Quapropter Sacra haec Congregatio enixe commendat. ut peregrini seu emigrantes hac tessera ecclesiastica muniantur, eaque omnino gratis singulis tribuatur.

Rfni Italiae Ordinarii, sive ope parochorum, sive patronatuum qui de emigrantibus curam habent satagant ut praedicti peregrini seu emigrantes in posterum eadem praediti discedant; qui vero iam discesserint si possibile est. eadem instruantur, assumptis in hunc finem opportunis notitiis a Rmis Ordinariis aut a parochis loci commorationis.

Adiacet tesserae exemplar quod praeferendum pro sua simplicitate visum est.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 ianuarii 1923.—C. Card. De Lai, Ep. Sabinen., *Secr.* Aloisius Sincero. *Adsessor.,'*

(Extrinsecus)

Tessera Ecclesiastica

dell'emigrante e pellegrino

3/omt:

Subséquentes adnotationes

Putrid:

(Jntrinsecus)

Tessera Ecclesiastica	Tessera Ecclesiastica
ba ricevuto il Battesimo il	*recepit Baptismum die*
tn_____	*ht .*
la Cresima il	*Confirmationem die*
tn__	*in*
Stato suo al diorno	*Status eius die*
Subsidnaho Parochi	*Revisio Ordinarii:*
Assoluîamente gratis	Gratis quocumque titulo

490

1923 IAN 26.-SC RITUUM. RESP. AAS 15 (1923) 123

DUBIUM

DE EVANGELIO IN FINE MISSAE QUAE CELEBRATUR CORAM SSMO SACRAMENTO SOLEMNITER EXFOSTTO

Sacrae Rituum Congregationi proposita fuit solvenda sequens quaestio;

" Utrum in Missa, quae celebratur coram Ssmo Eucha- " ristlae Sacramento solemnIter exposito et m qua Oratio " de SsÆo Sacran^nto iuxta Rubricas addenda est. sitne " ln fine legendum Evangelium ex Missa votiva dc Ssma " Eucharistiä, tamquam stricte proprium, an non? "

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, propositae quaestioni ita respondendum censuit.· " Neque ultimum Evangelium, sicut neque Praefatio, "erit ex Missa votiva Ssmi Sacramenti; Oratio enim in " casu non tenet locum Missae votivae impeditae ad men- " tem decreti 17 novembris 192X ad. I ".

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 26 ianuarii 1923—A. Caro. Vico. Ep. Portuen et S. Rufinac, S. R. *C. Praef* Alexander Verde, *Secr.*

Acia Aptni. Sedis. XIV. n. 17, pog. 6S1. (LE ⅛).

EL 37 (1923) 99-100

491

1923 IAN 29.-SC PROP. FIDE, INDULT. PART.·

Facultas utendi casula ex una parte coloris nigri, ex **ALTERA FLAVI, CETEROS COLORES UTURCICOS SUPPLENTE**

Preces - *Beatissime Pater, Fr.* Natalis Gubbels a Secretis Missionum O. F. M. ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat ut omnes praelati Ordinis Sacerdotes Missionibus addicti, qui visitationem suarum christianitatum peragunt atque proinde extra residentiam versantur, uti possint benigna concessione Patribus vulgo c Bianchi › facta die 18 Martii praet anni, utendi videlicet in celebratione Missae casula quae ex una parte nigrum colorem ex altera vero flavum, qui ceteros colores liturgicos substituit, gerat.

Rescr. - *Ex Audientia SSmi habita die 29 Ianuarii 1923* SSmus Dominus Noster Divina Providentia Pius Papa XI, referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta preces; servatis servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die et anno praedictis.—Franciscus Marchctti-Selvaggiani. Archiepisc. Seleuclen., *Secr.*

• **OrdJnl Fretn—i Minorum: AOFM 42 (1923) 78.**

492

1923 FEB 10.-SC CONC. RESOL. /VAS 15 (1923) 154-156

RATISBONEN.

Dufxli seu **MENSURAE INTER UNIVERSITATUM STUDIOSOS**

10 februarii 1923

Quaestio. - Ordinarius Ratisbonen.. his litteris ad Sanctam Sedem miss's. sequentis cubii solutionem petiit: « Sacra Congregatio Concilii, resolutione die 9 augusti ‹ 1890 ad Episcopum Wratislaviensem data [CICF n. ‹ 4231], duella, ut fere his temporibus inter Universi- ‹ tatum studiosos committuntur et « mensurae » di- « cuntur, non ludis temerariis vel exercitationibus, sed « veris duellis accensult. Ita controversia in Germania « diu agitata iam finita videbatur, et unanimiter censu- ‹ ram Constitutione Apostolicae *Sedis* n. 17 [diei 12 « oct. 1809- CICF n. 5521 statutam etiam cos incurrisse ‹ judicabatur, qui monomachiam sub specie menaurae « patraverant

‹ At post promulgationem Codicis iuris canonici re- ‹ diit dissensio inter canonlstas, imo ipsas inter curias 155 ‹ episcopales. Alii nempe verbum « duel/lum » can. 2351 ‹ interpretantur iuxta supra laudatam resolutionem Sa- • erae Congregationis Concilii, alii strictissime intel- « ligunt. proindeque si agatur de « mensuri », vel « iuxta axioma « odiosa sunt restringenda » censurae « existentiam omnino negant, vel saltem, nixi canone « 2245, 4, reservationem non agnoscunt.

• Varia variorum sacerdotum sententia et praxis non « solum adolescentium animos perturbat, sed etiam di- « sciplinam ecclesiasticam ludibrii periculo exponere ‹ videtur.

c Quare humillime petitur solutio quaestionis:

• An resolutio Sacrae Congregationis Concilii dat ia « Wratislavien.. /rrepulariratu, diei 9 augusti 1890. ho- ‹ diedum vigeat, in casu ».

Animadvoimones. - Resolutio dc qua in praemissis rttpse data fuit ab H. S. C. occasione cuiusdam dubii proposai ab Ordinario Wratislavicn.. qui anno 1890 retulit quod nonnulli clerici in Seminario dioecesano degentes, cum antea :n universitate Wratislavien. studiis vacassent. duellorum, ea ratione et forma quae describebantur, i. e. cum periculo dumtaxat vulneris, initorum. vel actores vel complices exratennL Cum igitur dc iisdem od sacram tonsuram ct Ordines admittendis ageretur, dubitari coepit an et quanam irregularilate irretiti essent, utrum videlicet cx defectu famae an ex defectu lenitatis, cum irregularitas ex hotaia· dio. cessante periculo mortis vel mutilation! manifesto a casu exsularet. Itaque propositum fuit dubium: " An. a " quibus et ex quonam titulo irregularitas contrahatur. " quando duellum ea ratione committitur, quo his tempo- - ribus inter Germaniae Universitatis alumnos (ieri «olet Ln " casu ". Et in comitiis dic 9 augusti 1890 Sacra Congr. Concilii rescripsit: *Affirmative. a ducllantibus* eorunxqtc petrinis, ex *infamia iuris.*

Nunc ab Ordinario Ratisbonen. quaeritur: *An haec resolutio Sacrae Congr. Concilii adhuc valeat.* Videtur, equidem. respondendum nihil per Codicem iuris canonici esse de valore resolutionis Sacrae Congregationis Concilii 9 augusti 1390 detractum.

Et res indubia exsistit consideranti quod nihil hac m re Codex innovavit de vetere disciplina, multoque minus novam definitionem criminis duelli dedit: quin imo eadem usurpavit verba, quibus Const. *Apostolicac Sedis* usa est ad duellantes eorumque patrinos poena plectendos. Ita sane canon 2351: " duellum perpetrantes aut simpliciter ad ICud " provocantes vel ipsum acceptantes vel Quamlibet operam " vel favorem praebentes, necnon de industria spectantes " illudquc permittentes vel quantum in ipsis est non prohi- " bentes. cuiusque dignitatis sint, subsunt ". etc. In ConsL *Apostolicae Sedis* unice verbum " etsi regiae " adieclum est aliis/ " cuiuscumque dignitatis ", sed in ceteris iuris dispo- ix sitio In nullo discrepat a canone citato. Quare, etc.

Resolutio. - Porro Emi Sacrae Congregationis Concilii Patres in plenariis comitiis die 10 februarii 1923 in Palatio Apostolico Vaticano habitis, ad suprascriptum dubium respondendum censuere: *Affirmative.*

Quam resolutionem, referente postmodum infrascripto Sacrae Congregationis Secretario Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI approbare et confirmare dignatus est—B. Colombo. *Secr.*

Adn. 1P 3 (1923) 75-77; ME 35 (1923) 138-139; PrM 13 (1924) (131)-(195).

493

1923 FEB 10.-SC CONC. RESOL. AAS 15 (1923) 544-549

UTI N EN.

Collationis mansionariatuum. *Die 10 februarii 1323*

Species facti. - In Capitulo metropolitano Utinensi sex exstant mansionariatus. ad quos nominandi ius Capitulares hucusque pacifice exercuere. Cum vero Archiepiscopus, post vulgatum iuris canonici Codicem. Capitulum Invitaret ad exhibendam, ex mente can. 403, *legem fundationis,* cuius vi dumtaxat praedictum ius in posterum quoque exercere idem Capitulum valeret, quaedam documenta exhibita sunt super quorum interpretatione hodierna vertit controversia. Dum videlicet Archicpiscopus retinet inde erui dumtaxat modum quemdam erectionis, seu potius immutationis praeexsistentium beneficiorum, adeo ut nominandi ius ex mera concessione seu privilegio repetendum foret. Capitulum c contrario arbitratur se demonstrasse veram ct propriam dolationem ex sui bonis, a Summo Pontifice Innoccntlo IV mere ratam habitam, unde pleno iure derivare contendit titulum fundationis super quo nominandi ius adhuc consisteret Re itaque delata ad Sa-

cram Concilii Congregationem et causa plenius instructa. exquisitum fuit de more votum Consultoris quod ex integro referre praestat.

Votum Coxsuvtomis. - Ad controversiam qued attinet inter Archieplscopum Utinenscm ortam et Capitulum cathédrale. duo sunt naviter perpendenda, ut eiusdem solutio liquido pateat. Scilicet. Γ quomodo sit intclligendus can. 433: - utrum in casu, de quo agitur, exsistat necne lex fundationis, cx qua Capitulo ius eligendi sive nominandi seu praesentandi mansionarios competat.

L Quomodo sit intelligcndus can. *403.* Imprimis certissimum est. vocem *conferre* intelligendnrn esse dc collatione Ubera, tum quia in iure antiquo probe distinguebatur institutio sive collatio *necessaria* a collatione libera (cf. Decret Greg. IX. lib. Ill, tit. 7. de institutionibus; Decret. Bonif. VIH. lib. III. tit. 6. dc institutionibus; Cone. Trid.. scss. VII. cap. 13. de ref., scss. XXV, cap. 9. *de ref.;* Schmalzgruobcr. Itu eccL untv., lib. HI. tit. 7. n. 1 ss.; Leutenlus, *Forum be-*
545 *kcflciale.* part 2. q. 169; Riganti. *Comment./* in *reg. Conceit. Apart,* Reg. 35. 36 n. 4 ss.; Rciffenstuel. lus *can. univ.,* lib. Ill, tit 7. n. 2 ss.; Weraz, *Jus Decretalium,* II. nn. 336. 442. etc.», ideoque ad normam cc. 6. ² ³ 4' et 18, recedendum non est ab huiusmodi vocabuli acceptione, nisi legislator expresse alio sensu vocem usurpet; tum quia reapse Codex quoties collationem *necessariam* significare Intendit, *numquam* utitur verbo dumtaxat *conferre,* sine addito, sed utitur semper verbis institutione *necessaria,* v. g. in canonibus 148, 1«. 332. 1447. 1466.

Finis can. 403 est. ut ExciesLa plenam ct omnimodam libertatem acquirat, quoad fieri possit, in beneficiis Capitulorum cathcdralium et collegialium conferendis. Quae profecto libertas ad rectum dioecesis regimen et supremum animarum bonum maxime confert. Mens legislatoris hac de re manifesto liquet cx aliis quoque canonibus, v. g. ex cc. 455.1450. 1451.

Can. 403 reprobat contrariam quamcumque consuetudinem et revocat quedeumque contrarium privilegium sive indultum etiam ApostoUcum. *legem* tantum *fundationis* integram servans. Itaque, sublato quovis alio titulo sive consuetudinis sive privilegii, hodie ex ciL can. 403 viget dumtaxat ius nominandi sive praesentandi seu ius patronatus quod α *lege fundationis* ortum ducit. 1. e. ius qued in huiusmodi lege tanquam fundamento nititur atque ex ea subsistit Cf. S. C. C. in Barulen.. Collationis *canonicatuurr,* 12 nov. 1921 et 10 iun. 1922 [LE 422]; Utincn.. *Collationis paroeciae,* 19 febr. 1921 [LE 333] *)Acta Apost. Sedis,* XIV, p. 459 ss.. 551 ss.)

Ratio autem, cur legislator expresse conservatum voluerit ius nominandi seu praesentandi, in *lege fundationis* contentum, haec est: 1' agitur in casu de iure *quaesito,* quod summa reverentia, quantum fieri potest, integre servatur: hinc regula ¹8 Cancell. AposL. de *non tollendo ius* çuoeâtum, et praescriptum can. 4 (cf. Riganti, op. cit.. Reg. 1B.ıı 1 ss.: Schmalzer.. lib. III. tit. 14. n. 3 ss.. tiL 38. n. 247 s.; De Lugo. *Dc tustitia ct iure,* disp. 1. n. 2 ss., disp. 23. n. 14; Cappello. *I diritti c i privilegi* tollerati o concessi *dolia Santa Sede,* etc., p. 65); 2· agitur, saltem plerumque, de voluntate fundatoris, quae ita sancte ct religiose, quoad fieri posst, servanda est. ut eiusdem reductio, mederatio, commutatio Sedi Apostolicac reservetur (cf. cc. 1517. 1551; e. 14, c. XVI. q. I; Cone. Trid . sess XXII, cap. 6, dc *rcf.;* S. C C. in Venusina. 15 nav. 1704 [CICF n_ 3026]; Asten_ 19 nov. 1718) [CICF n. 31761

Porro quid est 1er *fundationis,* dc qua loquitur can. 4Ù3? Sedulo animadvertendum est. idem non esse *fundare* benefidum et eripere ceu constituere, licet nen raro hae v c ob necessarium intimumque nexum, promiscue usurpantur. *Fundatio* beneficii est donatio scu concessio bonorum facta a pia quadam persona physica vel morali, ut ex iis umquam cx dote beneficium constituatur, seu est ipsa
$46 dotatu» beneficii. Erectio,/ contra, est actus competentis auctoritatis ecclesiasticae, quo beneficium ex dote praefinita canonice, 1. c. qua ens iujrtdicum, constituitur, seu «t canonica beneficii constitutio facta a legitimo Superiore ecclesiastico. Cf. Lotterius. Dc *re beneficiaria, lib. I, q. X). n. 4* se.; Lcurcmus. 1. c., q. 35. n. 3; Reiffenst.. Rb. III. üt 5, I 4. η. 23 ss.: Pitonius, *De controversiis patronorum,* alteg. 54. n. 30. alleg. 60. n. 4: Fagnanus. *Comment,* in *Decret. Grcgoril IX,* in cap. Cum *in cur.ctis* (7, de elect.), n. 70 ss.

Quae canonica constitutio seu erectio ad essentiam beneficii proprie dicti omnino requiritur, ita quidem ut sine ea verum beneficium ecclesiasticum ne concipi quidem posât. cum nequaquam sufficiat ad personae moralis sive entis iundicl constitutionem, prout est beneficium, privata fundatoris voluntas aut dotis constitutio, sed prorsus necessarius sil competentis auctoritatis ecclesiasticae interventus. Cf. c. 33. 6. X. *dc ecclesiis aedificandis,* etc.. Ill, 48; Cone. Trid.. sess. XXI. rap. 4. *de rcf.;* sess. XXIV. cap. 13» dc *ref.;* can. 99. 100. 1409. 1414.

Unde *fundatio,* proprio sensu accepta, sine *bonorum doteront mu* dotis *constitutione haben nequit, imo nec supponi potest;* idecque nullatenus confundenda est cum canonica beneficii erectione, uti aperto liquet cx constanti iurispradentia huius S. Congregationis, ex gr. in caus. Vilen.. 7 apriL et 23 lun. 1753. et in caus. Montis Falisci, nov. 1784. Cf. Pallottini. Collectio, tom. Ill, v. *Beneficia,* i XII. n. 100 ss. Idque communi DD. sententia confirmatur.

Duplici vero sensu - quod tamen ad controversiam hanc dinmendam parum refert - tum in textibus iuris can. *ICIT. c.* 30, C. XVI, q. 2; c. 23. X. *dc iure patronatus,* III. 33; c. 16. X. *dc censibus, exactionibus,* etc.. III. 39; cc. 1417. J 1. 1490, 1494, etc.), tum passim ab AA. (cfr. Reiffenst.. L c.. I 5, n. 6; Leurenius. 1. c,, q. 32. n. 7; Lotterius, L c., q. 15. n. 3 ss). *lex fundationis* accipi solet. Interdum ea omnia universlm designat, quae in tabulis fundationis continentur, interdum designat complexum *conditionum,* quas fundator in actu fundationis apposuit. Fundatori enim integrum est. de consensu Episcopi seu legitimi Superioris ecclesiastici, conditiones apponere etiam iuri contrarias, dummodo nec turpes sint, nec alias a iure improbatae, nec substantiae beneficii repugnantes. Cf. c. 30. C. XVI. q. 2; c. 23, X. *dc iure patronatus,* III. 38; S. C. C. in Sarsinaten. 27 nov. 1649 (CICF n. 2703]; Taurincn., 14 mart. 1722 [CICF n. 3241]; Firmana. 9 et 30 aug. 1732 [CICF n. 3395]; Gerundln.. 14 dec. 1771, 11 Ian. 1772 [CICF n. 3781],

Quae disciplina expresse confirmatur in Codice lean. 1417, J 1). Huiusmodi vero conditiones, ubi appositae fuerint. pro *lege* esse habendas, nec eisdem derogandum, apertis verbis decreverunt Patres Tridentini/ (Sess. XXV. cap 547
5. de *ref.l* et pluries declaravit haec S. Congregatio, v. g. ln Tudertina. 12 feb.. 12 mart. 1728; in Salutiarum. 3 sept. 1710 [CICF n. 35101; in Montis Falisci. 21 aug. (CICF n. L841). 27 nov. 1764 [CICF n. 3843). etc. Quod Codex diserte confirmât (can. 1417. 5 2). Voluntas enim funditoris, ut supra dictum fuit, integre servanda est. quoad fieri possit. i. e. nisi necessitas aliud exigat

Ex hucusoue dictis sequitur: Γ ius nominandi seu praesentandi ad beneficia et canicatus in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, hodie perspecto can. 403. vigere tantummodo *cx lege fundationis,* L c. si et *ouatenus* lex fundationis huiusmedi ius concedat; - 2· fundationem autem non haberi. nisi bonorum donatio scu dotis constitutio facta fuerit. ³ consequenter, praefatum fus eatenus alicui competere. quatenus ipse beneficium vere dotaverit.

II. *Utrum* in *casu, de quo agitur, exsistat necne lex fundationis, cx qua Capitulo ius eligendi sive nominandi seu praesentandi mansionarios competat.*

Negative omnino respondendum est. Sane:

1· In Bulla Innocenti! IV, 20 dec. 1245 [E. Botctn, Les *Registres d'Innocent IV,* η. 733], qua mansionariatus eriguntur. de quibus praecise haec controversia exsistit inter Capitulum cathédrale et Archlepiscapum Utincnsem. legitur: ⁂ Cum igitur, sicut cx parte vestra fuit propositum " coram Nobis, ad augmentandum cultum divini Nominis ⁂ deliberatione provida duxeritis statuendum ut ln ecclesia vestra duodecim *mansionaril,* videlicet quatuor pre- " sbyteri. ct tot diaconi ac totidem suhdiaconl ad ser- w viendum continue in ordinibus suis ia ipsa, sex ei» M *praebendis de* iis quae sunt in statuto ac per Sedem " Apastolicam confirmato numero a»içmatis..

Itaque certo constat, mansionariatus fuisse constitutos ex praebendi» canonical!bus. Unde Capitulum nequaquam *fundator* exsistit, cum nihil reapse de suis bonis tradiderit, puta ex massa capitulari, seu dolem nullatenus constituent, igitur deficiente dotatione, ius nominar.di seu praesenUndi. quod ex fundatione obvenit, non exsistit, ut palam est. Sane ad huiusmedi ius acquirendum, satis non est. ut Capitulum consentiat in unionem sive transformationem beneficiorum. sed omnino requiritur, ut *de suis bonis,* seu de massa capitulari aut alias, *dotem constituat;* secus inquam. fundatio prorsus abest Ita omnes DD.. fecundum notum adagium Glossae: " Patronum faciunt *dos.* aedifi- " catlo. fundus *Cf. De* Luca, *De lurepatronatus.* disc. 2. n. 17. disc. 65. n. 15: Schmalzgr., 1. c.. n. 52 ss: Viviant *Praxis iuris patronatus acquirendi, etc.,* lib. Π. cap. 5. n. 2 ss.: Lotterius. L c. n_ fl: Ferraris, Btblfoteea, etc., v. *Beneficium,* art 2. n. 9: Lambertini» Tract, de ture patronatus. Ub. I. part. I. q. 2, art 3; Reiffenst, lib. III. tit 23. n. 3 ss Quod valet non modo de iure patronatus./ verum etiam de Iure nominandi seu prasentandt. quod, praecisione facta *j* ture patronatus, item ex titulo fundationis, in aliquo casu particulari oritur. Puto, si fundator expresse renunciet iuri patronatus, sibi tamen reservet in perpetuum vel ad tempus lus nominandi seu praesentandi clericum ad beneficium vacans: ouod certe iure antiquo, aliter ac ture novo, fieri poterat, dc consensu legitimi Superioris ecclesiastici. In utroque casu valet profecto eadem regula, quia unus atque idem est titulus sive fundamentum praefati luris, scii, fundatio.

Unde si ab initio Capitulum obtinuit ius eligendi rive nominandi seu praesentandi mansionarios. hoc non ex titulo fundationis acquisivit. sed ex mero *privilegio,* quod legislator expresse revocavit (can. 403).

² Ex Bulla Patriarchae Aquileiensis Card. Scaramp!-.Mazzarotta. 12 april. 1460, quam Capitulum in sui tavorem allegat, nihil profecto eruitur, quod traditae conclusioni adversetur. imo potius contrarium Siquidem: a> Ne ullum verbum quidem est in hac Bulla de iure Capituli nominandi seu praesentandi: sermo est dc institutione manstanariorum. quae, cum aliis iuribus. dicitur ad Capitulum pertinere. Porro institutio, proprie sumpta, necessario exigit praesentationem, et quidem ao alio factum; unde si tunc temporis, dato ct non concesso. Capitulo erat »us canonice instituendi mansionarios. *ad* alios profecto spectabat lus eosdem nominandi seu praesentandi. Dato inquam et non concesso, qmn. perspecto tenore totius Bullae, apparet vocem institutionis non esse proprio, L e. stricto sensu accipiendam. - b) Agitur ln casu de coneeratone facta ab ipso Patriarcha, uti patet cx verbis Bullae: " Mansionanorum ⁂ autem dictae Ecclesiae Aquilelcn. m1 ipsum Capitulum " institutionem pertinere poJumus ", Porro hanc potestatem - sive intelligatur de canonica institutione proprie

dicta, sive de lure nominandi scu praesentandi - hodie, iure quo regimur, non ampbus exsistere, ex dictu indubitatum est. cum ex titulo *merae concessionis* sive privilegii, non autem ex lege fundationis, originem duxerit.

3 Bulla Benedicti XIV. 19 ian. 1753. [Borm. XIV Bvllarivm L 3 p. 'I0 - 491. a Capitulo item in sui favorem allegata, manifeste excludit titulum fundationis luculenterque ostendit agi *dc privilegio apostolico.* Hic Pontifex suppressit Ecclesiam patriarchalem Aquileiensem. et Ecclesiam collegiatam S. M Maioris in archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem erexit, huius Capitulo concedens M ius " eligendi libere mansionarios et cappellanos. quo pnus po- " nebantur Capitulum et canonici praefatae patriarchalis " Ecclesiae, per Nos, ut praefertur, suppressae et extln- • ctae . ". Nullum dubium, ut liquet cx his verbis, quin agatur de mero privilegio seu induito apostolico. Atqui a
519 Codice hoc revocatum fuit (cn. 403)./

Itaque, omnibus mature perpensis, concludendum, ad Capitulum cathédrale Utincnse hodie non spectare lus eligendi sive nominandi seu praesentandi mansionarios. sed Archiepiscopo. audito Capitulo, competere liberam collationem mansionanatuum. ad normam canon. 403.

Quare, etc.

Resolutio. - Porro, in plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitiis, in Palatio Apostolico Vaticano habilis die 10 februarii 1923, proposito dubio: An *Capitulo cathedrali Utinensi post Codicem iuris canonici adhuc competat* ius eligendi *scu nominandi mansionarios in casu,* Emi ac Rmi Patres respondendum censuerunt: *Negative.*

Facta postmodum de praemissis Ssmo Domino Nostro Pio PP. XI relatione per infrascriptum S. C. Subsecretarium. Ssmus datam resolutionem approbare et confirmare dignatus est.—I. Bruno. *Subsecr.*

Adn. IP 3 (1923) 182. ME 35 (1923) 322-324.

494

1923 FEB 16.-SC PROP. FIDE. INDULT. PART

Facultas promovendi ad ordines sacros cum solis utteris **TESTIMONIALIBUS ABSQUE DIMISSORIAUBUS**

Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando, utendo facultatibus sibi specialiter a Summo Pontifice Pio Div. Prov. Pp. XI impertitis, Revmo P. Superiori Generali Societatis Lugdunensis pro missionibus Africae benigne induisît, ad quinquennium, ut alumnos dictae Societati perpetuo adseriptos. qui per tempus statutum in Codice I. C. can. 976 Sacrae Theologiae studio vacaverint, dummodo sint aetatis legitimae, alias idonei, ac Missionibus Africae destinati, praesentari possint pro sacris ordinibus suscipiendis usque ad presbyteratum inclusive. Reverendissimis Ordinariis in quorum dioecesibus praelaudata Societas domum studiorum pro alumnis babet, absque dimissorialibus litteris, non vero absque testimonialibus litteris proprii Ordinarii, « titulo Missionis », edicto iuramento quo spondeant, ad instar Pontificiorum Collegiorum, praedictis Missionibus se perpetuo inservituros, extra tempora legitima, non servatis interstitiis, atque etiam omissis, si necesse sit, ante ordinationem consuetis publicationibus, servatis tamen in reliquo iure servandis, praesertim quoad Episcopos in propriis eorum dioecesibus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus praedictae S. C. die 16 februarii 1923—Franciscos Marchetti-Selvaggianl, Archiepiscopus Selcucen.. Sccr.

• Prot. N. 257·23. Ex Arthiwio Societatis Missionum ad AIros: Entr. No. 29599.

495

1923 FEB 21.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.'

Superioribus maioribus o. p. datur facultas commutandi **OFFICIUM DIVINUM SUBDITIS PROPRIIS**

Preces - *Beatissimo Padre,* Il Procuratore Generale dei Domenicani prostrato al bacio dei S. Piede espone quanto segue:

Dal giorno che è giunto nelle varie provincie del-FOrdine il Calendario, ossia *YOrdo* divini *officii* recitandi ed il supplemento al Breviario, secondo le nonne della riforma di S. S. Pio X. che per l'Ordine dei Predicatori andrà in vigore 11 primo di gennaio 1923. pervengono a questa Procura una quantité di suppliche per commutazione delTuificfo divino, conoscendo le dûficoltà che porta seco un tale cambinmenlo di rubriche, ecc., specie per religiosi avanzati in età. deboli di vbti e scrupolosl, e che, nello stesso tempo, non possono leguire il coro, e d'nltra prte non potendo qui gludican dei casi, 1'Oratore domanda che venga rilasciata ai Superiori Maggiori (cioè provinciali) che ben conoscono i loro religiosi, la facoltà di commutare 11 divino ufficio pro *hac vice tantum* a quel slngoli religiosi ai quab riesce quasi impossibile o troppo oneroso seguire la informa. Che della grazia. ecc.....

Resr. - Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum S. Congr. Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis benigne commisit Revzno P. Magistro Gen., ut pro suo arbitrio et conscientia. Superioribus Provincialibus petilam facultatem concedat dispensandi cum singulis actualibus sacerdotibus, qui vel senio aut alia gravi causa officium juxta novum morem recitare impediuntur, onerata Superiorum conscientia super impedimenti gravitate et imposita commutatione m alias pias preces. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 21 Februarii 1923.—C. Card. Lacrenti. *Praej.* Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B.. Secr.

• Ordini Fratrum Praedicatorum: AOP 16 (1923-24) 3-4.

496

1923 FEB 23.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

EXCARDDCATIO DIOECESANA OB ADSCRTPTIONEM DEFINITIVAM SOCIETATI PARISIENSI MISSIONUM VI RETROACTIVA CARET

Votre Seigneurie demande à cette S. Congrégation s'il y aura un effet rétroactif à la disposition du nouveau Règlement statuant que les missionnaires incardinés a leurs diocèses respectifs, au moment de leurs agrégation definitive a la Société seront ipso facto excorporés de leurs diocèses et incorporés à la Société; elle demande, par consequent, si cette disposition s'applique aux missionnaires déjà agrégés qui se trouvent dans le cas précité.

Le Secrétaire soussigné, en exécution de l'ordre donné par rEnünentlssime Préfet, vous fait connaître que la disposition susdite du Règlement n'a pas d'effet rétroactif.

• E. MIRANDA. Dc titulo Minioni». Betsuadae 1948. p. 63.

497

1923 MAR 2.-SC CONS. NOTIF. AAS 15 (1923) 153-151

Notificatio **DE ORDINARIO CASTRENSI IN ITALIA**

Avendo Mons. Angelo Bartolomasl data rinuncu dall'ufficio di Vescovo Castrense per Vitalia, ed essendovi tuttavia dei Cappellani sia per la milizia, sia per la marina, affinchè questi non manchino d'un Superiore/ ji4
gerarchico, il Santo Padre si è dcgnato di deputare a capo del medesimi Monsig. Michele Cerrati. Vescovo titolare di Lidda (residente in Roma, *Via della Scrofa,* n. *70)* con facoltà di elc-ggere un suo Vicario che lo rappresentL

Roma, dalla Segrcteria della S. C. Conclstoriale. 2 marzo 1923.

498

1923 MAR 9.-SC SACR., RESPONSUM. PART.·

De **MANUS EXTENSIONE IN ORDINATIONE DIACONORUM**

L'Ausiliare del Vescovo di Tarnova Edoardo Homar nel conferire il diaconato a due suddiaconi della Con-

gregazione dei SS. Redentore a Tuchon, pronunciando la formola: ‹ Accipe Spiritum Sanctum ecc. » mise tutte e due le mani suile loro teste separatamente, dopo di che mentre proseguivn 11 prefazio. invcce di tener la mano destra cstesa sopra di loro, tonne le mani cspanse ‹ ante pectus » come per Vorazione. Domanda se Fordlnazionc sia valida o se deve ripeterla.

Ex congressu S. Congregationis de Sacramentis diei 9 martii 1923: *Episcopum non esse inquietandum.*

S. Officium autem, transmissam sibi a S. Congregatione dc Sacramentis resolutionem confirmavit, rescribendo praefato Episcopo Homar die 27 aprilis 1923 Prot. 161 1923: *Episcopus orator acquiescat.*

• **Onfifudo Tamovltnsh PrM 40 (1951) 269-270. Adn. F. X. HECHT in PrM 40 (1951) 265-270.**

1923 MAR 10.-SC CONC. KESOL. AAS 15 (1923) 533-590

CONCH EN.

Onerum canonicalium ex iure particulari

10 martii 1923

Facti species. — Canonici de officio ecclesiae cathedralis Conchensis, nempe Doctoralis, Poenitentiarius, Magistralis et Theologus, mense martio 1921 exponebant Commissioni a Codice iuris canonici interpretando, praeter onera a iure imposita suis praebendis alia addita fuisse ab Episcopo et Capitulo vi Concordati, et quidem in ipsa schedula convocatoria concursus (vulgo *Edicto):* nempe canonico Doctoral! onus praedicandi quatuor sermones de tabella in ecclesia cathedrali et insuper canones et institutiones canonicas quotidie in Seminario legendi: Poenitentiario onus quatuor sermones item habendi in cathedrali et legendi in Seminario theologiam moralem; Magistrali onus legendi theologiam dogmaticam; Theologo onus quater condonandi in ecclesia cathedrali. Satisfactio vero horum onerum, subdebant, est omnino gratuita et, praeter laborem, non paucas secumfert expensas in libris, periodicis, etc.

lamvero canonici supra dicti existimant talia onera sese opponere praescriptis Codicis iuris canonici, videlicet canoni 1440 praescribenti *ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur;* canoni 421 deneganti distributiones chorales illis qui de *licentia Ordinarii in scholis ab Ecclesia recognitis sacram theologiam aut ius canonicum docent.*

Quod autem attinet ad conciones iidem canonici putant huiusmodi obligationem non posse addi canonicis, ad sensum canonis 1328. cui concinunt Regulae datae a Sacra Congregatione Consistoriali die 28 iunii 1917, cap. II. n. 14-17 (LE 42).

Hisce innixi rationibus canonici dictis oneribus gra-

expetebant solutionem dubiorum quae sequuntur:

1. *Utrum post Codicem iuris canonici sustineri* pos-«nt *onera in schedula convocatoria canonicis de officio imposita,* in casu?

Et. quatenus *affirmative.*

2. *Utrum haec onera debeant a praedictis canonicis* impleri, *non solum absque ulla retributione, sed etiam* 'H non *modicis ex proprio peculio sumptibus, in casu?/*

3. *Utrum canonicus Theologus et Poenitentiarius cx canonis 416 praescripto eximantur a ministerio diaconi* et rubdiaconi tn *altaris servitio etiam in Missis Pontificalibus.*

Pontificia vero Commissio Codicis iuris canonici interpres eorumdem canonicorum petitionem ad hanc Sacram Congregationem remisit.

Vcnvu Consultoris. — Ad 1‘‘ quod attinet, onera impolita canonicis de officio sustinenda videntur. - Iam in via pneiudldali observari potest dispositionem canonicam praecipientem ecclesiastica beneficia sine diminutione conferri (can. 1440), non ese novam, sed a veteri iure deKanptam fuisse: ubi in III Decretalium titulus XII erat inscriptus: *Ut ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur.* Si igitur impositio talium onerum stare poterat tn iure veteri, stare etiam potest in iure novo.

Sed ut propius accedamus ad propositum dubium, referre heic praestat verba R. Decreti concordati sub die 21 martii 1651 ct alius sub dic 6 decembris 1888 (cf. Ferreres, *InstU. Can.,* tit. III. η. 694): "Ordinarii, audito Capitulo, et " attenta necessitate et utilitate ecclesiae, designabunt mu- " nos quod singulis canonicatibus aut beneflciaUbus per op- " positionem providendis imponendum sit". Quod R. Concordatum Decretum Codex in suo vigore relinquit, velut si Codex ipse promulgatus non esset. Can. 3: “ Codicis cano- " nes initas ab Apostolica Sede cum variis Nationibus con- " ventiones nullatenus abrogant aut iis aliquid obrogant; ea idcirco vigere pergent, contrariis huius Codicis prae- “ scriptis minime obstantibus Et ratio ea esse videtur, quia huiusmodi leges particulares legis simul ecclesiasticae et civilis rationem habent, quum onginem traxerint ex conventione inter utramque potestatem. - Stat Igitur ex dictis onerum impositio, non obstante praescripto canonis 1440.

Exinde iam patet eam impositionem non adversari vigenti Hispaniae disciplinae, ex Concordato inductae, nec canoni 421. Differentia inter disciplinam illic vigentem et canoncm 421, 1·. in hoc est quod per illam Capitularis teneatur docere vi muneris a competenti auctoritate impositi, ad instar muneris canonici Theologi: hic vi obedientiae Ordinario debitae. Sed nil inde conficitur favore recurrentium.

Nec obstat canon 1328: M Nemini ministerium predlcatic- ' nis licet exercere nisi a legitimo Superiore missionem re- " ceperit, facultate peculiariter data, vel officio collate, cui " ex sacris canonibus praedicandi munus inhaereat isti enim canonici *facultate peculiariter ipsis data,* h. e. collatione beneficii, id munus adnexum per peculiarem legem habentis, tenentur aliquos habere sermones, etc.: et aliunde notum est: ** Legibus conditis pro aliquo territorio ii sub- “ iiciuntur pro quibus latae sunt ” (can. 13. | 2)./ ÎS0

Ad 2^= dubium quod spectat, canonici neque ius ad retributionem habent neque ad indemnitatem expensarum pro libris acquirendis, etc., ceu resolvit S. C. C., 22 apr. 1832 (Salmanticen. Praedicationis. TRC 141 (1882) 218 - 225) et 17 lulii eiusdem anni (Placentina Canonici *Magistralis* sub die 17 iunii. TRC 141 (1882) 329 - 3481. Ratio ea videtur esse, quia canonici eo ipso quod se praesentant ad concursum - in cuius indictione scu *Edicto* leguntur onera specialia persolvenda - spe moti hos canonicatus consequendi, et beneficialibus muneribus gravatos acceptant. obligationes contrahunt munera explendi, et quidem explendi sine iure ad retributionem et ad indemnitatem supra dictas. Verum, id stricto iure inspecto: nihil tamen vetat quominus, titulo refectionis expensarum, vel aliquid Ipsis tribuatur, vel alio modo iisdem provideatur, sicut Episcopus in casu iam se fecisse refert.

Modo de 3“ dubio. Canon 416 sic se habet: “ In statutis - capitularibus lusta designetur norma ad quam canonici “ et beneficiarii in servitio altaris fungantur per turnum " tum officio celebrantis tum ministerio diaconi ac sutdia- ·* coni, exclusis tamen ab hoc ministerio dignitatibus, ca- " nonico theologo, poenitentiario et, si praebendae distin- " ctae habeantur, canonicis ordinis presbvteralis Ex ipsa cnunciatione canonis iam patet heic agi de tumo ordinario in servitio altaris in quo locum habent vel soli beneficiarii vel soli canonici, vel canonici uti celebrantes et beneficiarii ministerio diaconi et subdiaconl fungentes. In hoc tumo quidem excludi valent a ministerio diaconi et subdiaconl etiam canonici theologus ct poenitentiarius: sed aliter se res habet in Missis Pontificalibus, ceu declaravit Sacra Congregatio Concilii die 14 febr. 1920 in causa *Boianen.* Servitii choralis ‹*A. A. S.,* XII. 17). (LE 246].

Quare, etc.

Resolutio Die 10 martii. in plenariis comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis. Emi Patres Sacrae Congregationis Concilii respondendum propositis dubiis censuere:

Ad 1’’ *Affirmative.*

Ad 2‘‘ *Affirmative.*

Ad 3‘‘ Detur resolutio in *Boianen.* diei 14 februarii 1920 [LE 243).

Factaque postmodum de praemissis relatione SSmo Domino Nostro Pio div. Prov. PP. XI per infrascriptum Sacrae Congregationis Subsecretarium. Sanctitas Sua datas resolutiones anurobare dignata est,—I. Bruno. *Subsecr.*

Adn. J. JANSSENS in NrT 51 (1924) 247 (1923) 184-185; ME 35 (1923) 361-363.

1923 MAR 10.-SC CONC. RESOL. AAS 16 (1924) 51-55

DIOECESIUM N. et X.

Incardinationis sacerdotis. *10 martii 1923*

Species facti. - losephus. in dioecesi transalpina N ortus, annum agens XV inde discessit ut parentes in Ita liam proficiscentes sequeretur. Quum studiis incubuis

set. ludi magistri munere functus est *in nonnullis collegiis, donec,* immani bello exorto, militiae Italicae addictus est Inde postea dimissus, de statu ecclesiastico amplectendo cogitans, anno 1910 exeunte ab Episcopo *N.* facultatem petiit in aliqua dioecesi Italiae perpetuo manendi. Et Episcopus N\ patentibus litteris signatis, die 15 ianuarii 1917 declaravit· « Nihil ex nostra parte « obstare quominus a quocumque catholico Antistite, c cum Apostolica Sede communionem habente, m albo « sui cleri adseribi possit et. servatis servandis, ad sa‹eros Ordines promoveri; ea tamen conditione ut nulc lum in nostra dioecesi beneficium ecclesiasticum ex *t hire* tibi deberi censeas ›. etc. Quibus obtentis litteris losephus studiis theologicis in Seminario regionali civitatis *Y.* operam dedit, et iam sacris initiari cupiens, S. Congregationem Consistorlalcm dc opportuna ad rem facultate rogavit, a aua responsum accepit ‹ Inveniat ‹Episcopum benevolam receptorem ». Itaque, habitis litteris dimissorialibus ab Episcopo *X* - de eadem nempe regione cui Seminarium illud constitutum fuerat - per Episcopum praefatae civitatis *Y.* promotus est ad sacram tonsuram die 14 iunii 1919. et postea ad superiores Ordines usque ad diaconatum inclusive, titulo quidem patrimonii sui In litteris dimissonalibus pro diaconatu.

‹ Tibi R. D. Subdiacono losepbo ··· e territono N., t huic nostrae X. dioecesi legitime incardinato. ete. fa‹cultatcm facimus, etc. ›. Ad presbyteratum tandem promotus, deinceps sacerdos losephus, quamvis numquam in eadem dioecesi X. moratus fuerit, nullumque beneficium obtinuerit, semper habitus est ut eidem dioecesi X. legitime incardinatus, adeo ut, teste Episcopo, c ut abo moraretur, semper legitimam discedendi ‹ facultatem obtinuit, quam et ipse nuper ad triennium i ei prorogavit ». Nunc vero, orta aliqua dissensione 2 inter sacerdotem losephum et Episcopum *X* losephus. ad dioecesim suae originis N. adhuc se pertinere contendens, Sacram Concilii Congregationem adivit, postulans declarari dubium:

Utrum sac. *losephus ··· pertineat ad dioecesim X. in Italia* an ad *dioecesim transalpinam N. m casu?*

Srxoiw mscorrinoxu. - I. Recurrens sacerdos iu quidem arcuit: Litterae Episcopi onginis N. datae sunt ineunte mense :anuano a. 191'*, quo nempe tempore lus ante Codicem adhuc vigebat. Porro in eodon iure. ex decreto Sacrae Congregatwais Concilii diei 24 revenions 1906 (ASS 39 11906» iTO - M3], dabatur quidem Ickoruv* excarduuttio. sed ea fere iisdem solemnitatibus et cautelis erat peragenda. quitus clericorum: signanter vero, exeorporationis 11terae in scriptis " ex iuxta causa et pro deterr.rr.ata diocccn * dandae erant (n. 11. nec effectum habere poterant r.154 per subsequentem incorporationem. In casu autem litterae non diriguntur ad determinatum ullum Epi•eopum. ut palam est ex earum tenore; igitur accipi nequeunt ut litterae exeorporationis laici hominis: quod etiam suadetur ex sequenti apposita conditione ne loscphui beneficium ullum in dioecesi N. sibi vindicaret aut postularet: hace enim conditio inteHigi nequit si Episcopus ?.'. voluisset excorporare e dioecesi laicum hunc lose-

litterae testimoniales seu dimlssoria'ev quarum vigore losephus ordinari quidem potuisset ab alio quopiam Episcopi, sed tantum pro rua diceccsl originis N. Itaque, quum inna 1919 losephus ln civitate Y. vigore harum litterarum ordinatus est. nonnisi pro sua dioecesi N. ordinatus est. In hac porro facti specie nihil regerere valet, quod ordinatio facta fuerit vigente lam iure Codicis, cx culus praescripto, can 111. " per receptionem primae tonsurae clericus adsert- " bttur seu. ut aiunt. Incardlnatur dioecesi pro culus ser- " vrtio promotus fuit semper eram manet in casu, cx litteris Episcopi N.. losephum promotum fuisse pra servitio dioecesis N., quia, ex can. 963, " litterae dimissoriae semel • concessae, non exstinguuntur resoluto iure dantis ". Haec confirmantur ex eo quod, d dicas losephl tneardinationem. post Codicem factam, ex solo iure Codicis esse aestimandam. neque sic constat losephum iuris esse Episcopi X in Italia: quum in dioecesi X., latente Episcopo, nullum domicilium losephus acquisierit, ne quidem per iuramentum. ad normam conn. Speculatores (Innocenti! XII diei 4 Novembris 1094. C1CF n. ?58J. quod neutiquam praestitit, et ideo, ad normam can. 956. Episcopus X. minime proprius losephi erat, ad eius ordinationem quod attinet. Itaque, si negatu* losephum pertinere cd dioecesim suae originis N. cum demonstretur nec iere ad' dioecesim..X....habebis clericum vagum, cuius Jinatio nunc facienda erit ecclesiae quam Ipse «eUgct, in ea domicilium figendo.

II. Ex adverro haec opponebantur. Excorporallo et tn m corporatio laleo/rum. ut constat cx laudato decreto S. C. Concilii 24 nov. W6. ln iure antiquo Ignota erat·. . adeo ut eadem S. Congregatio, in decreto A prunis, diei 2Ú iulii 1893 [ASS 31 (1ES1 - 99) 49 - 511. expresse statuerit, n. 6: • Ad lalccs quod attinet, standum cst-c dispositionibus Constitutionis Speculatores " Sed pluntus in locis - ita pergit decretum a. 1906 - mos Um pridem invaluerat ut qua*dam litterae quasi excardinatoriae seu excorporationis aut exeat nuncupatae laicis quoque traderentur quibus litteris Episcopus originis laicum suae dioecesu subditum dimittebat, et lus nativum, quo pollebat cum ln clericalem statum adscnbcndl. in alium Ordinarium transferre eique cedere videbatur: ct viclxrim hic Illum suscipiens eum proprium subditum sibi facere et qua talem ad primam tonsuram ct sacros Ordines promovere libere posse arbitrabatur, quin aut ratione domicilii aut ratione familiaritatis subditus sibi esset iuxta Constitutionis *Speculatores* praescripta Ut plane liquet ex his verbts. excerperallo nonnisi quondam conditionem ponebat Levitatis futurae incnrdinotionis facto collationis primae tonsurae sequuturac: ct revera auctoritas Eplsc-pl in nondum clericum, nondum exsistebat actu, sed anticipatione quadam IntelUgeb.itur. Itaque, licet excorporatio invalida ex defectu formae fuisset, post susceptam primam tonsuram, per hanc valide Incardinato clerico, rrs redire non poterat ad priorem condicionem, quum subditi statui iam valide mutatus fuisset. Quibus praemissis:

a) aut tn casu dixerimus excorprrationem revera Intentam fuisse ab Episcopo N., et tunc, post Lam susceptam sacram tonsuram et sacros Ordines ab Eplscopa *X.,* nihil nocet defectus formae exeorporationis, quatenus in certum Episcopum concessae;

retabimur pro simplici licentia loscpho data Inveniendi EpLsccpum benevolum receptorem (prout revera cas videtur tnierpretata S. Congregatio Consistorialis) ad effectum *CTCorpomtionis* suo tempore peragendae; et tunc, promulgato interim Codice - qui omnem necessitatem exccrporaumu pro laic;s» etiam ad Iiceitalcm. prorsus sustulit - epistola ipsa Episcopi N. nullum iam praestat impedimentum. quominus incardinatio clerici, anno 1919 facta, ad normam solius Codicis aestimetur.

Iamvero a. 1919. losephus In Seminario regionali *Y.t* de cuna regione est etiam dioecesis X , versabatur. Quum ex dictis, domicilium suae originis N. lamdudum amisisset, nec proprium alicubi constituisset, erat iure *vagus:* talisque manere poterat ante clericalem initiationem. Cum vero sacra tonsura donandus esset, ex praescripto S. C. Consistorialls. debuit sibi Episcopum benevolum receptorem invenire. hoc est dioecesim quaerere cuius servitio se offerret (nam non recipitur quis nisi prius/ sese offerat» et in qua iure reciperetur: talcmquc Episcopum rovenlt Ordinarium X. Hmc pronum est inferre eum. tonsura suscepta, dioecesi X.. pro qua fuit promotus, esse incardlnaturn ad ncrmam can. 111. | 2. Nec obstat quod servitium tale dc *jacto* postea non praestiterit: id enim non impedit quominus ad i"ud praestandum tunc se exhibuerit; ceterum, si non de facto, de lure illud adeo praestat, ut commutatio loci, si ila Z-qui fas est. fiat de licentia Episcopi, qui illi permitti: ut abo moretur. Nec etiam obstat quod domicilium in eadem dioecesi X. tunc non habuerit, hinc enim ad summum - praescindendo a responso S. C. Consistorialis - id arguere liceret. Episcopum in casu contra praescriptum can. 956 egisse: ur.de certe non sequitur tonsuram Invalide collatam fuisse; ad incardinationem vero ex facto tonsurae satis est. ex can. 111. 5 X propositum, in casu suf'identer manifestatum, sese mancipandi servitio et obedientiae Ordinarii dioecesis pro qua quis promovetur; adeo ut. ex eodem can. 956. superfluum evadat iuramentum stabilitatis et. absque formali excardinatTOne. de qua can. 113 et 969. ad aliam dioecesim transire sic tonsuratus nequeat. Quod apprime con t primaevae EccleMae disciplinae. vi cuius te‹e Efho C . . ^ . II CAO M ^«««KT-aU " Episcopus erat proprius pro ordinatione laici. idest po'e- " rat Laicum culu‹cumque dioecesis ordinare, et ordinatus * ita perpetuo ecclesiae ordinantis ndseribebatur, ut non " posset ad aliam dioecesim tra^ire. aut sine eius licentia • ab alio Episcopo ad altiores Ordines promoveri ",

Nec omittendum est quod in casu domicilium de ture non videtur defecisse: nam ex quo losephus. port inventum Episcopum benevolum receptorem X.. in Seminario regionali manere perrexit, perinde erat ac si in Seminario dioccesano degisset: ita enim constituta sunt Seminaria regionalia pro studiis philosophicis et theologicis in Italia, ut suppleant quod in singulis dioecesibus constituere Seminarium dioecesanum iam non datur; argumento ducto ex analogia cum publicis coemeteriis in qune, ut netum est. singuli parochi suum ius Integrum servant qued obtinebant in proprium cuiusque paroeciae coemeterium. Iure, itaque, nec ex errore. Episcopus X. in dimissorialibus pro diaconatu asserere potuit: - Tibi R. D, subdiacono loscpho. e territorio N. oriundo, nunc nostrae dioecesi legitime (nempe per susceptionem sacrae tonsurae) Incardinato, facultatem facimus ", etc. Quare, etc.

Resolutio. — In plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, habito dic 10 martii 1923. ad propositum dubium:

Utrum sac. losephus ··· pertineat ad dioecesim X in Italia an ad dioecesim transalpinam N./

Emi Patres respondendum consuerunt: Af/irmatioe ad primam partem, negative ad alteram.

Factaqc postmodum SSnio Dno Nostro Pio dtv. Provid. PP. XI relatione per infrascriptum S. C. Subsecretarium. Sanctissimus datam resolutionem approbare et confirmare dignatus est.—I. Bruno, Subsecr.

Adn. 1. JANSSENS ln 735; IP 4 (1924) 5-8 NrT 51 (1924) 366-367; REGATILLO ME 36 (1924) 39-41.

501

1)3 MAR 15.-SC S. OFFICII. MON. AAS 15 (1923) 152

MONITUM AD LOCORUM ORDINARIOS

hXU VIGILANTIAM ADHIBENDAM ERGA SCRIPTORES ET OPERA DOCIRINAE CATHOLICAE CONTRARIA

Aceldit non Infrcquenter ut scriptores, etiam qui ut boni utholici vulgo habentur. In follis quotidianis vel periodicis magnificent, adprobent Libros, seripia. picturas. jrJpturas allave id genus ingenii ct artis opera catholicae Cxtnnae mu Christiano sensui contraria, quandoque etiam α SincU Sede expresse reprobata.

Quam grave inde, si Pastores animarum haec inobicrnü ct impunita relinquant, fidelium scandalum cum fidei uc detrimento oriri possit, facile intelligitur. Quod ce fui haec S. Congregatio S. Officii, adprobante Stibo D. N. Pio Pp. XI. locorum Ordinarios admonendos censet, ut pro eorum munere erga scriptores huiusmodl, si q»i forte inter proprios subditos adesse compererint (praoepue ii de clero seu saeculari seu regulari), sive per se rre adhibita quoque Consiliorum vigilantiae cooperatione, aca omittant quas efficaciores in Domino iudlcaverint, cula interiecta inora. providentias adhibere.

frmoe ex aedibus S. Officii, 15 martii 1923.—R. Car d SUiar oc. Val, Secr.

Ato. PrM 12 (1923) 33.

502

I» MAR 17.-PICS XI. LIT. AP. AAS 15 (1923) 196-197

DITCS LEONARDOS A PORTU MAURITIO CAELESTIS PATRONIS ZiOARATTR SACERDOTUM QUI IN CATHOLICIS REGIONIBUS AD SACRAS MISSIONES POPULARES INCUMBUNT

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romani Pontifices Nostri decessores fidelibus peculiaria munera sive offica vitae Christianae implentibus singulares caelestes Patronos adsignare consueverunt, quorum valido uterentur auxilio et sequerentur exempla, huiusmodi ad honorem illos e sanctis caelicolis eligentes, qui in iisdem muneribus et officiis, dum vitam mortalem agerent, maxime exceliuisscnL Hoc ducti consilio piis precibus annuendum existimavimus dilecti filii Bernardini Klumper. Fratrum Minorum Ministri generalis, qui, amplssimo etiam fretus suffragio Purpurati S. R. E. Prindpfc Orestis Cardinalis Giorgi, Nos instanter rogavit st sanctum Leonardum, caelestem Patronum designare dipemur sacerdotum, qui sacris popularibus missioni-
3 bus in regionibus catholicis operam navant. Et sane/ ims Leonardos, inter Fratres Minores cooptatus et sacerdotio auctus, impiger ac strenuus divini verbi praeco, fere omnes Italiae regiones ct urbes sacris expeditionibus lustravit Vir potens in opere et sermone coram Deo et populo, atque electissimus in vinea Domini operarius, celeberrimis concionibus innumeras convcrsiotes operatus est, efficacia verbi non minus quam sanctlate vitae sordentes in vitiorum caeno homines ad poenitentiam adducens. Expedit ergo ut sacerdotes, qui chhstano populo verbum facere student, tanti apostolid viri haereant vestigiis ipsoque caelesti gaudeant Patrono. Quamobrem. audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico. Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefato, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, sanctum Leonardsᵀᴹ a Portu Mauritio, Confessorem, in caelestem apud Deam Patronum peculiarem sacerdotum, qui ad sacras populares missiones in regionibus catholicis ubique terrarum incumbunt, eligimus et constituimus.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, iliisque. ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque aane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contgerit Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Pacatoris, die xvn martii. anno mcmxxiii, Pontificatus J&Ktri secundo.—P. Card. Gasparri, *a Secretis Status.*

503

1923 MAR 22.-SC S. OFFICII. LIT. AAS 15 (1923) 151-152

Ltterae, locorum ordinariis datae, super ·ALUnio **EUCHARISTICO ANTE MISSAM**

Ulme ac Revfne Domine,

Optime novit Amplitudo Tua qua diligentissima cura legem ecclesiasticam ieiunii eucharistici, praesertim quod attinet ad sacerdotes sacrosanctum Missae sacrificium celebraturos. Sancta haec Apostolica Sedes semper tuita sit; nec dubitandum quin et in posterum eius observantia generatim urgeri debeat. Sed ne forte ex lege ecclesiastica qua real! Corpori Christi debitum praestatur obsequium. Corpus Christi mysticum seu animarum salus detrimentum capiat, Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii, ex animo perpendens multitudinem officiorum quibus sacerdotes diebus festis incumbere debent ad commissum sibi gregem salutari pabulo enutriendum; et quod ob cleri penuriam multi ex eis Sanctae Missae celebrationem iterare coguntur; idque non raro in locis longe dissitis, aditu difficilibus, inclementi aeris temperie divexatis, vel in aliis contrariis rerum et locorum adiunctis; decrevit in certis casibus et sub determinatis conditionibus eamdem ieiunii legem per opportunas dispensationes aliqua ex parte mitigare.

Quoties igitur sacerdotes, iuxta can. 806, 2, Missam eodem die iterare aut etiam tardiore hora ad Sacrum Altare accedere necesse habeant; siquidem sine gravi damno ieiunii eucharistici legem, vel infirmae valetudinis causa, vel propter nimium sacri ministerii laborem, aliasve rationabiles causas, ad rigorem servare nequeant; Supremae huic Congregationi locorum Ordinarii, omnibus rerum adiunctis diligenter expositis. recurrere poterunt. Quae pro diversitate casuum (sive cum singulis Ipsamet dispensando, sive, quando vera ac probata necessitas id omnino suadeat, habituales quoque facultates ipsis Ordinariis tribuendo) opportune providebit. Quae quidem facultates pro casibus urgentiorlbus, in quibus tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem, iam ex nunc Amplitudini Tuae conceduntur, per Te ipsum, graviter onerata conscientia, exercendas: hisce tamen sub conditionibus, ut nonnisi aliquid per modum potus, exclusis inebrian/tibus, sumere permittatur; ef- 152
ficaciter scandalum removeatur; ac quamprimum S. Sedes de concessa dispensatione certior fiat

Gravissimae demum huius legis relaxationem solum concedendam esse scias, quum spirituale fidelium bonum id exigat non vero ob privatam ipsius sacerdotis devotionem aut utilitatem.

Haec ad pastorale Tibi ministerium facilius utilfusque reddendum, probante Ssmo Domino Nostro Pio PP XI, decreta, dum libens tecum comunico fausta quoque ac felicia Tibi adprecor a Domino.

Romae, ex aedibus Sancti Officii. 22 martii 1923.—R. Card. Merry del val, Secr.

Ado. J. CREUSEN in NrT 50 (1923) 321-324; IP 3 (1923) 75-76; ME 35 (1923) 130.305-307; PrM 12 (1923) 31-32, (123)-(124).

504

1923 MAR 25.-SC STUDIORUM, DECR. PART.·

Conceditur studiis formalibus o. p. facultatem conferendi **GRADUS ACADEMICOS IN PHILOSOPHIA**

Summus Pontifex Benedictus XIII, in sua Constitutione *Pretiosus,* die 26 Maii 1727 [Bull. Ro>l L 22 p. 522-554], inclito Praedicatorum Ordini benigne induisit ut et adolescentibus saecularibus, scholas eiusdem Ordinis celebrantibus ac theologicae Facultati operam dantibus, gradus academicos in S. Theologia conferri possent ac valerent. Alt enim: ‹ *Ne adolescentes saeculares a praelaudata Divini Doctoris* (S. Thomae Aquinatis) *schola deterreri contingat, ex quo nullum* in *ea praemium, nulla expedita via pateat ipsis per theologicas disciplinas ac dignitates illas, quae solis Lauream, Licentiam, vel Gradum* in *Theologia consequutis conferri debent ac possunt, motu proprio, scien-*

Cia *ac potestatis plenitudine, ad universa insigniora Studia Generalia, Collegia, Studia, ut dicunt, formalia . privilegia omnia et singula apostolica . extendimus ct prorogamus, decernentes, ut post emensum certum, nec unquam minus quam duorum annorum, stadium, ad percipiendam sacrae Theologiae, iuxta inconcussa et tutissima S. Thomae dogmata, intelligentiam accommodatum, a Studiorum illorum moderatoribus sire Lectoribus,* numéro *et procedendi ratione ipsis per Magistrum Ordinis praescribendis, ac nunc pro tunc a Nobis, auctoritate Apostolica, ut praedictum est, confirmatis, post praemissas scholasticas exercitationes publicas vel privatas, iuxta regionum approbatas consuetudines,* vel *methodum ab eodem .Magistro praescribendam, ac praemisso diligenti examine, Laurea doctoralis. sive Magistralis. Praesentatura, ac Licentia* sire *gradus Baccalaureatus, ac aliis consueti in S. Thelogia .,* libere *ac licite conferri valeant Scholaribus Saecularibus Studentibus in insignibus deitatibus aut locis, in quibus ad eorum scholas iurenes sacculares accedere permittuntur, idque tametsi alias publica pateat Universitas ».*

Idem privilegium confirmavi: S. P. Clemens XII. in Constitutione *Verbo Dei dic 23 Augusti* 1733 (Bu11. Raw. t 23 p. 527-5291. decernens « ut pro *exteris quibuscumque saecularibus, in Gymnasiis* Ordinis *Fratrum Praedicatorum, Theologicae facultati toto triennio operam dantibus... Laurea Doctoralis, seu Magistralis, Praeser.tatura. Licentia, Baccalaureatus, atque alii gradus consueti in S. Theologia libere ac licite conferantur >;*

Inde duo consequuntur magni ponderis: pnmo quod huiusmodi causae, utpote quae non promoventur ab actione judiciali contentiosa aut criminali, sed ex benigna concessione Sanctae Sedis annuentis oratoris precibus, non sunt vere iudlciales, sed magis gratiosae seu admin;strativae; quae tamen cum eo spectent ut Summus Pontifex legitime uti valeat sua suprema potestate dispensandi super matrimonio rato et r.on consummato cum plena rerum cognitione, in his veritas inquirenda est non minus religiose ac sedulo, quam in negotiis proprie judicialibus. Quare quae iudex decernit aut ordinat. vera iussa faciunt quibus parere neccsse esU ac inobedientes fiunt contumaces.

Alterum dein consequitur, quod alte usque insidere debet in animo judicum et testium ac praesertim partium dispensationem efflagitantium: videlicet, si res aliter se habeant ac ab oratoribus asseruntur, id est si matrimonium ratum reapse fuerit consummatum, et veritas in processu non detegatur, vel ex culpa aut oscitantia tribunalis. vel ex fraude aut desidia partium et testium, ponti/ida dispensatio forte obtenta, utpote suo fundamento destituta, nullius est caloris; et matrimonio, quod dispensatum ducitur, in suo valore permanente, si partes vinculo matrimoniali se solutas existiment, et aliud matrimonium in facie Ecclesiae ineant, hoc revera est invalidum, proinaeque putati coniuges fibique forte progeniti, graviorum malorum vinculis pene inextricabilibus implicantur. Hoc proinde est *solcmnitcr praemonendum a iudice antequam iusiurandum praeitdur,* et animo reputandum ab omnibus qui in his causis partem habent, praecipue eo momento quo a partibus, a testibus, a peritis, respective, redduntur foratae responsiones, attestationes, relationes.

Quo vero locorum Ordinarii In huiusmodi causarum instructione tutius et expeditius, ad tramitem luris cormnun's. procedant, sequentes regulae praestitutae sunt. Quas cum maturo examini Emi ac Revmi Patres
J91 Cardinales S. Congregationi de/ disciplina Sacramentorum praepositi subiecissent, in plenariis comitiis diei 27 aprilis c. a. easdem probarunt atque publici iuris fieri, si Ssmo placuerit, rescripserunt. Ssmus autem D. N. Pius Papa XI, in audientia die 7 mail 1923 habita ab infrascripto Cardinali Praefecto, sententiam Emorum Patrum adprobare et confirmare dignatus est, atque ut hae regulae ab omnibus ad quos spectat, rite et religiose serventur, easdem iussit edi in Actorum Apoitolicae Sedis Commentario officiait

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 7 maii anno 1923.—M.
372 Card. Lega, Praef. A. Capotosti. Ep. Thermen., *Secr.f*

U

REGULAE SERVANDAE Di PROCESSIBUS SUPER MATRIMONIO RATO CT NON CONSUMMATO

CAPUT 1

De foro competenti

L Ad unam Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum spectat cognoscere de (acto inconsum-

malionls matrimonii ct de cxistentla lustae causae ad dispensationem concedendam (Can. 249, 5 3 ct 1962).

2. Nullus iudex inferior potest processum in causa dispensationis super rato instruere, nisi Sedes Apostolica eidem facultatem fecerit (Can. 1963. S 1).

3. § 1. Si tamen iudex competens auctoritate propria iudicium peregerit dc matrimonio nullo ex capite impotentiae, et ex co. non impotentiae, sed nonaum consummati matrimonii emerserit probatio, omnia acta una cum libello unius vel utriusque coniugis pro Apostolica dispensatione impetranda, ad Sacram Congregationem transmittantur, quae iis uti potest ad sententiam super rato et non consummato ferendam (Canon 1963, § 2).

J 2. Si vero probationes dc non secuta matrimonii consummatione hactenus instructae, habeantur non sufficientes iuxta normas heie positas, caedem compleantur et acta dein plene instructa ad H. S. C. remittantur.

4. Pariter si in iudicio, in prima aut in altera instantia. peragendo de matrimonii nullitate, cx alio capite (ex. gr. cx defectu consensus, ex vi et metu, etc.) matrimonii nullnas evinci non possit, sed *incidenter* dubiam valde probabile emerserit dc non secuta matrimonii consummatione, tunc integrum est alterutri vel utr.que parti, libellum prorrigere Romano Pontifici inscriptum, pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato; at quin preces ad hanc Sacram Congregationem remittantur pro obtinenda consueta commissione facultatum, fit potestas iudici vi huius praescriptionis seu cx delegatione a iure, causam instruendi iuxta regulas heic determinatas. ' 33

CAPUT II

Dc supplici libello ad petendam dispensationem

5. H. Soli coniuges ius habent petendi dispensationem super matrimonio rato et non consummato (Can. 1973).

? 2 Pro singulari natura huius processus, quem moderantur hae regulae, congruit ut coniux dispensationem efflagitans, non *actoris,* sed *oratoris* nomine nuncupentur; coniux vero ab altero coniuge in causam vocatus, proprie *pars conventa* appellabitur, nisi et ipse cum alio dispensationem petat.

6. (L Supplex libellus, qui semper Romano Pontifici erit inscribendus et ad Sacram Congregations de Sacramentis transmittendus, contineat plenam et accuratam totius facti speciem et causas omnes, quae ad obtinendam petitam dispensationem conducere possunt (Constitué Dei *miseratione, n.* 15) [CICF n. 318); appositis etiam die. mense et anno, seu data exhibiti libelli. nec non dioecesi in qua orator aut oratores commorantur.

5 2. Curandum est ut libellus referat genuinam factorum narrationem ab ipsa parte, si fieri potest, scripto exaratam et subscriptam (cf. in Appendice, η. I).

7. Quamvis cuilibet fideli integrum sit libellum ad Sanctam Sedem transmittere, expedit tamen, et semper suadendum est. ut id per proprium Ordinarium fiat, qui suam addere debet informationem.

8. 5 1- Ordinarius proprius est Ordinarius loci in matrimonium celebratum est, nut in quo orator icilium aut quasi-domicilium habet: aut, si pars oratrix sit illegitime separata ab altero coniuge, in quo haec pars conventa, dummodo sit catholica, domicilium aut quasi-domicilium habet (Can. 1964).

5 2. Licet tamen oratori recurrere ad Ordinarium loci suae actualis commorationis, qui preces acceptare valet et commendare apud H. S. C., praesertim cum pleriquc testes audiendi in sua dioecesi degant

9. I 1. Ordinarius, ut informationem addat cum factorum sufficienti cognitione, potest investigationes facere in res et personas, sed non propriam Inquisitionem cum partium aut testium interrogationibus in forma processus iudicialis (cf. in Appendice, η. II).

5 2. Si contingat dispensationem peti α parte acatholica. Ordinarius petitionem ad hanc Sacram Congregationem aeque remittat; additis tamen necessariis et opportunis explicationibus de petitionis funda/mento, de X oratoris qualitatibus personalibus, aliisque adiunctis ad rem facientibus.

10. ξ 1. Curet Ordinarius, cum factorum et personarum sufficientem notitiam habuerit, ut partes inter se reconcilientur, ne abrumpatur coniugale consortium, ad-

hibilis prudentiae et pastoralis charitatis officiis et argumentis in casu magis opportunis; nisi rerum et personarum adiunctn huiusmodi experimentum prorsus inutile esse suadeant

I 2 Nedum Ordinarii ad hoc utiliter parochorum operam adhibeant, sed parochi ipsi cum huiusmodi discordiarum aut difficultatum vitae coniugalis notitiam habeant, prouti in singulis casibus prudentia suggesserit, opportune consilia praebeant ct exhortationes, ne aditus aperiatur dissolutioni consortii coniugalis.

11. i 1. Si cx supplici libello orntorls, vel ex causae instructione iam inchoata, vcl ex aliis investigationibus iux U n. 9, constiterit, matrimonii consummationem coniugei omnimode devitasse ex detestabili onanismi vitio. tunc orator vcl uterque coniux. si hi concorditer dispensationem petant, sunt monendi, causam non posse jLsutui vel ad ulteriora produci.

I 1 Quod si orator significet se criminis nullimode fuisse participem, sed depravatos alterius coniugis mores passum esse. aut, etiamsi fateatur se non esse innoxium. ostendat tamen hodie res eo devenisse ut «Diugal's consortii instauratio non sit possibilis, ac sincere sit facti poenftens, ct serio promittat se in altero coniugio forte inituro huiusmodi nefando facinori tullimodc operam esse daturum, tunc iudex rem deferat ad H. S. C.

12. Si. accepto libello, haec Sacra Congregatio consuerit precibus annuendum esse, solet Ordinario loci, qui oratorem commendavit, dare litteras delegationis pro causa instruenda, iuxta has regulas ct cum clausulis opportunis.

CAPUT III

De tribunali constituendo

11 Ordinarius, facta sibi facultate a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum conficiendi processum super asserta matrimonii inconsummatione, curabit tribunal, cum primum poterit, constituere, ad id adbibendo ministros in sua curia constitutos, vel alios etiam, quoscumquc maluerit, eligendo et assumendo, nisi aliud in rescripto delegationis cautum sit. dummodo isti iis praediti sint qualitatibus, quae a iure pro
S singulorum munere praescriptae sunt (Can. 1607. § 1)./

14. Ordinarius, quatenus utatur facultate subdelegandi, actum subdelegationis scripto redigat, facta mentione delegationis ab Apostolica Sede tributae cum addita potestate subdelegandi, expressis nominibus coniugum. de quorum matrimonio causa agitur, et relatis ^structionibus, si quae ab hac Sacra Congregatione datae fuerint.

15. Eodem vel altero actu, scriptis pariter confecto. Ordinarius deputet defensorem vinculi ct actuarium, qui iis dotibus praediti sint quae in iure requiruntur •Cam 1589. 5 1); nisi extraordinarios ministros constituendos mandaverit ipsi subdelegato, qui, secus, uti debet ministris Curiae dioecesanae (Can. 1607. § 2 Cf- in Appendice, η. V).

16. I 1. Ordinarius, etsi delegatus a Sede Apostolica ad causam instruendam, vel iudex subdelegatus eam non suscipiat, in qua, ratione consanguinitatis vel affinitatis, vel ratione tutelae ct curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis vcl lucri faciendi aut damai vitandi, aliquid ipsius intersit, vcl In qua antea advocatum vel procuratorem egerit, ad praescriptum Can. 1613, 5 1.

f 2. Iisdem in adiunctis a suscipiendo munere abstinere debet defensor vinculi (Can. 1613, § 2).

17. I 1. Ordinarius qui ob legitimam suspicionis exceptionem causam instruendam non susceperit, debet vel ludiccm subdelegarc, si haec facultas ei competat, vel rem ad Sacram Congregationem remittere.

i 1 Si exceptio suspicionis adversus judicem subdelegatum proponatur. Ordinarius vel obiectam suspicacem definit, vcl alium iudicem subdelegat, si hac potestate pollcat, vel rem ad H. S. C. remittit (Canon 1(14.1 1 et 2).

U. In ipsa tribunalis constitutione, vel in toto causae cursu, Ordinarius vel iudex, ad normam n. 15, alios rbos aeque idoneos eligere poterit, qui iudicis et aliorum officialium vices gerant pro casu quo primi electi (aeriat impediti, vel uti suspecti legitime habiti. Cum eorum opera in causae decursu occurrerit, de subroiatione secuta et de subrogationis motivo in actis mentio fiat; et opportunum erit ut hi cum dictione substituti subscribant aut denotentur in actorum textu.

19, Excepto Episcopo, quando per se iudicis instructoris munere fungitur, omnes qui tribunal constituunt, in prima sessione iusiurandum de officio rite ac fideliter implendo et de secreto servando praestare debent,/ 396

CAPUT IV

De officio iudicis et tribunalis *ministrorum*

20. Iudicis, postquam ei legitime commissa fuerit processus instructio, est inquisitionem iudicialem instituere super asserta matrimonii inconsummatione, iuxta regulas heic traditas. Inquisitio versari debet circa omnia quae inconsummationcm probant, vcl impugnant, et circa causas legitimas dispensationis. Argumenta autem ad detegendam veritatem in his causis praecipue sunt: a) utriusque coniugis iurata confessio; b) testes septimae manus ex utroque latere; nec non testes ex officio inducti, vcl etiam ad instantiam partium, prouti res ferat; c) inspectio corporum per peritos facta; *d)* authentica documenta etiam extraiudicialia, cuiuscumque generis, veluti litterae, itemque acta iudicialia in foro civili confecta, quatenus ad rem faciant; e) indicia et praesumptiones.

21. Iudex in primis moderator est actorum. Ipsius itaque erit: tribunal convocare et sessiones indicere; vinculi defensorem, partes ct testes citare, ut in iudicium compareant; peritos medicos et obstetrices, audito vinculi defensore, designare, si inspectio corporalis facienda sit: partes, testes et peritos, tum quaesita a vinculi defensore confecta, tum nova ex officio proposita adhibendo, interrogare; atque ea omnia statuere, quae eius prudentiae et sagacitati aptiora videbuntur ad factorum veritatem eruendam.

22- § 1 Petitiones partis oratricis aut partis conventae quibus instatur pro testium productione aut interrogatione aut alia probatione obtinenda, aut quocumque alio actu processuali conficiendo, iudex admittet aut reiiciet. audito defensore vinculi, suo decreto, in quo, si rei gravitas ferat, explicabit breviter rationes admissionis aut reiectionis (Can. 1840, § 3).

5 2. Pars, quae iudicis decreto se laesam sentiat, potest iudicen adire ut decretum revocet aut corrigat <Can. 1841); at appellationi nullimode datur locus, salvo tamen recursu ad Ordinarium, nisi ipsemet sit iudex.

23. Si quando pars aut testes examinandi sint alienae dioecesis vel sint extra dioecesim degentes, et hi sine gravi incommodo ad tribunalis sedem, ubi causa instruitur, accedere nequeant, iudex Ordinarium illius dioecesis rogabit, ut constituto tribunali, partem ac testes citet, examinet et ab eis documenta requirat, iuxta interrogationes a defensore vinculi, mandato iudicis instructoris, confectas et ab ipso iudice trans/missas, additis instructionibus opportunis, si casus ferat (Can. 1570. § 2; 1770, § 2. n. 3). Ordinarius hac de re requisitus, servatis iuris praescriptionibus, acta, per se vel per alium confecta, ad iudicem remittat

24. § 1. Pars vel testes, qui in dioecesi quidem commorantur, sed in locis ob dioecesis vastitatem et asperitatem aut defectum viarum ita dissitis a tribunalis sede, ut sine magna temporis iactura et gravibus impensis neque ipsi iudicem adire, neque a iudice instructore. defensore vinculi et actuario adiri possint interrogari debent per parochum, si fieri potest, vel alias per sacerdotem dignum et idoneum, ad hoc a iudice instructore delegatum, qui ipsi parti vel testi propior sit (Can. 1770. § 2, n. 4).

5 2. Huic cum litteris delegationis transmitti debent interrogationes faciendae, et instructiones ad rem opportunae. Deleganti autem erit, pro facultate in litteris expresse facta, sibi adseire duos ministros, quorum unus defensoris vinculi munere fungatur, et hic sacerdos esse debet, et alter actuarii, qui et laicus esse potest, dummodo probatae fidei, ut examen huius partis vel testis legitime perficiatur et in actis redigatur.

§ 3. Sacerdos delegatus iusiurandum de officio rite et fideliter adimplendo ac de secreto servando coram actuario praestare debet, et defensor vinculi et actuarius coram delegato: et de hoc mentio fiat in actis.

5 4. Si delegatus haud possit habere sacerdotem quem sibi adsciscat in munere defensoris vinculi, id notet in actis ct ipse ex officio faciat interrogationes aut alia animadvertat: itemque si desit, in regionibus parum vel nullimode excultis, qui actuarii munus expleat.

facta debita adnotatione in actis, ipse iudex actum exceptae attofUUonis, cum debitis notis, redigat

25. Iudex. ut aeque aestimari possit uniuscuiusque attestationis pondus, *de r^.ffulorurn* in iudicium vocatorum aat recasorum probitate *et credibihtate r.unquom inquirere praetermittat,* et ad hoc curabit ut ab eorum parochis litterae testimoniales exhibeantur, quae, s haberi con possint, erunt a Curia alia documenta perquirenda; et haec omnia sedulo in actis referantur (rf. tn Appendice, nn. XI-XIVV

26. Si acciderit partem conventam vel testem inductum a parte, vel ex officio vocatum, aut peritum in iudicium con venire, de non secuta comparitionc in iudicium. et de causa saltem probabili non accessus. an ex *gr.* agatur de impossibilitate vel dc inobedientia seu de contumacia, ln ăctu mentio fiat. Et si de contumacia agatur, haec declaretur tcan. 1843), ct
»5 m actis apposita documenta referantur (cf. in/ Appendice, η. XXV). Si vero quis examini subiiciendus e vita migraverit, mortis documentum inter acta recenseatur, nisi aliter de eius morte satis constet.

27. i 1. In processu de matrimonii inconsummatiore et de causis ad dispensationem super rato adductis. requiritur praesentia vinculi defensoris: eoque non citato, acta irrita sunt, nisi ipse, etsi non citatus, revera interfuerit (Can. 1537, j 1).

I 2. Si legitime citatus aliquibus actis non interfuerit, acta quidem valent, verum postea eius examini subixienda omnino sunt, ut ea omnia, sive voce sive scriptis, possit animadvertere et proponere quae necessaria aut opportuna iudicavent (Can. 1587. i 2).

23. Defensoris vinculi officium est !) examini partum, testium ct peritorum adesse; exhibere ludici interrogatori dau«a et obsignata, in actu examinis a ludke aperienda, et partibus, testibus aut peritis proponenda; novas interrogationes ab examine emergentes iudici suggerere; 2» articulos a partibus propositos perpendere, eisque. quatenus opus sit, contradicere; documenta a partibus exhibita recognoscere; 3) animadwrriones pro adstruenda matrimonii consummatione scribere et allegare, eaque omnia deducere, quae ad matrimonium tuendum utilia censuerit (Can. 19€8).

29. Defensoris vinculi ius esto: 1) semper ct quolibet causae momento acta processus invisere; novos terminos ad acta perficienda flagitare, prudenti iudicis arbitrio prorogandos: 2) de omnibus probationibus vel allegationibus ita certiorem fieri, ut contradicendi facultate uti possit; 3) petere ut alii testes inducantur, vel tfdcm iterum examini subiiciantur. processu etiam absoluto et clauso, novasque animadversiones edere; 4) exigere ut alia acta quae Ipse suggeserit, conficiantur. nisi iudex dissentiat; quo in casu, si iudex non sit ipjemet Ordinarius, ad hunc recurrere fas est vinculi defensori (Can 1969).

.10. Actuarii, qui notarii seu cancellarii in processu partes explet, praecipuum munus erit legitime actis conficiendis intendere, acta fideliter custodire ne cuipiam extraneo pateant, transumpta conficere et dc suthcntxitate testari.

3L Tam Iudex instructor quam defensor vinculi curent ut pars vel testis vel peritus interrogationi ipsi delatae respondeat quoad omnes partes in quas dividitur. Si quandoque parti aut testi perito difficile sit memoria totam Interrogationem retinere, ei per partes illa proponatur, quo facilior responsio et plenior evadat.

32 Fas erit iudici. audito vinculi defensore, actuario assignare adiutorem. qui eum coadiuvet in scriptione
3W actorum ct in transumptis confi/ciendis. Is. sicuti ceteri ministri tribunalis. ex momento quo assumitur, iusiurar.dum praestet de munere fideliter obeundo et de secreto servando.

CAPUT V

De initio procerius et de citationibus faciendis

Î3 I 1. Si omnia expleri non possunt unica sessione, processus in sessiones dividitur, videlicet, quoties tribunal * ludice legitime convocatur ad processus acta explenda. sessio habetur.

I 2 De decreto iudicis quo sessio clauditur et alia vel tunc indicitur vel erit opportuno tempore indicenda, nisi instructio causae sit absoluta, mentio In actis facienda est

34. § 1. In prima sessione tribunal coadunatur ct clam completur ri aliqui desint administri. Siquidem in ca iudex communicat: a) litteras Sacrae Congregationis dc disciplina Sacramentorum, quibus p.-ocescuj instructio Ordinar o committitur; b) litteras Ordinarii, nisi ipse per se praesit, quibus iudicis officium subdelegat; c) deputationem defensoris vinculi ct actuarii iam ab Ordinario peractam, vel ab ipso iudicc, vi speciati delegationis, vel iam factam, vel in hac sessione faciendam: *d)* electionem officialium .substitutorum; e) supplicem libellum oratoris inquisitionis introductorium; /i denique praestandum est lusiurandum ad tramitem n. 19 (cf. in Appendice, nn. VI-IX».

i 2. Ista propria sunt primae sessionis, in qua tamen et alia expleri possunt acia, vel ipsa instructio absolvi, si ita res patiatur; quod non contingere solet, quare in reliquis habetur conventus personarum tribunal constituentium ad certa processus acta conficienda. Conventus autem habetur die et loco determinatu in superiore proxima sessione; nisi iudex maluerit statuere ut sessio habeatur dic et loco dein determinandis ct indicendis.

35. Aliquot diebus antequam tribunal congregetur, iudex citat eum qui examini est subiiciendus. itemque defensorem vinculi ct actuarium, nisi hi iam ln superiore sessione invitationem exceperint, ut ln n. 34. 1 2 (cf. m Appendice, nn. X et XXII).

36. Citatio parti et testi fit per litteras in modum invitationis. tamen praeceptive; quae litterae contineant: a» praeceptum iudicis ad comparendum; b) nomen. cognomen et domicilium illius qui in ius vocatur, c) iudicem coram quo comparere iubetur; d) locum et hornm audientiae; e) causam, ob quam convenitur. satis significatam, seu saltem/ generalibus verbis ‹« indicatam (can. 1715, 5 1); P iudicis et actuarii subscriptionem et tribunalis sigillum (cf. in Appendice n. XV).

37. Citatio clausa Curiae cursori, ne cvulgationi ansa praebeatur, tradetur, et per eundem cursorem erit private et personaliter intimanda. Altera citationis scheda asservatur in actis (Can. 1716). Si ob distantiam vel aliam causam, per cursorem fieri non possit intimatio. scheda citationis, iussu iudicis, transmitti poterit per tabellarios publicos, dummodo commendata et cum syngrapha receptionis, vel alio modo, qui, secundum locorum leges et conditiones, tutissimus sit (Can. 1719). Cursor si per se intimationem peregerit de ea in scriptis, ad calcem schedae in actis asservatae. manu propria subsignatis ad iudicem referat (cf. m Appendice, η. XVI): si vero intimatio facta fuerit per publicum tabellariorum officium, in actis adservetur fides eiusdem officii,

33. $ 1. Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoretur ubi commoretur pars conventa aut etiam testis. si rei gravitas postulet, locus est citationi per edictum. Hoc autem fit affigendo per cursorem ad fores Curiae schedam citationis ad modum edicti, per tempus prudenti iudicis arbitrio determinandum, et in aliqui publica ephemeride eam inserendo. Si vero utrumque fieri nequeat, alterutrum sufficiet (Can. 1720; cf. in Appendice. η. XXIII).

J 2. Si citatus praecepto comparendi obtemperare renuerit, videat iudex an renovanda sit citatio (can. 1843, 1 2). vel aliis modis magis opportunis et efficacibus uti expediat, ut foret interventus personae amicae vel auctoritate gravis. A remediis cocrcitivis, ut flectatur contumacia, abstinere ut plurimum prudens erit

§ 3. Iudex videat etiam an partis vel testis non comparitio seu contumacia, per alios testes, dc re circa quam illi interrogati fuissent, edoctos, suppleri possit

CAPUT XT

De iureiurando a partibus, testibux et peritis praestando, ct *de interrogationibus iisdem faciendis*

39. Iudex. antequam cuipiam in ius vocato interrogationes deferat, exquirat iusiurandum de veritate dicenda, tacto s. Evangeliorum libro (cf. in Appendice, nn. XVIII et XXIX». Si citatus suas attestationes sub iureiurando reddere renuat, et iudex instructor censeat eius attestationes esse utiles ad veritatem detegendam, potest eas excipere, facta tamen in actis mentione dc lurisiurandi recusatione eiusque causa./ 4::

40. Iudex partem, testem aut peritum ad iusiurandum recipiens, cum. prouti casus ferat, commonefaciat de sanctitate actus et de gravissimo delicto quod admittunt iurisiurandi violatores, adnotando peculiarem gravitatem iurisiurandi in subiecta materia et periurii fu-

oestisimos effectus, Iuxta ea quae in *Decreto* adnotanuir. item, si pro qualitate personarum opportunum hoc videatur, moneat de poenis quibus obnoxii fiunt in foro Ecclesiae qui falsum in ludicio iurati affirmant.

Poenas contra lurisiurandi violatores sunt: 1) interdatum personale, si periurus sit laicus: 2) suspensio, d clericus (Can. 1743. 5 3).

Has tamen poenas iudex nc ferat inconsulto Ordinario.

41. Examen faciendum est a iudice, cui adsistant oportet defensor vinculi et notarius ceu actuarius. In aunine interrogationes non ab alio quam a iudice, vel ab eo qui eius locum tenet, faciendae sunt. Quajffüpter si a defensore vinculi novae interrogationes trtti faciendae sint, has non testi, sed iudici. vel eius vicem gerenti proponere debet, ut eas ipse deferat (Caeco 1773, Π 1-2).

41 Interrogationes proponendae dividuntur in gcteralw et *particulares:* priores ordinantur ad exquirendum de generalibus personae adiunctis, hoc est de nomine, cognomine, origine, aetate, religione, conditione, domicilio et necessitudine cum partibus in causa; hae semper ct omnibus indistincte sunt deferendae, nisi sidex existimet unam vel alteram esse in casu particulari omittendam. Posteriores ordinantur ad veritatem eruendam circa factum inconsummationis et causas dapensandi. Praeterea a teste semper exquirenda est «ceotlae causa, nempe unde, quando et quomodo ea quae asserit, habeat cognita (Can. 1774).

41 ξ 1 Interrogationes sint breves, non suggestivae, roa plura complectentes, pertinentes ad causam de qua igitur, testis intelligentiae accommodatae et vulgari sermone expressae (Can. 1775).

i 2. Partes et testes ct periti oretenus responsiorcj reddant Non praemoneantur de interrogationibus faciendis, nec eis permittatur depositionem legere, nisi ia aliquo casu particulari iudex opportunum censeat sacre ut pars interrogata aliquod grave documentum legat quod eius dicta comprobare vel eius memoriam adiuvare valeat (Can. 1776-1777).

44. 5 1. Partis, testis et periti responsio ex conticenti redigenda est scripto ab actuario, non solum quod ad rabstantiam spectat, sed etiam quod attinet ad editi testimonii verba (Can. 1778).

1 1 Si verba referri non possunt, vel quia nimis praecipitanter prolata, vel quia impropria et inter se den logice connexa, iudex dictabit responsionem in actis redigendam.

i 3. Actuarius interrogationes iam ln scriptis exa«2 ratas non referet; / sed responsiones ex ordine designabit eodem numero quo notantur relativa interrogatoria; interrogationes vero *ex officio* additas ad verbum referet

45. Actuarius in actis accurate singulis vicibus adnotet iurisiurandi praestationem, et generaliter omnia me*ζογλ* digna, quae forte acciderint cum examina explente (Can. 1779).

46. Parti et testi et perito antequam ab auditorio c.scedant, debent legi quae actuarius de iis quae viva voce quisque testatus est, scripto redegit, data eidem parti et testi et perito facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi. Cum autem is responderit se nihil asphus habere quod dicat aut mutet, iterum iusiuran**to** dc veritate dictorum et de secreto servando emittat in Appendice, η. XX). et deinde depositioni subscribere iubeatur. et post eum subscribant iudex, defensor vinculi et actuarius (Can. 1780, §5 1-2).

47. i 1. Pars oratrix aut conventa poterit iterum ad mmea vocari vel ad instantiam partis aut defensoris vjxuli. vel *ex officio* a iudice, audito vinculi defensore; et partes etiam poterunt inter se *conferri* (vulgo *confroztare),* si expediat ct omne rixae aut scandali sit remotum periculum.

I 2. Item testes et periti poterunt, partibus aut defensore vinculi id postulantibus, vel id statuente iudice « *officio,* ct audito vinculi defensore, denuo ad examen vxari, et circa iam attestata, vel circa nova facta vel Taertiones ex processu emergentes, interrogari (Cawn 1772. H 2-3).

Î 1 Quoties id expostuletur a partibus, iudicis est «o decreto, audito vinculi defensore, eiusmodi postulationem reiiccre vel admittere, cauto, si admittat, quod pc&ximum omnis collusionis aut corruptelae periculten absit (Can. 1781).

§ 4. Cum pars vel testis vel peritus novo examini submittitur, eadem serventur, congrua congruis referendo, quae de partium et testium examine infra edicuntur n. 68. § 2. et 69.

48. In conficiendis actis, seu in relatione scriptis redacta de iis quae fiunt aut decernuntur in sessionibus tribunalis, lingua latina adhibeatur; citationes vero, iusiurandum a partibus, testibus et peritis praestandum, interrogationes et responsiones, nec non relationes et vota peritorum, lingua vernacula exprimi possunt

49. Documenta, quae lingua latina, italien aut gallica exarata non sint, latine reddantur ad verbum. Item acta quae lingua latina, italica aut gallica redacta non sint, in unam ex iis linguis authentice vertantur. Si ad versionem faciendam interpres foret adhibendus, is a iudice, audito vinculi defensore, eligatur, eique, sicuti aliis tribunalis ministris, duplex iusiurandum erit deferendum. nempe de munere fideliter obeundo et de secreto servando (cf. in Appendice, η. XXI)./ 403

CAPUT VII

Dc examine partium

50. § 1. Primo ille coniux audiatur, qui supplicem libellum porrexit et est veluti actor in causa. Iudex eidem, praemisso iureiurando, interrogationes deferat a defensore vinculi concinnatas et clausas sibi traditas. Alias addat *ex officio,* si necessarium aut utile putaverit ad veritatem accuratius exponendam: in interrogationibus conficiendis et proponendis, subiecta in Appendice specimina inspiciantur.

5 2. Si uterque coniux dispensationem efflagitet, opportunum, ut plurimum, est uxorem antea examini subiicere, et in examine erunt praecipue diligenter perquirendae rationes ob quas ambo coniuges in dispensatione efflagitanda consentiunt et concordant

§ 3. Quia his in adiunctis maxime pertimescenda est collusio, veritas sedulo perquirenda erit per testes *ex officio* inducendos.

51. Uxori, oratrici vel conventae, post interrogationes generales, interrogationes speciales, prudenter pro adiunctis variandae, deferantur, iuxta formulam in Appendice, sub η. XIX.

52. Item viro, oratori vel convento, eaedem interrogationes proponi poterunt, quibus aliae pro rerum adiunctis magis accommodatae, addiciendae erunt (cf. in Appendice, sub η. XXIV).

53. Cum uxor virum de impotentia, sive absoluta sive relativa, insimulet, tunc a viro expetatur ut sese submittat corporali inspectioni, ad normam ss. canonum et harum regularum, n. 84).

54. Nisi certo aliunde constet, nunquam praetermittenda est interrogatio parti facienda, ut referat quando et a quo didicerit matrimonium ratum et non consummatum a Romano Pontifice posse dispensatione dissolvi.

55. § 1. Parti quae secundo loco interrogatur, si eius responsiones in pluribus et notabiliter discrepent a responsionibus alterius coniugis, erunt a iudice novae *ex officio,* vel ad instantiam defensoris vinculi, proponendae interrogationes, ad difficultatem et dubitationem diluendam, facta vel minus mentione coniugis contradicentis, prouti casus ferat et prudentia suggerat.

§ 2. Quoties rei gravitas postulet, iudicis est, audito vinculi defensore, *ex officio* vel instante altero coniuge aut vinculi defensore, partem ad novum examen vocare ad praescriptum n. 47, in quo novae interrogationes seu contestationes proponentur./

§ 3. Si responsiones in novo examine exceptae rem non undequaque expediant, sed viam videantur aperire ulteriori veritatis investigationi, altera parte quae primo loco fuit interrogata iterum ad examen vocata, eidem in contestatione ponantur responsiones ab adverso coniuge redditae, non exclusa collatione partium inter se. ct firmo praescripto n. 47.

56. § 1. Iudex nunquam omittat interrogare partes circa existentiam causae ad impetrandam dispensationem invocatae.

5 2. Huiusmodi interrogationem iudex etiam faciat testibus, qui de re edocti verosimilitcr praesumantur.

57. δ 1. Antequam finiatur examen ct praestentur quae statuuntur n. 46. iudex a parte petat ut produ-

cat testes septimae manus: et alios etiam, si quos habeat. de petitae dispensationis oblecto instructos.

i 1 Sedulo quaerendum est α parte, quoties alter coniux sit contumax, ut Indicare velit testes qui cum sint de istius familia aut vicinia aut eius res domesticas cognoscant, probabiliter utile testimonium praestare valeant

caput vm

De *testium productione et aliis probationibus ad rem Jacientibus*

58. In his causis. debet uterque coniux testes, qui *septimae manus* audiunt, inducere, sanguine vel affinitate sibi coniunctos, sin minus vicinos bonae famae, aut alloquta de re edoctos, qui furare possint de ipsorum comugum probitate, et praesertim de veracitate circa rem deductam in controversiam (Canon 1975. fi 1).

59. Testimonium septimae manus. ut ipsa denominatio innuit, septem testibus ex utraque parte inductis, hoc est septem ab una et septem ab altera, constare debet. Quod si tot testes haberi nequeant, sufficere poterunt pauciores; ratio tamen in actis referenda est. cur septenarius numerus haberi non potuerit

60. fi 1. Testimonium septimae manus est argumentum credibilitatis. quod robur addit depositionibus coniugum. sed vim plenae probationis non obtinet nisi aliis adminiculis aut argumentis fulciatur (Canon 1975, 5 2).

5 2. Testes septimae manus, quatenus sunt de credibilitate, eo maiorem sibi conciliant fidem, quo potiora habent documenta de sua probitate. Habendi sunt autem quasi testes *de scientia,* et hinc maximam faciunt fidem, cum referunt se ex contagibus aut cx proximioribus parentibus, tempore non suspecto (ut infra, n. 70), 4C5 didicisse matrimonium mansisse inconsummatum./

61. Testibus septimae manus ludex alios testes cx *officio* adiungere potest, imo debet, quando scilicet testes septimae manus vel a parte non inducantur, vel tres tantum aut quatuor inducantur, vel ad rei veritatem illustrandam, etsi septem vel plures ab utraque parte producantur, insufficientes sint.

62. Inductio testium ex *officio* non est praetermittenda. cum ex actorum instructione ediscitur, alias adesse personas de re controversa edoctas, vel quae alio modo utilem attestationem reddere valent

63. fi 1. Si partes, aut earum altera, petant sibi pandi nomina testium ab adversa parte aut ex *officio* productorum, iudex, audito vinculi defensore, excluso quovis periculo corruptionis aut collusionis, et nisi aliquod obstet impedimentum, id indulgere valet suo decreto. quod in actis referri debet

fi 2. ludicis tamen est diferre. prouti casus ferat, nominum publicationem, postquam testes suam reddiderint attestationem.

M. 1 1. Argumentum ex corporis mulieris inspectione deductum, per se. semper requiritur, nisi ex diunclis inutile evidenter appareat (Can. 1976; cf. infra. sub n. 85), vel aliunde haberi non posit, prouti sl mulier sit vidua aut corrupta.

§ 2. Quod si pars, non obstante iudicis decreto, absolute renuat inspectioni se subiicere, ex adiunctis aestimandum erit cuinam causae attribuenda sit haec recusatio: ct utrum huius probationis defectui suppleri debeat per alia argumenta seu probationes.

65. Praeter argumentum physicum, quod natum est complere probationem per partium confessionem et per testes septimae manus allosque testes exhibitam, adsunt quoque argumenta et adminicula; et argumentis accendemus documenta; adminiculis, indicia et praesumptiones.

CAPUT IX

De examine testium *septimae* manus

66. Inchoatur horum testium examen ab iis qui inducti sunt a parte oratrice, et quidem a parentibus proximioribus, qui praesumuntur magis instructi, postea audiantur extranei, uti famuli et viciniores, si qui sint Hic ordo tamen In auditione testium non est necessario servandus, et integrum est iudici unum alteri praeferre. Si quis testis inductus obierit, vel in iudicium non comparuerit. servetur n. 26; si vero eo, ubi tribunal adunatur, se conferre non possit, audiatur iuxta normas nn. 06 23 et 247

67. In his testibus examinandis iudex, delato iureiurando et factis interrogationibus generalibus, testi proponat interrogationes sibi a vinculi defensore tradendas clausas et obsignatus, quae esse poterunt uti habentur in specimine η. XXVII.

68. £ 1. Antequam testis dimittatur, ei legendae sunt responsiones factae a coniuge qui cum uti testem produxit, ut dicat utrum asserta in attestatione veritati respondere censeat et fide digna habeat.

§ 2. Si iudici non videatur opportunum aut non expedire integram depositionem legere» vel quia ea refert quae verosimiliter coniux non vult testibus nota fieri, vel quia periculum subesse potest collusionis, ex parte legere valet, vel etiam nulHmode legere salva eiusdem iudicis facultate proponendi appositas interrogationes ex *officio,* vel curandi ut a defensore vinculi opportunae contestationes fiant In interrogatorio ab eodem de more concinnando, firmo praescripto n. 47.

69. Expicto examine, legitur testi integra depositio, rogatur an menti suae plene respondeat, et. vel habito responso affirmante vel factis expetitis emendationibus aut additamentis et praestito duplici iureiurando. iuxta n. 46. subscribit ipse, et cum eo subscribunt iudex. deïensor vinculi et actuarius.

70. In his testibus excutiendis, maxime curandum est, ut si quid protulerint causae meritum directe attingens. semper ab cis exquiratur unde, quomodo. *quando* haec didicerint, ut pateat an tempore non suspecto ea cognita habuerint (Can. 1774). Causam enim valde iuvant partium confessiones extraiudiclales tempore non suspecto prolatae; eo nempe tempore, quando de hac quaestione introducenda ne cogitabatur quidem, nec aliae suberant rationes veritatem occultandi aut falsum proferendi.

CAPUT X

De testibus. praeter alios septimae manui. ad instantiam partium, vel ex *officio a iudice inducendis*

71. fi 1. Cum proprium sit testimonii septimae manus ut sit argumentum credibilitatis (Can. 1975. fi 2). quoties alios testes inducere praestat ad complendam probationem, hi de scientia magis quam dc credibilitate sint oportet

§ 2. Hi producuntur vel ex *officio* a iudice, audito vinculi defensore aut hoc instante; vel ad instantiam partium.

72. Quoties prudenter timeatur collusio inter partes, aut inter testes septimae manus et partem producentem. vel ipsum testimonium septi/mae manus insui· 4 ficiens habeatur, nisi aliis argumentis aliunde veritas evincatur, citandi sunt testes ex *officio.*

73. Quod si argumentum physicum impotentiam neque probet neque excludat, aut physicam mulieris integritatem non adesse arguat, sed non excludat laesiones potuisse aliunde oriri quam ex naturali matrimonii usu. tunc expendat iudex an sit locus complemento probationum aut per testes aut per alia argumenta.

74. Interrogationes his non minus ac aliis testibus faciendae, sunt a defensore vinculi concinnandae, ac iudici exhibendae modo et ratione supra determinatis; iudici non minus fas est. alias interrogationes ex officio proponere.

CAPUT XI

De instrumentis

75. Redditas attestationes magis explicant, quatenus res ferat, et corroborant instrumenta. Haec, alia sunt publica et alia privata. In his causis inter instrumenta publica potissimum habetur fides authentica celebrati matrimonii, e paroeciae regestis deprompta, quoties haec in causae Instructione requiratur. His accensentur acta et sententiae tribunalis civilis, si apud illud dc controverso matrimonio nliqua causa pertractata fuerit Documenta privata communiter sunt epistolae a contagibus inter se vel ad alios datae, et scriptae attestationes in favorem unius vel alterius partis exaratae.

76. Utriusque generis documenta aliquando paries sponte exhibent, sed aliquando iudicis erit ex auctoritate sua perquirere, et de lis partes vel testes in examine Interrogare. Si pars aut testis documentum exhibere recuset, iudex. audito vinculi defensore, vel eo postulante, decreto suo statuat an et quomodo eiusdem documenti exhibitio facienda sit (Can. 1824).

77. I 1. Documenlïï quaecumque fidem non faciunt, nisi constet esse authentica et genuina.

I 2. Documentum privatum, uti epistola, etc., probat pro vel contra suum auctorem, perinde ac attestatio $eu confessio cxtrniudicialis, cuius pondus ex circumrtsntiis desumitur, et in genere haec documenta aestimantur maxime a tempore quo prolata fuerunt, ad normam n. 70.

78. Si documentum alicuius momenti in causa exhibentur carens debitis formis pro fide facienda, iudicis erit curare er *officio,* aut ad instantiam defensoris vinculi aut partium, ut quae necessaria sunt compleanrt tur, ne causa tali adiumento privetur./

CAPUT XII

De indictis et *praesumptionibus*

79. f 1. Matrimonium non praesumitur mansisse inconsummatum; quare in singulis casibus allegata causa inconsummationis sedulo investiganda est

j 1 Factum vero cohabilationis coniugum *praesumptionem iuris* constituit de secuta consummatione (Can. 1015, 5 2).

80. Matrimonii inconsummatio ex sequentibus causis impedientibus, ut plurimum, procedere solet:

a) cx defectu veri consensus in matrimonium;

b) ex vi et metu;

c) ex adversione et odio in ipso vitae coniugalis initio exortis inter sponsos;

d) ex impotentia sive absoluta sive relativa.

81. Externa vitae coniugalis ratio et circumstantiae, ex quibus ad causam inconsummationis adstruendam argumentari fas est, illud probationis genus constituunt, quod ez indiciis *et praesumptionibus* appellatur. Indicia et praesumptiones sunt *levia, gravia* et *gravissima,* pro minore vel maiore cum inconsummationis causa necessitudine.

82. Facta vero et circumstantiae, quae unam vel alteram ex causis n. 80 recensitis indicant, praesumptionem faciunt in favorem inconsummationis.

83. Iudicis et defensoris vinculi officium erit aptis interrogationibus e testium ore colligere, cuinam causae inconsummatio tribuenda sit. Res est magni momenti, cui omni cura adlaborandum est; facta enim et circumstantiae quae unam alteramve ex praefatis causis indicant et determinant, probationes iam aliunde collectas valde corroborant.

CAPUT XIII

De inspectione corporali

81 f L In causis inconsummationis requiritur uxoris inspectio corporalis, per peritos facienda, uti infra exponetur, nisi ex adiunctis inutilis evidenter appareat; quo in casu processus ad exitum erit perducendus ex morali argumento, adminiculis suffulto, seu aliis probationibus ad nonnam n. 64.

i 1 Viri corporalis inspectio quae, ut plurimum, valde confert ad tute adstruendum factum inconsummationis, non est praetermittenda cum inconsummatio tribuatur eius impotentiae absolutae vel relativae, et abunde de uxoris physica integritate plena non habea-
<3 tor probation

Î 1 Hisce in casibus sl vir renuat se inspectioni rabiicere, probabiles rationes huius recusationis sunt in actis referendae, et suppletoriae probationes, si haberi pcsdnt, trunl comparandae.

85. In casu dubii de corporali inspectione facienda aut omittenda, decisio spectat ad iudicem, audito vinculi defensore, salvo iure defensoris vinculi se opponendi decreto, ad tramitem nn. 22 et 28.

86. Inspectio corporis uxoris omittitur, utpote inutile. in sequentibus casibus:

al si consummatio haberi non potuit, quia nec tempus nec locus nec modus adfuerunt matrimonii consummandi;

b) si certo iam constet de mulieris defloratione 'Can. 1976).

87. Iudicis est peritos, medicos aut obstetrices eligere vel designaro, audito vinculi defensore (cf. In Appendice, n. XXVIII). Ii prae ceteris eligantur, qui non tantum idoneitatis testimonium a competenti magistratu obtinuerunt, sed etiam qui artis suae experientia insignes habentur, et honestatis ac religionis fama praefulgent Qui non habiles ad testimonium ferendum sunt iuxta can. 1757, nec ad periti munus exercendum assumi possunt. Item nec assumantur, qui in adiunctis versantur in can. 1613, 5 1, adnotatis, si nempe ob consanguinitatem vel affinitatem cum partibus, aut propter amoris vel odii sensus erga partes easdem, aut etiam ob commodum vel incommodum sibi obveniens ex causae decisione, suspicio de eorum probitate in iudicio vel voto ferendo oriri possit

88. Ad periti munus exercendum etiam illi ne admittantur, qui coniuges private inspexerint circa factum cui innititur petitio declarationis inconsummationis. Licet tamen et congruit hos tamquam testes inducere (Can. 1978). nunquam tamen praetermittatur, quatenus fieri possit, eorum scriptas attestationes referre inter instrumenta.

89. § 1. Ad mulierem vero inspiciendam duae obstetrices. quae legitimum peritiae testimonium habeant debitaque in arte sua experientia polleant, ex *officio* designentur. Integrum est tamen mulieri inspiciendae expetere ut loco obstetricum, a duobus medicis, pariter ex officio designandis, inspiciatur; quod et Ordinarius, si necessarium duxerit, decernere potest, audito vinculi defensore, praecipue ob aliquod dubium fraudis, scilicet quod praesidia artis adhibita sint ad reparandas partium laesiones (Can. 1979. §§ 1-2).

6 2. Quod si, ob singulares locorum circumstantias, impossibile vel valde difficile aliquando fuerit, ut duae peritae obstetrices aut duo medici reperiantur, tolerari poterit ut inspectio fiat ab uno perito et ab una obstetrice (cfr. *Instr. S. C. S. O.,* a. 1883, *Quemadmodum matrimonii foedus,* tit. VI. art. 5, n. 49 [ASS 18 (1885) 344- 368; CICF n. 1076). Si. ob easdem circumstantias,/ 410
neque hoc obtineri valeat, tolerari etiam poterit ut inspectio fiat a duabus matronis seu mulieribus nuptis, moribus et aetate gravibus, et ad rem idoneis. Quoties peritia a duabus matronis, uti supra, peracta fuerit, curandum erit ut earum relationes examinandae subiciantur uni vel duobus in arte peritis, ibidem vel alibi commorantibus, ut suum proferant votum circa conclusiones ex matronarum relationibus deducendas.

90. In inspectione mulieris, sive ea a peritis medicis, sive ab obstetricibus fiat, sequentia observanda sunt

α) plene serventur Christianae modestiae regulae;

b) adstet semper honesta matrona, *ex officio* designanda:

c) inspectionem exsequantur seorsim singuli, vel singulae;

d) in exploratione honesta quidem methodus et cautelae adhibeantur, prout scientia ac prudentia opportune suggesserit; et de iis quae adhibita sint, mentio in relationibus fiat;

e) pariter singuli vel singulae seorsim conficiant relationes intra terminum a iudice praefinitum tradendas;

D relationes sive a medicis sive ab obstetricibus confectas, iudex alterius medici examini subiicerc potest, si id opportunum existimaverit (Can. 1979-1980).

91. In matronam eligatur mulier aetate gravis, religione et honestate spectabilis, corruptioni et deceptioni non facile obnoxia, quae, praestito iureiurando, officii sui partes eiusque gravitatem intclligat, ac de eo rite functo, coram tribunali relationem reddere valeat (cf. formulam in Appendice sub η. XXIX).

92. Ratio exsequendae inspectionis haec erit.

Iudex locum designat, in quo ea est peragenda, et mandabit quod mulier prius balneo subiiciatur, servatis suetis conditionibus aauae tepentis, ct temporis, quod non brevius dimidia nora esse debet Quod si designati periti, medici vel obstetrices, censeant in casu balneum vel omnino esse inutile, vel potius nocivum, iudex, perpensis adiunctis, rem definiat, audito defensore vinculi, prout in casu magis expedire iudicaverit

Periti autem expleant suum examen, ut distincte referre valeant de singulis signis quae mulieris integritatem inferre sinunt vel potius eidem refragantur; in id etiam caute advertentes, ne apparens integritas callide, medicinalis artis ope. fingi potuerit.

93. § 1. Periti, medici aut obstetrices, suam seorsim scriptam relationem peragant (cf. n. 90, r) circa con-

clusiones ex inspectione deductas, et postea erunt singuli a iudice interrogandi, iuxta interrogationes seu articulos a defensore vinculi antea concinnatos, iisque ipsi, praestito iureiurando. respondeant; et examen absolvatur servato praescripto n. 46. Vinculi autem de-
411 fensor peculiares articulos et interrogationes/ praesertim eruat ex relationibus ab iisdem peritis exhibitis (Can. 1981; cf. in Appendice, nn. XXX et Γ
nti vero perspicue Indicare debent qua via et ratione processerint in peragenda inspectione, ct quibus potissimum argumentis sententia ab ipsis prolata nitatur (Can. 1801. f 3).

f 2 Quod si periti discordent sive quoad ea quae perlustrando repererint, sive in conclusione finali, iudex poterit relationem unius periti submittere iudieio alterius. ut explicet ex quo repetenda sit contradictio; et, si casus ferat, etiam permittere poterit ut inspectio fiat collegialiter. et votum collegiale habeatur, sed deinde seorsim periti interrogentur (cf. can. 2031, n. 5); nisi idem iudex peritiorem eligere magis expedire iudicaverit, qui super relatis a primis peritis suffragium proferat, facta ei quoque, si casus ferat, potestate inspectionem denuo peragendi; aut novos de integro peritos adhibere (cf. can. 1802 et 1803).

94. Postremum in iudido vocanda erit matrona, quae inspectioni adstitit, et, delato iureiurando. ad rem interrogetur (cf. in Appendice, η. XXXI).

95. Ad inspiciendum virum, si casus ferat, duo periti medici ex *officio* deputari debent (Can. 1979. 5 1); qui, praestito iureiurando de munere fideliter implendo et de secreto servando (cf. in Appendice, η. XXIX), monendi erunt. ut artis praesidiis utantur licitis et honestis, et referant, iuxta medicinalis doctrinae placita, indicia seu argumenta quae potentiam virilem adstruere aut excludere videantur.

CAPUT XIV

De procexrur *conclusione*

96. f 1. ludex processum clausum ne decernat, nisi prius vinculi defensor declaraverit sibi nihil inquirendum superesse, et etiam ad hoc auditis partibus.

5 2. Antequam decretum conclusionis edat, iudex acta attente consideret, partium ac testium depositiones inter se et cum ceteris a processu emergentibus conferat. et videat an sint quaedam incompleta et contradictoria aut ambigua. Si quae huius generis repererit. audito vinculi defensore, partes aut testes, prout opus fuerit, iterum citet et, appositis interrogationibus, quae vel supplenda vel declaranda sunt exquirat, aut etiam per testes ex officio inductos, suppleri vel declarari satagat

5 3. Item antequam conclusioni annuat vinculi defensor. actorum examen instituat, ut expendat utrum ea sint ulterius complenda ad normam harum rcgula-
412 nun (cf. in Appendice, η. XXXIII)./

97. I 1. Clausa procesus Instructione, iudex neque ad ipsius processus publicationem, neque ad sententiam super ipsa inconsummatione et causis ad dispensandum deveniat (Can. 1985).

5 2. Nihilominus si partes aut harum altera, post conclusionem, petant sibi ostendi vel testium nomina aut eorum responsiones vel aliquod documentum, idque postulent gravi de causa, iudex. audito defensore vinculi, necnon parte cuius intersit, si casus ferat, hoc indulgere valet, intra limites tamen probatae necessitatis, et excluso quovis periculo collusionis et corruptionis; de publicatione autem processus aut alicuius partis, expressa mentio in actis facienda erit

98. I 1. Clauso processu, vinculi defensori acta omnia tradantur, qui suas animadversiones conficere debeat. in primis animadvertens an regulae hucusque traditae in processus Instructione observatae fuerint, necne.

i 2. Deinde acta omnia una cum voto scripto Episcopi (can. 1935). vel, sede vacante· Vicarii capitularis vel Administratoris apostolici. vel alterius legitime Episcopi vices facientis (Can. 429 et 431). et defensoris vinculi, transmittantur ad H. S. Congregationem.

99. Praesentes regulae in instruendis processibus de non consummatione semper erunt adamussim observandae, et si aliquando ab eis aequa ratio suadeat esse recedendum, iudex de huius rei motivo rationem reddat in actis, ut constet de inobservantiae causa.

100. Harum regularum observantia Ordinariis potlssimum committitur, ct ad eos spectat a scipsls constituta tribunalia vigilare, ne ab iis deflectant Ipsis proptcrea integrum est, pro sua prudentia, quovis processus momento, acta examinare, consilia et monitiones officialibus dare, et eos gravi de causa, ipso iudice subdelegato non excluso, audito vinculi defensore, removere. Si ouando his remediis fuerit locus, vel aliud secutum sit Inconveniens, cum neta transmittuntur, dc rc Apostolica Sedes certior reddatur.

101. § 1. Acta iudlcialia. sive *acta causae,* sive *acta processus (cf.* can. 1642). transmittantur ad H. S. C. in authentico exemplari, cum indice omnium actorum et documentorum, ad normam can. 1644.

i 2. Quod si valde grave sit, sive ob necessarias expensas, sive alia de causa, exemplar authenticum ad S. C. transmittere, fas sit Curiae transmittere Ipsa acta originalia, iis tamen cautionibus adhibitis, quae pro locorum conditionibus suppetunt ad tutam documentorum transmissionem./

CAPUT XV

De rescripto pontificiae dispensationis eiusque expeditione

102. Dispensatio super matrimonio rato et non consummato a Romano Pontifice directe conceditur, et expeditur per rescriptum in forma gratiosa, ab Emo Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, vel ab alio Emo Cardinali eius vices fungente, nec non a R. P. D. Secretario, aut a Subsecretario eiusdem S. C. subsignatum.

103. Attenta eiusmodi forma, rescriptum effectum habet a temporis momento quo in die audientiae Summus Pontifex dispensationem concessit, dummodo tamen eo momento preces veritate nitantur, tum quoad matrimonii inconsummationem, tum quoad dispensationis causas (Can. 41). Quod si unum vel alterum desit, rescriptum, utpote obreptionis vel subreptionis vitio infectum, impetranti minime suffragatur.

104. In rescripto dispensationis super matrimonio rato et non consummato continetur, quamvis non expressa, vi can. 1053, altera dispensatio, si forte opus sit, ab impedimento ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii proveniente.

105. Dispensationis rescriptum, solutis expensis, parti impetranti idemque postulanti traditur aut remittitur, et Ordinario exhibendum est (Can. 51); verum ex officio ipsa Sacra Congregatio eidem Ordinario exemplar authenticum rescripti dispensationis directe dabit

106. Ordinarius, de dispensatione per authenticum documentum certior factus, parocho tum loci contracti matrimonii tum suscepti baptismatis sive viri sive mulieris. prouti casus ferat, quamprimum mandabit ut in libris metrimoniorum et baptismorum de obtenta dispensatione adnotatio fiat.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, dic 7 maii anno 1923.—M. Card. Ltca. Praef. A. Capotosti. Ep. Thermen.. SecrJ (II

APPENDIX

SEU PRAECIPUORUM ACTORUM FORMULAE. QUAE UTILITER ET OPPORTUNE ADHIBENTUR IN HIS CAUSIS

I. SUPTIXX UBXLLUS UXORIS ORATRICIS

Beatissime Pater.

N. filia .... e dioecesi .... civitate .... anno naU conditione .... domlcilum habens in civitate .... via .... suo paroecia .... ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provoluta. quae sequuntur exponit:

Dte mense . . anno .... oratrix, tunc annum agens . . praemissis denunciatxonibus a iure statutis ac ritu civili, matrimonium, in paroeciali ecclesia . .. cum N. N., filio ~. e dioecesi .... et civitate .... tunc annorum .... professione , rite contraxit.

Sed hoc matrimonium, contra oratricis ingenium, ad exitum perductum fuerat ab eius matre, quae omnem movit lapidem ut filiae animum sibi conciliaret; et cum nullum ab eiusmodi nuptiis daretur effugium, oratrix ad matrimonium celebrandum accessit, sperans fore, ut sensim sine sensu amor erga virum enasceretur.

At spem fefellit eventus, nam contugall consortio vix instituto, vir pravam indolem pandit, ideoque defectus amoris in aversionem prorupit. Quapropter quindecim ab inito matrimonio diebus elapsis, vir, oratrice relicta, ad pa-

tecum domum remeavit ; postero autem die. ipsa, urgente autre, virum assequi debuit: quocum Lumen vix quinque diebus transactis, ad matrem reversa est, malens potius roorl. quam cum eo intolerabilem vitam dueere.

Tum ex hoc capite vir separationem a civili tribunali petiit atque obtinuit. Oratrix vero, apprime sibi conscie de non secuta matrimonii consummatione, tum ob perversam rtri voluntatem, tum ob defectum amoris, imo aversionem ipsius oratricis, ad pedes Sanctitatis Vestrae confugit, Apoitobcam dispensationem super matrimonio rato et non conrumnuto misericorditer implorans.

Rationes autem ad petendam dispensationem sunt: Γ invincibilis oratricis aversio ergo virum, absque ulla spe
ñ reconciliationis: 2· inconti/nentiae periculum, attenta cius iuvenili aetate; 3 desiderium transeundi ad alias nuptias, eidem nuper oblatas.

Et Deus. etc.

Datum .... die ... mensis ... anno ...

N, N. (Subscriptio, si fieri potest, manu Ipsius oratricis).

Si libellus detur a viro, similiter exaratur, mutatis mutandis, genuina peracta factorum expositione.

H Litterae Ordinarii ad parochum, vel auum in casu magis IDONEUM PRO INFORMATIONE ET CONIUGUM RECONCILIATIONE

Revftus Ordinarius N., adnexum libellum N., uxoris orairlds. transmitti iubet ad Reverendum N., parochum N., dque committit ut reconciliationem oratricis cum coniuge *pro* viribus et pastorali prudentia, per se aut per alium, curet. Quatenus vero praefati coniuges ad concordiam adduci nequeant, idem parochus distincte instructam hanc Curiam reddat dc antecedentibus, concomitantibus, et subsequentlbus matrimonii celebrationem, nec non dc causis petitie dispensationis matrimonii Inter eos initi; ac anui de probitate ct credibilitate tum viri tum uxoris: et congruit ut allegetur fides de huius matrimonii celebratione ex integro, prout lacet in regesto matrimoniorum.

Interim etc. Die... N,, Vic. Gen.

L t S. *N,,* Curiae Ep. Cancellarius.

Si forte parocho non expediat dare mandatum reconciliationis coniugum. alii personae prudenti et idoneae, si fieri queat sacerdoti, committi potest

III. Responsum parochi, si partes reconciliationem renuant

lilAe ac Revflie Domine.

N-, (mulierem, si eam antea interrogari earpediai), antea ilkqui curavi, quae sui matrimonii vicissitudines exposuit, et suam valetudinem conlugali convictu labefactari, necnoa necessitatem dissolvendi matrimonii monstravit. Post eim allocutus sum virum : qui ad cohabitatlonem restaurandam se paratum exhibuit, sed omnino desperat, ob uxoris pervicaciam.

Ia reconciliatione non ulterius insistendum censui, cum matrimonium saltem absque amore ex parte mulieris initum videatur, ac verisimilis sit inconsummatio. et aliunde
414 periculum Incontinentiae exstet ex/ parte oratricis» quod ut gravis causa pro dispensatione adducitur. Ex percontationibus peractis, de probitate et credibilitate utriusque ocnlugis satis constare videtur, ita ut fides eorum assertionibus praestari possit.

Praesentibus allegatur testimonium de celebratione matrimonii dictorum coniugum. ln authentico exemplarL

Datum ex paroecia N., die ...

Obsequentissimus subditus

L t S. N.

IV. Informatio Ordinarii ad S. C. de disciplina Skaakentorum, rr petitio facultatis conficiendi processum

Efte ac Revflle Domine.

Transmitto ad Em. Vestram Revffiaxn adnexum libellum, quo muller N. dispensationem implorat matrimonii ab «dem contracti cum N., utpotc tantum rati : ac simul transmitto documenta (ut *informationem parochi,* ct alia W *habeantur),* necnon testimonium de celebratione matnmonli. ex quibus colligi potest oratricem fidem mereri. Quapropter cum libellus fundamento niti videatur, illum «ounendo. humiliter postulans, ut quatenus E. V. visum fuerit, facultas mihi tribuatur conficiendi processum super «-'■«modi matrimonio, quod contenditur ratum ct non conranmatum, facta expressa facultate subdelegandi.

Inierim S. Purpuram reverenter deosculor.

Datum cx Curia Episcopali, die ...

Addictissimus famulus.
N., Curiae Cancellarius.
N., Episcopus.

V. Actus subdelegationis peractae ab Ordinario et deputationis officialium

Cum Eflius ac Revfllus Dominus .... S. R. E. Card.. Praefectus S. C. de disciplina Sacramentorum, litteris datis v ' lnstructos fecisset de mandato ab eadem S. C. »obls commisso, ut processum conficiendum curemus ad "zrnum iuris. praesertim *Regularum* eiusdem S. C. diei 7 ••I i 1923 ac diei 27 martii 1929. super asserta inconsummatione matrimonii contracti ab *N.* cum N. .... et causis petitae dispensationis, expresse addita potestate subdelegandi; Nos per praesentes litteras ad eiusmodi processum conficiendum Judicem sub-delegamus Revflium. D. N.. qui sese gerat ln omnibus ad tramitem Codicis I, C. et iuxta citatas *Regulas,* necnon Iuxta/ peculiares Instructiones a 417
S. C. in praefatis litteris datas. Simul autem eligimus ac deputamus:

Defensorem vinculi R. D. N.

Actuarium R. D. *N.*

Datum .... ex aedibus Nostris, die ... mensis ... anno ...

N.r Episcopus.

L t S. N., Cancellarius.

Si gravitas causae vel alia difficultas id suadeat, eodem decreto, vel in causae decursu, simili forma eliguntur qui vice iudicis subdelegatl fungatur, necnon defensor vinculi et actuarius substituti,

VI. Tribunalis constitutio

Dioecesis N.

Dispensationis matrimonii N.-N. *quod contenditur ratum et non consummatum*

Sessio I

Anno Domini .... mense .... die , hora ... In urbe ... , in aedibus ... adsunt:

Iudex subdelegatus Revfflus D. N.

Defensor vinculi Rev. D. N.

Actuarius Rev. D. N.

Revlhus Iudex communicat:

1. Litteras S. C. de disciplina Sacramentorum, datas die .... quibus Ordinario N. committitur Instructio processus in causa super matrimonio quod contenditur ratum et non consummatum Inter N. et N.

2. Litteras Revflil Ordinarii *N.,* datas dic .... quibus (nisi ipse *per se gerat suum munus)* subdelegat officium iudicis eidem Revflto D. N.: nec non deputat alios officiales supra scriptos: videlicet ut defensorem vinculi. Rev. D.. N. ct ut actuarium. Rev. D. N.

3. Supplicem libellum *N,,* uxoris oratricis, pro instituendo processu.

Tum Iudex instructor (nisi sit ipse Episcopus» cf. *Regulas* n. 19) ac singuli ministri tribunalis lusiurandum praestant de suo cuiusque officio rite ac fideliter adimplendo et de secreto servando, formulis adhibitis quae exstant m Appendice *Regularum* S. C. (v. infra nn. VII-IX).

Quibus peractis, Iudex decernit ut exemplar libelli intimetur viro, parti conventae, necnon ut idem libellus allegetur actis Inquisitionis, prout etiam praefatae litterae S. C. et litterae subdelegationis Revflii Ordinarii.

Item Iudex constituit diem .... horam .... et aedes . . pro tribunalis proximo conventu, in quo oratrix examini sublidatur, mandans ut eadem citetur; ac D. N. deputat ut cursorem, qui schedas citationis afferat./ 418

De hisce omnibus redacta est praesens relatio, quae subscribitur a Revflto Iudice subdclegato et a ministris tribunalis.

Die et loco ut supra.

N., Iudex subdelegatus.
N., Defensor s. vinculi. k ɛ
N., Actuarius.

VII. IüSIURANDUM PRAESTANDUM A IUDICE SUBDELEGATO

Ego N., a Revflio Dflo Ep. *N.,* subdelegatus iudex instructor *(vel deputatus ut vices geram iudicis instructoris)* in processu super matrimonio quod contenditur ratum et non consummatum inter N. et N., iuro me officium iudicis instructoris rite ac fideliter impleturum, servatis, quantum per me fleri poterit, praescriptionibus C. I. C.. ac potissimum *Regulis* a S. C. de disciplina Sacramentorum editts die 7 mali 1923 ac die 27 martii 1929, quavis personarum acceptione posthabita, et secretum servaturum. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Del Evangelia. quae manibus meis tango.

VIII. IUSIURANDUM DEFENSORIS VINCULI

Ego N,, a Revflio Domino Ordinario N. defensor vinculi legitime deputatus (uel *defensor* vinculi substitutus), pro Instruendo processu super matrimonio quod contenditur ratum et non consummatum inter *N.* et N., iuro me munus mihi collatum diligenter et incorrupte expleturum, iuxta praescriptiones C. L C. et *Regulas* a S. Congregatione dc disciplina Sacramentorum editas die 7 mali 1923 ac dic 27 martii 1929: et omnia voce ac scriptis deducturum, quae ad matrimonii iura tuenda conferri poterunt, posthabito omni humano respectu: atque officii met secretum religiose servaturum. Sic me Deus adiuvet. etc.

IX. IüSIURANDUM AR ALIIS OFTK1ALI5US PRAESTANDUM

Ego N., iuro me munus actuarii (seu actuarii substitui!) in processu super matrimonio quod contenditur ratum et non consumatum Inter *N.* ct N . mihi ab Illfho et RevrtVO Domino Ordinario N. commissum, rite ac fideliter, iuxta praescriptiones Cod. I. Can. atque *Regulas S.* Congregationis de disciplina Sacramentorum, diei 7 maii 1923 ac diei 27 martii 1929. in omnibus expleturum, et de rebus, quas

413 ratione mcl officii cognoscam. secretum omnimode servaturum. Sic me Deui adiuveU etc/

X DtmrrvH fro οταποχτ txcais oratricis

Anno Domini . die .. menrj . In ttdlbus polath epiKGpalis . ccram Revff.o D. N. Indice , Rev. D. N. defensore vinculi. neque infrascr.pto actuario:

Vxo litter-s Secr. Cbagr. de disciplina Sacramentorum die: .. quibus RAo Ordinario . facultas tribuitur conficiendi processum super asserta toconsummaiicne matrimonii inter N. et et causis petiue dispensationis;

Attentis litteris RevrfU Ordinarii diei . . quibus Re^Sura .V. rabdelegat od eiusmod: processum instruendum:

Idem ludex subdclegatis. audito vinculi defensore, ad examen uxoris oratricis procedendum esse decrevit; ideoque dictam uxorem citan mandat, ut comparcat coram praefato Judice. In aula sessionum huius s. Tribunalis, m via . num. . . anno . mense . , die . hora _ . ut examen rubeat in causa matrimoniali a se intentata

Simul nuncium dat defensori vinculi, ut ante praedictum diem exhibeat interrogatoria clausa et obsignata. uxori oratrici proponenda, atque ut examini praefatae muliens. loco, die et nora. ut supra, intersit.

N.. ludex instructor.
N.. Defensor vinculi
N., Actuarius.

L t S

De his quae mandat et rubet ludex. ln actis actuarius refert: et hoc semel pro semper advertisse sufficiat.

Similiter, mutatis mutandis. conficitur decretum pro citationibus partis convenue ac testium.

Insuper ludex mandat, ut Interea a parochis tam uxoris oratricis. quam vm convenu, ac testium, qui sunt excueodi. sin minus a Cuna, exquirantur litterae testimoniales seu documenta, quibus, accuratiori modo quo fieri possit, et sub secreto, Dgmficentur notae de honestate, religione et veraeitate utriusque comugxs ac testium, necnon alla referantur, quae necessaria et opportuna ud eorundem depositiones aestimandas videantur.

XI Lrrrnui luxns ia farochlm fartum tro imtormktioxx sltxr ηκχτητχ rr ckidizilitati coxtucum xt testtlm

(Sub MCTfio)

Cum ex facultate S. C. de disciplina Sacramentorum diei . et ex lubdelcgaUone Revihi Ordmani huius Dioecesis. in hoc 1 Tribunali Instruatur causa super asserta
420 Inconsummatiore matrimonii inlii/ inter N. et N . et causis imploratae ApcstoLcae ἄdispensat-oni instante praefata uxore N.. neeece est ad normam Repulam^ eiusdem S. C. diei 7 mah 1923 ac diei 27 martii 1329. ut sedulo Investigetur ἔ legitimum testimonium praebeatur de utnusque ccnhiçis ac testium qui inducuntur credibiiitate.

Quapropter infrascriptus ludex instructor m eidem causa. praesentibus mandat R. D. ?«„ sponsorum parocho, ut pro pastoralis rui officii sanctitate ct «ollicitudine. nd rem accurate inquirat et distincte huic Tribunali significet notas de religione ct honestate utnusque conlugis ac tesùum qui inducuntur videlicet an nempe praecepta religionis adimpleant, an bonis moribus sint imbuti, qua fama gaudeant et an eis crtdi debeat, etiam cum deponant de rebus quae ipsorum intersint, seu orca assertam matrimonii inconsummatlonem.

Insuper, pro sua prudentia, idem parochus referre velit de omnibus abis, quae ad utriusque conlugis ac testium depositiones rite aestimandas necessaria et opportuna videantur, ita ut sufficiens plenum testimonium ad praefatam S. Congregationem transmitti possit, circa rem. quae ad controversum matrimonium pertinet

Quod sl coniuges vel testes vel aliqui eorum non fuerint cogniti, opportunas inquisitiones instituat, ope sacerdotum ecclesiae paroeciali addictorum, vel alius prudentis personae, sibi bene visae, et quidem sub secreto, sed ita. ut congruae et certae notitiae colligantur.

Datum ex aedibus . die anno

N . ludex instructor.
N,, Actuarius.

L. t S.

Sl sponsi in diversis paroeciis commorentur, parochi utriusque paroeciae sunt rogandi

Qccd st coniuges oc testes petiusquam ubi impraesentiarum degunt, alia ln paroecia magis cogniti fuerint, informationes ah illo parocho opus est exquirere, vel etiam ab utroque parocho utriusque commorationis.

Quoad etiam peritos, qui et ipsi probitatem quidem et credibUitatem praewferrt debent, non semel usuvenit qued eiusmod) Informationes sint exquirendae.

XII. Imtormatxo FAROCm

Specimen retponrionu α parocho dandae. at lnJormcttones sint respective parti. au: partibus, aut testibua favorabiles; factis in textu litterarum ncceuartls mutationibus, pro sublecta maUrta.

Quod attinet od informationes a Revtho ludiee Instructore in causa expetitas litteris diei . inirascnptus parochus Ecclesiae N pro suo munere respondet. *vt* N uxorem oratricem, ln finibus huius paroeciae commorantem, piunbus abhinc annis perspectam habere; ac praesentibus litteris. quatenus slhl constiterit, fidem facit eandem multarem reh/gione et honestis moribus imbutam esse. ac bona exs- <2
stimationc gaudere, ita ut mendacio obnoxia non existimetur. Quibus attentis, oratrix Incapax periurii putatur, etiam in sui favorem, ct credibilia apparet quoad assertionem de inconsununatione sui matrimonii. Ceterum cum idem parochus. occasione porrecti ilbelli pro huius causae Introductione. rogatus α Revfho Ordinario, investigationes pereger?, et cum praefata muliere collocatus fuerit, censuit eandem sinceram et veridicam esse.

Quod autem ad virum conventum spectat, etc.

In fidem.

Ex paroecia .... dic ... anno

L t S. N . Parochus

Ex adverso, si informationes non sint favorabiles, parochus iis utatur verbis, auac a veritate minime deflectam, quaeque prudentia pro diversis casibus suggerat

Si parochus sponsos, vel testes, vel peritos non probe noverit. neque certas dc iisdem informationes aliunde, pro sua conscientia, colligere queat. Judicem in sua responsione, adductis rationibus, aperte doceat.

ludex autem tunc alias personas et apprime instructas, per se rogabit, veL si ita censucrit. per Ordinarium informationes ad rem exquiret.

XIII. Litterae Iroxus au Ordinarium (quotixs nie nos sn luaxx rx eus otera utluter postuixturi too kxquirdgu INrORMATTOXIBUS

HÜRe ac RevAe Domine.

In causa dispensationis matrimonii N. N.f quae ex subdelcgatione facta ab A. T. dic .... in hoc Tribunal instfultur, cum parochus sponsorum (vel testium ... vel p<morum). apposite rogatus, respondit sc eosdem coniuges (vel testes vel pentos .) haud bene cognitos sibi habere. neque informationes luto haurire aliunde posse, et hoc Tribunal eiusmodi informationes cx aliis fontibus excipere non potuerit. Λ. T.. pro sua ampliori auctoritate et rerum ac personarum cognitione, dignetur directe inquirere de religione, honestate et vcracitatc partium <vcl testium, vel perttorum). Ita ut eorum depositiones seu relationes rite aestimari valeant.

Interim, etc.

Datum . . die ... anno ...

Addictissimus famulus
L t S. N., ludex subdelegatuv
Actuarius./ 42

XIV. LxrrxHAr Ordinarii ad colligendas iradatas EXTRAORDINARIAS INIORNIATIO.XIS

(Sub accreto»

Cum ex facultate S. Congr. de disciplina Sacramentorum. in hoc dloccesano Tribunali, ad instantiam uxoris instruatur causa super matrimonio ab eadem muliere inito cum N.. quod asseritur minime fuisse consummatum, et ideo a Summo Pontifice gratia dispensationis efflagitetur; cumque Nobis constiterit te religione et probitate vitae, ixc non personarum ac rerum scientia et prudentia pollere, atque tibi praefatam mulierem oratricem (vel tritu cui periti personam) cognitam esse, praesentibus litteris le rogamus ut. pro caritate ct obsequio quibus erga Ecclesiam praestas, velis Nobis accuratas et distinctas praebere notitias. secreti lege quidem interposita, de religiositate, honestate et veracitate dictae mulieris (vel testu vel periti), praesertim m iudlciali et iurata assertione circa assertam matrimonii ir.consummatlonem. Ita ut dignoscatur utrum in re tanti momenti fide digna habenda sit necne.

Interim Deus. etc.

Datum die ,. anno ...

Nm Ordtnanus.
L. t S. N.. Cancellarius

XV. Citatio uxoris orathkis

De mandato RcvAl N.. ludids instructoris ln processu super matrimonio quod contenditur ratum et non consummatum. inter N. et N.» domina N., habitans in via num. . uxor oratrix ln causa, personaliter compareat coram praefato ludiee. ln aula sessionum huius s. Tribunalis. in via . num. .. anno ... mense . , dic .... hora . ut luratum examen subeat in causa a se intenta.

Datum .... ex aedibus .... die ...

N., ludex.
LIS. N.. Actuarius

Eiusmodi citationis fiunt duo exemplaria, quorum unum traditur cursori, remittendum parti, iuxta praescriptum Codicis, can. 1717 ss.. alterum asservatur in actis, et 18
ca'.ce eiusdem cursor refert ea quae percgiLJ <5

XVL RriAtiO INTIMAIIONIS A CVRSORX ΓTAAOTAX, »AtltNDA 13 EXEMPLARI IX ACIIS ASSERVATO

Rcfem me Infrascriptum deputatum cursorem RevflUe Cunae Episcopalis N.. hodie intimasse ct reliquisse authenticum exemplar citationis dominae N . in ipsius domicilio, via . num. . tradendo praefatum exemplar in manus

GuMetn dominae *N.* (vel personae de cius familia nut famulatu. et ad normam can. 1721 «.)

ln fidem, etc. Die mense anno

N,, Cursor deputatus.

Similiter exaratur scheda citatoria ct fit relatio intimaterus pro parte conventa et pro aliis in ius vocandis.

XVII. Dmnson tiwcvu rxmcrr imterrocatoria oratrici moroxrxDA

in causa assertae inconsummationis matrimonii inter 5 et N. defensor vinculi legitime deputatus. exhibet sequentia interrogatoria, clausa ct obsignata, ct nonnisi in actu examinis a ludiee aperienda, atque Instat ut super .jdem examinetur domina oratrix *N.,* In causa a se intenUta. servata forma a iure statuta alloquln protestatur, etc

Haec cum facultate alia addendi, delendi, corrigendi, etc.

Ditum die ...

N., Defensor vinculi.

Item exhibentur interrogatoria pro examine partis contenue. testium ac peritorum.

XVUL ICSIURAXDI'M PRAESTANDUM A FARTIBUS AC TESTIBUS DE VERITATE DICENDA

ludex gravibus verbis conluges ac testes antea moneat de sanctitate lurisiurandl et de gravissimo delicto quod admittunt lurisiurandl violatores, odnotans peculiarem qualitatem lurisiurandl ln subiccta materia, et periurii fuccirannos ef/cctus, iuxta ca quae ln *Decreto* admonentur: rt prout personae qualitas ferat, si ipse opportunum ducat, commonefaciat de poenis, quibus periurii noxii fiunt in foro Ecclesiae, quaeque recoluntur in *Regulis,* sub n. 40.

Deinceps iudex partem vel testem alloquitur:

Velis Invocare Nomen Divinum ln testem veritatis, tac-
C4 us sanctis Evangelils. sequenti formula:/

Ego *N.* luro me totam ac solam veritatem dicturum, tam saper articulis, quam super re universa, prout eandem ventilem coram Deo et conscientia compertam habeo, et plene ac fideliter expositurum, quin aliquid addam, omittum vel immutem. Sic me Deus adiuvet, etc.

XIX. Examin uxoris oratricis

Sessio ...

In Dei nomine. Arnen

Ar.no Domini ., dic .... hora . , in urbe . in aedibus . coram R. D. N. ludiee subdelegato, adstantibus R D. JU defensore vinculi, et inlrascripto actuario, comparait D. N. oratrix in causa dispensationis sui matrimonii, pro hac die et hora rite citata.

ludex lusiurandum ab oratrice petit et accipit iuxta modum ct formulam praescriptam (prout sub n. *XVIII).*

Deinceps, postulante defensore vinculi. ludex schedam, quam idem defensor clausam exhibuerat, continentem inierogateria uxori proponenda, reserat, ct statim procedit, iuxta eadem interrogatoria, ad examen oratricis, quae ad Lcguhs quaestiones respondet cx ordine ut sequitur.

Interrogationes generales

1. ludex partem Interroget circa nomen, cognomen, nomen patris, originem, aetatem, religionem, conditionem, domrilium (urbem, viam, paroeciam), locum hodiernae commorationis.

An obligationes religiosas adimpleat

Tum Iudex mandat actuario ut legat, pro norma partis, cocaina ludicis et ministrorum tribunalis.

Deinceps, quatenus casus ferat. Iudex oratricem inducere conetur ad reconciliationem cum conluge. propositis rabonibus, iuxta qualitatem personarum et adlunctorum diversitatem, opportune depromptis, praesertim cx. gr. ex unctitate inlti matrimonii, ex auxilio divinae gratiae ad e/isdem onera sustinenda, ex tranquillitate conscientiae ct pace familiarum, ex difficultatibus quae processum pro petila dispensatione comitantur; et apprime postulet quaeram causae opponantur quominus reconciliatio obtineatur, contendens ut caedem causae, si fleri queat, removeantur.

Interrogationes particulares

Post interrogationes generales, quaestiones particulares, prudenter pro adiunctls variandae, deferuntur. Speciminis (ntii proponuntur plures circumstantiae quae prae oculis taberi debent, non tamen singulae in singulis processibus, *d pro sublecta materia.

2. Interr. Utrum confirmet an non suum supplicem 11-beOam (qui, rt *opus fuerit, legatur)* in singulis partibus?
'J An et cuiusnam opera vel/ consilio oratrix usa fuerit pro hulusce causae propositione, ct in supplici libello conflce-do?

1 Interr. Quando sponsi nuptiales negotiationes inchoanst. et quamdiu hae duraverint?

i Interr. An matrimonium de parentum consensu ct ex c-tuo amore inierint?

5. Interr. An praecesserint banna: quo loco, quibus intervetuentibus. qua communi laetitia et pompa matrimosum fuerit celebratum?

i Interr. Quo tempore conluges simul convenerint «d«n cubiculo et toro cubaverint?

7. Intcrr. An officiis conlugalibus ultro libenterque operam dederint, ct matrimonium consummaverint? (St opus *fuerit:* An pars reapse sciat in quo eiusmodi consummatio consistat?).

8. Interr. Sl non consummaverint, an postea ad consummandum conatus adhibuerint, quoties, quomodo et quonam exitu?

9. Intcrr. An oratrix conlugall operi navando dolorem aliquando experta fuerit?

10. Intcrr. An ei persuasum sit virum copulam perfecisse integre iuxta naturae legem?

11. Interr. An istius vestigia exterius, ut solitum est. reperta fuerint?

12 Intcrr. An oratrix causam vel causas tum remotas tum proximas assertae inconsummationis cognoscat, aut saltem suspicetur? Dicat quid sibi videatur. Potissimum ex. gr. an causa inconsummationis fuerit defectus veri consensus in matrimonium, ut vis et metus ln eodem ineundo, aut aversio inter sponsos exorta in ipso vitae coniugalis exordio, aut impotentia sive absoluta sive relativa, aut alia eiusmodi causa. Et peculiares circumstantias conatuum consummationis referat.

13. *Pro* caiu in quo asserta *inconsummatio tribuatur* infirmitati alterutrius *coniugis:*

Interr. An aliquando alteruter conlux fuerit infirmus, et qua infirmitate? An et quos medicos consuluerit? Quae adhibuerit medicamenta, quanto tempore et quo effectu? Quaenam eorundem medicorum testimonia, vel alia documenta ad rem pertinentia habeantur?

14. Interr. An comuges eodem cubiculo eodemque lecto semper usi fuerint?

15. Interr. Quis primus alterum deseruerit, qua de causa aut occasione proxima?

16. Interr. An et quando actum civilem celebraverint?

17. An fortasse de separatione vel solutione vinculi apud ludicem civilem actum fuerit, quo tempore, quo conluge instante, quibus dc causis, et quonam exitu? An decisio definitiva edita fuerit?

18. Interr. An sponsi suas comugales vicissitudines, palam vel secreto, narraverint parentibus, consanguineis, amicis vel vicinis? Cui vel quibus, ct quonam tempore de sui matrimonii inconsummatlcne locuti sint? In casu oratrix dicat eorum nomina et domicilia.

19. Interr. Quando et quonam modo oratrix didicerit matrimonium/ ratum ct non consummatum a Romano Pontifice posse dispensatione dissolvi? 426

20. Interr. Quaenam sint causae, ob quas dispensationem a Summo Pontifice postulavit, et an in suo robore maneant?

21. Interr, An sciat utrum altera pars praesenti petitioni consentiat necne, et qua de causa praevideat eandem consensuram. aut sese opposituram esse?

22. Interr. Indicet testes, quatenus fleri possit, numero *septem,* sanguine vel affinitate sibi coniunctos. sin minus vicinos bonae famae, aut alioqum de re edoctos, qui iurare possint de eiusdem oratricis probitate, et praesertim de veracitate in praesenti controversia. Potissimum si qui facta noverint, a quibus praesentis quaestionis solutio pendeat. vel qui adiuncta ab uxore exposita confirmare valeant.

Afferat de eiusmodi testibus nomen, cognomen, domicilium (urbem, viam, dioecesim ac paroeciam›. locum hodiernae commorationis, aliasque notitias opportunas.

23. Intcrr. *(Praesertim* si reus conturbor sit vel fore rideatur): Indicet oratrix testes ellam cx parte viri conventi, inter eiusdem consanguineos, affines ct vicinos, vel alloquin edoctos, qui probabiliter utile testimonium praestare valeant in casu.

24. Interr. An habeat instrumenta vel documenta, sive publica, sive privata, ad rem facientia? (Si apud ciutlem indicem dc controcerxo matrimonio actum fuerit): An exhiberi possit authenticum exemplar actorum et sententiae ludicis civilis? An in processu civili inspectio corporalis utriusque vel alterutrius coniugis peracta fuerit: quo ln casu, utrum tam scripta relatio, quam oralis peritarum deposito exhibeantur: et quacnam de eadem Inspectione sint animadvertenda, pro rei veritate?

25. Interr. An oratrix revera putet se adhuc integritate pollere, ct parata sit corporali inspectioni duarum obstetricum vel duorum peritorum sese submittere, ad normam ss. canonum, praesertim Rcçularum S. C. de dise Sacr Et quatenus fuerit deflorata, qua de causa et quo tempore id acciderit: et an eadem mulier inducere possit medicum vel peritum qui eam inspexerit et qui. a secreti vinculo solutus, testari valeat de statu oratricis post definitivam separationem a viro?

26. Absoluto examine, de mandato ludicis. Integra depositio clara voce legitur mulieri oratrici, et ludex eandem Interrogat:

Interr. An sit aliquid addendum, supprimendum, corrigendum. variandum?

27. Interr. Deln petitur ut praestetur lusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando. Iuxta formam (cf. infra η. XX).

Ac. praestito lureiurando. subscribunt oratrix, iudex. defensor vinculi et actuarius.

λ'., Oratrix.
N., ludex instructor.
N.. Defensor vinculi.
N., Actuarius./

Si oratrix scribere nesciat, aut legitime impediatur quominus subscribat. id in actu adnotetur.

Si examen In umca sessione non absolvatur, suspenditur~ facta adnotatione causae suspensionis, ex. gr.: " Ob horae urditatem. suspensum fuit examen, animo et ordine prosequendi eodem loco, die hora ...

Ad partis examen allegentur litterae testimoniales de eiusdem credibilitate expetitae et obtentae, ut supra dixi-
mus.

XX. IUSTUXANDCM DE rDUTATI DICTORUM ET DE SECRETO SERVANDO

ECO N. luro me solam ac Ictam veritatem dixisse, ut nutquam. antequam praesens causa penitus absolvatur. * turum sive propositas interrogationes. ave responsfo-
iUs. Sic me Deus odiuvet, etc.

XXL ICSTURANDCM A3 INTTKr.'TTI PRAESTANDUM

Ero N., a Revtfio Iudice in processu super matrimonio quod contenditur ratum et non consummatum inter N. et N., deputatus interpret, iuro me dictum munus fideliter impleturum, acta et documenta processus de verbo ad verbum diligenter et adamussim reddendo, ac simul secretum de omnibus, quae In processu acceperim, servaturum. Sic m? Deus adiuvet, etc.

XXIL Decretum pro citatione partis conventae

Rerihus N-. ludex Instructor etc., audito vinculi defensore. in lus vocari mandat virum conventum, eique dici diem . .. mensis .. , horam .... in aedibus_ , in via .... nam. .... ut turrium examen subeat m processu ab Nw uxore eiusdem viri, intentato. queri in hoc s. Tribunali conficitur ex mandato S. C. de disc. Sacr.. diei .... super asserta inconsummatior matrimonii dictorum coniugum. et causis Apostolicae. quae efflagitatur, dispensationis; cum declaratione quod si idem vir conventus, die et hora praestituta. non comparuent. neque absentiae excusationem allegaverit, contumax habebitur, et. eo absente, instante defensore vinculi matrimonialis, ad ulteriora in iudicio procedatur

Datum .... die .

N., ludex Instructor.
N., Actuarius?

XXIII Citatio fartis convintai per idrtum

Dioecesis N.
DispensetUmU matrimonii
N. N.

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. N., filii .. . conditionis ·, in hac causa conventi, oriundi ex loco vulgo ... dioecesis . qui anno degebat in loco .. . via . num .... per hoc edictum praefatum virum peremptoriae citamus ad personaliter ccmparendum. anno .... mense.... die .» hora..., in aedious huius s. Tribunalis (via. num...). coram infrascripto Iudice instructore, ad depositionem faciendam, iuxta interrogatoria eidem proponenda in causa assertae ir.consummationis matrimonii. ab eius uxore *N.* intentata, ad implorandam Apostolicam dispensationem. et quae cx mandato S. C. de displma Sacramentorum diei ..., in hoc Tribunali peragitur.

Quod rusi compactât die et hora designatis, neque absentiae vel suae rationis acendi excusationem attulerit, contumax habebitur, et. eo absente, ad ulteriora procedendum erit. Instante revffio defensore vinculi in eadem causa.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco praefati viri, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

Datum . die ...

N., ludex instructor.
N., Actuarius.

XXIV. Examen nxi conventi

Sessio ...

Serventur formae ut pro examine uxoris oratricis, et similes interrogationes proponi possunt: sed aliae pro rerum adiunctis nugis accommrdatae, adiiciendae erunt, aliae autem omittendae, aut de integro conficiendae; iuxta prudentiam et sagacitatem iudicis ac defensoris vinculi, qui eas exigant declarationes, quae, pro qualitate facti et personne, veritatem illustrare natae sint. Quoad vero corporalem viri inspectionem requirendam, attendatur quae praescripta sunt in Regulis, n. 44 f| 2-3.

Ac parti, quae secundo loco interrogatur, si casus ferat. In fine examinis fiant contestationes circa responsiones alterius partis, quae etiam ad examen iterum vocari poterit, Iuxta *Régulai* n. 55.

Si pars conventa in locum ubi tribunal coadunatur venire non possit, rive In aliena dioecesi rive in eadem de-
429 <at. audiatur iuxta/ Regulos nn. 23-24: idque observetur etiam quoad alios In lus vocatos, qui in similibus versentur adiunctis.

Quod si pars convenu coram iudice non comparuent de non secuta comparitlone in iudicium et de causa saltern probabili non accessus, an ex. gr. agatur de impossibility· vel de contumacia, in actis mentio fiat. Et quidem sj <£ renuentia ad obtemperandum agatur, iusta causa absentis» non allata, iudicis est. audito vinculi defensore, perperderv an renovanda sit citatio, vel aliis modis magis opportuna •itendum sit veluti interventu personae amicitia coniuncue vel auctoritate gravis: et idem dicatur pro contumacia aliorum in ius accitorum. Documenta vero contumacum comprobantia in actis referantur et. praesertim pro parte conventa, declaratio contumaciae edatur (cf. X Regu/qj

XXV. Decretum declaRATIONIS CONTUMACIAE FARTIS CONITXTAI

Dioecesis N.
Dispensationis matrimcmU
N. N.

In causa ..... dtspcns. *matr.*, initi Inter *N.* et N. quam Hevrtlus N.. ludex, cx rescripto S. C. de discipt Sacrament diei.... instante uxore, instruendam curat, cum sir pars conventa, legitime citatus fuerit (tx»l iterum citatus fuerit ad normam can. 1M3 *i* 2. rcl opportuna media adhibita fuerint ad eundem arcessendum), iuxta decretum praefati Iudicis diei .... et revera constiterit citationem tempore utili ad notitiam dicti viri pervenisse, iuxta intimationem rite peractam a cursore Curiae die ... (rei iuxta syngrapham receptionis per publicos tabelliones delatam), ac simul consultent eundem conventum, die et hora praescripta, neque dimidia parte horae immediatae sequentis, coram iudice non comparuisse. et absentiae excusationem afferre neglexisse, neque ullo modo ab eiusmodi inobedientia recedere voluisse, Revfllus ludex instructor, audito defensore vinculi, eundem virum contumacem declarat; mandans ut servatis servandis, ad ulteriora procedatur, usque ad cod clusloncm processus; idque parti contumaci notum fiat *ex* of/icio.

Datum .... die ...

N., ludex instructor.
Σ. r S *N.,* Actuarius.

Ad hoc decretum adiiciuntur documenta contumaciam eiusdem partis conventae comprobantia.

XXVI Decretum citationis testium smuui manus
AB ORATRICE INDUCTORUM

RcvAua N,, ludex instructor in causa .... audito vinculi defensore, testes septimae manus a muliere oratrice inductos. examini iudiciali subiici mandat, et ideo ad rem citari: videlicet :/ ÜD

1. N. (ex. gr. patrem eiusdem oratricis).
X N. (matrem, etc.).

5

Datum .. . die

N., ludex instructor.
N., Actuarius.

Allegentur litterae testimoniales quae obtentae sunt circa testium excutiendorum fidem et probitatem.

Fiant schedae citatoriae. in forma simili ac pro partibus. mutatis, mutandis, et similiter fiat intimitatlo.

XXVII. ICDICIALX EXAMrN TESTIS N., AB ORATRICE INDUCTI
Sessio ...

Serventur formae ut pro examine oratricis. ludex testi defert lusiurandum. iuxta formulam sub ŋ. XVIII. et reserat schedam exhibitam clausam a defensore vinculi, et continentem interrogatoria, quae deinde proponit.

Ad *generalia-* 1. Testis interrogetur circa nemen, cognomen. nomen patris, originem, aetatem, religionem, conditionem. domicilium (urbem, viam, paroeciam), locum hodiernae commorationis.

2. An sit consanguineus vel affinis alterutri coniugi. et quo gradu?

3. Quo ex tempore, qua occasione et quomodo noverit coniuges N. et N.?

Ad «pedalia: 4. An perspectam habeat religionem et honestatem eorundem coniugum. ac propterea an testis putet unum alterumque vera dixisse ; vel saltem eos habeat incapaces pelcrandi, etiam in sui favorem, et in re tam gravi de qua agitur?

5. An sciat utrum comuges de quibus est sermo, sese libera voluntate et mutuo affectu copulaverint?

β. Quaenam fuerint signa mutui amoris, tam ante matrimonii celebrationem, quam Ipso ciic celebrationis ac postea?

7. An sciat utrum condormicrint et matrimonium consummaverint?

8. An sit instructus qua de causa consummare nequiverint? (Utrum ex. *gr.* ex defectu veri consensus in matrimonium. aut ex vi et metu in eodem ineundo, aut ex aversione et odio exortis inter sponsos In ipso vitae con-

.uplls initio, aut *cx* Impotentia sive absoluta sive relativa, vel ex aliis quibuslibet causis?

Nota. - Iudicis et defensoris vinculi officium erit aptis intenofationibus e testium ore colligere, cuinam causae
‹H asserta inconsummatio tribuenda/ sit. et perquirere de indrtis ct praesumptionibus, quae ad comprobandam incon-Rimnulloncm conferre possint, iuxta *Regulas* cap. XII.

9 An ct quid coniugcs experti sint, ut impedimenta ad consummationem perficiendam amoverent?

10. An inter eos lites extiterint, et alter alterum male habuerit?

11. Quae fuerit causa vel occasio mutati animi et sensus unius erga alterum?

11 Quanto tempore simul cohabitavcrint. et quis primus alterum deseruerit?

11 Quaenam sit fama tam apud testem, quam apud alios de xwcrta inconsummatione?

1€ An testis noverit alios sive ex parte oratricis, sive ex parte viri, qui sint de re instructi, ct in hoc processu deponere possint?

15. An sciverit quando pars oratrix consilium ceperit petendi a Summo Pontifice dispensationem super rato, sed non consummato, et a quonam hanc Summi Pontificis facultatem didicerit?

18. An sit possibilis conlugum reconciliato?

17. An testis habeat aliquid addendum, supprimendum, corrigendum, variandum?

Tum ludex integram depositionem editam a coniuge qui letan induxit, eidem teste legere faciat, ac petit:

11 An asserta in coniugis depositione veritati respondere in omnibus censeat?

Quod» iudicl non videatur opportunum integram legi ccmujis depositionem, se gerat iuxta *Regulas* n. 68 5 2.

Deia testi leguntur omnia quae actuarius de iis quae ipse viva voce testatus est. scripto redegit, ac rogatur:

19. An haec relatio responsiones redditas plene contfaeai?

20. Petitur ut praestetur lusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando, iuxta formam (cf. supra η XX).

Ac praestito iurelurando, subscribunt testis, ludex. defensor vinculi et actuarius.

N., Testis.

LIS. N., ludex Instructor.
N., Defensor vinculi.
A'., Actuarius.

Simili modo agendum est quoad ceteros testes septimae xir.us. et alios qui producutur vel ad instantiam partis, vti ex of/irio.

XXVIII. IüDEX OBSTETRICES, VEL MEDICOS, ET MATRONAM AD CORPORALEM UXORIS ORATRICIS INSPECTIONEM EX omao DESIGNAT

Die mense ... anno .... in processu super matr. quod contenditur ratum et non cons. inter N et *N.*

Bevffios N., ludex instructor, audito defensore vinculi,
e decrevit:/

Procedatur ad legalem inspectionem corporis mulieris M. uxoris oratricis; et ad hoc eligantur, prout praesenti decreto eliguntur, in obstetrices, N. et *N.,* (vel in peritos Dedicos *N.* et N.); in matronam, N.

Idque eis notificetur, et moneantur ut die ... mense ... bora ... se sistant in aedibus ... via .. n. . . ad memoratam ixjpectionem peragendam, iuxta C. I. C. et Regulos S. C. te duc. Sacram., diei 7 mail 1923 et dici 27 martii 1929.

Quod tum praefatae N., mulieri oratrici, tum defensori Tteculi rignlflcctur.

N., ludex.
L ♦S. N., Actuarius.

Quod spectat ad ipsam inspectionem mulieris peragendun necne, cf. *Regulas* nn. 84-86.

Quoad qualitates requisitas in eligendis obstetricibus vel pernis, cf. ib. nn. 87-89; et quoad qualitates matronae, b. n. 91.

Item, mutatis mutandis, editur decretum deputations pro duobus peritis ad inspiciendum virum, si casus ferat

XXIX. IUSIURANDUM AB OBSTETRICIBUS, VEL MEDICIS, ET A MATRONA PRAESTANDUM

ludex obstetrices, vel peritos, ac matronam moneat de triturandi gravitate, praesertim in huiusmodi processibus. r-iU ea quae in *Decreto* significantur.

Deinceps obstetrices, vel praefati medici, lusiurandum praestant lactis ss. Evangelils. sequenti formula:

' Ego N., deputata ut obstetrix *cx* o/ficio. ad peragenjrn pentiam canonicam super muliere N., iuro me comtusum officium fideliter obituram, eaque omnia exquisieram et deducturam, quae, per experimentum iuxta metese artis principle absolutum, ad admittendam aut excluaesdam matrimonii consummationem conferre censebo: urvatis praesertim praescriptionibus *Regularum* S. C. de tsc Skt.; et tam in scripta relatione, quam in orali inter•^faterio, omnia expositurum Iuxta veritatem: necnon sccr.um servaturam. Sic me Deus adiuvet. etc.

577

Pariter, tactis ss. Evangelils. matrona iurat:

" Ego N., designata ex officio ut adstem corporali inspectioni mulieris N., iuro me officium meum fideliter impleturam, observando potissimum praescriptiones *Rcgularum S. C.* de disc. Sacr.. ac praesertim curaturam ne fraus committatur, atque ut pudoris leges sartae et tectae serventur; necnon in orali interrogatorio omnia expositurам iuxta veritatem, et secretum servaturam. Sic me Deus adiuvet, etc. ",

De iis, quae in peragenda inspectione servari debent, ac de ratione eiusdem Inspectionis exsequendae, confer *Regulas* nn. 91 et 93./ 433

Si vero ludex dubitet de sufficienti instructione obstetricum, adhibeat peritum medicum qui easdem ad rem instruat.

Inspectionem obstetrices vel periti seorslm singuli exsequi debent, servatis *Regulis* n. 83.

Peracta inspectione, pariter singuli seorslm relationem factae inspectionis et suam sententiam scripto consignent, in attestationibus tradendis intra terminum a iudice praefinitum. et quae actis integrae allegandae erunt.

ludex autem designat locum, diem ct horam ad orale examen peritorum et matronae.

XXX. Orale examen periti vel obstetricis

Anno, etc., coram Iudice, etc., adstanlibus etc., comparuit D. N., etc. (ut in aliis sessionibus; cf. initium examinis uxoris oratricis, mutatis mutandis).

ludex instructor, perito vel obstetrici Iterum delato, si ita existimet, iurelurando de veritate dicenda, reserat schedam obsignatam, ubi continentur articuli concinnati a defensore vinculi, quos hic praesertim eruerit ex relationibus ab iisdem peritis exhibitis, Iuxta generales et peculiares circumstantias et difficultates, quae in casu actualis inspectionis sunt quidem animadvertendae.

Eiusmodi autem articuli, praeter eos qui in schemate infra notantur, desumi debent ex vulgatis a S. Sede Instructionibus. seu ex Instr. S. Congr. Concilii. Cum *moneat glossa,* diei 22 augusti 1840 (CICF n. 4069); ex Instr. S. C. S. Officii. *ludex ad hoc deputatus, a.* 1858 (CICF n. 9461: et ex Instr, eiusdem S. O. (ad Episcopos Rituum Orientalium). *Quemadmodum matrimonii foedus,* an. 1883. tit. VI. art. 5 [ASS 18 (1885) 344 - 368; CICF n. 10761: atque cx consulto viri periti, pro difficultatibus alicuius peculiaris casus.

Praemissis interrogationibus generalibus, tudex dictos articulos perito seu obstetrici exhibet, qui esse poterunt ut sequitur: quibus ex *officio* alios, prout casus ferat, adiicere debet, attentis etiam dubiis et ambiguitatibus, quae ex ipso interrogatorio emerserint.

1. An perito aliqua sit necessitudo cum muliere inspecta, vel eius viro?

2. Quo tempore et quomodo eos noverit?

3. An sub vinculo iurisiurandi confirmet per omnes partes relationem, quam de corporali mulieris inspectione scripto exaravit?

4. An In eadem relatione aliquid addendum habeat, vel corrigendum, vel mutandum?

5. An peritus tum physicam inspectionem, tum etiam relationem seorslm ab altero perito confecerit?

6. An mulier balneo sublecta fuerit aquae tepentis, et quanto tempore?

7. Qua via et ratione peritus in peragenda inspectione processerit?/ 434

8. An idem peritus signa, ab arte tradita, integritatis aut corruptionis mulieris inspexerit in casu?

9. Quibus potissimum argumentis sententia a perito prolata innitatur?

10. An exstet aliquod dubium fraudis, praesertim an praesidia artis medicinalis callide adhibita fuerint ad integritatem simulandam?

11. An mulier aliquo morbo vel defectu vel anomalia laboraverit. quae influxum habere potuerint in coniugales relationes, et quidem et ipso tempore cohabitationis cum viro: et utrum curari queant, an non?

12. (Si casus adsit): Quomodo conciliari possit sententia periti cum contraria opinione alterius periti vel doctorts. vel cum contraria assertione unius vel utriusque coniugis *(quae perleguntur)?*

Nota. Relationes sive ab obstetricibus sive a medicis confectas ludex alterius periti examini subiicere poterit, si ›d opportunum existimaverit, et aliter se gerere iuxta *Regulas* n. 93 I 2.

13 Quidnam peritus perspexerit de generali corporis constitutione mulieris oratricis, de eiusdem temperamento et de statu psychico?

14. An et quae ab eadem muliere sciverit ad rem facientia?

15. (Si *casus ferat):* An peritus aliquid sciverit de statu physico alterius coniugis. scilicet viri conventi, quod ad rem pertineat; et an eiusdem periti sententia reapse corroboretur. aut infirmetur, notitiis, quae in processu comparatae sunt de eiusmodi statu viri (quae ideo *legunturtl*

16. Cuinam causae peritus assertam hiconsummationem censeat esse tribuendam in casu?

57R

17. An et quaer.am alla sint experienda ad veritatem detegendam?

1K An. praemissa lectura depositioni peritus aliquid habeat addendum, minuendum, corrigendum. mutandum

Praestito rareiurando de veritate dictorum et dc secreto servando, sequuntur subscriptiones, ut de mone.

XXXI. Onaix cuarrx autroxat

Serventur formae ut pro orali examine peritorum, mutatis mutandis.

Post rursus praestitum, si ludici videatur, lusiurandum de veritate dicenda, et post interrogationes generales, sequuntur quaestiones speciales, praesertim:

1. An matrona lnrpectiom indesinenter adrtlterit?

2 An et quomodo balneum paratum et adhibitum fuer.tl quanto tempore ln eo uxor permanserit?

3 An cffidum suum medici vel obstetnees. servatis mc· destlae legibus, et iuxta normas eisdem statutas, diligenter expleverint?

4. Utrum ulla fraus aut deceptio locum habere potuerit?

5. An matrona aliquid habeat de re animadvertendum'·

6. An aliquid habeat addendum, supprimendum, corri-
4J5 gendum. variandum?/

Si balneum adhibitum non fuerit, secunda interrogatio, uti patet, est omittenda.

Emisso lureiurando de veritate dictorum et de secreto servando, fit subscriptio.

XXXII Dt rnu ixswcnoM

simam legis de discidio latae condicionem subiret Quae quidem lex cum difficiliorem gravioremque sacri ministerii perfunctionem faceret, magnis praesidiis inde subductis et optimis adiutoribus in exsilium pulsis, tum ministerium ipsum — quo nihil cum bono publico coniunctius — omni reditu exspoliabat sacrorumque administros egestati rerum omnium addicebat Huius ipsius pulcherrimi certaminis, quod non inepte heroicum dixeris quodque eo Nos tempore procul intento animo spectabamus, mirabilia quaedam in re oeconomica ab ipso Pontificatus Nostri initio cognovimus, ciusdemque nec fuisse adhuc nec esse defatigationis indicia statim perspeximus. Itaque oeconomica Ecclesiae Gallicae condicio. compluribus etiam Episcopis testibus, non talis videbatur quae praesentaneum aliquod remedium postularet. ipsaque ratio patrimonialis, quamvis difficilis esset et incommoda magnoque in discrimine ob improbam legem versaretur, idoneis non omnino destituta erat praesidiis e iure communi. Verumtamen magnae Nobis sollicitudini curaeque erant, hinc, adminiculo legis subducto, iurium et rerum omnium nulla stabilitas, illinc vero asperitates perturbationesque communium temporum ; ob eamque rem quicquld auxilii ac remedii adhiberi posset, experiundum videbatur. Qua Nos officii conscientia eo magis angebamur, quo latius invalescebat opinio, non parum intercessionem Nostram posse ad animos plenius pacificandos: quae quidem pacificatio, perinde ac vobis, est Nobis maxime, ut semper fuit, in votis, ex quo. nulla commendatione meritorum sed arcano Dei providentis consilio, ad hoc munus universalis hominum Patris evecti sumus. Etenim post teterrlmum bellum postque illustria in patriam facinora ab utroque catholico clero, iniuriarum oblito et patriae caritatis unice memori, in oculis omnium patrata, desiderium cotidie acrius exarserat religiosae ipsius pacis, quam lex discidii turbaverat, ita instaurandae, ut aequior Ecclesiae catholicae in Gallia, sub legis praesidio, condicio fleret

Hinc Consociationum Diocccsanarum, quae dicuntur, exorta causa est, quarum statuta, a viris earundem rerum peritis, non/ sine gubernatorum Galliae consensu. I adumbrata, ad Apostolicam Sedem per Nostrum in Gallia Nuntium delata sunt, ac postea, vobis omnibus, itemque Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinal·.· bus e Sacro Consilio Extraordinariis Ecclesiae Negotiis expediendis, sententiam haud semel rogatis, Nobismet ipsis ad examinandum proposita. ludicium quidem sane difficile atque arduum : neque enim fas Nobis erat neque animus ab ea, quam Plus X instituerat, ratione discedere. Vetabat quippe tanti decessoris Nostri memoria et recordatio; vetabat natura ratioque rerum, quibus, cum Apostollcae Sedis et ecclesiasticae Hierarchise iunbus. ipsa Dei et animarum iura petebantur. Itaque, postquam multas indiximus atque Nosmet ipsi Deo adhibuimus preces, post diuturnam coram Deo considerationem, ratam habentes iniquae de discidio le- * - improbationem, simul autem reputantes haud mediocriter immutatas esse cum communis opinionis conditiones. tum quae Apostollcae Sedi cum republics

Gallica rationes intercederent, sub exitum anni joccccxxii ediximus. Consociationum haud gravate experimentum Nos his condicionibus permissuros, si ex una parte earum statuta sic emendata essent, ut sua vi ic natura cum Ecclesiae divina constitutione eiusque lepbus saltem substantialiter, ut aiunt, congruerent; ex altera vero legitimae certaeque Nobis datae essent cautiones ad periculum, quoad fieri posset, removendum ne homines Ecclesiae infensi, aliquando reipublicae clavum tenentes, omnen vim legitimam propterea-que omnem iuris stabilitatem a Consociationibus Dioecesanis abiudicando. bona iisdem attributa essent publicaturi

Eiusmodi quidem statuta, cum de iis diu multumque utrinque disceptatum esset, in eam tandem formam redacta sunt, ut Dioecesanae Consociationes, quae inde exsisterent, longe aliae essent ab iis quas Pius X reprobaverat seu non permittendas decreverat, eo vel maxime quod et statuta a lege Pii X iudicio damnata Deque necessario neque directo penderent, et Consociationes in operis sui exsecutione neque etiam canonicis legibus conformari deberent, integro iure adeundi Apostolicam Sedem, si forte quid difficultatis evenireti ? ret/

Cautiones vero, etsi non eaedem ipsae, quas ab initio. gubernatoribus Galliae haud abnuentibus, proposueramus, verumtamen eius generis Nobis oblatae sunt iisque rationibus et declarationibus suffultae, ut eas pro communis pacis bono admittendas censuerimus, maxime cum et meliores consequi nullo pacto licere videretur et tales se illae praeberent quae ad mentem quoque Pii X legitimae certaeque, omnibus perpensis, existimari possent

Habemus enim secundam favorabilemque novis statutis non modo peritissimorum in re legali, eorundemque clarissimorum virorum, sententiam, verum etiam sententiam omnium Coetuum concordem, cx quibus constat Consilium *Status, supremus* scilicet ad Galliae leges atque unice idoneus seu competens, ut aiunt, magistratus; auae quidem sententia, quam etiam gubernatores reipublicae suam fecerunt, in id demum recidit, b eiusmodi Statutis nihil contra Gallicas leges contineri. quod idem est ac dicere, nihil Consociationibus Dioecesanis a Gallicis legibus esse metuendum.

Quae cum ita sint. Nos. pro officio Nostro Apostolxo, volentes ne quid a Nobis desideretur, quod, incotani Dei Ecclesiaeque iure atque honore, praestare possimus, cum ad legale quoddam fundamentum Ecclesiae Gallicae restituendum, tum ad pleniorem, ut sperare beet, nationis vestrae Nobis carissimae pacificationem, edicimus ac declaramus. Consociationes Dioecesanas. quae adiectis statutis regantur, saltem ad experimentum permitti posse.

Quam ceteroqui ob causam tam moderata tamque cauta loquendi ratione utamur, non est, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, cur multis explicemus ac declaremus. Neque enim in praesenti agitur nisi de remedio, quod maiora arceat mala, adhibendo, cum ea semper Nobis fuerit sententia — in qua quidem permanemus —. si quando id Nobis divino concessu obtigisset, ut gravissimum hoc negotium ad unum aliquem adduceremus exitum, hunc et Nobis et vobis et clero fidelibusque Galliae universis habendum unice fore, hinc, quasi quamdam praeceptionem plenae illius perfcctaeque libertatis, quam, sibi iure divino debitam ne-tt cessariamque, ut ubivis, sic apud vos. aut intercipi/ aut imminui Ecclesia, pro oflicio ct natura sua. pati non potest; illinc, veluti certam quandam in itinere mansionem, unde ad integram libertatem legitime placateque potiundam progrederemini.

Neque vero ulli liceat declarationem illam Nostram in sensum a mente Nostra alienissimum detorquere, quasi Nos damnationes a s. m. decessore Nostro Pio X Latas delere et laicis, quas vocant, legibus reconciliari voluerimus. Ea enim, quae Pius X damnavit. Nos pariter damnamus ; quotiescumque autem in ‹ laicitate », ut d:cunt, sensus inest vel propositum Deo et Religioni infestam adversumque, a Deo et a Religione alienum, f laxitatem » ipsam omnino improbamus atque improbandam esse aperte declaramus. Sed neque quis dicat ipsam per se permissionem Nostram interdictis Pii contradicere; in res enim longe alias et inter longe alia adnincta baecce lata sunt

Iam nihil est reliquum, nisi ut nonnulla, quae pluri-Eum habent momenti, et vos et clerum populumque vestrum, paterni effusione animi, doceamus. Sacerdotes cnim et fideles, qui sunt curae vestrae concrediti, monemus — quod idem ipsimet et plane scitis et fusius dicturi estis —, per novas Consociationes earumque Statuta iuridicam quidem Ecclesiae apud vos condicionem aliquanto tutiorem eoque ipso meliorem fieri, non adeo tamen, ut nobile illud ac generosum, quod ab initio laudavimus, certamen cessare debeat aut possit; neque enim bona per legem discidii adempta, iustae scilicet restitutionis nomine, recuperari licuit. Vos igitur, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, itemque sacerdotes Dei, operis socios consortesque vestri, apostolicis verbis collaudando hortamur, pergatis amanter pascere, ut adhuc fecistis, qui in vobis est gregem Dei.[1] Pascite verbo, pascite exemplo; pascite laboribus, pascite doloribus, quemadmodum Dominus Noster Iesus Christus talibus nos hostiis redemit, ut uberes cum gaudio fructus colligatis. Fideles autem vestros apostolids item verbis exoramus: mementote praepositorum vestro/rum qui vobis locuti sunt verbum Dei ; [3] ne 11 cessetis diligere decorem domus Dei › et iis corporea suppeditare qui vobis spiritualia seminaverunt; · sed neque cessetis eisdem obedire et subiacere, ut qui pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, cum gaudio hoc faciant, et non gementes. ’

Quod autem. Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, Consociationes Dioecesanas permitti tantummodo posse declaravimus, idcirco, ut candide fateamur, abstinendum censemus ne condi eas atque institui prorsus iubeamus; at cupimus fidenterque rogamus in visceribus Christi, ne gravemini, qua estis erga Nos pietate et quo ardetis disciplinae et unitatis concordiaeque studio. earundem Consociationum experimentum agere eandemque praestare Nobis magnanimitatem atque observantiam quam s. m. decessori Nostro Pio X praestitistis: propitius enim erit vobis Deus omnibus simul id facientibus et petentibus ab eo misericordiam ; * fidelis quippe est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum ut possitis sustinere.’

Ut autem omnia in Dei gloriam, animarum salutem optatissimaeque pacis incrementum cedant — quod a Sacratissimo Corde Iesu et Deipara Immaculata vehementer exposcimus —. vobis, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres» clero fidelibusque uniuscuiusque vestris et Galliae universae apostolicam benedictionem peramanter impertimus. f

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die χντπ mensis Ianuarii. in festo Cathedrae Romanae S. Petri Apostoli, anno mdccccxxtv. Pontificatus Nostri secundo.—Pius Pp. x i. Λ

[1] I PETR., v. 2. [2] *Htbr.*. xm. 7. [3] *Pi.* XXV. [4] I *Cor.*, IX. 11. [5] *Hebr.*, XIII, 17. [6] II *Machab.*. XIII 12. [7] ï Cor., x, 13.

Adn. I. JANSSENS In PrM 13 (1924) 30 42; A. VAN HOVE In NrT 51 (1924) 425-435. 449-464, 534.

559

1924 IAN 18.-PIUS XI. NORMAE. AAS 16 (1924) 19-24

Statuta consociationum dioecesanarum

(Exemplum Statutorum)

Association Diocésaine de .....

STATUTS

Art. I. Entre l’Evêque N. et les autres soussignés, il est formé une Association diocésaine de .... dont le siège est à *X.* à l’Evêché.

Art. II. L’Association a pour but de subvenir aux frais et à l’entretien du culte catholique sous l’autorité de ITvêque. en communion avec le Saint-Siège, et conformément à la constitution de l’Eglisc catholique.

Le fonctionnement de l’Association sera donc réglé par les présents Statuts et en conformité avec les lois canoniques.

En cas de difficultés, le Président de l’Association aura soin d’en informer le Saint-Siège.

Art. III. Par application de l’art II ci-dessus, l’Association se propose, en particulier, les objets suivants :

Ie l’acquisition ou la location et l’administration

des édifices qu'elle jugera opportun d'avoir à sa disposition en vue de l'exercice public du culte catholique dans le diocèse;

2» l'acquisition ou la location et l'administration des immeubles destinés au logement de l'Evêque. des bureaux de l'Evéchè, ces curés et des vicaires, ainsi que des prêtres âgés ou infirmes;

3· pourvoir au traitement d'activité et, éventuellement, de retraite des ecclésiastiques occupés au ministère par nomination de l'autorité compétente, ainsi qu'aux honoraires dûs aux prédicateurs ct aux salaires des employés de l'Eglise;

4 racquisit'on ou la location et administration temporelle du Grand Séminaire, des Petits Séminaires
M et de leurs annexes-'

Art. IV. Toute immixtion dans l'organisation du service divin, dans l'administration spirituelle du diocèse, en particulier dans les nominations et déplacements des membres du clergé, ainsi que dans la direction, enseignement et administration spirituelle des Séminaires, est formellement interdite à ΓAssociation.

Art. V. L'Association se compose:

1» de l'Evêque;

2 de membres titulaires;

T' de membres honoraires.

Les membres titulaires devront être en nombre de trente au moins (y compris l'Evêque et les autres membres du Conseil) et tous résidants dans le diocèse. Les membres honoraires pourront être en nombre illimité et ils ne sont pas obligés de résider dans le diocèse.

Les membres titulaires, ont, reals, le droit d'assister et de voter aux Assemblées générales.

L'Evêque est président de droit du Conseil d'administration, dc l'Arscmblée et de l'Association tout entière.

Art. VI. La cotisation annuelle est fixée à cinq francs au minimum. Elle peut être rachetée par le versement d'un capital de 500*1rs.*

Art. VII. Nul ne peut être admis comme membre titulaire ou honoraire qu'à la condition d'avoir été présenté par l'Evêque. d'accord avec le Conseil d'admmistration, et d'obtenir dans l'Assemblée la majorité des voix des membres composant l'Assemblée générale.

En cas de mort, de démission ou d'exclusion d'un membre titulaire, il est procédé à son remplacement par la plus prochaine Assemblée générale. Au cas où le nombre des membres titulaires deviendrait inférieur à 25, il serait pourvu sans délai au remplacement de
21 tous les membres décédés, démissionnaires ou exclus./

Art. VHL Toute peine ou censure ecclésiastique portée et notifiée contre un membre de l'Association, entraîne de plein droit sa radiation.

Art. IX. Les droits et prérogatives de l'Evêque dans l'Association peuvent être exercés exceptionnellement, en son lieu et place, par un délégué choisi par lui parmi les membres de l'Association.

Pendant la vacance du siège et dans le cas où le diocèîe n'est plus gouverné par l'Evêque, ses droits et prérogatives vis-à-vis de l'Association sont exercés par celui qui le remplace dans l'administration du diocèse, réserve faite du caractère provisoire et conservatoire de sa charge.

Art. X. L'administration de l'Association est confiée à un Conseil composé de l'Evêque. Président, et de quatre membres titulaires de l'Association élus par ΓAssemblé générale, la première fois sur une liste de huit membres présentés par l'Evêque dans la suite sur la présentation dc l'Evêque, d'accord avec le Conseil lui-même. Ces quatre membres, dont un doit être pris parmi les Vicaires généraux et un parmi les chanoines, assistent l'Evêque dans sa gestion de la manière prévue par les régies canoniques. Les membres du Conseil d'administration sont élus pour six ans; le Conseil est renouvelé par moitié tous les trois ans. Les conseillers sortants sont Indéfiniment rééligibles.

En cas de démission, de décès ou d'exclusion d'un de scs membres, l'Evêque, d'accord avec le Conseil d'administration, désigne un remplaçant provisoire jusqu'à la prochaine réunion de VAsscmblée générale. Le membre du Conseil d'administration, élu par l'Ascmblée générale, en remplacement d'un membre démissionnaire, décédé ou exclu, reste en fonction jusqu'au moment où les pouvoirs du membre remplacé auraient normalement expiré.

Le Conseil choisit dans son sein un secrétaire cl un trésorier.

Le refus de l'une dc ces fonctions entraîne de droit sa démission de membre du Conscit/ a

Art. XI. Le Conseil d'administration, sur la convocation de son Président, se réunit régulièrement une fols chaque mots. Il ne peut prendre les décisions prévues par les présents Statuts, que si deux membres au moins sont présents, le Président non compris.

Les décisions sont prises à la majorité des membre» présents.

En cas de partage, la voix du Président est prépondérante.

Il est tenu procès-verbal des séances.

Art. XII. Les membres titulaires de l'Association sont réunis en Assemblée générale ordinaire une fois par an, sur la convocation du Président. La convocation doit être faite huit jours francs avant la réunion: elle contient l'ordre du jour proposé à ΓAssemblée.

Les membres titulaires peuvent être réunis en Assemblée générale extraordinaire sur la convocation du Président, dans les conditions prévues à l'alinéa précédent

Art. XIII. L'Assemblée ne peut prendre valablement les décisions prévues par les présents Statuts, que si la moitié plus un de ses membres sont présents. Si cette proportion n'est pas atteinte, l'Assemblée est convoquée de nouveau, mais à dix jours au moins d'intervalle et cette fois, elle peut validement délibérer quel que soit le nombre des membres présents.

Les décisions sont prises à la majorité des membres présents. En cas de partage, la voix du Président est prépondérante.

II est tenu procès-verbal des séances.

Le secrétaire du Conseil d'administration est secrétaire de l'Assembléée générale.

Art. XIV. Le vote par procuration ou par correspondance n'est adm's ni au Conseil d'administration, ni aux Assemblées générales.

Art. XV. Les fonctions de l'Association sont gratuites.' J

Art. XVL Indépendamment des attributions financières, fixées par l'art XX ci-après, l'Assemblée générale donne les avis qui lui sont demandés par l'Evêque.

Art. XVII. Les ressources de l'Association sont:

1· les cotisations dc scs membres:

2° les produits des troncs, ainsi que des quêtes et collectes autorisées par l'Evêque pour les besoins de l'Association;

3'» le revenu des fondations pour cérémonies et services religieux;

4° dans les églises dont l'Association a la propriété, l'administration ou la jouissance, les rétributions pour la location des sièges, ainsi que celles, même prévues par dispositions testamentaires, pour les cérémonies et services religieux, pour la fourniture des objets nécessaires aux funérailles et à la décoration de l'église;

5· le revenu de ses biens meubles et immeubles.

Art. XVIII. Les ressources de l'Association sont employées par l'Evêque aux objets spécifiés dans les présents Statuts.

Art. XIX. Les ressources disponibles pourront servir à constituer un fonds de réserve dans les limites régulières pour les besoins généraux du culte, et un fonds de réserve illimité qui devra être employé exclusivement, y compris les intérêts, à l'achat, la construction, la décoration ou la réparation d'immeubles ou meubles destinés aux besoins dc l'Association, visés à l'art II et III ci-dessus.

Art. XX. Après la clôture de l'exercice, le trésorier établit les comptes de l'exercice clos.

Ces comptes sont présentés par écrit au Conseil d'administration. Ils sont examinés par trois commissaires aux comptes que/ le Conseil choisît en dehors de son sein et qu'il peut choisir en dehors de l'Association. Ces commissaires sont chargés d'adresser au Conseil un rapport écrit sur la régularité des comptes et sur la situation financière de l'Association.

Le Conseil d'Administration, après avoir pris communication du rapport des trois commissaires et les avoir entendus, s'il le juge à propos, statue sur les comptes, et charge un de ses membres de présenter le rapport définitif à l'Asemblée générale.

Ces opérations diverses doivent être terminées de manière que les comptes puissent être présentés à l'Assemblée générale dans sa réunion ordinaire.

Art. XXI L'Association ne peut introduire, aux présents Statuts, aucune modification qui soit contraire à h constitution de l'Eglise catholique. Les autres modifications devront être présentées à l'Assemblée générale par l'Evêque, d'accord avec le Conseil d'administration.

Art. XXII. L'Association est formée pour une durée indéterminée.

Art. XXIII. En cas de dissolution, l'actif de l'Association sera attribué à une association constituée par l'Evêque ou par celui qui le remplace, conformément aux présents Statuts. Dans l'intervalle, qui, en tout cas, ce devra pas dépasser deux mois, l'Evêque ou son remplaçant canonique assurera la gestion des biens de l'Asioc ai.on.

560

1324 IAN 25.-SC SACK., RESOL. AAS 27 (1935) 14

NAMURCEN. ET ALIARUM

DE ADMINISTRATIONS CONFIRMATIONIS A SACERDOTIBUS CHARACTERE EPISCOPALI CARENTIBUS

An praxis deputandi sacerdotes episcopali charactere carentes ad Sacramentum Confirmationis administrandum. etiam in posterum servanda sit intra limites hactenus praefinitos, vel potius, instantibus gravibus et urgentibus causis, extendenda sit ad alias regiones etiam in Europa in casibus particularibus.

Responsio: « *Affirmative* ad I partem, *negative* ad II et ad mentem ». *Mens* vero EE. PP. fuit « quod nihil eset immutandum in disciplina Ecclesiae, quam hactenus servavit et vetuit immutari H. S. C\ factis tantummodo nonnullis exceptionibus pro aliquibus regionibus in America Meridionali, ubi servari non potest ius commune ob extraordinaria rerum et personarum adiuncta. Equidem simplex sacerdos est minister extraordinarius Sacramenti Confirmationis per deputationem Sedis Apostolicae Quodsi ex aliis regionibus exhibeantur huiusmodi petitiones, S. Congregatio suadeat Episcopis oratoribus ut recurrant ad S. Sedem pro obtinendo Episcopo Auxiliari seu Coadiutore. vel opem petant, pro huiusmodi Sacramento administrando, ab Episcopis finitimarum dioecesium ». Quod quidem rejponsum a Ssfho in Audientia diei 26 Ian. 1924 fuit confirmatum.

561

in IAN 26.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. ₱ART.

Facultas promovendi ad ordines
A1CXN0S societatis dc communi viventis sine votis.
TITULO « MENSAE communis »

Prices - *Beatissime Pater,* Superior Generalis Congregationis a Pretioso Sanguine D. N. J. C. a Sanctitate Vestra humillime implorat prorogationem Rescripti diei 23 Februarii 1917, quo sibi facta est facultas ut alumni Uegationis ad sacros Ordines promoveri possent titulo mensae communis cum potestate subdelegandi Provinciale m Americae. Et Deus. etc.

Rtscr. - Vigore specialium facultatum a Ssrfio Do-πώ» Nostro concessarum. Sacra Congregatio negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis. ;rorogationem enunciati indulti ad aliud septennium Revino p. Superiori Generali oratori benigne impertita «t, servata in reliquis illius et forma et tenore. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae. 26 Januarii 1924.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Maurus M. Serafini. Ab. O. S. *Secr.*

• Pro». N. 651/17 ex Archivo Gen. CPPS. Iodulfum rwonhn fuir di· 12 Ian 1931 «ad aliud Kptennium» (SC Rol. Pro?. N. 8159/30) c» di· 25 Mar 1933 «ad aliud qufnqutnnlusi» (SC Rai. Proî. N. 2399/38).

562

1924 IAN 28.-SC CONCILII, LIT. CIRC. PART.·

Circa modum docendi categusmum in scholis publicis

I. Poichè è stabilito che l'insegnamento dei Catechismo venga di preferenza affidato alia classe magistrale, si pregano vivamente i Rev.mi Ordinari, da una parte di esplicare tutto il loro zelo per assicurare che l'insegnamento religioso sia impartito con la dovuta idoneità. e dall'altra di usare un benevolo, paterno contegno per interessare II corpo magistrale a prestare volenteroso il suo prezioso aiuto nell'arduo compito delTistruzione religiosa della gioventù. Tanto più che gl'insegnanti al perfezionamento della loro cultura religiosa saranno mossi anche dalle disposizioni dei nuovi regolamenti. i quali, dando la più grande importanza all'insegnamento della Religione, stabiliscono che coloro i quali in esso si dlstingueranno, avranno più facilmente la qualifica di « Esperto » e poi la iscrizione nel Ruolo d'onore.

II. *Scelta dei maestri, a)* Ai Revjni Ordinari e ai loro Delegati verra presentato dall'Autorità scolastica l'elenco del maestri che sono disposti ad accettare l'insegnamento della Religione. Essi procederanno d'accordo col Direttore didattico nell'esaminarlo, ed in via riservata e nel modo più prudente potranno venire a quelle esclusioni che si rendessero necessarie. Sono senz'altro eseluse le persone appartenenti ad altre religioni. quelle notoriamente antireligiose. quelle di vita irregolare, i bestemmiatori, gli ex-preti, ecc.

b) Qualora dall'clenco non si potessero trarre insegnanti sufficienti, si ricorrerà a persone estranee alla scuola. La scelta e l'approvazione anche di queste persone sarà fatta secondo il metodo sopra indicato alla Jettera a).

c) L'approvazione dell'iconeità va rinnovata ogni anno e quindi la procedure per la scelta avrà luogo al principio di ciascun anno scolastico nella forma indicata alla lettera a).

III. *Prcparazione dei maestri, a)* Dalle risposte già pervenute alla lettera di questa S. Congregazione in data 14 dicembre 1923, si è rilevato con viva soddisfazione che, molto opportunamente, in quasi tutte le Dioeesi si sono istituiti corsi di culture rehgiosa per gl'insegnanti.

Quantunque tali corsi non abbiano che un carattere facoltativo, i Revjni Ordinari porranno ŏgD cura per richiamare ad essi il maggior numero possibile d'insegnanti, facendo rilevare che la frequenza alla scuola di Religione e gli eventual! diplomi conseguiti, avranno certamente valore per l'Autorità ecclesiastica ncll'approvazione dei maestri per l'anno scolastico successivo.

b) L'Autorità scolastica, da parte sua. istituirà per la Religione, corne per le nuove materie, corsi normali o corsi accelerati d'integrazione, i quali avranno un carattere di obbligatorietà. almcno di ordine morale.

E' stabilito che all'Autorità ecclesiastica siano richiesti, per questi corsi integrativi, i nomi degl'insegnanti delle materie religiose. I Reverendissimi Ordinari potranno cosl. d'accordo coi Regi Proweditori. scegliere le persone più adatte al delicato ed importante ufficio.

A questi corsi non seguirà un vero c proprio esame; ma la relazione delTinsegnante sulla freauenza e sui profitto dei partecipanti, sarà per l'Autorita ecclesiastica un elemento di giudizio per dichiararne l'idoneità.

c) Dove tali corsi non fossero possibili si cerchcrà di supplire con apposite, adatte pubblicazioni. o mediante speciali rubriche nei giornali scolastici più diffusi. Naturalmente tutta questa attività deve esserc mantenula entro le direttive delle due Autorità.

La stessa Autorità ecclesiastica procederà d'accordo con i Proweditori nella istituzione di piccole biblioteche circolanti per la formazione religiosa degl'insegnan-

ti. bfblioteche che TAutoritâ ecclesiastica costituirà ovunque sia possibile.

IV. /rperioni, L'Autoritâ scolastica esige che siano riservate ai propri organi ispettivi. Essa avrà certo cura di scegUerc gli elementi piu adatti e più meritevoli di fiducia da parte delTAutorità ecclesiastica, e non è escluso anzi il caso che. in un prossimo awenire, degli ispettori onorari di fiducia dell'AJtorità ecclesiastica abbiano il compito di riferire sull'andamento deU'istruzioae religiosa nelle varie zone.

Questa S. Congregazione nuire fiducia che, mercè lo zelo illuminato e prodente dei Revjni Ordinari. l'attuazione dellInsegnamento religioso nelle scuole procederà nel miglior modo possibile per fl maggior bene dclla fanriollezza cristiana, della Religione, dclla società.

» ΟτώΜτιlι lUJise: NE 36 (1924) 134-136

1924 FEB 1.-SC BEL., RESP. AAS 16 (1924) 95-96

Dubium; de superioribus doy.orum filialium

Cum in aliquibus Ordinibus aut Congregationibus Religiosis extent Domus *stricte filiales,* quae videlicet non constituunt propriam Communitatem nec bona propria possident, sed sunt quasi membra Domus maioris, a qua omnimode dependent et reguntur a Superiore delegato ad nutum Superioris, qui totam gubernat Communitatem et residet in Domo maiore, propositum fuit dubium: ‹ An Superiores Domorum stricte *filialiumi* ‹ de quibus agitur, qui sunt simplices delegati *ad* nu« tum Superioris Domus matricis, veniant sub nomine • Superioris localis ad sensum Codicis iuris canonici ».

Sacra Congregatio de Religiosis, exquisito voto plurium Rcvmorum Consultorum, rem definiendam Emis Patribus proposuit, qui. in plenario Coetu habito ad Vaticanum die 30 novembris 1923. re mature perpensa, respondendum censucrunt: Nepatice; ct *ad mentem.*

Ment autem est ut in revisione Constitutionum singulorum Ordinum aut Congregationum ad Codicem conformatarum, apposite provideatur per applicationem eorum canonum qui circa relationes inter subditos et praepositos pressius versantur, prout in singulis casibus
95 opportunum judicabitur./

Facta autem de praedictis relatione Ssmo Domino Nostro Pio divina Providentia Pp. XI. in audientia habita ab infrascripto P. Secretario, die 5 decembris eiusdem anni. Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum in omnibus approbare et confirmare dignata est, et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die prima februarii 1924.—C. Card. Laurenti. *Praef.* Maurus M. Serafini. Ab. O. S. B., *Secr.*

Mn. L CREU5EN In NrT 51 (1924) 299-301: Ph MAROTO fe» CpR 5 (1924) 122-134; REGATILLO n. 243; !P 4 (1924) 33 I4C 36 (1524) 66-67. PrM 13 (1924) 53 57; 17 (1923) C3'-G9'.

564

im FEB 1.-SC RITUUM, RESP. AAS 16 (1924) 102

SOCIETATIS IESU SEU DUBIA

CIP-CA LXPOSITIONEM CINERUM ET CIRCA CANDELAS WHIBENDAS IN FESTO S. BLASII

R. P Procurator generalis Societatis lesu sequentia dubia pro opportuna declaratione S. Rituum Congregationi humillime subiecit. nimirum:

I. Quaestioni propositae ab Archiepiscopo Aquensi: « Num permitti possit consuetudo vigens in illa archi‹ dioecesi imponendi fidelibus, prima dominica Quadra‹ gesimae. cineres praecedenti Feria iv Cinerum bene« dictos ». Sacra Rituum Congregatio respondendum censuit *ad mentem.,* die 30 iunii 1922. Et *ment est:* ‹ Affirmative in casu: dummodo Fena iv Cinerum ri« tus benedictionis et impositioni» cinerum expletus « fuerit, iuxta Mimle Romanum » ILE 4351.

Quaeritur: « Num eadem permissio valeat etiam pro « Oratoriis Piarum Unionum seu Congregationum, vel c sacellis ruralibus, aliisque ubi peragantur exercitia ‹ pro opificibus, ut iidem omnes facilius cineres red« piant et non careant hoc tam perutili sacramental!? ».

II. In decreto S. R. C., n. 31D6, *Vcrctllen.,* 20 martii anni 1869. legitur pro benedictione gutturis in Festo S. Blasii Ep. et Mart, adhiberi candelas ln festo Purificationis B. M. V. benedictas et formulam: « Per Inlerc cessionem B. Blasii liberet te Deus a malo guttura ‹ Arnen ». Quum vero alia formula, tum pro benedictione candelarum in Festo S. Blasii Episcopi et Martyris, tum pro earum appositione sub mento gutturi euhuvis benedicendorum, prostet in Rituali *Romano* (edit, typ.), quaeritur: ‹ An responsum S. R. C. in una Ver« cellen, valeat adhuc, tum pro archidioeccsl Vercellen« si, tum pro aliis dioecesibus ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, re mature perpensa, respondendum censuit:

« Ad I. Affirmative, iuxta prudens Ordinarii iudic cium in singulis casibus, servato tenore decreti diei « 30 iunii 1922.

‹ Ad II. Adhibeatur ubique oratio et formula *Ritua*« lis Romani ».

Atque ita rescripsit ac declaravit Die † februarii 1924.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S.R.C. Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

Adn. D. P. ta EL1P 51 (1937) 20-23: I. PAUWEL5 in M4 13 (1924) 72-74; EL 38 (1924) 70.

565

1924 FEB 1.-SC RITUUM, RESP. AAS 16 (1924) Itt

DUBIUM

Circa applicationem religiosos exemptos CUIUSDAM DECRETI SC RITUUM

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI, per Decretum Sacrae Rituum Congregationis diei 25 octobris 1922 [AAS 14 (1922) 597]. Festum S. Eusebii Ep. et Mart, quod Kalendario Universali affixum est sub die 16 decembris, semiduplex, in cunctis Italiae huiusque Insularum ecclesiis sub ritu duplici minori in posterum celebrari mandavit

Nunc quaeritur: « Utrum in illo Decreto includantur etiam eccles-ae « Religiosorum exemptae? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis rescribendum censuit: « Affirmative ».

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die † februarii 1924.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. ct S. Rufinae. S. R. C. *Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

Adn. P. R in EL 38 (1924) 20-21: EL 38 (1924) 71.

566

1924 FEB 2.-SC STUD., DECR. AAS 17 (1925) 547-551

DE RELATIONE SUPER STATU SEMINARIORUM SINGULIS TRIENNIIS TRANSMITTENDA

Quo uberiore cum fructu Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus munere suo gravissimo perfungi valeat, omnino necesse est ut dc Seminariorum statu ac conditione saepe et accurate certior fiat

Itaque, de mandato SsriU D. N. Pii PP. XI. Sacra eadem Congregatio quae sequuntur decernit:

1. Omnes locorum Ordinarii tenentur, singulis trienniis, relationem Sacrae huic Congregationi facere super Seminarii statu, secundum formulam praesenti decreto adiectam.

2. Ordinarius qui Seminario praesit Interdioecesano ve) Regionali, de eo etiam, iuxta quaestiones in formula positas, referat

1 Triennia sunt fixa et computantur a die ‡ ianuarii huius anni 1924. In hoc primo triennii anno relationem exhibere debent Ordinarii Italiae./ Galliae, Hispanue insularumque adjacentium ; in altero, ceteri Europae Ordinarii ; in tertio Ordinarii Americae universi.

ns

Et ita per vices continuas singulis quae sequentur trienniis.

4. Relatio lingua latina conscribenda est, et ab ipso Ordinario subsignanda, adiectis die. mense et anno quibus data fuerit

5 In relatione danda, responderi debet accurate et plene ad singulas quaestiones quae in formula ponuntur.

6. Si, durante triennio quod relationem sequetur, textus quidam praelectionum cursus Philosophiae. Theohgae, S. Scripturae, Iuris Canonici, mutetur, id statim id Sacram hanc Congregationem referatur.

7. Praesenti decreto nihil derogatur de lege relationis super Seminario S. Congregationi Consistorial! exhibendae, quum ad eamdem Sacram Congregationem de statu dioecesis, ad normam can. 340, debet referri.

Datum Romae e Secretaria Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus, die 2 februarii 1924 —C. Card. Bisleti, *Praef.* lacobus Sinibaldi. Ep. tit Tiberien.. *Secr.*

Formula servanda in relatione de statu seminarii

Art I. - *Dc Seminarii constitutione* et *aedibus*

1. Utrum dioecesi proprium sit Seminarium: (can. 1354 f 1) quando et quo documento constitutum, an distinctum in maius et minus (can. 1354 5 2). an saltem debitae cautelae adhibeantur ut aetate minores et maiores seorsim instituantur, cum disciplina uniuscuiusque aetatis propria.

Si dioecesis Seminario careat, an servetur can. 1354 i 3.

2. Quae sit Seminarii fabrica, quot alumnos possit capere: an disciplinae et valetudinis tuendae legibus respondeat

3. Utrum adsit rusticationis domus, et ibi alumni saltem maxima ex parte temporis maiores agant ferias.

Art. II. - Dc reditibus, *expensis et oneribus*

4. Quinam sint Seminarii annui reditus, sive certi nve incerti, et quaenam expensae.

i Si Seminarii reditus deficiant, an can. 1355. 1356,
50 serventur./

6. An rite satisfiat oneribus Missarum aliisque obligationibus piis vel alterius generis.

7. An Seminarium aere alieno gravetur, quanto, quaram ex causa, an affulgeat spes debitis satisfaciendi.

Art. III. - *De personis*

8. Quinam sit Rector, quales eius dotes et aetas (can. (42 i 1 n. 2, § 2; 1360).

9. Quot alii Rectorem in regimine adiuvent. Utrum adsint Praefecti contuberniorum, ex ordine sacerdotum vel cx ipsis alumnis assumpti, et hi aequis polleant virtutibus ct munere suo naviter perfungantur,

10. Utrum sit Magister Pietatis, seu Director Spiritualis, debita prudentia, doctrina, pietate ornatus, qui in Seminario degat, nulloque alio officio implicetur •can. G42 1 1 η. 2, 5 2; 1358; 1360). - An praeter ipsum adsint alii confessarii, sive ordinarii sive extraordinarii et praecepta can. 1361 § 1-2, custodiantur.

11. Utrum circa Magistrorum electionem, pietatem, eorum doctrinaeque integritatem, idoneitatem, diligentam, numerum, serventur quae a can. 1360 5 Γ, 1366 § 1; «2 I 1 n. 2. 5 2; 1366 § 2; 1406 δ 1 n. 7. 1366 5 3. praecepta sunt.

12. An S. Scripturae Magister peculiarem, eamque rectam, in Sacrae Scripturae scientia institutionem nacU3 ct, ct solida, tum philosophica tum theologica, doctnna emineat.

13. Quinam sit Praefectus Studiorum.

14. Quinam Oeconomus, et utrum dependentor ab Epicopo et Rectore patrimonium Seminarii diligenter adminutret (can. 642 5 1 n. 2. $ 2; 1358. 1360,).

15. An serventur regulae can. 1359 circa Deputatos.

16. Si Seminarium a Congregatione aliqua religiosa regatur, indicetur quaenam sit haec Congregatio, quando, quibusnam condicionibus, et an de S. Sedis venia curam pii Instituti susceperit, et an praefatis condicionibus satisfaciat.

17. Quot sint in praesens Seminarii alumni internL an eorum numerus par sit dioecesis necessitatibus, an can. 1363 servetur in alumnorum admissione in Seminarium.

18. An et quot sint alumni externi, qua de causa, et an fieri possit ut ipsi quamprimum in Seminarium ingrediantur; interim quaenam de ipsis sit cura./

19. An et quot extra dioccesim alumni instituantur, ubi et qua de causa; et vicissim. an clerici alterius dioecesis in Seminarium dioecesanum recepti sint, quot, quarum dioecesium, ct quibusnam de causis.

20. Quot sint famuli, qua cura seligantur et quomodo caveatur ut in pietate et ordine serventur et officiis suis satisfaciant - Quod si Religiosae Sorores suam Seminario operam navent indicetur earum Congregatio et agendi ratio et an Seminarii partem incolant omnino separatam.

Art. IV. - De *pietate et disciplina*

21. Quomodo pietas in Seminario excolatur, an Communio frequens et quotidiana promoveatur; an praescripta serventur can. 1367.

22. Utrum sint statuta Seminario propria (can. 1357 5 3) et adamussim serventur, (can. 1369 5 1).

23. Quomodo se gerant alumni erga Superiores, erga seipsos, erga socios, an erudiantur de legibus urbanitatis et praeceptis hygienicis (can. 1369 § 2).

24. Numquid aliquando perturbationes aut scandala praeterito tempore in Seminario obvenerint, et an forte (quod Deus avertat) adhuc habeantur, et quaenam reputetur horum malorum causa.

25. Utrum quoad alumnorum correctionem et expulsionem serventur quae can. 1371 praecepta sunt

26. An alumni prohibeantur a lectione librorum et diariorum, quae, quamvis in se non noxia, eos tamen a studiis distrahere possunt.

27. Si alumni ad suos tempore vacationum revertantur, quaenam de hac re normae praescriptae sint in dioecesi.

28. Utrum Seminarii alumni prohibeantur a laicis Universitatibus celebrandis (Decr. S. C. Consist, 30 aprilis 1918) (LE 87].

29. Si Sacrorum alumni servitium militare obire coguntur, quae cautelae adhibeantur ut dum militant honestam vitam agant - An Seminarii alumni a militiae stipendiis dimissi, nonnisi post debitam et maturam probationem promoveantur ad sacros Ordines.

Art. V. - De studiis

30. Quot annis, qua methodo, quorum auctorum textibus humaniora studia perficiantur. An praeter linguas latinam, graecam et propriae nationis etiam aliae disciplinae tradantur et quatuim. an curae sit ut tyrones apprime addiscant linguam latinam. iuxta can. 1364 § 2. et epistolam Ssmi D. N. Pii PP. XI ad Emum Card. Bisleti diei 1 augusti 1922 (LE 4431. Quinam alumnorum profectus./

31. Utrum cursus philosophicus ad can. 1365 5 1 conficiatur. Quinam libri in eo praelegantur. Quo idiomate et qua methodo Philosophia scholastica tradatur «can. 1366 5 2, et epist. praefata S. P. Pii XI). Quinam alumnorum profectus.

32. Utrum cursus quoque theologicus» iuxta can. 1365 S5 2. 3; 1366 5 2. et epistolam Pii XI perficiatur. Quo idiomate. quibus praelectionum textibus Theologia Dogmatica. Moralis. Sacra Scriptura. Ius Canonicum et ceterae disciplinae tradantur. Quinam alumnorum profectus.

33. Praesertim si Seminarium gaudeat facultate conferendi gradus aeademicos m sacra Theologia, an Summa S. Thomae, una cum aliquo probato textu, qui ordinem logicum quaestionum indicet et partem positivam contineat, habeatur prae manibus in schola sacrae Theologiae (Decr. huius S. Congregationis» 7 martii 19161 (AAS 8 (1916) 156-157].

34. Utrum et quo modo fiant examina finalia.

35. Quod si Seminarium carcat facultate conferendi gradus academlcos, an provisum sit ut maioris spei cie-

rid in aliqua pontificia Universitate instituantur ut gradus obtineant aeademicos (can. 1380).

36. An adsint aulae cum apparatu necessario ad studium historiae naturalis et cum instrumentis opportunis ad studium physices.

37. An adsit bibliotheca, et utrum libris instructa sufficientibus, tam pro alumnis quam pro magistris.

Art VI. - *De Sacris Ordinationibus*

33. Utrum serventur quae hac de re Codex praecipit (can. 975, 976. 977. 978, 1001, 1006 f 2 et 3. 1009).

Art \TL - De *nonnuUis peculiaribus* Ordinarii *Officiis*

39. Utrum Ordinarius saepe per annum Seminarium invisat iuxta can. 1357 f 2. et sedulo vigilet ut Rector, aliique Seminarii Moderatores ac Magistri munere suo rite fungantur (can. 1369 j 3).

40. An urgeat observantiam can. 1353.

4L Utrum « Opus Vocationum ecclesiasticarum » instituerit vel curet ut quam primum instituatur (epistola Ssmi D. N. Pii PP. XI ad Emum Card. Bisleti) [LE 4431.

Ada. FrM 13 (1924) 191.

567

1924 FEB 6.-SC REL., INSTR. AAS 16 (1924) 96-101

INSTRUCTIO

De clausura monialium totorum solemnium

Nuper edito ab hac Sacra Congregatione decreto " circa montai» in Gallia et in Belgio ". sub die 23 iunii 1923 [LE 525L quamplura monasteria ex 11115 regionibus alacriter egerunt de obtinenda facultate qua moniales eorumdem ad vou tolemnla profitenda admitterentur; et enixe postularunt, ut de Clausurae *Pa*palis lege, quae talem concessionem consequitor, rite ab hac Sacra Congregatione instruerentur,

Contderans vero eadem Sacra Congregatio, le'em clausurae in Codicem tum canonici receptam ex veteri iure esse depromptam, camque a & Pit V tempore servatam, quamplurimis Sacrarum Congregationum responsis communitam et Doctorum elucubratioribus illustratam fuisse, opportunum ludicavtt ut Instructio prctnulgar-tur. quae veluti norma pro universis monialium monastcnis, in quibus vota solemnia emittuntur, esse queat

Re igitur mature perpensa. Sacra Congregatio, ea quae sequuntur, circa legem Clausurae Papalis. servanda decrevit:

L ℵMoniale vi suae professionis et legis ecclesiasticae, contrahunt obligationem:

e» semper manendi intra septa sui cuiusque monasterii, ita ut. sine speciali Sanctae Sedis induito, inde exire non liceat, salvis casibus de quibus infra (can. C0Ii;

b) nec admittendi intra eadem septa quamcumque personam cuiusvis generis, conditionis, sexus, aetatis, sine licentia Sanctae Sedis, nisi persona sit a iure excepta, ut
97 intra (can. OOi/

Haec est Clausurae Papalls lex et obligatio, eaque afficit etiam monasteria in quibus moniahum numerus quantumcumqtae Imminutus sit

II. Monasterium ergo, una cum ädlacentibu hortis et vindants (can. MГ7) Z). ita circumscplum esse debet, ut quoad heri potest, nullus sit in ea vel ab lis prospectus externarum personarum (can. C02).

1· Si quae fenestrae resplclant publicam plateam vel domes vicinas, vel communicationem cum extraneis permittant Ita vitris opacis vel valvulis (foriculis) munin debent ut prospectu» hinc ii.de impediatur.

2‘ Si chorus crates habet per quas moniales altare videant rta crates dispositae cwe debent ut fideles, e loco Ipsis reservato, ℵa moniales videre nequeant

3· Sedes confesr.onali» Ita disposita sit oportet ut confetsar.us extra clausuram, poenitentes vero intra reperiantur.

4 Locus In quo moniales ucrsm Communionem recipiunt. ita. Uve porta sive «pano, occlusus esse debet, ut ℵmoniale a fidelibus videri nequeant

5 Apud lanuam monasterii in sacrario et ubicumque necessarium videatur, rota muro inseratur, per quam res neCsMtriM transmitti possint Nihil obstat, quominus hac in rota parvum foramen «t. per quod videri posait quaenam rvs rotae immittantur

6· Intra limites Clausurae Papalls non comprehenditur publicum templum cum continenti sacrario, ad quae propterva. «ne Sanctae Seda induito, moniales accedere nequeunt

III Duobus modis lex clausurae violari potest: aut per Indebitum egressum monialium e septis monasterii, quocumque praetextu, etiam ad breve tempus, factum (caa. 601), aut per Indebitum *ingressum cuiuscumqua alius per. sonae* sine licentia Sanctae Sedis.

1· *Egressus e* monasterio sine licentia Sanctae Sedis monialibus. post professionem, licet solummodo in casu imminentis periculi mortis vel alius gravissimi mali. Hcc periculum. si tempus suppetat, ab Ordinario loci scripto recognosci debet (can. 601).

αι Talla pericula erunt: incendium, inundatio, πώυ fabricae, terrores belli, invasio militum et cetera hujusmodi. Eadem provenire possunt etiam cx parte cuiusdua nwnialis. exempli gratia, dementia periculosa affectae am morbo epidemico laborantis, quo in casu huiusmodi moaialis e clausura recedere debet, ut incolumitati ℵeligio· communitatis consulatur. Si tamen tempus permittat. Ordinarius loci, a monialibus rogatus, periculum ct causam sufficientem egrediendi e clausura scripto recognoscere debet

b) Sine licentia Sanctae Sedis ergo non potest mordala ab uno monasterio ad aliud, etiam eiusdem Ordinis, nec ad breve tempus, transferri, nec exire causa novae fundatione faciendae: nec ut exerceat munus abba/tlssae seu anlutitac aut magistrae novltiarum: nec ad curandam valetudinem: nec ad Invigilandum aedificationi novi monasterii Quae tamen licentiae a Sacra Congregatione, iustis de causis et debitis praescriptis conditionibus, concedi solent

c) Sl supra tectum monasterii sit ambulacrum, ad iL'ud accedere moniales poterunt, dummodo cratibus undequaque rite protegatur.

d) Cum saepissime necessitas adsit, ut moniales, propter decorem domus Dei, per seipsas in ecclesia exteriore ea faciant, quae requiruntur ut semper debita munditie et nitore resplendeat, et praecipue in festis maioribus convenienti ornatu decoretur. Sancta Sedes, pro monasteriis td petentibus, antistitae facultatem concedit desifnandi religiosas. quotquot videantur necessariae, quae, tempore qua nemo est in ecclesia et haec omnino clausa manet. Ln eam descendere possint, ut ea omnia agant quae ad cultum ecclesiae eiusque munditiem pertinent.

ei Quamvis adspirantes ad habitum religiosum, dum postulatum peragunt, lege clausurae teneantur (can. 5W f 31. tamen libere ct absque licentia Sanctae Sedis e monasterio egredi possunt quando ad saeculum sponte eas redire aut a superioribus dimitti contingat: et Idem de novitiis dicendum, aut de professis votorum temporariorum, quando vota expiraverint. vel legitime dimissae fuerint

2· *Ingressus* in monasterium sine venia Sanctae Sedix vi can. €00. sequentibus personis licet:

α· Ordinario loci aut superiori regulari monasterium vilitantibus. vel aliis visitatoribus ab ipsis delegatis, ILoet clausuram ingredi dumtaxat inspectionis causa, cautoque ut unus saltem clericus vel religiosus vir maturae aetatis eos comitetur (can. €00. 1·).

bl Pro sola igitur visitatione locali peragenda visitatori clausuram ingredi licet. Visitatio personalis extra clausuram ad crates fleri debet. Nec Ordinario aut superiori regulari aut visitatori extra actum visitationis ratione officii clausuram ingredi fas est.

C) Causa explorationis, quae ante vestltlonem et utrimque professionem ab Ordinario loci vel eius delegato fier, debet, nec non pro electione antistitae. Ordinarius loci aut cius delegatus clausuram ingredi non debet (can. 5C6 | 2. 552 i 2).

d) Si vestitioni vel professioni monialium Episcopus vel alius sacerdos praesit, neque ipsis clausuram ingredi, neque postulanti aut professurae ex ea egredi licet.

c) Visitator ingressurus clausuram inspectionis causa ab uno saltem clerico vel religioso, etiam converso, maturae aetatis, comitari debet, qui toto tempore, quo in monasterio moratur, ab eo non discedat./ 9i

f) Confessarius. vel qui eius vices gerit, potest, cum debitis cautelis, ingredi clausuram ad ministranda Sacramenta infirmis aut ad adsistendum morientlbus (can. 600. 2'I Haec facultas respicit confescarium ordinarium monasterü. vel qui eius vices gerit, quibus ex can. 514 § 2 competit administratio Sacramentorum et adsistentia morientlbus u monasteriis monialium: in horum defectu alius etiam sacerdos clausuram ingredi potest

Ad excipiendas confessiones aegrotantium ingredi clausuram potest, quoties requiratur, non solum confetsanus ordinarius, sed etiam extraordinarius vel adiunctus aut confessarius quilibet a graviter aegrotante accersitus. de quo In can. 523 fit sermo.

h) Debitae cautelae adhibendae *pro Communione* administranda ln decreto Sacrae Congregationis de Religiose diei 1– septembrts 1912 exhibentur: " Oportet ul quatuce ~ religiosae maturae aetatis, si fieri possit, ab ingressu Ui – clausuram usque ad egressum sacerdotem comitentur, qui " tacram pyxldem. aliquas consecratas Particulas continen" tem. deferre, sacram Communionem administrare, reverti " ad ecclesiam, eamdemque sacram pyxldem reponere de" bet, servatis rubricis a Rituali *Romano* pro Communione " infirmorum statutis w [AAS 4 (1912) 625 - 626]

D Pro Confessione excipienda sequentes cautelae praescribuntur: duae moniales confessorium ad cellam infirmae comitentur iblque ante ostium cellae apertum expccter.L dum Confessionem audit, ut redeuntem ad monastery lanuam iterum comitari posxint.

k) Quandocumque sacerdotem ad supradicta ministeria

obeunda clausuram ingredi contingat, finito ipso ministerio »taUm e monasterio egredi debet.

L Si verbum Dei monlalibus ad crates commode praedicin oon potest. Sanctae Sedis licentia exquirenda est. quae, s graves adsint rationes, eam denegare non solet, ut prae dxatores clausuram ingredi ct in choro sive in capitulo prxdxare valeant, servatis tamen animadversionibus et aulelis pro ingressu confessarii supra descriptis.

ʌ) Possunt clausuram ingredi qui supremum actu tenent populorum principatum eorumque uxores cum comitatu; item Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales (can. 600. ₰

·) Antistitae est. adhibitis debitis cautelis, ingressum permittere medicis, chirurgicis, alllsque quorum opera est necessaria. impetrata prius saltem habituali adprobatlonc •b Ordinario loci; si vero necessitas urgeat, nec tempus luppetat adprobationcm petendi, haec iurc supponitur (can. ew. «·›.

Comprobanda quidem es: praxis huius Sacrae Congregationis. quae privilegium Missam media nocte litandi integrum et peculiare solemnlssimo Natali diei D. N lesu Christi servandum studet; adeo uL quamvis discrimen inter Missam nocte Natalis Domini celebrandam, aliasque. quae praeter morem litandae interdum permittuntur, neque fundetur in iure. neque in traditione liturgica. prudens nihilominus foret illud inducere ac servare, non modo quia parum incommodi induito fruentibus affert, verum etiam quia emolumenta haud levia parit. Siquidem huiusmodi praxis:

I. Peculiarem omnino solemnitatem noctis Natalis Domini. diu ac quam latissime servatam, utpote sacris Scripturis innixam, firmat, camque maiore veneratione adauget

II. Longius protrahit tempus sacrae Synaxis suscipiendae. a domestica coena peracta.

III. Horae saltem dodrante a media nocte naturale leiunium producit ante sacram Communionem, quod certo leviorem communi, generali, ac pervetustae Ecdcstae legi derogationem reddit.

IV. Aequius cum pristina liturgica consuetudine vetustorum pervigiliorum conspirat, quae licet sub vesperum inchoarentur. sacra nihilominus Communio, fere albescente caelo peragebatur.

V. Ad amovenda autem dubia, atque ad arcendos abusus, qui exoriri possunt ob dissimile, qued intercedit tempus medium, uti vocant, atque *astronomicum,* opportunum ducitur decernere, ut mediae noctis computatio, iuxta temporis rationem, quae a fidelibus fieri consuevit, scilicet de tempore, quod medium appellant, servetur.

Quare, etc.

Adn. *J. P. in* **NrT 52 (1925) 436; IP 5 (1925) 4-5: ME 37 (1925) 66-70; PrM 14 (1925) 32-33.**

592

1924 APR 23.-SC CONC. EPIST. AAS 16 (1924) 287-289

EPISTOLA AD ITALIAE ORDINARIOS

DE PUERIS CHRISTIANA CATECHESI IMBUENDIS

Rfno Monsignore. — II ripristinamento delTmsegnamento religioso nelle scuole primarie ha riempito di liete speranze ognuno cui stia a cuore il bene degb individui. della famiglia e della societâ; giacchè il catechismo. benchè picolo di mole cd umile in apparenza, è in realtà divinamente grande e sublime.

Esso conticne gli element! destinati a nutrire ed irrobustire la vita dello spirit© ; esso solo puô formare coscienze forti e pronte a combattere gli appetiti che spingono l'uomo in basso, e tendono a gettarlo nel fango, rendendolo zimbello delle proprie cieche passionL

II catechismo insegna all'uomo l'esistenza di D:o che. come padre amoroso, veglîa su di lui, vuole il suo benc. la sua salule temporale ed eterna.

Esso gli fa conoscere dondc vicne. dove va. quai vin deve tenere per giungere al suo fine. Gll fa comprcndere l'eccellenza dell'anima sua, riscattala al prezzo di un valore Infinito: il Sangue di Gesû Cristo; e in conseguenza la nefandezza dei peccato, che non solo lo trascina alla perdizionc eterna. ma offende gravemente la grandezza e maeslâ di un Dio, che ci ha amati usque *ad mortem,* e che quindl è degno di tutta la nostra gratitudine ed adorazione.

Gli inculca la nécessité di amare il prossimo corne se stesso. di posporre Tintcresse privato a quello pubblico. cd il dovere di dare anche la sua vita per il bene superiore della Religione c della Patria.

Gli fa inline conoscere i mezzi da Gcsù Cristo messi a disposizfonc di ognuno per conseguire la grazia di cui abbiano bisogno per la nostra santificazione.

Il catéchisme contiene cosi un complesso di verità sublimi, di leggi. di preeetli. di mezz: atti n condurre chiur.quc alia propria perfezione.

E durque évidente che un argomento di important si capitale, di una vastità e profondità tanto grande, richiede uno studio assiduo, prolungato, che non puô affatto csaurirsi celle scuole eicmcntarl.

Ed è da ntencrc che non vi sia parroco in Italia, il quale posa pensare che basti al fanciullo l'istruzione catechisùca impertita nelle scuole primarie, e possa esimers: dalla rigorosa osservanza delle sante leggi
*3 della Ch esa. le qaali impongono agli aventi cura d'anime Tobbl.go strettissimo di insegnarc il catechismo (can. 1329 e «egg. del Cod. di dir. can.).

L'insegnamcnto che si imparte nelle scuole dementari non puô esserc sufficiente alla formanone completa del cristiano: i fanciulli impareranno a memoria alcune preghiere. Il decalogo, il *Credo;* acquisteranno noxioni generali su vari punti della Dottrina Cristiano; ma far si che ne abbiano una cognizione più précisa e proporzionata alla loro mtelhgcnza è riservato ai parroci. agli aventi cura d'anime.

Ad esso, in modo tutto particolarc. la Chicsa ha affidato la delicata ed important:ssima missione di nutrire e sviluppare. con l'insegnamento del catechismo. la vita spirituale dei loro parrocchiani.

Essi, più di ogni altro. sono in grado di adempiere questa missione. che esercitano in nome e con l'autorilà stessa della Santa Chlesa.

Ess.'. chc banco per molto tempo atteso di proposito a studi specali. sono più atti a tale officio, e certamentc avranno dal Signore le grazie necessarie per rispondere al grave compito a cui sono chiamati.

Ne è da trascurars. la circostanza del giomo e del luogo ove ordmariamentc il parroco esplica il suo ministero.

Ii templo slesso e il giorno di Domenica contribuis&cor cfficacemente ad imprimere nelT animo de: giovanetti un più alto senso della bellczza dclla Religione, un p:ù urgente bisogno di seguime la morale, un più vivo desiderio di attingere ad Essa l confort! divini.

Ed è anche évidente che l'insegnamcnto catechlstico parrocchiale ai fanciulli. oggi più chc mai. deve essere fatto dovunquv con scrupolosa diligenza. usando di tutti quel mezzi. che eminenti catcchisti hanno tanto accuralamente indicati ed illustrati; e ciô gioverà anche a formarsi un'csalta cognizione dell'ampiezza e dei grado dcirinsegnamcnto religioso delle pubbliche scuole e ad opportunamente Integrarlo.

Si rivolge quindi calda preghicra ai Rmi Ordinari affmchè vogliano richiamare sui delicato argomento laltenz.one dei parroci cd aventi cura d'animé, ricordando ad essi la grave responsabilitâ che loro incombe dinanzi a Dio ed alia socieià.

Ed In modo speciale facciano présenté ai genitori il gravissimo obbligo di educare cristianamente i figli, obbligo che non verri totalmente adempiuto, se non curcranno che questi siano assidui all'msegnamento parrocchiale dei catechismo (can. 1335 Cod.).

Si tratta della salute etema dei figi:, c ne dovranno reodere al Signore strettissimo conto.

I Rm: Ordinari informeranno questa Sacra Congregazione intorno ad un argomento tanto importante nella
289 relazione triennale chc dovranno/ fare a norma dei Motu Proprio Orbem catholicum dei 29 giugno 1923 (Acta Ap. Sedis, anno XV, vol XV. n. 7. pag. 327) ILE 527J. coi quale venivano date istruzioni circa l'insegnamento catechistico.

Si partecipa chc i medesimi Ordinari trasmetteranno la detta relazione per tumo coi seguente ordine: gli Ordinari delTltalia superiore nelTanno 1925; gli Ordir.ari dclTItalia media nelTanno 1926; gli Ordinari dclTItalia inferiore nelTanno 1927.

Fiducioso che Il lavoro concorde per il ritorno della socictâ alla Verità Cristiana affrett; Tattuazlone dei programma del Santo Padre: c La pace di Cristo nel < regno di Cristo ». Le offro i sensi dei mio ossequio. e mi raffermo di V. S. Rffia affato Doxvro Card. Sbarretti. *Prefetto.* Giulio, vesc. Ut. d: Lampsaco. Segretario.

Roma. 23 aprile 1924.

A4·. J CKEUSEN In MrT 52 (1925) 153-175.

€37

593

1924 APR 27.-PIVS XI. MP. AAS 16 (1924) 1M-18?

De disciplinae diblicae magisteriis

PIUS PAPA XI

Bibliorum scientiam quanti Ecclesia Dei perpetuo fecerit, vel scripta testantur, a christianae religionis primordiis usque adhuc, ad isdem docendam tuendamque edita. Libris enim sacris, altero divinae révélations fonte, haud secus ac traditis sine scripto doctrina, quicquid dc Deo. de Christo hominum Redemptore, de nativa Eccles:ae constitutione deque morum disciplina scimus. Quamobrem rei biblicae studia, tanto plus viguerunt, quanto oportuit acrius aut veritatem illustrare aut errores inimice infesteque in Christi divinitates inque Ecclesiam prolatos refellere; acatholicis autem et ralionalistis eousque temeritatis audaciaeque progressis. ut ipsam Scripturae Sanctae auctoritatem atque ab errore immunitatem appeterent, iam nostris necessc fuit, magna sanae eruditionis cop.a instructis, in certamen descendere, ut divinum Coelestis Sapientiae donum a falsae scientiae commentis defenderet In qua quidem palaestra, si omnes ex utroque clero alumni, per sacrorum studiorum cursum, graviter institui atque exerceri debent at plenissimam tamen incorruptamque rei biblicae cognitionem ii percipiant oportet qui ad eiusmodi disciplinam aut in Seminariis studiorumve Universitatibus tradendam aut scripto tractandam peculiari quadam ingemi sui propensione allici et reservari videantur: qui si tantulum ab Ecclesiae sensu aberrarinl iam apud plures alios integritas fidei in periculum discrimenque vocabitur. Rei huiusce momenta cum proximi decessores nostri provido intentoque animo pondérassent, Commissione, ut aiunt, purpuratorum Patrum et Instituto item biblico conditis, datisque haud semel, ut Sacrae Scripturae studia proveherent, ad universos etiam catholici orbis Antistites, Litteris, inter aha id quoque edixerunt, magistros eius disciplinae esse caute prudenterque diligendos, et alumnos optimae spei, qui nati apti ad Bibliorum studia viderentur, ad promerenda etiam/ huius disciplinae insignia excitai: & adiuvarique debere, quibus aliquando divinarum Litterarum magisteria committerentur. Quae quidem hortamenta et lussa sapientissimorum Pontificum magno sane emolumento fuere; verumtamen ut eadem, additis per Nos praescriptis atoue incitamentis, quae temporum condicio postulat, uberiores solidioresque afferant utilitates, placet, haec quae sequuntur, auctoritate Nostra decernere:

I. Gradus academic!, apud Commissionem Biblicam vel Institutum biblicum. facto scientiae periculo impetrati, eadem pariant iura eosdemque canonicos effectus ac gradus in sacra Theologia vel in iure canonico a quibusvis Pontificiis Athenaeis ct catholicis Institutis conlati.

II. Beneficium, in quo canonice insit onus Sacrae Scripturae populo explanandae, ulli ne conferatur nisi praeter alia, sit is licentia aut laurea in re biblica potitus.

III. Nullus item Sacrarum Litterarum in Seminariis tradendae doctor esto, nisi, confecto peculiari eiusoem disciplinae curriculo, gradus academicos apud Commissionem Biblicam vel Institutum Biblicum adeptus legitime sit. Volumus autem ut baccalaurei titulus iis ab Institute Biblico tributus, qui ibidem primum alterumque curriculi annum — graviores nempe doctrinas percipiendo — peregerint, satis sit cum nd rem biblicam docendam, tum ad beneficium, de quo ŋ. II. assequendum. incolumi tamen iure cos anteferendi qui licentia laureave aucti sint.

IV. Summi Ordinum regularium Sodalitatumque religiosarum moderatores id velle Nos sciant, ut quos ex alumnis suis, aut Romae aut alibi sacrarum disciplinarum curriculum agentibus, ad divinarum Litterarum studia aptiores deprehenderint, si non omnes at saltem eorum aliquem, post exactum theologiae cursum, scholas Instituti Biblici frequentare iubeant.

V. Id ipsum catholici orbis Episcopis sanctum et sollemne esto, qui. praeterea, rem Nobis pergratam facturi sunt, si annuam pecuniam constituerint, constituendamve aliorum liberalitate curarint, ut uni vel pluribus c sua cuiusque dioecesi sacerdotibus Romae alendis, ea causa, ut Instituti Biblici scholas celebrent/ ibique gra-

dus academicos adipiscantur. Quos tamen Episcopi, huius rei gratia, in Urbem miserint, iis excipiendis hojpitia profecto non deerunt.

VI. Ut quod postremo loco hortati sumus, id exemplo confirmemus Nostro, ducenta libellarum Italicarum milia largimur quaruin annum reditum in sacerdotes duos, ut supra. Romae alendos per Sacram Congregationem Seminariis studiorumque Universitatibus praepositam erogaturi sumus; cui quidem Sacrae Congregationi omnia, quae superioribus quinque capitibus decrevimus, ad effectum deducenda ac pro prudenti arbitrio moderanda attribuimus. Divinam interea Sapienlam rogamus incepto faveat nostro, quocum maximum religioni bonum, cohaeret profecto ac coniungitur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 27 mensis Aprilis, anno 1924, Pontificatus Nostri tertio.—Pius Papa xi

Aia. REGA7ILLO d. 695.705; IP 4 (1924) 70-72; ME 35 (19:4) 131-132; PrM 13 (1924) 107-109.

594

1921 MAI 1.-SC PROP. FIDE, INSTR. PART.·

IXSTRCCTIO DE ALUMNIS ADMITTENDIS IN PONTIFICIUM COLLEGIUM URBANUM ROMAE; ET QUAESITA EISDEM ANTE ADMISSIONEM PROPONENDA

INSTRUCTIO

De alumnis admittendis in *Pont. Collegium Urbanum*

Consuevit haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide loca vacantia in Pontificio Collegio Urbano quotannis mense fere aprili novis alumnis assignare, ratioce habite petitionum sibi ab iis qui missionibus praesunt oblatarum.

Cum autem in hac re, proximis praesertim annis, frequentes occurrerint errores, qui et aliquibus Revmis Ordinariis inexspectatam causarint deceptionem, et ipsi Sacrae Congregationi non leve incommodum, oppertu-rum et perutile visum est perspicuas et certas normas cum Revmis Ordinariis communicare, quibus imposterum alumnorum m Pontificium Collegium Urbanum admissio regatur.

Itaque:

1) Petitiones pro alumnis admittendis singulis annis ita tempestive mittendae erunt ut ante finem mensis martii ad hanc S. Congregationem perveniant De iis quae posteriore tempore pervenerint nulla ratio habebitur.

2) A Revmis Ordinariis eligendi sunt, prae caeteris, ver.es bonae indolis, ipsis optime cogniti, qui signa supernae vocationis praebeant ita, ut Ordinarii confidere omnino possint illos missionaries zelo animarum ferventes futuros esse.

3i Alumni admittendi ne sint maioris aetatis quam ot vitem communiter agere seseque absque difficultate Collegii disciplinae submittere possint; optima fruantur valetudine nec ullo, vel latenti, haereditario morbo laborent

4) Linguam latinam probe sciant Quum enim disclpbnae omnes tam philosophicae quam theologicae in schoks Collegii Urbani latine tradantur, tempus frustra Ureretur si alumnus magistros intelligere non posset

5) Una cum petitione admissionis necesse est ut Ordinarii accurate atque fideliter respondeant omnibus et singulis interrogationibus, quae in quaestionario huic Instructioni adnexo continentur, quibus addant caeteras notitias, quae utiles esse possint. ⁸

C) Postquam haec Sacra Congregatio omnes petitiones et documenta examinaverit et loca Collegii distribuerit, Ordinariis rescribet quinam nominatim admissi herlnt

7) In seligendis alumnis oblatis, caeteris paribus. Saca Congregatio eos praefert qui cursum philosophicum scipere parati sunt, quum ad pleniorem perfectioremque Institutionem et praesertim ad animi formationem plurimum conferat, ut per sex annos in Collegio permaneant

8) Alumni neque intempestive neque serius Romam mittantur; sed Ordinarii curent ut ad finem men^s octobris, vel ineunte mense novembri, alumni Romae sint, quum die 5 mensis novembris scholae principium habeant

9) Alumni qui non accepta designatione Romam nihilominus venerint, in Pontificium Collegium Urbanum non admittentur.

10) Petitiones quae acceptatae non fuerint, nullam vim aut effectum habebunt pro anno subsequent!, etsi hoc fortasse in precibus adiunctum sit Etenim pro anno litterario sequenti nova postulatio, tempore statuto, facienda erit

11) Pro unoquoque alumno in Collegium Urbanum admittendo Revmi Ordinarii, vel ii ad quos spectat, tantum pecuniae apud hanc Sacram Congregationem deponere debent ut expensae pro reditu inde facile solvi possint. Quod nisi praestiterint, alumni non admittentur. Ea pars pecuniae quae forte superfuerit reddetur.

Datum Romae, ex aedibus S. C. die 1 maii A. D. 1924.

QUAESITA

Ad *normam instructionis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide dc alumnis admittendis* in ‹ *Pontificium Collegium Urbanum* »

1. Nomen et Cognomen Candidati ...
2. Quo die. mense et anno ortus sit
3. Nomen loci in quo natus est; et Dioecescos vel Missionis in qua locus ipse reperitur.
4. An ex legitimo matrimonio natus sit
5. Nomina parentum et an parentes adhuc vivant.
6. Quatenus parentes mortui sint, edicatur quo ex morbo vita decesserint
7. Quaenam sit parentum religio.
8. An candidatus sit ritus latini; et quatenus negative. dicatur cuius ritus orientalis sit; et an uxorem umquam duxerit vel sponsalia contraxerit
9. Cui Dioecesi vel Missioni inserviendae admittendus sit
10. An ad statum ecclesiasticum, ct ad apostolicum ministerium signa supernae vocationis praebeat; qualis eius vitae ratio antea fuerit
11. An corpore sanus sit ac bona fruatur valetudine.
12. An morbo aegrotaverit qui vulgo dicitur txiittolo, *vérole, smallpox, Pocken,* et, quatenus negative, an. quo anno et quonam effectu usus fuerit Inoculatione, qua ab eodem praeservetur.
13. An aliquo alio gravi morbo antehac laboraverit cuius naturae hic morbus exstiterit, quaque aetate ipsum contraxerit
14. An nuperrime medicam Inspectionem subierit per peritum virum ab Ordinario peculiari ratione designatum. circa idoneitatem ad vitae regimen in Collegio servandum.
15. Quibusdam studiis operam dederit; quibus in scholis et quali exitu.
16. An linguam latinam bene sciat et alia iuxta praescriptum can. 1364 C. L C
17. An et quos Ordines forte susceperit ct quonam tempore.
18. An alumnus alicuius religiosi Instituti sit vel forte antea fuerit, aut alicuius Collegii, aut Seminarii: an fuerit dimissus et quibus de causis (can. 1363).
19. An habeat animum servandi Regulas Collegii, atque iuramentum ab eiusdem Collegii Regulis praescriptum statuto tempore emittendi.

Datum ... die ... Sigillum ...

Ordinarii subscriptio ...

Documenta una cum hoc çuaetlionario Socrue Congregattûnt exhibenda:

' Testimonium recepti baptismi ct confInnat:anL< e< de legitimo matrimonio parentum (num. 2, 4 butus quaestion i.

Testimonium medici, qui Inspectionem peregit (cum. 14).

i Totinonium Praeddls (rei Pracsidum' cum nota protneritls (num. 15).

Testimonium receptae S. OrdinalRxrfs (num. 17).

S Declaratio Ordinarii de pecunia tn antecessum deponenda apud S. Congreçatloocm pro reditu ahsanl <Cf Instr. S. C.)

• **SyUos· η. 226.**

E

• Quaestionarium & Delegatis Apostolicis vel α Sacra Congrocvzrz d· Propaganda obtineri potest

595

1924 MAI 2.-SC RIT.. RESP. AAS 16 (1924) 248-249

DCBU CIRCA MISSAS CONVENTUALES DC ECCLESIIS RELIGIOSORUM ET *CIRCA* C TE DEUM > DC OTHCIO PARVO B. M. V.

Sacrae Rituum Congregationi. pro opportuna declaratione proposita sunt sequentia dubia; nimirum:

• I. An ln novis rubncis generalibus Missalls Romani • till I, ubi agitur de pluribus Missis Conventuallbus sive - ln choro s»vr extra chorum celebrandis, comprehcr.dan- • tur etiam ecclesiae Religiosorum in quibus adest obli- " ptio chori?

" Π. An post editionem typicam Breviarii Romam, adhuc " ln suo robore maneat decretum S. R. C. 3572 Rhedonen. - 27 Februarii 18Q. ad I. quo Hymnus Te Deum ln Of- 249 " ficio parvo B. Mariae V.. dic) debet >/ Nativitate Doml- ~ nl usque ad Adventum: ln Adventu autem et a Septua- • " gesima usque ad Pascha. tantummodo in festis B. Ma- • riae Virginis? *

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis volo, omnibus perpensis, respondendum censui: :

Ad I. Nrçcnrc: seu non comprehendi, nec teneri Religiosos. luxu Rubricas generales Missalls tiL ΓΠ. n. 2 et canones 413. || E 2 et ClO. J 2 Cod. fur. can. et Decreta (1321-13321 13 Februarii 1666 ad 6; (2514) 27 Martii 1779 ad 5. et Decretum generale (3757) 2 Decembris 1E91 ; seclusis legitima consuetudine aut eorum constitutionibus.

Ad Π. Af/tmotioe.

Atque 1U declaravit «e rescripsit. Die 2 mali 1924—A. Cajo. Vico. Ep. Portuen. et S. Ruiinae. S. R. *C. Praef.* Alexander Verde. Secr.

Adn. *L* **PAUWLÊ5 m PrM >3 (1924) 119-120. EL 33 (1924) 135.**

5%

1924 MAI 5.-PJUS XI. EPIST. AP. AAS 16(1924)237-241

Ao RHUM P. WLODIMIRUM LEPÔCHOWSKT. PRAEPOSITI'M GESTHALEM SOCIETATIS IESU: DE ATHENAEO ET SODALICIO GREG0RIA50 ATQUE DE HUIUS STATUTIS

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ea inter opera, quae superioribus aetatibus, ad studia pietatis optimarumque artium alenda. Romani Pontifices hac in Alma Urbe excitarunt, praecipua quadam cura benevolentiaque Apostolica Sedes Athenaeum illud complexa est, quod fcL rec. decessor Noster Gregorius XIII i molitione ingenti ac magnificentissima » exstrui iusserat In quo id fuit Pontifici propositum, ut Ignatiana familia, in ipso veluti Vicarii lesu Christi conspectu. pietate, litteris disciplinisque sacris profanisve lectos adulescentes conformaret, qui in hoc catholici nominis centrum rite excolendi confluxissent. Quot autem inde ab initio inlustre Athenaeum floruerit alumnis sanctitatis doctrinaeque laude praestantissimis. nulli putamus inauditum atque incognitum in eademque eruditos expolitosque virtutum et sitissimarum cognitionum palaestra, si numerare libet beatum Cardinalem Robertum Bellarmino sanctosque caelites Aloysium Gonzaga. Camillum De Lellis. loannem Berchmans. Leonardum a Portu Mauritio, loannem Baptistam De Rossi, longum tamen est magistros et doctores, Evangeln vel in barbaras gentes praecones, pontificalis Domus Curiaeque Antistites, Episcopos Purpuratos Patres et Romanos Pontifices recensere Ecclesiae datos, ln reique ipsius publicae commodum eductos lalcos viros quamphirimos. integritate vitae rerumque multiplici scientia mirabiles. Constat quidem. Societate lesu anno mdcccxiv 238 restituta, immortalis memoriae/ decessorem Nostrum Pium VII, cum e praeteritorum temporum experientia persuasum sibi haberet, subversae adhuc recentibus motibus societati hominum reparandae arccndlsquc incommodis. quae religioni morumque sanctitati proxime impendere viderentur, summopere profuturum si Ignatiarae familiae Conlegium Romanum denuo committeret, hoc ipsum cogitasse vehementerque optavisse, at, quominus effectum daret, inquietis rebus temporibusque prohibitum esse. Verum Leo XII. paulo post quam ad Petri Cathedram evectus erat, id consilii coepit perfeeitque ut magni Lycaei Gregoriani rectionem procurationemque Societati lesu redderet, quae - congruenter pulcherrimo Athenaei ipsius insigni < Religioni ct Bonis Artibus » - in recta sapientique studiosorum Institutione tam acriter ibidem tanique utiliter annos plus ducentos elaborasset Quo ab evento cum plenum saeculum in septimum decimum huius mensis diem feliciter incidat, auctori bonorum omnium Deo grati equidem sumus quod et vobis cunctis, dilecte fili, et Nobisnet ipsis novum hunc laetitiae fructum benigne concesserit Itaque, quemadmodum eadem stat Nobis sententia quam Leonianae Litterae *Cum multa in Urbe* (dici 17 Maii 1824. Bull. Rom. cont. t. 8 p. 61 - 62J habent -, scilicet Gregorianam studiorum Universitatem *eminere certe* inter celera Romae a decessoribus Nostris condita instituta, quae *ad salutem ct commodum Christiani populi maxime pertinent* -, sic horum faustitatem sollemnium praeterire non sinimus, quin vobis, quanti apud Nos sit Pontificium istud bonarum artium domicilium, publice iterum testificemur. Recolentibus enim Nobis res ab Athenaei restitutione gestas, bene multa occurrunt, unde comprobatur, talem illius magistros operam Apostolicae huic Sedi per id temporis spatium praestitisse. quae omnem ipsius exspectationem abunde compleret: ut, exempli causa, gravissimae eorum de sacra doctrina lucubrationes peculiaribus confectae studiis cum decernendum esset de Deipara ab origine labis nescia catholice credenda, cumque deinde Concilium Oecumenicum Vaticanum pararetur atque haberetur; ut obedienter ardenterque suscepta. Leone XIII Pontifice Maximo, provincia instaurandae Thomae Aquinatis doctrinae, qua quidem cum instauratione summa Christianae sapientiae incrementa coniungerentur. Hisce autem extraordinariis promeritis cotidiana accedit laus illa beneficiorum, quae, hoc diuturno intervallo, in Ecclesiam civitatemque ex Athenaeo profluxere. In re iam ante delibata insistere haud attinet; verumtamen periueunde afficimur cum subit cogitatio animum, non modo ducentos hodie exstare dioecesium per orbem Antistites. Patresque Cardinales ad tertiam Sacri Conlegii partem numerari, qui solidae ibidem perceptae doctrinae debent, si suae lumina sapientiae ad populi Christiani gubernationem afferre salubriter possunt, sed etiam Nosmet ipsos istam studiorum sedem,/ cum magna vo- 3 hiptate atque utilitate olim celebrasse. Gratae sane patemaeque voluntatis multiplicia, inde ab inito Pontificatu. testimon.a a Nobis Athenaeo non defuere vestro; at testimonium prorsus singulare daturi sumus, a fundamentis aedificium excitando magnificum, quod, cum ingenti alumnorum numero auctisque magisteriis, tum rei munerisque dignitati aptius respondeat: cuius quidem consilii Nostri monumento esse voluimus nomisma ipsum quod tertio huic Pontificatus anno commemorando cudi signarique iussimus. Sed aliud est, quod tibi, dilecte fili, et Gregoriano praeceptorum coetui gratulcmur. Nosti ipsemet quam iucunde audierimus, *ex veteribus alumnis Sodalicium,* per haec saecularia sollemnia, conflari velle, titulo itemque caelesti patrocinio fretum inlustris illius, in Athenaeo olim discipuli et magistri et rectoris. Cardinalis Roberti Bellarmino, quem Nosmet haud ita pridem in beatorum caelitum numerum tam libenter adseripsimus. Vixdum ennn certiores ea de re facti sumus, et consilium probavimus et Sodalicii ita, pro vetere condiscipulatu Nostro, participes fieri deliberavimus, ut id ipsum In tutela esset Nostra, partium quidem Nostrarum perfunctione in praesens demandata dilecto filio Nostro Caietano S. R. E Card. Blsleti. Praefecto Sacrae Congregationis Seminariis studiorumque Universitatibus praepositae. Legem praeterea eidem Sodalicio regundo perlegimus ratamque habuimus: cuius exemplum, in novam pcculiarcir.- que benevolentiae significationem. Epistulae huic subiicimus, ut cum ipsa quasi cohaereat et in omnem memoriam prodatur. Coeptis interca vestris divinam opem conciliet apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, et universis Gregoriani Athenaei doctoribus atque alumnis. peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensis maii anno mdccccxxiv. Pontificatus Nostri tertio.—Pius Pp. xi.

LEX SODALICII GREGORIANI

L Sodalicium vctexuai PonlliicH A.hcnaet Gregoriani alumnorum, patreno et aurplce . r.abcrtJ Bellannlnc. constitutum est.

Π. Sodalicium eo spectat, ut qutcumque In sodalium numerum adscript! sunt, iam inter se cumque Athenaeo ipso conlunctlores exsistant, et. quos ex communi fonte sanos hauserint spiritus, eos facilius tueantur uberiusque alant/

III. Huius prepositi ass<qucr.di causA, srdulcs sanctarum p.tcum offici.) et sacro cotidiano inter se apud Deurn adluvanto: pr› s'dalious vltft functis slnnuli. semel in anno. si quidem potestas udsit. perlitanto; quae Athenaei et Sodalicii Intéresse intellexerint, item suae fruc.ui d:ctrinae. vel per commentariolum Scdalicll vel per Athenaei annales per ephemeridem titula " GregorianUlA sodales cum sodalibus communicanto.

IV. Sodales ne runto nisi sacerdotio initiati, medo per annum saltem Athenaeum celebrarim ct. postulato ud Sodalicium aditu, cooptatione digni habiti sint: qui saccrdoin carent, eos. nisi p?euliari aliqua de causa, adseisci nc Letat. · Declares autem disciplinis in Athenaeo tradendis, ctumu nunquam ibi auditares fuerint, Scdn'icium participanto.

V. Soda'lbus ius esto indulgentikj privilegiisque perimendi. quae Rcmani Pontifices Sodalicio largiti erunt. - Ad «ingulos commentariolum Sodalicii proprium stato quoruc temprrv perferatur.

VI. Dies tertius decimus mcnris mail, quo die B. Robert! Bcllarminl festum agitur. Sodalirī natalis habeatur. - Quotannis, ineunte mense novembri. sodalibus, cui de vita decesserint, ad S. Ignatli lusta funebria solkrnLi ritu solvantur.

VlL ScdaHdo unus e Purpuratis Patribus Pr-»'ector. ex Pontificis Maximi auctoritate, pracesto. Ab eo alter sit. m Scdiliclo rcRU-d·». Moderator: huic quattuordecim adsunto sodales Consiliarii, quorum unus ab actis, alter arcarius curaUurque esto.

VHT. Cardinalis Protector Mrdcratorem c sodalibus in Urbe consistentibus eligito. - Athenaei Rector et studiis Praefectus, nativo iure. e Consilio sunto; praeterea duaderjn sodales In Consilium cooptantor, alius cx alia natione, rui tamen Urben incolant. - Consiliarii ducdeclm ln officio rxennlum permanento : cos Iterum eligi fas esto. Si quis e Onri'ianis quavis de causa defecerit, alter a Consilio sufficitor. Tertio queque anno dimidia eorum pars loco cedito.
NI atque In r>dalium coetu numerus suppletor./

IX. Moderator Onrillum bis in anno, mensibus novembri Ct malo. convocato; totiens praeterea, ouotiers profuturum id esse existimant. - Ut Consilii decreta valeant, ceto saltem Consiliari adfuerint, oportebit.

X. Consilii est. annuum sodalium conventum indir-pe m ipsum, quoad fieri poterit, natalem Sodalicii diem. Legitimus erit conv?ntus. quotcumque socii coiverint. Quo in annuo conventu, iis ante propositis, quae medio tempore Sodalicio Incrementa omne genus contigerint, quaeoue tum nece=ilates incumbant, ea communiter disceptando sodales consilia capluntn. ouae magis opportuna videantur. - Eodem In conventu, tertio oueque anno. Consiliarii, ad praescriptum rapitis VIII. deliguntor

XI. Pecunia r-odalibus nulla imperatur- v^rum cum ad 'impeditandum sumptibus nulli Sodalicio adsint reditus, sodales omne; rw"tur. annuam stipem pro sua ouisou· facu'tate. quantumvis modicam, in commune conferre velint

XII. Sodalicii sedes esto apud Pontificium Athenaeum Gregorlanum.

597

1924 MAI 5.-COM. INTERPRES, RESP. PART."

De potestate ordinarii declarandi via administrativa nullitatem matrimonii ex capite clandesttnttatis

Acceptis tuis informationibus die 29 elapsi Februarii. modo ad propositum a te dubium: < An vl can. 1990 Codicis iuris canonici possit Ordinarius declarare via administrativa ct summaria evidentem ex capite clandestinitatis nullitatem matrimoniorum quae ante Decretum *Ne temere* Idiei 2 augusti 1907. ASS 40 (1907) 525 - 530] celebrata fuerunt », respondere censeo: • Negative, nisi affatur de illis matrimoniis clandestinis quibus etiam figura, ut aiunt, matrimonii deficiat ct de quibus in responsis huius Pontificiae Commissionis sub die 16 Octobris 1919 n. 17. *Acta Apostolicae Sedis,* vol XI. pag. 479 FLE 210]. Ceterum quemadmodum ex citatis tuis litteris deprehenditur, hoc genus causae matrimoniales in dies fiunt rariores ».

Interim, quo par est. obsequio me profiteor. Addictissimum in Domino.—Petrus Card. Gasparrl J. Bruno, *Secr.*

• OHiciall Curis» Pcriilcmix: T. H. KAY. Competence in m»-tnsoaiil procedure. Washington 1929.P.141. Adn. P. FUMAGALLI. De aiibus excepti* in causis matrimonialibus, Milano I941j J. JOHNSON in Apoll. 9 (1936) 375 403.615-639; T. H. KAY. Comp·-Jeicc in matrimonial procedure, p. 109-154.

598

1924 MAI 7.-SC RELIGIOSORUM, INDVLT. PART. ·

Facultas promovendi ad presbyteratum expleto tertio ANNO THEOLOGIAE ALUMNOS O. F. M.

Prices - *Beatissime Pater,* Procurator Generalis O. F. M. ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter Indultum implorat quo clerici praefati Ordinis solemniter professi, promoveri possint ad subdiaconatus Ordinem expicto primo, ad Diaconatus Ordinem expicto secundo, ad Presbyteratum vero expleto tertio anno theologiae, non obstante praescripto Can. 976 C. L C. Et Deus etc.

Resc. - *Ex Audientia* SsiHi *die 7 maii 1924.* Ssmus D. N. Pius PP. XI, referente infrascripto Card. Praefecto S. Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, benigne annuit pro gratia, ac propterea committi mandavit Rcvjno P. Min;stro Generali, ut. pro suo arbitrio et conscientia, dispenset cum Clericis sui Ordinis super defectu curriculi theologici, ita tamen ut praefati alumni ad S. Presbyteratus Ordinem non promoveantur nisi expleto tertio anno cursus theologici, nec aliud habeant canonicum impedimentum propter quod S. Sedis dispensatione indigeant, atque S. Theologiae operam sedulo dare pergant saltem usque dum praescriptum quadriennium rite compleatur; vetito interim quocumque animarum ministerio, idest ne destinentur concionibus habendis aut audiendis confessionibus, aut exterioribus religionis muniis. super quibus Superiorum conscientia graviter onerata remaneat, servatlsque ceteris de iure servandis.

Praesentibus valituris, quousque actualia rerum adiuncta perseverent, sed non ultra decennium. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die, mense et anno ut supra.—C Card. Laurenti. *Praef.* Maurus M. Serafini. *Secr.*

• AOFM 43 (1924) 201-202.

599

1924 MAI 29.-PILS XI, CONST. AAS 16 (1924) 209-215

INDICTIO UNIVERSALIS IUBILAEI ANNI SANCTI MILLESIMI NONGENTESIMI VIGESIMI QUINTI

Pius Episcopus

Serrus servorum Dei, universis christifidelibus praesentes Litteras inspecturis, salutem et Apostolicam Benedictionem

Infinita Dei misericordlâ sibi ad exemplum propoAitâ. identidem Ecclesia id consilii persequitur. ut, singulari aliqua via et ratione, ad culpae expiationem vitaeque emendationem homines alliciat ac revocet, qui solent, vel ob voluntatem a fide catholica abalienatam, vel ob segnitatem atque inertiam, usitata salutis adiumenta neglegere, et poenas admissorum vindici Deo pendendas ne cogitant quidem, nedum accurate efficaclterque considerent. Extraordinarium sane eiusmodi ad renovandos animos praesidium vobis, dilecti filii, auspicato afferet *lubilacum Magnum,* ex more institutoque maiorum in Alma hac Urbe proximo anno celebrandum; quod nostis nuncupari itidem Annum Sanctum consuevisse, quia et sanctissimis initur ducitur absolviturque ritibus et ad sanctitatem morum promovendam tam aptum habetur quam quod maxime.

lamvero si unquam alias oportuit, at potissimum hodie oportet, ut vos. illud Pauli iterando, moneamus: *Ecce nunc tempusf acceptabile, ecce nunc diei salutis;* 210
quo quidem tempore nullum profecto opportunius cornmodJusque comparandis unicuique vestrum reconciliationis gratiaeque thesauris reperiatis. Nec dubitare licet quin divino Ecclesia instinctu piacularem hunc annum vertentibus annis, certo quodam intervallo, interjecerit; quippe quae, ut alios ritus - multo quidem ampliore significatione atque efficientia - ab Antiquo Foedere est mutuata salubriter. ita hunc quoque, ad Anni Sabbatici exemplum, in Christianos mores induxerit. Maximis enim beneficiis, quae dominicum illud institutum Hebraeis, quinquagesimo quoque anno, af-

ferebat, nonne gratiae praenuntiabantur et significabantur, quas fidelibus per Anni Sancti decursum impetrandas proponimus' Ratio quidem in utrisque haud absimilis, sed hae illis sic praestant, quemadmodum spirituales res terrenis rebus antecellunt Quod scilicet Hebraei Anno Sabbatico, bonis recuperatis quae in aliorum ius cesserant, c ad possessionem suam s revertebantur; quod servi ‹ ad familiam pristinam › sese liberi recipiebant et debitoribus aes alienum condonabatur. id omne apud nos felicius piaculari anno contingit atque efficitur. Quicumque enim paenitendo ApostoLcae Sedis salutaria iussa, lubilaeo magno vertente, perficiunt, iidem. tum eam. quam peccando amiserant, meritorum donorumque copiam ex integro reparant ac recipiunt, tum de asperrimo Satanae dominatu sic eximuntur ut libertatem repetant *qua Christus nas liberarit*, tum denique poenis omnibus, quas pro culpis vitiisque suis luere debuerant, ob cumulatissima Christi lesu. B. Mariae Virginis Sanctorumque merita, plene exsolvuntur.

Verum non huc tantummodo - nempe ad animos singulorum expiandos eorumque morbis medendum - lubilaei Magni producta per annum celebratio pertinet. Hoc enim *tempore accepto,* praeter locorum visitationem sanctissimorum ct multiplicatas privatim publiceque pietatis exercitationes, uberrimarum e caelo gratiarum adiumenta plurimum habebunt momenti in excitandos universe ad altiorem sanctitatis gradum animos atque in societatem hominum reparandam. Etenim, ut exlex
211 sin gulorum licentia in commune vergit detrimentum, ita. singulis ad bonam frugem conversis ad sanctiusque vitae institutum properantibus, consociationem ipsam humanam necesse est emendari arctiusque cum Christo lesu cohaerere. Quam quidem emendationem utlnam eventum hoc. pro praesenti rerum condicione, accelerando afferat Nam, etiamsi rei catholicae haud exigua accesserint recentiore aetate incrementa, et multitudines - diu multumque expertae, spes melioris status sit inanis quamque inquietus exsistat remoto animus - religionem ardentius veluti sitire videantur. oportet tamen, et populares et ipsas nationum effrenatas inhumanasque cupiditates, ad evangelicae legis praescripta, cohiberi et homines divina inter se caritate copulari. Est sane intellectu difficile, nisi eiusmodi caritatem - nimium diu, postremi belli causa, consopitam. immo etiam omnino depositam - et cives denuo induant et gubernatorum consilia redoleant, quo pacto fraterna populorum necessitudo et mansura pax redintegretur. Ad hanc profecto singulorum civitatumque pacificationem quantopere annus sacer valeat quantasque habeat opportunitates, vix attingere ac declarare attinet

Quid enim coniungendis inter se hominibus populisque conducibilius, quam ut ingens peregrinorum numerus Romam, in hanc alteram catholicarum gentium patriam, undique confluant, communem Patrem simul conveniant communem fidem coniunclim profiteantur, ad sanctissimam Eucharistiam, unitatis effectricem, una promlscueque accedant, cumque imbibant augeantque caritatis spiritum, quem praecipuam esse Christianorum notam vel sacra Urbis monumenta in memoriam redigant omnium mirificeque suadeant? Qua quidem caritatis perfectione cupimus Nobiscum illae coniungantur Ecclesiae, quas saeculare funestissimumque discidium a Romana Ecclesia distinet: nihil enim Nobis tam gratum tamque suave accidere posset, quam, si non eas quidem universas, at saltem multos ex earum gremio, ad unum Christi ovile redeuntes, peramanter, hac lubilaei maximi occasione, amplexari filiorumque in numerum carissimorum adscribere. Praeclari optatissimique eiusmodi
212 fructus fore ut ex/ Anni Sancti celebratione haud postremo loco hauriantur, aliqua profecto spe nitimur. Ad alendam quidem excitandamque popularium pietatem maioremque percipiendam utilitatum copiam summopere utique prodesset, si res ita per lubilaei cursum peragi ordlnarlque liceret quemadmodum ante actis aetatibus licuit; at quicquid efficacitatis ex rerum temporumque condicione aut statis ministeriis aut consiliis ad apparanda regundave futura sollemnia initis deesse quoquo modo posait, id benignissimus Deus, rogamus, divitiis copiose suppleat misericordiae suae.

Itaque, cum tanta catholicae rcl rcdemptlsque pretioso lesu Christi Sanguine animis lucra atque emolumenta obventura et prosplclamus et fidenter Nobis spondeamus ac polliceamur, auctorem largitoremque bonorum omnium Deum implorantes, ut coepto huic Noxtro favere hominumque voluntates ad paenitendum et singulari hac gratia fruendum allicere velit ac permovere. Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, universale maximumque Jubilaeum in hac sacra Urbe a prima vespera Natalis Domini anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto inchoandum et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri ct Pauli, ac Nostra, ad ipsius Dei gloriam, ad animarum salutem et catholicae Ecclesiae incremen-
tum. indicimus per has Litteras ac promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Hoc igitur Anni Sancti decursu, omnibus utriusque sexus christifidelibus, qui, rite expiati et sacra Synaii refecti, beatorum et Petri et Pauli ct Sancti loannis ad Lateranum et Sanctae Mariae Maioris de Urbe Basilicas semel saltem in die, per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, idest a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae, si vero peregre venerint, per decem saltem eiusmodi dies, pie inviserint et ad mentem Nostram oraverint, plenissimam/ peccatorum suo- n
rum indulgentiam, remissionem ac veniam misericorditer in Domino concedimus atque impertimus. Quaenam autem, dilecti filii, sit in universum mens Romani Pontificis, profecto non ignoratis: at peculiare aliquid hac lubilaei maximi occasione intendimus, quod vos ip» Nobiscum impetretis. Pacem dicimus, non tam tabulis inscriptam, quam in animis consignatam, inter populos restituendam, quae, etsi non tam hodie fortasse abest, quam antehac afuit, adhuc tamen remotior, quam pro Nostra et communi exspectatione, videtur. Praecipuum igitur eiusmodi bonum si quidem vos, Urbis incolae advenaeque. solutis a culpa incensisque caritate animis, ad Apostolorum limina imploraveritis, nonne bene sperandum. fore ut Princeps pacis Christus, qui maris Galilaeae fluctus nutu olim sedavit, tandem aliquando suorum misertus, tempestates, quibus tamdiu Europa lactatur, considere sedarique item iubeat? Mens praeterea est Nostra, ut quicumque aut Urbem incolunt aut huc sunt lubilaei causa peregrinaturi, duplex aliud Dei miserationi negotium instando commendent, quod maximis Nos curis sollicitudinibusque excruciat et religionis interest vehementer: scilicet ut acatholici omnes ad veram Christi Ecclesiam confugiant, et res Palaestinenses sic demum ordinentur et componantur, quemadmodum catholici nominis iura sanctissima postulant — Quae autem supra servanda ediximus ut plenissima lubilaei venia lucri fiat, pro iis qui aut morbo aliaque legitima causa in Urbe vel ipso in itinere prohibiti aut morte interim praerepti, praefinitum dierum visitationumque numerum nondum compleverint neve inchoaverint quidem, ita temperamus, ut iidem. a culpis rite absoluti ac sacra Communione refecti, indulgentiae remissionisque iubilaris participes perinde sint, ac si quattuor, quas memoravimus. Basilicas reapse invisissent

Iam nihil est reliquum, dilecti filii, nisi ut vos amantissime Romam devocemus invitemusque omnes, ut his tantis divinae clementiae thesauris fruamini, quos Sancta Mater Ecclesia vobis lucrandos proponit. In quo ignavos desidesque vos esse dedeceat, quando, per haec potissimum tempora, tam vehementi aviditate,/ ne sabra quidem fide otficiique conscientia, ad quaestum terrenarum opum concurritur. Recolitote praeterea, quam magnus, superioribus aetatibus, peregrinorum ex omni ordine numerus in Almam hanc Urbem per Annum Sanctum, diuturnis, laboriosis Infestisque plerumque itineribus, convenerint: quos nimirum ab aeternae beatitudinis studio nulla absterruerunt incommoda. Si quid autem molestiae aut iter eiusmodi aut in Urbe mansio pepererit, non modo castigatio haec, pacnitentiae spiritu tolerata, ad veniam uberius promerendam adiumento erit, sed multis quoque, iisdemque omne genus, solaciis compensabitur. Urbem enim petituri estis, quam Servator hominum lesus Christus delegit, ut suae esset religionis centrum et perpetua Vicarii sui sedes: Urbem. inquimus. unde ad vos et doctrinae sanctae et caelestis veniae securi purissimique latices effluunt Communis heic omnium vestrum Pater, quem vos diligentem diligitis, bene vobis precabitur: heic ad vetustissima hypogea, ad sepulcra Principum Apostolorum, ad conditas gloriosissimorum Martyrum reliquias facilis pietati vestrae aditus: templa, praeterea, patebunt tot saeculorum decursu ln Dei sanctorumque caelitum honorem erecta, eâ sane magnificentiâ eoque artificio, ut m totius orbis admiratione nullo non tempore fue-

rint atque ln posterum futura sint. Quae quidem Christianae religionis monumenta si pie, si orando, ut decet, inviseritis» mirum fide quam experrecta quamque inclinata in melius voluntate in regiones quisque vestras redituri estis. Neque enim versari vos Romae oportet, ut cotidiani viatores hospitesque consuevere; immo etiam, profana quaelibet devitantes, paenitentiae spiritu imbuti, a quo tantum horum naturalismus temporum abhorret, et modestiam in vultu, in incessu, in vestibus potissimum praeferentes, id unice quaeritote quemadmodum animarum vestrarum negotia gerendo provehatis. In quo pro certo habemus Episcoporum vestrorum curam diligentiamque haud vobis defuturam esse peregrinantibus: aut enim praeibunt praecruntque ipsimet agminibus vestris, aut sacerdotes honestissimosque laicos viros praeficient, quibus ducibus res et quam optime ordinetur et quam religiosissime perficiatur./

Ut autem Litterae hae Nostrae ad fidelium omnium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur hominum liceat hanc paginam Nostrae Indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis Infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die undetricesimo mensis mali anno Incarnationis dominicae millesimo nongentesimo vicesimo quarto, Pontificatus North tertio.—P. Card. Gasparri, *a Secretis Status. O. Card.* Cagiano, S. *R. E. Cancellarius.* lulius Campori, Protonotarius *Apostolicus.* Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.* Visa: M. Riggi, C. *A. Not.*

J. BESSON in NrT 51 (1924) 513-595; 52 (1925) «7.74-7«; NrT 51 (1924) 497-49S; PrM 13 (1924) 103-105. (10n-(U5).

600

1924 IUN 20.-SC CONSISTORIALIS, INDULT. PART.·

Facultas reducendi ad normam can. 306 missas a parochis applicandas pro populo

Beatissime Pater, Petrus Fumasoni-Biondi. Archiepijccpus Tit Diocletanus atque Statuum Foederatorum Amencae Septentrionalis Delegatus Apostolicus, nomine Episcoporum ditionis suae humiliter postulat ut pro illis ecclesiis, quae, ad normam Can. 216 ad statum paroeciarum evectae, carent mediis necesariis ad divinum cultam rite servandum et ad sacerdotem sustentandum, praesertim ob exiguum et instabilem numerum fidelium; Ixeat —firma parochorum obligatione *pro populo* litandi— hujusmodi Missas ad regulam in Can. 306 statutam reducere.

Ex Audientia *Sanctissimi, diei 20 Junii 1924.*

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XI. audita relatione infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarii, Statuum Foederatorum Amerića Septentrionalis Delegato Apostolico benigne indulge! ut Ordinariis praedictis facultatem tribuere valeat Miahls a parochis *pro populo* applicandas, pro sua conscientia et prudentia reducendi ad normam Can. 306, favore illarum paroeciarum quae in circumstantiis supra expositis versantur, iisdemque perdurantibus.

Praesentibus ad quinque annos valituris, contrariis quibusbbet minime obstantibus.—P. Card. De Lai, Epis. Sabinen., *Secr. H.* J. Cicognani, Substit.

• Or&Mriis 5. F. Arr.«ria« Soptentrionjlls: ER 87 (1932) 302. Ait. ER 87 (1932) 301-304. Indultum s»«pe renovvtum.

601

1924 IUN 24.-SC CONC., EPIST. AAS 16 (1924) 332-333

Ad omnes locorum ordinarios:

DE RELIGIOSA PUERORUM ET ADOLESCENTIUM INSTITUTIONE

EPISTOLA

Revrfie Domine, — Ad urgendam toto orbe terrarum religiosam populi institutionem et sacrorum Pastorum operam diligentiamque adiuvandam ct roborandam in re, qua nihil sane pluris. Ssihus D. N. Pius PP. XI. Motu proprio *Orbem catholicum,* diei 29 iunii anni praeterlapsi ILE 527], apud hanc Sacram Congregationem Officium instituit peculiare.

Quod autem Pontifex vigilantissimus futurum auspicabatur. id feliciter contigit» ut ad Apostolicae Sedis auctoritatem promptior et alacrior Episcoporum ceterlque cleri bonorumque laicorum opera ubique accesserit

Quo vero melius ac facilius Officium finem assequatur suum, qui est *universam in Ecclesia actionem catechisticam moderari ac provehere,* huic Sacrae Congregationi peropportunum visum est probe cognoscere, quae sit apud singulas nationes institutionis religionis pueris adolescentibusque tradendae peculiaris ratio ac conditio. Ex perspecto enim universo catechisticae institutionis statu facile fiet, ut et quae ab hac Sacra Congregatione ad moderandum forte fuerint praestanda, diversarum nationum necessitatibus congruentius praescribantur, et quae alicubi in re catechistica sint feliciter instituta, ea in aliorum locorum opportune deriventur utilitatem.

Placeat igitur Amplitudini Tuae, pro Tua diligentia et studio, respondere ad interrogata quae sequuntur.

I. - De insfitutione *doctrinae Christianae in paroeciis.*

1. Quot paroeciae sunt in dioecesi?

2. Quot pueri quoique puellae in qualibet paroecia institutionem Christianam frequentare tenentur?/ 333

3. Quot ex his revera eam frequentant?

4. Quanam methodo et quanam utilitate institutio haec traditur?

4. Quanam diligentia curatores paroeciarum hoc munus adimplent?

6. An et quinam in re abusus irrepserint?

7. Quaenam remedia opportune adhibenda existimaveris?

II. - *De institutione doctrinae Christianae in collegiis.*

8. Quot sunt in dioecesi collegia ex utroque sexu sub moderatione cleri saecularis seu regularis, aut sororum religiosarum?

9. Quot sunt alumni externi vel interni eorumdem Collegiorum?

10. An in iisdem collegiis institutio doctrinae Christianae habeatur?

11 Quoties in unaquaque hebdomada?

12. Quanam methodo et quanam utilitate?

13. Quosnam defectus deprehendisti '

14. Quomodo in casu provideri potest?

III. - De *institutione doctrinae Christianae* in publicis scholis.

15. An in publicis scholis doctrina Christiana tradatur?

16. Quibusnam in scholis?

17. Quaenam leges, de hac re, a civili gubernio conditae. existunt?

18. Si in publicis scholis deest institutio doctrinae Christianae, quanam ratione puerorum religiosae educationi provideatur?

19. Quosnam defectus deprehendisti?

20. Quomodo in casu provideri potest?

Hanc nactus occasionem, me profiteor Amplitudini Tuae addictissimum, ut Fratrem. Donatum Card. Sbarrettt. *Praef.* lulius Ep. tit Lampsaccn.. *Secr.*

Romae. 24 Iunii 1924.

Adn. I. CREU5EN h» NrT 52 (1925) 163-175; FrM 13 (1924) 163.

602

1524 ITL 5.-PIÜS XL CONST. AAS 16 (1924) 305-308

Suspenzcntcr indulgentiae et facultates vertente
ANNO UNIVERSALIS IUBILID MDCCCCXXV

PIUS EPISCOPUS

Scmu setrorum Dei ad perpetuam rei memoriam

Ex quo primum. non sine afflatu divino, constitutum est ut lubiheum maximum hac Alma in Urbe, certo quodam annorum intervallo, haberetur, nulla unquam temporum. rerum itinerumque condicio multitudines hom'nuni prohibuit, quominus huc per Annum Sanctum conflluerent. Christificel'bus enim cuiusvis ordinis, vel ipsa imperatoria regiaque dignitate ornatis, ut litterarum monumenta testantur, religioni fuit ad hanc convenire Apostolicam Sedem, ut ab Episcopo Romano Petrique successore, qui germanus doctrinae sanctae custos intcrpresque esset, idemque vitae supematuralis fons purus atque integer, haurirent coram, unde in fidei communione confirmarentur et mores in vinculo perfectionis - quod est caritas - ad altiorem sanctitatem componerent Ut igitur fideles quam plurimi et heic quaererent, quae una in Urbe invenirentur, copiosiora
XX pietatis' expiatonisque adiumenta. et principem inviolalamquc Romanae Ecclesiae auctoritatem praesentes agnoscerent, decessor Noster Sixtus IV, anno xcccoxxin. recrevit. ut, promulgata lubilaei Indulgentia. iam ceterae omnes poenarum relaxationes, aut concessae aut concedendae, itemque facultates cuivis factae. extra Urbem. Apostohcae Seais nomine atque auctoritate dispensandi absolvendique in utroque foro, per Annum piacularem conquiescerent ac suspenderentur. Ab eiusmodi quidem disciplina, quam deinceps, pro temporum rerumque varietate. decessores Nostri haud modice temperaverunt, eo minus Nobis deflectendum hodie esse censemus, quo facibus commodiusque itinera, vel creberrimorum agminum, apparari atque haberi contingit, et quo pluris religionis et societatis ipsius humanae interest, frequentissimos ad Apostolorum limina convolare peregrinos, ut arctius cum hoc unitatis catholicae centro cohaereant nobiEssimosque caritatis pacisque sensus ac spiritus inter se alant ac foveant Huc praeterea accedit, quod pium tot Romam coeuntium filiorum Nostrorum spectaculum, etsi tanto disiunguntur a Nobis terrae marisque intervallo, fieri non poterit quin acatholicos bene animatos percellat et acriore afficiat desiderio religiosae unitatis.

ttaque. auctoritate Nostra apostolica, usitatas indulgentias et facultates Nostro nomine extra Urbem exercendas, ut decessores Nostri simili in causa decreverunt, ric Nosmct per totum Anni Sancti decursum intermitti sttjpendique decernimus, iis tamen exceptis quas enumeraturi sumus.

Etenim ex indulgentiis, quae pro vivis concessae sunt, has, quae sequuntur, integras atque immutatas permanere volumus:

I. Indulgentias in articulo mortis lucrandas.

II. Eam, qua frui omnibus licet, quotquot, ad sacri aeris pulsum. Salutationem angelicam, aliamve pro temporis ratione precationem, recitaverint.

III. Indulgentias iis tributas qui pie templa inviserint, ubi Sacramentum augustum quadraginta horarum
yr» spatio adorandum proponitur./

IV. Indulgentias, quas eos lucrari decretum est. qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur. aut cereum vel facem per alios ferendam ea occasione mittant

V. Indulgentiam, toties quoties lucrandam, iis concessam. qui Sacellum Portiunculae In templo S. Mariae Angelorum, prope Assteium. pietatis causa, adierint.

VI. Indulgentias, quas S. IL E. Cardinales. Apostolicae Sedis Nuntii, itemque Archicplscopi et Episcopi in usu Pontificalium aut impertienda benedictione aliave forma usitata largiri solent

Cetera.? omnes indulgentias plenarias et partiales, aut ab Apostolica Sede directe concessas, aut ab aliis quoquo pacto concessas concedencasque cx facultate Iure ipso vel peculiari induito sibi facta, decernimus, per lotum Annum Sanctum vivis nequaquam prodesse. M-d tantummodo vita functis. Praesentium interca auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter Indulgentias lubilaei casque, quas superius singillatz excepimus, nullae praeterea aliae uspiam, sub poerj excommunicationis ipso facto incurrendae alHsqtie pennis arbitrio Ordinariorum infligendis, publicentur, fad> cantur vel in usum demandentur.

Ad illud propositum, ad quod Indulgentiarum intermissio spectat, facultates et Indulta absolvendi etas·, a casibus Nobis et Apostolicae Sedi reservatis, relaxant censuras, dispensandi a votis cadcmquc commutari dispensandi praeterea ab irregularitatibus ct impedimentis. cuilibet quoquo modo concessa, extra Urbe: eiusque suburbium, per lubilaei Maximi decursum, appendimus nullique suffragari volumus.

Ne tamen ab innovata praesentis temporis dferipta recedamus, haec per exceptionem decernimus:

I. Ratae sint facultates omnes per Codicem iuris canonici quovis modo concessae, exceptis facultatibus ex privilegio provenientibus, per Codicem non revocato, C ad canones 4 et 613.

II. Ratae item firmaeque sunto facultates pro foro externo ab Apostolica Sede tum Nuntiis, Internuntiis et Delegatis Apo stolieis factae, tum Ordinariis locem- et Antistitibus religiosorum Ordinum quoquo modo *z* subditos suos tributae.

III. Quas cenique facultates S. Poenitentiaria Nosti impertire solet Ordinariis aut confessariis pro foro fcterno. easdem ne extra Urbem quidem suspending, sed ita ut erga cos dumtaxat poenitentes exerceantur, qui, quo tempore confessionem peragunt, iudicfo Ordinarii aut confessarii nequeant sine gravi incommode Urbem adire.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus et iubcfltas. contrariis non obstantibus quibuslibet.

Earum vero exemplis aut excerptis, etiam impressi.', notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat hanc paginam Nostrae suspensionis. declarationis, voluntatis infringere vel eL ausu temerario. contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatomr. Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensa iulii anno mdccccxxiv, Pontificatus Nostri tertiu- O. Card. Giorgi. *Poenitentiarius Maior. O. Card. Caglano.* S *R. E. Cancellarius.* Raphael Virili. *Prototo^·nus Apostolicus.* loannes Zani Caprelli, *Protonotaru* Apostolicus.

Ada. ME 36 (1924) 247-255; vW· rtiam eub 1924 M· 29: LE 599.

603

1924 ILL 10.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

Solutio matrimonii contracti inter partem baptuaum
ET PARTEM infidelem, extra privilegium paulixvr

•Georges, baptisé par les hérétiques, s'est marié légitimement avec une infidèle. Mais, peu après. ctEea abandonne son mari, retourne dans sa famille et * marie avec un infidèle. Georges, lui, embrasse la religion catholique, et comme il lui est trop dur dc garde la continence, il interpelle régulièrement sa première femme ct contracte ensuite mariage devant le missonaire avec une personne catholique. Le missionairv. er. effet, se basant sur le sentiment de certains auteurs, i jugé le mariage de Georges hérétique avec une infidè..· équivalent au mariage conclu dans l'infidélité.

« On demande en conséquence: Le second mariage dc Georges est-il valide, soit que le baptême qu'il i reçu du ministre hérétique fût douteux, soit qu'fl tôt valide?»

Response. — **Jeudi 10 juillet 1924.**

‹ Notre T. S. Père le Pape Pie XI, dans l'audience qu'il a acordée au Rév. Assesseur du SL Office, après avoir entendu la relation dc la supplique ci-dessus. › daigné accorder la faveur de la dispense du mariai contracté avec l'infidèle. afin que. en renouvelant le

consentement *ad cautelam,* le mari puisse contracter vainement un nouveau mariage avec la personne catholique avec laquelle il vit Contrariis non obstantibus qtibuscumque.»

• **L'Aed du Clerjd 42 (1925) 409. Adn. REGATILLO n. 559: VAai du Ckryd 42 (1925) 403-410.**

1£4IUL 10.-S. POEN., DECR. AAS IG (1924) 315-347

De normis in concedenda et lucranda
INDULGENTIA PORTIUNCULAE

Ut septimi pleni sacculi ab condito feliciter amplissimo Minorum Ordine et memoria et fructus quam diutissime permanerent, fel. rec Pius Pp. X. Litteris motu proprio die ix mensis iunii anni mdccccx datis [AAS 2 (I910) 443 - 444], benigne concessit, ut eo ipso dumtaxat saeculari anno. Portiunculae Indulgentia, quam vocant, ad alias proferri posset ecclesias atque oratoria, quae de Ordine Minorum non essent, necessarias atque opportunas ad rem facultates singulis locorum Ordinariis tribuendo.

Verum, id per insequentem annum, cum eiusdem indulgentiae lucrandae dies haud longe abesset, evenit, ut ad Supremam S. Officii Congregationem, cui tum mucus moderandarum indulgentiarum incumberet, innumerabiles undique perferrentur libelli, quibus postulabatur. placeret Apostolicae Sedi, aut indulta ante a quovis data prorogare aut nova eius generis largiri, ut, quo praestantissimo ecclesiis sane multis frui licuerat beneficio. id deinde postea fruendum consisteret lamvero Emi ac Rrhi PP. Inquisitores Generales, cum sibi visum esset Christi fidelium vota posse utiliter admitti atque expleri, censucrunt certas quasdam leges praestitui oportere, ad quas Indulgentia Portiunculae in posterum concederetur. Ne tamen Ecclesiae filii, usquedum eiusmodi leges conderentur, tam insigni beneficio carerent iidem Emi Patres, decreto die xxvi mensis maii anni mktccxi lato [AAS 3 (1911) 233 - 234], quod tamdiu valeret quoad aliquid aliud decerneretur, concessiones antea factas facultatesque Ordinariis locorum tributas ilne die prorogarunt

Opus a S. Congregatione S. Officii inchoatum Sacra Poenitentiaria Apostolica. cuius nunc est indulgentiarum concessionem usumque moderari, perficiendum cum sibi pro munere suo sumpsisset, re accurate perpensa. haec, quae sequuntur, ad Indulgentiam Portiunculae quod attinet, in posterum servanda esse decrevit:

I. Ut veneratio, qua Assisiense de Portiuncula Sacellum fideles prosequuntur, nihil unquam capiat detrimenti. immo etiam cotidie magis augeatur, in nulla
>5 ecclesia nulloque oratorio, vel Franciscalis cuiuslibet/ Instituti, quod a memorato Sacello minus distet quam infra η. V praescribitur, haec Indulgentia altero die mensis augusti lucrifieri in posterum queat, etsi id antehac licuit, nisi ab iis tantum qui domum ecclesiae vel oratorio continentem incolant, modo tamen aut phyriee aut moraliter impediantur quominus ad idem Portiunculae Sacellum se conferant.

II. Perpetuae huius Indulgentiae concessiones, adhuc quoquo modo factae, integrae in posterum sunto, ea tamen condicione, ut normae, hoc decreto futuris concessionibus moderandis statutae, omnino serventur, si eam unice excipias quae ad distantiam pertinet.

III. Indulta omnia temporaria, scilicet aut ad certum tempus aut sine die aut ad beneplacitum a quovis legitime concessa, inde a die xxxi mensis decembris vertente anno abrogata habeantur ac cessent. Quodsi nova in futurum indulta alicunde postulari contingat, libelli, ad Sacram Poenitentiariam mittendi, ratio non habebitur. nisi Ordinarius loci preces commendet omnibusque perpensis de vera concessionis opportunitate atque utilitate testificetur.

IV. Si quando privilegium huius Indulgentiae lar£endum sit, aedes sacrae praeferantur, quae B. Mariae Virgini Angelorum vel Francisco Assisiensi dicatae sint aut in quibus aliqua sedem habeat c Confratemitatibus ieraphicis: quae aedes sicubi desint, templa cathedralla vel parochialia ceteris plerumque anteponantur.

V. Ecclesiae vel publica oratoria ut privilegio hoc locupletentur, distent oportet tria, ut vocant, chilomctra ab aliis ecclesiis vel oratoriis quae ad aliquem Franciscalem Ordinem pertineant aut eodem privilegio fruantur.

VI. Si qua peculiari de causa haec Indulgentia semipublicis oratoriis concedenda videatur, eadem unquam ne faveat nisi communitati vel coetui fidelium, in cuius commodum oratoria illa erecta sint

VII. Ordinariis locorum, parochis et ipsis rectoribus aedium sacrarum, in quibus privilegium insit, facultas esto, si quidem iustis de causis id expedire ludicarint, pro altero mensis augusti die, qui dominicus non sit, substituendi, ad Indulgentiam lucrandam, diem dominicum proxime insequentem.

VIII. In iisdem ecclesiis vel oratoriis, quamdiu. ex praescripto, invivisentibus, Indulgentiae acquirendae causa, fidelibus patebunt, tamdiu Reliquiae S. Franclsci Assisiensis vel B. Mariae Virginis, aut saltem Imago vel statua eiusdem Sancti vel B. Mariae Virginis Angelorum, venerationi fidelium propositae maneant Publicae praeterea preces ibidem pro Summo Pontifice universaque militanti Ecclesia, pro haeresum exstirpatione peccatorumque conversione, pro pace et concordia omnium populorum.' Deo adhibeantur, quo tempore id fieri opportunius videbitur; sacerque iste ritus, praemissis tum B. Mariae Virginis Angelorum et Seraphici Patriarchae invocatione, tum Litaniis Sanctorum. Eucharistica benedictione absolvatur.

IX. Qui Indulgentiam Portiunculae lucrari cupiat, is missa sua confiteatur, ab iisque, si opus sit, absolutus, sacra de altari libet: ecclesiam vel oratorium, privilegio ditata, invisat, precesque ad mentem Summi Pontificis dc more fundat, idest saltem sexies *Pater, Ave* et *Gloria* in unaquaque earum visitationum, quas ad indulgentiam iterum iterumque impetrandam rite peragat.

X. Altero mensis augusti die vel die dominico proxime insequenti, condicionibus superiore η. IX statutis eos quoque stare oportet, si velint Indulgentiae compotes fieri, qui reliquis per annum diebus eo fruuntur induito, ut sola sex *Pater, Ave* et *Gloria* recitatione, praeter alias, etiam Portiunculae Indulgentiam lucrari queant

Quae quidem omnia Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia die xvi mensis maii subscripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita. adprobavit promulgarique iussit Contrariis quibuslibet, etiam specialissima atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Poenitentiariae, die x mensis iulii, anno mdccccxxiv.—O. Card. Giorgi, *Poenitentiarius Maior.* Silvius Fagiolo, S. *Poenit. Apost. a Secretis.*

Adn. E. **BERGH in NrT 66 (1939) 812-814; ME 37 (1925) 36-37: 52 (1940) 42; PrM 13 (1924) 165-169,(203)-(204).**

1924 WL 15.-PIUS XI. CONST. AAS 16 (1924) 309-316

POENITENTIARIIS ALIISQUE IN URBE CONFESSARIIS FACULTATES EXTRAORDINARIAE PRO ANNO IUBILAEI CONCEDUNTUR

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam

Si unquam alias decuit Romanum Pontificem boni Pastoris partes agere, at hodie m primis decet cum, lubilaeo Maximo indicto, fideles eos omnes» qui proximo anno in Almam hanc Urbem convenient, romanesque item cives, ad admissa eluenda, ad vitiorum emendationem et ad Christi lesu spiritum denuo copiosiusque sumendum excitari oportet atque adiuvari. Etenim animatae melius parataeque filiorum voluntati congruit ut largior respondeat communis omnium Patris misericordia. atque ut Idem. Samaritani hominis more, vulneribus, quae animis peccatum misere inflixerit Apostolicae potestatis caritatisque remedia studiosissime adhibeat Ne quis igitur ad removendas a conscientia sua labes seque in gratiam amicit'amque Dei reconciliandum ullam a Nobis providentiam desideret Confessariorum in Urbe per Annum Sanctum, quemadmodum Decessores Nostros simili in causa fecisse constat, amplificandam dilatandamque muneris potestatem censc-

mus. L't autem caveamus ne qua dc limitibus usuque facultatum dubitatio incidat, has perspicuitate describi ordinarique quam maxima per praesentes Litteras volumus. Itaque motu proprio certaquc scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur de confessing in Urbe et suburbio, anno lubilaei vertente, deputandis deque extraordinaria potestate iisdem attribuenda praescribimus ac decernimus.

Dilecto filio Nostro Cardinali Poenitentiario Maiori committimus ac demandamus, ut, praeter eos, qui nunc sunt» trium Basilicarum Lateranensis, Vaticanae et Li-
310 bertanae poenitentiarios minores ordinarios atque extraordinarios, pro Basilica etiam S. Pauli. Via Ostiensi, ad totum Annum Sanctum similes poenitentiarios designet. praetercaque alios, tam in memoratis quattuor Basilicis, quam in reliquis quoque sive saecularium sive regularium ac praesertim in variarum nationum per Urbem ecclesiis, novos similiter poenitentiarios deputet et abunde multiplicet

Quibus poenitentiariis minoribus, sive ordinariis sive extraordinariis, sive iam exsistentibus sive a dilecto filio Nostro Cardinali Poenitentiario Maiore deligendis, concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conscientiae in actu sacramentalis confessionis et per se ipsi tantum, absolvere quoslibet poenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a iure reservatis, sed etiam a censura ab homine seu a quovis iudice lata, cuius tamen absolutio in foro externo non suffragabitur.

At hisce amplissimis facultatibus non utantur nisi normis exctpbonibusque servatis, quae sequuntur:

I. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, illos, qui irretiti sint aliqua censura Romano Pontifici specialissimo modo reservata, aut secretum S. Officii, alterumve secretum simile in quavis alla S. Congregatione, Tribunali vel Officio Curiae Romanae impositum, violaverint, aut in censuram aliquam inciderint, quam Pius X. Constitutione Vocante Sede Apostolica, [diei 25 decembris 19M. Acta Pii X v. 3 n. 239 - 238. Doc. *l* Cod. L Ceu.], ipso facto incurrendam decrevit. Possint tamen absolvere confessarium. reum absolutionis proprii complicis in peccato turpi semel aut bis tantummodo attentatae contra vetitum canonum 834 et 2387. Impositis tum remotione occasionis relapsus, tum obligatione non audiendi neque absolvendi, in posterum, proprium complicem nisi secus periculum immineat infamiae aut scandali, tum denique onere eum ipsum monendi, c redierit attentatas absolutiones invalidas fuisse.

II. Similiter ne absolvant nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurlsdictione in foro externo praeditos» superioresque maiores Re-
311 ligionU exemptae, qui in/ excommunicationem speciali modo Romano Pontifici reservatam publice inciderint

1П. Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi ii. abiuratis saltem coram ipso confessario haere» vel schismate. scandalum. ut par est, reparaverint Ad natos m haeresi quod attinet si dubitetur dc facto vel validitate baptismi Ln secta collati, eiusmodi acatholici, ante absolutionem, ad E.mum Cardinalem Vicarium remittantur.

R'. Pariter ne absolvant eos. qui sectis vetitis, massoniels allisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336 i 2. denuntiaverint; libros, manu scripta et signa, quae eandem sectam respicant. quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda. aut saltem. » lustae gravesque causae id portaient. destruenda; impositis, praeterea, pro modo culparum. gravi poenitentia salutari ct frequenti sacramental! confessione.

V. Qui bona vel lura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi.

VI. Si autem censurae, quibus poenitentes adrtringuntur. publicae in locis, ubi i! commorati sunt, vel nomlnatim declaratae sint, aut delictum ad iudiccm fori externi iam sit deductum, rei a poenitentiariis eiusmodi minoribus absolvi poterunt in foro conscientiae et sacramental! tantum, dummodo sint sincere parati quodvis mandatum demisse accipere fideliterque implere, itemque reparare scandalum; admoneantur tamen de libello S. Poenitentiariae Apostolicae omnino submittendo. Scilicet confessarii post absolutionem conficiant libellum supplicem, expressis nomine, cognomine ac dioecesi poemtentis et casu eiusmodi censurae publicae subiecto, et subtus scribant testimonium absolutionis ab eadem censura concessae, eundemque poenitentem/ d> £
rigant ad Officium S. Poenitentiariae Apostolicae. ut ** recipere possit Rescriptum in forma *missi,* vel *remiai* absoluti, secundum praxim eiusdem Officii.

VII. Possint fidem poenitentiarii omnia ct singula vota private, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, dispensando commutare in alia pia opera, ex iusta ac probabili causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, etsi ab origine publice emissum ct in professione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi et probabili de causa, in alia pia opera commutando dispensare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis Sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint A commutandis vero votis cum praeiudicio tertii, se abstineant, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit Votum denique non peccandi, aliave poenalia vota ne commutent nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

VIII. Dispensare possint in foro conscientiae et sacramenta!i tantum, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985, 4·; sed ad hoc unice, ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat

IX. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramental! tantum, ab ocultissime dissimulato impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium sanandum, non ad contrahendum.

X. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta. ia primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, salutari, gravi diuturnaque poenitentia.

XL Ad visitationem quod attinet quattuor Patriarchalium Basilicarum, poenitentiarii, cum singulis exteris, qui vel ob pau portatem vel ob aliam gravem cau- S3
sam in Urbe consistere tamdiu nequeant, dispensare possint vel contrahendo et reducendo ad tres saltem dies visitationes, alioquin decies repetendas» vel has. pro suo prudenti arbitrio, in alia pia opera commutanoo. Cum singulis autem civibus incolisque Urbis et suburbii, qui. morbo allove legitimo impedimento detenti. memoratas Basilicas invisere nequeant, vigfnti praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis Impleri possint, dispensando commutent Poenitentur.! tamen sciant, se conscientiam suam oneraturos» si inconsulto et sine iusta causa tam exteros quam romanes cives incolasve ex eiusmodi visitationibus exemerint Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne induigeant, ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas imminuere aut commutare.

XII. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, nullum ne exsolvant etiamsi hunc materiam necessariam non esse allaturum aut praevideant aut sciant

XПI. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediantur. Volumus autem. lubilaei causa, eam sufficere. quae per modum viatici ministratur; minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur. Qui tamen Paschale praeceptum misere neglexerit, possit is deinde una Communione utrique obligationi satisfacere.

XIV. Hisce omnibus, quas memoravimus, facultatibus volumus uti non modo poenitentiarios, de quibus in harum Litterarum exordio diximus, sed etiam singulos S. Poenitentiariae Praelatos, atque Officiales cx utraque sectione, modo sint in Urbe ad audiendas fidelium confessiones habituahter adprobati; singulos Urbis suburbhque parochos; rectores ct confessarios, a Vicariatu

adprobatos, ecclesiarum nationalium. praetereaque nonnullos confessarios pro praecipuis cclebrioribusque Urbs templis designandos, quorum omnium sedi confes-
JH sxmall tabella affigatur./ in qua verba inscripta sint Pmnttentiarius Sancti Iubilaei. Praeterea ut religiosorum virorum utilitati uberius consulamus, easdem facultates tribuimus, pro Ordinibus Congregationibusque exemptis» aliquibus ex iis confessoriis, quos Superiores pro subditis tantum adprobaverint ad formam can. 518 et secundum exensionem in can. 514 { 1 descriptam; Superioris quidem erit, in unaquaque domo unum alterumve in individuo deputare: qui tamen ex hac sola deputatione non poterunt facultatibus, de quibus supra, uti erga fideles domui ac Religioni extraneos.

XV. Poenitentiarii ac confessarii, ut supra deputati, scant, posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma, ut lubilaei veniam lucrentur; at non posse uti denuo cum iis poenitentibus. qui indulgentiam - quam acquiri pluries licet in defunctorum suffragium, iteratis operibus praescriptis - iam semel lucrati sint

XVI. Uti iisdem facultatibus poterunt etiam extra ecclesiam cui addicti sunt, si quando contingat eos alibi confessiones excipere, servatis can. 908-910 et de consensu rectorum ecclesiarum. Caveant tamen - in quo graviter eorum conscientiam oneramus - ne ecclesiam propriam neglegant, ut aliis inserviant

Cum autem, ad maiora animarum lucra anno isto salutaris expiationis comparanda, intersit operarios multpbcari, omnibus quoque confessariis adprobatis ad annum ab Emo Cardinali Vicario Nostro in spiritualibus generali, itemque reliquis omnibus confessariis regularibus exemptis, quos Superior tantummodo suus pro sodalibus Religionis omnibusque extraneis in religiosa domo diem noctemque commorantibus adprobaverit - intra fines tamen temporis, loci ac personarum in concessione adprobationis designatos - has, quae sequuntur, tribuimus extraordinarias facultates:

1· Absolvere possint, per se ipsi tantum et in foro dumtaxat conscientiae et sacramentali, eos, qui apud
35 ipsos confiteantur, a/ quibusvis ecclesiasticis censuris. etam speciali modo a iure Romano Pontifice reservatis, aut Ordinario reservatis, dummodo publicae non sint, itemque ab omnibus peccatis excessibusque quantumLbet gravibus, etiam Apostolicae Sedi reservatis, injunctis tamen salutaribus poenitentiis aliisque dc iure iriungendis» servatisque potissimum in hac absolutione impertienda normis atque exceptionibus, quae supra, sub nn. I-V, pro poenitentiariis minoribus Draescriotae sut

2 Omnia et singula vota privata, etiam iurata, dispensare possint, commutando in alia pia opera, cx iusta et probabili saltem causa, exceptis iis privatis votis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur, itemque exceptis votis publice emissis in susceptione Ordinis aeri aut in professione religiosa tam sollemni quam Emplici, et iis. quorum aut dispensatio vergeret in detrimentum tertii aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3· Dispensare possint circa visitationes quattuor Basilicarum easque commutare eodem modo ac poenitentiariis conceditur sub η. XI.

4» Si quas autem facultates ab Apostolica Sede per S. Poenitcntiariam aut alio legitimo modo impetraverat aut per Annum Sanctum impetrabunt, eae firmae atque immutatae sunto.

5 De usu facultatum, quas supra sub nn. 1-3 concessimus, ea valeant ac serventur, quae pro poenitentarks minoribus η. XV constituimus.

Nihil reliquum est. nisi ut poenitentiarios et confessarios. quibus extraordinarias facultates istas de Apostobca benignitate largiti sumus, vehementer moneamus. patienti animo caritatisque pleno eos omnes excipiant, qui Domino reconciliari cupient ct caelestibus frui thesauris, quos Sancta Mater Ecclesia per totum lubilaei annum cuivis reserat

Praesentes autem Litteras volumus firmas exsistere rt fore, earumque exemplis atque excerptis, manu tanen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri
£4 m ecclesiastica dignitate consti/tuti munitis, eandem adhiberi fidem, quae hisce Litteris adhiberetur, si exhibitae forent vel ostensae. Contrariis non obstantibus quibuslibet

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis, declarationis et voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri ct Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis iulii, anno mdccccxxtv. Pontificatus Nostri tertio.—O. Card. GIORGI, Poenitentiarius *Maior. O.* Card. CAGIANO, S. R. *E. Cancellarius.* Raphaël Virili, Prolonotarius Apostolicus. Ioannes Zani Caprelli. *Protonotarius Apostolicus.*

606

1924 ILL 17.-SC CONSISTORIALIS, EPIST. PART.

Circa ordinem constantinianum s. giorgii

Eino *e* Rmo *Signor* Mio *Oufrio* — Debbo significare all'Em. V. Rcvina che. in seguito alia controversia sorta tra 1'Ordine Costantlniano di S. Giorgio c il Governo Italiano circa Torigine e il carattere di quest'Ordine, l'E.mo Card. Ranuzzi, che aveva accettato la protezione di questOrdine, tutto considerato, e particolarmente visto che non trattasi di un Ordine Cavalleresco Pontificio, ha creduto necessario sospendere ogni atto di protezione e tenersi cstraneo alTOrdine stesso, almeno fino a questione finita.

Il S. Padrc poi da parte Sua ha stabilito che nelTattuale condizione di cose *rùnangano sospest fulti i* pri*rilcgi che gli ecclesiastici appartanenti* a *detto Ordine credono o pretendono* di *avere.* L'Em. V. è autorizzata a dare comunicazione di quanto sapra agli ecclesiastici che in forza dei privilegio di detto Ordine vantassero portare abiti ed insegne e di prowedere in conseguenza.

Baciandole umilissimamente le mani, con sensi di profondo ossequio mi professo deUrEminenza Vostra Revma umil.mo devmo servo G. Card. De Lai. Vesc. di Sabina. *Segretario.*

• Ordinario Neapolitano: ME 36 (1924) 26).

607

1921 ILL 23.-SC RITUUM, DECR. AAS 16 (1924) 472

Benedictio bibliothecae et archivi

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI. suprascriptos ritus et formulas benedictionis bibliothecae et benedictionis archivi approbavit, et appendici Ritualis Romani inseri et rite adhiberi benigne concessit

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 iulii 1924.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. R. C. *Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

Adn. Vide formulam benedklionis apud AAS 16 (1924) 472. •ut Ritualem Romanum lit. IX cap. VI n. 8-9.

608

1924 IUL 24.-SC S. OFF., MON. AAS 16 (IS241 368

MONITUM

Circi facta quae p. pio a petralcina **TRIBUUNTUR**

Declaratione dic 31 maii anni elapsi per Acta Aposfoltcae Sedis (vol XV, pag. 356) cvulpita. Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii fidei morumque integritati tutandae praeposita, fideles monitos voluit, ex inquisitione peracta super factis quae Patri P»o a Pctralcina. Ordinis Minorum Capuccinorum. in conventu loci vulgi San Gtocunni *Rotando,* Fodianac dioecesis commoranti, communiter tribuebantur, nihil 4c practensa eorum supcrnaturalitatc colligi potuisse; ac fideles ipsos hortabatur ut in propria agendi ratione hu.c declarationi se conformarent

Haustis nunc, ex pluribus ac tutis fontibus, aliis informationibus, eadem Suprema Sacra Congregatio muneris sui esse ducit gravioribus verbis fideles denuo adhortari, ut a praedicto Patre, devotionis causa, invisendo et a quavis cum eo, etiam epistolari, relatione fovenda prorsus abstineant

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 24 iulii 1924.—Aloislus Castellano. *Supremae S.* C. S. *Off. Notarius.*

609

1924 IUL 2&-SC SACK., LIT. AAS 16 (1924) 370-371

Litterae ad revjcos ordinarios rrallai circa facultatem CELEBRANDI MISSAM SUB DIO AD NORMAM CANONIS *822* CODICIS IURIS CANONICI

Ilhfto e Revnto Signore. - Molti Ordinari d'Italia si trovano in gravi difficolti circa la rlsoluzione da prendere quando loro si presenlano domande dirette a permettre la celebrazione dei santi misteri fuori delle chiese. cioè dei luoghi destinati all'esercizio dei culto.

La Santa Sede, interpellata in proposito, dopo accurato studio e matura dcliberazione, rlchiama loro le seguenti considerazionL

E notissima la tradizionale disciplina che abbiamo rlcevuto dai Santi Padri. exsere cioè la chiesa il luogo destinato alla celebrazione della santa Messa. E anzi vi fu tempo in cui non si permetteva la celebrazione se non nellc chiese o negli oratori consacrait Con Pandare del tempo, per varie regioni. che non è qui il caso di ricordare minutamente, b disciplina ecclesiastica in questa materia si rese un po piu benigna. Ma a chi b studia nella sua evoluzione. apparisce chiaramente che. se alcune volte fu concessa b celebrazione dei divin Sacrificio fuori delle chiese. ciô fu sempre rlstretto ai casi di nécessité o per motivi exclusivamente religiosi.

Questa tradizionale disciplina, confermata da tanti Pontefici e da tanti Concilii, antichisxima ed universale, ebbe ultimamente una nuova sanzione dal Codice di dmiio *canonico.* dove, al can. 822 f 1, si stabllisce che: « Mirsa celebranda est super altare consecratum et in ‹ ecclesia vel oratorio ». ecc.. e pol. al f 4: ‹ Loci Or‹ dinarius ... licentiam celebrandi extra ecclesiam et « oratorium ... concedere potest iuxta tantum ac rationa« bili causa, in aliquo extraordinario casu et per mo‹ dum actus ». Dl qui è facile inferire che le facoltà degli Ordinari al riguardo sono assai limitate, non potendosi esercitare se non in qualche caso straordinario. nè senza giusta e raglonevole causa, b quale deve cssere unicamente Ispinta alie altissime rag:om dei culto divino e al bene spirituale dei fedelt Giova pol inculcare c praticare con b debita sévérité queste norme disciplinari per elevare e purificare il sentimento religioso dei popolo./ 371

E quindi fuor di dubbio che non si avrebbc la causa giusta e ragioncvole. voluta dal citato can. 822. se b celebrazione della Messa fuori della chiesa fosse richlesb in occassione di commemorazionl profane o per dare risalto a feste di carattere politico: in tali circostanze b celebrazione della Messa fuori dclla chiesa resta vietata in modo assoluto dal citato can. 822. Molto più pol questo vale se si trottasse dl celebrazionl. nelle quaU. per la loro stessa naturo, si insinul alcunchè di superstizioso o dl pencoloso al retto sentimento religioso o alia purezza dclb fede nel popolo cristlano. Nè solo, in questi casi, non si darebbe b causa giusta dei Codice, ma assai tacilmente si potrebbe dare occa.-. nn? a deviazionl della sana disciplina dei culto cattolico. In questi casi POrdinario dei luogo awisi gli interessatl che non è nelle sue facoltà di aderire alia domanda. ma. se l richiedenti insistessero invocando speciali ragioni di luogo. di tempo o di persone, egll avra cura di trasmettere b petizione a questa Sacra Congregazione dei Sacramenti, alla quale spelta b decisione in proposito.

Tanto si participa alb S. V. per sua inteUSgenza e norma.

Dalla Sacra Congregazione dei Sacramenti. 26 luglio 1924.—M. Card. Lega. Prefetto. L. Capotosti. Vescovo di Teime. *Stgretario.*

Ad I. SCHU5TER In EL 41 (1927) 468-<69; IP 4 (1924) 117; PrM 13 (1924) 161.

707

610

1924 IUL 30.-PIUS XI. CONST. AAS 16 (1924) 316-»

INDULGENTIAE ANNI IUBILAEI MDCCCCXXV CONCEDUNTUR «ONIALIBUS ALIISQUE STABILI IMPEDIMENTO DETENTIS CUM OfPORTUNIS FACULTATIBUS CIRCA ABSOLUTIONES ET VOTORUM COMMUTATIONES

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam

Apostolico muneri, quo divinitus fungimur, fbgmitissimaeque caritati, qua universum dominicum gregem. Nobis commissum, complectimur, consentaneum profecto est, idemque cum more institutoque decessorum Nostrorum apprime congruens, ut - postquam, per Constitutiones ante editas, praesentissima expiationis remedia salutisque adiumenta iis omnibus paravimus ac providimus, quibus aut Romae incolis aut advenis facultas non deerit statutis condicionibus parendi, ut propositam sibi plenissimam lubilaci veniam assequantur - iam ceteris longe plurimis prospiciamus. qui non una/ de causa impedientur quominus aut Romanam t' peregrinationem suscipiant aut praescriptas quattuor Basilicarum visitationes instituant. Eos intellegi volumus, qui cum intra claustralia saepta vivant vcl in hostium potestate versentur custodiaque publica detineantur vel corporis infirmitate laborent, prohibentur prorsus ne imperata. lubilaei causa, expiandis animis opera adgrcdiantur ac perficiant Quorum condicioni aut calamitati officium benignitatis Nostrae deesse nolumus, eo vel magis quod Nobis spondemus futurum, ut coniunctis eorundem precibus, quibus promerita accedant sive innocentis vitae in divinis rebus contemplandis virtutibusque religiosis exercendis traductae, sive castigationis aegrotationisque, poenitentiae spiritu, toleratae, illa a Deo bona catholico nomini obveniant, quae ut ab omnibus flagitarentur, indiccnco lub laeo maximo mentem esse Nostram aperte declaravimus.

Itaque concessionis huius Nostrae, ex qua lubilaei veniam lucrari - ita, quemadmodum mox dicemus - ii etiam possint, quibus sepulcra Apostolorum et Patriarchales Urbis Basilicas adire non liceat, participes dumtaxat sunto:

I. In primis moniales omnes, quae in coenobiis degunt, sub claustr' perpetui disciplina; item quae in iisdem monasteriis aut probandae et postulantes sunt aut tirocinium exercent aut educationis aliave legitima de causa, etsi per maiorem tantummodo anni partem, commorantur. Neque excipi volumus mulieres earum contubernales, quat famulatus vel stipis colligendae gratia, saepta religiosa egrediuntur.

II. Omnes religiosae Sorores, scilicet votorum simplicium. quae ad Congregationem pertineant iuris sive pontificii sive dioccesani. quamquam severiore claustri lege non adstringuntur. una cum suis novitiis, probandis, atque educandis puellis - semiconvictricibus quoque. ut aiunt, non tamen externis -. aliisque communi cum ipsis mensa utentibus, domicilio vel quasi domicilio.

III. Pariter Oblatae, seu piae feminae, vitae societate coniunctae. etiamsi vota non emittant, quarum tamen Instituta ab Ecclesiastica auctoritate vel ratiore stabili vel ad experimentum probata sint, una cum suis novitiis. probandis, puellis educandis aliis/que communi cum ipsis contubernio utentibus, ut de Congregationibus religiosis η. II diximus.

IV. Omnes feminae ad quemvis Tertium Ordinem Regularem pertinentes, quae sub uno eodemque tecto, cum approbatione ecclesiastica, communiter vivunt, itemque. ut supra, omnes earum contubernales.

V. Puellae ct mulieres in gynaeceis seu Conservatoriis degentes, quamvis non sint Monialibus, Sororibus religiosis. Oblatis Tertiariisve concreditae.

VI. Anachoretae et Eremitae, non ii quidem, qui nullis adstncti clausurae legibus vel communiter vel solitarii sub Ordinariorum regimine certisque legibus obtemperantes vivunt; sed ii, qui in continua - licet non omnino perpetua - clausura et solitudine deditam contemplationi vitam agunt et monasticum aut reguarem Ordinem profitentur, ut Cistercicnses Reformati B M. V. de Trappa, Eremitae Camaldulenses et Carthusiani.

708

VII. Chrlstifideles utriusque sexus, qui captivi in hostium potestate versantur, aut in carcere custodiuntur aut exsilii poenas deportationisve luunt aut apud poenales domos ad opus damnati reperiuntur; item ecclesiastici vel religiosi viri, qui in coenobiis alllsve domibus, emendationis gratia, detinentur.

VIII. Chrlstifideles utriusque sexus, qui morbo vel imbecilla valetudine prohibentur, quominus, intra lubitael annum, aut Urbem adeant aut in Urbe praescriptas Patriarchabum Basilicarum visitationes instituant; qui in nosocomiis, conducti vel sponte ipsi sua. aegrotantibus, continuai operû adsunt; item operarii, qui, cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt se ab eo per tot dies atque horas abstinere; senes denique, qui septuagesimum aetatis suae annum excesserint.

Istos igitur omnes et singulos monemus vehementerque hortamur, ut quam Christus Redemptor, qui delere vult iniquitates nostras, per Ecclesiam Ipsis occasionem opportunitatemque misericorditer offert animi, piaculari anno, expiandi atque ad sanctiorem vitam provehendi. eam ne neglegant neve praetermittant Sua quisque admissa sincere perscrutantes et non sine gemitu plora'tuque dolentes saluberrimo Poenitentiae Sacramento cluant congruisque castigationibus expient; tum caeleste participent epulum, ea quidem reverentia et fide et caritate, ut ad vivendum angelorum more inde prompti redeant ac parati. Interea Dominum lesum Christum, quem pectore exceperint, ad mentem Nostram enixe orent; idque potissimum flagitent, ut. depulsis dissensionum discidiorumque causis, mansuram pacem inter populos conciliet, itemque cum ad Ecclesiam suam. caelestium effusione gratiarum, avulsos revocet filios, tum sanctissimam eam regionem, quam Ipse sudoribus suis excoluit et sanguine suo consecravit, ne sinat violari ac contaminari atque in Crucis suae inimicorum dominatum incidere. Visitationi autem quattuor Urbis Basilicarum alia religionis, pietatis caritatisque opera iidem sufficiant, quae Ordinarius per se ipse vel per prudentes confessanos, pro condicione et valetudine singulorum ac pro loci temporisque rationibus, imunxerit

Itaque omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, iis omnibus et singulis, quos supra memoravimus, vere poenitentibus, et intra Annum Sanctum rite confessis ac sacra synaxi refectis, Deumque, ut supra diximus, ad centem Nostram orantibus, omnia denique implentibus alia iniungenda opera in locum visitationum, ac, vel inchoatis tantum iisdem operibus si morbus periculosas oppresserit, plenissimam omnium peccatorum indulgentiam, veniam et remissionem, etiam bis intra Anni sancti decursum si iniuncta opera iteraverint, haud secas ac si praescripta communiter ceteris omnibus explevissent, de Apostollcae liberalitatis amplitudine largimur atque concedimus.

Porro liceat unicuique eorum, quos supra memoravimus. sibi confessarium eligere a suo Ordinario ad praescripta Codicis approbatum, cui, vi praesentis Constitutionis, pro confessione dumtaxat ad lucrandum lubilaeum instituta, concedimus, ut. sine detrimento earum facultatum, quas forte alio titulo exercere possit, personas supra dictas in foro sacramentali tantum absolvere queat a quibusvis censuris et peccatis etiam Apostollcae Sedi speciali modo, non tamen specialissimo modo. reservatis, excepto casu haeresis formalis et ex-
ix ternae, impositis salutari paenitentia aliisque secun/-dum canonicas sanctiones rectaeque disciplinae regulas ^-.ungendis. Praeterea confessario, quem monialis sibi elegerit· potestatem facimus dispensandi a votis privatis qxbuslibct quae ea ipsa post professionem sollemnem nuncupaverit quaeque regulari observantiae minime adversentur. Confessarios autem supra memoratos volumus etiam dispensando commutare posse omnia vota privata, quibus Sorores in Congregatione votorum simpixium. Oblatae, Tertiariae regulares, puellae et muliere communibus domibus vitam agentes, sese obstrinxer.ri. ii$ votis exceptis quae Nobis et Apostollcae Sedi reservata sint: factaque commutatione, a votorum etiam furatorum observatione absolvere.

Hortamur autem venerabiles fratres Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut, ad apostolicae Nostrae benignitatis exemplum, eligendis ad praesentium effectum confessariis impertiri ne recusent facultatem ab-»hendi a casibus qui ipsis Ordinariis reservati sint

Harum interea decreta et iussa Litterarum rata, vai-da, firma in omnes partes esse et fore decernimus. contrariis non obstantibus quibuslibet. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adiungatur fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, concessionis, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis iulii anno mdccccxxiv. Pontificatus Nostri tertio.— O. Card. GIORGI. *Poenitentiarim Maior. O.* Card. CAGIANO. S. *R. E. Cancellarim.* Raphaël Virili. Profono*tariui Apostolicus.* loannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. Vide wb dîc 1924 Mei 29; LE 599.

h *

1924 IUL 31.-S. POEN.» MON. AAS 16 (1924) 33T-344

MONITA

De usu facultatum confessariis fer annum sanctum **TRIBUTARUM DEQUE RATIONE INDULGENTIAE IUBILAEI LUCRANDAE. AD NORMAS CONSTITUTIONUM BENEDICTI XIV ET LEONIS XΠI EXARATA, AUCTORITATE SSMI D. N. PU PP. XI AD HODIERNAM DISCIPLINAM ACCOMMODATA EIUSQUE IUSSU EDITA**

Constitutione Apostolica Si unquam [LE 6051, die xv huius mensis lata, poenitentiariis minoribus aliisque in Urbe et suburbio confessariis facultates tribuuntur sane amplissimae, quibus adeptio iubilaris veniae facilior tutiorque reddatur. Summopere autem interest ut iidem poenitentiarii et confessarii facta sibi potestate prudenter utantur, ne tantarum largitio gratiarum eâ vi eoque careat effectu, quem Mater Ecclesia indicendo piaculari anno sibi misericorditer proposuit.

Vestigia igitur decessorum suorum persecutus, qui huic necessitati sapientissime superiore aetate consùlucrant, SS. D. N. Pius Papa XI decrevit, eorum monita, ad praesentem disciplinam accommodata, prouti infra exponuntur, retinenda esse et singulis, sive Ordinariis sive confessariis ecclesiarumque rectoribus, accurate servanda.

I. Confessarii praediscant ac memoriâ teneant indicem peccatorum, censurarum, poenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur: si qua autem eiusmodl occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se poenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254. 2290,/ 1045 338
§ 3: servato praeterea - si confessarii non sint ex poenitentiariis pro lubilaeo deputatis - can. 990 § 2.

П. Attendant praecipue, facultates extraordinarias sibi tributas exercere se valide posse tantummodo erga poenitentes qui confessionem peragant ad iubilaeum lucrandum praescriptam, atque unice in confessione sacramentali. nisi aliud concessio ipsa ferat. Ad locum autem quod attinet, quo licite vel etiam valide iubilarem confessionem audiant, servent tum Codicis praescripta. tum Ordinarii loci mandata, tum denique ca quae in ipso facultatum suarum indice statuta sunt

III. Sua cuique, iubilaei causa confitendi, sacramentalis poenitentia imponatur ad normas a theologis communiter traditas; nec ab ea imponenda, ut quae sacramenti integritatem compleat, idcirco confessarii se abstineant, quia poenitentem tam bene dispositum animatumque invenerint, ut conficere sibt iure liceat, eum plenissimam iubilaei veniam esse consecuturum Nec in sacramentalem satisfactionem opera aliunde iniuncta, etiam pro ipso iubilaeo, poenitenti imperent, nisi quo casu, spectata eius fragilitate, aliter provideri omnino nequeat

IV. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit eum ne ante absolvant quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodl satis·factionem praestare ante non possit vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

V. Si quando agatur de publicis censuris, quarum absolutio est poenitentiariis minoribus commissa, hi iniungcndae satisfactioni haud aliter consulant, quam secundum praxim Poenitentiariae Apostolicae; ad huius vero Officium poenitentem dirigant cum suo dc impertita a se censurae absolutione testimonio, in quo quidem poenitentis nomen, cognomen, dioccesim et censuram, in quam inciderat, publicam, cum plena eius venia, conscripserint Officium autem S. Poenitentiariae poenitentem ad Ordinarium remittet, tradito Rescripto, quo testificabitur illum fuisse a publica eiusmodi censura in foro sacramentali absolutum./ ut possit, ad can. 339 2251. haberi tamquam absolutus in foro externo. Teneatur tamen poemtens. sub poena reincldentiae, parere reliquis Ordinarii mandatis, cui religioni esto clementius mitiusque cum reo agere, quem publice in romana peregrinatione poenituil

VI. Eos qui. ad finem quoquo modo malum, monialium clausuram violaverint, in casibus etiam occultis, prohibeant nomine Apostolicae Sedis quominus ln posterum ad illud monasterium eiusque ecclesiam accedant moneantque praeterea, eos ita a censuris absolutos esse, ut. si prohibitionem neglexerint, in easdem eo ipso relabantur. Quodsi. pro poenltentis et rerum locorumque adiunctls, imponi ac servari ea prohibitio nequeat, consulatur Emus Cardinalis Poenilcntiarius Maior, qui. pro sua prudentia, quotiescumque necessitas id postulare videbitur, ca in re dispensabit,

VU. Religiosos voro, qui suam, mulieres introducendo. clausuram, similiter ad finem graviter malum, violaverint, ita a censuris, in quas iidem inciderint, absolvant, ut firma atque integra consistat officii et vocis activae ac passivae privatio, qua forte, ad can. 2342. 2·. ln poenam mulctatl iam sint

VIII. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 5 1 sub excommunicationis poena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet. Ordinario aut confessarlo ipsi aut alii, qui facultatem eosdem relinendi habeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se cos. cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit

Religiosis intra claustra viventibus qui ante Altare propriae Ecclesiae vel Oratorii ut supra, iis vero, qui de suorum Superiorum licentia in itinere exsistentes aut extra clau.txa degentes tamquam Praedicatores et Lectores ante qujdhbct Altare, quinquies orationem Dominicain et toties salutationem Angelicam, saltem corde contrito dixerint.

Hj Trium *annorum* totidemque quadragenarum.

Iisdem Religious, qui saltem contnto corde suas culpas ac imperfectiones in capitulis culparum accusabunt ac splntualiter communicabunt et exercitium virtutum facient.

I) *Unior anni* et quadraginta dierum.

Iisdem, qui confessi Ecclesiam Ordinis vel Oratorium ut supra visitaverint a festo Pentecostes usque ad eius Octavam.

K) Trecentorum dierum.

Iisdem, quoties aliquot pium opus pietatis vel cantatis saltem corde contrito exercuerint, ut ex. gr. Missis ct divinis Officiis devote assistere; SsAum Narramentum, cum ad infirmos defertur, aut mortuos ad sepulturam comitari, veL si impediti, ter Pater et Aoe pro infirmis, et quinquies cum Requiem aut Psalmum De profundis pro Defunctis recitare; pacem inter contraires fovere; libros de rebus spiritualibus perlegere

L) Centum dierum.

1 Iisdem, vacantibus saltem corde contrito orationi mentali ad quadrantem horae, lucranda etiam oratione mentali ad quam ratione Constitutionum tenentur.

2. Iisdem. Officium divinum persolventibus iuxta Kalendanum Ordinis, qui saltem corde contrito in cuiuslibet Horae Canonicae initio recitaverint orationem: In nomine leiu .

VI. - Privilégia et indvlta

1. Altare Oratorii Prioris Generalis est privilcgiatum tam pro Ipso quam pro aliis Fratribus et hospitibus nobilibus nne stipe in eo celebrantibus, in favorem animae alicuius defuncti pro quo Missam applicent.

2. Ml«a Prioris Generali», quolibet die ad quodeumque Altare celebrantis pro anima alicuius defuncti, huic perinde «uffragatur ac si ad Altare privileglatum fuisset celebrata.

3. Sacerdotes Ordinis, ad quodlibet Altare Missam pro anima alicuius defuncti celebrantes, gaudent privilegio ut supra tribus in qualibet hebdomada diebus» dummodo pro alia die imule Indultum non obtinuerint.

4. Missae omnes quae in suffragium Religiosorum marum celebrantur, ita semper et ubique animae alicWuj ex ipsis prodesse censentur, ac si ad Altare privilegtatua Litatae fuissent.

5. Missa a quocumque Sacerdote in Ecclesiis Ordina celebrata, durante septenario in honorem S. Nicolai de Tolentino, et in suffragium fidelium defunctorum quotannis celebrari solito, perinde animae alicuius defurcj pro quo applicetur suffragatur, ac si ad Altare pnvüegiatum fuisset litata.

6. Superiores maiores Ordini ac singulorum Conventuum habent facultatem applicandi, in loci respective turisdictionls. coronis D. Mariae Virg. de Consolatione Indiligentias concessas Coronis Septem Dolorum B. Manae V. et S. Birglttac.

7. Priores Conventuum, vel Fratres ab ei deputati, possum impertire Benedictionem Papalcm cum Indulgentia Plenaria fidelibus confessis ac S. Communione refecta, qui ad Ordinis Ecclesias accesserint, ibique ad mentea Summi Pontificis oraverint, in Nativitate D. N. lesu Chorti. Paschate Resurrectionis. Pentecoste. Immaculata Conceptione et Assumptione Beatae Mariae V,, nec non in festo B. Mariae V. de Consolatione.

8. Religiosi Absolutionem Generalem etiam vespere praecedente dies pro quibus est concessa recipere possunt et. si rationabiliter sint impediti adesse actui communitati in quo a Superioribus tribui solet, eandem lam a die vigiliae vel Intra octiduum privatim ac breviori formula immediate post Confessionem suam a Confessario accipere valent

9. Non assistentes Processioni Quartae Dominicae (de qua sub n. 7. I. A) ob aliquod impedimentum, recitantes 13 *Pater* et Ave ac semel *Salve, Regina,* saltem contriti cum proposito quamprimum confitendi et S. Communionem sumendi, lucrantur easdem Indulgentias ac si praedictae Processioni intéressent.

10. Infirmi et convalescentes, si nequeunt congruo tempore m Ecclesiam ire, recitantes quinque Pater et Ave ei orantes ad intentionem Summi Pontificis, lucrari possunt easdem Indulgentias ac si personaliter Ecclesiam Ordinis visitarent, ceteris tamen adimoletis conditionibus.

11. Religiosi degentes in domibus seu Collegiis Ordinis educationi luvenum saecularium destinatis. Ecclesia vd Oratorio publico carentibus, lucrari possunt Indulgentias visitantibus Ecclesias Ordinis concessas, visitando Oratorium semipublicum Domus vel Collegii propriae habitationis, dummodo ceteras adimpleant conditiones.

12 Si quis a locis ubi sunt Ecclesiae Ordinis legitime absit, in quacumque Ecclesia vel Oratorio, etiam unum tantum Altare habente, ter praescriptas orationes recitando (ut n. 11) Indulgentias Stationum Urbis consequetur.

13. Prior Generalis Ordinis habet facultatem erigendi ubique terrarum, de Ordinarii loci licentia. Confraternitates Cincturatorurn. easque aggregandi Archlconfralernitati Cincturae B. Mariae Matris Consolationis. S. P. Augustini el S. Monicae in Ecclesia S. Augustini de Urbe canonice erectae, nec non cis communicandi spirituales gratias et Indulgentias eidem Archiconfratemltatl concessas.

14. Idem Prior Generalis habet facultatem aggregandi Archiconfratemltatl Matrum Christianarum sub auspiciis Beatae Mariae Virg. a Partu nuncupatae et sub patrocinio S. Monicae. in Ecclesia S. Augustini dc Urbe canonice erectae, quascumque Societates eiusdem instituti et nominis ubicumque auctoritate Ordinariorum locorum erectas, et eis communicandi spirituales gratias et Indulgentias eidem Archlconfratemitati concessas.

15. Item idem Prior Generalis habet facultatem erigendi In Ecclesiis ct Oratorii Ordinis, ct dc consensu Ordinariorum locorum, in quibuscumque Ecclesiis vel Oratoriis secundum sacros canones. Pias Uniones B. Mariae Virg. a Bono Consilio casque aggregandi Primariae Piae Unioni in Sanctuario Gcnestanensi eiusdem nominis canonice erectae, nec non eis communicandi spirituale gratias et Indulgentias praedictae Primariae a S. Sede concessas

16. Superiores Ordinis tam maiores quam singulorum Conventuum, facultatem habent benedicendi et imponendi fidelibus Scapulare B. Mariae Virg. de Bono Consilio eum adnexis Indulgentiis; quam facultatem aliis etiam Sacerdotibus Ordinis subdelcgare possunt; sed cam concedere Sacerdotibus extraneis, reservatum est Priori Generali Ordini».

17. Primaria Unio pro animabui in Purgatorio igne detentis, In Basilica Sancti Nicolai civitatis Tolentinl exsistens. culus Director est Prior pro tempore Conventus Ordinis eiusdem civitatis, facultatem habet sibi aggregandi alias Pias Uniones eiusdem nominis et instituti, auctoritate Ordinariorum locorum erectas, risque communicandi sua» spirituales gratias et Indulgentias.

13 Prior Generalis Ordinis habet facultatem erigendi Piam Associationem Sanctarum Ritae a Cassia et Clarae a Cruce de Montefalco. tum in eiusdem Ordinis Ecclesiis cl Oratoriis, tum de Ordinarii ioci ccnsensu in qualibet alia Ecclesia vel Oratorio secundum sacros canones cum adncc non delegandi Sacerdotes ad fideles tLt' As?°^laUo^l accensendos. in locis ubi Conventus Ordinis vel Associatio canonice erecta non exsistat.

19- Archiconfratcmltas lesu Nazareni a Bona Spe. tn

Ecclesia S. P. Augustini Conventus Quitensls canonice erects, facultatem habet sibi aggregandi, dc consensu Ordinariorum locorum. Confraternitutcs eiusdem nominis nc (inis ubilibet institutas, eisque communicandi spirituales Cratias et Indulgentias sibi α S. Sede concessas.

Cap. H — Indulgentiae, privilegia *et indulta rationi* nicri ministerii religiosorum ordinis *concessa*

1. Religiosi qui dc licentia Summi Pontificis aut suorum Superiorum in ditiones infidelium aut haereticorum nusu fuerint, die quo itineri sc accingunt ct quando Pronnclam eis designatam ingressi fuerint Indulgentiam Plenariam lucrari valent, si poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, aliquam Ecclesiam vel publicum Oratorium visitaverint et ad mentem Summi Pontificis oraverint

2. Ecclesiae, Capellae et Oratoria residentiarum Missionum Ordinis, dummodo sint fixa et ad ea confluant fideles ad wcrum audiendum et ad recipienda Ecclesiae Sacramenta, gaudent Indulgentiis generaliter concessis omnibus Ecclesiis et Oratoriis Conventuum eiusdem Ordinis.

1 Sacerdotes Ordinis, ultima die concionum Adventus et Quadragesimae in Ecclesiis in quibus praedicaverint, possunt, praesente etiam Episcopo, de eius licentia. Apor.olicam Benedictionem populo impertire, et Christifideles qui dictis concionibus ultra medium tempus adstiterint. ultima die eiusdem praedicationis, si confessi ac S. Communione refecti Benedictionem acceperint et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Indulgentiam Plenariam lucrari

4. lidem, qui sacras Missiones peragant, vel In Spiritualibus Exercitationibus condonentur, illarum postremo di Benedictionem Papalem cum Crucifixo sub unico signo Crucis, praesente etiam Episcopo, de eius licentia, praebere possunt: quam cum acceperint Christifidcles. qui illis ultra medium tempus adstiterint ac confessi et illarum tempore vel intra quindecim dies Immediate sequentes S. Communione refecti. Ecclesiam vel Oratorium publicum visitaverint et ad mentem Summi Pontificis pias ad Deum preces effuderint, semel Plenariam Indulgentiam lucrari queunt.

5, lidem. qui ut supra sacris Missionibus vel Spiritualibus Exercitationibus incumbunt, oossunt extra Urbem, earum tempore, unico signo Crucis. Cruces. Crucifixos, ucra numismata, rosaria allasve coronas precatorias. et Domini N. lesu Christi. Beatae Mariae Virg. et Sanctorum parvas statuas benedicere, eisque Indulgentias Apostolicas Ide quibus in Acta Apostolicae Sedis sub die 17 febr. 1921]LE 3911 applicare.

5. lidem possunt ubique, eodem tempore, similiter bettdirere coronas precatorias (speciales vel Ssrtii Rosarii) cum applicatione Indulgentiarum, quae a S. Birgitta nuncupantur.

lidem possunt, sub iisdem conditionibus, benedicere coronas typo coronarum SsiTu Rosarii confectas, cum applicatione Indulgentiae quingentorum dierum consequendae pro quolibet Pater et pro quolibet *Ave,* earum aliquam manu gerendo recitatis.

8. lidem fideles, quoties SS. Missionum aut Spiritualium Exercitationum tempore catecheses vel conciones Sacerdotum Ordinis ea peragentium vel moderantium audierint, toties ducentos dies Indulgentiae adquircnU

9. Alumni convictores, degentes in Collegiis Ordinis educationi iuvenum saecularium destinatis. Ecclesia vel Oratorio publico carentibus, lucrari possunt Indulgentias esitantibus Ecclesias Ordinis concessas, visitando Oratorium semipublicum Collegii propriae habitationis, dummodo ceteras adimpleant conditiones.

Cap. Ill — *Indulgentiae omnibus christifidelibus ecclesias* rei publica *oratoria ordinis visitantibus aut* alia pia *opera peragentibus concessae*

I. - Indulgentiae plenariae

Ai Indulgentia *Plenaria* " Toties quoties ".

Eam lucrari valent omnes fideles qui in festivitate B Mariae V. Matris Consolationis, confessi ac S Synaxi refecti quamlibet ex Ecclesiis, vel qucdlibet ex publicis Oratoriis Ordinis, vel. in defectu illorum, aliquam Ecclcdam seu Capellam ubi erecta sit Confratemitas Cincturatonim visitaverint, ibique pias aliquas preces ad mentem Summi Pontificis effuderint.

B) Indulgentia *Plenaria semel* in die intuitu *festi.*

Conceditur cunctis fidelibus, qui vere poenitentes ac S Communione refecti quamcumque Ecclesiam vel publicum Oratorium Ordinis visitaverint, et ibidem pro convrreone peccatorum, pro conservatione Summi Pontificis d iuxta eiusdem mentem oraverint:

I. In festo Titularis Ecclesiarum et Oratoriorum Ordinis, respective.

L. In anniversario Dedicationis Omnium Ecclesiarum Oru inii

1 In sequentibus festis B. Mariae Virginis: Immaculatae Conceptionis. Nativitatis. Praesentationis. Desponsationis. Annunciationis, Visitationis. Assumptionis. Septem Dolorum feria VI Infra hebdomadam Passionis et die 15 Septembris, nec non de Bono Consilio.

4. In festo Ssmi Nominis Mariae, si adstiterint insuper Missae solemni.

5. In festo S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virg. et in eius solemnityte.

6. In festis S. P. Augustini, S. Monicae. S. Nicolai de Tolentino. S. Thomae a \illanova. S Patricii, S. loannis a S. Facundo. S. Clarae a Cruce de Montefalco. S, Ritae u Cassia et Omnium Sanctorum Ordinis.

C) Indulgentia *Plenaria Benedictioni Papali adnexa.*

Hanc lucrari possunt omnes Christifideles qui Benedictionem Papalem. ut capit. I. art. VI. num. 7. describitur, acceperint, sequentibus diebus festis:

1 Nativitatis D. N. L C.

, 2. Resurrectionis eiusdem D. N.

3. Pentecostes.

4. Immaculatae Conceptionis B. M. V.

5. Assumptionis B. M. V.

6. B. M. V. de Consclatione.

D) Indulgentia *Plenaria, semel* tn dic, pro quibusdam piis exercitationibus.

Conceditur omnibus fidelibus:

1. Si piae exercitationi duodecim Dominicarum continuatarum in honorem Deiparae a Bono Consilio fieri solitae undecies adfuerint, et novissima Dominica, praeterea confessi ac S. Communione refecti. Ecclesiam vel Oratorium ubi dictae exercitationes locum habuerint visitaverint. ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint

2. Qualibet prima cuiusque mensis Dominica, vel. ipsa impedita, sabbato sequenti, si confessi et Angelorum Pane refecti, piae exercitationi in honorem eiusdem Deiparae α Bono Consilio fieri solitae interfuerint, et Ecclesiam vel Oratorium, ubi dictae exercitationes locum habuerint, visitaverint. ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint

3. Si Missae ac sacrae functioni in honorem S. Nicolai de Tolentino ct in suffragium fidelium defunctorum, in Ecclesiis vel publicis Oratoriis Ordinis per septem continuatos dies celebrari solitis, astiterint, atque intra spatium dicti Septenarii, peccatorum confessione expiati caelestibusque Epulis refecti, ad mentem Summi Pontificis oraverint

4. Qualibet ex quindecim feriis quintis continuis S. Ritae festum immediate praecedentibus in quibusvis Ecclesiis vel publicis Oratoriis, in quibus piae supplicationes habentur in honorem eiusdem Sanctae, respectivi loci Ordinario probante, si confessi ac S. Synaxi refecti piis istis supplicationibus adstiterint et ad mentem Summi Pontificis oraverint.

II. - INDULGE-TIAE PARTIALES

A) Centum *annorum totidemque quadragenarum.*

Omnibus fidelibus confessis» qui Ecclesiam vel publicum Oratorium Ordinis visitaverint, ibique quinquies Pater ct Aoe recitaverint:

1. In omnibus festis D. N. I. C.. quae per universam Ecclesiam celebrantur, vel alia die usque ad Octavam.

2. In omnibus festis B. Mariae Virg.. quae pariter tn universa Ecclesia celebrantur vel alia die per Octavam.

3. In festo Nativitatis S. loannis B.

4. In natali singulorum duodecim Apostolorum.

5. In festo omnium Sanctorum.

6. In festis: S. P. Augustini. S. Monicae et S. Nicolai de Tolentino (In his postremis preces sunt ad libitum).

B) *Septuaginta annorum totidemque quadragenarum.*

Iisdem, si confessi Ecclesiam vel publicum Oratorium Ordinis visitaverint, et inibi aliquo temporis spatio oraverint:

1. In festis SS. Evangelistarum Marci et Lucae.

2. Post festum S. P. Augustini, una die usque ad Octavam.

C) *Quadraginta annorum totidemque quadragenarum.*

Iisdem, in quolibet festo Sanctorum Ordinis vel alia die usque ad Octavam, nec non in quolibet festo Beatorum Ordinis (qui usque ad diem 22 novembris 1932. inter Beatos relati sunt) visitantibus saltem contrito corde Ecclesiam vel publicum Oratorium Ordinis.

D) Septem annorum *totidemque quadragenarum.*

L Iisdem, qui saltem corde contrito quavis Dominica piae exercitationi duodecim Dominicarum continuatarum, vel qualibet prima cuiusque mensis Dominica, aut ipsa impedita sabbato respective, similiter pine exercitationi In honorem Deiparae Virginis a Bono Consilio fleri soli Lie. adfuerint. Ecclesiam vel Oratorium, ubi dictae exercitationes locum habuerint, visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint.

2. Item lis. qui saltem corde contrito piis supplicationibus in quacumque Ecclesia sive Oratorio publico. in qualibet ex quindecim feriis quintis continuis Sanctae Ritae

festum Immediate antecedentibus In honorem eiusdem Sanctae re^pcctivi loci Ordinario probante, habendis interfuerint. et ad mentem Summi Pontificis oraverint.

Ei Unius anxi ct quadraginta dierum.

1 Visitantibus saltem contrito corde Ecclesiam Conventus ubi celebratur Capitulum Generale, prima die ct septem immediate sequentibus, ac quinquies *Pater* et Are ad mentem Summi Pontificis recitantibus.

2. Item assistentibus praedicationibus Religiosorum eo tempore Ibi habitis.

F) *Trecentorum dierum.*

Iis qui. saltem corde contrito, adstiterint Missae et sacrae functioni in Ecclesiis vel publicis Oratoriis Ordinis celebrari solitis in honorem S. Nicolai de Tolentino et in suffragium fxlelium Defunctorum quolibet cx septem continuis diebus quibus peraguntur, et ad mentem Summi Pontificis oraverint

C) CcRfun *dierum.*

Omnibus, saltem corde contritis, visitantibus Ecclesiam vel publicum Oratorium Ordinis, qualibet anni die.

Die *IS novembris 1924.*

Sacra Pocnitentiarla Apostolica praesens *Summanum* ex authenticis documentis desumptum, facto verbo cum Sanctissimo, recognovit et approbavit, ita ut in posterum Idem habeatur tamquam unica et certa norma Indulgentiarum altarumque gratiarum Indulgentias spectantium, a Summis Pontificibus Ordini Eremitarum S. Augustini concessarum. Contrariis quibuscumque non obstantibus.—S. Luno, S. P. *Regens.* Io. BapL Menghini, Substitutus.

- Analecta Aaforttataaa 10 (1923-24) 487-494.

619

1924 NOV 18.-SC CONCILII, INDÜLT. PART.·

Hispani adimplere valent praeceptum paschale
A FERIA TV CINERUM

Prices - *Beatissime Pater,* Henricus. Cardinalis Reig et Casanova, Archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum Primas, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus. sequentia reverenter exponit:

1.· Quod Clemens VII. vivae vocis oraculo, fidelibus in Hispaniae regnis degentibus concessit privilegium, mox a Cardinali Poenitentiarlo Majori in forma publicatum, die 12 Februarii 1526, ut Udem fideles possent adimplere praeceptum paschale a Feria IV Cinerum usque ad octavam Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi.

2? Jam saeculo XVII. circa ejus medietatem, non plane videbatur constare de vigore privilegii, et disciplina omnino diversa inducta erat, adeo ut dum in Constitutionibus Synodallbus plurium dioecesium hispanarum assignabatur a Dominica Palmarum usque ad *Dominicam* In Albis ad praeceptum paschale adimplendum, in pluribus aliis Synodallbus. et per episcopalia decreta extra Synodum, statuebatur ut tempus memoratum decurreret vel a Feria Cinerum, vel a Dominica I, vel II. vel III Quadragesimae usque ad Sabbatum vel Dominicam in Albis, vel Dominicam Sanctissimae Trinitatis.

1® Saeculo XIX. et etiam XX ante Codicis promulgationem. Episcopi hispani. nulla facta mentione relati privilegii, consueverunt per circulares Litteras ad Clerum et populum quotannis determinare tempus praecepti paschalis adimplendi, a Feria scilicet Cinerum, vel a Dominica 1 vel II Quadragesimae usque ad Dominicam Sanctissimae Trinitatis, vel Festum Sacratissimi Cordis Jesu.

4.· Promulgato jam Codice Juris Canonici, exorta est controversia Intes hispanos canonistas circa vigorem privilegii Clementis VII. Alii enim credentes privilegium adhuc vigere, innitebantur canone 4 ad docendum illud per Codicem non fuisse sublatum. Et alii, e contra. sentientes tale privilegium in usu non esse, eodem canone 4 fulti, affirmabant illud per Codicem revivisce-re nullatenus potuisse.

5.· Quia vero fideles solebant et solent in Hispania generaliter adimplere repetitum praeceptum paschale tempore Quadragesimae, nonnulli Episcopi, inter quos Ovetensis, Victoriensis et Santandcricnsls, a Sancta Sede petierunt concessionem vel ratificationem facultatif vel privilegii ad anticipandum tempus praecepti, Ita ut inciperet Feria IV Cinerum vel Dominica I Quadragesimae. Quibus precibus Sedes Apostolica benigne annuere dignata est, ea adjecta conditione, ut tempore Quadragesimae haberentur ad populum conciones, πώ· siones, vel alia exercitia specialiter accommodata.

Quibus omnibus, ut in re tanti momenti omnis dubitatio tollatur, et tuto procedi possit. Orator, nomme Metropolitanorum omnium Hispaniae, a Sanctitate Vestra enixe postulat confirmationem, quatenus opus ht. privilegii Clementis VII, vel novam ejus concessionem, ut fideles hispani adimplere valeant praeceptum pasdale a Feria IV Cinerum usque ad Dominicam in AlbU nisi Episcopi, inspectis personarum et locorum Adjunctis, duxerint tempus prorrogare, vi canonis 859. usque ad Dominicam Sanctissimae Trinitatis.—Et Deus..

Rescr. - *Ex audientia SSnïi dici IS Novembris 1924.* SSihus D. N. PP. XI. audita relatione infrascripti Cardinalis S. C. Concilii Praefecti, benigne concessit ut fideles Hispani adimplere valeant praeceptum paschale a feria IV Cinerum per decennium.—D. Card. Sbarbitc, *Praefectus Sacrae Congregationis* Concilii.

*** Ordinariis HiipanJae: Ilmtracién del Clero 19 (1925) 34.**

620

1924 NOV 20.-SACRA POEN., INDÜLT. PART.·

Datur facultas dispensandi a visitatione quattuor
BASILICARUM PHO IUBLLAEO LUCRANDO

Ex audientia Ssriii 7 nov. *1924.* Dentur R. P. D. Secretario Generali enunciati Consilii seu Comitatus (Comitato centrale per l'anno santo) et, eo absente vel impedito, sacerdoti eiusdem vices gerenti, facultates dispensandi, etiam extra forum sacramentale, cum omnibus participibus cuiusque peregrinationis circa visitationes quatuor principalium Basilicarum prout magis in Domino expedire indicaverint, iuxta varia rerum adiuncta.

Datum Romae ex aedibus S. Paenitentiarlae, die 20 mensis novembris 1924.—O. Card. Giorgi, Paenitentiarius *Maior.*

• ME 37 (1925) 81.

621

1924 NOV 28.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.'

Irregularitatem non constituit defectus oculi sinistri

Romae, die 28 novembris 1324.

Rev.me Pater, Haec S. Congregatio, mature perpenso exposito dubio utrum, sub iure Codicis» quis, ceteris omnibus dotibus praeditus atque optimi ingenii, dicendus sit irregularis ad recipiendos Sacros Ordines ob solum defectum oculi sinistri, nulla existente difformitate vel exercitii difficultate; attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit: ‹ Prout exponitur in casu, non constare de irregularitate ›.

Haec a mc communicanda erant cum Paternitate Tua Revjna, cui fausta omnia adprecor a Domino, atque permaneo Adictissimus: Maurus M. Serafini, Ab O. S. B,, *Secr.*

• Procuratori Generali O. F. M. Cap.: AOMCap 41 (1925) 37. Arfn. REGATILLO n.473; AOMCap 41 (1925) 37-38; PrM 14 (1925) 78.

622

1924 NOV 28.-SC RITUUM, RESP. PART.®

Dubia circa officium in commemoratione omnium
FIDELIUM DEFUNCTORUM

Dubium - Fidelia de Stotzlngen. Abbas Primas Ordinis S. Benedicti. S. Rituum Congregationi sequens dubium pro benigna solutione submittit:

Per decretum S. R. C. de die 28 Februarii 1917 [LE 13) Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum in posterum excludit omnia festa duplicia I classis (excepta Dominica). Nunc autem dubium ortum est:

I Utrum memoratum decretum pro lis Ordinibus et Congregationibus (ex. gr. Carthusianis, Benedictinis, Cisterdcnslbus), qui in recitando officio divino proprium sequuntur ritum, a ritu romano omnino diversum, mutare voluit pro ipsis hunc ritum?

II Utrum, hoc ritu proprio non mutato, supradictuxn decretum pro ipsis statuere tantum voluerit, ut in posterum. sicut in universali ecclesia, sic etiam pro illis congregationibus Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum aequlparnnda sit duplicibus I classis?

Rbp. - Et S. Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, respondendum ctnsuit:

Ad I: *negative.*

Ad II: *affirmative* ct *ad mentem* et mens est: nempe uniuj tantum *officii* pro *defunctis persolutio* sit in prireta recitatione ad libitum *cujuscumque monachi;* in publira vero recitatione sit *de praecepto post liberam acceptationem capituli generalis, furta morem, semel pro semper faciendam.*

Atque ita rescripsit ct declaravit. Die 28 Novembris 1924—*A. Card.* Vico, cp. Portuensis. *Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

• **Prot. N. 216/24: AOSB 28-34 (1920-26) 126-127.**

623

1924 DEC l.-SC S. OFFICII, LIT. PART.·

Propositiones damnatae
DE RE PHILOSOPHICA ET THEOLOGICA

Romae, 1 decembris 1924.

niujtrüsimc *ac Reverendissime Domine.* In generali consessu habito Feria IV, die 19 nuper elapsi mensis in Suprema Congregatione S. O. propositae et ad trutinam revocatae sequentes propositiones ab Amplitudine Tua denunciatae:

‹ 1. Conceptus seu ideae abstractae per se nullo moto possunt constituere imaginem realitatis rectam atque fidelem, etsi partialem tantum.

‹ II. Neque ratiocinia ex eis confecta per se nos ducere possunt in veram cognitionem eiusdem realitatis.

‹ III. Nulla propositio abstracta potest haberi ut immutabiliter vera.

‹ IV. In assecutione veritatis, actus intellectus, in se sumptus, omni virtute specialiter apprehensiva destituitur. neque est instrumentum proprium et unicum huius assecutionis, sed valet tantummodo in complexu totius actionis humanae, cuius pars et momentum est, cuique soli competit veritatem assequi et possidere.

V. Quapropter veritas non invenitur in ullo actu particulari intellectus, in quo haberetur ‹ conformitas cum obiecto », ut aiunt Scholastici, sed veritas est semper in fieri, consistitque in adaequatione progressiva intellectus ct vitae, scilicet in motu quodam perpetuo, quo intellectus evolvere et explicare nititur id quod parlt experientia vel exigit actio: ea tamen lege ut in toto progressu nihil unquam ratum fixumque habeatur.

« VI. Argumenta logica, tum de existentia Dei. tum de credibilitatc Religionis Christianae, per se sola, nullo pollent valore, ut aiunt obiectivo: scilicet per se nihil probant pro ordine reali.

t VII. Non possumus adipisci ullam veritatem proprii nominis quin admittamus existentiam Dei, immo et Revelationem.

‹ VIII. Valor quem habere possunt huiusmodi argumenta non provenit ex eorum evidentia seu vi dialectica, sed ex exigentiis ‹ subiectivis » vitae vel actionis, quae ut recte evolvantur sibique cohaereant, his veritatibus indigent

‹ IX Apologesis illa quae procedit ‹ ab extrinseco », — scilicet ea quae a cognitione naturali factorum historicorum. relatorum in Libris Sacris, praesertim in Evangelio, ascendit, mediante ratiocinio, ad stabiliendum eorundem factorum character supernaturale et divinum, unde tandem concludit Deum esse auctorem revelationis quam muniunt - est methodus infirma puerilisque. r.eque respondet legitimis exigentiis humanae mentis qualis est hodie.

« X. Miraculum in se nude sumptum, - scilicet prout est factum sensibile quod soli potentiae divinae attribui potest praecisione facta tum ab eius significatione symbolics, tum ab exigentiis subiectivis hominis, - non praebet solidum argumentum Revelationis.

▮ XI. Praxis religiosa legitima non est fructus certitudinis quam homo habet de veritate, sed, contra, medium unicum obtinendi de hac veritate certitudinem.

« XΠ. Etiam post fidem conceptam, homo non debet quiescere in dogmatibus religionis, eisque fixe et immobiliter adhaerere, sed semper anxius manere progrediendi ad ulteriorem veritatem, nempe evolvendo in novos sensus, immo et corrigendo id quod credit.

‹ Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales una mecum Inquisitores Generales, praehabilo D. D. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

c Propositiones delatas, prouti iacent, in globo esse « iam a Concilio Vaticano et a Sancta Sede proscriptas « ct damnatas vel viam sternentes ad easdem proposi« tiones iam proscriptas et damnatas ».

« Haec pro meo munere Amplitudini Tuae significans, fausta cuncta atque felicia a Domino adprecor. R. Card. Merry del Val ».

• **Ordinario CoriMpltemi: Doc. Cath. 13 (1925) 771*772. Adn. ME 37 (1925) 194-195.**

624

1924 DEC 1.-SACRA POEN.» FACL'LT. PART.·

Facultates confessards **TRIBUTAE DURANTE IUBILAEI ANNO**
I. FACULTATES OMNIBUS CONFESSARUS PEREGRINIS CONCESSAE
II. FACULTATES ALIQUIBUS TANTUM CONFESSAHIIS CONCESSAE
IΠ. MONITA DE ÜSÜ HARUM FACULTATUM

Facoltâ concesse a tutti i confessori pellegrini dei Giubileo.

Facultates speciales, quae tribuuntur *omnibus confessoriis* peregrinis, qui iam in sua dioecesi rite approbati sint pro utroque sexu.

1. Absolvendi, in foro conscientiae et sacramentali tantum, quaslibet personas sibi confitentes a quibusvis ecclesiasticis censuris a iure reservatis aut Ordinario aut, etiam speciali modo, Romano Pontifici, *dummodo publicae non sint;* nec non ab omni peccato excessuque quantumvis gravi, etiam S. Sedi reservato; iniunctis salutaribus paenitentils atque aliis de iure iniungendis.

Ne absolvant igitur, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254, illos qui irretiti sint aliqua censura quovis specialissimo modo Romano Pontifici reservata; possint tamen absolvere a censura can. 2367 in coniessanum lata, qui reus sit absolutionis proprii complicis in peccato turpi semel aut bis tantummodo attentatae contra vetitum can. 884.

2. Dispensandi in foro sacramentali tantum, commutando in alia pia opera, ex iusta et probabili causa, omnia et singula vota prirara, etiam iurata, exceptis lis votis privatis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur; itemque exceptis iis quorum dispensatio vergeret in detrimentum tertii, aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3. Dispensandi super visitatione quattuor Basilicarum cum singulis peregrinis, qui vel ob paupertatem vel ob aliam gravem causam in Urbe consistere tamdiu nequeant; scilicet contrahendo vel reducendo ad tres saltem dies visitationes, vel has pro suo prudenti arbitrio in alia pia opera commutando.

Facolcà speciali che si conccdono ad alcuni (non più di dieci per ciascuna diocesi) confessori, pei pelleprinapgi cui prendono parte.

Facultates speciales, quae aliquibus (Decem) Confessoris peregrinis, ab hac S. Paenitentiaria vel ab Episcopo proprio selectis, tribuuntur ad confessiones sociorum peregrinorum accipiendas.

1. Absolvendi in foro sacramentali tantum, non solum a censuris et excessibus occultis, prout statuitur sub η. I. 1, pro omnibus confcssariis peregrinis, sed

etiam a censuris, quae *sint publicae in* locis ubi commorati sunt paenitentes vel ibi nominatim declaratae sint aut quamvis delictum ad iudiccm fori externi iam fuerit deductum, dummodo sint sincere parati quodvis mandatum demisse accipere fideliterque adimplere et scandalum reparare. Moneantur tamen hi publice censurât! de libello S. Paemtentiariae omnino submittendo, quo. expresso nomine, cognomine et dioecesi paenitentis ipsaque censura cum testimonio concessae absolutionis, postuletur expeditio Rescripti Ordinario remittendi. Ne absolvant tamen, nisi ad tramitem can. 2254. praelatos cleri saccularis ordinaria Jurisdictione praeditos superioresque maiores religionis exemptae, qui in censuras *speciali modo* Romano Pontifici reservatas *publice inddennt.*

1 Dispensandi, pro foro conscientiae et in sacramentali confessione tantum, constitutos m sacris, ad ordines tantum exercendos, ab irregularitatibus ex delicto occulto. non exclusa irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985, 4. iniuncto in hoc casu onere recurrendi intra mensem ad Sacram Paenitentlariam et standi cius mandatis.

3. Dispensandi in foro sacramentali tantum in alia pia opera, ex iusta et probabili causa, commutando omnia ac singula *rota privata,* iurata quoque et etiam Sedi Apostolicae reservata. Similiter possint commutando dispensare votum castitatis perpetuae, ac perfectae. etsi fuerit ab origine publice emissum in professione religiosa etiam sollemni et firmum manserit, aliis huius professionis votis relaxatis. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensare possint, qui vi ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint A dispensatione votorum se abstineant si dispensatio tertio praeiudicium afferat ac minus arceat a peccato quam ipsa dispensatio.

4. Dispensandi, pro foro conscientiae et in actu sacramentalis confessionis tantum, ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali. etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum. non vero ad contrahendum vel sanandum in radice.

5. Dispensandi ab occulto criminis impedimento, neutro machinante, sive agatur de matrimonio contracto sive de contrahendo, iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus secundum can. 1135; imposita, in utroque, gravi ac diuturna paenitentia salutari.

III

Monita de usu facultatum confessoriis peregrinis tributarum

1. His facultatibus specialibus confessorii peregrini ubicumque in *Urbe et suburbio,* servatis can. 908-910 et de consensu rectorum ecclesiarum, cum sociis peregrinis uti poterunt, ita tamen ut eas valide exercere valeant. si unus vel alter peregrinus non socius cum peregrinis sociis ad ipsos confitendi causa accedat.

2. Item his facultatibus tantummodo uti poterunt erga paenitentes, qui ad confitendum accedant ea mente et *sincera* voluntate. ut iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens. mutato proposito, ab acquirenda indulgentia iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si excipias quae ad remcidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant

3. Similiter his facultatibus lemel cum singulis paenitentibus uti poterunt quamvis indulgentia iubilarls. iteratis operibus, pluries acquiri possit in suffragium defunctorum.

4. Firmae et immutatae remaneant facultates, quas omnes confessorii peregrini per S. Paenitentiariam vel alio legitimo modo consecuti sunt vel consequentur.

5. Haereticos et schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant nisi ii, praeter haeresis et schismatis abiurationem, saltem coram ipso confessario factam, scandalum, ut par est, reparaverint.

6. Pnriter confessorium reum absolutionis proprii complicis in peccato turpi ne absolvant, nisi Impositis tum remotione occasionis relapsus, tum obligatione non audiendi neque absolvendi proprium complicem, nisi secus immineat periculum infamiae et scandali, tum onere eum ipsum monendi, si redierit, attentatos absolutiones Invalidas fuisse.

7. Ne absolvant eos qui sectis vetitis, massonlcb aliisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti siri, nisi scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; ecclesiasticos et religiosos, quos sectae ascriptos noverint, ad can. 2336 n. 2 denuntiaverint libros, manuscripts et signa, quae eandem sectam respicant, quotiescumque adhuc retineant, absolventi tradiderint aut se ea tradituros vel destructuros serio promisenrx imposita, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari.

8. A lectione librorum prohibitorum ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet. Ordinario aut confessario tradiderit aut se eos traditurum vel destructurum serio promiserit.

9. Ab occultis censuris ob partem laesam incursis *ne* absolvant, nisi prius paenitens parti laesae satisfecerit aut serio promittat se, quamprimum poterit, satisfacturum.

10. Violantibus clausuram monialium ob malam finem, in casibus etiam occultis, prohibeant sub poena reincidentiae. quominus in posterum accedant ad monasterium illud eiusque ecclesiam.

11. Eos, qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint. ne absolvant nisi aut iis restitutis ari compositione quam primum a competente auctoritate postulata, aut promissione sincere facta eandem postulandi.

12. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi coniicere iure liceat paenitentem plenissimam iubilaei veniam esse consecuturum.

13. Confessio et communio ad lucrandam iubilaei indulgentiam nihil refert, utrum visitationibus quatuor Basilicarum antecedant, interponantur vel succedant; unum necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam communio esse potest, in statu gratiae ad can. 925 n. 1 compleatur. Ab obligatione praescriptae confessionis nullum ne exsolvant; neque fas est, nisi agatur ce impeditis, communionem in alia pia opera commutare.

14. Ne ullum dispensent a precibus, quae ceteroquin a visitatione separari quidem possunt, ad mentem Summi Pontificis fundendis. In commodum tamen aegrotorum eas liceat imminuere aut commutare.

15. Visitationem Basilicarum ne commutent in aha opera quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis propriae dictae titulo astrictus; et sciant se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto aut sine iusta causa paenitentem ex eiusmodi visitationibus exemerint

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae. die 1 mensis decembris anno Domini MDCCCCXXIV.— O. Card. Giorgi, *Paenitenliarius Maior. S.* Fagiolo, S *Paenit. a Secretis.*

• ME 37 (1925) 200 204.

625

1921 DEC 5.-SACRA POEN\ INDULT. PART?

Commutatio conditionum ad lucrandum fubilaeum pro IIS QUI PEREGRINOS IUVANT

Preces. - La Giunta diocesana di Roma ed il Segretariato eretto nella medesima per Vanno santo. prega questo Comitato (centrale per Vanno santo) di domandare alla S. Penitcnzieria uno speciale induito a favore dei soci delle Associazioni cattoliche Romane che si presteranno per Tassistenza dei pellegrini a fine di rendere sempre più volenteroso e numeroso il loro concorso ai gravosi incarichi che debbono assumere anche con la perdita di intere giornate di lavoro.

Aggiunge che sarebbe oltremodo efficace che il desiderato induito commutasse due delle venti virile prescriite alie quattro basiliche, in una giornaIa di as- «ùtenza ai pellegrini in una delle quattro Basiliche. o m una stazione ferroviaria. o in uno dei centri d'informazioni. o nelle adunanze preparatorie ed altri servizi. con la condizione di una visita alia Basilica più vicina e con Vosservanza di tutte le prescrizioni inerenti.

Rescriptum. - Ex audientia Sanctissimi, die 5 dec.

1924. Sanctissimus benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces.—O. Card. Giorgi. P. *M.*

• ME 37 (1925) 81.

626

1924 DEC 17.-VIC. URBIS, NOTIF. PART.·

AdMISSIO SACERDOTUM AD CELEBRATIONEM MISSAE IN ECCLESIIS URBIS

t Più volte i nostri Antecessori emanarono disposizioni relativamente all'ammissione dei Sacerdoti alia celebrazione della S. Messa nelle Chiese ed Oratori di questa Alma Città. L'esperienza ha dimostrato quanto tali disposizioni fossero necessarie al mantenimiento della disciplina c al decoro dei carattere sacerdotale e Noi riteniamo doveroso insistere perché le medesime vengano mantenute nel loro pieno vigore e ne sia inculcata l'osservanza.

‹ In nome pertanto e con Fautorità del S. Padre. *derogando anche, se* fosse necessario, alie *generali canoniche disposizioni in proposito,* ordiniamo quanto segue:

‹ I. Da tutti i sacerdoti romam o domicillati in Roma deve esigersi il documento in iscritto della facoltà di celebrare da Noi loro accordata e debitamente rinnovata alia rispettiva scadenza.

‹ II. I sacerdoti forastieri, benchè conosciuti dai Rettori o Sagrostani delle Chiese, non potranno ammettersi a celebrare se non esibiscano la licenza scritta dei Vicariato. Si potrà solo permettere ai medesimi di celebrare subito dopo il loro arrivo e per quei giorni, in cui, essendo chiusi gli uffici dei Vicariato. non sia loro possibile munirsi dei relativo permesso, purchè presentino le lettere autentiche e tuttora valide dei proprio Ordinario: in questo caso il Rettore della Chiesa dovrà apporre suile lettere stesse 1'attestato della seguita celebrazione con il timbro della Chiesa.

c III. I Sacerdoti forastieri che non siano muniti delle lettere autentiche dei proprio Ordinario non potranno in alcun modo essere ammessi a celebrare.

c IV. Non si permetterà la celebrazione dei Divini Misteri a quei Sacerdoti, i quali si presentassero senza il conveniente abito ecclesiastico o senza la tonsura.

‹ V. Lc stesse disposizioni drovranno osservarsi da tutti coloro che godono dei privilegio delToratorio privato. sia per la scelta dei Cappellano. sia per ammettere altri Sacerdoti alia celebrazione.

‹ VL Nelle Chiese e Cappelle di Comunità femmlnili la Suora incaricata della Sagrestia ritirerà dai Sacerdoti che domandassero di celebrare la relativa licenza per farla esaminare dal Rettore della Chiesa o dal Cappellano ordinario della Comunità stessa, il quale non potrà essere nominato senza il nostro esplicito consenso.

« VII. In tutte le Sagrestie delle Chiese, Oratori pubblici, Cappelle di Comunità si terrà un libro nel quale giorno per giorno verranno notati i nomi dei Sacerdoti celebranti, sia ordinariamente che straordinariamente. Da questo libro dovranno ogni mese compilarsi le note da trasmettere al Vicariato. I Rettori che scientemente omettessero in detta nota il nome anche di un solo Sacerdote celebrante o il numero delle volte in cui ha celebrato incorreranno ipso *facto* la sospenslone *a Divinis.*

« Vili. Tanto dei libro dei Sacerdoti celebranti quanto dei registri delle Messe dovrà farsi immediata presentazione allOfficiale dei Vicariato, che da noi autorizzato, ne facesse richiesta.

« IX. A chiunque contrawenisse alie suddette disposizioni. sarà inflitta una multa di L. 25 e, in caso di ripetuta mancanza, altre pene a nostro arbitrio, non esclusa la sospensione *a Divinis,* qualora trattisi di Sacerdoti.

« X. Tutte le procedenti disposizioni. per espressa volontà del Santo Padre, valgono anche per i Rettori delle Chiese dei Regolari o per qualsiasi altra ragione esenti (can. 804. § 3).

‹ XI. La présenté notificazione dovrà tenersi affissa in luogo visibile nelle Sagrestie. perché nessuno possa allegarne ignoranza ».

• ME 37 (1925) 99-100.

627

1924 DEC 21.-SC S. OFFICD, RESP. PART.

Impedimentum disparitatis cultus tenet catholicos, non VERO ACATHOLICOS, NISI BAPIIZATI IN ECCLESIA CATHOLICA. AUT AD EAST CONVERSI FUERINT

Illtne et Revrne Domine:

Allatae sunt Supremae huic Congregationi Sancti Officii preces Amplitudinis Tuae quibus petis num impedimentum disparitatis cultus, de quo in Can. 1070 CJC restringatur ad matrimonium catholicorum cum non baptizatis, an etiam applicandum sit ad matrimonia baptizatorum acatholicorum cum non baptizatis- Significo Tibi, nomine eiusdem Congregationis, impedimentum hoc ad normam ipsius Can. 1070 tenere catholicos, non autem acatholicos, nisi hi fuerint baptlzati in Ecclesia catholica aut ad eam conversi. Res adeo clara est, ut nullum de ea dubium habere liceat

Et fausta cuncta atque felicia Tibi a Domino adprecor. Amplitudini Tuae Revmae Addictissimus R. Card. Merry del Val.

• Ordinario Friburçansl: AKKR 105 (1925) 202.

ANNUS 1925

628

1925 IAN 19.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

brXLTVM CONCEDENDI LITTERAS DIMISSORIAS SUPERIORI SOCIETATIS IN COMMUNI VIVENTIS SINE VOTIS, ET SANANDI PRAECEDENTES CONCESSIONES, DATUM

Preces - Beatissime *Pater,* II Procuratore Generale della Congregazione (senza voti) dei Missionari del Prezosissimo Sangue, prostrato al bacio dei Sacro Piede, umilmente espone che è cessata la facoltà data al Superiore Generale di questa Congregazione con Rcscritto N. 324/09. dei 9 Febbraio 1909, di concedere Lettere Dimissoriali a favore di quindici dei suoi alunni.

Quindi ne implora la rlnnovazione per un numero anche maggiore di all levi.

Inoltre si sente in dovere di notare che a sci dei detti quindici alunni fu data la Dimissoria prima della promulgazione dei Codice di Diritto Canonico; cinque di essi la cbbero dopo il 1918, nella persuasione che il Privilegio continuasse, nonostante il canone 9u4. n.· 4.

Sorto poi il dubbio. e risoluto favorcvolmente dai

competenti, si diedero Dimissorie anchc agli ultimi quattro Ordinandi; ma ora si apprende che in realtâ u privilegio era cessato in forza di detto canone.

Stando cosi le cose, lOratore supplica caldamente per una benigna sanatoria. Che della grazia ecc.

Refcr. - Vigore specialium facultatum a Ssrho Dno Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis atque sanatis omnibus quae in casu sanabilia sunt ac sanatione indigent, benigne annuit pro gratia iuxta preces ad alios triginta casus; servata in reliquis forma et tenore praecedentis concessionis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 19 Ianuarii 1925.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secr*

• **Prof. N. 39325.** Ex Arohiro CPPS.

K

1925 IAN 24.-CONV. c. BAVARIA. AAS 17 (1925) 55-56

RATIHABITIO CONCORDATI CUM BAVARLA

Am Samstag, den 24. lanuar 1925 mittags 12 Uhr sind Seine Exzellenz der Apostolische Nuntius Monsignore PACELLI. Erzbischof von Sardes und der Ministerpriisident und Staatsminister des Aeussem Dr HELD im Ministerium des Aeussem zu München zusammengekommen, urn die Ratifikationsurkunden zu dem zwischen Seiner Heiligkeit PAPST PIUS XL und dem Staatc BAYERN abgeschlossen Konkordat vom 29. Marz 1924 nach Massgabe des Art 16 dieses Konkordats auszutauschen.

Nachdem die Ratifikationsurkundem vorgelegt und fur richtig befunden worden waren. wurden in Gegenwart der Staatsminister Gùrtner. Stützel, Dr Krausneck, Oswald, Fehr und Dr von Meincl, des Staatsrats Im Staatsministerium des Aeussem Dr SchmelzJe. des Sjaatsrats im Staatsministerium fur Unterricht und Kultus Korn und der beteiligten Ministerialreferenten die Urkunden ausgetauschL

Zu Urkund dcssen 1st dieses Protokoll in doppelter Urachrift gefertigt, genchmigt, unterzeichnet und mit den Slegeln versehen worden.·

München, den 24- Januar 1925—Eugen Pacelli. Erzbischof von Sardes, Apostolischer Nuntius. Dr. Heinrich Held. Bayr. Ministerprâsident Ali *Protokollführer* Paul Freiherr von Stengel. Ministerialrat

• Sabato 24 Gcnnaio 1925. a mezzodl. Sua Eccellenza Monsignor Pacelli. Areivescovo di Sardi e Nunzio Apostolico. ed ll Présidente del Consiglio dei Ministri e Ministro degli Esteri Dr. Held sl sono rluniU nel Ministero degli Esîen in Monaco, per procedere allo scambio degli Istrumenti dl ratifica del/Concordato concluso tra Sua Santitâ ll Papa Pio XI e lo Stato Bavarcse il 29 Marzo 1924, a norma dell'articolo 16 del Concordato stesso.

Dcpochè gli anzidetti Istrumenti di ratifica sono stati esibiti e trovatl in regola. si è elfettuato lo scambio def medesimi alia pnsenza del Mlnistn dl Stato GOrtner. Stützel. Dr. Krausneck. Oswald. Fehr e Dr. von Meinel. del Consigliere dl Stato nel Ministero degli Ester! Dr. Schroelile. del Consigliere dl Stato nel Ministero dcl-Hslruilonc pubblica e del Culto Korn e dei riipettlvt latori ministerial!.

In fede dl che si è redatto In dopplo originale ll sente processo verbale. che è stato approvato, sottoscritto e munito del sigilli.

Adn. Vldt Concordatum sub die 1924 Mar. 29: LE 586.

1925 IAN 26.-SC ORIENTALIS, RESOL. PART.·

Orientales satiactunt prafxepto communionis paschalis SI COMMUNICENT ALIENO RITU

In coctu Plenario S. Congr. pro Ecclesia Orientali, die 26 Ianuarii. anni 1925 celebrato, in quo ad nonnulla dubia discussa circa interpretationem canonis 866. declaratum fuit: · tum orientales, tum latinos praecepto communionis paschalis satisfacere, si alieno rita communicent ».

Prout refertur a H. CICOGNANI, Commentarium ad Utraa | Codici», Romae 1925. p. 339. Ada. H. CICOGNANI. op. ei toe dt. «ui Y«fQ ia subsequentibu» eiusdem operis editionibus relata »n» et resolutionem delevit; REGATILLO

1925 IAN 29.-SACRA POEN., RESP. PART.·

DUBIUM CIRCA CONDITIONEM CONFESSIONIS AD IUBILAETH LUCRANDUM

Ad Dubium sic propositum: < Ut magis ad conversionem exstimulentur ac fructum plenioris reconciliationis statim percipiant. Const. *Siumquam* [LE 605] permittit ut qui praeceptum *communionis* paschalis neglexerint, possint una communione praecepto paschalis et praeceptae pro lubilaeo communionis condicioni satisfacere. Sufficit quoque ad iubilaeum lucrandum praecepti viatici susceptio. Nihil autem dicitur dc *confessione.* Debentne isti peccatores conversi vel isti aegroti bu confiteri ut lucrentur iubilaeum?

Resp. - Dic 29 ianuarii respondit S. Paenitentiaria* < Prout proponitur, *affirmative* ».

• **PrM 14 (1925) 38. Adn. PrM 14 (1925) 38.**

1925 FEB 5.-SC BEL. RESP. AAS 17 (1925) I·?

DUBIUM

De religiosis professis votorum temporariorum e? AMENTIAM INCIDENTIBUS

Cum aliquando accidat ut Religiosus, vel Religiosa, perdurante triennio votorum quod ex praescripto can. 574 cuicumque professioni perpetuae aut solemn! praemitti debet, in amentiam incidat, ita ut, elapso triennio, cum sui compos non appareat, ad professionem admiti nequeat, quippe qui actus huiuscemodi non sit capax, dubitatum est quid tali occurrente casu agendum sit

Cum autem res in praxi non levis momenti videretur. Sacra Congregatio, praehabito voto plurium Consultorum. sequentia dubia Emorum Patrum iudicio subiecit:

I. - « Utrum Professus votorum simplicium ln Oτ-ı dine vel in Congregatione, qui durante triennio amens < evaserit, iudicio medicorum etiam insanabiliter, ροδ-i sit, finito triennio, ad suos vel ad saeculum remitti, < an vero debeat in Religione retineri »:

et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam:

IL - · Qualis sit praedicti Religiosi conditio iuridica. < et ad quid teneatur Religio in casu ».

Porro Emi Patres Sacrae Congregationis Sodalium Religiosorum Negotiis praepositae, in plenario coetu habito ad Vaticanum die 28 novembris 1924, re mature perpensa, respondendum censuerunt:

< Adi: *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam ».

Ad II: Religiosus de quo agitur in dubio I. pertinet ad Religionem in eo statu in quo erat quando mente captus est, et Religio tenetur erga eum ad eadem officia ad quae tunc tenebatur ».

Facta autem de omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio divina Providentia PP. XI. ln audientia habita ab infrascripto P. Abbate Secretario die 30 novembris 1924, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 5 februarii 1925.—C. Card. Laurenti. *Praef.* Maurus M. Serafini, Abb. O. S. B., *Secr.*

VI. Cum igitur ante S. C. G. decr. A primis, aequipollens incardinatio per beneficium residentialc neque ex lejre scripta neque cx consuetudine viguerit: eadem revocari non debuit. Sed etiamsi uti lex vel consuetudo generalis revera viguisset, per ciL decr. A primis, utpotc legem generalem. spectatis eius clausulis revocatoriis, revocata fuisset. uti revocata declarabatur incardinatio praesumpta (S. C. C.. *Romana et aliarum,* 15 sept. 1906. ad I quaest : A S S.. XXXIX. 486 sq). Praestat ad rem afferre harc verba ex cit causa Vitcrbicn.. 14 Iulii 1905: * Si praewns controversia (in qua beneficii collabo acta est λ 1872» adiudicanda esset ad tramitem decreti S. C C. a 20 iul 1R98. quod incardinatlonem In scriptis Jub poena nulhtatlf laciendam esse praescribit, sacerdotem M ad dioccesim C-

vitatu Castellanae nor. esset dubium pertinere " <l. c,. p 233).

VU Qucd dâzLX a.tinet od vim can. Ill circa statum facti a. 1918 in catu perseverantem, haec adnotentur:

1. Excardinatio et incardinatio, quamvis a duobus Episcopis fiat est tamen unus idemque actus juridicus, nempe quasi-contractus, per quem Episcopus *a* quo subditum sibi cler.cum in perpetuum dimittit. Episcopus vero *ad quem eundem* subditum in perpetuum recipit. Iam vero unus idemque contractus sub eadem sane lege perfici debet Revera cum tantopere inter se correlativae κηΐ excardinatio ct Incardlnaiio. ut altera sine altera fieri nequeat: nunquam alia lege regebatur excardinatio. alia incardinatio. sed constanter eadem lex. quae normas pro excardinationc praescripserat simul etiam incardirutionls regulas exhibuit.

2. Neque excardinationls et incardinationis invalid Itas per Codicem sanabatur, quia Codex, sicut quasi-contractum invalidum repperit, ita etiam, deficiente canonum vi retractiva (can. 10). invalidum reliquit. Igitur cum aequipollente incardinatlone in casu eodem ferme modo res est. sicut cum matrimoniis Invalide contractis ante Codicem, obstante aliquo impedimento dirimente, qued per Codicem
55 sublatura est Nam ciusmodi/ matrimonia regebantur iure tunc vigente, quando contracta sunt Quare, etiamsi partium concensus post Codicem perseveret, matrimonia (seu contractus, per Ccdicem non reddebantur valida, sed deficiente Codicis vi retroacttva. relinquebantur invalida ind,-gebar.tque sanatione, ad normam resolutionis Pontif Commiss. ad Codicis canones authent. interpret., 2-3 iun 1918. ad IV, 5, 7 (A. A. S., X. 3461 (LE Wl.

1 Etiam dato, non concesso, alia Iere posse regi excardlnalionem. alia (nempe. In casu. Codicis) ineardlnationem : ex can. 114 incardinatio in casu sustineri nequit, quia in hac hypothesi clerici incardinatio fleri debuisset per canonicam provisionem beneficii residentialis tempore quo Codex tan vigere coepit. Atqui canonica provisio, quae consistit in collatione tituli ct completur capta pceseslone beneficii, in casu fleha! iam ante Codicem. Ergo etiam propter non impletam conditionem in Codice praescriptam talis Incardinatio Invalida habenda est. Neque dicas sufficere Ipsam beneficii residentialis retentionem sub Codice, quia retentio beneficii non est eiusdem coltatio. quam Codex pro aequipollente incardinatlone requirit.

4. Neque ultimo dicatur per can. 114 permitti, ut inchoata a. 1914 Incardinatio effectum sortiatur post 19 maii 1918. ad normam can. 116. quia can. 116 non habet vim retroactivam. Quod can 116 dicit: " excard:natIonem non sortiri effectum nisi secuta incardinatione in alia dioecesi ", etiam ante Codicem verum est. ?cd ture refertur tantum ad exrnrdlnatlonls et incardinationis leges eo temonre vigentes· Id est ad incardinatlonem mediante ordinatione et ad Incardlnattonem formalem secundum decr *A* primis. Aliis verbri ante Codicem excardinatio formalis effectum non sortiebatur nisi secuta incardinatlone formali In alia dioecesi. — Quare etc.

Resolutio. — In plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, habito die 11 iulii 1925. ad propositum dubium, nimirum:

Ad quamnam dioecesim sac. *N. pertinere dicendus sit in casu.*

Eifti Patres rescribi mandarunt: Ad dioecesim Cerriensem.

Facta postmodum Ssmo Dno Nostro Pio divina Providentia PP. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium. Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est—lulius, Ep. tit Lampsacen.. *Secr.*

Adn. j. C. ia NrT 53 (1926) 296-293; IP 6 (1926) 14; ME 38 (1926) 260-267

667

1925 IUL 15.-SC S. OFFICII. RESP. PART.·

Circa usum ftltraxdi vinum in missa adhibendum

A Rcv. Praeposito... relatum fuit. Ordinarium quemdam ultimis hisce diebus anxium animo haesisse, an praxis sic dicta filtrandi vinum in s. Missae sacrificio adhibendum, ut a substantiis ut plurimum admixtis turbidis mundetur, sit licita; et Suprema haec Congregatio respondit : Acquieicat

• **ER 87 (1932) 40B. Adn. ER B7 (1932) 408-409.**

668

1925 IUL 22.-SC SACK., RESP. AAS 17 (1925) 152

ROMANA n ALIARUM

De facultate baptismi domi conferendi
EXTRA MORTIS PERICULUM

Quaesitum est utrum sit iuri conformis praxis Iuxta quam infantes, qui non versantur in periculo mortis, sed non sine periculo ad ecclesiam transferri possunt, *domi solemniter (i.* e. cum omnibus caeremoniis etaa ablutionem praecedentibus) baptizentur a parocho above sacerdote de parochi licentia ; nam ad ministrum necessitatis ct in specie ad obstetricem non potest recurri nisi in necessitate stricte dicta, scilicet cum positive timetur periculum ne infans moriatur (C. S. Of£, 11 ba. 1899) [ASS 31 (1898-99) 690-691], et nonnisi in cades necessitate omittuntur caeremoniae ablutioni praeviae (S. C. Rit. 17 ian. 1914, Cod. iur. can., can. 776 5 1) [AAS 6 (1914) 32].

Quare propositis dubiis:

< I. Utrum supradicta praxis sit conformis iuri canonico et, quatenus negalive:

• II. Quomodo in casu procedi debeat ».

In Congregatione Plenaria Emorum Patrum, habita die 26 iunii currentis anni, iidem Eflri Patres ita responderunt :

Ad I. Providebitur in secundo.

Ad II. Esse iuri conforme quod, si infans non versatur in periculo mortis, sed sine periculo ad ecclesiam ad normam can. 775 transferri nequit. Ordinarius, vi can. 776 5 1. n. 2, permittere potest, *pro suo prudenti arbitrio ct conscientia, iusta ac rationabili de causa, ia aliquo casu extraordinario,* quod domi baptismus solemniter administretur; aestimare autem casus extraordinarii gravitatem est remissum prudentiae et conscientiae ipsius Ordinarii in singulis casibus.

Facta autem Ssmo Domino Nostro Pio Papae XI de praemissis relatione ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum in audientia diei 4 iulii 1925, Ssmus Dnus Noster resolutionem Efhorum Patrum ratam habuit ct confirmavit

Datum Romae, cx aedibus Sacrae Congregationis de Sacramentis, die 22 iulii 1925.—A. Capotosti, Ep. Thermen. *Secr.*

Adn. J. SALSMANS in NrT S2 (1925) 563-570-, IP 5 (1925) 70; ME 37 (1925) 238-240: PrM 14 (1925) 107-111.

669

1925 ILL 24.-SC SACR. RESOL. AAS 18 (1926) 434»

ULTRAIECTEN.

De patrtnis baptismatis. 24 iulii 1925

Die 8 octobris 1924 Revfhus Archiepiscopus Ultraiecten. preces, quae sequuntur, huic Sacrae Congregationi porrexit:

*Beatissime Pater, - Archiepiscopus Ultra*iectensis, *ai pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter* petit *solutionem dubiorum quae hisce exponuntur:*

Ex can. 765, *§ C. I. C. ut quis sit baptismi* patrinus. oportet baptizandum in actu baptismi per *se* vel per *procuratorem physice teneat aut tangat,* rei itatim levet, *seu suscipiat de sacro fonte, aut de manibus* baptizantis; et ex can. 768 patrinus *cum baptizato* contrahit spiritualem *cognationem, quae quidem ex can.* 1079 *matrimonium irritat. Iam vero,* uti *apud* nos mori» «t, qui patrinum agere vult, nemini *mandatum confert expru-*eum, sed, nisi *per se officio* illo *perfungatur* patrinus, baptizans vel baptizandi parentes aliam *personam* invitant, ut pro patrino absente agat.

Hinc sequentia dubia solvenda proponuntur:

I. an ex tali agendi modo patrinus absens contrahat cognationem spiritualem, et inde exoriatur impedimentum canonis 1079; et si negative:

II. quidnam a patrino *faciendum sit ut agere* valeat per *procuratorem; nimirum:*

α) an debeat con/erre determinatae personae mandatum speciale;

b) an vero sufficiat, ut *edat, sive scripto* rive voce, mandatum *generale pro persona* per *parentes vel per* baptizantem *determinanda; immo*

c) an sufficiat mandatum generale praesumptum pro quacis *persona.*

Hisce dubiis Ef&i Patres in plenario Conventu diei 24 iulii 1925 responderunt:

‹ Ad I. Si patrinus, agnoscens huiusmodi consuetudinem. eidem sese conformare intendat, et aliunde patrimis ipse esse possit ad normam can. 765. *Affirmative* ›.

i Ad II. provisum in I. Attamen praedicta consuetudo est reprobanda : 1° quia indubitanter constare debet patrinum in facie Ecclesiae proprium/ munus susc« cepisse. quod per dictam consuetudinem manet incertum ct aequivocum; 2° quia patrinus suum munus suscipere debet cum plena notitia et conscientia inde exorientis obligationis ad mentem can. 769, quod excludere videtur praefata consuetudo, quippe quae redigit patrini officium ad quemdam inanem ritum ; 3° quia ex tali recepto more facultas fere demitur parocho conditiones explorandi, quae a can. 765 et 766 requiruntur, ut quis valide et licite patrini munus suscipiat ».

‹ Hisce prae oculis habitis, Instructio pro Rnlis Ordinariis locorum fiat » (LE 677].

Facta insuper de his omnibus relatione Ssrho Domino Nostro Pio Papae XI per infrascriptum Secretarium huius Sacrae Congregationis, die 29 iulii 1925, Ssmus decisionem EE. Patrum ratam habuit et confirmavit— A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secr.*

Ada. J SALSMANS in NrT 53 (1926) 391-392; IP 6 (1925) 13; FrM 15 (1926) 42-45; vide eîiom Adn. sub dlo 1925 Nov 25; LE €77.

671

1925 OCT 31.-PIUS XI. LIT. AP. AAS 19 (1927) 245-246

Erigitur internuntiatura apostolica de letton:a

Plus PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — De more Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum ut religiosas res apud dissitas regiones foveamus, Delegationes Apostolicas inibi constitutas, data opportunitate, in Legationes immutamus, ad vincula praesertim cum earundem regionum Guberniis arctiora efficienda. Cum igitur iam anno mdccccxxii pro regionibus Lithuaniae. Lettoniae atque Estoniae unicam constituerimus Apostolicam Delegationem, ut nunc Gubernatoribus ac popularibus Reipublicae Lettoniae peculiarem benevolentiae Nostrae significationem exhibeamus. Internuntiaturam Apostolicam pro ipsa Lettoniae republics erigendam existimavimus, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse profuturam. Quae cum ita sint, praesentium Litterarum tenore, auctoritate Nostra, Internuntiaturam Apostolicam de Lettonia erigimus et constituimus, eique omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta. quae huiusmodi Legationum propria sunt

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, ipsique Legationi per Nos erectae nunc et in posterum perpetuo suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc/ et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet scienter vel ignoranter attentari contigerit Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxxi mensis Octobris anno mdccccxxv, Pontificatus Nostri quarto.—P. Card. Gasparri, α Secretis Status.

Damnatur aliquot opera et scripta
A SAC. DOCT. JOSEPH WITTIG EDITA

Feria IV, die *22* iulii 1925.

Emi ac Rmi Dhi Cardinales fidei moribusque tutandis praepositi, in generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii, praehabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt, cum omnibus eorum editionibus, opera et scripta, quae infra recensentur, edita a Sac. Doct. Ioseph Wittig, professore ordinario Historiae Ecclesiasticae, Patrologiae et Archaeologiae Christianae in Universitate Wratislaviensl

1. *Die Erloesten,* in: *Hochland,* a. 19. voL 2 (1922), fasc. 7, pag 1-26.

2. Mctne « *Erloesten* » in *Busse, Kampf und Wehr.* Habelschwerdt, Frankes Buchhandlung.

3. *Herrgottswissen von Wegrain und Strasse. Geschichten von Webern, Zimmerleuten und Dorfjungen.* Friburg i. B„ Herder.

4. *Das allgemeine Priestertum;* et 5. *Die Kirche ais Auswirkung und Selbstverwirklichung der christlichen Sede,* in: *Kirche und Wirklichkeit,* ein *katholisches Zeitbuch, herausgegeben von* Ernst Michel. Jena. Eugen Diederichs. 1923, pag. 21-43 et 189-210.

6. Leben *Jesu in Paldstina, Schlesien und anderswo.* 2 voll. Kempten. J. Kôsel et F. Pustet

Et feria V subsequenti, die 23 eiusdem mensis et anni. Ssmus D. N. D. Plus Div. Prov. PP. XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. concessa, relatam libi Erftorum resolutionem approbavit, confirmavit et publici Iuris fieri iussit

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, 30 iulii 1925—Alolsius Castellano. *Supremae S. C. S. O. Notarius.*

1925 NOV 6.-SC RITUUM, RESP. AAS 18 (1926) 21-23

POPAYANEN.

Dubia: 1 - De verdis ~ Dominus meus et Deus meus * :n ELZVAIIONE S. HOSnAE: 2 - De EVANCELIO PROPRIO S. PAUTJ Apostoli; 3 - De nona lectione festi impediti: 4 - Dr BENEDICTIONE CINERUM IN MISSIS LECTIS I 5 - De CSU " MANUAUS Toletani " in administrations satramentorum; 6 - De hesitationr litaniarum; 7 - Dr consuetudine obvolvendi c/f mv DEFUNCTORUM ORNAMENTIS ALBIS AFUD SORORES 1 9 - Dr MISSA votiva Cordis Iesu transferendi a prima feria sexta in PRIMAM MENSIS DOMINICAM

Maximilianus Crespo. Archiepiscopus Popayanensis. a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem reverenter expostulavit; nimirum:

I. Summus Pontifex Pius X sa. me„ die 18 maii 1907 [ASS 40 (1907) 441-442], indulgentias christifidelibus concessit qui devote sacram Hostiam adspexerint cum in/ Missae sacrificio elevatur, additis in ipsa oculorum elevatione verbis « Dominus meus et Deus meus? ». Hinc quaeritur:

1. An fideles Missae adstantes, in sacrae Hostiae elevatione, clara et elata voce verba ‹ Dominus meus et Deus meus! » proferre possint? An etiam ad Calicis elevationem?

2. An ipse celebrans idem agere valeat, submissa tamen voce?

II. Ex Decreto Sacrae Rituum Congregationis, dici 29 aprilis 1922 [LE 409], Missae sanctorum duodecim Apostolorum habent Evangelia stricte propria. Cum vero Sanctus Paulus inter duodecim Apostolos non recenseatur sed. ut ait Sanctus Beda Venerabilis, sit tertius decimus Apostolus, quaeritur:

An Evangelia quae leguntur in Missis de festis Conversionis et Commemorationis S. Pauli Apostoli, diebus 25 ianuarii et 30 iunii. sint stricte propria?

ΠI. Si accidat ut aliquod festum duplex maius vel minus aut semiduplex a festo duplici primae classis

impeditum commemoretur tantum ad Laudes, debetne omitti ad Matutinum nona Lectio historica vel stricte propria de festo impedito?

IV. Sacerdos Feria quarta Cinerum Missam lectam celebraturus in oratoriis semi-publicis, potestne ante Missam benedicere cineres sine cantu eosque omnibus petentibus distribuere?

V. Ex canone 1100 Codicis iuris canonici, extra casum necessitatis, in Matrimonii celebratione servandi sunt ritus in libris ritualibus ab Ecclesia probatis praescripti aut laudabilibus consuetudinibus receptis. Hinc quaeritur:

1. An his regionibus Manuale Toletanum, quod passim m celebrando Matrimonio atque in administratione Ssmi Viatici et Extremae Unctionis adhibetur, sit praeceptivum?

2. Et, in casu affirmativo, an Ordinarii locorum eius usui semel pro semper renuntiare valeant, ut eius loco Rituale Romanum dehinc ab omnibus adhibeatur?

VI. Attenta declaratione Sacrae Poenitentiariae Apostohcae (Sectio de Indulgentiis), diei 21 iulii 1919 [LE 1963. inspectis etiam Decretis Sacrae Rituum Congregationis, diei 15 octobris 1920 [LE 2921 ei 10 novembris 1921 [LE 375], de ratione cantandi Litanias Lauretanas, quaeritur:

An in Litaniarum recitatione absque cantu iterari liceat priores invocationes hoc modo: V. Kyrie, eleison. R. Kyrie, eleison. - V. *Christe, eleison.* R. *Christe,* eleison. - V. Kyrie, eleison. R. Kyrie, eleison?

VIT. Sorores cuiusdam Instituti, ex perantiqua consuetudine. quoties aliqua Soror e vita decedit, huius defunctae cadaver in lignea capsa, albo panno undequaque obvoluta, vel albo colore ex omni parte picta, in signum virginitatis, recondunt; quae capsa postea. pro Officio et Missa/ defunctorum, in medio oratorio 23 Communitatis deponitur, sed undique variis albi coloris ornamentis circumsepta. Hinc quaeritur:

An talis perantiqua consuetudo tolerari possit?

VITI. Pluribus in locis. Deo favente, instituta est consociatio Sociarum Sacratissimi Cordis lesu. quae in prima cuiuslibet mensis Feria sexta peculiaria pietatis exercitia in honorem Divini Cordis peragere et sacram Communionem recipere student; ct tunc celebratur Missa votiva de Sacratissimo Corde lesu iuxta Decretum generale Sacrae Rituum Congregationis, n. 3712. diei 23 iunii 1839. Cum vero huiusmodi Sociae, ruri praesertim, ab ecclesia paroeciali valde distent, et ob pauperem earum conditionem laboribus ad vitam sustentandam necessariis incumbere debeant, ac proinde sine gravi Incommodo ecclesiam in Feria sexta adire nequeant, quaeritur:

An in hisce casibus Missa votiva de Sacratissimo Corde lesu. a memorato Decreto indulta. in prima mensis Dominica celebrari possit, cauto tamen ut una saltem Missa dicatur de Officio diei?

Sacra autem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, praepositis quaestionibus accurate perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. Quoad primam partem, ***negative in*** *amnibus,* ad mentem Caeremoniahs Episcoporum, lib. II, cap. VIII. n. 70. et Decreti generalis n. 3827. ad III. diei 22 maii 1894.

Quoad secundam partem, *negative,* iuxta canonem 818 Codicis iuris canonici ct Rubricas Missalis Romani.

Ad II. Negative.

Ad IIL *Affirmative.*

Ad IV. *Affirmative,* ex gratia, iuxta Memoriale Rituum, iussu Benedicti Papae XIII editum.

Ad V. Expedire ut adhibeatur Rituale Romanum, iuxta Decreta n. 3654. Carthagtnien., 16 februarii 1886, et n. 3792 ad IX, Strigonien., 30 augusti 1892.

Ad VL *Affirmative.*

Ad VII. Serventur Rubricae ac Decreta n. 3035 ad XI. Briocen., 21 iulii 1855, et n. 4165 ad V, Dubiorum, 4 augusti 1905.

Ad VIII. Negative.

Atque ita rescripsit ac declaravit die 6 novembris 1925,—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. R- C Praef.* Alexander Verde. *Secr.*

Adn *P.* **B In EL 40 (1926) 51-54: J. ? In NrT 53 (1926) 467 468; REGATILLO n. 388.562; I? 6 (1926) 12; ME 38 0926) 112-115 15 (1926) 56-58.**

673

1925 NOV 10.-COM. INTP. RESP. AAS 17< 19251 582-M3

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1 - Dr temporis supputatione. 2 - Di prakwcuu ism episcopos scffraganfos. 3 - Dr. collatione unihciorcm 4 - De praeiedentia vicarii forand. 5 - Di sacris procemxonibus. 6 - De admissione orientauüM ad notitiatum. 7 - Cr RESERVATIONS CASUUM. 8 - Dt FORMA CŒLU RATIONIS MATRIXONI! 9 - De Missa in matrimoniis mixtis. 10 - Dr sepvltvra ecclesiastica

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - De *temporis supputatione*

D. - An ubique terrarum, in casibus canone 33 5 1 expressis, tempus vulgo *zonarium* sequi quis possit

R. - Affirmative, dummodo hoc tempus sit legale.

II. - *Dc praecedentia inter Episcopos sujfraganeos*

D. -Utrum vi canonis 106, 3° praecedentia inter Episcopos suffraganeos in Concilio provinciali aliisque coetibus provincialibus definienda sit a die praeconizationls seu electionis ad episcopatum, an a die promotionis ad Ecclesiam suffraganeam.

R. - Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

III. - De *collatione beneficiorum*

D.-Utrum in collatione beneficiorum et canonicatuum in ecclesiis collegialibus Capitulum, ad normam canonis 403 audiendum, sit cathédrale an collegiale,

R. - Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IV. - *De praecedentia vicarii foranei*

D. - An vicarius foraneus. qui sit simul canonicus Capituli collegialis in suo districtu, vi canonis 450 5 2 praecedat ceteris canonicis in choro et actibus capitularibus.

R. - Negative.

V. - *De sacris processionibus*

D. - An, secundum canonem 462, 7° et responsum diei 12 novembris 1922 [LE 456], ius parochi publicam processionem extra ecclesiam ducendi exten/datur, etiam ad processiones Religiosorum, licet exemptorum, extra eorum ecclesias et claustra.

R. - Affirmative, firmo tamen praescripto canonum 1291 4 2 et 1293.

VI. - *De admissione Orientalium ad novitiatum*

D. - An in Religionibus latini ritus sine venia, de qua canon 542. 2°, licite admitti possint ad novitiatum Orientales, qui. propio retento ritu, praeparantur ad constituendas domus et provincias religiosas ritus orientales

R. - Affirmative.

VII. - *De reservatione casuum*

D. - 1° Utrum *quaevis reservatio,* de qua can. 900, iit tantum ratione peccati an etiam ratione censurae.

2° Utrum canon 900 agat de reservatione casuum ab Ordinariis tantum an etiam a Sancta Sede statuta.

R. - Ad Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad ⅔ Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

VIII. - *De forma celebrationis matrimonii*

D. - Utrum, secundum canonem 1098, ad valide et licite matrimonium coram solis testibus contrahendum sufficiat factum absentiae parochi, an requiratur etiam moralis certitudo, ex notorio vel ex inquisitione, parochum per mensem neque haberi neque adiri posse sine gravi incommodo.

R- - Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IX. - *De Missa in matrimoniis mixtis*

D. · An canone 1102 § 2 in matrimoniis mixtis, praeter Missam pro sponsis, prohibeatur etiam alia Missa, licet privata.

R. - Affirmative. si haec Missa cx rerum adiunctis biberi possit uti complementum caeremoniae matrimonialis.

X. - *De sepultura ecclesiastica*

D.-An, vi canonis 1240 $ 1. 5° ecclesiastica sepultura priventur qui mandaverint suum corpus cremationi tradi et in hac voluntate permanserint usque ad mortem, etiamsi crematio ad normam canonis 1203 5 2 non sequatur.

R. - Affirmative.

Datum Romae, die 10 novembris 1925.—P. Card. Gasparri, *Praeses.* Joseph Bruno, *Secr.*

Ada. J. CREU5EN In NrT 53 (1926) 225-231; Ph. MAROTO h CpR 7 (1926) 15-29; REGATILLO n 18,30,170,211,219,266, 430555,565.615; IP 6 (1926) 5-9.81-85; ME 38 (1926) 15-15; PrM 14 (192G) 178-187

674

1925 NOV 14.-SC CONCILII. RESP. PART.·

CAURI ENSIS

Circa vacationes et canonicorum absentias a choro

Episcopus Caurien., in Hispania, tria haec dubia solvenda proposuit:

I. Utrum canonici iubilati et qui chorale indultum obtinuerunt, censeri possint inter praesentes ad effectum constituendi, simul cum aliis, duas tertias partes Capitularium, qui ex praescripto Codicis (c. 418, § 2) servitio chori intenti esse debent; vel potius, computari debeant, prout vere et realiter sunt, inter absentes ita ut aliis canonicis consuetas vacationes impediant

II. Utrum tertia pars canonicorum, de qua in cilato can. 418, § 2, intelligi debeat tertia pars numeri talis canonicorum cuiuscumque Ecclesiae, vel tertia dumtaxat pars canonicorum qui. demptis iubilatis et induitariis, supersunt, ita ut semper et in omni casu aliqui vacationibus frui possint.

III. Utrum post Codicem sustineri valeat consuetudo, vi cuius canonicus hebdomadarius et excusatur ab horis canonicis cantatis Missam conventualem sequentibus et fructus praebendae et distributiones illis horis respondentes percipit; an e contra post Missam celebratam ad chorum redire teneatur ibique manere usque ad finem cantus Nonae (vel Vesperarum tempore Quadragesimae).

Die 14 Nov. 1925. — S. Congregatio Concilii in plenariis Emrum Patrum comitiis respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad alteram.

Ad II. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad alteram.

Ad III. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad fecundam. Et ad mentem. Mens est: Si Missa tempore Quadragesimae cantetur post Tertiam, hebdomadarius tenetur redire ad chorum tempore Vesperarum.

Facta autem SSmo. D. N. Pio divina Providentia Papae XI relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in audientia diei 16 eiusdem mensis et anni. Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est,—Donatus Card. Sbarretti, *Praef.* lulius, Ep. Lampsac., *Secr.*

• ME 39 (1927) 133-134. Adn. REGATILLO n. 181,189; ME 39 (1927) 134-135; PrM 16 (1927) 92-93.

675

1925 NOV 14.-SC CONCILII, RESOL. PART.·

MATHELICEN.

IL'BILATIONLS et iuris ad emolumenta adventitia

Die **14** *Novembris 1925*

(Resolutionis *summarium tradimus prout refert* MEii

Il can. S. B. ottenuto l'indulto di giubilazionc da questa S. C., pretese di essere ammesso anche alla partecipazione degli emolumenti provenienti dai funerali e anniversari incerti e straordinari; ma il Capltolo col fatto e in scritto glie li negè, qualora in realtà non vi intervenisse, adducendo queste ragioni: 1) perché le vigenti costituzioni capitolari, mentre concedono al giubilato il diritto di partecipare alie distribuzioni e fallenze, per nulla fanno cenno degli incerti dei funerali; 2) perché è contro la consuetudine: infatti Fultimo giubilato ora defunto, percepiva l'emolumcnto solo se interveniva ai funerali e mai ebbe a fare alcuna richiesta in contrario. Non acquietandosi il canonico, il Vescovo deferl la vertenza alla S. C. dei Concilio. Propostosi dunque nella plenaria dei 14 novembre 1925 il dubbio: *Utrum can. S. B. ius habeat etiam ad emolumenta incerta et adventitia» in casu;* gli Emi Padri risposero: Affirmatice; la quale risoluzione fu approvata dal S. Padre il 16 successivo.

Eccone le principali ragioni:

La giurisprudenza anteriore al Codice fu incerta e ondeggiante in proposito, e anche le decisioni della S. C. dei Concilio in questo caso più volte ripresentatosi non furono uniformi. Tutti invero ammettevano che il giubilato, oltre le distribuzioni quotidiane abbia diritto anche alie *inter praesentes.* Ma la determinazione di questo concetto fu sempre vaga. Invero se si prende questa parola. *inter praesentes,* come suona, per distingueris dagli assenti, si riferirà alla presenza materiale: e in tal senso alcuni scrittori insegnavano che anche le *fallenze,* pur provenienti dalle distribuzioni quotidiane, non si dovevano p. es. agli indultati, o scusati dal coro, anche quali vengono enumerati dal c. 420, perché ritenevano che le fallenze fossero *inter praesentes,* spettassero cioè ai *physice intéressantes,* esclusi anche i ‹ *ficte* praesentes ». Nella prassi perô invalse di opporre le inter *praesentes* alie *quotidianae,* nelle quali rientravano anche le fallenze provenienti dalle distribuzioni quotidiane; derivando cioè la ragione di differenza dal vedere se contenevansi, o no, nel *consuetus ordo* dirtni *officii: e* si dissero percià *quotidiane* le distribuzioni e fallenze spettanti alia presenza o assenza agli uffici ordinarii. cui i canonici son tenuti vt praebendae; inter *praesentes* quelle costituitc come premio a chi intervenisse alie altre funzioni sebbene non tenuti vi praebendae. E seguitando a specializzare, poichè tali funzioni. altre sono *fisse,* stabilite cioè per legato o pia fondazlone. come gli anniversari fissi e certe feste, c come tali si sogliono indicare giâ nel calendario capitolare; mentre altre sono eventual! e *incerte,* dipendenti p. es. da funebri associazioni. esequie. messe e cclebrazioni awentizie a seconda della volonté dei donatori, e quindi non sl possono indicare nel calendario, nacque diversité d'opinione anche fra i sostenitori di questo secondo significato della voce niter *praesentes, restringendos!* da alcuno aile fisse, estendendosi dagli altri allé awentizie. La S. C. del Concilio segul a volte la più larga, a volte la più stretta spiegazione dl questa parola: per lo più si limité, nei singoli casi, a esaminare la volonté del fondatore o donatore, per dedurre da essa se gli assenti, e in specie i giubilati, dovessero ammettersi o escludersi da tale partecipazione. Con l'andare del tempo propendette perô sempre più verso Tammissione; e ne sono testimonio éloquente le note disposizioni su! capitolari richiamati aile armi durante la guerre. Anche la S. C. dei Riti ne approfittô pel noto decreto del 25 maggio 1909 [AAS l (1909) 502) con cui attribui ogni sorts di *falle,* anche da inter *praesentes* per awentizi, al canonici occupati nel processi di beatificazione. (Cfr. S. C C. Aquipenden. Indulti, 18 mar.-l apr. 1719 [S. Παιχοτπνι L 2 sub v. Annireryarium f 2 n. 39-4Û et t 10 sub v. *Indultum lubilationis* n. 305 et 321); Reatin. *lubilationis* 28 apr.-12 maii 1770 ITRC 39 (1770) 107-114 et 119]; Lucan. 30 ian. 1858; Parentin. 20 ian. 1906 (TRC 165 (1906) 12-22]; Maioricen. *Distrib.* 15 ian. 1921) (LE 322].

II Codice sembra che abbia sancito questa evoluzione. nel c. 422. 4 2, dove senza definire le *inter praetenta.* dkhiara ‹ nisi obstet *fundatorum* aut *oblatorum* expressa voluntas ». E' chiaro che *fundatorum (cfr. c.* 1544. 5 1), si riferisce alie *inter praesentet fisse; oblatorum* alie *inter praesentes avventizie.* come fu espressamente osservato cella citata Maloncen. Ove. infatti. seconde la prima delle tre teorie acccnnate il Codice avesse ristretto le *inter praetentes* alie *fallenze* delle distribuzioni quotidiane, sarebbe stato inutile aggiungere quclla clausola. poichè le quotidiane vengono ri *praebendae,* non ri *fundationis* aut oblationis. Anche b seconda, che «clude dalle *inter praesentes* le funzionl aventizie. riene eliminata dalla csplicita menzione degli *oblatores.* Dunque rimane. a mente dei Codice. b terza più benigna, e ormai usuale accezione delle [ ]:* ma anche le fallenxe de! principio ormai *intectum.* dclla loro slmuhanea correlaLivita : chi ha diritto alie distribuzioni lo ha anchc alie fallenze; e viceversa non si lucrano lo fallenze sc non si ha diritto aDe distribuzioni: insomma le fallenze di quabiasi genere seguono lo distribuzioni del genere relativo, iure *accrescendi.*

Applicando il diritto al caso era logica la risposta affcrmatlva : tanto logica, che i canonici stessi di Matclica hanno posto Testrcmo rtfugio nella clausola finale de! c. 422, 4 2. c nisi obstent ecclesiae statuta aut consuetudo ». Ma già dalla fattispecie il lettorc ha capito chc il primo rifugio è inutile. ‹ le vigenti stituzSonl per nulla fanno cenno »; dunque non si oppongono: anzi « qui tacet consentire videtur »! Anche per h consuetudine non si adduce che un unico caso, c tutti sar.no che una rondine non ta la primavera.

Potrebbe solo opporsi, nei singoli casi. la espresso volontà dei fondatori e oblatori; ma questa, appunto perché si richiedc ‹ expressa » non deve presumersi dalla sola qualitâ di awcntlzi.

Giova dunque concludere che se si vuo! ritenere la materiale significazione della parola « inter praesentes ». ora deve restringerri ai soli casi in cui le costituzioni, la consuetudine legittimamente provata. la volontâ espressa del fondatori c dei donatori, escluda positivamente dalla parlecipazione chi non mterviene corporalmente. « solis physice et realiter praesentibus ».

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregatior.il dc Religiosis, die. mense et anno ut supra.—C. Cua Laurenti, *Praef.* Vinccntius La Puma. *Secr.*

Adn. I. **C in NrT 53 (1926) 298-299; Ph. MAROTO in C>ft 'I (1926) 64-92: iP 6 (1926) 11-121 ME 38 (1926) 147. M< «5 (1926) 52-53.**

677

1925 NOV 25 -SC SACK. INSTR. AAS 18 (1926) 4H7

INSTRUCTIO

Circa munus patrini et cognationem **SPIRITUALEM**

Ex responsionibus datis ad proposita dubia, colligitur quae Errorum ac Revmorum PP. Cardinalium hac m re mens fuerit

Equidem in spirituali hominis regeneratione, quae fit per baptismum, ex vetustissimo Ecclesiae more patrini adhibentur, qui a sacrarum rerum scriptoribus susceptores, vel sponsores, seu *fideiussares* sunt appellati. horumque mentio primis religionis Christianae saeculis iam habetur, ut penes Tertullianum. *De baptimo,* cap. 18. Cum enim ex baptismo vita spiritualis incipiat et confirmatione perficiatur. Ecclesia iam e remotiore aetate baptizantem vel confirmantem nec non patrinwn ct matrinam habuit tamquam parentes spirituales baptizati vel confirmati; unde nomen patrini et matrinae. Qua ex spirituali cognatione consequens fuit processu temporis, ut inductum sit impedimentum matrimonium dirimens; idque religiose excepit lex lustinianea (L 26 Cod. V. 4). hanc reddens rationem: « quum nihil aliud ‹ sic inducere potest paternam affectionem et iustam c nuptiarum prohibionem, quam huiusmodl nexus per « quem. Deo mediante, animae eorum copulatae sunt ». Et ex hodierni nostri Codicis praescripto vi cc. 768. 797 cognationis spiritualis institutum in sua substantia perseverat immutatum; verum hodie mutatur eius effectus, quia cognatio tantum quae ex baptismo oritur impedimentum secumfert dirimens matrimonium (c. 1079), idemque arctioribus limitibus constrictum.

Porro Ecclesia, pro diversa temporum conditione, impedimentum ob spiritualem cognationem constitutum, diversis limitibus constringere duxit: nihilominus Decretales RR. Pontificum, instructiones a Conciliis et a Sacris Congregationibus editae, id unum constanter docent. nempe stu dium, quo Ecclesia semper curavit, ut patrinorum munus sancte suscipiatur, eorumdemque obligationes fideliter expleantur. 45

Compertum est enim quam arctis vinculis et officiis patrini ac filioli inter se devinciantur. Ait Nicolaus Papa: c Ita diligere debet homo eum qui se suscepit c de sacro fonte, sicut patrem » (c. 1, C. XXX, q. 3). Ac veteres sacri canones obligationes patrinorum ita diserte describunt: « Vos ante omnia, tam mulieres quam « viros, qui filios m baptismo suscepistis, moneo, ut vos cognoscatis fidciussores apud Deum exstitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideo semper eos admonete, ut castitatem custodiant, iustitiam diligant, caritatem teneant. Ante omnia symbolum ct Orationem Dominicam et vos ipsi tenete, et illis, quos excepistis, ostendite » (c. 105. D. IV, De consccr.).

Ecclesia nempe indesinenter monuit patrinos atque edixit eosdem teneri ad religiosam filioli institutionem, ut S. C. S. O. explicavit die 9 dec. 1745, ad Mission. Aegypti [CICF n. 7981, ex origine et natura patrinatus. simul referens doctrinam D. Thomae: « Spiritualis re‹ generatio quae fit per baptismum, quodammodo sim!· ‹ lis est generationi carnali; et quemadmodum in ge« ncratione carnali parvulus nuper natus indiget nu‹ trice et paedagogo, ita quoque in regeneratione spi« rituali oportet ut aliquis sit. qui fungatur vice nutn‹ cis ct paedagogi, filium suum spiritualem instruendo ‹ in iis quae pertinent ad fidem et vitam Christianam » (S. Th., p. III, quaest. 67. arL 7). Item in aliis Instructionibus eiusdem S. C.. ut mense ianuario 1763 (CICF n. 312], ad Praef. mission Tripol.; ac die 15 sept 18C9 iCICF n. 10111, ad Administratorem Apost. Perthen.

Et quemadmodum Catechismus Concilii Tridentini districte commonefacit: « Universe susceptores semper ‹ cogitent sc hac potissimum lege obstrictos esse » (part. II. cap. II. η. 28). ita Codex iuris canonici gra-

?É'

• ME 39 (1927) 154-165 Aéa ME 39 (1927) 154-165.

676

1925 NOV 24.-SC REL.» DECL. AAS 18 (1926) 14

Diclarktio circa naturam juridicam congregationis **SORORUM A MISERICORDIA (SISTERS OF MERCY)**

Sacrae Congregationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae sequentia dubia, pro opportuna solutione. sublecta fuere:

1. An Congregatio Sororum a Misericordia, vulgo *Sisters of Mercy,* quae, iuxta earum Constitutiones, adprobatas sub die 6 iunii 1841 a Gregorio XVI per tramitem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide (Acta Crtc. XVI v. III p. 152-169» sub dic 6 aug 18411. singulas domos separatas habent sub respective Episcopi jurisdictione atque auctoritate, censenda sit religio iuris pontificii vel iuris tantum dloecesani.

Et. quatenus affirmative ad primam partem ct negative ad secundam:

IL An sit similiter iuris pontificii etiam plures illae Congregationes Sororum a Misericordia, quarum diversae domus vanis in locis, cum adprobatione Sanctae Sedis, sub uno gubernio centrali coaluerint

Porro Sacra Congregatio, in congressu diei 7 novembre 1925. re mature perpensa, respondendum censuit prout respondet:

Ad L *Affirmative* ad primam partem, negative ad «ecundam.

Ad II. Affirmative.

Farta autem de praemissis relatione Ssmo Domino Nostro Pio divina Providentia Papae XI. in audientia habita ab Ente Card. Praefecto huius Sacrae Congregationis, die 24 novembrlx 1925. Sanctitas Sua resolutionem eiusdem Sacrae Congregationis approbavit et confirmavit uc publici iuris fieri mandavit.

vUsinais verbis de obligationibus patrinorum quoad baptismum praecipit: « Patrinorum est. ex suscepto mui nere, spiritualem filium perpetuo sibi commendatum « habere, atque in iis quae ad Christianae vitae institu-(lioncm spectant, curare diligenter ut ille talem in tota i vita se praebeat, qualem futurum esse sollemni caere-‹ monta spoponderunt » (can. 769). Atque in Rituali Homeno, nuper ad normam Codicis accommodato, iisdem verbis officia patrinorum inculcantur (De petrinis, n. 33. tit c. I).

Quod autem ad confirmationem spectat, in Pontificali Romano ita edicitur: ‹ Pontifex patrino et mac trinae annuntiat quod instruant filium suum bonis i moribus, quod fugiat mala et faciat bona, et doceant ‹ cum *Credo* in Deum, et *Pater noster,* et *Ave Maria, t* quoniam ad hoc sunt obligati › (tit. De *confirmandis).* Et Codex iuris canonici, can. 797 : ‹ Patrinus obligatio-‹ ne tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum D ‹ habendi eiusque Christianam educationem curandi »./

Quapropter semper Ecclesia prohibuit ne ad patrini munus admittantur, qui eius obligationes implere fideliter nolint, aut sedulo non possint; et Codex iuris canonici conditiones distincte enumeravit ad munus illud licite suscipiendum requisitas, scii, pro baptismo can. 765 et 766 quae item recoluntur in Rituali Rom., 1. c., nn. 35-36; ac pro confirmatione can. 795 et 796.

Quod vero ad quaestiones propositas a R. P. D. Archicpiscopo Ultraiecten. attinet, etiam Synodus prov. UHraiectensls anno 1665 habita, vehementer conquerebatur quod nimis leviter et negligenter patrini munus susciperetur et perageretur, ita arguens: « Hoc offi-‹ cium nimium negligenter habetur nostris diebus, de-‹ que eo vix cogitant sive ii quibus patrini inducendi ‹ cura est, sive iis qui sanctam hanc curationem in se ‹ suscipiunt ». Et Catcchismus Concilii Tridentini graviter ita hunc morem reprehendit: c Hoc munus adeo ‹ negligenter in Ecclesia tractatur, ut nudum tantum ‹ huius functionis nomen relictum sit, quid autem ‹ sancti in eo contineatur, ne suspicari quidem homi-‹ nes videantur » (1. c., n. 28). Qui contemptus ecclesiasticae disciplinae hodierno tempore eo magis est deplorandus, quo gravior urget necessitas Christianae fidelium institutionis.

Quamobrem Emi Patres Cardinales Sacrae huius Congregationis de disciplina Sacramentorum, cum ad proposita dubia responderint, ex relata agendi ratione cognationem spiritualem contrahi, ut supra scriptum est, acriter insimul improbarunt expositam consuetudinem. ct rationes ad rem spectantes in vulgus edi iusserunt. Instructione scilicet adiecta, ut nempe gravitas muneris patrini et obligationum eius fidelius sedulo explicetur. ab iisque intimius cognoscatur, cum praesertim Codex leges de patrinis in baptismo diserte tulerit, lib. 111. part I. tit I, cap. IV. quae in Rituali *Romano* denuo recensentur, et pro confirmatione, tit. II, cap. IV.

Etenim prouti nemo a parocho proprio est admittendas ad patrini munus, qui conditionibus ad validam aut licilam huius muneris susceptionem requisitis non praestat ita quoties in sacramenti collatione quis patrini partes expleat non suo nomine, sed alterius certae et determinatae personae nomine eiusque mandato, ha;u5modi mandatum seu mandantis voluntas legitime probetur oportet, videlicet per idoneos testes aut per scriptum ac legitimum documentum, nisi aliunde intento mandantis sit certo et indubitanter parocho proprio baptizandi vel confirmandi explorata, adeo ut parochus investigare queat an designatus patrinus polleat qualitatibus iure requisitis, atque in libris, ubi ad tramitem sl canonum est notanda sacramenti collatio, inscribatur nomen tum procuratoris tum mandantis, qui se quidem patrini munus cum huius legalibus effectibus suscepisse irire debet Hisce praecipue de rationibus hic Sacer ‹7 Ordo reprobandam cen/suit consuetudinem quae, etsi recte observetur, mandatum dumtaxat generaliter pracwmptum continet.

id demque animadvertendum est. nempe patrinorum munus suapte natura ad laicos pertinere; quare in *Calechimo Tridentino,* L c.. n. 26. praecipitur, accurate a pastoribus et a sacris concionatoribus efficiendum esse, ct fideles intelligant quae potissimum ad illud rite explendum sint necessaria. Prae primis explicare oportet quae causa fuerit cur patrini adhibeantur, quaeque sint partes eorum, quidque ab illis exigatur; quae maxime m ipsa sacramenti collatione opus est explanari, tum fidelibus omnibus, tum illis praecipue qui hoc munus «eripiunt.

Illud peculiariter est valde inculcandum, patrir.ortTn esse, ex fideiussoris munere suscepto, spiritualis filii Christianam institutionem curare (cc. 769. 797, 1325». cumque perpetuo sibi commendatum habere; unde eruitur quantum dedeceat ut. qui se alterius paedagogum et custodem professus est. illum deserat, quem semel in fidem et clientelam suam recepit, donec illum opera et praesidio suo egere intellexerit *(Catech. Trid.,* cod. t, n. 28). Quod instantius nostris temporibus urgendum est, quibus fides et boni mores magis periclitantur, cum ipsi quandoque parentes, gravium officiorum obliti. Christianae liberorum educationi haud sedulo incumbant; proindeque patrinorum opera diligentius est impendenda « ne a munere, cuius nomen ct signum reti-‹ netur moribus, observantia exulet Christianae carita-« tis, quae illud instituit et commendat » (Ex Cone. Prov. Pragen., a. 1860).

Quae dum recoluntur gravissima documenta, adnotare praestat quod tam nobilis, excellens et efficax visa est Ecclesiae huiusmodl institutio de patrinis, ut passim in civilibus nationibus inducti sint patrinatus seu patronatus, veluti pro pueris, qui scholis incumbant, aut e scholis discesserint; uno verbo, pro omnibus fere huiusmodl necessitatibus, quibus parentes aut ipsi civiles magistratus haud satis prospicere valeant; sed cum fides Christiana frigescat, hodie despicitur vel parvi fit sanctus patrinatus ab Ecclesia iam pridem institutus, et ex adverso studiose datur opera laicis institutionibus. At hoc incommodum tam grave tamque probrosum pro Christianis viris e medio penitus tollendum est, ct menti sanctae matris Ecclesiae obsequendum cum id ln salutem quoque ipsius consortii civilis vertat.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 25 novembris 1925.—M. Card. Lega, *Praef. A.* Capotosti, Ep. Thermen., Secr.

Ada. J. SALSMANS iη NrT 53 (1926) 391-392; PrM 15 (1926) 42-45. Vide S. C Sacr. *Paci.* ULTRAIECTEN. job *dl»* 1925 JuUl 24: LE 669.

1925 DEC 7.-SC CONS., DECR. AAS 18 (19-26) 90

ANTILLARUM

Erectionis novae delegationis apostoucae

DECRETUM

Ea est Antillarum Insularum conditio, ut expedire videatur quo unus S. Sedis delegatus omnibus maioribus ct minoribus illis insulis consulat Quae considerans Ssmus D. N. Pius PP. XI, de consulto Emorum Patrum S. C. Consistorialis et Negotiorum Ecclesiasticorum Extraordinariorum, statuit et decrevit unam camque unicam Delegationem Apostolicam constituere, quae sedem ordinariam in civitate Habana habeat, et in omnibus praefatis insulis quae necessaria sunt videat et curet

Hoc igitur Consistoriali decreto, de mandato Sanctitatis Suae, nova Delegatio Apostolica erigitur cum sede in civitate Habana. cuius iurisdictio ad omnes extenditur maiores et minores Antilles insulas; et includere debet quae hucusque curae et officio commissa erant Delegati Apostolici Cubani et Portoriccnsis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aaedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 7 mensis decembris anni 1925.—C. Card. De Lai. Ep. Sabinen. et Mandelen^ Secr. Fr Raphaël C-. Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

1925 DEC 9.-SC RIT., RESP. AAS 18 (1926) 58-59

Dubium: de forma paramentorvm

A Sacra Rituum Congregatione nuper exspoetulatuzn est: t An in conficiendis et adhibendis paramentis pro « Missae sacrificio sacrisque functionibus liceat reeede-‹ re ab usu in Ecclesia recepto, aliumquc modum ct • formam etiam antiquam inducere? ›.

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis. respondendum

censuit: « Recedere non licere inconsulta Apostolica c Sede; iuxta Decretum seu Litteras circulares Sacrae < Rituum Congregationis ad Rmos Ordinarios datas sub < die 21 augusti 1863 ».

Atque Ita, Summo Pontifice Pio XI approbante, rescripsit, declaravit et servari iussit, die 9 decembris 1925.—A Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. *R. C. Praef.* Alexander Verde, *Secr.*

• *En harum litterarum exemplum:*

RÆe Domine uti Frater.

Quum, renuncuntibuj nonnullis Rfliis Episcopis alhsque Eec-edastlcis et Laids viris. Sanctam Sedem non lateret quasdam in Anglia. Galliis. Ccrmar.ia et Dclpn Dioeceses immutasse formam sacrarum vestium, quae ln celebratione Sacrosancti Missae Sacrificii adhibentur casque ad stylum quem dicunt gothlcum eleganuon quidem opere conformasse; Sacra Congregatio legitimis pro tuendis Ritibus praeposita super huiusmodi mutatione accuratum examen instituere haud praetermisit

Ex hoc porro examine, quamvis eadem Sacra Congregatio probe nosceret sacras illas vestes stylum gothicum praescierentes praecipue saeculis nn, xn et xr obtinuisse, aeque tamen animadvertit Ecclesiam Romanam aliasquc latin! ritus per orbem Ecclesiis, Sede Apostolica minime redamante, a saeculo xii, nempe ab ipsa propemodum *Con*cilli Tridentia! aetate, usque ad nostra haec tempora illa- «9 rom reliquisse usum: amulqueV eadem perdurante disciplina necncn Sancta Sede Inconsulta, nihil innovari pesse censuit, ut pluries Summi Pontifices ln <uis edocuere Constitutionibus. sapienter moner.tes mutationes istas, utpote probato Ecclesiae mori contrarias, s-epe perturbationes producere posse. et fidelium animos m admirationem inducere. Sed quoniam Sacrorum Rituum Congregatio arbitratur alicuius perderis esse posse rationes, quae praesentem unmutationcm persuaserunt hinc. audita Sanctissimi Domini Nostri Pn Papae IX oraculo, verbis amar.Ussimis invitare censui! Amplitudinem Tuam. ut. quatenus in Tua D;oeces; hibUSBOdi immutationes locum habuerint, rationes ipsas exponere velis, quae illis causam dederunt

Interim Amplitudini Tuae fausta omnia a Domino adprecor.

Amplitudinis Tuae UU Frater C Ep. Portuen et S. Rufinae *Cito.* P4TMΠ, *Praef. D.* Bartolint *Secr.*

Romae die 21 augusti 1863

Ada_ P. B. I· D. 40 (1926) 56-56; I. PAUWEL5 ia PrM 15 (1925) 53-65 ·! fa HrT 53 (1926) 300-304. P.EGATIU.O n 557

1925 DEC 11.-PIUS XL ENCYC, AAS 17 (1925) 593-610

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPL5COPO5, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM FI COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE FESTO DOMINI NOCTRi IESU CHRISTI REGIS CONSTITUENDO

PIUS PP. XI

Venerabiles fratres
Salutem et apostolicam benedictionem

Quas primas post initum Pontificatum dedimus ad universos sacrorum Antistites Encyclicas Litteras, meminimus in lis Nos aperte significasse - cum summas persequeremur earum calamitatum causas, quibus premi hominum genus conflictarique videremus - non modo eiusmodi malorum colluviem in orbem terrarum idcirco invasisse quod plerique mortalium lesum Christum sanctissimamque eius legem cum a sua ipsorum consuetudine et vita, tum a convictu domestico et a re publica submoverant; sed etiam fore nunquam ut mansurae Inter populos pacis spes certa affulgeret, usque dum et homines singuli et civitates Salvatoris Nostri imperium abnuerent ac recusarent Itaque pacem Christi ut quaerendam in *regno* Christi monuimus, ita Nos. quantum licuisset, praestituros ediximus: in regno Christi, in- tai nuimus. quippe Nobis videbamur ad pacem redintegrandam stabiliendamque non posse efficacius, quam. Domini Nostri imperio instaurando, con/tendere. Haud obscuram quidem exspectationem meliorum temporum Nobis interca moverunt studia populorum illa ln Christum inque eius Ecclesiam, unam salutis effectricem, aut primum conversa aut longe excitata acrius: unde etiam apparebat, multorum, qui, contempto Redemptoris princ.patu. quasi regno extorres facti erant, parari auspicato et maturari ad officia obedlentlae reditum.

FONTTFICIO I5TΓTΓTO DI ARCHEOLOGIA CRISTIANA

I - *Organizzartone dell'lstituto.*

Art. I - Il Pontificio Istituto di Archeologia Cristiana ha sede in Roma. Esso coordina la sua attività con quelle della Pontificia Accademia Romana di Archeologia e dclla Pontificia Commissione di Archeologia Sacra.

Institute ha lo scopo di creare un centro di studi rigorosamente scientific! sui monumenti cristiani antichi; di impartire un insegnamcnto metodico e complute di Sacra Archeologia; di dirigere le indagini degli studenti e formare cosi Professori di archeologia cristiana per le Université ed i Seminari. Direttori di scavi di antichità. Conservatori di monumenti sacri, musei, ecc.

Art. II - La Direzione delllstituto è composta del Corpo dei Professori, uno dei quali è nominate Direttore. dei Bibliotccario, dei Segretario e di due *Membri aggiunti:* il Présidente della Pontificia Accademia di Archeologia ed il Vice-Presidente della Commissione Pontificia di Archeologia Sacra.

La nomina dei Professori è fatta dal Santo Padre su proposta di una Consulta di tre Membri, due dei quali designati dalla Pontificia Accademia di Archeologia ed uno dalla Pontificia Commissione di Archeologia Sacra, per l'esame dei titoli.

La scelta dei Direttore è fatta dal Corpo dei Professori e ratificata da Sua Santité.

Art. Ill - Il Direttore resta in carica tre anni. Egli rappresenta Hstituto nelle relazioni con le Autorité e con i Corpi Scientific!; tiene I'amministrazione generale; presiede le adunanze dei Professori; cura la redazione e la pubblicazione dei programmi; organize le sessioni di esami; sottescrive i DiplomL

Art. IV - Il Bibliotccario tiene TAmministrazione della Biblioteca e delle varie Collezioni delle riproduzioni, fotografie. calchi, ecc.; compila il catalogo tanto dei libri quanto delle varie raccolte; cura i nuovi acquisti approvati dal Consiglio./ 631

L'uso della Biblioteca e delle Collezioni è regolato da apposite norme.

Art. V - Il Segretario redige i verbali delle adunanze; tiene la corrispondenza ordinaria; amministra le rendite dellTstituto. eseguisce i pagamenti (onorari dei Professori, acquisti per la Biblioteca e per le collezioni. ecc.).

Art. VI - Il Direttore. il Bibliotecario ed il Segretario costituiscono il Comitate esecutivo che deve preparare la materia per le adunanze dei Professori, compiere le Collezioni, prendere contatto con gli Istituti scientific! affini, ecc.

Art. VH - Le adunanze dei Professori sono convocate dal Direttore ogni qualvolta le circostanze lo richiedano.

Adunanze regolari si tengono quattro volte all'anno:

1) in ottobre per fissare particolarmente il lavoro scicntifico dell'anno accademico imminente;

2) a fine marzo per il rapporte sui lavori compiuti nei mesi di invemo;

3) a mezzo aprile per determinare il programma degli studi dell'anno accademico venturo;

4) e sugli ultimi di giugno per ll rapporte finale sui lavori dell'anno accademico spirante.

I Professori si adunano inoltre per gli esami degli studenti.

Il - Degli Studenti e del *programma* degli studi.

Art VIII - Sono ammossl nclHstituto. come Studenti effettivi. ecclesiastici e laici, Italian! e stranleri. i quali abbiano terminati gli studi teologici o letterarl, ottenendo la relativa laurea, giusta l'usanza dei rispettivi paesi. Gli ecclesiastici dovranno presentare. con altri documenti, la commendatizia del proprio Ordinario.

Possono inoltre venire ammessi dalla Direzione alcuni studenti aggregati, in qualité di UditorL

Gli Studenti avranno modo di perfezionare la loro formazione scientifica. frequentando corsi di Antichità classiche, di Letteratura greca e latina, che non mancano in Roma, e partecipando a visite dei monumenti.

Art. IX - L'insegnamento impartito nell'IsUtuto cwnprende:

1) Archeologia cristiana generate; introduzione metodica agli studi archeologici. bibliografia;

2) Topografia di Roma cristiana:

a) Catacombe.

b) Chiese antiche;/ g

3) Iconografia cristiana antica (pitture, sculturo, musaici, arti minori);

4) Epigrafia cristiana;

5) Storia speciale dell'antica Chiesa (istituzioni ecclesiastiche. liturgia. agiografia);

6) pratica della direzione degli scavi, della custodia dei monumenti, cimeli artistic! e letterari, disegni, ecc

La Direzione pud inoltre invitare persone dotte nel campo delle antichité cristiane a tenere conferenze sopra materie speciali.

Art. X - L'insegnamento comprende tre corsi di ud anno ciascuno.

Nel primo corso le materie sono trattate in modo generale per preparare gli alunni agli insegnamenti speciali ed alie ricerche personali. L'insegnamento délié singole materie è di tre ore alla settimana, oltre le necessarie visite ai monumenti.

Nel secondo corso si trattano argomenti particolari nelle varie materie, con lo studio diretto dei monumenti. con esercizi degli studenti stessi e lavori scritti. che vengono discussi nelle conferenze.

Nel terzo corso gli Studenti preparano un lavoro scientific© di maggior mote, da poter essere date allé stampe. sopra un punto speciale di questa o quella materia. sotte la direzione dei Professori. Prendono anche parte agli esercizi pratici speciali, e hanno occasione di assistere a scavi.

Ogni Studente dei terzo corso deve tenere, entro l'anno, almeno due conferenze scientifiche interno a un terna dei suoi studi speciali.

I laureati ln Teologia o Lettere, che abbiano seguito un corso generate e sufficiente di Archeologia Cristiana in una Université o in una Facoltà Teologica, possono essere ammessi immediatamente al secondo corso.

Gli Studenti regolarmente inscritti possono alla fine dei primo corso dare un esame orale suile materie trattate nell'anno. ricevendo un attestato indicante le materie e l'esito delTesame.

Dopo ll secondo anno lo Studente puà presentare un lavoro personate sopra un argomento scelto d'accordo con uno dei Professori, e subire una prova orate interno a questioni particolari, sia nella materia stessa di cui tratta il lavoro scritto, sia in altra materia particolare indicata dai Professori. Riceverà. superando felicemente l'esame. un diploma speciate di studi archéologie! cristiani.

Compiuto il terzo corso, lo Studente deve presentare per la laurea una dissertazione scientifica. destinata alia pubblicazione, sopra un determinato problema di una delle materie insegnate nelTIstituto. La dissertazione, ammessa dietro parere favorevole di due Professori, sarà oggetto di discussione nell'esame orate di due ore. in cui lo Studente sarà esaminato anche su due altre materie, a sua scelta. dell'insegnamento. A queste/ esame assisteranno tutti i Professori delllstituto, un Socio GJ delegate della Pontificia Accademia di Archeologia ed un membro delegate della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra.

Il candidate, superata che abbia la prova, riceverà il diploma di magistero in Archeologia Cristiana.

" Institute mette a disposizione degli Studenti la Biblioteca e le proprie Collezioni. secondo le norme fissate da rcgolamenti speciali; e la Direzione procura loro tutti i permessi necessarl per eseguire le indagini scientifiche sia nelle Catacombe e nelle Chiese.

sa nel Musei e nolle nitre Collezioni archeologiche od irtisticbc.

1J!5 DF.Cll.-PIUSXI, NORMAE. ΛΛ8 17 (1925) 625-G29

Regolamento per la
Pontificia commissione di archeologia sacra

1. *Costituzlone.*

1. - La Commissione di Archeologia Sacra, istituita dal Sommo Ponteflce Pio IX. di s. m. il 6 gennaio 1852 è Pontificia: essa dnl Sommo Ponteflce immediatamentedipende ed agisce per mandato e a nome di Lui.

2. - La Commissione è presieduta dall'Emo Cardinale Vicario generale di Sua Santità; è composta di Commissar! e/fettici residenti in Roma, e di Commissarl cornrpondenti, scelti fra i piii insigni studiosi di antichità cnstiane. Mons. Sagrista pro *tempore* è di dirritto Commissario cffettivo; gli altri sono nominati da Sua Santità

L'Emo Présidente nomina, con approvazione pontificia, un Vice-Presidente, il quale, lui assente o impedito. convoca e presiede le adunanze.

Il Santo Padre nomina, fra i Commissar! effettivi, il Segretario.

3. - La Commissione si divide in quattro Sezioni: culto, amministrazione, direzione degli scavi. pubblicadoni ufficiali.

4. - La Commissione ha un proprio ufficio tecnico con ingegnere direttore responsabile, nominato dalla Commissione stessa, il quale eseguisce gli scavi e i lavari per mezzo della compagnia dei cavatori, o fossori, e di altri opérai.

II. *Ujjicio, poteri, facoltà della Commissione.*

1. - La Pontificia Commissione di Archeologia Sacra ha essa sola il governo, la custodia e la conservazione di tutti gli antichi cemeteri cristiani sotterranei (catacombe) dei suolo romano, con i monumenti e le aree cemeteriali soprastanti; essa sola decide suile escavazioni. esplorazioni e restauri nelle catacombe e nei
Cf monumenti annessi./

2. - La Commissione stessa sorveglierà anche gli altri cemeteri esistenti nelle varie diocesi, prendendo gli opportuni accordi con i rispettivi Ordinari.

3. - La Commissione, seguendo criteri severamente scientific!, prowederà alla esplorazione, al restauro e alla conservazione sui posto dei monumenti e materiali di scayo: solo oggetti di singolar pregio, o di difficile Astodia, essa trasporterà al Museo Sacro della Biblioteca Apostolica o al Museo Lateranense, a seconda della loro specie. Di iscrizioni, graffiti, pitture ecc., curerà una riproduzione fotografica o con calchi.

4. - Suile pareti di nuova costruzione. e ovunque occorra rilevare l'epoca dei lavori compiuti, si apporranno larghetto marmoree con le iniziali della Commissione e la data.

5. · La Commissione invigila che rimangano liberi e accessibili gli ingressi e le antiche scale dei cemeteri; che siano conservati i lucernari, rispettati i monumenti, ruderi o edifici ennnessi con i diversi cemeteri e loro «prassuolo.

6. - La Commissione sorveglia le aree cemeteriali. affinchè da nuove costruzioni, speciali culture del terreno, infiltrazione o scoli delle aeque ecc.. non derivino danni alie necropoli sottostanti; con ogni efficace mezzo impedisce qualunque tentativo di utilizzazione delle aree nociva alla stabllità, intégrité, buona conservazione degli ipogei, delle gallerie, cripte e dei monumenti, specie pitture e graffiti, in essi contenuti.

7. - Ha ancora la sorveglianza degli altri monument! sacri antichi di Roma, affinchè non vi si compiano restauri d'importanza, innovazioni, escavazioni, senza sua previa intesa e approvazione.

8. ▮ La Commissione disimpegna le altre attribuzion! che il Sommo Pontefice e l'Emo Cardinale Vicario si degnino commetterle in casi particolari. dando per es. pareri circa l'autenticità di antiche sacre Reliquie.

9. - Corresponde direttamente con Enti e privati. con gli uffici municipal! c governativi per la tutela degli antichi sacri monumenti, e per la custodia dei cemeteri sotterranei eretici, nonchè delle catacom':e cbraiche della Provincia Romana a lei affidate.

10. - Con i'opera della Commissione sono coordinate quelle della Pontificia Accademia Romana di Archeologia e dei Pontificio Istituto di Archeologia Cristiana. La Commissione continua inoltre a interessarsi all'attività della *Società per le Conferenze di Archeologia Cristiana e* del *Collegium Cultorum Martyrum.*

11. - La Commissione ha il diritto esclusivo della prima pubblicazionc di quanto risulta dagli scavi e della continuazione della *Roma sotterranea.* Le relazioni ufficiali degli scavi saranno pubblicate annualmente nel periodico della Commissione: *Rivista di Archeologia Cristiana./* 627

III. *Custodia, visite e Culto nelle Catacombe.*

1. - La Commissione regola, a seconda delle circostanze, l'apertura al pubblico e la visita delle catacombe.

2. - I cemeteri aperti al pubblico e quelli lontani da Roma sono sotto la sorveglianza, e responsabilité immediata di Custodi nominati c dipendenti dalla Commissione.

3. - I cemeteri di Callisto. S. Sebastiano. S. Lorenzo, S. Agnese e S. Pancrazio restano temporaneamente affidati alia custodia degli Istituti religiosi ivi dimoranti. Il Superiore della comunità, o altro soggetto capace da lui designato, solo in forza della nomina ufficiale della Commissione e m dipendenza da questa, diviene Custode del cemetero.

4. - I Custodi assumono intiera la responsabilité della custodia del cemetero, della intégrité dei suoi monumenti e di quanto altro possa riguardare il cemetero stesso; essi si attengono scrupulosamente a tutte le norme e prescrizioni che ΓΕτηο Cardinale Vicario Présidente e la Commissione ritengano opportuno emanare per la tutela e conservazione del cemetero e dei monumenti annessi, per la visita dei medesimi, per la celebrazione delle santé Messe e di altre funzioni nelle cripte e nei luoghi a cio destinati.

5. - I Custodi hanno l'obbligo di notificare subito alla Commissione qualunque danno si riscontri nelle catacombe a loro affidate, c nulla possono innovare nel cemetero e nessun lavoro eseguire senza previa autorizzazionc scritta della Commissione e senza la sua effettiva direzione.

6. - Sorvegliano l'acceso allé catacombe ed esigono dai visitatori quel rispettoso contegno che è richiesto dal luogo, curando che nessuno vi discenda senza essere accompagnato da guida approvata e responsabile.

7. - Ciascuna guida dovrà condurre quel numero ristretto di visitatori che puô efficacemente sorvegliare, onde non vengano asportati o deturpati o danneggiati in qualsiasi modo i monumenti.

In mancanza di illuminazione elettrica nel cimitero. si dovranno adoperare soltanto candele, cerini o lampade elettriche tascabili.

8. - I Custodi e le guide forniranno ai visitatori le notizie criticamente attendibili sui sacri monumenti, e non potranno indicare come sepolcri di Martiri se non quelli che sono riconosciuti tali scientificamente.

9. - La Commissione ha il diritto di accertarsi della perizia delle guide cemeteriali. di approvarle o meno, e di sorvegliare il modo con cui adempiono al loro ufficio, e di prendere gli opportuni prowedimenti./ 628

10. - *E'* proibito condurre e comunque far accedere nei luoghi dove si compiono escavazioni e lavori, visitatori, studiosi o chiunque altro non abbia Speciale permesso dalla Commissione. I Custodi e le guide si asterranno dal fornire a chicchessia notizie sui lavori e sulle escavazioni.

11. - Per la celebrazione della santa Messa nei cemeteri. oltre le prescrizioni generali del Vicariato (presentazione del celebret), si applicheranno le speciali istruzioni della Commissione, affinchè il rito si compia con tutto il decoro nelle cripte e nei luoghi indicati dalla Commissione stessa. Per ogni cemetero vi sarà un registre, sui quale i celebranti segneranno il loro nome.

12. - Per ogni altra funzione promossa da associazioni o da privati e per la celebrazione in cripte o luoghi diversi da quelli consueti. H Custode del cemetero

It

dovrà prendere accordi con il Segretario della Commissione.

13. - Nei giorni del santo Natale e di Pasqua di Rcsurrezione non si permette la celebrazione della santa Messa nelle catacombe, sc non con speciale permesso dcll'Edio Cardinale Vicario per mezzo del Segretario della Commissione.

14. - Nei giorni delle funzioni, feste, commemorazioni celebrate dalla Pontificia Commissione, o dal Collegium *Cultorum Martyrum* d'Intesa con la medesima, le catacombe saranno aperte al pubblico e vigilate dai fossori della Commissione, ma sarà assolutamente proibito ai visitatori di oltrepassare i limiti dei percorso illuminato e stabilito dai Segretario della Commissione.

15. - Il Segretario potrà, dietro opportuni accordi. permettere a un visitatore, o a un gruppo di visitatori, l'accesso a cemeteri o regioni cemetcriali non aperte al pubblico.

L'accesso gratuito a qualsiasi cemetero, per studio o per altra plausibile ragione, è concesso dalla Commissione con permesso scritto.

16. - Coloro che per ragione di studio (e non mai ad intento commerciale) desiderano prendere dlsegni, fotografie, ecc. in qualche catacombs, debbono fame domanda alia Commissione, indicando nome, cognome, indirizzo proprio e delTopcratore di cui vogliono servirsi, quando cib sia necessario; l'argomento dei loro studio e i monumenti che desiderano riprodurre. Debbono inoltre dichiarare in iscritto di assumere ogni responsabilità derivante dalle operazioni da eseguirsi e di pagure le spese di sorveglianza ecc.

17. - La Commissione giudicherà suile domande, rimanendo ferme le norme seguenti:

α) Di qualsiasi fotografia di monumenti o rilievo architetxonico parziale fosse permessa Vesecuzione. dovranno darsi per l'Archivio due copie/ positive d'ogni
629 negativa originale, perfetta e senza ritocco. I richiedenti sono tenuti a depositare una somma di garanzia, che verrà restituita alia consegna delle dovute copie.

b) E' vietata ogni riproduzione che in qualunque modo possa recar danno aU'originale. Nel riprodurre in fotografia un monumento è proibito adoperare sostanze alio scopo di rawivare le tinte, accrescere l'effetto, agevolare la riproduzione.

c) I permessi sono assolutamente personali Condizioni speciali saranno fatte per studl che si prolunghino più dl un giorno.

18. - Agli ingressi dei vari cemeteri dovranno essere apposte una o più tabelle della Pontificia Commissione con le opportune indicazioni e le principali norme per i vititatorl.

IV. Amminiitrarione.

1. - La Commissione prowede alia conservazione, riparazione e nuove escavazioni nelle catacombe e alie altre spese, oltre chc con i propri mezzi. con la tassa d'lngresso nei cemeteri e con le offerte dl benefattort

2. - In ogni cemetero aperto al pubblico la Commissione terrà cassette per raccogliere offerte spontanee dei visitatori.

3. - La Commissione consegnerà inoltre ai Custodi di ciascun cemetero appositi bollettarl per lasciare ricevuta delle offerte a loro direttamente consegnate per le catacombe.

4. - Le offerte elargite a favore di determinati cemeteri, per Villuminazione e per il culto nel medesimi, e per particolari escavazioni e lavori, saranno erogate dalla Commissione alio scopo indicato dagli oblatori.

5. - La Commissione compilerà annualmente la lista delle offerte con i nomi degli oblatori, per presentaria al Sommo Pontefice, insieme con la relazione dei lavori eseguiti nei sacri cemeteri.

1925 DEC ll.-SC RITUUM. RESP. AAS 18 (1926) 57

DUBIA

DE RESPONSORIIS PRIMI NOCTURNI ET DE EVANGEL10 DOMINICAE IN' FINE MISSAE

Sacrae Rituum CongreguUonl sequentia dubia pro opportuna solutione humillime proposita sunt, nimirum:

I. Quando resumuntur vel anticipantur Lectiones pmsi Nocturni de quavis Dominica impedita, debentne sercpcr dici cum suis Responsoriis, etiamsi haec In Dominicis sr: Feriis praecedentibus recitata fuerint?

II. In fine Missae de Festo duplici I vel II cbssis cua Commemoratione de occurrente Dominica debetne recitin Evangelium eiusdem Dominicae, quamvis Missa Doniiaxse infra hebdomadam resumatur?

ILL In fine Missae de Officio diri cum Commemoratione de Missa Domi.-deae primo infra hebdomadam resumpta debetne omitti Evangelium eiusdem Dominicae?

Et Sacra eadem Congregatio, audito speculis Corneasionls suffragio, propositis dubiis respondendum censuit

Ad. T. *Affirmative.* iuxta novas Rubricas generales Breviarii Romani, tit. I. n. 4; nisi anticipentur Lectiones pr.sj Nocturni d·· Dominica quinta Octobris, quae dicuntur cum Responsoriis de Feria currenti, iuxta specialem Rubncia

Ad II et TII *Affirmative,* iuxta novas Rubricas gcnenle» Missalls Romani, tit. IX. nn. 1 et 2.

Atque Ita rescripsit ac declaravit, die II decembris 1525 A_ Caro. Vico. Ep. Oortuen. et S. Rufinae. S. R. C. *Prttf* Alexander Verde. Secr.

Adn. P. B. in EL 40 (1926) 57; J. P. ia N/T 53 (1925 463-469: ME 33 (1926) Î76.

685

1925 DEC 12.-SC RITUUM. DECR. AAS 17 (1925) 63

URBIS et ORBIS

Dominica ultima Octobris

FESTUM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI REGIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa undecimus, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, praesens Officium cum Missa et Elogium pro Martyrologio Romano adprobavit; illudque in Festo primario Domini Nostri lesu Christi Regis, sub ritu duplici primae classis. Dominica ultima Octobris ab Ecclesia universali adhibendum iussit: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12 decembris 1925— A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae. *S. R. C Praef.* Alexander Verde. S. R. C. *Secr.*

Adn. J. PAUWELS ia NrT 53 (1926) 299-300.

686

1925 DEC 21.-S. POEN., RESP. AAS 18 (1926) N

Dubium: circa coronas ex vitro contectas

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sequens dubiam pro opportuna solutione exhibitum fuit:

Sacra Congregatio Indulgentiarum, die 29 februarii 1820 (DAI 249] ad 2. expresse declaravit, Coronas Indulgentiis ditari posse etsi ex vitro seu chrystallo confectas, *dummodo globuli* sint *ex vitro tolido atqui compacto.*

At in Monito n. 1. praeposito authentico elencho Indulgentiarum Apostolicarum. edito die 17 februarii 1922 [LE 368] ita legitur: « Res aptae ad recipiendam be-
< nedictionem pro Indulgentiis Apostolicis lucrandis.
« sunt tantummodo Coronae. Rosaria. Cruces, Crucifixi.
« parvae Statuae, Numismata, dummodo non sint ex
« stanno, plumbo, vitro aliave simili materia, quae fa-
« cile confringi vel consumi possit ». Hinc quaeritur:

Num id. quod in allato Monito ita in genere et simpliciter statuitur de Coronis, quae sunt ex vitro, intelligi debeat ad tramitem praedictae declarationis Sa erae Congregationis Indulgentiarum?

Et Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 24 novembris 1925, respondit: *Affirmative.*

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina Providentia Papae XI, ab infrascripto Cardinali Poemtentiario Maiore, in Audientia diei 18 decembris 1925, idem Ssmus Dominus responsum Sacrae Poenitentiariae benigne approbavit atque publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 21 decembris 1925.—Fr. Andreas Card. Frükwirth, Pooiit. *Maior.* S. Fagiolo, S. P. *Secr*

A4·. NrT 53 (1926) 305: PrM 15 (1926) 69.

687

1525 DEC 25.-PII S XI. CONST. AAS 17 (1925) 611-618

Universale ivbilaevm anno domini millesimo
NONGENTESIMO VICESIMO QUINTO IN URBE CELEBRATUM AD TOTUM CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, universis christifidelibus praesentes Litteras inspecturis, salutem ct Apostolicam Benedictionem

Servatoris Iesu Christi benignitati habemus ex animo gratiam, quod per Annum sacrum, quem usitato heri jollemnissimoque Romanae Ecclesiae ritu conclusimus, et Nobis paene infinitos Jucunditatis fructus potandos permiserit, et ad ingentem mortalium numerum gratiae veniaeque suae divitias misericors protulerit. Etenim ad centena millia, ex quovis civitatum ordine, fideles vel ex disiunctissimis omnium regionibus in Almam hanc Urbem peregrini convenere: qui quidem advenae non tam civibus romanis, eodem ceteroqui studio sacrae indulgentiae fruendae inflammatis, quam catholico nomini universo et ipsis hominibus ab Ecclesia alienis mirabile fidei pietatisque suae visi sunt praebere spectaculum, voluntatesque praeterea suas cum Apostolica Sede et Nobiscum. arctius, si quidem necesse trat, copulaverunt. Optimo autem fructuosissimoque praeteriti lubilaei exitu, quem tam crebris flagrantibusque precibus Deo per sacri temporis decursum admotis acceptum referimus, commovemur atque impellimur, ut, more institutoque decessorum Nostrorum, qui patuit Romae ad hesternum usque diem amplissimus veniae thesaurus, eundem universitati fidelium ubique terrarum, proximo anno, patere iubeamus. Hanc sane veniam indulgentiamque ut quam plurimi participent, Venerabiles Fratres Episcopi curent, ut in singulis dioecesis cuiusque suae locis per divini verbi praedicationem, per sacras expeditiones vel spirituales exercitatio-
ni ces ad culpas suas populus deflendas eluen/dasque permoveatur et ad poenarum remissionem, quae sibi proposita est, impetrandam rite praeparetur: quod ut, in tanta cleri utriusque penuria, commodius fieri possit, a superiore consuetudine Nobis recedendum esse putamus, ex qua Jubilaeum extra Urbem non ultra segestre spatium producebatur. lidem praeterea Episcopi Gdeles sibi commissos doceant, ad eandem mentem Nostram, quam in lubilaeo pro Urbe indicendo aperuimus. idest pro evangelicae fidei propagatione, pro populorum pace et concordia, pro congruenti Ecclesiae atholicae iuribus ordinatione Sanctorum Palaestinae Uxorum, eos potissimum orare Nobiscum ipsis oportere.

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum aponolorum Petri et Pauli ac Nostra, lubilaeum maximum, quod in hac sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per has Litteras extendimus et in totum futurum annum prorogamus, ita scilicet ut lucriferi possit a primis vesperis proximi diei festi Circumrirônis Domini ad plenum diem tricesimum primum •necris Decembris futuri anni mdccccxxvi.

Quamobrem omnibus utriusque sexus christifidelibus ubique terrarum, extra Urbem huiusque suburbium, «sistentibus. etiamsi anno sacro proxime elapso lubihei veniam lucrati iam sint, apostolica auctoritate Nostra largimur, ut plenissimam peccatorum indulgentiam ac remissionem adipisci bis queant, idest primum aut sibi aut animis defunctorum expiandis, secundo autem in horum tantummodo levationem, dummodo rite confessi ac sacra synaxi refecti — quam ad rem confessio annua et Paschalis communio minime suffragabuntur, — intra futurum annum mdccccxxvi, ecclecam Joci praecipuam tresque alias ecclesias vel oratoria publica ad hoc designanda, semel in die, per quinque continuos vel seiunctos dies, cum naturales tum ecclesiasticos, ad canonum normam computandos, pie inviserint et ad mentem Nostram supplices Deo preces adhibuerint. lidem locorum Ordinarii sive per se ipsi sive per vicarios forancos ct parochos aliosve ecclesiasticos viros, quibus hanc potestatem, etiam, si libuerit, per integrum anni spatium utendam, permi/se- 613
rint, designabunt, praeter cathcdralem ecclesiam in civitate episcopali et praecipuam in ceteris dioecesis locis, tres alias tam in illa quam in istis a quibusvis fidelibus visitandas: quodsi quattuor alicubi ecclesiae vel oratoria publica desint, Ordinarii, pro suo prudenti arbitrio. aut per se ipsi aut per suos delegatos decernere poterunt, ut in minore aedium sacrarum numero, et vel in una, ubi una tantummodo adest, quattuor ibas diurnas visitationes agi liceat

Ut autem iis consulamus, qui in peculiari rerum locorumquc condicione versentur, haec statuimus quae sequuntur.

I. Qui per annum fere semper navigant iterve faciunt, iis *fas esto,* cum ad certam se stationem receperint, ibi iubilacum semel lucrari, ea lege ut, ceteris simul parendo praescriptis, praecipuam loci ecclesiam uno tantummodo die quinquies invisant

II. Ordinarii locorum aut per se ipsi aut per vicarios foraneos, per praelatos regulares quod ad eorum subditos, per parochos vel confessarfos in dioecesi adprobatos, quibus huiusmodi fecerint potestatem — vel habitualiter atque extra confessionem exercendam, — possint, si qui impediantur ne imperatas visitationes obeant, harum numerum, pro rerum personarumque necessitate, contrahere et reducere; concedere, ut visitationes, nulla habita unius eiusdemque diei ratione, seiungi pro lubitu queant; cum vero res postulaverit, eas dispensando commutare in alia religionis, pietatis caritatisve opera, ad singulorum condicionem accommodata, quae tamen aliunde non sint sub peccato debita. — Impeditos autem heic intellegi volumus moniales, sorores religiosas, tertiarias regulares, pias feminas et puellas aliasve personas in gynaeceis seu Conservatoriis degentes; item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam actioni vitae deditos, ut Cistercienses Reformatos B M. V. de Trappa, Eremitas Camaldulenses et Carthusianos; praeterea eos, qui aut captivi sunt aut in carceribus custodiuntur, et ecclesiasticos vel religiosos viros, qui in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Im/pediti ii quoque censeantur, qui β!4
aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt, et generatim ii omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant: aequo autem iure esse volumus operarios, quos in Constitutione Apostolico *muneri,* die xxx mensis Iulii superiore anno data (LE 597], descripsimus, et senes qui septuagesimum aetatis annum excesserint.

III. Ordinariis locorum pariter liceat — etiam per delegatos quos supra memoravimus eademque ratione — minorem visitationum numerum praestituere, a) conlegiis auctoritate ecclesiastica adprobatls sive clericalibus sive religiosis; b) confraternitatibus. piis unionibus, atque iis tantummodo laicorum consociationibus» quarum sit catholica opera provehere; c) adulescentibus qui in conlegiis vivunt vel conlegia, institutionis educationisque gratia, aut cotidie aut statis diebus celebrant; d) christifidelibus omnibus, qui, duce parocho, vel sacerdote quem parochus delegarit, visitationes peracturi sunt. — Ea tamen lege Ordinarii visitationum minuant numerum, ut hi omnes, quos nominavimus, pompa instituta, etiam sine suis insignibus, ad invisendas aedes sacras incedant.

IV. Ubicumque autem, quavis de causa, Ita incedendi per publicas vias copia non erit. Ordinario loci eiusve delegatis liceat, ut supra, visitationum numerum contrahere et reducere, modo intra aedis sacrae saepta aut pompa ducatur aut saltem visitatio sollemniter communiterque fiat ab omnibus ibi una congregatis. Ordinarius autem loci eiusve delegati ab obligatione confessionis et sanctae Communionis nullum alium exsolvant. nisi quem ab alterutra gravis morbus prohibeat

Ad facultates quod attinet, confessarils» cetcroquin ad iuris normam adprobatls, tribuendas, quas in excipienda iubilaei confessione salutariter adhibeant, haec, quae sequuntur, decernimus.

I. Confessariis illae integrae sunto facultates absolvendi. dispensandi, commutandi, quascumque ab hac Apostolica Sede ' vel in perpetuum vel ad tempus, quo- 615
que pacto, legitime impetrarint; Immo simul cumulateque. ad iuris praescriptum, ct pluries pro eodem poeni-

tente sive iis omnibus sive his, quae mox concessuri sumus, uti valide et licite possint Qualicumque autem poenitens, cum confersioncm iubilaei sincera lucrandae indulgentiae intentione instituit, absolutione, dispensatione. commutatione donatus erit, si postea, mutata voluntate, a complendis reliquis praescriptis operibus destiterit. eadem non idcirco irrita erit.

II. Monialibus aliisque feminis, quarum ad confessiones excipiendas, cx Codicis praescripto, specialis Ordinarii adprobatio requiritur, fas esto hanc dumtaxat iubilaei confessionem apud quemvis confessarium ab eodem Joci Ordinario pro utroque sexu adprobatum peragere: qua semel completa, iam nulla coniessarius iste in eandem poenitentem iurisdictione gaudeat, nisi ad Codicis leges.

III. Confessarius eos omnes, pro quibus ab Ordinario loci vel a Nobis adprobatus sit, in confessione iubilaei excipienda, absolvere possit, in foro sacramentali tantum, a quavis censura a iure vel ab homine inflicta, occulta vel publica, aut ab Ordinario sibi reservata aut a iure Apostolicae Sedi simpliciter speciahve modo vel Ordinariis reservata: itemque a quovis peccato, utcumque gravi et Ordinariis vel S. Sedi reservato; iniuncta tamen salutari poenitentia aliisque de iure iniungendis. — A nulla ex censuris Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatis absolvere queat, praeterquam a crimine absolutionis complicis a peccato turpi non plus semel vel bis attentatae. At confessorio poenitenti praecipiat, a> ut complicem, si forte ad confitendum redierit, moneat cum de absolutionis a se impertitae invaliditate, tum de eiusmodi confessionibus apud alium confessarium iurisdictione munitum necessario iterandis; b) ut, occasione relapsus remota, abstineat se in posterum ab audienda complicis confessione, etsi a peccato complicitatis alias absoluti, quoad sine scandali et infamiae periculo fieri poterit — Confessarius si quem a censura publica vel ab homine inflicta in foro sacramentali tantum absolverit,
616 eum iu/beat in foro externo se gerere ad praescriptum can. 2251; caveat autem confessarius ne quemquam publica censura irretitum in foro conscientiae Deo reconciliet. nisi is paratus sit intra sex menses Ecclesiae satisfacere et scandalum damnumque reparare.

IV. Confessarius ne in foro quidem interno, nisi ad praescriptum can. 2254, eos absolvat, qui, aut in censuram aliquam incurrerint a Pio X per Constitutionem Vacante Sede Apostolica [diei 25 dec. 1904. Acta Pii X v. 3 p. 239-2881 Romano Pontifice reservatam, aut secretum S. Officii alterumve simile violaverint; itemque praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos superioresque maiores religionis exemptae, qui in censuram Romano Pontifici speciali modo reservatam publice inciderint

V. Haeretici, praesertim qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvantur, nisi, abiurata saltem coram ipso confessarlo haeresi, scandalum, ut par est, reparaverint. Similiter quicumque sectis massonicis aliisque id genus vetitis notorie adscript! sint, ne absolvantur, nisi praemissa coram confessario abiuratione aliisque servatis de iure servandis, a secta recesserint et scandalum, quantum licuerit, removerint.

VI. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia aequisiverint, iis ne impertiatur absolutio, nisi Ecclesiae satisfecerint vel saltem sincere promiserint se quamprimum satisfacturos.

VII. Qui falsam sollicitationis denuntiationem admiserit. is ne absolvatur, nisi aut eam formaliter retractaverit, aut saltem ad eam quamprimum retractandam atque ad sarcienda calumniae damna serio paratum sc praebeat

Vili. Confessarius in ipsa tantummodo iubilaei confessione, ex iusta et probabili causa, omnia et singula vota privata, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, in alia pia opera dispensando commutare possit. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, etiamsi ab origine publice emissum sit in professione religiosa — neutiquam. contra, si poenitens fuerit in Ordine Macro lege caelibatus adstrictus, — subinde tamen, aliis eius professionis votis per dispensationem sublatis, firmum atque integrum manserit, similiter possit, ex iusta et probabili causa,/ in alia pia opera dispensando com- £
mutare. Votum vero a tertio acceptatum ne remittat neve commutet, nisi is, cuius interest, libenter exprèsseque consenserit Votum denique non peccandi aliave poenalia vota ne commutet nisi in opus, quod, non minus quam ipsum votum, a peccando refrenet.

IX. Idem confessarius in excipienda iubilaei confessione dispensare possit, pro solo conscientiae foro, atque ad hoc unice ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exerceat, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, dc qua m can. 958 § 4°; sed in hoc homicidii voluntarii et abortus casu, poenitenti onus imponat, sub poena reinddentiae, recurrendi intra mensem ad S. Poenitentiariam et standi eius mandatis

X. Similiter in solo foro conscientiae et sacramentali liceat confessario dispensare: a) ab impendimento prorsus occulto consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum. imperata tamen consensus ad iuris normam renovatione, minime vero ad contrahendum vel in radice sanandum; b) ab occulto criminis impedimento — neutro tamen machinante — sive de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo; iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum canonem 1135; imposita, in utroque, gravi diuturnaque salutari poenitentia.

Itaque haec omnia, quae per has Litteras constituimus ac declaravimus, volumus firma et valida exsistere et fore, ad effectum iubilaei ad universum catholicum orbem proferendi, non obstantibus contrariis quibuslibet Earum autem exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dipiitate constituti munitis, eandem Jubemus adhiberi fidem, quae hisce adhiberetur Litteris, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis et voluntatis et declarationis infringere vel ei. ausu temerario, contra ire./ Quod si quis attentare prae- q
sumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xxv mensis Decembris, in festo Nativitatis D. N. lesu Christi, anno mdccccxxv, Pontificatus Nostri quarto.—A Cm Fruhwirth. *Poenitentiarius Maior.* O. Card. Caguxo, S. *R. E. Cancellarius,* loannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.* Dominicus Spolverini, *Protonotarnj Apostolicus.*

Ado. J. CREUSEN In NrT 53 (1926) 133-148: ME 38 (1925) 10-11; PrM 14 (1926) (125)-(148).

688

1925 .. ..-SC S. OFFICII, MON. AAS 17 (1925) 137

Circa versiones s. bibliae factae a non catholicis

MONITO

La Suprema Sacra Congregazione del Santo Officio, a cui spetta la tutela della fede. crede necessario richiamare l'attenzione dei fedeli sopra il disposto dei canone 1399, n. 1, dei Codice di diritto canonico, secando il quale le versioni, in qualunque lingua, della Sacra Scrittura, fatte o edite dagli acattolici, sono proibite *ipso* iure. Sotto tale sanzione pertanto cadono certamente le versioni italiane della Bibbia di Giovanni Luzzi. pastore valdese. che si vanno disseminando anche tra i cattolici; le quali, oltre esser infette dei soliti pregiudizi protestantici e razionalistici. tendono evidentemente ad insinuare la massima ereticale che le diverse comunioni cristiane, benchè separate tra loro e dalla Sede Apostolica Romana, devono considérais! di pari diritto come altrettanti rami delTunica vera Chiesa di N. S. Gesù Cristo.

Adn. PrM 14 (1925) 25.

ANNUS 1926

689

19 IAN 5.-SC CONCILII, INDULT. PART.·

Facultas transferendi abstinentiam a sabbato in **FERIAM IV DURANTE QUADRAGESIMA ET REDUCENDI DIES ABSTINENTIAE PRO FAMILIIS OPERARIORUM**

Preces. - *Beatissime Pater,* Ordinarius Baltimoren., perdurantibus iisdem causis, humiliter postulat pro sua dioecesi novam benignam prorogationem indulti S. Congregationis Concilii diei 2 iunii 1920 quo tempore Quadragesimae lex abstinentiae transferri valeat a die sabbati ad feriam quartam eiusdem hebdomadae, excepto obbato Quatuor Temporum, necnon prorogationem indulti diei 3 iunii 1915 vi cuius operarii eorumque familia a carnibus abstinere tenentur tantum feriis VI, feria IV Cinerum, Sabbato Sancto ante meridiem et vigilia Nativitatis Domini.

Rescr. - S. Congregatio Concilii, attentis expositis, Ordinario Baltimoren., benigne petitam prorogationis gratiam ad utrumque impartita est ad quinquennium in terminis et forma praecedentium concessionum.

Datum Romae, die 5 ianuarii 1926.—D. Card. Sbarretti, *Praef.*

• Ordinirio Baltimorensî: A. SABETTI-T. BARRET, Compendium Theologiae moralia, Neo Eboraci 1931, p. 1125.

690

1926 FEB 3.-SC CONCILII, RESOL. PART.·

DE CAPPELLANTS CARCERUM, PRAESERTIM QUOAD ASSISTENTIAM MATRIMONIIS

In Comitiis plenariis habitis in Palatio Apostolico Vaticano die 9 mensis Januarii proxime elapsi quaestio circa potestatem assistendi matrimoniis tribuendam sacerdotibus, qui curam animarum exercent in eos qui in carceribus includuntur, sub sequenti dubio proposita fuit: *An certe constet Cappellanos carcerum fuisse conititutoj tamquam veros parochos, vel saltem tamquam vicarios cooperatores ad effectum matrimoniis incarceratorum valide adsistendi in casu.*

Eminentissimi Patres respondere censuerunt: *Negative ad utrumque ct ad mentem.*

Mens est: Quoad praeteritum, supplicandum Sanctissimo pro gratia sanationis in radice ad cautelam.

Quoad futurum, Episcopi Cappellanos « *hauptamtlich* › constituant actu legitimo tamquam parochos proprios ad effectum matrimoniis carceratorum officialiumque careerl addictorum valide assistendi; cappellanis vero ‹ *nebenamtlich* » conferatur licentia sive ab Ordinario sive a parocho loci adsistendi pro determinato matrimonio.

Quam resolutionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XI in Audientia diei 14 subsequentis dignatus est approbare et confirmare, concedens gratiam sanationis in radice ad cautelam.

• Orrflrwrfii Germeni»e. Prot. N. 2529/25: AKKR 106 (1926) 200. Ada. ME 39 (1927) 225-227.

691

1926 FEB 20.-SC RIT.. DECR. AAS 18 (1926) 93-95

DECRETUM seu DECLARATIO

Circa officia propria et missas, eorumque extensionem

Sacra Rituum Congregatio, per Apostolicae Sedis indulta, quibus Officia et Missae, iam ex speciali privilegio pro aliquibus locis sive Institutis approbata, extendi ad alia loca seu Instituta contigerit, declarat concessionem fieri dumtaxat Officii et Missae de respective Communi, exceptis tantummodo Oratione et Lectionibus II Nocturni propriis, nec non una vel tribus Missae Orationibus item propriis, quicumque sit diei festi ritus. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Hac vero occasione, Sacra eadem Congregatio Revmos Ordinarios dioecesium et Superiores Ordinum seu Religiosarum Congregationum enixe rogat ut, quoties ipsi ab Apostolica Sede impetrare velint nova Officia vel Missas, eorumque extensionem, prae oculis habeant normas quae in Decreto S. R. C., n. 3926, diei 13 iulii 1896· praescriptae sunt.

Die 20 februarii 1926.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. *R. C. Praef.* Angelus Mariani, *Secr.*

• DECRETUM

QUO AD IMPETRANDA NOVA SAXCTORUM OmciA NOVASQUt MISSAS AB HAC SACRA RITUUM CONGREGATIONE, NORMAE SEQUENDAE PRAESCRIBUNTUR

1. Exhibitae nobis petitiones Sanctos Beatosve tantummodo spectare debent in Romano Martyrologio conscriptos, aut publico cultu a Sancta Sede decreto, vel conlirmato iamdiu fruentes. At vero semper speciali proprii Episcopi commendatione opus est. qui etiam, si exquiratur. sui Capituli cathedralis consensum allegabit./

2. Ad ceteros Sanctos Beatosve quod attinet, etsi longo iam tempore publico fuerint cultu honorati, cum Officio et Missa propria, necesse est ut iuxta communes regulas eorum cultus ab Ecclesia comprobatus et confirmatus sit. antequam Officium ipsum ac Missa permittatur.

3. Postulationes ad obtinenda Officia Missasque proprias pro novis eorum Sanctorum sive Beatorum Festis, qui. sub alio quidem titulo, publico iam fuerint cultu donati, raro admodum excipientur. Semper autem eae rationibus omnino peculiaribus ac solidis, specialissimaque commendatione et. si id materia ipsa exposent, historicis documentis apprime validis fulciantur oportet.

4. Ex Calendariis perpetuis vel Propriis cuiusque Dioecescos, quae huic Congregationi Sacris Ritibus tuendis praepositae approbanda exhibentur. 11 sive Sancti sive Beati expungendi sunt, quibus conditiones in | 1 recensitae desunt: novaque item Festa in f 3 Indicata: quum de his singillatim ac serio agendum sit.

5. Quaelibet novi Officii ac Missae postulatio Curationi Liturgicae prius examinanda sublidetur: dein summa diligentia in conventu, cui Efllus Cardinalis Praefectus praesidet. discutienda. Cuius discussionis exitus si postulanti faverit, postulatio exhibita, una cum allegatis et necessariis declarationibus super peracto examine et insuper cum Rfhl Promotoris Fidei adnotationibus. typis mandabitur Documentorum fasciculus ita comparatus, ab uno e Cardinalibus Relatoribus. Sacrae Congregationi In Ordinario Conventu exhibebitur.

6. Si Sacra Congregatio petitioni favens annuat, illius sententia Ss®o Patri confirmanda subilcietur: ac tantummodo post Pontificiam confirmationem. Officii et Missae schema, quod exhibitum fuerat, coopérante Hymnographo Sacrae Congregationis, cura Cardinalis Ponentis et Rflti Promotoris Fidei, recognoscetur et approbabitur.

7. Extensiones Officii et Missae, alicui peculiari Ecclesiae vel Dioecesi iam concessae, ad alias Dioeceses Ecolesiasve, specialibus rationibus inniti debent. Eae vero a delectis per Nos viris sacrae Uturgiae expert» et α Congressu supradicto. sicut primitivae postulationes, expen-

dentur; ct, si id iste necessarium existimabit, in pleno Sacrae Congregationis Conventu proponentur, antequam Pontifici comprobandae exhibeantur; quae quidem approbatio semper neeessana est, nisi forte primitiva concessio lingulü *petentibus* facta fueriL

8. Immutationes vel additiones, quas ln Officiis vel Missis iam concessis fieri contigerit, eaedem examini ac discussioni sicut extensiones, de quibus m § praecedente sermo est. subiicientur.

95 Die 13 Iulii 1696/

SsAus Dominus Noster Leo Papa XIII in audientia dic xm iulii scrcrxcn Eminentisslmo Card. Praefecto Sacrae Rituum Congregationis facta, quum hasce supra expositas normas sedulo perlegisset, easdem singulas appronare dignatus est. atque earum observantiam quam accuratissimam praecipere.—Ccnxxvs Card Alqbx-Masxua Alotsius Tripepi. *Secr.*

Ado. L P In NfT 53 (1926) 545.

692

1926 FEB 23.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

De cremat ione cadaverum

8 aug. 1925

Preces. - *Beatissime Pater,* Cum ex praescripto Can. 1240 5 1 n. 5 sepultura ecclesiastica priventur, qui mandaverint suum corpus cremationi tradi, saepius contingit. ut eorum catholici parentes aut propinqui superstites advocent ministrum acatholicum. ut ritum funeris haeretici eorum corporibus ante crematione adhibeat

Qui modus agendi non solum communicationem activam in divinis cum haereticis graviter illicitam continere, sed etiam Can. 2316 plecti videtur, cum praesertim in regionibus catholicis haeresis propagationem aliquo modo juvare dicendus sit

Quaeritur igitur:

1. An tales catholici dicendi sint suspecti de haeresi ex Can. 2316?

2. An cx Canone 2315 actibus legitimis prohibeantur aut etiam habendi sint tanquam haeretici, haereticorum poenis obnoxii?

3. An aliam poenam ecclesiasticam incurrant aut poenam excommunicationis ex canone 2314, ipsis comminari aut infligere consultum sit?

Responsum S. Officii d. 23 feb 1926:

Sacra Congregatio, dum Te enixe hortatur ut vigili cura adlaborare ne cesses nedum contra vetitam cremationis praxim. sed etiam contra praedictum haereticarum exequiarum abusum; Tibi insimul mandat ut fideles accurate edocendos satagas, eos qui funera haereticorum pro suis petant, tamquam de haeresi suspectos haberi, et consequenter obnoxios esse poenis ferendae sententiae per Canonem 2315, in terminis ab eodem praestitutis, comminatis, et si moniti non resipuerint, po&sc excommunicationis censura mulctari; nec ad Sacramenta esse admittendos nisi antea, quo meliori modo judicio Amplitudinis Tuae fieri potuerit, scandalum reparaverint

• Ordinxrio Unciemi. ProJ. N. 1004 25: AKKR 105 (1926) 192. Adn. JOANNES MARIA Ep Lincieailj in AKKR 105 (1926) 191-193

693

1926 FEB 28.-P1VS XI. ENCYC. AAS 18 (1926) 65-83

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles fratres patriarchas, primates,
ARCHIEP1SCOPOS, EPISCOPOS. ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES:

De Aacrte mhwionlbiiA provehendis

PIUS PP. XI

Venerabiles Fratres. Salutem et Apostolicam Benedictionem

Rerum Ecclesiae gestarum memoriam animo intento qui repetant, fugere cos nequaquam potest, inde a prioribus reparatae salutis aetatibus, co praecipuas curai cogitationesque Romanorum Pontificum fuisse conversas» ut cvangelicae lucem doctrinae christianaeque humanitatis beneficia populis < in tenebris ct in umbra mortis > sedentibus, nullis unquam difficultatibus unpedimentisque deterriti, impertirent. Neque enim ad aliud nata Ecclesia est. nisi ut, regno Christi ubique terrarum dilatando, universos homines salutaris redemptionis participes efficiat: quisquis autem est, qui lesu Pastorum Principis vices in terris divinitus gerat, is tantum abest ut dumtaxat in tuendo nc servando, quem regundum accepit, grege dominico possit acquiescere, ut. contra, praecipuo muneri suo desit, nisi alienos externosque Christo lucrari atque adiungere omni contentione nitatur. Divinum profecto mandatum, quo obstrin gerentur, docendi baptizandique omnes « gentes, nullo non tempore, decessores Nostros sic confecisse constat, ut missi ab iis sacri ordinis homines, e quibus non paucos aut vitam sanctissime ductam aut ob factum animose martyrium, publice veneratur Ecclesia, Europam et vix inventas exploratasque deinceps Ignotas terras fide nostra, vario quidem exitu, collustrare studuerint: vario exitu, inquimus; interdum enim contigit, ut, missionalibus paene incassum laborantibus vel caesis eiectisve, quem colere coeperant agrum, idem aut suam vix exueret asperitatem aut. in hortum floribus consitum ante conversus, deinde, sibi ipse relictus, denuo in vepres dumosque, gradatim, abiret — Laetari interea licet, postremis hisce annis, sodalitates illas, quae sacras Missiones apud infideles populos obeunt novo quodam studio, curas et fructus duplicasse auctisque misslonahum laboribus auctam respondisse ab christifidelibus opis subsidiique largitatem. Ad rem non est dubitandum quin magnopere valuerit Epistola illa Apostolica. quam proximus fel. rec. decessor Noster die xxx mensis novembris an. mdccccxix « de fide catholica per orbem terrarum propaganda > ad Episcopos universos dedit (LE 221]; etenim cum ipsorum a Pontifice acueretur ad opitulandum industria ac sollertia, tum sapientissimis monitis Vicarii Praefectique Apostoliei docebantur. quae propulsari incommoda, quae a suis officia. ad fructuosiorem sacrae legationis exercitationem praestari oporteret

Ad Nos quod attinet, cognitum ac perspectum habetis. Venerabiles Fratres, ab ipsis Pontificatus primordiis, deliberatum Nobis esse nihil non experiri, ut ethnicis gentibus, praelato cotidie latius per apostolica praecones evangelicos veritatis lumine, unam salutis viam sterneremus. Qua in re duo imprimis desiderari videbantur, utrumque non tam opportunum quam necessarium. alterumque arctissime cum altero conlunctum; scilicet ut multo maior, isque ab variis cognitionibus instructior, in immensas interminatasque regiones. Christiani adhuc cultus exsortes, dimitteretur operariorum numerus, itemque ut fideles intellegerent, ad opus tam sanctum ac frugiferum quo animi ardore, qua precum apud Deum instantia./ qua denique liberalitate C esset sibi conspirandum. Huc nonne etiam intendebamus. cum in ipsis Aedibus Nostris sacrarum res Missionum publice ad spectandum proponi iussimus? Atque benignissimo Deo illud referimus acceptum, quod, quemadmodum audivimus, juveniles nonnullorum animi, in eo conspectu et quasi spectaculo cum divinae gratiae tum magnanimitatis ac nobilitatis humanae, primos catholici apostolatus concepere igniculos; ct. quae tanta invisentium multitudines incessit apostollcorum operariorum admiratio, non eam inanem, non ab omni vacuam fructu futuram iam nunc spe bona praecipimus At vero, ne documenta ac monita maximi ponderis, quae ex ipsis Missionum rebus quasi tacite significantibus exstiterunt, unquam concidant ac pereant. Museum - quod fortasse non ignoratis - ex delectissimis rebus, aptiore quidem modo dispositis, in Aedibus Nostris ad Lateranum constitui decrevimus, eo nempe loco, unde, post datam Ecclesiae pacem, in regiones, quae albae *iam ad messem* viderentur, tot a decessoribus Nostris apostoliei viri, sanctitate vitae et religionis studio mirabiles, sunt deinceps dimissi. Quod quidem Muscum quotquot invisuri sunt Missionum duces imprimis et gregarii, ut ita dicamus, milites, cum inter se singularum rationes comparaverint, iam ad meliora lique ad maiora spectabunt; qui autem e populo illud adierint, eos putamus non minus commotum iri quam qui Expositionem Vaticanam celebrarunt Interea, ut excitata haec acriUr christifidelium erga sacras Mirionnes voluntas acrius ad agendum incendatur, vos. Venerabiles Fratres, veluti inclamando, operam advocamus adhibitamque volumus vestram; quam, si in alia un-

quam re collocari decuit oportuitque, at in hoc potissimum genere ne assiduam studioslssimamque recusetis, prohibet vestrae officium dignitatis, et vel pietas in Nos vestra suadet Quantacumque sane Nobis divino consilio reliqua erit huius lucis usura, Nos habebunt continenter anxios solllcitosque hae apostoliei muneris partes; saepe enim reputantes, ethnicos homines ad decies milies centena milia numerari, non habemus re-
A quiem spiritui Nostro.l et Nobis vide/mur Nosmet quoque voce illa percelli: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.l*

Qui de ovili Christi sunt, cos nihil qulcquam curare de reliquis qui extra saepta infeliciter vagantur, quam longe a caritate abhorreat, qua Deum atque homines universos complecti debemus, non est cur multis dicamus. Postulat sane nostrum in Deum caritatis officium non modo ut pro viribus eorum numerum augeamus, qui ipsum cognoscunt et adorant « in spiritu et veritate} ·, sed etiam ut sub amantlssimi Redemptoris imperium quamplurimos subiungamus. quo uberior in dies ‹ utilitas in sanguine4 » cius exsistat, magisque eidem gratificemur, cui quidem nihil esse gratius potest, quam ut homines salvi fiant et ad agnitionem veritatis veniantl Quandoquidem vero Christus hanc discipulorum suorum notam fore edixit peculiarem ac propriam ut diligerent inter s%e. numne maiorem insignioremque exhibeamus proximis nostris caritatem, quam si eos e superstitionis tenebris educendos germanaque Christi fide imbuendos curaverimus? Hoc immo ceteris caritatis operibus testimoniisque sic praestat, quemadmodum animus corpori, caelum terris, aeternitas tempori antecellit; quod quidem caritatis opus quicumque, quantum in se est. exercet, donum fidei tanti se facere ostendit, quanti aequum est, et gratum praeterea erga numinis benignitatem animum suum patefacit, id ipsum donum, omnium pretiosissimum, et alia quibuscum coniungitur, cum miserrimis ethnicis communicando. Quodsi eiusmodi officium detrectare nullus e fidelium communitate queat, num clerus possit, qui sacerdotium et apostolatum Christi Domini, miro ipsius delectu ac concessu, participat: num vos, Venerabiles Fratres, possitis, qui, pro vestra cuiusque parte, Christiano clero et populo, sacerdotii plenitudine insignes, divinitus praeestis? Legimus equidem, non uni Petro, cuius Cathedram obti-
© nemus, sed omnibus Apostolis,/ quorum vos in locum successistis. lesum Christum praecepisse: *Euntes in mundum universam, praedicate euangelium omni creaturae·.'* unde liquet, propagandae fidei curam ita ad Nos pertinere, ut in laborum societatem Noblscum venire Nobisque hac in re adesse, quantum singularis ac propria vestri perfunctio muneris sinit, sine ulla dubitatione debeatis. Itaque ne gravemini. Venerabiles Fratres, Nobis paterno animo hortantibus pie obsequi, a quibus rationem tantae rei haud exiguam Deus aliquando repetet.

Atque primum, alloquendo id scribendoque efficite, ut apud vestros sanctam inducatis et sensim increbescere iubeatis consuetudinem cum rogandi *Dominum messu, ut mittat operarios in messem s%uam,* tum caelestis luminis et gratiae precandi infidelibus adiumenta; con«uetudinem, inquimus, ac stabilem perpetuumque usum, quem nemo non videt multo plus, quam preces aut semel aut identidem indictae, apud divinam misericordem posse ac valere. Elaborent quidem in traducendis ad catholicam religionem ethnicis et desudent et vel vitam profundant evangelii praecones; industriam, sollertiam artesque omne genus humanas adhibeant; at vero nihil iidem profecturi sunt, omnia in irritum cadent, r^si gratiâ Deus suâ infidelium tetigerit animos mollitosque ad se traxerit Facile autem intellegitur, quemadmodum orandi copia nulli non datur, ita hoc Misnonum praesidium ac quasi alimentum in potestate esse omnium; atque idcirco rem feceritis ab optatis Nostris et a popularium ingenio sensuque haud alienam, si iussentls, exempli gratia, Mariali Rosario aliisque eiusmodi precibus, in curialibus ceterisque templis, aliquam unam pro Missionibus et pro ethnicis ad fidem deducendis precationem accedere atque adiungi. In id ipsum. Venerabiles Fratres, pueri praecipue et sacrae virgines advocentur, incendantur: cupimus scilicet, ut in Asylis, ln orphanothrophels, quae vocant, in puerilibus ludis et ronlegiis, itemque In omnibus religiosarum feminarum domibus vel coenobiis cotidie sursum adseendat oratio,
* et descendat in tot/ infelices homines, in tam crebras

I Π *Cor.,* VH. 5. * ISAI., LVHI. 1. » IOAN., IV.
M * *Pt.*, 'H, 10. J I *Tim.* II. 4. ♦ IOAN.. XIΠ, ,35
12 MARC., XVI. 15. · MA'ITH., IX, 38. 1

ethnicorum gentes Dei miseratio: innocentibus enim casteque viventibus quidnam abnuat Pater caelestis ac deneget? Nec alioqui diffidendum, in teneriores puerorum animos, quotquot, cum primum flos caritatis emergit, pro aeterna infidelium salute orare assuescant, posse appetentiam apostolatus, Dei numine, insinuari: quae, si accurate foveatur, datura fortasse est, successu temporis, operarios apostolico muneri non impares.

Rem vix attingimus sane dignissimam, in quam. Venerabiles Fratres, perdiligentem ipslmet considerationem intendatis. Nullum putamus esse, qui ignoret, detrimenta profecto haud parva fidei propagationem e recenti bello cepisse, cum e missionalibus alii, domum revocati, per immanis conflictionis vices occubuerint, alii, e suo laborum campo deturbati, territorium quisque suum diu incultum reliquerint: quae quidem detrimenta ac damna non tam reparari oportuit hodieque oportet, quam res in pristinum restitui, immo etiam provehi atque amplificari. Praeterea, sive infinitas locorum magnitudines spectemus, quae Christianae humanitati nondum patuere, sive ingentem eorum numerum, qui redemptionis beneficiis ad hunc diem carent, sive necessitates et difficultates, quibus missionales, pro eorum paucitate, implicantur ac praepediuntur, eo concordes Episcoporum catholicorumque omnium conatus ferri oportet, ut sacrorum legatorum numerus augeatur et multiplicetur. Si qui igitur in dioecesi cuiusque vestra aut adulescentes aut clerici aut sacerdotes ad apostolatum eiusmodi praeccllentissimum vocati divinitus videantur, propensis eorum consiliis studiisque gratia et auctoritas vestra obsecundet, nedum aliquo pacto obsistatis. Liceat quidem vobis, animo integro, probare spiritus si ex Deo sint; ' at si saluberrimum propositum Deo auctore haberi coepisse et maturescere iudicaveritis, iam nulla vos aut cleri penuria aut dioecesis necessitas exanimet atque ab consentiendo detineat, cum populares vestri, salutis adiumenta ad manum. ut ita dicamus, habentes, longe absint minus a salute, quam ethnici, ii praesertim qui in sua feritate ac barbaria consi/stunL Data vero eius rei occasione, aequo animo, ob Christi animarumque caritatem, alicuius e clero iacturam faciatis» si quidem iactura dicenda est: quem enim amiseritis adiutorem laborumque vestrorum socium, eundem, vel copiosiore gratiarum in dioecesim effusione vel aliis excitatis sacri ministerii tironibus, divinus Ecclesiae Conditor profecto supplebit 71

At tamen ut cum ceteris pastoralis officii curis huiusmodi negotium apte componatur. Consociationem cleri Missionalem apud vos aut iubeatis constitui aut iam constitutam ad acriorem in dies actionem consilio, hortatu, auctoritate vestra incitetis. Quam quidem Consociationem, octavo ante anno providentissime conditam. cum proximus decessor Noster multis indulgentiae muneribus auxerit et in dicione Sacri Consilii Christiano nomini propagando esse voluerit, tum Nosmet, in plurimus orbis catholici dioeceses, postremis hisce annis, diffusam, non uno pontificalis benevolentiae testimonio honestavimus. Quotquot enim de ea sunt sacerdotes - atque ad suam condicionem accommodate, sacrarum disciplinarum alumni - ii, pro instituto suo, fidei donum innumerabili ethnicorum multitudini et ipslmet, inter sacra potissimum, implorare et ad implorandum aliis auctores esse; quoties et ubicumque licuerit, de apostolatu ad infideles provehendo aut contionari apud populum aut curare identidem ut, statis diebus ac coetibus, communiter fructuoseque agatur: opuscula in rem edita vulgo propagare; in quibus eiusdem apostolatus semina auspicato inesse animadverterint, iis ad congruentem institutionem eruditionemque expedire aditum; in suae dioecesis finibus Opus a Fidei Propagatione et duo illa, quae huic tamquam subsidiaria inserviunt, quoquo pacto fovere. Quantum vero stipis adhuc Consociatio cleri Missionalis ad opitulandum iis ipsis operibus conrogaverit, quanto plus posthac crescente in annos singulos largitate fidelium - sperare Jubeat, vos. Venerabiles Fratres, non praeterit, quorum plerisque, pro uniuscuiusque territorio, patronis atque impulsoribus utitur: optandum tamen, ut nullus iam sit clericus qui huiusmodi caritatis flammâ sit expers. Etenim Operi a Fidei Propagatione, aliorum quidem omnium, quae ad sacras Missiones/ pertinent, sane prin- 72
cipi. quod, incolumi piissimae feminae, quae eam condidit. et Lugdunensis urbis gloria, huc. novata ordinatione, transtulimus et romana veluti civitate donavimus» ea Christianus populus liberalitate subveniat oportet, quae multiplicibus Missionum, quae nunc sunt, quaeque iis deinceps accedent, necessitatibus omnino respondeat

Quae profecto necessitates quot quantacque numerentur. qualis sit plerumque evangelii praeconum inopia, ex ipsa Vaticana Expositione satis apparebat, at fortasse ne perspexere quidem bene multi, oculis copia, novitate ac pulcritudine rerum propositarum praestrictis. Ne vos igitur. Venerabiles Fratres, pudeat pigeatve, quasi mendicos pro Christo animarumque salute fieri, et, scripto protectaque ex medullis eloquentia popularibus instare vestris, ut quam Opus a Fidei Propagatione quotannis colligit messem, eandem munificentia et benignitate sua multiplicent multoque faciant auctiorem. Cum. ceteroqui. nulli tam inopes aut nudi habendi sint, nulli lam infirmi aut ieiuni aut sitientes, quam qui Dei cognitione gratiaque carent, nemo non videt, qui misericordiam egenissimis omnium hominibus exhibuerint, eos divina misericordia et remuneratione non posse destitui.

Operi autem a Fidei Propagatione principi duo alia adiuncta sunt, ut diximus, quae, cum Apostolica Sedes fecerit sua, christifideles prae ceteris operibus, quae peculiare aliquid sibi propositum habent, conrogata collatave stipe adiuvent ac sospitent, alterum scilicet a S. Infantia, alterum a Petro Apostolo nuncupatum. Illius est, ut habent omnes exploratissimum, pueros nostros asciscere, qui peculium suum reponere assuescant praesertim infidelium infantibus, ubicumque eos proiici ve) necari contingit, redimendis catholiceque educandis; huius vero et precibus et collecta pecunia efficere, ut delectos indigenas in Seminariis rite excoli et ad sacros Ordines evehi liceat, quo ipsorum tribules facilius, successu temporis, ad Christum traducantur vel in fide confirmentur.

Pctriano huic sodalicio, ut nostis. Tcresiam ab Infante lesu haud mullo ante caelestem patronam attri-
73 buimus, utpote quae, cum in terris claustralem vitam ageret, unum vel alterum missionalem, sibi, quasi quodam adoptionis iure. adiuvandum sumpsisset, pro quo et preces et voluntarias vel praeceptas corporis castigationes ct praecipue vehementes morbi, quo laborabat, cruciatus Divino Sponso offerre consueverat Atque, auspice Lexoviensi virgine, uberiores rei fructus Nobis pollicemur: quo tn genere magnopere laetamur, quod Episcopis bene multis placuit inter socios Operis perpetuos se numerari et quod Seminaria aliique catholicorum iuvenum coetus aliquem unum clericum indigenam communi suo ipsorum sumptu alendum instituendumque suscepere.

Utrumque sane Opus, quod recte subsidiarium Operis principis appellari solet, ut Episcoporum sollertiae feL rec. decessor Noster Benedictus XV per Epistolam Apostolicam, quam memoravimus, commendavit, ita Nos vobis commendare non desinimus; quibus suasoribus. confidimus, christifideles neutiquam passuros, se ab acatholicis. qui errorum suorum propagatoribus lam large adsunt, liberalitatc vinci ac superari.

Iam ad vos. Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, sermonem convertimus, qui. ob gestam diu, laboriose prudenterque sacram inter ethnicos legationem, digni facti estis, qui vicariatibus ac praefecturis apostolica auctoritate praeficeremini. Atque ut affari vos aggrediamur, quae in universum incrementa, annis proxime superioribus, cepere Missiones, vestrae debita caritati ac sollertiae, ea vobis et evangelii nuntiis, quos regitis ac moderamini, summopere gratulamur. Praecipua sane, quae incumberent vobis officia, quaeque vitanda essent in perfunctione eorum incommoda proximus decessor Noster tam sapienter magnificeque docuit, ut nihil supra potuisset; placet tamen, quid de quibusdam rebus sentiamus, vobiscum. Venerabiles Fratres. Dilecti Filii, communicare.

Ac primum omnium, cogitationes eo vestras revocamus, quanti intersit, indigenas in clerum cooptari : quod nisi pro viribus effeceritis, non tam mancum fore cen-
ĕmus apostolatum vestrum, quam Ecclesiae in regionibus istis constitutioni atque ordinationi diutius mo-
74 ram allatum iri ac tarditatem. Cui quidem ne/cessitati libenter fatemur atque agnoscimus alicubi consuli ac provideri coeptum Seminariis excitandis, ubi optimae fpei adulescentes indigenae ad adipiscendam sacerdotii dignitatem atque ad suae stirpis homines fide Christiana imbuendos recte instituuntur ac conformantur; verumtamen ab iis rei progressionibus, quas haberi necesse est. nimio longius absumus. Meministis quaenam feL rec. decessor Noster Benedictus XV hac in re conquestus sit: < Dolcndum est, regiones esse, in quas abhinc pluribus saeculis catholica Fides illata sit, atque ubi tamen clerum indigenam, nisi deterioris notae, non reperias: item populos esse nonnullos, mature Evangelii luce illustratos, qui ex barbaria ad eum iam humanitatis gradum emerserint, ut in omni civilium artium varietate praestantes viros habeant, quique, cum multa iam saecula salutari Evangelii Ecciesiacque virtute sint affecti, tamen adhuc nec Episcopos a quibus regerentur, nec sacerdotes, quorum disciplina civibus imperitaret, efferre potuerint ». '*

Nunquam fortasse perpensum satis est, qua via et ratione cum Evangelium propagari tum Ecclesiae Dei ubique gentium constitui coeperit; quod cum leviter,h claudenda publice Expositione Missionaria, ut aiunt, attingeremus» monebamus, ex primis chrlstianac antiquitatis litterarum monumentis manifesto apparere, clerum novae cuivis fidelium communitati ab Apostolis praepositum, non aliunde importatum, sed ex nata tn ipsa regione electum atque adscltum. Quod autem vobis adiutoribusque vestris apostolicum munus Romanus Pontifex concredidit Christianae veritatis ethnics gentibus praedicandae, non idcirco putetis sacerdotes indigenas in id unice esse oportere, ut missionalibus in minoris momenti ministeriis adsint eorumque actionem aliquo pacto compleant. Quorsum, quaesumus, sacrae Missiones pertinent, nisi ut in tanta immensitite locorum Ecclesia Christi instituatur ac stabiliatur? Et unde haec apud ethnicos hodie constabit, nisi ex omnibus iis elementis, ex quibus apud nos olim coaluit, id est ex suo cuiusque regionis et populo et clero, suisque religiosis viris ac feminis? Curnam clerus indigena ab eo. qui proprius et nativus ipsius est, agro colendo, scilicet a populi sui gubernatione arceatur? Iam ul vobis liceat ad alios aliosque infideles Christo lucrandos cotidie expeditioribus progredi, nonne proderit vehementer. sacerdotibus indigenis stationes custodiendas uberiusque excolendas relinquere? Immo etiam, in regno Christi latius proferendo, quam maxime iidem praeterque omnem exspectationem profecturi sunt. < Nam sacerdos indigena - ut verbis Nostri ipsius decessoris utamur -. utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam; multo enim melius, quam quisquam alius, novit quibus modis quldpiam eis persuaderi queat. Ita saepe fit ut illuc faciles aditus habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet" >. Quid quod missionales externi, ob inchoato sermonis cognitionem, sensa quidem sua exprimere interdum prohibentur adeo, ut valde praedicationis suae vis atque efficacitas infirmetur? Huc profecto aliae accedunt incommodorum causae, quorum aequam rationem habeamus oportet, licet aut ea rarius incidere aut non magno negotio amoveri posse videantur. Fac, ex bello aliisve politicis eventis in alicuius Missionis territorio alterum regimen alteri suffici, et aut posci aut decerni missionalium exterorum e certa quadam natione discessum: fac item - quod sane difficilius eveniet - indigenas, qui ad altiorem humanitatis gradum pervenerint et civilem quandam maturitatem attingerint, velle, ut sui iuris fiant, externae civitatis sibi imperantis et procuratores et copias et missionales ab suo territorio exigere, idque aliter, quam vi adhibita, impetrare non posse. Quae tum. rogamus, impenderet per eas regiones Ecclesiae pernicies, nisi, quasi quodam rete sacerdotum indigenarum per totum territorium dispositio. necessitatibus plebis Christo adiunctae esset plene consultum? At praeterea - neque enim praesenti rerum condicioni minus illud Christi congruit: Messü quidm multa, operarii autem *pauci u* - vel ipsa Europa, unde plerique missionalium proficiscuntur, clero/ hodie eget, †
eoque magis eget, quo pluris interest, adiuvante Deo. dissidentes fratres ad Ecclesiae unitatem restitui et acatholicis errores suos eripi ; nec quisquam ignorat, ad sacerdotalem vel religiosam vitam si quidem haud minor in praesenti adulescentium numerus, quam antea, vocatur. tamen divini afflatus permotioni numerum parère longe minorem.

Ex hisce, quae memoravimus. Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, efficitur, eam sacerdotum indigenarum ropiam territoriis vestris suppetere oportere, quae, nulli cleri adventicii habita ratione, cum ad propagandos Christianae societatis fines, tum ad communitatem fidelium e sua natione regundam ipsa per se satis valeat Alicubi quidem, ut paulo ante significavimus. Seminaria erigi coepta sunt alumnis indigenis excipiendis, et ea pleraque medio sita loco inter finitimas Missiones, uni eidemque Ordini vel Congregationi commissas; atque illud adulescentes Vicarii ac Praefecti Apostolici mit-

IOΛ5 IV. 1 Ep Ap Afcxirnirn iUad. Ep Ap. *Ma-*

xfmurj *Illud.* n MATTH , IX, 37; LUC.. X. 2. » MAITH.

tant singuli lectissimos, sumptu cuiusque suo alendos, quos sacerdotio initiatos et ad sacra idoneos ministeria aliquando recipiant Itaque quod alicubi a nonnullis ℑn choatum, id ab omnibus, qui Missionibus praesunt, haud dissimili ratione perfici non tam cupimus quam volumus ct iubcmus: ut ex indigenis nullus bonae spei sit, quem ab sacerdotio ct apostolatu, utique a Deo instinctum vocatumque. arceatis. Certe, alumnos rite instituendos quo plurcs delegeritis - et plurimos delegi omnino opus est - eo vos maiorem facere sumptum cogemini: verum, ne animo concidite, amantissimo hominum Redemptori confisi, cuius providentiA futurum, ut, aucta catholici orbis liberalitate. Apostohcae Sedi nc desit unde vobis, ad saluberrimi effectum consilii, largius opituletur.

At si curandum, ut alumnorum indigenarum frequentia sit unicuique vestrum quam maxima, cos praeterea rite effingere atque excolere studete ad sanctitatem sacerdotali vitae congruentem ad eumque apostolatus spiritum cum studio fraternae salutis coniunctum, ut parati sint vel vitae tacturam pro tribulibus civibusve suis facere. Summopere tamen interest, cos uno
II tempore de disciplinis profanis ac sacris non confusam/ atque incompositam, non breviorem et quasi compendiariam institutionem suscipere, sed per usitatum studiorum curriculum bona doctrinarum copia instrui. Quos enim ct integritate vitae ac pietate conspicuos et ad sacra ministeria apprime aptos et peritissimos divinarum legum magistros intra Seminarii saepta effeceritis, ii non modo apud suos, vel optimates litteratosve homines, in honore erunt, sed etiam paroeciis ac dioecesibus tandem aliquando, vixdum Deo placuerit, constituendis nihil quicquam obstabit quominus auspicato praeponantur. Perperam sane iudicat quisquis eiusmodi indigenas quasi inferioris generis ac retusi ingenii homines habet Etenim diu experiundo cognitum est, populos, qui dissitas orientales australesque incolunt regiones, interdum nostris non cedere, atque etiam certare mentis acie et contendere cum his posse; quodsi in hominibus ex intima barbaria summam fere tarditatem reperias, id quasi quadam necessitate fit, cum ad cotidianas vitae necessitates, sane exiguas, eorum intellegentiae usus contrahatur. Cuius quidem rei si vobis licet, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, esse testibus, at Nos quoque fidem afferre possumus, quorum paene ante oculos indigenae, quotquot m urbanis conlegiis ad omne genus isciplinas instituuntur, non tam ceteris alumnis celeritate ingenii sunt pares doctrinaeque fructibus, quam saepe antecedunt ac praestant Est praeterea cur sacerdotes indigenas ne patiamini inferiore veluti loco haberi et humilioribus ministeriis addici, quasi non eodem ipsi, ac missionales vestri, sacerdotio potiantur, aut non sint eiusdem omnino apostolatus participes; quin etiam eos ia oculis ferte, ut qui conditis vestro sudore ac labore Ecclesiis futurisque catholicorum communitatibus praeesse aliquando debeant. Quamobrem europaeos inter et indigenas missionales nihil esto discriminis nullusque disiunctionis terminus intercedito, sed alteri cum alteris reverentia et caritate copulentur.

Quod autem, ut supra monuimus, ad ordinandam in populis vestris Ecclesiam Christi, omnia, cx quibus ipsa divino consilio conflatur, elementa adhiberi necesse est, cx hoc consequitur, in potioribus officii vestri partibus
'I run numerari, ut religiosas ex/ utroque sexu sodalitates indigenas instituatis: quos enim novos Christi asseclas superno Deus afflatu tetigerit atque ad altiora impulerit, quidni iidem consilia evangelica profiteantur? In quo no missionales, ne religiosas feminas, in ipso agro vestro laborantes. Instituti cuiusque sui caritas, honesta sane ac recta, plus aequo abripiat atque a latiore rerum comprehensione delineat. Si qui enim indigenae sunt, qui in veteres Sodalitates cooptari cupiant, .T.odo ad imbibendos earum spiritus et non degenerem dixsinulemve in regionibus suis subolem gignendam apti videantur, eos a consilio dehortari atque ab re prohibere nefas esto; verumtamen integre religioseque confideretis. utrumnam expediat, novas potius condi Sodalitates, quae cum ingenio studiisque indigenarum et cum locorum rcrumque condicione aptius cohaereant

Nec alia de re silendum, quae ad evangelii propagationem permagni referat: quantum scilicet proderit, catechistarum multiplicari numerum — sive ex europatis, sive, potius, ex indigenis deligantur — qui misconalibus operam navent suam, catechumenos potissimum erudiendo et ad baptismum comparando: quos quidem catechistas quales esse oporteat, ut non tam verbo quam vitae exemplo infideles ad Christum alliciant, dicere vix attinet At vobis. Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, certum dccretumque sit, eos accurate instituere, ut doctrinam catholicam calleant, et, cum eam proponent atque explanabunt, ad mentem intellegentiamque auditorum accommodare se sciant: quod facturi eo commodius sunt, quo indigenarum naturam interius perspexerint.

De adlectis adlegendisve laborum vestrorum consortibus cum usque adhuc locuti simus, unum hoc in genere restat ut studiosae voluntati vestrae insinuetur: quod si quidem ad effectum deducatur, censemus fidei ocius dilatandae esse haud mediocriter profuturum. Quanti equidem contemplativam Nos vitam, quam vocant. faciamus, testis satis superque est Constitutio illa Apostolica, qua legem Cartusiensis Ordinis propriam, pontificali inde ab initio auctoritate probatam, altero ante anno, post exactam ad Codicis canones emendationem. Apostolica confirmationis robore perlibenter munivimus. Austerior sane ista vitae contemplati/vae 79
consuetudo ut in Missionum territoria, conditis coenobiis. inducatur latiusve provehatur, summos horum Ordinum moderatores, quemadmodum Nosmet impense adhortamur, sic vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, opportune importune rogando, curatote; solitarii enim ii viri mirum quantum caelestium gratiarum vobis laboribusque vestris conciliabunt. Atque dubitare non licet quin eiusmodi monachi locum opportunum apud vos nanciscantur, cum incolae, alicubi potissimum, etsi maximam partem ethnici, natura sint ad solitudinem et ad orandum contemplandumque proclives. Qua in re animo obversatur Nostro magnum illud coenobium, quod Cistercienses Reformati de Trappa in vicariatu apostolico Pekincnsi condidere; ubi centum fere monachi, quorum plerique Sinenses, perfectissimarum exercitatione virtutum, assiduitate precum, vitae asperitate laborisque tolerantia, ut Dei numen sibi et infidelibus placando propitiandoque demerentur, ita hos ipsos, per exempli efficacitatem, Cristo lucrifaciunt Unde luce clarius apparet, anochoretas nostros, lege ac spiritu Conditoris sui prorsus incolumi nullamque vitae actionem experiundo. posse haud parum momenti ad prosperiorem sacrarum legationum exitum cotidie afferre. Quodsi Ordinum id genus gubernatores vestris postulationibus morem gesserint et sedes suorum, ubicumque de communi consilio placuerit, collocaverint, rem fecerint et tantae ethnicorum multitudini imprimis salutarem et Nobis, ultra quam credibile est, acceptam ct gratam.

Itaque cum catholici ethnicos apostolatus magnam partem in vos recidat exitus, res aptius volumus a vobis ordinari, ut facilior posthac ad Christianae sapientiae propagationem pateat aditus et numerus eorum augeatur quibus ea feliciter collucet Sacros igitur praecones ita vobis cordi sit dispertire, ut nulla terri/torii 80
pars ab evangelii praedicatione vacet et in aliud tempus excolenda reservetur. Quare longius, per mansiones, procedite, missionalibus in aliquo loco, quasi quodam centro, constituendis, quem locum minores undique stationes circumstent, uni saltem catechistae commissae et sacrâ aedicula auctae, quas missionales e sede media identidem, stato scilicet tempore, ministerii causa, adeant atque invisant.

Meminerint interea evangelii praecones, haud secus sibi ad indigenas accedendum, ac Divinus Magister cum populo in terris se gessit. Qui, ante quam turbas doceret, aegros sanare consueverat: *Omnes male habentes curavit·, u Et secuti sunt eum multi et curavit eos omnes; M Misertus est eis, ct curavit languidos eorum.n* Atque id ipsum, facta potestate, Apostolis imperavit: *Et in quamcumque civitatem intraveritis... curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: appropinquavit in vos regnum Dei; '· Egressi autem circuibant per castella evangelizantes et curantes ubique, v Ne* obliviscantur quidem missionales, quam se lesus benignum amabilemque infantibus puerisque praeberet: quos cum discipuli increpuissent, praecepit ne ad ipsum venire prohiberent. ll Ad rem id commemorare libet, quod alias diximus: missionales nimirum, qui Deum infidelibus praedicant, probe nosse. in iis quoque regionibus — ut facile caritatis officiis capiuntur humana corda — quisquis publicam valetudinem curat aegrotantibusque medetur, quisquis infantibus ac pueris blanditur, hunc profecto hominum sibi benevolentiam studiumque conciliare.

ΠΠ, 1β H MATTH., XII. 15. «' MATTH., XIV, 14. »· LUC.. X. 89. ” LUC.. IX. 6. “ MATTH., XIX. 13-

tn

Atoue ut ad ea quae modo attingimus redeamus, si lis in locis, ubi sedem domiciliumque ipsorum vestrum. Venerabiles Frat-es Dilecti Filii, constitueritis, itemque in amplioribus ob Incolarum numerum stationibus, domum Dei et cetera Missionis aedificia latius patere
81 opus est, vitandum tamen, ne sumptuosa magnlque/ pretii aut templa aut aedificia excitentur, quasi cathédrales aedes et episcopales domus futuris dioecesibus comparatae; haec suo quidem tempore commodius. Nomae Ignoratis, in certis quibusdam dioecesibus iam pridem canonice erectis, templa eiusmodi ac domicilia aut paulo ante fuisse exstructa aut in praesenti exstrui? Nec recte ac provide aut in principem aliquam stationem aut in eum, quem incolitis ipsimet, locum instituta atque opera coguntur ac veluti conglobantur, quaecumque bonum animorum ac corporum tuentur; nam si magni sint momenti ac ponderis, iam vestram vel missionalium vindicare adeo sibi praesentiam ac sollicitudinem possunt, ut saluberrima totius territorii, evangel!i causa, lustratio gradatim remittat ac desinat Quoniam vero horum operum mentio huc incidit, praeter hospitia vel conclavia aegris curandis remediisve diribendis. et litterarios elementorum ludos — quae quidem Instituta nusquam desiderari patiemini — praestat iis qui ex pueris excesserint, nisi agrorum cultionem suscipiant, ad altiores disciplinas vel ad operosas praesertim artes, in scholis per vos conditis, aditum fieri. Atque hoc loco hortamur, ne optimates regionis, eorumque subolem, neglegatis. Esto quidem, ab humilioribus e plebe verbum Dei eiusque praecones facilius admitti; esto, lesum Christum de se testificatum esse: Spiritus *Domini. ... erangelizare pauperibus misit me.* [9] Sed. praeterquam quod debemus illud Pauli ante oculos habere propositum: Sapientibus et insipientibus *debitor sum." usu* atque experientia praeterea docemur, primoribus civitatis ad Christi religionem semel traductis, tenuiores e populo eorum vestigiis facile ingredi.

Quod autem postremo occurrit, id. Venerabiles Fratres. Dilecti Filii, ut gravissimum, pro cognito ac perspecto, quo flagratis, religionis animarumque salutis studio, piis accipite animis atque ad prompte obtemperandum compositis. Territoria ea quidem, quorum curam navitati Apostolica Sedes vestrae demandavit ut ea
82 Christo Domino adiungeretis. cum sint plerumque/ amplissima, fieri interdum potest, ut missionalium ex Institutis cuiusque vestris longe inferior sit numerus quam necessitas postulet Ne igitur dubitetis, quemadmodum in dioecesi rite constituta solent Episcopo alii ex alia Sodalitate aut clericali aut laicali religiosi viri, aliae ex alia Congregatione Sorores, adesse atque auxiliari, ita in propagationem Christianae Fidei, ad institutionem iuventutis indigenae, ad ceteras huiusmodi utilitates promovendas, laborum socios advocare atque adsciscere religiosos sodales ac missionales qui e vestro sodalicio non sint, sive ii sacerdotio potiantur, sive ad laicalia, quae vocant. Instituta pertineant Sancte quidem glorientur Ordines ac Congregationes religiosae cum de sibi data ad ethnicos populos missione, tum de partis ad hanc diem Christi regno accessionibus; at memineriint. se territoria Missionum non iure quodam proprio ac perpetuo accepisse, sed ad Apostolicae Sedis nutum habere, cui propterea et ius et officium incumbit rectae et plenae eorum cultioni prospiciendi Nec igitur Romanus Pontifex apostolico muneri hoc unice satisfaciat si territoria maioris minorisve magnitudinis alia inter alia Instituta distribuat; sed — quod pluris interest — nullo non tempore omnique sua cura providere debet. Ut ea ipsa Instituta tot missionales ac. potissimum, tales In regiones sibi creditas dimittant, qui his, qua late patent. Christianae veritatis luce complendis abunde sufficiant atque efficacem dent operam. Quoniam vero Divinus Pastor gregem suum requiret de manu Nostra, quotiescumque necessarium vel opportunius utiliusque ad proferendos Ecclesiae sanctae fines videbitur, territoria Missionum cum de altera in alteram Sodalitatem transferre, tum Iterum iterumque partiri, et clero indigenae aliisve Sodalitatibus novos vlcariatus ac praefecturas committere neutiquam cunctabimur.

Iam reliquum non est. nisi ut vos omnes. Venerabiles Fratres, quotquot per catholicum orbem pastoralis muneris et sollicitudines et solacia Nobiscum participatis. denuo hortemur, velitis iis. quas diximus, artibus
83 praesidiisque sacras Missiones adiu/vare, ut eaedem. quasi quadam renovatione virium, messem in posterum afferant multo uberiorem. Communibus autem benigne adrideat faveatque coeptis sanctissima Regina Aposto-

K. " LüC , IV. 18. » Bora , I. 14.

lorum Maria, quae, cum homines universos in Calvaria habuerit materno animo suo commendatos, non minus eos fovet ac diligit, qui sc fuisse ab Christo lesu redemptos ignorant, quam qui ipsius redemptionis beneficiis fruuntur feliciter.

Caelestium interea donorum auspicem patemaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis Venerabiles Fratres. et clero populoque vestro, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xxvm mensis Februarii anno mdccccxxvi. Pontificatus Nostri quinto—Pius Pp. xi

Adn. P. CHARLES in NrT 53 (1926) 321-329; PrM 15 (1S26) 16-27.

694

1926 MAR 22.-SC SACR., INDULTUM. PART.·

Facultas conferendi sacros ordines extra tempora n **DISPENSANDI AB INTERSTITIIS ET AETATE CANONICA**

Preces - Em.mus Card. O'Donnell Archiep. Annacanus nomine proprio et aliorum Archiepiscoporum el Episcoporum Hiberniae humiliter postulat a V. S. prorogationem facultatis obtentae rescripto S. C. de Sacramentis diei 8 aprilis 1916 promovendi nempe ad sacros Ordines extra tempora a iure statuta et dispensandi a lege interstitiorum et a defectu canonicae aetatis unius anni ad presbyteratum requisitae suos subditos, etiam extra dioecesim degentes in collegio Maynutiano et in alio S. Patritii apud Lutetiam Parisiorum nec non alienos subditos dimissoriis suorum Ordinariorum, iisdem perdurantibus causis prioris concessionis.

Rescriptum - Die 22 martii 1926 S. C. de Sacramentis vigore facultatum a SS. D. N. Pio Pp. XI sibi tributarum. attentis expositis, gratiam prorogationis impertita est iuxta petita, ad aliud quinquennium, servitis in reliquis forma ac tenore praecedentis concessionis.—M. Card. Lega. *Praef.,* A. Capotosti. Ep. Thermen, *Secr.*

• **Ordinariis Hiberniae 1ER 27 (1925) 536. Indultun ħq renovatum.**

695

1926 MAR 29.-SC SACR., INDULTUM. PART.·

Indultum de ieiunio eucharistico pro sacerdotibus adoratoribus

Preces - Procurator Generalis Congregationis Presbyterorum a SS.mo Sacramento, ad pedes Sanctitats Vestrae provolutus, humiliter postulat ut omnibus sodalibus Associationis Sacerdotum Adoratorum a Beato Petro luliano Eymard institutae facultas concedatur qua possint, si quando infirmi inveniantur nec valeant ex medici attestatione servare ieiunium naturale ante Sacram Communionem praescriptum, etiam quotidie Sanctissimam Eucharistiam sumere more laicorum, eis aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

Ex audientia ss.mi diei 29 martii 1926 — SSjdus Dmus Noster Pius Papa XI, audita relatione infrascripti Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis de Sacramentis, precibus annuere dignatus est iuxta petita ad septennium, nempe ut sacerdotes de quibus in precibus, durante infirmitate, accedere valeant ad Sacram Communionem more laicorum recipiendam etiam quotidie, de consilio confessarii, postquam sumpserint aliquam medicinam vel aliquid per modum potus, praemonito Ordinario loci eiusque obtenta venia, remota fidelium admiratione, aliisque de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

• **PrM 16 (1927) 87-88. Adn. PrM 16 (1927) 89-90.**

696

1926 APR 1.-PIUS XI, LIT. APOST. PART.·

Quinam subsunt iurisdictioni castrensi, quae
AD SEPTENNIUM IN HISPANIA PROROGATUR

PIUS PP. XI

Charissime in Christo Fili Noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem

Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris licet immeriti fungimur.

Hoc ducti consilio, Romani Pontifices Nostri praedecessores *Hispaniarum Regi* Exercitus et Classis spirituali bono consulentes, facultates et privilegia illa, quae primum a rec. me. Clemente Pp. XIII concessa sunt, septimo quoque anno benigne prorogare non dubitarunt

Decessor quoque noster rec. me. Pius Pp. X per similes Apostolicas Litteras die XIII m. mail an. MDCCCCXI Piscatoris Annulo obsignatas facultates ac privilegia super enunciata, nonnullis gratiis vel mutatis vel additis, ad septennium produxit; itemque Benedictus Pp. XV novis aliis Litteris Apostolicis sub Annuto Piscatoris die I m. maii an. MCMXVHI datis ad alterum septennium prorogavit

Nunc vero cum Novissimi huius septennii spatium ad finem vertatur, charissime in Christo fili noster, Lepaius apud Nos ct Apostolicam Sedem enixis precibus Nos flagitat benignam aliam earumdem gratiarum confirmationem.

Nos autem te, tuasque terrestres navalesque copias peculiari benevolentia complectentes, praesentium tenore Apostolica Nostra Auctoritate, iurisdictionis Vicarii generalis Castrensis, id est Indiarum Occidentalium *Patriarchae* pro tempore existentis, illos omnes et ungulos ex Hispanico Regno obnoxios esse decernimus, quos felicis rec. Leo Pp. XIII similibus Litteris die XI mensis septembris anno MDCCVLXXXIII Piscatoris Annulo obsignatis, descripsit quatuorque in classes conglobavit. Nimirum statuimus ac decernimus: primum quod Castrensi Ecclesiasticae iurisdictioni subiccti sint et subiecti habeantur, omnes et singuli qui ad militiam activam pertinent, nempe, qui sunt militari servitio activo adstricti, videlicet in Supremum Consilium Generale rei militari praepositum, et in eiusdem Supremi Consilii vel m praesidiariorum militum corpus adlectl; itemque qui Tabulariis militaribus praesunt; tuae regiae domus satellites; necnon pedites, equites, militesque tum bellicis tormentis, tum machinis militaribus, tum publicae securitati, tum vectigalibus curandis, addicti; veterani denique seu invalidi; insuper qui ad coetus pertinent iure institutoque militaribus similes, iurisprudentes, quaestores, medicique et veterinariae arts, equitationisque Magistri militares; omnes et singuli Officiales generales; aliique Officiales omnes vel supranumerum; denique horum omnium familiae scilicet legitimae uxores, filiique legitimi qui quavis de causa cum parentibus suis cohabitent, licet secundum hispanas leges a maioribus excesserint, et personae servitiis eorum addictae.

Excipimus vero viduas militum, earumdemque familiam et servos. Itemque sub Castrensi iurisdictione ecclesiastica comprehendi nolumus damnatos ad opus quae inter arces et praesidia non continentur quippe qui custodia tantum causa a militari imperio pendent, haud vero pertinent ad militiam.

Praeter hos vero, quos servitii activi militaris causa Castrensi iurisdictioni subesse volumus, ad eamdem jurisdictionem spectabunt omnes personae quae regios Exercitus sequuntur, eisque exercitibus quocumque titulo seu nomine, probantibus tamen ducibus aliisque militaribus superioribus, inserviunt, etiamsi praedictae personae militari servitio activo minime teneantur, idque servabitur in casu cuiuscumque militaris expeditionis, tametsi copiae fuerint auxiliares, dummodo tamen spirituali earum regimini alia prospectum non Et ratione quae a praesenti Nostra dispositione sit diversa. cui regimini et peculiaribus eius constitutionibus nihil detractum volumus; itemque belli tempore obsides quoque et captivos, qui regios exercitus vel auxiliares copias sequantur, supradictae iurisdictioni obnoxios esse praecipimus.

Ad eamdem praeterea Jurisdictionem expectabunt omnes qui in navibus Maiestatis tuae existunt, quamvis militiae non sint adscript!; aut ad aliam iurisdictionem pertineant; quod servari volumus in navibus mercatoriis quae nomine erarii regii conductae praesidio navium Maiestatis tuae protectae propter aliquam causam aut expeditionem iter facient etiamsi bellicae naves quibus proteguntur auxiliares sint Maiestatis tuae; quo in casu eadem repetida intelligantur, quae pro copiis auxiliaribus superius constituimus: obsides similiter et captivi tempore belli iisdem in navibus existentes, memoratam ad iurisdictionem expectabunt

Eamdem vero ob Joci causam regiorum exercituum Vicarius generalis iurisdictione utetur in omnes et singulas personas, obsides quoque et belli captivos qui in quibuscumque arcibus, fortalitils, castellis stativis, armamentariis, nosocomiis militaribus, opificibus in usum rei militaris et nauticae Maiestatis tuae institutis collegisque militaribus commorentur, in quibus Maiestas tua Castrenses habeat parochos aut expedire censeat huiusmodi parochos constituere, excepto oppido Septae praesidiisque minoribus in Africa existentibus in locis ubi eorumdem Ordinarii plena iurisdictione fruentur; quo hactenus potiti sunt rationeque loci potiri debuerunt, aequae tantum personae Vicariatui subjectae erunt, quae comprehenduntur sub aliis regulis generalibus ab hac Sancta Apostolica Sede constitutis. In aliis vero arcibus, fortalitiis, castellis stativis, armamentariis, nosocomiis, opificinis ct collegiis militaribus praedictis Vicariatui suberunt, praeter obsides et captivos belli memoratos etiam quodquod iis in locis in poenam detinentur necnon damnati ad opera, infirmi, aliique qui quamcumque ob causam iis in locis commorare debeant.

Arcium autem fortalitiorum castellorumque supradictorum nomine intelligenda esse declaramus, loca illa muris instructa et praesidiis munita quorum ambitus non pagum, non vicum, non oppidum, non civitatem aut alia id generis complectitur, extra, vero, huiusmodi loca arces, videlicet, fortalitia ct castella supramemorata statuimus volumus atque decernimus quod neque Ecclesiae, neque Capellae neque coemeteria, iurisdictioni Castrensi obnoxia et subiecta existant, nonnisi de expreso Sanctae huius Apostolicae Sedis consensu.

Demum iurisdictioni Castrensi subesse volumus Ecclesiasticos viros, qui legitimo et consueto more designati, aliquod obtineant munus, sive pro administratione iustitiae, sive pro expeditione negotiorum ipsius iurisdictionis, sive pro cura animarum, dummodo tamen ratione beneficii vel officii iurisdictioni Ordinarii non sint obnoxii, una cum eorum familiis et reliquis personis eorumdem servitio addictis; quod ipsum ad laicos quoque porrigi volumus, qui legitime, ut supra, munus aliquod exerceant in Vicariatu propter easdem causas administrandae iustitiae. expediendique negotia Vicariatus. itemque ad ipsorum uxores et filios non emancipatos, cum parentibus cohabitantes et ad servos.

Constituta pro modo, quem hactenus enucleavimus Ecclesiasticae iurisdictionis Castrensis forma et ratio, ex quatuor manat fontibus titulisve, atque idcirco ea de causa quatuor pariter personarum classes Vicariatui generali subiici et pro sublectis habendas esse auctoritate Apostolica, tenore praesentium, statuimus, decernimus et definimus, ita quidem ut prior classis, ratione servitii activi militaris complectatur omnes et singulas personas quae ad militiam activam pertinent; altera, ratione servitii, eas comprehendat quae regios Exercitus sequuntur et iis inserviunt; tertia ratione loci, ex illis constituatur quae degunt in locis militari imperio subiectis; quarta denique ex illis quae apud ipsum Vicariatum muneribus fungantur. Ex quibus quidem quam certi statique fines Castrensis Ecclesiasticae iurisdictionis, sub oculis quodammodo sint, ct illius forma ratioque in nucleo veluti posita videatur, non immerito, charissime in Christo fili Noster, in spem ducimur. nullas deinceps ambiguitates, perplexitatesque suborituras esse, quibus religiosissimae conscientiae tuae tranquillitas, cui prae omnibus consulere cupimus, angi, turbarlque valeat.

Quod si nihilominus aliquod adhuc oriri dubium contingat. utrum aliqua, aut aliquae personae sin: aut non sint iurisdictioni Castrensi subiectae. quoniam Nostris his Litteris praescribitur et declaratur, nullam aliam personam dictae iurisdictionis manere sublectam. nisi illas quae quatuor classibus antea expositis comprchcn-

dantur, idcirco, Maiestatis tuae erit declarare utrum persona aut personae super quibus dubium oritur in praedictis quotuor classibus comprehendantur, ad hoc ut sint aut non sint Castrensi iurisdictioni subiectae.

Praeterea hodierno et pro tempore existent! Patriarchae Occidentalium Indiarum Capellano Maiori, ac personis ab ipso delegatis vel delegandis ac subdelegandis. in Ecclesiastica dignitate constitutis sive aliis Sacerdotibus probis et idoneis, facultates omnes, iuxta tenorem ct formam Apostolicarum Litterarum Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, nempe Clementis XIII, diei X martii m. an. MDCCLXII; XIV martii m. an. MDCCLXIV; et XXVI augusti m. an. MDCCLXVni; Pii VI die XXVI octobris m. an. MDCCLXXVI; ac ianuarii m. an. MDCCLXXXIII; demum Pii VII die X ianuarii m. an. MDCCCVT ac XII iunii MDCCCVIU expeditarum, concessas, confirmatas, ampliatas atque explicatas, quarum omnium tenores, pro plene et sufficienter expressis hic haberi volumus. Auctoritate Apostolica tenore praesentium Litterarum Nostrarum ad aliud hinc proximum septennium concedimus atque indulgemus.

Facultates autem memoratas ita per praesentes Litteras prorogamus, ut hodiernus ac pro tempore existera Indiarum Occidentalium Patriarcha Vicarius generalis regiorum Exercituum et Maritimarum Hispaniae copiarum, necnon probi idoneique sacerdotes per ipsum delegati vel delegandi vel etiam subdelegandi. omnibus et singulis iisdem facultatibus, quae in Apostolicis his Litteris expressae reperiuntur. uti et frui. durante eiusdem concessionis spatio, licite possint et valeant; pariterque largimur ut hispanorum militum coniuncti in primo consanguinitatis aut affinitatis gradu, qui eadem atque hi mensa utantur. Eodem etiam atque ipsi abstinentiae privilegio gaudere licite item queant.

Denique ad praecavendas difficultates, et ad quaevis dubia removenda, haec quae sequuntur privilegia confirmamus. Primum ut non obstante quolibet priore Castrensi Statuto. Vicarius sive Provicarius generalis Castrensis pro tempore existons facultate polleat committendi penitus sive singillatim, Jurisdictionem Castrensem cuilibet ex Optionibus Vicariis seu Subdelegatis actu inhaerentibus, qui ad idem munus explendum magis idoneus sibi videatur; secundo ut quandocumque per translationem vel obitum Vicarii sive Provicarii generalis Castrensis memoratum vacet officium, omnes et singulae facultates huius muneris propriae in Optionem Vicarium cedant qui in civitate Hispanici Regni Principe ministerii sui partes penes translatum sive vita functum Vicarium aut Provlcarium obibat. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 1 aprilis, anno MCMXXVI, Pontificatus Nostri quinto.—Charissimo in Christo filio Nostro Alphonse XIII. Hispaniarum Regi catholico.—P. Card. Gasparri. α *Secretis Status.*

• Chvlsùrao in Chrbto Filio Nostro Alphonse XIII. Hijpini»-rjm R»9i Calhcllco: J. B. FERRSRES. Institutiones csnônicas. t. I, Bxtdon· 1926. Apéndke IX p. 569 572.

g
67
67
&

697

1926 APR 4.-SC PF.. DECR. AAS 19 (1926) 230-231

Promulgantur statuta generalia piae unionis cleri FRO MISSIONIBUS ATQUE SUMMARIUM SPIRITUALIUM FAVORUM QUIBUS EIUSDEM PIAE UNIONIS SODALES ERUUNTUR

DECRETUM

Ut Pia Sacerdotum Consociatio, quae ‹ Unio Cleri pro Missionibus » nomen habet, quamque Summi Pontifices Benedictus Pp. XV fet mem. et Pius Pp. XI fel. regn. tam valide commendaverunt, ubique nationum rite et secundum optata erigatur, visum est huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide Statuta generalia recognita ln vulgus edere, quibus ab iis standum erit qui et Summorum Pontificum votis obsecundare et favores omnes spirituales eidem Piae Consociationi concessos sibi velint comparare.

Quod si ex peculiaribus rerum adiunctis necessarium ln aliqua regione visum fuerit ln hoc vel illo de-
231 cernendo a Sta/tutis generalibus recedere aut aliquid eisdem addere, approbatio ab hac Sacra Congregatione omnino praercquirenda erit.

Faxit vero Deus O. M. ut omnes sacerdotes ad suum amorem erga Missiones magis magisque fovendum huic Piae Consociationi sesc adseribere libenter velint

Datum Romae, In aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, dic 4 aprilis Festo Resurrectionis D. N. lesu Christi, an. 1926.—G. M. Card. Van Rossvx *Praef.* F. Marchetti Selvaggiani. Arch. Seleucien., Sen.

698

1926 APR 4.-SC PF., NORMAE. AAS 18 (1926) 231-235

STATUTA GENERALIA PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS

I. - De natura et fine

1. - Pia Unio Cleri pro Missionibus est associatio sacerdotum ad sacras Ecclesiae missiones adiuvandas instituta, prout num. 4 circumscribitur.

Haec Pia Unio a S. Sede probata fuit multisque ac singularibus favoribus et privilegiis aucta.

2. - Beatissimam Virginem Mariam, Apostolorum missionumque Reginam, patronam veneratur ac sub eius singulari patrocinio finem sibi propositum prosequitur.

X - Pia Unio ad normam canonis 708 Cod. iur. can. in singulis dioecesibus erigenda est

4. - Haec Pia Unio sibi proponit animum sacerdotum gentium conversionis amore accendere, ut per ipsos universus populus Christianus studio erga missiones catholicas pariter inflammetur et ita tota Ecclesia concurrat ad regnum Christi per universum mundum dilatandum. Uniq missionaria itaque Cleri non est novum quoddam Opus missionale ad fidelium oblationes colligendas institutum neque pro fine habet aliorum Operum missionalium gubernationem sibi assumere, licet operam impendat ad fidelium animos disponendos ita ut omnibus Operibus missionalibus pro viribus succurrant

5. - Piae Unionis socii finem sibi propositum hisce praecipue mediis assequi student:

a) Fervidis ad Deum O. M. precibus pro felici sacrarum missionum exitu propriaeque in favorem missionum operae successu;/

b) cognitione missionum earumque Indigentiarum, laborum apostolieorum qui in variis mundi plagis a Missionariis sustinentur, felicis vel minus laeti eorum exitus, itemque omnium earum rerum quae ad regnum Dei imprimis inter paganos dilatandum referuntur;

c) collationibus congressibusque sociorum, quibus mutuo se illuminent circa missionum indigentias atque ad eis subveniendum vicissim se exhortentur;

d) fovendo in familiis Christianis vocationes missionales. sive ad sacerdotium sive ad munus adiutoris aut adiutricis Missionariorum;

c) monendo christifideles qua sacris concionibus, qua publicis conferentiis, ut vocant, qua privatis colloquiis et adhortationibus, qua scriptis ln vulgus editis, aliisque opportunis mediis, de magno opere evangelicae praedicationis inter infideles, et de variis modis, quibus catholicarum missionum necessitatibus succurri possit;

f) offerendo libenter adiutricem operam suam ils qui Operibus missionalibus praepositi sunt;

g) naviter operam dando ut omnibus innotescant et ubique promoveantur Opera missionalia, imprimis ea quae a Sede Apostolica tanquam sua agnita sunt ei Motu proprio *Romanorum Pontificum* [LE 414], diei 3 maii 1922. prae caetcris commendata fuerunt Ea sunt, ante omnia, magnum Opus a Propagatione Fidei. Opera auxiliaria a Sancta Infantia, a Sancto Petro Apostolo pro institutione Cleri indigenae, et Collecta annua in festo Epiphaniae pro redemptione captivorum, seu pro missionibus Africanis; neque omittendo peculiares collectas pro determinatis regionibus vel missionibus aut pro singularibus indigentiis quae in missionibus forte occurrant fidelibus commendare.

h) promovendo festa, ut dicunt, missionalia, conventus seu congressus, aliaque id genus, quibus christifidebum studium erga missiones magnopere accendatur et accrescat.

II. - De Sodalibus

6 - Piae Unioni Cleri pro Missionibus adscribi possunt omnes sacerdotes cum saeculares tum regulares, necnon clerici qui sacrae theologiae studiis incumbunt

7. - Adscriptio iit sive a Consilio dioecesano, sive a Consilio regionali, sive, his deficientibus, a Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

8. - Ipsa adseriptione suscipiuntur onera Piae Unionis propria, et acquiritur ius ad indulgentias lucrandas et ad favoribus privilegiisque fruendum, quae a Sancta Sede Piae Unioni concessa sunt. Sciant tamen sodales
X33 non/ sufficere nomen dare Piae Unioni, sed naviter et fideliter exsequenda esse ea officia, quae nomen dando susceperunt, si gratiis Piae Unioni ab Ecclesia concessis vere frui desiderent

9. - Sodales ordinarii vocantur, qui praeter caetera Piae Unionis officia praestita, statutas a Consilio regionali contributiones quotannis solvunt.

10. - Sodales perpetui, qui similiter, praeter fidelem officiorum satisfactionem, semel contributionem maiorem ad hoc a Consilio statutam exsolvunt.

11. - Sodales *honoris causa* sunt Revrhi Domini Episcopi. nec non S. R. E. Cardinales, qui Piae Unioni adhaeserunt.

12. · Omnes sacerdotes qui actu in missionibus degunt vel valetudinis, senectutis aut obedientiae causa eas relinquere coacti sunt, omnibus privilegiis et gratiis Piae Unioni concessis gaudent.

13. - Pia Unio Cleri pro Missionibus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide omnino dependet.

III. - De Consiliis

14. - In unaquaque regione Piae Unioni proxime praeest Consilium regionale et in singulis dioecesibus Consilium dioecesanum.

A) - *De Consilio regionali*

15. - Consilium regionale constat Praeside et quibusdam Consiliariis, quorum alii e Directoribus dioecesanis. ahi ex Institutis missionalibus, si quae in regione adsint, assumuntur.

16. - Praeses Consilii regionalis a Sacra Congregatione de Propaganda Fide nominatur. Episcopi regionis nomen vel nomina candidatorum, ut plurimum ex regionis Ordinariis delectorum, eidem Sacrae Congregationi proponunt

17. - Consiliarii eliguntur a Praeside, collatis consiliis cum Ordinariis locorum, si de sacerdotibus saecularibus, et cum Moderatoribus Regularium, si de Religiosis agitur.

18. - Consiliarii per tres Rnnos in officio manent sed iterum eligi possunt.

19 - E Consiliariis unus officium Secretarii alius Arcarii munus obibit Munera vero ab utroque praestanda. praeterquam ab officii natura, a Praeside statuuntur.

20. - Consilii regionalis est omni studio Piam Unionem in regionem promovere, stipem statuere a sodalibus ordinariis aut perpetuis solvendam, examinare atque recognoscere rationes accepti et expensi a dioecesanis Consiliis, Consilia dioecesana in eorum propria actione adiuvare ubi opus est. congressus Piae Unionis totius regionis indicere et alia huiusmodi./

21. - Quotannis Consilium regionale semel saltem convenit, convocante Praeside.

22. - Sedes Consilii regionalis a Praeside statuitur.

B) - *De Consilio dioecesano*

23. - Piae Unioni Cleri pro Missionibus in singulis dioecesibus praeponitur Consilium dioecesanum, constans Directore seu Moderatore et Consiliariis, quorum unus Secretarii, alius Arcarii munere fungitur.

24. - Tum Director tum Consiliarii ab Ordinario loci nominantur et ad illius nutum in munere permanent

25. - Consilii dioecesani est Piam Unionem in dioecesi promovere, curare ut omnes sacerdotes illi nomen dent, et praecipue ut omnes adscript!, studio erga missiones animati, sanctum Associationis finem actuose prosequantur.

26. · Consilium dioecesanum bis in anno congreditur, et praeterea quoties Director illud convocare opportunam duxerit

27. - Moderatoris dioecesani est ineunte quoque anno, facta prius dioecesano Consilio relatione, transmittere ad regionale Consilium accepti et expensi nec non rerum actarum rationem adprobandam una cum indice novorum adseriptorum.

28. - Secretarius omnium actorum instrumenta conficiet tum conventus Consilii tum congressuum dioecesanorum, tum etiam rerum notabilium ad Piam Unionem in dioecesi se referentium.

29. - Arcarii munus est colligere contributiones a singulis membris solvendas, pecunias fideliter administrare et de iis quotannis Consilio dioecesano rationem reddere.

30. - Sedes Consilii dioecesani a Moderatore seu Directore, de consensu Ordinarii, figitur.

IV. - De Congressibus

31. - Congressus regionalis omnium adseriptorum Piae Unionis Cleri pro Missionibus, totius nationis seu regionis» semel saltem singulis quinquenniis locum habebit, vicissim in locis regionis praecipuis, ad arbitrium Praesidis.

32. - Si forte ob rationes peculiares extra ordinem censeatur convocandus congressus. Praeses, adprobante Consilio regionali, Directores dioecesanos convocabit» eorumque deliberationi rem proponet

33. - In congressibus ordinariis Secretarius Consilii regionalis de iis referet quae ab ultimo Congressu memoratu digna acciderint./

34. - Arcarius vero rationem reddet de statu oeconomico Piae Unionis in regione.

35. - Congressus regionalis deliberabit de Piae Unionis statu, de mediis idoneis quibus adseriptorum amor et studium erga missiones sustineatur et augeatur, de rebus et de quaestionibus Consilio regionali propositis et ab ipso tractandis admissis; de postulationibus a Moderatoribus Operum missionalium oblatis et de ceteris huiusmodi. Absque explicito Consilii regionalis consensu non licebit disserere in conventibus de rebus ordine praestituto non comprehensis.

36. - Congressus dioecesanus semel saltem singulis bienniis celebrabitur; extra ordinem a Directore, audito Consilio et adprobante Ordinario, ob iustas causas convocari poterit

37. - Congressus dioecesanus similibus regitur praescriptionibus ac Congressus regionalis.

699

1926 APR 4.-SC PF., FAOULT. AAS 18 (1926) 235-236

FAVORES SPIRITUALES PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS

I. - Indulgentia plenaria, suetis sub conditionibus lucranda, in festis: l.° Epiphaniae, 2.° SS. Apostolorum, 3. S. Michaelis Archangeli, 4.° S. Francise! Xaverii, 5.° semel in mense, die ad proprium cuiusque arbitrium eligenda, 6.® in articulo mortis, servatis servandis.

П. - Indulgentia centum dierum pro quolibet pietatis opere in favorem Missionum expleto.

III. - Facultas (dummodo adseriptus ad sacramentales confessiones audiendas sit approbatus):

l.° benedicendi extra Urbem, unico Crucis signo, coronas, rosaria, cruces, crucifixos, numismata et parvas statuas cum applicatione Indulgentiarum Apostolicarum (Cfr. Acta Ap. *Sedis,* 1922. p. 143) [LE 388]; 2.® benedicendi, unico Crucis signo, coronas iuxta typum rosariorum B. M. V. confectas» cum applicatione indulgentiarum, quae a PP. Crucigeris nomen habent; 3.® benedicendi ac imponendi, servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis, scapularia Passionis D. N. lesu Christi. Immaculatae Conceptionis B. M. V.. SS. Trinitatis, B. M. V. Perdolentis, B. M. V. a Monte Carmelo» ab Apostolica Sede approbata. (Cfr. Infra n. VII); 4.° benedicendi, unico signo Crucis, crucifixos cum applicatione indulgentiarum pii exercitii a *Via Crucis* nuncupati in favorem fidelium, qui quominus sacras visitent ‹ Stationes · legitime impediuntur; 5.° benedicendi, unico signo Crucis, crucifixos, iisdemque applicandi plenariam indul-

sentiam in articulo mortis ab iis acquirendam, qui praescriptis expletis conditionibus, illos/ osculati fuerint aut saltem aliquo modo tetigerint (Cfr. Actu *Ap. Sedis,* 1914, p. 348).

IV. - Indultum personale Altaris privilegiati, quater in qualibet hebdomada, dummodo simile indultum pro alia die non obtentum fuerit (Haec omnia per S. Poenitent 15 nov. 1918. Cfr. Actu Ap. *Sedis,* 1919, p. 20).

V. - Facultas (dummodo, ut supra, ad sacramentales confessiones audiendas adseriptus sit adprobatus) benedicendi coronas Septem Dolorum B. M. V. cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum, quas Summi Pontifices eiusmodi coronis impertiti sunt

VI. - Facultas, ut supra, benedicendi ac imponendi, sub unica formula, scapularia, quae ut Sodales Piae Unionis imponendi facultate gaudent (Ex Audientia SSiTii Emo Praefecto S. Congr. de Prop. Fide concessa die 20 martii 1919. Cfr. *Acta Ap. Sedis,* 1919, p. 179).

VII. - Facultas imponendi scapularia de quibus supra. absque inscriptionis onere in album Confraternitatis (Ex Audientia SSfbi Emo Praefecto S. C. de Prop. Fide concessa die 4 martii 1920).

Vm. - Facultas pro omnibus adscripts anticipandi a meridie recitationem Matutini cum Laudibus subsequentis diei, dummodo tamen officium diei iam persolverint (Ex audientia Ssmi Emo Praefecto S. C, de Prop. Fide concessa die 1 decembris 1921. Cfr. *Acta* Ap. *Sedis,* 1921. p. 565).

Tale sentlmento. Padre Santo. è condiviso anche dai vari Consigli Nazionali dellOpera e da numerose ed insigni personality del clero e dei laicato cattolico.

Perciô il Consiglio Superiore Generale fa umile istanza a Vostra Santità, perché si degni prescriverc talc *Giomata Missionaria.* Questa giornata missionaria non dovrà in alcun modo pregiudicare le feste missionarie giâ solite a celebrarsi, né impedire le collette prescribe.

In concreto il Consiglio Superiore Generale umilmente supplica :

1) che venga fissata una Domenica, segnatamente h penultima di Ottobre, come Giomara *di preghicre e* â *propaganda missionaria* in tutto il mondo cattolico;

2) che in delta Domenica in tutte le Messe si aggiunga corne Collette imperata pro rc *gravi* l'orazione Pro *Propagatione Fidei;*

3) che la prcdicazione in taie Domenica sia di carattere mlssionario con particolare riflesso allOpera della Propagazione della Fede. eccitendo i fedeli ad iscriversi airôpera medesima : non intendendos! peraltro limitare necessariamente la predicazione aile sole Mission!;

4) che si concéda ITndulgenza Plenaria, applicable ai Defunti, a quanti in taie Domenica si comunicheranno e pregheranno per la conversione degli infedeli;

5) Il Consiglio Superiore Generale inoltre umilmeote domanda che in occasione di Feste e Congressi Missionari si possa celebrare la Messa votiva solenne Pro *Propagatione Fidei,* anche nei giorni di rito dopplo maggiore e nelle Domeniche minori.

Che, ecc.

ROMANA

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI his votis et precibus sibi porrectis clementer indulgens, eadem postulate probare et exaudire dignatus est; simulque prudenti iudicio Ordinariorum per praesens rescriptum huius Sacrae Congregationis Rituum exsequenda mandavit: servatis tamen Rubricis aliisque de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die xiv Aprilis mdccccxxvi.—A. Card. Vico, Ep. Portuensis et S. Rufinae, *Praef.* Angelus Mariani, S. R. C. *Secr.*

Adn. PrM 15 (1927) 34-36.

1926 APR 14.-SC RIT., RESCR. AAS 19 (1927) 23-24

Rescriptum de paenultima octohris dominica precibus **ET ACTIONI PRO MISSIONIBUS PECULIARITER ADDICENDA**

Beatissimo Padre,

Il Consiglio Superiore Generale della Pontificia Opera della Propagazione della Fede, riunito per l'annuale Assembles plenaria, dopo che a Dio, ha rivolto mente e cuore a Vostra Santità. che con apostolica sollecitudine promuove le Missioni cattoliche. Voi, Padre Santo. camminando suile orme del Pastore Divino, volete che lutte le pecorelle entrino nelTunico ovile per saziarsi negli ubertosi pascoli della verità. Le Vostre cure danno ogni giomo maggior impulso alie Opere missionarle che mirano ad interessare tutti i fedeli per la conversione degli infedeli.

La venerata Lettera Enciclica < Rerum Ecclesiae > [d. 28 Feb, 1926: LE 693], che avete indirizzato ultimamente al mondo cattolico, ha recato a tutti i figli Vostri, Beatissimo Padre, grande giubilo ed ha ridestato propositi efficaci. Essa contribuirà largamente alla dilatez]one del regno di Dio e procurera nuovi successi per aprire la via a più segnalati irlonfi della Chiesa e della civiltà cristiana.

E poichè la Santità Vostra, mentre inculca innanzi tutto la preghlera privata e pubblica in favore delle sante Missioni e raccomanda che, per lo zelo dei pastori < il popolo cristiano venga in soccorso con una liberallia pari alie moltcplici nécessité delle Missioni present! e di quelle che si aggiungeranno in futuro », ricorda anche questa Pontificia Opera della Propagazione della Fede che chiama « principale tra tutte le Opere missionarie », cosl il Consiglio Superiore Generale della medesima Opera è particolarmente sensibile per le sollccitudini manifestate verso di essa e si propone di darie uno sviluppo sempre più rispondente aile sue finalité ed ai Vostri Augusti desideri.

Ora 11 Consiglio Superiore ritiene che non piccolo vantaggio deriverebbe alie Missioni, se venisse stabilita « una giomata di preghiere e di propaganda per le Missioni » da celebrarsi ln uno stesso giomo in tutte le dlocesi, le parrocchie e gli Istituti dei mondo cattolico. Essa farebbe comprendere la grandiosità del problema mlssionario; ecciterebbe lo zelo dei clero e dei popolo; darcbbe occasione proplzia a far sempre meglio conoscere l'Opera della Propagazione della Fede, a promuoveme le iscrizionl e a sollecitare l'obolo per le Missioni; ma sopratutto, a guisa di santa crociata, farebbe dolce violenza sui Cuore Sacratissimo di Gesù per ottenere che si affretti il riconoscimento universale della
24 sua divina regalité./

1926 APR 16.-SC OFFICII, RESP. PART.·

SOLUTIO MATRIMONII VALIDE CONTRACTI INTER PARTEM MOS BAPTIZATAM ET PARTEM HERETICE BAPnZATAM

Casus. - B. P. Ordinarius N. ad pedes S. V. provolutus exponit: Die ... 1919 M. acatholicus non baptizatus matrimonium iniit cum N. acatholica baptizate in secte haeretica, coram magistratu civili proindeque absque ulla dispensatione obtente. Die ... 1922 M. divortium civile a N. obtinuit. Nunc desiderat M. Catholicam fidem amplecti et matrimonium inire cum puella catholica. Quapropter supplicat S. V. ut dispensatio concedatur super vinculo naturali matrimonii.

Responsum S. Omcu d. 16 apr. 1926: *[Unie et* Rnc *Dne, De* casu matrimoniali M. N. haec suprema Congregatio Sancti Officii, omnibus mature perpensis decrevit: Attentis expositis nihil obstare quominus M. iam ad Fidem Catholicam conversus et rite baptizato admittatur ad matrimonium cum muliere catholica, ut in precibus, contrahendum: facto verbo cum Sanctissimo. Et SSrnus D. N. Pius divina providentia Papa XL de omnibus audite relatione, resolutionem adprobavit

• AKKR 107 (1927) 183. Adn. N. HILLING In AKKR 107 (1927) 181-183.

1926 APR 23.-SC RIT., DECR. .AAS 18 (1926) 291

Dubia circa imaginem vel statuam ssmi cordis iesu dî **ALTARI SSMI SACRAMENTI COLLOCATAM**

Sacrae Rituum Congregationi pro solutione opportuna exposita sunt sequentia dubia, nimirum:

I. An statua, repraesentans Dominum Nostrum lesum Christum detecto Corde, collocari possit in altari ubi permanentor custoditur Sanctissima Eucharistia, non Umen supra tabernaculum, sed retro, apud parietem?

Et quatenus negative ad I:

II. An supradicta statua, repraesentans Dominum Nostrum lesum Christum, detecto Corde, perpetuo exponi valeat in aedicula facta in pariete apud quem exstat altare, in quo permanenter custoditur Sanctissima Eucharistia?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis quaestionibus respondendum censuit: *Affirmative ad utrumque,* iuxta prudens Ordinarii Judicium.

Atque ita rescripsit ac declaravit; servatis servandis. Die 23 Aprilis 1926.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. *Praef.* Angelus Mariani, *Secr.*

A4λ. **P. B. In EL 40 (1926) 195; I. PAUWELS In PrM 15 (1926) 129.**

703

1926 APR 28.-SC KIT., DECR. AAS 18 (1926) 319-320

Dubia cikca generis humani consecrationem
SACRATISSIMO CORDI IESU

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proponuntur:

Pius Papa X s. m. per Decretum generale Sacrae Congregationis Indulgentiarum, diei 22 augusti 1906 [ASS 39 (1906) 569-570], mandavit, ut singulis annis, die festo Sacratissimi Cordis lesu. in omnibus parochialibus templis, nec non in illis in quibus idem festum agitur, coram Sanctissimo Sacramento publicae adorationi exposito, formula Consecrationis generis humani Sacratissimo Cordi lesu recitaretur, additis Litaniis in honorem eiusdem Sacratissimi Cordis.

Sanctissimus autem Dominus noster Pius Papa XI per Litteras Encyclicas *Quas primas,* diei 11 decembris 1925 (LE 680], praecepit, ut postremo mensis octobris dominico die, in festo scilicet Domini nostri lesu Christi Regis, generis humani Consecratio Sacratissimo Cordi lesu quotannis renovetur, quam Pius Papa X s. m. singulis annis iterari iusserat, adhibita tamen Consecrationis formula, quam Sacra Rituum Congregatio per Epi-
is stolam/ diei 17 octobris 1925 [AAS 17 (1925) 541-546] ad Ordinarios transmisit, ut die 31 decembris eiusdem anni recitaretur.

Hinc quaeritur:

I. An etiam in festo Sacratissimi Cordis lesu peragenda sit consecratio generis humani, et in casu affirmativo quaenam formula adhibenda sit?

II. An in festo Domini nostri lesu Christi Regis, praeter Consecrationis formulam, recitandae sint Litaniae de Sacro Corde lesu?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, propositis dubiis respondendum censuit:

Ad I. Quoad primam partem: *Ad libitum;* quoad secundam partem: adhibenda est formula per Epistolam diei 17 octobris 1925 ab hac Sacra Congregatione ad Ordinarios transmissa.

Ad II. *Affirmative.*

Atque, approbante Ssmo Domino Nostro Pio Papa XI, ita rescripsit atque declaravit. Die 28 aprilis 1926.—A Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. *Praef.* Angelus Mariani, *Secr.*

Adi. **P. B. in EL 40 (1926) 226; PrM 15 (1926) 164-165.**

704

1926 APR 30.-SC SACK RESP. AAS 18 (1926) 388-391

ROMANA et ALIARUM

Celebrationis missae domui praesente cadavere

In plenariis comitiis Emorum Patrum H. S. C. habitis die 18 decembris 1925 et die 30 aprilis 1926, postulantibus nonnullis locorum Ordinariis, nempe Valentin.. Compostellan., Pampilonen. aliisque. propositum fuit dubium: · Utrum Ordinarius, vi canonis 822 § 4. per-
‹ mittere possit, absque indulto Apostolico, celebratio-
« nem unius vel plurium Missarum domi, praesente
« cadavere, quando haec celebratio postulatur a paren-
‹ tibus defuncti ».

Re mature perpensa et dubio reformato, quaestiones et responsiones ab Emis Patribus propositae editaeve fuerunt uti sequitur:

I. « Utrum Ordinarius vi canonis 822 $ 4 permittere « possit Missae celebrationem domi praesente cadavere « in loco vulgo *camera ardente ».*

R. « *Negative,* nisi agatur de casu aliquo extraordinario, exstante iusta et rationabili causa: et hoc etiam ln casu, dummodo cadaveris expositio fiat servato debito decore, ac in eodem loco nihil adsit quod sit alienum a sanctitate divini Sacrificii ».

II. · Quando censendus sit haberi casus extraordina-
« rius, vi cuius, concurrente iusta et rationabili causa,
‹ permitti possit ab Ordinario Missae celebratio, et
« utrum unius tantum aut plurium Missarum celebra-
« tio permitti possit? »

R. « Casum extraordinarium haberi, unaque simul iustam et rationabilem causam, occasione obitus Episcopi residentialis, seu loci Ordinarii, aut personae e principe familia, aut aliter insignis ob merita et benefacta in Ecclesiam vel in rempublicam, vel ob munificentissimas elargitiones in pauperes et egenos; itemque personae huiusmodl privilegio Apostolico iam ornatae; dummodo semper debitae exsequiae expleantur in ecclesia.

‹ Tunc Ordinarius permittere poterit unius aut alterius Missae, sed non plus quam trium Missarum celebrationem: abrogato indulto Sacrae Rituum Congregationis diei 29 aprilis 1894 [AAS 18 (1926) 22-23; DAR n. 3822] et contrariis quibuscumque minime obstantibus; *facto verbo cum SSino s.f* 389

In audientia diei 3 maii 1926 SsÆus Dnus Noster Pius Papa XI, audita relatione facta ab infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis, decisionem Emorum Patrum in omnibus ratam habuit et confirmavit—M. Card. Lega, *Praef.* Aloysius Capotosti, Ep. Thermen., *Secr.*

Adnotatxonzs

Juvat publici Juris facere aliqua, quae RR. PP. Consultores animadvertenda duxerunt circa propositam quaestionem.

1. Can. 822 § 4 Codicis iuris canonici ita se habet: ° Loci Ordinarius licentiam celebrandi extra ecclesiam et oratorium super petram sacram ct decenti loco, numquam autem in cubiculo, concedere potest iusta tantum ac rationabili de causa, in aliquo extraordinario casu ct per modum actus

Notandum autem est in primis circa hunc canonem propositum Iam fuisse Commissioni interpretationis Codicis dubium: " Utrum facultas celebrandi Missam in do-
" mo privata sit ab Ordinario, ad normam can. 822 J 4
" interpretanda restrictive", eamdemque Commissionem die 16 oct. 1919 respondisse *Affirmative.* [LE 210].

Et iure ita responsum est. Si quis enim consideret antiquam Ecclesiae praxim. videbit profecto eam non favere huic celebrationi extra ecclesiam. Cunctis prefect® noti sunt canones, qui in Decreto tribuuntur sive Clementi Papae, sive Felici IV. omnes quidem apocryphi. sed referentes antiquam consuetudinem, quae tandem resolvitur in praxim a Codice conservatam m citato canone 822. Missam scilicet celebrandam esse in ecclesia aut in oratorio.

Ab hac autem obligatione, secundum antiquam praxim. una excusabat *magna (c.* 1. D. I. de *consecr.)* aut *summa necessitas* (c. 11. D. I. cit) quibus verbis postea usus est etiam Benedictus XIV in Const. Inter *omnigenas.* 2 febr. 1744 ξ 22 fin. *(Fontes iur, can.,* I. 809>. Neque aliud procul dubio dicendum erat usque ad Codicem, sl attendamus interpretationem auctoriladve suis Missionarils datam a S. C. de Prop. Fide, quae (Colcctanea n. 411) edixit: celebrare extra locum sacrum "non licere ex devotione. licere tamen ex necessitate

Num aliquid ex Codice immutatum sit? Nonnulli putant. et ex eo moveri videntur, quod Codex requirit causam iustarn et rationabilem. ex quo deducunt eam non debere esse gravem.

Verum, sl quis attendat non solum causam concessionis debere esse iustam ac rationabilem, sed simul, seu cumulative, concessionem fieri/ debere per modum actus. 390
et quidem in casu aliquo extraordinario, inferri rationabiliter potest nihil esse immutatum. Nam gravitas causae, seu necessitas, morali modo assumenda est et aestimanda: quum vero canon 822 § 4 exquirat, una simul, causam fleri ab Ordinario tantum per modum actus et in casu concessionis iustam et rationabilem, concessionem autem

aliquo extraordinario, sane tunc versamur in casu *moralis necessitatis*. Itaque non habetur inducta mutatio in veteri iure et in iurisprudentia; quae conclusio sequitur etiam ad normam c. 6 n. 4.

Ex his facile deduci potest casum de quo agitur (vulgo camera ardente) non esse, relate ad celebrationem Missae, neque casum necessitatis, neque casum extraordinarium.

2. Quoad funus Episcopi residcntialis defuncti, *Cacrcmoniale* Episcoporum (Lib. II cap. XXXVIII) statuit quidem corpus Episcopi exponi debere in aula maion Palatii ep^cspalis, ln qua clerus saecularis per ordinem, vel Religiosi quatuor Ordinum mendicantium, vel alii per singula collegia incipient vigilias. hoc est Vesperas ct Matutinum cum Invitatorio et Iribus Nocturnis ac Laudibus defunctorum: sed nullatenus conceditur facultas inibi celebrandi Missas; immo manifeste excluditur, quia Cacremoniale Episcoporum statuit corpus Episcopi, expleris Laudibus, deduci debere ad ecclesiam pro funere et Missae celebratione.

Verum quidem est Sacram Rituum Congregationem edidisse decretum, relatum m *Collectione authentica* decretorum eiusdem Congregationis (vol. III. η 3822), circa facultatem celebrandi Missas domi in expositione corporis Episcopi dioecesani defuncti, vel Abbatis nullius, vel Vicarii Apostolici vel Episcopi titularis, uti videre est in ipso decreto, quod hic ex integro referre praestat, nimirum:

M Qui pro Domini grege vitam impenderunt aequum est. ut Ecclesiae suffragiis singulari modo post mortem iuventur. Sacris ideo Ritibus praeposita Congregatio, re mature perpensa, decernendum esse statuit:

" Ut dum corpus Episcopi Dioecesani defuncti, sacris indutum vestibus, in propriae Aedis aula maiori publice et solemniter iacet expositum. Missae in suffragium animae eius per totum mane celebrari valeant; ns omnidus servatis, quae de Episcopi defuncti corpore exponendo ac suffragiis ferendis xn *Cacrcmoniali Episcoporum* libro II. Cap. XXXVIII praescribuntur. Quod privilegium Episcopis in sua Dioecesi concessum ad Vicarios Apostolicos in suis Vicariatibus. nec non ad Abbates ceterosque Praelatos *Nullius Dioeccwos,* iurisdictione in plebem ordinaria quum vita cesserunt fruentes, in proprio tamen territorio, pan inteHigatur ratione extensum. De speciali tandem gratia Sacra Rituum Congregatio mdulget. ut eodem quoque privüegio frui valeant Episcopi Titulares defuncti: dum/modo eorum cadavera in aula convenienti exponantur et ornamentis pontificalibus (absque tamen baculo pastorali), ri extra Urbem, fuerint induta; si vero in Urbe, habitu tantum praelatitio ". 391

* Contrariis non obstantibus quibuscumque ".

" Die 3 Aprilis 1894

" Facta autem Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII de his omtubus relatione per Eminentissimum et Rffium Dominum Cardinalem Sacrae eidem Congregationi Praefectum. Sanctitas Sua sententiam ipsius Sacrae Congregationis in omnibus ratam habuit et confirmavit. Die 29 iisdem mense ct anno M.

AL inspecta responsione Commissionis pro interpretatione Codicis I. C. quoad can. 822 f 4. quam supra retulimus. expediens foret huiusmodi facultatem limitari, eo magis quod ex hoc nihil animabus Episcoporum suffragii demitur, quia Missae celebrantur in ecclesia pleniore decore et cultu coram frcquentioribus fidelibus.

3. Aliud argumentum ad denegandam hanc potestatem Ordmano ex eo desumitur, quod facultas haec non videtur bene componi cum facultate, de qua in can. 1194. Scilicet in hoc canone dicitur: " in aliis oratoriis domesticis * (aliis videlicet a privatis coemeteriorum aediculis, de quibus Immediate ante locutus fuerat canon) ** nonnisi unius Missae, per modum actus, in casu aliquo extraordinario, iusta et rationabili de causa (Ordinarius loci celebrationem permittere potest) M. Et certe, nonne defectus harmoniae dicendus esset in iure exsistere si in oratoriis posset una tantum ab Ordinario loci permitti Missa, dum extra oratorium, et proinde extra omnem locum sacrum, plurium etiam Missarum celebratio deberet dici permissa?

4. Tandem non deest aliud gravissimum argumentum. Omnes advertunt serpere inter fideles proclivitatem quandam seu propensum studium ad extrahendas, quantum fleri potest, a locis sacris sanctissimas caeremonias Ecclesiae. Quis nescit, multis ln locis consuetudinem quamdam, per nefas Inductam, continuare velle fideles etiam post promulgationem Codicis iuris canonici, ut scilicet liceat et infantes in ipsa domo sua baptismo ablui, ct matrimonia in cubiculo domus contrahere, et alia huiusmodi extra ecclesiam peragere? Est conatus quidem ad laiclzandas —sit venia verbo— caeremonias ecclesiasticas. Quas non possunt omnino destruere impll homines, iis accidentalem saltem sanctitatem detrahere conantur: et fideles lupine acquiescunt Codex huic infirmitati plurimum resistere conatus est <cfr. cann. 773. 1109 H 1. 2), sperandum est. cum fructu. Hinc casus Isri non sunt multiplicandi. pro viribus restringendi—Aloysius Capotosti, Ep. Thermen.. *Secr.*

Adn A CAPOTOSTI In AAS 18 (1926) 389-391; J. PAUWELS in NrT 54 (1927) 63-64; CM 16 (1927) 132-133; EL 40 (1926) 325; IP 6 (1926) 136-137; ME 33 (1926) 297-300; PrM 15 (1926) 160-161.

1926 MAI 14.-SC KIT., RESP. AAS 18 (1926) 3Λ-121

NAGPOREN.

Dubia circa calendarium proprium
RELIGIOSARUM CONGREGATIONUM

Rmus Dnus Episcopus Nagporensis sacrorum riluus Congregationi reverenter exposuit sequentia, niminn:

In decreto S. R. C. diei 28 februarii 1914 [AAS 6 (1914) 118-119] ad II. circa Festa localia quae a Religiosis recoli debent, legitur: « Congregationes scu Instituta utriusque sexus a S. Sede approbata ct sub regimire unius praesidis generalis constituta, si ad recitatiocea Officii divini teneantur, proprium pariter habeant Calendarium ».

Quaeritur:

I. An per Congregationes seu Instituta supradicta intelligantur etiam Congregationes clericorum qui divini officii recitatione non obligantur nisi ob receptos ordines sacros seu maiores?/ 321

II. An qui pertinent ad praefatas Congregationes seu Instituta, Orationi A cunctis addere valeant nomen Patroni praecipui propriae Religionis, in ecclesa ubi Missam celebrant, post recitatum nomen Sancti titularis eiusdem ecclesiae?

III. An sacerdotes dictae Congregationis seu Instituti habentis Calendarium proprium, et qui, ubi rectores et cappellani regulariter addicti sunt sacro ministerio alicuius ecclesiae seu sacelli, teneantur recolere cum *octava* Sanctum titularem et dedicationem ecclesiae cathedralis nec non Patronum principalem loci seu dioecesis?

Et sacra eadem Congregatio exquisito atque audito specialis Commissionis suffragio, re sedulo perpensa, rescribendum censuit

Ad I. *Affirmative* in omnibus.

Ad II. *Negative* sine speciali Induito Apostolico.

Ad III. *Negative;* seu sine octava, iuxta Rubricas.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 14 maii 1926.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. *Praef.* Angelus Mariani. *Secr.*

Adn. P. B. in EL 40 (1926) 228; E. JOMBART In NrT 53 (1926) 622-623; I. PAUWELS in PrM 15 (1926) 166-167; P. 5CHWEIGEP in CpR 7 (1925) 432-434.

1926 MAI 21.-SC RITUUM, RESP. PART.·

CURIEN.

Dubium circa horam inchoandi missam in nocte
NATIVITATIS DOMINI

In quodam libello « Ordo divini Officii persolvendi », habentur sequentia: < Missa conventualis sequenti nocte inchoari nequit ante horam astronomicam 12 etc. ». Cum vero constet quod in tota Helvetia et Germania. necnon in aliis regionibus, ubi media nocte Nativitatis Domini celebratur Missa solemnis, ipsa inchoari solet hora 12 iuxta tempus medioeuropaeum, quaeritur in quo decreto Sacrae Rituum Congregationis fundetur Nota in praedicto Ordine citata.

Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, quaestioni propositae respondendum censuit: Standum est canoni 33 Codicis Iuris Canonici.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit —Die 21 maii ₮92

Collectio decretorum ad sacram Litvrgiam spectantium η. 1.

1926 MAI 23.-PIUS XL MP. AAS 18 (1926) 297-298

Novum conditum pontificium missionalium institutum
EX UNIONE PONT. SEMINARII SS. APP. PETRI ET PAULI DE I'EBΣ ET CONLEG II PRO MISSIONIBUS EXTERIS MEDIOLANEN.

PIUS PP. XI

Cum Missionalium opera singulari Dei gratia, maius in dies accipiant incrementum, decet omnino ut congruae cvangelii praeconum institutioni consulamus, qui omni studio omnique industria, ad animarum salutem promovendam, prout res postulat, incumbant. Nos igitur cum de Missionaria re summopere solliciti simus, animum saepe Nostrum omnemque curam ad huiusmodi, quae in mysticis Ecclesiae Dei hortis florent instituta, contulisse nemo profecto ignorat. Quorum institutorum cum duo exsistant aeque Nobis carissima, Idest Pontificium Seminarium SS. AA. Petri et Pauli in hac alma Urbe et Conlegium sacris expeditionibus provehendis Mediolani erecta, ut sunt sive regulis quibus moderantur. sive proposito consiliove ad quod spectant inter se simillima, ita existimamus magnopere quidem eisdem profuturum si ex utroque unum exsurgat, idemque praestans, Missionalium Institutum. Quam quidem rem cum sedulo Nobiscum perpendissemus - perspecta insuper peritorum virorum sententia - ex certa scientia, et ex plenitudine potestatis, quae sequuntur motu proprio decrevimus atque decernimus.

L Quae supra memoravimus Missionalium Seminaria scu Conlegia unum posthac efforment Institutum quod divis Petro et Paulo Apostolis, divisque Ambrosio et Carolo dicabitur.

II. Hoc novum Institutum, illis constitutionibus moderandum erit quas Sacrum Consilium Christiano Nora mini propagando Mediolanensi Mis/sionalium Sodalitati, uti proprias, dederat, quibusque et ipsum SS. AA. Petri et Pauli Seminarium, etsi seiunctum, obtemperare debuisset Hisce tamen constitutionibus immutationes quaedam inducendae sunt sive ob novum Instituti nomen, sive ob ea quae huiusmodi Motu Proprio decrevimus.

III. Supremus novi Instituti moderator esto Revmus P. Paulus Manna, in praesens Mediolanensis Missionalium Societatis Rector, usque dum munus, ad quod a FodaUbus suis nuper est electus, expleverit.

IV. Item, per hoc temporis spatium, Adsistentes, Procurator Generalis, rei oeconomicae Praepositus eiusdem Mediolanensis Societatis munus quisque suum obibunt in novo, quod condimus. Instituto moderando. In adsirtentium virorum numerum, donec vixerit et supra numerum tamen, Revmus P. Dominicus Callerio, olim Seminarii SS. AA. Petri et Pauli Rector cooptandus est; quem quidem - ut peculiare Nostrae benevolentiae testimonium eidem praebeamus - honore dignitateque Protnnotarii Apostolici *ad instar* augemus.

V. Utriusque Instituti sodales eo ipso in novam Misrioaalium Societatem - quam huiusmodi Motu Proprio erigimus - adsciscantur. iisdemque iuribus ac privilegiis fruantur atque iisdem officiis subiiciantur.

VI. Sacro Consilio Fidei Propagandae Praeposito <cui Pontificium novum Institutum subest) curae erit hanc Nostram deliberationem exsecutioni demandare, atque omnia, quae res ad id postulare videatur, providere. Faxit ergo Deus ut novum hoc Institutum cum numero, tum virtute sociorum, in dies succrescat; ex coque Misionalium opera illud accipiant incrementum quod magnopere exoptamus. Caelestium interea munerum auspex Apostolica sit benedictio quam novensilis Instituti Moderatoribus atque sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum. Sacro Pentecortes die anno mdccccxxvi. Pontificatus nostri quinto
PIUS PP. XI.

1926 IUN 17.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART

Facultas datur statuendi consilium ordinarium e extraordinarium pro administranda re temporali
COLLEGII S. ANSELMI DE URBE

Preces. - *Beatissime Pater,* Fidelis de Stotzingen. Abbas Primas Ordinis S. Benedicti, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime exponit ea quae sequuntur.

Per rescriptum S. Congregationis de Religiosis de die 18 Augusti 1914 (N 4679/14) statutum est ad quinquennium:

/Xbbatem Primatem in administrandis bonis temporalibus Collegii S. Anselmi uti debere duplici consilio. nempe:

consilio ordinario, quod componatur ex Rectore. Vicerectore. Cellerario et primo Secretario Primatis, et ex altero

consilio extraordinario, quod componatur cx duobus Abbatibus Praesidibus Congregationis Casinensis et Congregationis Sublacensis.

Suprascriptum rescriptum renovatum die 4 Decembris 1919 usque ad congressum Abbatum Praesidum anno 1920 habendum, et deinde eadem S. Congregatio de Religiosis, obsecundans votis Abbatum Praesidum. prorogare dignata est supradictum rescriptum ad aliud quinquennium facta tamen ea mutatione ut consilium extraordinarium componatur Rmo Abbate Ordinario S. Pauli de Urbe ac Rmo Abbate Praeside Congregationis Sublacensis, facta insuper facultate utrisque consiliariis deputare alium, qui vices suas gerat, quodsi absentes sint aut alias impediantur.

Anno elapso Abbates Confoederationis O. S. B. Romae congregati ac de rebus Collegii S. Anselmi deliberantes in sessione die 4 Octobris habita unanimi consensu censuerunt:

Adeundam esse Sanctam Sedem ad obtinendum:

1. Ut S. Sedes modo definitivo et in perpetuum statuat, quod in memoratis rescriptis ad tempus statutum fuerat, nempe ut Abbas Primas in administrandis bonis temporalibus Collegii S. Anselmi utatur consilio ordinario et extraordinario juxta tenorem prioris rescripti.

2. Ut S. Sedes statuat, ut consilium extraordinarium componatur a duobus Abbatibus - Assistentibus a Congressu Abbatum Congregationum Confoederatarum singulis vicibus per majoritatem relativam votorum electis, facta Abbati Primati facultate, si tempore intermedio unus vel uterque Abbatum Assistentium e munere cessit, subrogandi alium eius loco.

Quae cum ita sint suprascriptus Orator nomine congressus omnium Abbatum Congregationum Confoederatarum Ordinis S. Benedicti humillime petit, ut S. Sedes modo definitivo statuat:

Abbas Primas in administrandis bonis temporalibus Collegii S. Anselmi utatur duplici consilio, scilicet:

Consilio *ordinario,* quod componatur ex Rectore, Vicerectore. Cellerario et primo Secretario Primatis: et

Consilio extraordinario, quod componatur ex duobus Abbatibus Assistentibus a congressu abbatum majoritate relativa suffragiorum electis.

Quoad facultates duplicis hujus consilii valeant ea. quae jam pridem statuta erant, nempe:

Consilii Ordinarii est:

a) libros computi bis in anno recognoscere;

b) consilium praestare, quoties agitur de expensis extraordinariis ultra 500 libellas aureas et consensum praebere, quoties summa harum expensarum 1.500 libellas aureas excedit;

c) item consensum praestare quoties agitur de collocanda pecunia ultra 5.000 libellarum aurearum vel de tali investimento commutando.

Consilii Extraordinarii est:

a) quovis anno semel administrationem rerum temporalium recognoscere et libros rationum, apposito nomine, approbare;

b) consensum praestare, quoties agitur de expensis extraordinariis ultra 10.000 libellarum aurearum vel

c) de debitis contrahendis, si sumina debitorum contrahendorum summam 10.000 libellarum aurearum superabit. Et Deus..

Rescr. - Vigore facultatum a SSfno Domino Nostro concessarum, S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne annuit pro gra!;a. juxta preces, ad duodennium, servatis servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 17 Junii 1926.—C. Card. Laurenti. *Praef.* Vinccntius La Puma. *Secr.*

• Pro» N. 2712/25: A0S8 28-34 (1920-26) 112-113.

709

1926 IUN 19.-SC S. OFF. INSTR. AAS 18 (1926) 282-283

Ad omnes locorui: ordinarios cum apostolica sede pacem ET CO.IMUXIONEM HABENTES : DE CREMATIONE CADAVERUM

INSTRUCTIO

Cadaverum cremationis praxi nonnullis in regionibus, posthabitis iteratis Sedis Apostolicae in contrarium declarationibus atque ordinationibus, in dies, ut relatum est, invalescente, ne tam gravis abusus, ubi iam obtinuit. confirmetur aliove extendatur. Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii muneris sui esse ducit locorum per orbem Ordinariorum hac super re attentionem denuo instantiusque, probante SSfno Domino Nostro, excitare.

Et primo quidem, cum non pauci, etiam inter catholicos, barbarum hunc morem, nedum Christianae sed et naturalis erga defunctorum corpora pietatis sensui constantique Ecclesiae, inde a primis eius initiis, disciplinae plane repugnantem, veluti unum e potioribus nodiemi, ut aiunt, civilis progressus scientiaeque valetudinis tuendae meritis celebrare non dubitent; haec eadem Sacra Congregatio Christiani gregis Pastores quam vehementissime hortatur ut concreditas sibi oves omnimodis edocendas curent hoc reapse consilio a Christiani nominis hostibus cadaverum crematiouem laudari ac propagari ut, animis a mortis consideratione speque corporum resurrectionis paulatim aversis, materialismo sternatur via. Quamvis igitur cadaverum crematio, quippe non absolute mala, in extraordinariis rerum adiunctis. ex certa gravique boni publici ratione, permitti queat et revera permittatur; communiter tamen ac veluti ex regula ordinaria eidem operam vel favorem Îiraestare, impium et scandalosum ideoque graviter il- icitum esse nemo non videt; meritoque proinde a Summis Pontificibus nluries. novissime vero per recens editum Codicem iuris canonici (can. 1203 § 1) reprobatam fuisse ac reprobari

Ex quo etiam patet quod, etsi iuxta decretum diei 15 decembris 1886 (Collect. P. F.. n. 1665) Ecclesiae ritus et suffragia non inhibeantur ‹ quoties agatur de iis quorum corpora non propria ipsorum sed aliena voluntate/ crematioui subiiciuntur >; quum tamen id (ut in 283 ipso decreto expresse adnotatur) eatenus valere tenendum sit, quatenus per opportunam declarationem c crematiouem non propria defuncti sed aliena voluntate electam fuisse * scandalum efficaciter removeri queat, sicubl specialia rerum temporumque adiuncta id sperare non sinant, funerum ecclesiasticorum hoc quoque in casu prohibitionem integram manere dubitari non potest

Valde autem longe a veritate abesse, evidenter, dicendi sunt qui. ex speciosa ratione quod aliquem religionis actum defunctus, dum viveret, exercere solitus esset vel quod ultimo vitae momento pravam voluntatem forte retractare potuerit, licitum censent exsequias ecclesiasticas eidem, praesente cadavere, de more persolvere, licet hoc postea, ex propria ipsius defuncti dispositione, sit igni tradendum. Quum enim de hac coniectata retractatione nihil certo constare queat, nullam ipsius in foro externo rationem haberi posse palam est

Vix vero notatu dignum videtur, omnibus hisce in casibus in quibus non licet pro defuncto funebria ecclesiastica celebrare, ne licere quidem eius cineres sepultura ecclesiastica donare vel quomodocumque in coemeterio benedicto asservare; sed ad praescriptum canonis 1212 ln separato loco esse reponendos. Quodsi forte civilis loci auctoritas. Ecclesiae infensa, vi contrarium exigat, ne desint sacerdotes ad quos spectat, qua par est animi fortitudine, huic apertae Ecclesiae iurium violationi obsistere, emissaque congrua protestatione, ab omni abstineant interventu. Tum, data occasione, praestantiam, utilitatem ac sublimem ecclesiasticae sepulturae significationem seu privatim seu publice praedicare ne cessent, ut fideles. Ecclesiae intentionem apprime edocti, a crematiouis impietate deterreantur.

Et quoniam, denique, haec omnia ad optatum finen. nisi viribus unitis, haud facile erit deducere; mens est Sacrae Congregationis ut diversarum regionum ecclesiasticarum Sacrorum Antistites, si quando res id exigat penes proprium Metropolitam convenientes, insimul exquirant, discutiant, statuant quid ad rem magis opportunum in Domino judicaverint; et de consiliis hic super re simul initis deque eorum exequutione atque effectu Sanctam Sedem deinde informent.

Datum Romae ex Aedibus Sancti Officii die 19 iunii 1926—R. Card. Merry del Val.

Adn. P. G. In CM 16 (1927) C S. In PrM 18 (1923; 62-82; J. SALSMANS le NrT 53 (1925) 618-619; IP 6 <1925) 36.

710

1926 IUL I.-SC CONC.» CIRC. AAS 18 (1926) 312-313

Ad omnes ordinarios, de sacerdotibus valetudlnis tel RUSTICATIONIS ANIMIQUE CAUSA EXTRA SUAM DIOECESDI SE CONFERENTIBUS

Rtiïe Domine uti Frater, Sacrae huic Congregationi exploratum est, sacerdotes quosdam, aestivis potissimum et autumnalibus temporibus, cum valetudinis causa rusticationem in montibus aut iuxta mare suscipiant vel ad aquas salubritate praestantes proficiscantur, ut balneo vel potu utantur, vixdum sacro peracto, reliquum diei tempus in voluptuariis conversationibus traducere, theatra, saltatorios ludos, cinematographa, quae vocant, et cetera huiusmodi spectacula adire, quae sacerdotis dignitatem prorsus dedeceant Nonnullos etiam, talari veste deposita, profanum omnino vestitum induere. ut magis liberi ac soluti evadant

Huc accedit ut, ceteris etiam temporibus, sacerdotes non desint, qui huiusmodi libertati indulgendo, profanam sibi vestem induant quo urbes non noti invisant, et indecoris et haud honestis spectaculis intersint

Ut autem gravissimum hoc detrimentum, pro facultate, reparetur, simulque praecaveatur ne huiusmodi sacerdotum numerus infeliciter increbrescat ideoque morbus contagione pervulgetur, haec Sacra Congregatio Concilii dum postulat ut Ordinarii omnes in hanc rem mentem et animum diligentissime convertant, praescripta quae sequuntur servanda decrevit:

1. Sacerdotes qui e propria diocesi, valetudinis causa, per aliquod tempus discedere cupiant id Ordinario suo submisse petant, tempus pariter denuntiantes profectionis et reditus itemque loca, quo se conferre constituerunt

2. Curent Ordinarii ut eas causas, quibus innixi sacerdotes facultatem discedendi e dioecesibus postulaverint, accurate reputent ac decernant; postulantium mores vitaeque rationem prius diligenter perpendant et nonnisi caute eiusmodi facultatem largiantur.

3. Exigant insuper ut sui sacerdotes semper eligant ea diversoria seu hospitia quae Dei administros non dedeceant.

4. Ordinarii praeterea horum sacerdotum nomina quantocius Curiae illius dioecesis renuntient, quo Udem se conferent, itemque significent cum/ tempus eisdem concessum, tum diversorium seu domum, in qua hospitio excipientur.

5. Itidem sacerdotes, cum ad locum pervenerint, ubi commorari cupiunt, quam primum Curiae illius loci se sistant, vel. pro rerum adiunctis. Vicarium foraneum sin minus parochum adeant, qui deinceps rem Ordinario suo referre debet.

6. a) Ordinarii autem locorum, quo sacerdotes valetudinis causa se conferre solent, sacerdotibus inibi commorantibus sedulo attenteque invigilent, vel per se vel per sacerdotes, quibus hoc peculiare munus demanda-

verint; ct ad sacra facienda eos non admittant, nisi iis, quae supra diximus, praescriptis obtemperaverint.

b) Ut autem hi sacerdotes facilius in officio contineantur. opportunas poenas constituant quibus afficientur si scandalum dederint, vel si quoquo modo aliquod egerint quod sacerdoti munere indignum siL

c) Comminari etiam possunt *suspensionem ipso facto incurrendam* si publica theatra, cincmatographa. ludos saltatorios cetcraque huiusmodi profana spectacula adeant, vel si talarem vestem deponant.

d) Denique poenis, ad sacrorum canonum normam, hos ecclesiasticos reapse multent si huiusmodi praescriptis ceterisque Ecclesiae legibus non obtemperaverint

e) Propriae istorum ecclesiasticorum Curiae rem diligenter referant, et, si opus fuerint. Sacrae etiam huic Congregationi.

7. Hac in causa, etiam quoad Religiosos, Ordinarii invigilent, poenasque, si deliquerint, ad sacrorum canonum normam decernant, eosque Superioribus maioribus denuntient

Interim quo par est obsequio cuncta fausta Tibi a Domino adprecans permaneo.

Romae, ex Secretaria S. C. Concilii, 1 iulii 1926. Amplitudinis Tuae Uti Frater Donatus Card. Sbarrettl *Praef.* lulius. Episcopus tit. Lampsacensis, *Secr.*

Ada. E. JOMBART in NrT 53 (1926) 620-622: PrM 15 (1927) 153. (1I1)-(114).

711

1926 IUL 13.-SC RELIGIOSORUM, RESP. ℙART.

Ad alienanda bona monialium ordinario loci subiectarum
REQUIRITUR CONSENSUS CAPITULI MONIALIUM

8. Probatio autem dilectionis in Deum est exercitium caritatis erga proximum; ideo in vero Christi discipulo caritas in proximum maxime eluceat; omnis locutio ct ordinata, utilis ct honesta: ut caritas abundet in opere, neccsse est eam in corde prius abundare.

Cap. IV - De divino officio, oratione et inuxio

9. Fratres et Sorores, prout propriae Constitutiones ferunt, digne, attente ac devote divinum officium persolvant. Conversi vero et Conversae dicant duodecim *Pater* pro Matutino et Laudibus, pro qualibet alia him canonica quinque.

10. Quolibet autem die, nisi legitime impediantur, debent Missam audire, et procurare quod habeant ptea sacerdotem ab Ordinario loci probatum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat et eos ad poenitentiam et virtutes inducat (Reg. III Ord. cit. cap. IV).

11. Debent etiam quolibet die intra se et Deum, cogitare quid fecerint, dixerint et cogitaverint, seu conscientiae examen peragere; de propriis culpis veniam humiliter petere ac emendationis proposita Deo offerre et commendare (Reg. cit., cap. IV).

12. Curent omnes per frequentem Christi Passionis meditationem devotionis fervorem quotidie nutrire et fovere; Seraphicum Patriarcham sequantur et imitentur, ut valeant et ipsi cum S. Paulo exclamare: ‹ Christo confixus sum cruci ». « Vivo autem iam non ego: vivit in me Christus ». (Gal.. II. 1920).

13. Praeter abstinentias et ieiunia quibus omnes fideles adstringuntur, ea observent quae in propriis Constitutionibus ordinantur, praesertim vigilias solemnitatum Immaculatae Conceptionis et Seraphici P. Francisci.

Cap. V. - De modo interius exteriusque conversat.:

14. Cum Fratres et Sorores huius Fraternitatis dicantur *de Poenitentia,* mortificationis crucem quotidie ferant. sicut poenitentibus congruit.

15. Oportet insuper eos ab omni curiositate, tam b vestimentis quam in aliis quibuscumque abstinere. Et iuxta Apostolorum principis beati Petri salubre consilium. depositis ceteris vanis huius saeculi ornaments, nullum ornamentum corporale portare debent, nisi proprium religiosum habitum (Reg. cit, cap. VI). Tenentor etiam ad clausuram servandam iuxta sacros canones et proprias Constitutiones./ £

16. Debent quoque esse parci in verbis et locutionibus, quae raro sine peccato multiplicantur. Talis st Fratrum et Sororum conversatio, ut omnes verbo et exemplo aedificent ac memores sint Dominum dixisse: « Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est » (Matth.. V, 16). Pacem annuncient omnibus humili et devota salutatione utentes: et pacem non in ore tantum, sed et in corde semper secum deferant (Reg. cit., cap. VI).

Cap. VI - De cura infirmorum

17. Si quis Frater vel Soror in infirmitatem ceciderit, nemo sit qui operam suam adiutricem neget; sed Superiorum erit congruum pro infirmo servitium disponere. Ceteros, tali servitio non addictos, infirmum visitare non pigeat, et consolatoriis verbis confortare. Noo tantum infirmis sed et senibus, aut alio modo indigentibus. caritatis officia omnes laeto animo praestent sicut decet seraphici Patris filios.

18. Tenentur potissimum Superiores infirmum vel infirmam monere de infirmitatis poenitentia acceptandi, de vera conversione ad Deum facienda, mortis quoque propinquitatem proponant et iudicii divini districtionem simulque divinam misericordiam (Reg. cit, cap. VID.

19. Postquam aliquis Frater vel Soror ab hac luce migraverit. Superiores curabunt quod eius exsequiae magna cum pietate celebrentur (Reg. cit, cap. IX). Pdj anima vero cuiuscumque defuncti statuta suffragia fideliter persolvantur.

Cap. VII - De labore et modo laborandi

20. Qui Dei servitio. Spiritus Sancti adiuvante gratia, sese manciparunt, otium fugiant, et divinis laudibus, vel religiositatis aut caritatis operibus fideliter et devote incumbant (cf. Reg. II Ord., cap. VII).

21. Religiosi ideo officia sua propter Deum adimpleant. et quidquid ab eis Superiores exquisierint, prout vires ierunt, devote et fideliter, ut dictum est, perficiant Viliora etiam, si quae facienda sint, ne recusent; imo libentius quam alia peragant, Seraphici Patris vestigia sequentes.

22. Omnia in caritate fiant, et sanctus Dei amor animos religiosorum ad opera perficienda ita impellat, ut nonnisi pro eius gloria et honore operari eos contingat; et Sancti Pauli Apostoli monitum adimpleant: ive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia
3# in gloriam Dei » *(1 Cor., X.* 31)./

Cap. VIII - De obligatione servandi quae in Regula CONTINENTUR

23. Omnia et singula in praesenti Regula contenta sunt consilia ad facilius salvandas animas viatorum, et nulla sunt obligatoria ad peccatum, mortale et veniale, nisi humano vel divino iure aliquis alias esset obligatus (Reg. cit, cap. X).

24. Obligantur tamen Fratres et Sorores facere poenitentias sibi a Superioribus impositas, quando super hoc requiruntur. Obbligantur etiam ad tria vota essentialia: ad paupertatem, iuxta terminos propriorum statutorum; ad castitatem, se adstringendo ad servandum caelibatum et insuper novo titulo, id est ipsius voti, ad abstinendum a quocumque actu, tum externo, tum interno castitati opposito; ad obedientiam, assumendo obligationem obediendi mandato legitimi Superioris ad nonnam propriarum Constitutionum (cf. Reg. cit., cap.

25. Omnes tam Fratres quam Sorores ad religiosi status quem professi sunt praescriptum, vitam Instituant et componant, atque in primis, quae ad suorum votorum perfectionem pertinent, fideliter observent Ea praesertim maximi faciant, quae ad Seraphici Patris caritatem et paupertatem sectandas inducunt: filium enim maxime decet Parentis sui et imaginem et virtutes referre.

Quicumque haec observaverint, in caelo repleantur benedictione altissimi Patris caelestis, et in terra repleantur benedictione dilecti Filii sui, cum sanctissimo Spiritu Paraclito et omnibus Virtutibus caelorum et omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciscus, parvulus vester et servus, quantumcumque possum, confirmo vobis intus et foris istam sanctissimam benedictionem, quam habeatis cum omnibus Virtutibus caelorum et omnibus Sanctis nunc et in saecula saeculorum. Arnen. (Ex Seraphici Patris testamento).

Nos quidem, veterem legem Leonis PP. X prorsus abrogantes, libenter, saeculo a Francisci obitu septimo exeunte. hanc *Regulam Tertii Ordinis Regularis Seraphici Patris S Francisci* apostolica auctoritate Nostra
M7 approbamus et confirmamus; id fore/ plane confisi ut Tertiarii Regulares, iique omnes qui, etsi vota sollemnia ex instituto non habent, religiosam tamen vitam, duce Francisco, agunt, spiritu novae Legis roborati, quemadmodum egregie scribebat Decessor Noster Benedictus PP. XV, *ceteris sodalibus Tertiariis, qui mundi negotiis curisque impliciti* remaneant, in *Christiana perfectione colenda* sint *exemplo, eiusque tanuiuam duces ad sempiternam salutem quaerendam* praeire pergant.[1]

Haec mandamus, decernentes, praesentes Litteras et Statuta in eas inserta atque inclusa, firma, valida atque efficacia semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectant aut in posterum spectare poterunt, nunc et pro tempore amplissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet, etiam speciali atque individua mentione dignis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis atque exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IV mensis Octobris, in festo Sancti Francisci Assisiensis, anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.— de speciali mandato Ssjni Fr. Andreas Card. Fr Ühwtrth. S. R. E. Cancellarius. C, Card. Laurenti, S. *Congreg. de Religiosis Praefectus.* Ioseph Wilpert, *Protonotarius Apostolicus, Decanus,* Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. Ph. MAROTO In CpR 8 (1927) 420-424 A. VERCAUTEREN in AnîonUnum 3 (1923) 213-220 «t in CpR 9 (1928) 447-455; AOMCap 43 (1927) 277-278

1927 OCT 15.-SC RITUUM, RESP. P.ART

Dubia circa missam votivam propagationis fidei

Dubium - Il redattore dei Calendario liturgico di Asti con il consenso dei suo Revmo Vescovo umilmente espone al decreto 14 aprile 1926 [LE 700] della stessa Sacra Congregazione il suo Ordinario intende fissare la Festa Missionaria per tutta la dioeesi nella penultima Domenica di Ottobre con la facoltà a tutti i sacerdoti della *celebrazione della Messa pro fidei propagatione,* osservate le condizioni apposte nel decreto medesimo e le rubriche, la quai Messa a mente del decreto 17 novembre 1922 [LE 466] non è precettiva ma indultiva. Ora Pumile esponente domanda: In detto caso la Messa della Domenica solo commemorata, dovrà esse riassunta (reassumpta) nella settimana seguente a mente delle rubriche, eccetuata la Cattedrale. in cui la Messa conventuale è stata celebrata la Domenica?

Resp. - Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, re perpensa, respondendum censuit.

Missa Dominicae paenultimae Octobris, utpote quae Π classis), non est resumenda infra hebdomadam sequentem iuxta novas Missalls Rubricas tit I. num. 6.

Atque ita rescripsit die 15 octobris 1927.

Ordinario Astensi: Collectio decretorum n. 6 p. 10

1927 OCT 18.-SC CONC., FACULTAS. PART

Facultas fit christifidelibus sibi ipsis imponendi SCAPULARIA IN EXTRAORDINARIIS ADIUNCITS

SSmus Dominus benigne dignatus est adnuere pro gratia iuxta petita, durante persecutione, ut Christifideles, intra fines Reipublicae Mexicanae. Scapularia B. M. V. de Monte Carmelo a quocumque sacerdote benedicta sibi ipsis valeant imponere absque onere inscribendi nomina, et indulgentias relativas et alia Privilegia huiusmodi Scapulari adnexa lucrari, servatis ceteris de iure servandis (S. *Congregatio Concilii, die 18 Octobris anni 1927).*

Ordinariis Mexican·* dicioni*.· Christus 1 (1936) 7

1927 OCT 21.-SC RIT., RESP. AAS 19 (1927) 381-382

Dubium: de lugubri campanarum sonitu

Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuit; nimirum:

Ex canone 1169 § 3, Codicis iuris canonici, campanarum usus unice subest ecclesiasticae auctoritati; ex

[1] Cf Acu Apostolicae Sedis, vol. XIП. p. 131 (N. M.)

382 omnibus festis, in quibus Missa exsequialis praesente/ cadavere prohibetur, abstinendum est ab emortuali aeris campani sonitu, a primis Vesperis festi usque ad totum insequentem diem, etiamsi post Vesperas expleantur exsequiae pro defuncto, cum effertur corpus. Insuper ex Decreto eiusdem S. R. C-, n. 4015 ad VII, diebus quibus Missa de requie prohibetur, non permittitur lugubris sonitus aeris campani ante Missam de festo currenti. Hinc quaeritur.

An diebus Dominicis aliisque diebus, quibus Missa cantata de requie absente cadavere prohibetur, tolerari possit lugubrij sonitus aeris campani et appositio pannorum nigri coloris ad ingressum templi in iis ecclesiis vel publicis oratoriis, ubi, permittente ritu, ex consuetudine, absente defuncti corpore, dicitur Officium defunctorum aut fit Absolutio pro defunctis?

Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositae quaestioni, omnibus perpensis, respondendum censuit: ‹ *Negative;* et quoad Missas defunctorum serventur Rubricae novissimae Missalis tit III el Decreta, sub vigilantia Ordinarii loci et Rectoris Ecclesiae vel Oratorii ›.

Atque ita rescripsit et declaravit Die 21 Octobris 1927,—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R C. *Praef.* Angelus Mariani, *Secr.*

Adn. IP 7 (1927) 117; PrM 16 (1927) 175-177.

786

1927 OCT 26.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.'

Prorogatur exemptio monialium hispaniae a superioribus **REGULARIBUS ET EARUM SUBIECTIO ORDINARIIS LOCORUM**

Madrid. 26 oct. 1927

Muy serior mio y venerable hermano: Tengo el honor de comunicar a Vuestra Excelencia Reverendisima que, habiendo expuesto a la Santa Sede la situaciôn en que se encuentran las Comunidades religiosas exentas, Su Santidad, en audiencia concedida el 12 de Julio proximo pasado al Emlnentisimo Sefior Cardenal Prefect© de la Sagrada Congregaciôn de Religiosos, se ha dignado prorrogar por otro trienio, y en los mismos lérmlnos de la ùltima concesiôn, el induito que sobre dichas Comunidades se viene concediendo cada très nos, desde 1858. a los Ordinarios de Espana; y al mismo tlempo. se ha dignado sanar, en cuanto sea necesario, lo hecho después de haber caducado la ultima concesiôn.

Su Santidad. además, ha dispuesto que entre tanto, si alguna Comunidad pide volver a la jurisdicciôn del Superior Regular, envie la relativa solicitud a la Sagrada Congregaciôn de Religiosos, la cual en cada caso, dispondrâ lo que sea mâs conveniente.

Aprovecho gustoso esta ocasiôn para reiterarme, con los sentimientos de mi mayor veneraciôn y estima, de Vuestra Excelencia Reverendisima atento y seguro servidor y afectisimo Hermano. Federico, Arzobispo de Lepanto.—.Nuncio Aposfôlico.

• Ortfin HiipanIM per Nuntium Ap. Maîritensem: CpR 9 (1928) *22* **Adn. CpR 9 (1928) 22.**

787

1927 OCT 28.-SC SACK., NORMAE. PART.·

Normae pro tractandis causis matrimonialibus super **RATO ET NON CONSUMMATO EX PARTE CONSULTORUM S. CONGR. SACRAMENTORUM**

REGOLAMENTO

per lo trattazione delle cause di dispensa ‹ super rato et *non consummato* » da parte dei RR. PP. *Consultori* a ciô deputati dell'Emrnenttafrno Cardinale *Prefetto.*

Alio scopo dl sollecitarc la definizione delle cause sopra dette, che sempre più numerose sono pendenti presso questa S. Congregazione, e con l'espresso consenso di Sua Santità per Rescritto di Udienza dei 3 maggio 1926, è costituita una Commissione formata da *RR. PP. Consultori* di questa Sacra Congregazione, i quali daranno voto definitivo secondo le regole eeguenti:

I. a) La detta Commissione suddivisa in turni di *tre* RR. PP. Consultori, si riunisce nelle sale della S. Congregazione dei Sacramenti.

b) La formazione dei turni e la designazione dei relatore sono stabiliti per le singole cause con Rescritto che sarà firmato dall'Emo Card. Prefetto. a norma dei η. XI, b).

II. a) A principio di ogni anno giuridico, ossia nel-Tottobre. si formerà la lista dei Consultori deputati alia definizione di dette cause.

b) La lista si formerà seguendo la regola di precedenza per l'anzianità secondo il η. XI. b).

III. α) I turni si formano in modo che il primo turno consta dei tre primi Consultori della lista; il secondo degli altri tre susseguenti, e cosl di segwto secondo l'ordine d'iscrizione nella lista. Se gl'Iscritti Consultori non bastino a formarc un terzo o quarto turno, il medesimo si completa coi primi iscritti e cosl si procede oltre. se occorre di formare altri turni.

b) Il numero dei Consultori non essendo fisso ma variabile, i turni non sono stabili nè personali, ma risultano composti di tre Consultori scelti come alla lett a) e che non siano impediti di prendere parte al giudlzio di una certa causa.

IV. a) Se il Consultore, che per ordine d'iscrizione farebbe parte del turno, si scusi, per legittlmo impedimento, sarà sostîtuito nel turno dal Consultore che segue immediatamente nella lista.

b) Qualora awenga che un Consultore, già assegnato a un turno con Rescritto del Card. Prefetto, durante la trattazione della causa sia impedito di prender parte alla discussione e definizione della causa stessa. sarà sostîtuito dal Consultore che per ordine d'iscrizione viene subito dopo i tre del turno del quale faceva parte il Consultore impedito.

c) Il Rescritto di sostituzione è firmato dal Card. Prefetto.

d) Il documento col quale il Consultore domanda. nelTuno o nell'altro caso, la sostituzione, rimarrà in atti.

V. a) Egualmente al principio dell'anno giuridico, ossia nelTottobre. si formerà la lista dei Consultori ai quali sarà affidata la *difesa del Vincolo.*

b) I Consultori deputati al detto officio saranno chiamati ad espletarlo succesivamente seguendo l'ordine d'iscrizione.

VI. Le cause da sottoporsi al giudizio dei PP. Consultori, esaurientemente istruite, verranno dalla Segrcteria di questa S. Congregazione antecedentemente rimesse. a norma del η. V, b), a un P. Consultore. Diiensore del vincolo, perché scriva contro la domanda di dispensa.

VIL a) Il sommario della causa, unitamente al veto suindicato, sarà trasmesso a *tre* RR. Consultori di un turno.

b) Al Relatore si trasmetterà Tintera posizione della causa.

c) Se vi sia sufficiente numero di cause pronte si potrà simultaneamente ad un turno distribuire più di una causa, dando un congruo termine di dilazione, avuto riguardo al criterio di cui al η. VIII.

VIII. Nel Rescritto di trasmissione delle cause al turno verra indicato il giorno della riunione per la decisione della causa e si assegnerà un termine non inferiore ai dieci *giorni,* da computarsi dal giorno della distribuzione.

IX. a) La riunione del turno sarà presieduta da Mons. Segretario di questa S. Congregazione che informera TEmo Card. Prefetto sullo stato della causa, che dal medesimo, quando la causa ha avuto la definizione favorevole, sarà riferita a Sua Santità.

b) Sarà présente un Officiale della Congregazione che fungerà da attuario; farà la relazione della seduta e prenderà atto di quanto nella medesima sia stabilito o deciso.

c) Detta relazione deve rimanere allegata agli atü.

X. a) Nella riunione del turno il Relatore prenderà per il primo la parola per riferire sulla causa e dare il voto.

b) II voto risponde al dubbio consueto: *An consilium praestandum* fit *Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato,* in casu?

c) La relazione ed il voto saranno in iscritto.

XI. a) Quindi secondo l'ordine di anzianità i RR. Consultori daranno il voto in iscritto.

b) L'anzianità si considera dalla data di deputazione alia Commissione; ed in caso di pari data, dalla priorité di tempo delTordinazione sacerdotale.

c) I voti saranno brevi e ne conterranno succintamente le ragioni.

d) La relazione ed i voti si uniranno al processo.

XII. a) Se i *tre* voti sono concordi nella risposta affermativa al dubbio, la causa si ritiene decisa, salvo che il Difensore dei vincolo. al quale deve essere sempre notificata la decisione assieme ai voti dei RR. PP. Consultori, non creda di dover sussumere.

b) La sussunta sarà ammessa, se il Card. Prefetto opini che le eccezioni sollevate meritino ulteriore esame.

c) La stessa prassi è da osservarsi se la decisione è a sola maggioranza di voti, salvo al Card. Prefetto di apprezzare la maggior convenienza ed opportunité di ammettere in tai caso la replica dei Difensore dei vincolo.

d) Egualmente prima che la causa si present! di nuovo al tumo dei PP. Consultori, coi *supplemento* degli alti, deve essere sentito il Difensore dei vincolo perché faccia. come il caso comporta, le sue osservazioni ed eccezioni.

XIII. La causa sarà riproposta presso lo stesso turno di RR. Consultori, i quali perô nel voto devono rispondere alie singole obbiezioni dei Difensore dei vincolo.

XIV. Se la risposta permane affermativa, almeno per la maggioranza di voti, non si fa luogo ad ulteriore proposizione, eccetto che il Difensore dei vincolo eccepisca nuovi documenti attendibili e come tali ritenuti dal Card. Prefetto.

XV. a) Se il voto sia negativo concorde o a sola maggioranza di voti. Ia domanda s'intende respinta, a meno che i RR. Consultori stessi non credano di chiedere un supplemento di istruttoria.

b) In questo caso i capi d'istruttoria saranno prefissi e svolti dai RR. PP. Consultori stessi, udito perô il Consultore Difensore dei vincolo prima che l'istruttoria sia rimessa per l'esecuzione alia Curia competente.

c) Che se ancora si richieda qualche chiarimento di fatto che risulta dubbio per non sufficiente applicaÈone delle norme processuali prefisse nelle Regole emanate da questa S. Congregazione, potranno i RR. PP. Consultori indicare i capi dell'istruttoria supplemental, che verrà svolta e precisata dalla Segreteria di questa S. Congregazione.

XVI. Ai RR. PP. Consultori compete un onorario che sarà determinato con apposito decreto.

Roma. 28 ottobre 1927.—M. Card. Lega, *Prefetto.*

• **Ex fo!H» ijnius S. Congregationis Sacramentorum.**

788

1927 NOV 4.-PIUS XI. MP. AAS 19 (1927) 393

De sede sacrae congregationis de seminariis atque **STUDIORUM UNIVERSITATIBUS**

PIUS PP. XI

Cum decessor Noster Benedictus f. r. Papa XV Sacram Congregationem Seminariis catholicisque Athenaeis regundis propriam, ad formam ceterarum Romanae Curiae Congregationum, Litteris die IV mensis Novembris anno mdccccxv [AAS 7 (1915) 493 - 495] datis, optimo sane consilio instituisset, eidem certum quoddam conclave in aedibus Concellariae Nostrae Apostolicae «dem attribuit Verum quia decursu temporis sedes illa ad negotia eius Sacri Consilii expedienda minus apta visa est, idcirco eam alibi opportuniore loco collocari decrevimus. Quod quidem ad perficiendum propoEtum accommodatas iudicavimus Nostras ad Sancti Calhsti aedes; quas Nostris expensis refici ornarique miseramus; eo magis quod ibidem Pontificalis monachorum Sancti Benedicti « Vulgatae > emendandae Commissio, quam vocant, sui muneris causa commoratur. Itaque motu proprio et de certa scientia ac matura deliberatione Nostra volumus ac statuimus Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus domicilium in eam ipsam domum, quae a Sancto Callisto nuncupatur, priore relicta sede, transferri.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die rv mensis Novembris anno mdccccxxvu, Pontificatus Nostri sexto.—Pius Pp. xl

789

1927 NOV 4.-SC RITUUM» RESP. PART.

Dübia de potestate ordinarii circa collectas imperatas

Dubium - Si domanda se i Vescovi nell'ordinare le Collette possono fare delle eccezioni oltre a quelle contemplate dalle Rubriche, per esempio: nell'ordinare una Colletta da dirsi in tutti i giorni dell'anno possano prescrivere che tale Colletta si ometta in tutte le Messe cantate e nelle Ottave non privilegiate. La raglone di questa domanda è perché alcuni sacerdoti sostengono che i Vescovi, una volta ordinate le Collette, non possono più toglierle, e si appoggiano alla Rubrica num. 4 del tit V dove si legge: < Si vero plures ita celebrentur Missae etc. Orationes autem pro diversitate temporum assignatae, si iuxta Missae et Commemorationis in ea faciendae ritum admittantur, sicut et Collectae ab Ordinario imperatae, in qualibet Missa dicantur ».

Resp. - Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis die 4 novembris 1927, Communicetur oratori votum :

< Collectae ab Ordinario imperatae non solum omittendae sunt diebus notatis in novis Rubricis Missalis tit VI num. 4. sed etiam aliis diebus ab ipso Ordinario indicatis (ex. gr. in Missis cantatis, infra Octavas communes etc.); neque obstant novae Rubricae tit. Vnum. 4. in quibus supponitur, quod Ordinarius nullam exceptionem fecerit ».

Ordinario Laure!ano: Collectio decretorum n. 8 p. 11.

790

1927 NOV 4.-SACRA POEN., INDULT. PART.·

Facultas datur confessariis absolvendi a censuris **INCURSIS 08 PECCATA CONTRA FIDEM**

Preces - *Beatissime Pater,* Per speciale Indultum S. Poenitentiariae d. d. 24 Novembris 1924 facultas concessa est ad triennium Episcopis Germaniae ut delegare possint omnes confessarios in sua dioecesi rite adprobatos ad proprios poenitentes, etiam alieno civili dominio forte subjectos, absolvendos pro utroque foro, omissa abjuratione juridice peracta, praemissa tamen abjuratione saltem secreta coram Confessario. a censuris incursis ob peccata apostasiae, haeresis et schismatis, injunctis de jure injungendis, cum monitione, ut apostasiam, si forte coram magistratu civili declarata fuerit, quatenus absque gravi incommodo fieri poterit, ad scandali remotionem, retractent.

Cum causae gravissimae hujusce concessionis inter periculosissimas temporis nostri tentationes perdurent, ita ut omnino necesse sit facilitari poenitentibus viam reconciliationis, ad instantiam omnium Antistitum devotissime peto hujus Indulti benignissimam prorogationem.

Summa cum humilitate pedem osculans, persevero esse Sanctitatis Vestrae oboedientissimus servus.—A. Card. *Bertram.*

Rescr. - Sacra Poenitentiaria. Revmo in Christo Patri Adulpho S. R. E. Presbytero Card. *Bertram,* Wratislavien. Principi-Episcopo, ceterlsque Germaniae Episcopis. de speciali et expressa Apostolica Auctoritate, benigne sic annuente SS.mo Domino Nostro Papa Pio XI, indulget pro gratia prorogationem praedictae facultatis *ad triennium.* Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romam ex Sacra Poenitentiaria. die 4 Novembris 1927.—Card. Lauri, *Poenit. Major. A.* Anelli. S. P. *Subsecr.*

• Ordinario Wratfatarfavt· AKKR 103 (1928) 127.

791

1927 NOV 12.-SC CONC., RESOL. AAS 20 (192«) 84-87

BLESEN.

Missae pro populo in festo patroni plurium paroeciarum

12 *Novembris 1927*

Quaestio. - Quandoquidem ln Codice iuris canonici, can. 466 5 2 perspicue statuitur: ‹ Parochus qui. praeter propriam paroeciam aliam vel alias in administrationem habeat, unam tantum debeat Missam pro populis sibi commissis, diebus praescriptis applicare › — quae benignior dispositio non omnino congruit veteri iurl (S. C. Œ, in Lucen., 26 Febr., 12 Mart. 1774) [CICF n. 3787]. — cumque « diebus praescriptis › accenseatur profecto festum Patroni loci, ut confirmavit catalogus auctoritate S. H. C., 28 Decembris 1919 denuo promulgata [LE 227], quaestio orta est. num eadem benignior dispositio can 466 § 2 valeat necne de festis Patronorum quos singulae paroeciae in administrationem ab eodem parocho habitae, diversis sane diebus celebrent: ita quidem ut parochus in festo Patroni suae paroeciae Missam universim pro ovibus sibi concreditis applicans, nulla alia obligatione applicandi gravetur in festis Patronorum alterius vel aliarum paroeciarum quarum regimen gerat Ad quaestionem hanc rite solvendam. R. P. D. Episcopus Blesensis opportunas preces Sacro huic Consilio exhibuit, in quo. praehabitis Consultorum votis, concinnatum et disceptatum fuit sequens dubium: « Utrum parochus, qui, praeter propriam paroeciam, alteram aut plures alias in administralionem habeat, teneatur Missam applicare pro populo tantum die festo suae paroeciae, an etiam in festis patronorum alterius ve) ceterarum? »

Axiuunrasicxm. - L Neminem latet par^hum teneri Sacrum pro populo applicare omnibus dominicis ahisque festis dc praecepto, etiam suppressis, ad nonnam can. 466. Sane per Codicem nihil ln hac re a disciplina hucusque virente immutatum est. ut perspicue patet ex verbis can. 330 f 1; idque expresse confirmavit Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, die 17 Feb. 1918. ad II (LE 78].

2. Catalogus autem festorum in quibus urget obligatio Mutue pro populo applicandae exhibetur ab Urbano VIII Conrt. Universa 13 Septembris 1642 [Bull. Rom t. 15 p. 206-207), addito postea a Clemente XI. Const. Commas; Nobis 6 De/cembris 1708. festo Imm. Concept. B. M. V. [Bull Rom. L 21 p. 3381. Haec vrro Sacra Congregatio die 28 Decembri» 1919 publici luris denuo fecit ad hunc effectum indicem festorum in universa Ecclesia suppressorum (A. *A. S.* XII. p. 42) [LE 227).

Inter praefatos dies recensetur quoque dies festus " *Patroni* regni seu status, et Patroni, sive dioecesis sive civitatis vel oppidi seu loci * At nullatenus contundendus est Titularis ecclesiae cum *Patrono* proprie dicto. Onus Missae pro populo applicandae eatenus urget, quatenus agatur dc Patrono proprie rumpto riteque delecto ad normam DecrrU Urbani VIII dic 23 Mart. 1630 (DAR n. 5261. Nam S. C. Rituum, in Briocen., 9 Maii 1857. rescribendum consult: " Patronus loci proprie is est. quem certa civitas, dioecesis, provincia, regnum, etc., sibi delegit velut singularem ad Deum pitronum; servatis m eiusmodi electione regulis in Decreto s. m. Urbani VIII diei 23 martii 1630 statutis " (Decreta auth., η. 3M8).

3. Duplici ratione quis paroeciae regimini praefici potest qua parochus proprie dictus et qua oeconomus vel ctcaritu actualis (cfr can. 451. 471, 472. 473l. Ule in titulum paroeciam obtinet, hic ln administrationem tantum. Unde can. 451 f t ait: * Parochus est sacerdos vel persona moralis cui paroecia collala est in titulum cum cura animarum cjb Ordinarii loci luctoritatc exercenda

Porro qui paroeciam m administrationem recipit, eadem tura easdemque obligationes habet, quae parocho proprie dicto competunt. Nam ox can. 451 I 2 M parochis aequipirsntur cum omnibus tunbu» et obligationibus paroecialtbus et parochorum nomine In iure veniunt: V Quasl-parochi. qui quasi-paroeclat regunt, de quibus in can. 216 I 3. T Vicarii ptroeclalrs. ii plena potestate paroeciali Unt prweditl Quae disciplina etiam ante Codicem vigebat Cfr Brncd XIV. Epl<t Enrycl Cum *temper* oblatas. 19 Aug 1744 [CICF n 345L

Igitur qui paroeciam m administrationem obtinet, m vicarius oeconomus vel actualis seu vicarius paroeclahi qu plena potestate paroeciali gaudet, *omnes obligationes* bn· *plere tenetur,* quibus parochus proprie dictus obstringitur, atque ideo Missam quoque pro populo applicare debet normam can. 466.

4. Parochus duas vel tres paroecias eodem tempore regere potest, aliam in titulum obtentam, aliam aut alias ia administrationem. Iuxta veterem disciplinam, tot Missu pro populo applicare tenebatur iste parochus, quot crari Baroeciae ipsi in titulum vel administrationem collaUe. nde Leo XIII in Litteris Apostolicis *In suprema, 10* Ius. 1M2 (ASS 14 (1881-62) 529-536] ait: ~ Novimus quidtoj Romanas Congregationes Nostras aliud decrevisse de parochis duas vel plures parochiales ecclesias aeque principal-1er unitas gerentibus: in quibus *singulis singulae per diu festos Missae celebrentur ct pro populo/ applicentur* ⋎ « cesse est Cf. etiam S. C. C. in Camcrucen. 25 «ept 1151 [CICF n. 4167); S. C. de Propag. Fide. 17 Feb. 1792 [CPF η. 485 sub die 17 Feb. 17721.

Quae disciplina hodie immutata est. quia ex praescripta can 466 5 2: " parochus qui plures forte paroecias aeque principaliter unitas regat, aut, praeter propriam paroccua aliam vel alias in administrationem habeat, unam Unius debet Missam pro populis sibi commissis diebus praescriptis applicare Haec verba, ut palam est. non ruri eo sensu intelligenda, qued parochus onere Sacri facUcdl pro populo iam non teneatur quoad paroeciam in adnunistrationem obtentam, sed eo dumtaxat sensu accipiecda sunt, quod ipse *una Missa,* aliter ac antea. " diebus praescriptis " i. e. diebus dominicis et festis de praecepto ettia suppressis, satisfaciat praedicto oneri *tum* quoad paroeciam propriam *tum* quoad paroecias in administratlonesi susceptas: ~ pro populis commissis w.

5. Obligatio Sacri pro populo faciendi nen solum «·. realh, personalis et *localis,* verum etiam *affixa* dtei drîrrminafac, ut passim docent Auctores. Card. Gaspard alt: " Obligatio applicandi Missam pro populo adeo adnexa ec diei ut nequeat in alia die. loco diei praescriptae, adimpleri : non obstante contraria consuetudine " *(Tractatus canonicus dc Ssma Eucharistia.* I. n. 521); et rccentlores docent: " Onus Missae pro populo est . *affixum dici* determiratae, quatenus Missa celebrari debet ipsis diebus dominicis ahisque festis de praecepto, etiam suppressis, nca autem aliis diebus " (Cappello. *Tractatus canonleo-monht* de *Sacramentis,* I. nn. 250. 252). Lehmkuhl: " Obligatio est realis. personalis, localis, pro ipsis *diebus,* seu obligatio ert ut Missa celebretur . ipso dic assiquato " (TheoL rr.or.II.n. 263). Cfr. Bened. XIV. Dc *sacros. Missae* sacrificio, llb. IU. cap. 9. n. 9 s.: S. C. C.. in Melevitana. 9 April. 1892 (ASS 24 11891-92» 661-669) : S. R. C. (S. C. C.) in Fesulana. 26 Un 1771 [TRC 40 (1771) 1): in Poriugallen.. 30 Mair IS67 (3) Martii 1867: ASS 3 (1307-63» 97-98].

Codex nullam in hac re mutationem induxit. imo veterem disciplinam diserte confirmavit. lubet enim Socrum pro populo fieri, non diebus quibuslibet arbitrio ipsius sacerdotis designandis, sed ** dominicis aliisque *festis* dkbw de praecepto, etiam suppressis M (can. 339 5 1). nlmtran * diebus *praescriptis* w (can. 466 $ 2). et non aliis. Add:t nonnisi ex Ordinarii loci permissione, iusta de causa, fas esse, ut " parochus Missam pro populo alia die applicet ab ea qua iure adstnngitur " (can. 466 § 31.

6. Quare, ad propositi duhli solutionem quod attinet, κ Patroni *eadem die* recolendi occurrant, vel quatenus Uha atque idem sit Sanctus legitime qua Patronus ad norcim Decreti Urbani VIII designatus, vel quatenus Sancti designati qua Patroni sint quidem plures et distincti. »t ex legibus liturgicis eorumdem festum *eadem dic* celebreUntune parochus, unam Missam tantum pro populis sibi commissis applicare/ tenetur, uti cx. gr. si dies festus de praeccpto incidat m diem dominicam (can. 339 5 2). f

Dum. contra, si distincti sint dies in quibus occurrant festa Patronorum recolenda, procul dubio parochu·. qui praeter propriam paroeciam aliam aut alias in administrationem habet, suae obligationi per unam tantum Missam nequaquam satisfacit, cum in casu praescriptum can. 4« § 2 non applicetur: idcirco ipsis diebus assignatis, ir. quibus recolenda occurrunt festa eorumdem Patronorum, tenetur parochus Sacrum pro populo applicare. Agitur sane, ut supra dictum est. de onere *affixo* diei dcteroiinarw.

Resolutio. — Porro in plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitiis habitis die 12 Novembris 1927 in Palatio Apostolico Vaticano, Emi Patres proposito suprascripto dubio responderi mandarunt:

‹ Negative ad primam partem; *Affirmative* ad alteram ».

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Pio div. Prov. Pp. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium. Sanctissimus in audientia diei 20 eiusdem mensis et anni, datam resolutionem approbavit et confirmavit.—lulius, Episc. Lampsacen.. Secr.

Adn. I. CREUSEN In NrT 55 (1928) 389-390; !P 8 (1923) 13-14; ME 40 (1928) 73; PrM 17 (1928) 68.

792

isn NOV 12.-SC CONC. RESOL. AAS 20(1928)142-145

A P U A N A

Funerum extra proprium coemeterium

Die 12 Novembris 1927

Species facti. Communale - ut aiunt - coemeterium civitatis Apuanae situm materialiter est in territorio paroeciae cathedralis B. M. V. sideribus receptae: nulla tamen auctoritate ecclesiastica est conditum, immo cum etiam acatholicorum corpora ibi tumulentur, nec rituali benedictione donatum est, sed tumuli et fossae singillatim benedici solent. Fere ab eius institutione, post hominum memoriam, nonnulli etiam christifideles suburbanae paroeciae B. M. V. ab Angelo salutatae - quae quidem paroecia finitima est territorio paroeciae urbanae S. Petri, *et proprium habet coemeterium,* sed iam angustum, squalens et incommodum - facile obtinuerunt ut in praefato communali coemeterio Apuano sepelirentur: sive quod ibi exstet sepulcrum maiorum seu familiae, sive quod ante mortem suam patefecerint voluntatem ut ibidem eorum corpora deponerentur, sive demum heredes ipsorum ita perfici curarent. In hisce casibus, obtenta per heredes venia ab auctoritate communali, absque ulla difficultate, non secus ac parochi ceterarum quatuor civitatensium paroeciarum, parochus suburbanus Ssmae Annuntiatae, peracto funere in sua ecclesia, cadavera suorum associabat ad coemeterium communale, vel saltem - in casu sepulturae electivae, aut de parentum arbitrio decretae - usque ad limites paroeciae cathedralis B. M. V. assumptae. Id tamen non patitur novus praepositus-parochus huius ecclesiae cathcdralfc. qui ratus hac ratione laedi can. 1218-1230, 1232 Cod. iuris can., signanter vero can. 1230, 7° de iure ecclesiae cathedralis, annuente suo Rmo Ordinario, posuîhvit a Sacra Concilii Congregatione declarari utri ius exsequias peragendi et associandi cadavera in casu competeret Praehabitis itaque duorum Consultorum votis. Emis Patribus dubia quae sequuntur proposita sunt.

‹ I. - An parocho Ssmae Annunciatae ius exclusivum competat sepulturae ecclesiasticae sui paroeciani qui sepulchrum habeat in municipali coemeterio in casu? ›

‹ II - An idem exclusivum ius eidem parocho competat si suus paroecianus tumulationem ibidem elegerit in casu" >/

Synopsis disceptationis. — Praepositus-parochus ecclesiae SS. Assumptae (cathedralis) in hoc potissimum intentionem warn (undat, quod coemeterium de quo agitur, a parocho SS. Annuntiatae, quae paroecia diversum coemeterium habet non possit haberi ut suum propriumque. sed potius ut alienum: ôdeo ut, licet suus paroecianus ibidem sepulturas elegent. vel etiam ibidem proprium sepulcrum aut familiare habeat, semper tamen parochus SS. Annuntiatae prohiberetur in alieno coemeterio functiones suas explere. » quo nempe extraneus censetur, secus ac parochi clvite•znses, qui singuli in eodem coemeterio ut In suo proprio exercent iura ct officia sua. Tum, itaque, si cadaver illuc nuOendum est, ubi sive elegerit defunctus suam sepultana. sive sepulcrum suorum habeat, subintrat in casu faj can. 1230. 7 seu parochus ecclesiae cathedralis habecdus est. ad effectum saltem sepulturae, utpate parochus proprius defuncti. Nec solum ad effectum sepulturae, cum aao. ad normam can. 1218 5 1 et 1232 J 1. ubi *cadaver* connode *asportari possit,* parochus sepulturae valeat omni.'» iBud auferre ad suam ecclesiam pro exsequiis, et inde «d coemeterium associare (1231 5 2). Secus sentire, ita interpretatur praepositus parochus, idem esset ac delere vx Codice can. 1223. 1229.

Verum - ex adverso argumentatur - in hac demonstra-ODe plura permixta ac confusa sunt, quae immo sunl probe et penitus discernenda.

Et in primis, certum est nullum speciale ius parocho SS Awumpue esse in coemeterium communale Apuanum. eo Quod hoc materialiter situm sit in territorio suae paroeciae S.quidem. ut pluries censuit haec Sacra Congregatio, sipunler in Derthonen. 24 Maii 1821 (TRC £1 (1821) 97-991 •a Annuncn.. 14 Mali 1825 [CICF n. 3994 ct 3997) " comatttii coemeteria, causa publicae valetudinis, subrogata fuerunt singulis ecclesiarum sepulturis. - Ecclesia pretnde quae ius habebat tumulandi in propriis sepulturis. nunc ius istud exercet in publtco coemeterio: -icoW non sublatum ius fuit, sed variatus locus: quod profeeto non impedit emolumentorum perceptionem et ius perugendi exsequias Hinc, ~ ius ecclesiae paroeciae In qua coemeterium situm est " tn Codice, quoad extranees, totum assentur intra limites can. 1230 § 7 fin. Qui limites arctissimi sunt, utpote qui contineant normam omnino itppcrtwem, tunc adhibendam cum nulla ex praecedentibus luris sanctionibus in casum quadrat, et potissimum cum parochus defuncti proprius ncc adest, nec potest suum ius exercere, et ideo ecclesiae cathedrali, vel paroeciae loc id tantum conceditur quod in casu parochus proprius nequ.I: v. g. si cadaver naufragi undis maris in htlore extraneo exponatur, vel si parochus proprius peragere potuit solummodo. aut de facto peregit solas exsequias tcf. S. C. Concilii in Novarien.. 27 Man 1893. 21 Iun Π35 (ASS 23 (1895-96) 233-239). In Astem. 26 Ian 1W7 [CICF n. 43321. ?iuoad defunctos quorum cadavera *JcrrcG curru* translata uerant ad aliam civitatem».⁄ Ceterum etiam in can. 12L0 144 f 7 addicitur: ~ nisi aliud ferat loci consuetudo ,* qued revera obtinet in casu nostro ubi contraria observantia obliteratum apparet ius ecclesiae cathedralis.

Re quidem vera ex can. 1216 | 1: " iure ordinario ecclesia in quam cadaver pro funere deferri debet ₵ ecclesia propria paroeciae defuncti ": dicitur autem " ture ordinario ** quia turibus parochi derogari potest vel iure particulari, vel privilegio, vel consuetudine, vel. ut est >n ipso canone, privata cademquc legitima defuncti electione: semper Lamen haec certa omnino sint oportet, nam in quolibet dubio ** ius propriae ecclesiae paroecialls semper praevalere debet ", In casu autem certum est nullum intercedere privilegium, nullamque consuetudinem: quae immo adest explicita In favorem parochi proprii, ut ex facti specie depromitur. Tantum haec duo opponuntur: sepulcrum familiare seu gentilitium, electa sepultura. Verum, ut de hac altera statim dicamus, electio defuncti potest cadere vel in solam ecclesiam funeris, vel in solum coemeterium sepulturae vel in utrumque simul. Nam ecclesia funeris et coemeterium sepulturae. saepe saepius de facto separantur, et in Codice iuris canonici separabilia exhibentur (can 1223-1227 : immo in sensu can. 12U5 $ 2. separanda). ea tamen lege, ut, ex can. 1231. qui decesserit non electa sepultura, nec habeat sepulcrum maiorum, sepeliri debeat in coemeterio ecclesiae funeris. Posita, in casu, mera electione sepulturae, ad mentem can. 1228, nihil aliud inde sequitur quam ius ct obligatio sepeliendi cadaver in loco electo " dummodo nihil obstet ex parte eorum a quibus coemeterium pendet ", qua clausula, ut supra ostensum est. nullo modo asseritur ius aliquod vetandi scu interveniendi ex parte parochi vel ecclesiae in cuius territorio coemeterium situm est: multo minus eadem adimitur proprio parocho ius funerandi in casu.

Quod autem attinet ius sepulcri proprii in coemeterio a defuncti familia comparati, probe distinguendum est. cum Codice, sepulcrum particulare, dc quo in can. 1209 dicitur obtineri posse in coemeterio * ex licentia scripta Ordinarii loci " a sepulcro *matorum* seu familiari seu gentilitio, de quo in can. 1208 5 3 dicitur permitti posse ab Ordinario loci *extra* coemeterium: illud quippe nullum praeterea gignit ius. quam ut cadaver in eo seoeliatur si illud commode asportari possit, vel si illuc transferatur susceptis ab heredibus translationis expensis luxta can 1229 J 1; istud quoque, seu gentilitium *per sc* non aliud postulat, licet facilius praesumatur hoc tn casu electa etiam *funeris* ecclesia ad mentem cann. 1223-1227. Sed in casu nostro agitur tantum, ad summum, de sepulcro particulari acquisito in coemeterio: diximus ad summum, nam in facti specie explicite excluditur intercessisse In hac acquisitione vel constitutione sepulcri * scriptam Ucer/11am Ordinarli loci ,* quam exigit can. 1209 luxta pluries resoluta in hac Sacra Congregatione, praesertim in Ctavaren.. Funerum. 17 Iunii 1905 (ASS 38 (1905-^tn 220-231L dc canonica erectione huiusmodi sepulcri. Cfr. Pirhmg. in lib. IΠ. tlt. 28. (3, n. 24: Barbosa, *de off. et pot.* par. p IΠ. c. 26. n. 9. et Gennari. apud Montf. *Ecct,* XVII. 349» qui concludit: *. Quando non vi ha pcrmes-.o del Vescovo non vi ha nemmono canonica crenone di sepolcro: molto mono puô dirsi canonicamcnte oretto senia cotai permeso In un pubbheo camposanto. Imperocchè quantunque cogti rdiemi crmiteri non si rechi pregiudtzio al diritto delle chfesc tumulanti, pure un sepolcro gentilizlo eretto in c<sc. non apoarterrebbc a nessuna chicsa, ouandn non ci fœe una determinatione deU'autorità ecclesiastica: moltn roen^ pol. se. c<»me nel caso, ii cimitero fosse cretio dalTautorita lalca. senta dio^nden·:! da quella ecclesiastica, e mono ăneor quando nel pubblHo cimitero non vi fosse hiogo diverso per gli acattolicl °, et citat ad rem ex recentruibus Berartt. *de par.,* 770. Alberti, *de sepulr ecct.,* n 21 : cx quorum doctrina satis evincitur cautissime omnino, cum aritur de hodiernis publicis coemeteriis lalcallbus. procedendum In deducendis can. 1228 et 1229. praesertim ad effectum can. 1231.

Nec regerere valet distinctio coemeterii, quoad parochum proprium, sui aut non sui· quia revera, ad excludendum ius immo officium ex can. 1231 J 2 Incumbent» ei " qui in cc.lesia exsequias p?regit " non adducit nût * gravis necesfututis causa ncc alm fit distinctio ħi de ω * an commode tpcdcstr» itinere [can. 1218 flb asportari poout ". necne (can. 1232 | *2),* servalis nempe norma et modo :n can 1218 praescriptis. In casu autem paroecia suburbana Ssdtae Annuntiatae finitima dicitur paroeciae urbanae, adet ut ac! communale coemeterium omntno commodum sit iter tuxta praefatam normam, quoties igitur, non electa alibi ecclesia funeris, cadaver paroeciani stve iure sepulcri sive ob electam sepulturam in coemeterio communali condendum sit. libere poterit parochus proprius, post expletum funus jn sua eccîes.a. illuc cadaver deducere, cum stola et elata cruce. etiam per paroeciam Interpositam (ean 1233 t li

Rfsolutio. — Propositis in plenariis comitiis Sacrae

Congregationis Concilii, in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 12 Novembris 1927, dubiis supra relatis, Emi Patres responderi mandarunt: *Affirmative ad utrumque.*

Quam resolutionem Ssriius Dominus Noster Pius divina Provid. Pp. XI. referente infrascripto Secretario in Audientia diei 20 insequentis, approbare et confirmare dignatus esL—lulius, Ep. Lampsacen.. Secr.

Ain. J. CREUSEN in NrT 55 (1928) 537-539: IP 8 (1928) 57-59; ME 40 (1928) 143-146; PrM 17 (1928) 136-133.

793

1927 NOV 24.-COM. INTERPRES. RESP. PART.·

CffICA MODUM COMPUTANDI MENSEM Di CANONE 858 5 2, DE IEIUNIO EUCHARISTICO INFIRMORUM

Utrum mensis, de quo in can. 858 § 2, mathematice sumendus sit, an potius moraliter.

Resp.: *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

• PrM 23 (1934) 234·. Adi. F. M CAPPELLO in PrM 23 (1934) 231••238·; A. M. DARMANIM in ME 45 (1933) 242-246; 46 (1934) 199-210.

794

1927 DEC 9.-SC RITUUM. INDULT. PART.·

Facultas celebrandi missam votivam ss. cordis iesu
PRIMA FERIA SEXTA CUIUSVIS MENSIS

Preces. - *Beatissime Pater,* Praeses generalis Unionis Apostolicae sacerdotum saecularium ad pedes S. V. humiliter provolutus, petit ut dignetur concedere in perpetuum singulis sociis privilegium legendi privatim. prima Feria VI mensis (exceptis festis D. N. I. C., duplicibus I classis. Feriis, Vigiliis et octavis privilegiatis) Missam votivam SS. Cordis lesu, — ad modum Missae a Leone XIII concessae Brevi Altero nunc [d. 30 iun. 1889: DAR n. 37121, — adhibita qualibet Missa inter approbatas vel approbandas etiam. < pro aliquibus locis », v. g. Missa Cordis Eucharistici D. N. L C. Et Deus.

Rescr. - SS. D. N. Pius Pp. XI. referente infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto, benigne annuere dignatus est pro gratia iuxta preces et in perpetuum, ad instar concessionis factae Sociis Sanctitatis Sacerdotalis a b. m. Pio Pp. X. servatis de cetero servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.—Die 9 dec. 1927.

• UtJoal AnottoUae wcerdotum seeeuUrium: PrM 17 (1928) 24 35. Ado. PrM 17 (1928) 35.

795

1927 DEC 10.-CONV. c. LITHUANIA. AAS 19(1927)434

Ratihabitio conventionis cum Lithuania die 27 sep. 1927
SOLEMNITER INITAE

Essendosi ira h Santa Sede ed il Governo della Repubbllca di Lituania, conchiuso, e dai rispettivi Plenipotenziari sottoscritto nel giorno 27 Settembre dei eorrente anno un Concordato, oggi. dieci Dicembre 1927, Sua Emincnza il Signor Cardinale Pietro Gasparri, Segretario di Stato di Sua Santità. e Sua Eccellenza il Signor DotL Giorgio Saulis, Inviato Straordinario e Ministro Plcnipotenziario della Repubblica di Lituania, nuniti nelle camero del Palazzo Apostolico del Vaticano, previa lettura dei rispettivi istrumenti di ratifica. Ii hanno trovati plenamente conformi in tutti e slngoli i loro articoll In seguito di che, hanno entrambi proceduto alio scarnblo delle ratlfiche medesime ed in fede dl tale Atto hanno sottoscritto di loro propria mano il présenté processo verbale in doppio originale, apponendovl Il sigillo delle loro armi.

Roma, dal Palazzo Pontificio al Vaticano, il 10 Dicembre 1927.—P. Card. Gasparrl - Dr. J. Saulis.

Adfl. Vld« CONCORDATUM tub dI· 1927 S<p 271 LE 781.

796

1927 DEC 10.-SC CONC. RESOL. AAS 20 (1928) 261-264

SS. CONCEPTIONIS DE LE et ALIARUM
Sepulturae in ecclesiis et oratoriis
Die 10 Decembris 1927

Quaestio. - Episcopus Ssrhae Conceptionis in Republica Chilensi haec Pontificiae Commissioni ad Codxa canones authentice interpretandos exponebat, quae eadem Commissio ad H. S. C. detulit « Hic in more positum cernimus, haud paucos christifideles ditiores, sacerdotes praesertim, cum condunt testamentum, inter alia suae voluntatis statuta heredibus adimplenda, hoc etiam committere, nempe suas se velle exuvias post aliquod temporis lapsum, decem vel quindecim annos, in hanc vel illam ecclesiam e communi coemeterio transferri ibique demum sepeliri ». Adsunt enim ad parietes ecclesiarum, vel ibidem fiunt ex commissore heredum, nonnullae excavationes scu loculi, ubi ossa et cineres in parvis arculis definitive componuntur. Id frequentatur etiam — ut alius Episcopus eiusdem regionis exposuit — in Oratoriis semipublicis monialium seu sororum, quae maxime cupiunt ut eadem Oratoria fiant locus definitivae ipsarum sepulturae. Praeterea place nonnullis christifidelibus testamento disponere, ut corpore sepulturae tradito, extrahantur tamen cor et praecordia, ut in ampulla rite clausa perpetuo asserventur in parietibus ecclesiarum aut oratoriorum. < At vero · prosequitur Episcopus - eiusmodi praxis non videtur posse componi cum can. 1205 § 2, qui sic effertur: *In ecclesiis cadavera ne sepeliantur.* Hinc quaeritur:

« 1. Potestne tolerari praxis, de qua supra, saltem pro sacerdotibus aut Religiosis?

< 2. Can. 1205 § 2 intelligendusne est etiam de ossibus; ita ut haec quoque sepeliri interdicantur in ecclesiis?

< 3. An vero sensus verbi *cadavera* presse sit accipiendus? »

AxiMjiDvmsiONis. - Quoad primum dubium, animadvertendum impnmis cx praescripto canone 1214 I 1 nullum cadaver perpetuae sepulturae ecclesiasticae traditum " exhumari posse sine licentia Ordinarii. Porro sepultura, quae fit in coemeterio communi, ut in casu, ex lege ecclesiastica natura sua perpetua est. Si igitur In can. 1214 sermo est tantummodo de *perpetua* sepultura, permissio exhumandi in ceteris casibus, intelllgenda est de sepultura prorüoric facta *extra coemeterium* pro/pric dictum, seu de loco sepulturae more occasional! ct extraordinario, uti v. g. tempore belli. Unde S. Congregatio Ep. et Reg., 28 Ian. 1703.ee suit ** cadaver, quod alicubi positum *non est* per modun depositi, sed traditum est perpetuae sepulturae, exhunur. non licet, nec alio asportari. nisi dc licentia Ordinarii ' Cfr. Ferraris, v. *Cadaver.* n. 53.

Vu cependant les circonstances particulières de la Belgique. Sa Sainteté a daigné m'autoriser à communiquer aux Ordinaires Belges qu'Elle leur accorde b faculté énoncée dans le point II de la Declaratio; ce que je fais par la présente, en offrant à Votre Eminence l'hommage profondément respectueux de mes sentiments les plus dévoués.—Cl. Micara, Nonce Apart,

• Ordinariis Belgarum per Nuntium Ap.: CM 17 (1928) 616-617. Adn. J. JANSSENS In NrT 55 (1928) 631-632; PrM 17 (1928) 20).

837

1928 MAI 2.-SC SACK. RESOL. AAS 20 (1928» 359-360

ROMANA et ALIARUM

Exercitiorum spiritualium ante sacram ordinationem
27 Aprilis *1928*

In plenariis Comitiis H. S. C. die 27 mensis Aprilis curr. anni habitis iudicio Emorum ac Revmorum Patrum submissum est sequens dubium a Revmo Ordinario Vrhbosnen. propositum: *An mens sit legislatoris, ut praescriptum can. 1001 § 1 adamussim servetur etiam* in casu, in *quo alicui omnes ordines sacri brevissimo tempore,* ex. *gr. spatio unius mensis, conferantur.* Et Emi ac Revmi Patres, re mature perpensa, respondendum consuerunt: « *Stetur can. 1001 § 1,* idest si qui intra semestre, vel etiam spatio unius mensis ad plures ordines maiores promovendi sint. Ordinarius poterit exercitiorum spiritualium tempus pro ordinatione ad Diaconatum reducere, non tamen infra tres integros
3® dies. Si vero sacri ordines sive beneplacito/ apostolico, sive decreto Episcopi ad normam can. 100G ξ 3. gravi interveniente causa, servatis tamen servandis, praesertim cann. 975-978, distinctis et subsequentibus vel proximis diebus, alicui conferantur, ita ut tempus non suppetat servandi praescriptum can. 1001 § 1, praemissis semper sacro ordini, qui primus erit conferendus, spiritualibus exercitiis saltem per sex integros dies, ceteris ordinibus, si fieri poterit, iudicio Episcopi, ad normam can. 1001 § 2, una saltem dies spiritualis recessus praemittatur ».

Quam responsionem SSmus D. N. Pius Pp. XI, in Audientia diei 1 Maii d. a., referente infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis, ratam habere ct adprobare benigne dignatus est.

Datum Romae apud Sacram Congregationem de Disciplina Sacramentorum, die 2 Maii 1928.—M. Card. Liga, Episcopus Tusculanus. *Praef. D.* Jorio, *Secr.*

ANIMADVERSIONES

1. Exercitia spiritualia, quorum auctor exstat S. Ignatius de Loyola, Societatis Iesu Fundator, sive lege particulari (Alexander VII, Const. Apostolica sollicitudo 7 Augusti 1Œ2 [CICF n. 239]: S. C. Ep. et Rcg. *Encycl. ad Ep. Italici,* 9 Octobris 1682 (CICF n. 1812], rive laudabili consuetudine, a promovendis ad Sacros ordines, ante Codicis iuris canonici promulgationem, fere ubique peragebantur.

1 Codex vero I. C. hanc saluberrimam disciplinam non wlum generalem effecit, sed ad ordines minores ct ad ipsam primam tonsuram extendit, praefinitum temporis spatium, pro usdem explendis exercitiis, singulis ordinibus ipsique tonsurae assignans, prout sancitum est in can. 1001 f 1: " Qui ad primam tonsuram et ordines minores promovendi sunt, spiritualibus exercitiis per tres saltem integros dies; qw vero ad ordines sacros, saltem per sex integros dies vacent; sed si qui intra semestre ad plures ordines maiores promovendi sint. Ordinarius potest exercitiorum tempus pro ordinatione ad Diaconatum reducere, non tamen infra tres dies ".

3. Quamvis clara concinnaque sit lex, tamen Ordinarius Vrhbosnensis Efliorum Patrum Coetui pro Codicis canonibus authentice interpretandis constituto, dubium de re wWecit, quod a praefato Coetu huic Sacrae Congregationi delatum est.

4. Et Sacra Congregatio, praeviis Revfliorum Consultorum votis, et re mature perpensa, in Plenariis Comitiis die
MI 27 Aprilis labentis anni in Pa/latio Apostolico Vaticano tabitls. responsum dedit, quod, una cum proposito dubio, r-pra retulimus.

5. Nunc, quod spectat ad EE. PP. responsum, dicendum en ipsum can. 1001 5 intentioni et verbis esse conforme, seu esse declarativum iuris constituti.

6. Re quidem vera, dubium desumitur ex eo. quod, si p.'res sacri ordines, iuxta allatum canonem. intra semestre alicui conferantur, spiritualia exercitia pro Diaconatu ad tres Integros dies Ordinarius coarctare valeat. nonne maiore temporis coarctatione, secundum legislatoris mentem, pro Diaconatu ct ipso Presbyteratu Ordinarius uti poterit, n lidem sacri ordines intra mensem alicui conferantur?

7. Verum, reverentia qua decet, animadvertimus propositum dubium nulla ratione fulciri, nam. omisso trito illo principio iuris. *legislator quod voluit expressit,* legenti canonem 1001 J l luce meridiana affulget, semestre esse temperii spatium pnnclpium ct finem habens, et quidquid tra eius limites a lege statuitur, sub camdcm legem cadere. quodeumque sit praefiniti spatii punctum. Stat igitur canonis praescriptum de spiritualibus exercitiis per sex «ntegros dies peragendis, salva exceptione pro Diaconatu, etiim ii plures sacri Ordines intra mensem vel brevius .empus alicui conferantur.

8. Non desunt tamen qui canonem de quo agimus benigne interpretari autument ex eo. quod pia animi dispositio ope exercitiorum in Subdxaconatus susceptione acquisita promovendo ad reliquos ordines si intra mensem eidem conferantur, ob eorum moralem unionem suffragetur: sed neque hoc admitti potest, quia spiritualia exercitia, iuxta normas a S. Ignatio de Loyola traditas, spatio unius mensis absolvuntur, et secundum eiusmodi normas S. Carolus Borromaeus. ecclesiasticae disciplinae restitutor insignis, in Concilio prov. Mediolanen. IV. ordinandis suie provinciae ad Subdiaconatum vel ad Presbyteratum exercitia spiritualia peragi iussit Progressu temporis S. Vincentius a Paulo, alter ecclesiasticae disciplinae strenuus promoter, eadem exercitia suis promovendis alumnis decem dierum spatio pro unequoque sacro Ordine praecepit, quae omnes dies proinde Integrum exercitiorum men«em efformant. Et haec S. VJneentxi a Paulo disciplina usque ad Codicis promulgationem lege particulari vel consuetudine in Ecclesia viguit

9. Post hoc. attenta dierum exercitiorum reductione a Codice ad *sex* integros dies facta, dici nequit piam animi dispositionem ad Diacnnatum et ad ipsum Presbyteratum, cuius onus angelorum excedit humeros, iam acquisitam fuisse, ope sex exercitiorum dierum pro Subdiaconatu peractorum. ita ut in expositis adlunetis nova dierum coarctatio admit! valeat/ 362

10. At contingere potest, ut sacri ordines conferantur breviori tempore quam mensis spatio, et tempus non suppetat servandi legem. Quid faciendum in isto casu? Respondemus praevalere principium iuris: Lex imposibilia non iubet. Et casus eiusmodi Impossibilitatis In relato responso clare admittitur et habetur, quoties Episcopi, sive apostolico induito, sive facultatibus ordinariis, plures eidem promovendo sacros ordines conferant tribus distinctis ct successivis, vel proximis diebus dominicis vel festis de praecepto, et hoc gravi causa interveniente, iuxta can. 1001 | 3, servatisque canonibus 975. de aetate ordinandorum. 976, de studiorum requisitis, et 978 de interstitiis, a quibus postremis ob necessitatem aut utilitatem Ecclesiae Episcopi dispensare possunt

11. Neque a canonum praescripto videtur ullimcdc aliena aut difformis facultas, quae vindicata est Episcopo seu Ordinario, coarctandi nempe ad unam tantum diem spiritualem recessum ante sacram ordinationem in casu expresso. quippe in hac materia non parum deferendum esse arbitrio et iudicio Ordinariorum, manifestat Ipse legislator, statuens in can. 1001 } 2: M Si expletis exercitiis sacra ordinatio *qualibet dc causa ultra semestre differatur, exercitia* iterentur, *secus iudicct Ordinarius utrum iteranda sint necne* Ceterum in Codice pro universa Ecclesia catholica condito, non poterant determinari singuli casus, in quibus per modum exceptionis lex communis ex integro suam applicationem sortiri non poterat. Quare huiusmodi In adiunti fideliter td ser.·ari debet, quod magis est conforme menti sacrorum canonum, quam prudenter legislator numquam praetermisit significare in generalibus Codicis praescriptionibus. Huic criterio innixa haec Sacra Congregatio censuit peropportunum esse quamdam generalem normam proponere Ordinariis, quam sequantur in exposita difficultate, ut secure et uniformiter sc gerant in tam gravi negotio.—D. Jorio. *Secr.*

Adn. D. JORIO In AAS 20 (1928) 360-362 J. CREU5EN K NrT 56 (1929) 69-71; Ph. MAROTO In CpR 9 (1928) 405-410; A. VERMEERSCH In PrM 17 (1928) 243-246· IP 8 (1928) 143-144.

838

1928 MAI 3-CONV. c. LUSITANIA. AAS 20 (1928) 131

Ratihabitio conventionis inter s. sedem et
REMPUBLICAM LUSITANIAE D. 15 APR. 1928 IN1TAE

Essendosi tra la Santa Sede e il Governo dclla Repubblica dei Portogallo conchiuso e dai rispettivi Plenipotenziari sottoscritto nel giorno 15 Aprile dall'anno corrente. un Accordo (LE 835) per recolare la circnscrizione delle Diocesi. Ia nomina dei Vescovi e Ia doppia giurisdizione, delle quali traita il Concordato stipulato nel 1886 tra la Santa Sede e il Porto^illo, oggi 3 Maggio 1928, Sua Eminenza il Signor Cardinale Pietro Gasparri, Segretario di Stato di Sua Santità. e Sua Eccellcnza il Signor Dott Augusto De Castro Sampaio Corte Real Inviato Straordinario c Ministro Plenipotenziario délia Repubblica de) Portogallo. riunitl nelle Camere del Palazzo Apostolico Vaticano, previa lettura dei rispettivi Istrumenti di ratifies, li hanno trovati pienamente conformi in tutti e singoll i loro articoli. In seguito di che. hanno entrambi proccduto alio scambio delle ratifiche mcdesirne. ed in fede di tale Atto hanno sottoscritto di loro propria mano il présenté processo verbale in doppio originale, apponendovi il sigillo delle loro armi

Roma, dal Palazzo Apostolico Vaticano, il 3 Maggio 1928.—P. Cari Gasparri. - Augusto De Castro Sampaio Corte Real.

Aὼν Vide CONVENTIONEM sub die 1923 Apr. 15: LE 835

839

1928 MAI 9.-SC RITUUM, DECR. AAS 20 (1928) 236

URBIS ET ORBIS

Officium, missa et elogium in festo s. ioannis **EUDES. CONFESSORIS**

Quum festum sancti loannis Eudes, Confessoris, Fundatoris Congregationis Presbyterorum lesu et Mariae, nec non Ordinis Dominae Nostrae a Caritate, ad universam Ecclesiam Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI extendere statuisset, Sacra Rituum Congregatio concinnatum de more Officium et Missam et Elogium in Martyrologio inserendum, a se revisum et approbatum. supremae Apostolicae sanctioni submisit. Sanctitas porro Sua. referente subscripto Domino Secretario. oblatum Officium cum Missa et Elogio, prouti in superiori legitur exemplari, benigne approbare dignata est; illudque in festo Sancti loannis Eudes ab universa Ecclesia adhibendum decrevit Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 9 Maii 1928.—A. Card. Vico. Ep. Portuen. et S. Rufinae. S. *R. C. Praef.* Angelus Mariani. *Secr.*

840

I

1928 MAI 26.-SC ORIENT. DECL. AAS 20 (1928) 195-196

DECLARATIO

De prohibitione librorum quoad orientales

Cum quaesitum fuerit a nonnullis, utrum Orientales teneantur, sicut ceteri, decretis damnationis *librorum et diariorum a* Suprema Sacra Congregatione S. Officii editis, et specialis mentio facta sit de prohibitione ac poenis irrogatis in illam quam dicunt ‹ Aetion Française ›. Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali declarat praefata decreta omnes cuiuscumque/ ritus fi- 196
deles attingere seu eodem modo obligare, quippe quae potius quam disciplinam, directe spectent doctrinam Ecclesiae. Vult enim S. Mater Ecclesia huiusmodi decretis fidem ac mores servare atque tueri et ad hoc Codex iuris, canone 1396. aperte statuit ac sancit libros a Sede Apostolica damnatos *ubique locorum* et in *quodeumque vertantur idioma* prohibitos censeri.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Pro Ecclesia Orientali, die 26 Maii 1928.—Aloisius Card. Sincero, *Secr.* H. I. Cicognani. *ad interim Ads.*

Adn. **IP 8 (1928) 60; PrM 17 (1928) 131.**

841

1928 IUN 8.-SC RITUUM, RESP. AAS 20 (1928) 237

DUBIUM

De oratione ssmi sacramenti in missa sabbati sancti

Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuit, nimirum:

‹ An in Missa Sabbati Sancti addenda sit oratio Ssmi Sacramenti, si statim post Missam fiat in eodem altari expositio Ss. Eucharistiae pro oratione XL Horarum seu pro publica causa? ›

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit: « *Affirmative,* ad normam Decretorum Sacrae Rituum Congregationis dierum 27 Aprilis 1927 et 11 lanuarii 1928 » (LE 761. 812]. 8 Iunii 1928.—A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. *R. C. Praef.* Angelus Mariani, Secr.

Adn. In tcxtu Rasp., prout invenitur apud AA5. allegetur, typographic! causa, decretum diei 11 Feb 1928 loco deceti 1| lanuarii 1928. P. B In EL 42 (1928) 306-307; A. CROEGAOT in CM 18 (1929) 191-195; J. PAUWELS in NrT 55 (1923) 771; PrM 17 (1923) 199-200.

842

1928 IUN 12.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

Vota et postulata primi Concilii S

1. De *vexillorum nationalium* usu. — Normas circa vexillorum nationalium usum, ab Apostolica Sede per Legatum Pontificium Concilio Plenario Sinensi tradkas, quae hae sunt: ‹ Intra ecclesiarum septa nemini liceat vexilla aut signa nationalia cuiuslibet gentis exponere ›, Concilium reverenter accipit Hoc tamen exprimit votum. ut relinquatur prudenti Ordinariorum consilio munus eas normas deducendi, salvis praescriptionibus pro vexillis *in ecclesia admittendis vel benedicendis* in decreto S. R. C. die 26 Martii 1924 datis. l

Resp. *Affirmative ct ad mentem.* Mens autem *est tt non solum* salvae sint *praescriptiones a Sacra Rituum Congregatione hac m re datae, sed etiam perpendatw dispositio animi indigenarum qui forte ex* expositu, in *ecclesiis» vexillis exterarum nationum aut* ab eccleriù *arcerentur, aut a suis popularibus spernerentur* ct exprobrarentur *tanquam propriae patriae adverri* vel eidem non saris devoti.

4. De *pecunia pro quibusdam peculiaribus Commissionibus.* — Primum Concilium Sinense reverenter petit a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, ut pro sumptibus trium Commissionum, de quibus Lib. 1. Tit VIH (30-49) sermo habetur, quamdam pecuniae summam, eamque certam, et, in modum sortis, firmam, apud Delegationem Apostolicam constituere velit

Resp. *Remissum est ad P. Opus Propagationis Fidei.*

5. *De museis constituendis.* — Cum ubique terrarum semper Sancta Mater Ecclesia humanarum artium scientiarumque auctor fuit et altrix, in votis est ut ad missionum honorem Sinarumque decus, ex profanis ei sacris antiquitatum reliquiis opportuna constituantur musea.

Resp, *Laudatur propositum.*

6. De *facultate consecrandi altaria portatilia* breviori *formula.* — Primum Concilium Sinense humiliter petit ut Vicariis Apostolicis in Sinis concedatur facultas formula breviori consecrandi altaria portatilia.

Resp. *Affirmative, utendo formula in* plurali ad decennium.

7. De *facultate celebrandi quotidie Missam B.* M. V. — Primum Concilium Sinense petit a S. Sede ut missionarii. dum sunt in via ad visitandas christianitates, vel quando sunt in aliqua residentia in qua non est copia paramentorum. possint quotidie celebrare Missam de B. Maria V. pro tempore ad instar facultatis iam datae aliquibus Institutis, utputa Sacerdotibus Congregationis S. Francisci Salesii, in Sinis, anno 1917.

Haec facultas est ut obveniatur difficultati transferendi paramenta in hunc aut in illum locum.

Resp. Afissionariis *dum sunt in via ad visitandu christianitates facultas fit ad decennium* utendi coniis bicoloribus. *nigri scilicet et flavi.*

8. De *Benedictione Papali a Missionariis largienda.*— Primum Concilium Sinense submisse petit ut facultas, quam habent Vicarii ct Praefecti Apostolici In Sinis, impertiendi ter in anno in sollemnioribus festis Benedictionem Papalem iuxta praescriptam formulam, possit missionariis et sacerdotibus subdelegarL

Resp. Negative et *ad mentem. Mens est* ut, *si* Vicarii *vel Praefecti Apostolici diebus in quibus eis /it facultm Benedictionem Papalem impertiendi impediti* rint, mb- *delegare valeant presbyterum qui in ecclesia* pro-cathedrali *Benedictionem Papalem largiatur.*

» A. S. S.. a. 1924. p. 171. [LE 584; Vota et Postulata n. i et 3. quae divisionem territorii Sinorum in quinque rejicoes ecclesiasticas continent, omittuntur].

9. De statu leoalt *cleri Sinensis.* — Cum iura et privilegia cleri Sinensis ad normam Can. 118 seq. a gubernio Sincnsi non recognoscantur, Primum Concilium Sinense maxime optat ut, sive per Delegatum Apostolicum. sive alio modo, ad statum legalem canonicum cleri Sinensis obtinendum deveniatur.

Resp *Providebitur prout fieri poterit.*

10. *De privilegio personali quotidiano altaris privilégiait.* — Cum mlssionarii, saepe extra ecclesiam reddendae suae Missam celebrantes, altaris privilégiât! locali privilegio frui nequeant, proinde nec eorum fideles. ideo petitur ut omnes misslonarii et sacerdotes eodem privilegio, sed personali et quotidiano, uti possint.

Resp. *Affirmative ad decennium.*

11. *De facultate generali dispensandi super impedimento aetatis.* — Magnae difficultates oriuntur in Sinis ex nova praescriptione iuris circa aetatem requisitam ad validam matrimonii celebrationem. Ordinarii desiderant et conantur exstirpare veterrimam et lugendam consuetudinem liberos nubendi in aetate iuniore; sed res est multae operae quae, ut perficiatur, longum tempus requirit. Ideo Ordinarii uno ore submisse flagitant a Sancta Sede generalem facultatem dispensandi super impedimento aetatis, non solum cum iis qui sponsalia ante promulgationem Codicis Iuris Canonici, sed etiam cum iis qui eadem posterius inierunt

Resp. *Nihil innovandum.*

12. *De facultate Ordinariorum circa Matrimonia catechumenorum plures uxores habentium.* — Facultatem habent Ordinarii Sinenses « dispensandi cum gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut, post conversionem et baptismum, quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti ».

Unde deduci videtur, in omni casu polygamiae etiam successivae, virum polygamum non posse secum retinere tanquam propriam uxorem mulierem secum baptizatam, nisi interpellationibus praemissis, ut sciatur num prima uxor converti voluerit.

Aliunde, in Constitutione Sancti Pii V *Romani Pontificis,* can. 1125, absolute dici videtur ut in casu polygamiae successivae possit neophytus secum retinere tanquam propriam uxorem mulierem quae cum ipso baptizate fuerit, nulla facta quaestione praemittendae interpellationis.

Primum Concilium Sinense videns frequenter inter nostros catechumenos reperiri tales qui cum secunda vel ulteriore successive uxore, in baptismum consentiente, baptismum petant, quibus durissimum est et fere impossibile tale matrimonium dissolvere, humillime Sedem Apostolicam orat utrum, ad mentem Constitutionis S. Pii V supra citatae, liceat Vicariis Apostolicis et Praefectis Apostolicis tales catechumenos cum tali in baptismum consentiente uxore simul baptizare, data eis insuper facultate ut in eodem matrimonio tanquam legitimo permanere valeant, absolute et sine ulla interpellatione primae uxoris an non.

Resp. *Affirmative.*

13. *De sepultura ordinarii.* — Primum Concilium Sinense postulat ut privilegium in canone 1205 concessum Episcopis residentialibus, pro eorum sepultura in propria ecclesia, extendatur tn Missionibus ad Ordinarios locorum.

Resp. *Affirmative pro locorum Ordinariis charactere episcopali insignitis.*

14. *De festis diebus de praecepto.* — Primum Concilium Sinense reverenter petit ut dies festi sub praecepto in universa Ecclesia Sinensi sint tantum: omnes et singuli dies dominici, festa Nativitatis, Epiphaniae, Ascensionis Domini, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis Almae Genitricis Dei Mariae, Sancti Ioseph eius sponsi. Omnium denique Sanctorum: sublata obligatione celebrandi sub praecepto festa Circumcisionis, SSmi Corporis Christi, ita tamen ut ista duo ultima transferantur ad dominicam subsequentem.

Resp. *Affirmative.*

15. *De facultate permittendi labores serviles in diebus festis.* — Primum Concilium Sinense postulat ut facultas, quam habent Vicarii Apostolici dispensandi cum catholicis pauperibus, qui opera sua valde indigent, ut serviliter laborare valeant diebus dominicis, extendatur etiam ad dies festos; sublata pro his pauperibus, si Missam audire non possint, obligatione recitandi preces suppletivas.

Resp. *Nihil innovandum.*

16. De *dispensatione a* ieiunio ct abstinentia in quibusdam *diebus festivis apud Sinenses.* — Concilium Sinense humiliter a Sancta Sede petit indultum pro totis Sinis, vi cuius dispensari queat, quando tempus id ferat, a lege abstinentiae et ieiunii ultima dic et quindecim prioribus diebus anni lunaris Sinici; item die quinta quintae lunae et dic decima quinta lunae octavae. His enim praedictis diebus, ex communi et vetustissima consuetudine, fere impossibile est ut Sinenses ieiunium aut abstinentiam servent

Resp. *Affirmative ad decennium.*

17. De *formula Consecrationis Sinarum B. M. V. indulgentiis ditanda.* — Primum Concilium Sinense humiliter a Sancta Sede postulat ut adhibitam formulam consecrationis Sinarum Beatae Mariae Virgini his sacris indulgentiis ditare dignetur:

a) Indulgentia plenaria, sub requisitis condicionibus, pro iis qui primae consecrationi et renovationi annuali adfuerint;

b) Indulgentia plenaria semel in mense, sub condicionibus requisitis, pro iis qui formulam consecrationis quotidie pie recitaverint;

c) Indulgentia 300 dierum semel in die pro recitatione formulae consecrationis.

Resp. *Affirmative.*

18. De *facultate sacras supellectiles benedicendi.* Concilium petit ut facultas, de qua in can. 1304, relate ad benedictionem sacrae supellectilis, in Missionibus, concedatur omnibus sacerdotibus qui curam animarum gerant

Resp. *Affirmative ad decennium.*

19. De *rerum valore doliaribus sinensibus aestimando.* — Ratione habita vilitatis pretii libellarum et francorum, humiliter a S. Sede petitur ut, loco *triginta millium libellarum seu francorum,* de quibus in can. 534, 1532, 2347, retineri possint in Sinis *quindecim millia doliarium Sinensium,* et sic, servata proportione, de aliis summis. [1]

Resp. *Affirmative.*

20. De *Synodis celebrandis.* — Patres Concilii petunt ut, retento nomine Synodi, Synodus Vicariatus vel praefecturae celebretur in modum Conferentiarum Episcopalium, id est extra ecclesiam ac sine sollemnitatibus quae in Pontificali Romano inveniuntur. Rationabilis causa sic agendi est necessitas parcendi tempori et minuendi sumptus.

Resp. *Prout exponitur non expedire. Poterunt tamen Ordinarii conferentias celebrare cavendo ne nomine Synodi utantur.*

21. *De professoribus in seminariis regionalibus.* — In votis Patrum Concilii est ut electio professorum in seminariis regionalibus fiat, de consensu Ordinariorum, ab illa societate cui commissum est seminarium regionale. et quae maiorem vicariatuum numerum in regione habet.

Resp. *Nihil innovandum.*

22. *De Universitatibus condendis.* — Optandum est; 1°. ut aliquae canonicae condantur Facultates seu scholae Theologicae, in quibus alumnis superior perfectiorque tradatur in disciplinis ecclesiasticis institutio, etiam gradibus academicis honestata, si quando hoc opportunum Sanctae Sedi visum fuerit; — 2°. ut Universitates catholicae condatur, cum publicae gubernii et protestantium Universitates doctrina sensuque catholico omnino careant. imo materialism© et falsis opinionibus contra Ecclesiam catholicam imbutae sint.

In Sinis unam modo exstare Universitatem catholicam necessitati minus congruere apparet: ideo Concilium Sinense votum emittit, ut saltem aliae duae Universitates condantur, una pro parte septentrionali, altera pro meridionali parte huius Reipublicae.

Quantum ad Universitatem « Aurora ». iam in Shanghai constitutam, optandum est ut maius incremcn-

[1] S C. C., Rom. et alter., die 23 Ian. 1923: Acta A. S voi XV, 1 Oct. 1SG3: pag. 513. 514. (LE WJ.

tum accipiat, et a Vicariis Apostolicis suis subditis commendetur?

Resp. *Laudatur propositum.*

23. *De curandis iuvenibus Sinensibus apud exteras gentes studentibus.* — Cum, teste experientia, futurum nationis Sinensis bonum multum pendeat ex iunioribus Sinensibus, qui, nunc in Europa vel in America studentes, ibidem scholas neutras vel acatholicas celebrant, in quibus aut nihil aut meras, specie historiae, calumnias de Ecclesia catholica audiunt. Primum Concilium Sinense a Summo Pontifice submisse petit ut, in quacumque Europae vel Americae nationi, ubi student multi Sinenses, ipsa Sedes Apostolica, pro suo prudenti iudicio, meliori quo fieri potest modo, provideat ut praedicti iuvenes per idoneos sacerdotes et catholicos laicos in doctrina catholica instituantur.

Resp. *Providetur uti fieri potest.*

24. De *Magistris in Sinas mittendis recte instituendis.* — Hoc Concilium peroptat ut Ordines. Congregationes et Societates quae operam in missionibus impendunt, efforment in aliqua schola superiori proprios subditos, quos ad instituendam, in Sinis, iuventutem destinabunt, postquam eos pares tanto muneri reddiderunt

Resp. *Laudatur propositum.*

25. *De Judiciis ecclesiasticis circa causas matrimoniales.* — a) Primum Concilium Sinense humillime Sedem Apostolicam orat ut Instructionem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide anno 1883 datam < De iudidis *ecclesiasticis circa causas matrimoniales* ⅜ quatenus opus sit. in Ecclesiam Sinensem iterum extendere velit, adiectis, ad normam novi iuris, opportunis correctionibus et simplificationibus. prae oculis habitis insuper peculiaribus difficultatibus infra exponendis.

b) Insuper ut potestatem quam ius tribuit Ordinariis canone 1990, extendere velit in Sinis Vicariis Apostolicis ad hos casus:

1·. Ad declarandam nullitatem matrimonii in casu, ubi certo probatur virum ante matrimonii celebrationem orbatum fuisse utroque testiculo;

2'. Ad dispensandum supra rato et non consummato, ubi certo probatur nullam fuisse cohabitationem post celebratum matrimonium.

c) Denique ut Ordinarii Sinenses possint processum m causis dispensationis super rato instruere, quin, ad normam cam 1963, $ 1, debeant toties quoties facultatem instruendi processum a Sede Apostolica petere.

Rationes autem ad haec postulanda sunt:

Prima est penuria personarum. Impossibile enim est Vicario aut Praefecto Apostolico in sua residentia, vel prope, habere tot missionaries et tales quot et quales, ad normam can. 1573. 1574, 1576, 1585, 1586, pro iudicii ecclesiastici tribunali constituendo requiruntur.

Secunda ratio est difficultas in conveniendis partibus et testibus ex locis nimis longe dissitis a residentia episcopali, praesertim in magnis missionibus. Partes et testes, si nullum emolumentum sperare possint obtinendum ex iudiciis ecclesiasticis, ea ordinarie negligilôt, cum insuper et saltem viatici expensas in casu ipsi per *se* sustinere debeant.

Tertia ratio magis urgens est magna difficultas et pene insuperabilis iuramenti obtinendi a testibus et partibus; quia in neophytis deest talis praedispositio intellectualis et moralis qualis ad iuramentum emittendum requiritur. Ergo est res difficillima eam certitudinem moralem obtinere quoad testimonia, quae iuramentis gignitur, et ad iudicialem sententiam ferendam ln iure praescribitur.

Quarta ratio, etiam maximi momenti, ea est quod absolute desunt vel periti medici vel obstetrices, quorum vel peritiae vel fidelitati Vicarii Apostolici confidere possint, ubi agitur de causis matrimonialibus in specie de impotentia et inconsummatione. imo Patres in Concilio adunati censent tale munus his medicis vel obstetricibus tuto committi non posse.

' Cum hoc votum pro parte septentrional! jam ad effectum frtUctter perductum «it, per fundationem Universitatis Catholicae Patribus O. S. B. concreditae, tale Institutum omnibus Sinorum Ordinariis enixe commendatur.

* Coll S. C. de Prop. Fide, Hon«kon«, an. 1905. η 1634. (Nora Instructio data est die 18 Feb. 1929. cf. Inïni LF. 832].

Resp. Ad a) *Affirmative;*
ad b) *Negative ad utrumque;*
ad *c) Affirmative et ad tempus, tributis Delegato Apostolico opportunis facultatibus.*

26. *pe tribunalibus secundae instantiae.* — 1®. Cux in Sinis nondum erecta sit Hierarchia ecclesiastica, et propterca in ecclesiasticis regionibus desit Metropolis (can. 272), qui possit appellationes accipere (can. 274, n. 7) a sententiis tribunalis ordinarii primae instantiae, ad normam can. 1594, § 1;

2°. Et cum insuper partes ius habeant a sententia appellandi (can. 1879), et in causis matrimoniahbca vinculi defensor a prima sententia, quae matrimonii nullitatem declaraverit, intra legitimum tempus, ad w-perius tribunal provocare debeat (can. 1986);

3°. Hinc, ratione quoque habita nimiae distantiae tribunalis Romani pro appellatione, saepe saepius mala et pericula in mora oriuntur, praesertim quod attinet ad causas matrimoniales: inspecta enim peculiari indole huius gentis, grave periculum est ne ulli, non exspectata secunda sententia, alias subinde ineant nuptias

Quam ob rem Concilium Sinense reverenter petit a Sancta Sede ut a) in quacumque regione ecclesiastica Sinarum, unum loci Ordinarium, et in loco centrali aliis Episcopis commodiori, semel pro semper designet, apud quem resideat tribunal ordinarium secundae instantiae, ad normam can. 1594. § 1. et ad mentem can. 364.

b) Eadem de causa Ordinario tribunalis secundae instantiae de quo supra, concedatur facultas designandi semel pro semper, probante Sede Apostolica, alium Ordinarium ad quem fiat appellatio a causis in prima instantia coram se pertractatis, ad normam can. 1594. § 2. et ad mentem can. 294. § 1. Ita iam sternitur insuper via ad ecclesiasticam Hierarchiam in Sinis erigendam.

Resp. *Affirmative ad utrumque.*

• Delegato Ap. in Sinis: Primum Concilium Sinense inno 1924 celebratum, Zt-Ka-Wei 1930. p. 323-341. Adn. REGATILLO n. 571.

8-13

1928 IUN 15.-SC CONCILII, RESP. PART.·

Circa stipendia missarum

The following questions were asked of the Sacred Congregation of the Council by an Ordinary of the United States:

I. Whether, in interpreting wills in which a sum of money is left for the celebration of Masses, nothing being said in the will about the nature of the Masses, the beneficiaries may interpret the mind of the testator in favor of sung Masses, or not.

II. Whether, when a testator has left a sum of money for the celebration of Masses, but nothing is said in the will as to the number of Masses, the beneficiary may take from the inheritance the sum of two dollars for each low Mass, or not.

Reply. The Sacred Congregation, after maturely considering everything, replied: In *the negative* to both questions; unless peculiar circumstances seem to advise the contrary; in which case recourse should be had for proper interpretation of the mind of the testator to this Sacred Congregation.

• Ordinarii» S. F. America· Septemtrionells per BOUSCAREN II p. 206 207. Λ?.:

84-1

1928 IUN 22.-SC RITUUM, RESP. PART.·

ACERRARUM

Dübia circa mulieres organum pulsantes in ecclesia **VEL** scholam cantorum **EFFORMANTES**

Dubium - Il Vescovo di Acerra sottopone al giudiro della Sacra Congregazione dei Riti I seguenti questi:

1. E' permesso aile donne, formanti la schola cantorum. suonare e cantare in chiesa, anche nelle funzioni strcttamente liturgiche?

2. Restando le cantanti in mezzo al popolo, per]'accompagnamento si puô collocare l'harmonium in mezzo alie cantanti?

3. Si puô permettere alla donna che accompagna di stare in luogo separato, ben custodita e garantita, sempre s'intende nelTambito della chicsa?

Resp. - Sacra Rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis voto, propositis quaestionibus ita rescribere censuit:

Ad 1. Serventur decreta S. Rituum Congregationis n. 4210 in una *Angclopolitana* 17 ianuarii 1908 ad 2 [ASS 41 (1908) 114 - 116] ct n. 4231 in altera *Neo-Eboracen.* 18 decembris 1908 (AAS 1 (1909) 175] necnon Canon 1264 $ 2 Codicis iuris canonici.

Ad 2. et 3. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 22 iunii 1928.

• Ordinario Acerrarum: **Collectio decretorum n. 13 p. 14.**

845

1928 IUN 23.-SC ORIENT., DECR. AAS 20(1928)232-233

Restituno sedis et tituli archiepiscopalis
CONSTANTINOPOLITAXI ARMENORUM

DECRETUM

Pius Pp. IX extinxit et abolevit titulum primatialem atque archiepiscopalem Armeniae Constantinopolitanae Ecclesiae. Deinde Constantinopolitanam eclesias-
233 ticam Armenorum provinciam patriarchatui Ciliciae/ perpetuo univit, mandans ut novus Patriarcha eiusque successores titulo fruerentur Patriarcharum Ciliciae Armenorum. ut iidem in urbe Constantinopolitana residerent. eamdemque Constantinopolitanam Ecclesiam ordinaria iurisdictione gubernarent. Voluit autem ut praedictus Patriarchatus iisdem limitibus coerceretur, quibus Ciliciae Patriarchatus et Primatiatus Constantinopoleos tunc temporis continebantur.

Verum cum in praesenti rerum concRtiones aliae omnino sint ac tunc temporis fuerunt, Ssmus Dnus Noster Pius div. Provid. Pp. XI, praehabitis votis ac deliberationibus Patriarchae Ciliciae Armenorum Pauli Petri XIII Terzian et Armenorum Episcoporum in Urbe congregatorum, de consulto Emorum Patrum Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, hisce votis annuens, decernit et mandat ut, attentis praesentibus rerum adiunctis, sedes seu residentia Patriarchae Ciliciae Armenorum, eiusque successorum restituatur in Libano, seu in urbe Beyruth prope Bzommar, ubi primi Patriarchae Armeni commorati sunt; Ecclesia vero Constantinopolitana Armenorum titulo archiépiscopal! iterum decoretur, sine ecclesiastica provincia, eidemque Ecclesiae praeficiatur Antistes qui eam iure ordinario gubernet ac regat: firmis tamen manentibus memorata sedium unione, titulo Patriarchae Ciliciae Armenorum et iurisdictione Patriarchae in totum patriarchatum a Pio Pp. IX statutis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 23 Iunii 1928.—A. Card. Sincero, *Secr.* H. I. Cicognani. *ad interim Ads.*

846

1928 TUN 28.-SC RITUUM, RESP. PART.·

LINCIEN.

Dubia circa missam pro populo in festis translatis

Dubium - Rerhus Episcopus Linciensis S. Rituum Congregationi pro opportuna solutione sequens dubium exposuit, nimirum:

Ad dubium ‹ Missa de sollemnitate, ex Decreto generali S. R. C. super Motu proprio *Abhinc duos annos* in Dominicam translata, num a parocho pro populo applicari potest » in Actis *Apostolicae Sedis* voL XIV (1922) et in decreto ibi relato Sacrae Rituum Congregationis Hildesien. 16 Junii 1922 ad VIII. responsum reperitur: *Negative,* nisi agatur de Missis comprehensis in novis Rubricis Missalis Romani tit IV; quum vero idem decretum et dubium in *Decreta authentica Sacrae Rituum Congregationis* — Appendix II responsum habeat: *Affirmative.*

Quaeritur: Num valeat responsum primum in Actis Apostolicae *Sedis,* an vero secundum in *Decreta Authentica* publicatum.

Resp. - Et S. R C.. audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, praepositae quaestioni respondendum censuit:

Negative ad primam partem. *Affirmative* ad secundam. iuxta decretum Urbis et Orbis die 26 Januarii 1927 [LE 735] et decretum eidem collectioni insertum sub numero 4372 Hildesien. diei 16 Junii ad VU (LE 4301.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 28 Junii 1928.—A. Card. Vico, Epp. Portuen. *Praef.* Angelus Mariani, S. *R. C. Secr.*

• **Ordinario LIncicnsi: AKKR 109 (1929) 298-299.**

847

1928 IUN 30.-SC S. OFF., RESP. AAS 20 (1928) 230

Dubium de libris gabrielis d'annunzio

Proposito Supremae huic Sacrae Congregationi Sancti Officii dubio: « An praeter omnes fabulas amatorias, omnia opera dramatica et librum ‹ *Prose* scelle » Gabrielis D'Annunzio Decreto 8 Maii 1911 (AAS 3 (1911) 200 - 201] proscripta, etiam reliqua eiusdem generis opera *(tragédie, commedie, misteri, romanzi, novelle, poesie)* fidei et morum offensiva, scripta vel edita post supradictum Decretum, habenda sint eodem modo prohibita ».

Feria IV, die 27 Iunii 1928

Emi ac Rmi DD. Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt: *Affirmative,* atque responsionem istam in Indicem librorum prohibitorum inserendam mandarunt

Et insequenti Feria V, die 28 eiusdem mensis et anni Ssmus D. N. D. Pius Divina Prov. Pp. XI in solita audientia Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 30 Iunii 1928.—Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. Off. Notarius.*

Adn. ME 40 (1928) 195

848

1928 IUL 6.-SC S. OFFICII. RESP. PART.·

De assistentia sacerdotis matrimoniis mixtis

Dubium. - Utrum in territorio,, quod respicit Breve Gregorii XVI, Quas Vestro de die 30 aprilis 1841 [CICF n. 497], parocho post Cod. jur. can. in celebratione huiusmodi matrimonii mixti licitum sit. omisso omni ritu ecclesiastico seu sacro, requirere et recipere contrahentium consensum; an vero eidem quaelibet assistentia prohibita siL

Resp. - *Commissio Interpres* d. 6 IuL 1928:

Negative ad primam partem; *affirmative* ad secundam partem seu standum decisioni a S. Officio datae 26 nov. 1919 [LE 220]. Si vero aliquis casus extraordinarius eveniat. Ordinarius recurret ad S. Sedem.

• Ordinirio Z»gr>blend: TpQ 84 (1931) 376 Adn. V. MOCNIK In TpQ 84 (1931) 375-376; REGATILLO n. 363

849

1928 IUL 9.-SC PF,, DECL. AAS 20 (1928) 266-26?

De relatione inter pontificium opus a propagatione
FIDET ET INSTITUTA RELIGIOSA MISSIONALIA

In coetibus plenariis Consilii Superioris Generalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei Romae habitis mense Aprilis huius anni, haec vota sunt prolata de mutua consuetudine inter Pontificium Opus a Propagatione Fidei et Instituta Religiosa Missionalia :

L Religiosi, sicut ceteri omnes, prae quocumque opere Missionibus iuvandis destinato, studiose ac sedulo favere velint Pontificio Operi a Propagatione Fidei. Nam

a) est Opus Pontificium et a Summo Pontifice Pio divina Providentia Pp. XI. Motu proprio *Romanorum Pontificum,* die 3 Mail a. 1922 (LE 414) edito, ad dignitatem instrumenti Apostolicae Sedis evectum ;

b) Missiones vero Religiosis Institutis concreditae ab ipso Pontificio Opere quotannis non parva accipiunt adiumenta atque Missionum Praepositi subsidia extra ordinem saepe petunt.

II. Velint iidem Religiosi operam dare ad felicem exitum peculiaris Festi pro Missionibus mense Octobri celebrandi.

III. Velint insuper Religiosi abstinere et ab ineundis viis et ab adhibendis mediis et ab operibus condendis, quae sub quacumque specie aliquid prae se ferant, quod cum Pontificio Opere a Propagatione Fidei confundi possit, quaeque impediant Pontificii Operis maius in-
267 crementum.

IV. Quibus positis, ad meliorem conspirationem et pleniorem successum operum missionalium. Consilium Superius Generale, cui perspectum est Pontificium Opus a Propagatione Fidei haud posse occurrere omnibus et singulis Missionum necessitatibus, libenter declarat se nolle impedire quominus Instituta Missionalia ab amicis ct benefactoribus stipem conquirant pro suarum Missionum necessitatibus : sed sperat fore, ut eadem Instituta commendent amicis ct benefactoribus ipsum Pontificium Opus et curent, ut iidem nomina dent etiam Pontificio Operi propter rationes supra allatas.

Ex Secretaria, die 9 Iulii 1928.—loseph Nogara, Archiepiscopus eL Utinensls, *Pro-secr. generalis.*

Adn. PrM 17 (1928) 198.

850

1928 ILL 13.-SC ORIENT. DECR. AAS 20 (1928) 260

DECRETUM

DE NOTIFICATIONIBUS ad russos spectantibus

Ad vitandam documentorum ecclesiasticorum dispersionem, quae non sine gravi detrimento, praesentibus rerum circumstantiis in Russia permanentibus facilius accidere posset, Pontificia Commissio pro Russia, approbante Ssmo Domino Nostro Pio, divina Providentia Papa XI, haec statuit: Donec aliter provisum fuerit, notificatlones omnes, ad nonnam canonum 470 § 2, 576 5 2, 798, 1011 et 1103 *ξ 2,* parocho baptismi faciendae, si parochia baptismi inter fines Russiacae ditionis exsistat, ab iis qui ad id iure tenentur, ad hanc unam Pontificiam Commissionem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Pontificiae Commissionis pro Russia, die 13 Iulii 1928.—A. Card. Sincero, *Praeses.* Carolus Margotti, *Secr.*

851

1928 IUL 23.-SC RELIGIOSORUM, RESCR. PART.·

Sanantur vestittones et professiones invalidae in
TERTIO ORDINE SAECULARI S. FRANCISCI

Preces - Beatissime Pater, Procurator Generalis Ordinis FF. Minorum Capuccinorum. ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, reverenter exponit constare non paucas vestitiones et professiones in Tertio Ordine saeculari S. Francisci invalidas esse, sive ob defectum legitimae facultatis apud quosdam Sacerdotes, praesertim saeculares, sive quia non fuerunt servata praescripta ad validam «admissionem et professionem, sive etiam aliis de causis; imo aliquando valde dubitari de legitima existentia quarumdam Sodalitatum ipsius Tertii Ordinis, co quod non reperiuntur amplius documenta, quae ad earumdem canonicam erectionem se referunt.

Quapropter, idem Procurator Generalis humillime rogat Sanctitatem Vestram, ut, pro spirituali bono Christifidelium qui sub vexillo Seraphici Patris militant, benigne sanare dignetur quascumque vestiboos et professiones in praefatum Tertium Ordinem saecularem S. Francisci, necnon ipsas erectiones Sodalitatum Tertii Ordinis, quae, ob quemlibet defectum bona fide admissum, hucusque irrita sunt. Et Deus...

Rescr. - Vigore facultatum a SSuno Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Revrni Proc. Gea, Revjno P. Ministro Gen. benigne commisit ut petitam gratiam pro suo arbitrio et conscientia concedat sanatis omnibus quae sanabilia sunt et sanatione indigent et facta mentione huiusmodi concessionis in Libro professionum ac servatis ceteris servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 23 iulii 1928.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Vine. La Puma, Secr.

• AOMCap 44 (1928) 178. Sîmlk Rescriptum cwctitu:» h'· Ordini Fratrem Minorum »ub die 6 Feb 1929: AOFM 48 (1929) C2-63 wepe rcnozaîurn.

852

1928 ILL 24.-SC CONCILU, EPIST. PART.·

Normae circa obligationes et onera adnexa
IURIS PATRONATUS

Revme Domine uti Frater, A quibusdam locorum Ordinariis Hispaniae exhibita sunt huic Sacrae Congregationi resolvenda nonnulla dubia circa onera seu officia quae patronis laicalibus privatis incumbunt erga ecclesias paroecialcs ex can. 1186 et 1469. 5 1, n. 2 et 3 Codicis iuris canonici.

Quae quidem dubia ex eo oriuntur quod, cum quamplurimae ecclesiae paroeciales reaedificatione vel restauratione vel sufficiente dotatione indigeant, urgentbus Ordinariis onerum adimplementum, patroni parere recusent Quidam enim asserunt esse deperdita documenta quibus certo probetur titulus originarius iurispatronatus. nec posse legitime onus certum imponi ex dubia saltem obligatione. Quidam vero tenent Statum in Hispania post legem concordatam anno 1851 suscepisse adimplenda omnia onera patronorum privatorum ac in specie etiam onera quae se referunt ad ecclesias paroeciales reficiendas vel reaedificandas.

Accedit quod, occasione disceptationum circa exercitium huiusmodi iurispatronatus. patroni, in dubio de iure praesentandi, ad tribunalia ecclesiastica recurrant, inita conventione inter ipsos et sacerdotes ad beneficia paroecialia praesentandos, ut praesentandi expensas suscipiant faciendas pro iure patronatus sibi vindicando.

Quaesitum est igitur: I. Quoad onerum adimpiementum. cui incumbat onus probandi: a) titulum peculiarem originarium iurispatronatus : b) statum in singulis casibus sumpsive vices patronorum.

II. Quo vero ad clericos praesentatos vel praesentandos. utrum Ordinarius interdicere queat, etiam irrogata poena (non exclusa privatione iuris ad beneficium ex praesentatione quaesiti) quominus clericus praesentandus vel praesentatus. quovis modo, directe vel indirecte, toleret, vi conventionis initae. expensas processus a patrono promoti pro iurepatronatus vindicanda

lamvero haec Sacra Congregatio Concilii, ut ta re tam gravi Ordinarii, quorum pro peculiaribus rerum adiunctis interesse poterit, communem haberent normam eamdemque certam ac tutam, memorata dubia in Congregatione plenaria diei 12 maii 1928 Eminentissimorum Patrum iudicio submisit, qui. omnibus mature perpensis, ea quae sequuntur servanda statuerunt:

‹ I. Urgentibus Ordinariis onera seu officia patronorum ex titulo aedificationis vel dolationis iuxta can. 1469, § 1, n. 2 et 3 patronis ipsis onus incumbit probandi ad nonnam canonis 1454 se ex alio titulo habere luspatronatus. quod exercere petunt; quo titulo non probalo vel dubio manente, iidem patroni memoratis oneribus satisfacere tenentur.

II. Si patronus intimationi Ordinarii urgentis onera uti supra, excipiat Statum ex lege concordata in se suscepisse obligationem ea adimplendi, onus probandi exceptionem in singulis casibus patrono ipso incumbit.

III. Ad omnes abusus, si qui sint, eliminandos et ad pericula praecavenda Ordinarii, pro prudenti eorum arbitrio, possunt per decretum interdicere etiam irrogata poena, non exclusa privatione iuris *ad* beneficium ex praesentatione forsan quaesiti, quominus clericus praesentatus vel praesentandus, vi conventionis initae. expensas processus toleret a patrono promoti pro iurepatronatus vindicando ».

Velit Amplitudo Tua supradictas decisiones omnibus istius Provinciae ecclesiasticae Ordinariis notas facere, ct interim quo par est obsequio me profiteor.

Amplitudinis Tuae uti fr.—D. Card. Sbarretti, *Praef.* lulius, Episc. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

• Ordinarii» Hlsponloc: Sal **Temo 17 (1928) 906. Adn. REGATILLO n. 739; IP 9 (1929) 24; ME 41 (1929) 47-50.**

853

1928 AUG 3.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART/

Conceditur monialibus ord. carm. usus ovorum et **IACTICINIORUM IN NONNULLIS SOLEMNTORIBUS FESTIS**

Preces - *Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ordinis Carmelilarum Discalceatorum, ad pedes S. V. provolutus. humiliter exponit:

In constitutionibus Monialium praefati Ordinis, anno 1926 a S. V. confirmatis, prohibetur iisdem Monialibus usus in refectorio ovorum et lacticiniorum quavis feria VI per annum, iis exceptis quae occurrunt a Paschate usque ad Pentecosten (art. 67). At plures Priorissae eorundem Monasteriorum enixe rogaverunt, ut, ratione festivitatis et ob diversas temporum et locorum conditiones, etiam solemniora festa ab hac prohibitione excipiantur.

Ut ergo diarum ceterarumque Prlorissarum votis satisfiat, orator humiliter postulat, ut S. V. dignetur benignam dispensationem concedere, ita ut praefatae Moniales non teneantur se abstinere ab ovis et lactlciniis quoties in feriam VI incidat festum quodeumque de praecepto iuxta can. 1247, vel aliquod festum principale Ordinis, nempe: Commemoratio solemnis B. M. V. de Monte Carmelo, et festa annualia S. M. N. Tereslae a Iesu et S. P. N. loannis a Cruce; quae tamen dispensatio valeat pro iis dumtaxat Monasteriis, in quibus Moniales capitularitcr per secreta suffragia decernant se uti velle huiusmodi dispensatione. Et Deus etc.

Rescr. - Vigore facultatum a SS. D. Nostro concessarum. S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne annuit pro gratia iuxta preces *ad decennium,* servatis ceteris de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 3 Augusti 1928.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Vine. La Puma, *Secr.*

• ÂOCD 3 (1928) 97.

854

1928 AUG 10.-SC CONCILII, LIT. CIRC. PART.4

Circa conservationem et custodiam obtectorum artis **SACRAE IN ITALIA**

Illfno e Revmo Monsignorc, Con circolari del 1® settanbre 1924 [LE 6031 e del 1® dicembre 1925 furono date dalla S. Sede agli Ordinari d'Italia. per mezzo della Segreteria di Stato, dettagliate e precise disposizloni e istruzioni in ordine alia custodia e conservazione dei monumenti ed oggetti di arte sacra.

Essendo di grande interesse religioso ed artistico che tali disposizioni ed istruzioni, fondate sui Codice di diritto canonico, vengano eseguile, questa Sacra Congregazione desidera conoscere, non piu tardi dei 31 dicembre p. v., quanto sia stato fatto in cotesta diocesi in seguito aile due citate circolari.

In particolare poi prego la S. V. R.ma di riferire:

1. Se di tale importante argomento si sia trattato nelle Conferenze episcopali o nel Concilio regionale, ed in caso affermativo. quali siano state le conclusioni;

2. Se e quando sia stata costituita la Commissione diocesana, interdiocesana o regionale, e a quante diocesi si estenda la eventuale Commissione interdiocesana;

3. Chi siano i membri della Commissione, e quali attribuzionl spettino a ciascuno di essi;

4. Se la Commissione funzioni a nonna delle due predette circolari e specialmente:

a) se e con quali criteri siasi in genere proccduto alia determinazione dei monumenti ed oggetti di arte sacra;

b) se e quando ne siano stati compilati gli inventari, e se copia dei medesimi sia stata depositata in Curia a norma del can. 1522, n. 2 c 3 del Codice di diritto canonico;

c) se sia stato istituito il Museo diocesano. e quali altre raccolle o tesori esistano nella diocesi o regione;

d) se siano state compilate, in triplice copia, le schede secondo i moduli trasmessi agli Ordinari con la circolare del I® dicembre 1925 e se copia delle medesime sia stata mandata alia Pontificia Commissione centrale per Farte sacra;

e) se la Commissione diocesana, interdiocesana o regionale si tenga in relazione e corrispondenza con la stessa Pontificia Commissione centrale, a norma dell'art 5 della circolare del 1® settembre 1924 e dei capo 4 dei fascicolo allegato alia circolare del 1® dicembre 1925;

f) se siano sottomessi all'esame della Commissione a norma dei capo 2 dei detto fascicolo, i progetti di nuove costruzioni o decorazioni o di nuovi acquisti, nonchè i progetti di vendita o permuta o altre variazioni in chiese o edifici sacri, e se si tenga conto dei voto espresso dalla Commissione stessa.

NelTattesa di tali informazioni Le auguro ogni bene dal Signore e mi professo della S. V. Revjna aff.mo come fratello Donato Card. Sbarretti. *Prefetto.* G. Bruno, Sot*tosegretario.*—Roma, 10 agosto 1928.

• **Prot. N. 6493/26. ME 41 (1929) 14-15.**

855

1928 AUG 15.-PIUS XI, LIT. AP. AAS 21 (1929) 12-21

DE BULLA CRUCIATA

AD ALPHONSUM XIII HISPANIARUM REGEM CATHOLICUM

PIUS PP. XI

Carissime in Christo Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Providentia opportuna Decessores Nostri, omnibus rerum circumstantiis ac spiritualibus Hispaniarum populorum necessitatibus sedulo studio perspectis. *Bullam Cruciatam* iterum iterumque prorogarunt Originem suam ipsa duxit Bulla Cruciata ex Apostolicis Litteris, quas iam Hispaniarum Reges Catholici. Decessores Tui. ab hac Sancta Sede receperunt, cum. Christianitatis vindices defensoresque. teterrimis Mediae Aetatis temporibus, cum suis pugnabant infideles adversus, qui gravissimis periculis damnisque non modo Hispaniarum sed totius quoque Europae Christianos populos divexabant atque angebant Hisce quidem rationibus urgentibus. Praedecessores Nostri plures gratias favoresque tum spirituales tum temporales Bulla Cruciata eadem pro certo annorum spatio concessere illis ex hispanica dicione Christi fidelibus, qui vel ad bonum contra infideles certamen decertandum proficiscerentur. vel susceptas adversus eos aut suscipiendas militares expeditiones propriis sumptibus xuvandas curarent Labentibus vero annis cum nulla amplius urgeret Sraeliandi contra infideles necessitas, eleemosynas pro idultis lucrandis, per Bullam Cruciatam eandem con-

cessis, conrogatas, in praestitutos usus pios ac praesertim ln divini cultus splendorem augendum ipsi Nostri Praedecessores erogandas decrevere. Porro in sollemni de ecclesiasticis negotiis Conventione, quae cum Hispaniarum Regina Catholica die xvi m. Martii anno mdcccli miti. Litteris Apostolicis Nonis Septembribus confirmata fuit (Acta Pπ IX Pars I v. I p. 303 - 3411. articulo quadragesimo cautum est, ut in posterum ditionis Hi-
13 spanicac' intra fines Ordinarii Praesules in sua quisque dioecesi Bullae Cruciatae proventus administrent ad eos usus erogandos iuxta normam in ultima prorogatione· Indulti Apostollci praescriptam, salvis obligationibus quibus iidem proventus, vi Conventionum cum Sancta hac Sede initarum, obnoxii sunt; in Conventione autem additional! die xxv m. Augusti mita anno mdcccldc expresse cautum fuit ut in posterum omnes Bullae Cruciatae proventus, salva eorumdem parte Sanctae Sedi debita, ut superius, in divini cultus expensas exclusive impendi deberent Quod vero attinet ad facultates Apostolicas officio Commissarii Generalis Bullae Cruciatae adnexas, ea consequentes attributiones, in memorato sollemnis Conventionis articulo quadragesimo statutum fuit, ut illae per Archiepiscopum Toletanum ea forma atque amplitudine exerceantur» quas Sancta haec Sedes praefiniverit Ipsa quidem Bulla per Apostolicas Litteras die xxi m. Septembris an. snxeeen Piscatoris annulo obsignatas Id. 15 Sept 1902: ASS 35 (1902 - 03) 562 - 5691, ad duodecim annos prorogata fuit a rcc, mem. Leone P. XIII, finemque habuit prima Dominica Adventus anni mdccccxxv. Eandem vero Bullam bo. me. Pius Pp. X ad annum dumtaxat produxit per Secretariae Status mandatum sub die xxiv m. Iunii ipsius anni mdccccxiv; consilium enim mente susceperat Bullam cnunciatam reformandi, ut magis illam praesentium temporum adiunctis respondentem redderet Ipsius vero Pii Pp. X voluntatem ad exitum adduxit ree. mem. Decessor Noster Benedictus Pp. XV Litteris Apostolicis sub anulo die xn m. Augusti an. mdccccxv datis (AAS 7 (1915) 557 - 565], quibus Cruciatae Bullam pro Hispaniarum Regno ad duodecim alios annos prorogavit a prima dominica Adventus eiusdem anni mdccccxv computandos. At etiam in praesens ad ipsius Regni christifidelium bono satius consulendum aliae emendationes atque additamenta praesertim ob iuris canonici Codicis promulgationem in supra dicta Bulla Cruciata desiderabantur: ideoque schema eiusdem novum tum Sacrae Congregationi Consistorial! tum Sacrae Congregationi pro ecclesiasticis negotiis extraordinariis propositum est atque ab eisdem recognitum. Nunc autem, exhibitas Tuo nomine Nobis per Tuum apud Nos Legatum preces ultro libenterque excipien-
H tes. Crucia'tac Bullam, novo eiusdem textu recognito. pro Tuo Hispaniarum Regno, motuproprio atque cx certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine praesentium Litterarum vi, ad duodecim annos prorogamus a prima dominica Adventus vertentis anni mdcccccxxvtii computandos. Circa vero ipsius Bullae publicationem, eiusdem induite quoad indulgentias, divina officia ct sepulturam, confessionem et votorum commutationem: dispensationem ab irregularitate et ab impedimento affinitatis et criminis; beneficiorum convalidationes et compositiones; legem abstinentiae et ieiunii; condiciones circa usus huius indulti; quoad denique privata oratoria, servari praecipimus religiose in omnibus condiciones legesque. quae in indiculo continentur, quod a memoratis Sacris Congregationibus adprobatum in Tabulario tertiae Sectionis Secretariae Nostrae Status a Brevibus Apostolicis asservari iussimus: cuius tenor sequens est· ‹ Indulta Pontificia Hispanicae Nationi co.xcTSSA. Publicatio Indultorum *corumquc usus.* Induite, Hispanicae Nationi a Sancta Sede concessa, singulis annis publicanda sunt. Annus computatur n die antea betae publicationis, usque ad diem novae faciendae publicationis. Summaria sumpta a fidelibus pro eorum usu valent, durante toto praedicto anno. Indulta autem semper prorogari intclliguntur. pro maiore christifidelium commoditate, ad unum integrum mensem post annum expletum ab eorum publicatione. Induitis omnes fruuntur, qui in Hispaniarum territorio versantur, vel in alio quocumque Hispanicae ditioni subiecto territorio, ii tarnen Summaria sumant. Induito vero quoad abstinentiae et ieiunii legem tum in Hispanlis tum extra Hispanias uti possunt, dummodo scandalum absit. Pro Indultorum licito valldoque usu sufficit Summaria sumere Subscribere in illis proprium nomen et cognomen necesiarium non est: neque illa secum habere vel illa rervare neo· -snrium est. Taxa vel eleemosyna solvenda ad uniuscuiusque *Summarii* calcem consignanda wt Christifideles autem sciant huiusmodi proventus ad divinum cultum sustinendum principaliter destinari ad pia beneficentiae opera, ad ipsius Bullae Cruciatae onera sustinenda. Horum indui/torum exsecutor est α· β lectus filius Noster Cardinalis Archiepiscopus Toletanus, qui omnes ei tributas facultates singulis Ordinariis subdelegare potest ».

« *Indultum quoad Indulgentias.* - 1) *Plenaria* conceditur indulgentia, bis acquirenda intra annum Indoli. duobus distinctis diebus ad arbitrium eligendis, ex intentione praefatam lucrandi Indulgentiam, ab iis, qui. confessi, sacra Communione refecti fuerint, si possint si vero non possint, dummodo id fecerint infra tempus praescriptum ab Ecclesia, praedicta habita intentione eandem acquirendi Indulgentiam. *2)* Indulgentia conceditur *quindecim annorum* et *quindecim quadragenirum* iis, qui corde saltem contriti, voluntarie ieiunaverint quocumque ex diebus non consecratis ecclesiastico ieiun:o. et aliquas vocales preces secundum St"wr Pontificis intentionem effuderint. Praedictum ieiunium in aliud pium opus commutari potest, pro illis qui ieiunare non possunt, ab Ordinario, a parocho atque etiam a Confessario. Praeterea praedicta peragentibus conceditur participatio omnium piorum operum, quae diebus Illis in Ecclesia militante fiant 3) *Indulgentiae Stationum Almae Urbis,* in Rescripto S. C. Indulgentiarum die rx Iulii an. mdcclxxvH dato (Cfr. Rescript auth. Indulg. n. 313, p. 239) recensitae, iis omnibus conceduntur qui aliquam ecclesiam vel publicum atrt semipublicum Oratorium visitent, vocales fundenda preces secundum Summi Pontificis intentionem, addita tamen Confessione et Communione, si Indulgentia acquirenda plenaria sit. Quas Indulgentias duabus vicibus lucrari possunt illi omnes qui duo *Summaria* sumunt Illi autem, qui ad Poenitentiae et Eucharistiae sacramenta accedunt, possunt ea die, loco partialis Indulgentiae. *Plenariam* Indulgentiam lucrari. 4) Ad normas can. 930 iuris canonici Codicis omnes praefatae Indulgentiae animabus in Purgatorio detentis applicables sunt. 5) Omnibus qui *Summarium* sumunt, si intra annum Indulti moriantur. Indulgentia *Plenaria* in articulo mortis conceditur, dummodo confessi ac Sacra Synaxi refecti, vel, si id nequiverint, saltem contriti. Sanctissimum lesu nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem, tamquam peccat: ſt pendium. de manu Domini patienter susceperint Haec Indulgentia animabus in Purgatorio detentis applicari nequit. 6) Ii praeterea christifideles Indulgentiam plenariam alicui defuncto applicare possunt si accepta *Summario,* condicionibus Confessionis ct Communiaris satisfecerint et pro eiusdem defuncti anima devote oraverint. Si vero, anno Bullae Cruciatae durante, dupla *Summarium* sumunt, iterum *Plenariam Indulgentiae.* eidem defuncto vel diverso applicare poterunt ».

« *Indultum quoad divina officia et sepulturam.* - 1) Qui *Summarium* habent, possunt, tempore interdicti, cui causam ipsi non dederint, nec per ipsos stet quominus amoveatur, sive in ecclesiis, in quibus divina officia eo tempore permittantur, sive in privatis oratoriis rite erectis. Missas et alia divina officia vel per seipses celebrare, si fuerint sacerdotes, vel facere ut in sua M familiarum, domesticorum et consanguineorum praesentia celebrentur; sed clausis ianuis, non pulsatis canpanis, excommunicatis et specialiter interdictis exclusis; et. in oratorio privato, aliquot pro Sanctec Ecclesiae exaltatione precibus fusis. Itemque eisdem ln locis sacram Eucharistiam ct alia Sacramenta suscipere possunt. 2) Decedentium corpora, qui *Summarium* habeant nisi forte excommunicationis vinculo per condemnatoriam vel declaratoriam sententiam innodati decesserint eodem interdicti tempore, cum moderata funerali pompa sepeliri possunt. 3) Ecclesiastici omnes sive cleri saecularis, sive regularis, recitatis vesperis et completorio» matutinum cum laudibus officii diei sequentis pridie recitare immediate post meridiem libere possunt ».

‹ *Indultum quoad confessionem et votorum* comvHk lationem. - 1) Conceditur ut omnes, etiam Regulares utriusque *sexus,* licet expressa et individua mentione digni et quovis efficaciore privilegio excepti, absolvi tantum in foro conscientiae possint, iniunctis de iure iniungendis, semel in vita seu extra mortis periculum, ct semel in mortis periculo intra annum concessionis, vel bis in utroque casu si duplex *Summarium* sumatur, a quovis confessario sibi libere electo inter adprobatas •pro utroque sexu, si de monialibus/ et quibuslibet aliis Il

mulieribus agatur) ab Ordinario loci, a peccatis et censuris cuiuscumque et quocumque modo, etiam speciali, non vero *specialissimo.* reservatis a iure vel ab homine, ita ut vi praesentis concessionis, de speciali gratia, sic absoluti deinde ad alium quemcumque Superiorem recurrere non teneantur. In hac concessione facultas quoque comprehenditur absolvendi a casu falsae denuntiationis de crimine sollicitationis, de quo in canone 894 iuris canonici Codicis; sed confessarius electus a tali crimine non absolvat, nisi ad normam canonis 2363 ipsius Codicis. Quattuor vero censurae *specialissimo modo Sedi* Apostolicae reservatae ad normam tantum canonum 2252 et 2257 memorati Codicis absolvi poterunt. 2) Conceditur praeterea ut confessarius electus, ut supra, in solo conscientiae foro, etiam extra sacramentalem confessionem, possit omnia vota privata, in quibus ius quaesitum tertio non sil, atque exceptis votis perfectis castitatis perpetuae et religionis, post completum decimum octavum aetatis annum emissis, in alia pietatis opera dispensando commutare, iisque adiungendo aliquod subsidium transmittendum ad harum Litterarum Apostolicarum exsecutorem, atque in fines a Sancta Sede statutos adhibendum. Praesens Indultum non valet, nisi quis cum hoc Summario simul Indulti divinorum officiorum et sepulturae *Summanum,* nec non Indulgentiarum *Summarium sumat* p.

‹ Indultum *quoad dispensationem ab irregularitate et ab impedimento affinitatis et criminis.* - 1) Exsecutor harum Litterarum Apostolicarum possit dispensare super irregularitate cum iis qui censuris ligati Missam celebraverint, vel alia divina Officia peregerint, non tamen in contemptum Clavium, et ex Ordinis non debiti exercitio ante susceptum Presbyteratum, nec non super irregularitate ex legitimorum natalium defectu, dummodo de adulterinis vel sacrilegis non agatur, ad effectum suscipiendi primam clericalem tonsuram et sacros Ordines usque ad Presbyteratum inclusive, et super alia qualibet irregularitate ex delicto proveniente, exceptis irregularitatibus ex homicidio voluntario, etiam occulto, aut ex apostasia a Fide, aut ex haeresi. vel ex alio delicto scandalum in populum generante, proveaientibus, et exceptis irregularitatibus ad Sanctum Officium pertinentibus, imposita dispensatis consueta eleemosyna, in fines a Sancta Sede statutos impendenda. ceterisque iniunctis de iure iniungendis. 2) Possit idem Exsecutor harum Litterarum Apostolicarum dispensare ab impedimento *publicae honestatis* in *primo* padu lineae rectae, nec non ab impedimento publicae *honestatis* in secundo gradu lineae rectae ex concubinatu publico vel notorio, aut ex matrimonio invalido, ad ineundum matrimonium, sive etiam ad initum matrimonium convalidanaum, dummodo nullum subsit dubium quod alteruter contrahentium possit esse proles ab altero genita ; imposita dispensatio aliqua eleemosyna ad fines a Sancta Sede statutos impendenda ».

Idem dispensare possit (haec tamen facultas non erit publicanda in Summario) in occulto criminis impedimento. neutro machinante, sive ut supra ad ineundum. sive ad initum matrimonium convalidandum. iniuncta eleemosyna ut superius indicatum est

« *Indultum quoad beneficiorum convalidationes et quoad compositiones.* - 1) Possit harum Litterarum Apostolicarum Exsecutor convalidationem concedere super titulo cuiuscumque ecclesiastici beneficii, si bona *Me* beneficiatus in illius possessionem immissus fuerit, excluso tamen casu quod collationis seu institutionis nuUitas ex simonia proveniat. 2) Possit idem Exsecutor perceptos bona fide fructus remittere, in praecedenti casu, iniuncto tamen aliquo congruo subsidio ad finem a Sancta Sede statutum adhibendo. 3) Possit etiam Exsecutor ad congruam compositionem admittere beneficates omnes, qui ad restitutionem fructuum tenentur ob onissam Horarum canonicarum recitationem, vel ob neglectum aliud beneficii offiezum. exclusa tamen Missarum celebrandarum omissione. 4) Possit item Exsecutor admittere ad congruam compositionem omnes ob iniuste ablata. acquisita, quocumque modo retenta, quacumque causa, si tamen id in confidentiam Indulti factum non fterft, et si adhibita debita diligentia incertus sit dominus vel reperiri nequeat 5) In compositionis casu,
b ut in paragraphes tertio et quarto, quae solvan/tur in fj.em a Sancta Sede adsignatum impendenda sunt Ubi atfem admodum grave sit aliquid solvere. Exsecutor plenam debiti remissionem facere possit Ceterum, quorj in casu, decimam quantitatis non bene acquisitae partem solvere sufficit. Ac si agatur de non notabili quantitate, quae nempe summam centum pesetarum non excedat, *compositio* plenum suum sortitur effectum, ipso facto sumendi Bullas compositionis, quin opus sit ad quempiam recurrere ».

Nota bene. Nihil determinatur quoad quantitatem solvendam ratione compositionis, paragraphis 3) et 4) quia, cum in compositione respiciendum sit animarum bonum, et consequenter iudicium quantitatis solvendae a variis practicis circumstantiis pendeat, unde aliquando etiam, ut habetur paragraphe quinto totum sit simpliciter remittendum, praeter solutam pro *Summario* laxam, remittitur prudenti arbitrio, omnibus bene perpensis. determinatio quantitatis solvendae. Qua in re, ut patet cx dictis, scrupulose procedendum non est. et potius cum liberalilate quam cum rigore agendum est

‹ *Indultum quoad legem abstinentiae et ieiunii.* - 1) Omnibus absolute quacumque die et refectione lacticinia, ova et pisces comedere licet. 2) Abstinentia a came et a iure camis servanda est tantum feriis sextis Quadragesimae, Quattuor Temporum, nec non Iribus pervigiliis Pentecostes, Assumptionis B. Mariae Virginis in caelum. Nativitatis D. N. Icsu Christi. 3) Ieiunium servandum tantum erit feriis quarta et sexta, nec non sabbatis Quadragesimae, et tribus pervigiliis, praecedenti paragraphe secundo notatis. Pervigilium Nativitatis anticipatur ac remittitur ad sabbatum proxime praecedentium Quattuor Temporum. Condiciones *circa usum praecedentis Indulti.* Induito paragraphe primo ct secundo, integra manet lex ieiunii, seu unicae comestionis per diem, pro illis qui ieiunare tenentur secundum paragraphum tertium. Eodem Induito non fruuntur, nisi illi tantum qui sumpserint praesens *Summarium* et Indulgentiarum ac divinorum officiorum Summaria ct solverint taxatam eleemosynam, quae in beneficium Seminariorum et' alios pios fines a Sancta Sede adslgnatos applicanda est. Indultum hoc sumi potest Summano collectivo pro sc et tota familia extensive ad quoslibet familiares, hospites etiam ad brevissimum tempus et commensales. Summarium istud collectivum eosdem omnino effectus habet si a matre familias sumitur. Pauperes *Summaria* praedicta sumere non tenentur, nec ullam eleemosynam largiri, ut induito fruantur quoad legem abstinentiae et ieiunii. Tenentur vero si aliis Induitis frui velint. Omnino excluduntur ab Induito eodem, quoad abstinentiae legem. Regulares, qui, cx speciali voto, esuriales cibos toto anno *servare* tenentur.

« *Indultum de privatis oratoriis.* - 1) Sacerdotibus conceditur facultas Missam celebrandi in quovis privato oratorio, canonice erecto atque adprobato ab ecclesiastica auctoritate, ct quolibet die. excepto Maioris Hebdomadae ultimo triduo, quamvis aliae vel plures Missae ibidem ex Induito celebrari queant et sine praciudicio eiusdem IndultL 2) Laicis permittitur, dummodo Ordinarii locorum id necessarium vel vere utile censeant. ut in quovis privato oratorio, ut supra. Missam in sua praesentia celebrandam curare possint per quemcumque rite probatum sacerdotem, eidemque sacratissimo Sacrificio adsistendo praecepto sacrum audiendi satisfacere queant ».

Nota bene. - Varia Indultorum, quae facta est. distinctio est tantum ad varia Indulta proprio in loco ct ordinate exponenda. Exsecutor Litterarum Apostolicarum poterit ipse, prout melius iudicabit. inde varia extrahere et conficere Summana, plura vel pauciora pro suo prudenti arbitrio. Quapropter possunt omnia praecedentia Indulta simul colligi in Summario Cruciatae, excepto Induito abstinentiae ct ieiunii. quod separari ab aliis potest Illud substituendo Induito *Quadragesimali* quod hactenus publicatum est

Quae cum ita sint volumus ct mandamus ut Archiepiscopus Toletanus, utpote horum Indultorum Exsecutor eorundem Summaria typis edenda curet, eaque reliquis Ordinariis iuxta illorum postulationes distribuat *Propterca,* Apostolica item Nostra auctoritate, concedimur· ut idem Toletanus Archie/piscopus Exsecutor has Nostras n Litteras in vernaculam linguam convertere, dlasque ct quae in illis continentur, sive Summaria aut indultorum ac facultatum compendia in quibuslibet Hispanicae ditionis locis, viva voce, seu scriptis aut per type impressis exemplis publicare atque enunciate queat. Christifideles vero ex utroque sexu. in Hispaniarum Regno et in locis civili Ipsius regni gubernio subicctu degentes» ut privilegiis, favoribus et gratiis supra dictae Bullae Cruczatac participes fiant, enunezata Summaria accipere debebunt, ct pro vario ipsorum gradu ct condicione taxatam eleemosynam persolvere. Tam Archiepiscopus Exsecutor, in archidioeccsi Toletana, quam m respectiva sua dioecesi unusquisque Praesul pro huius-

modi eleemosynis colligendis idoneos sibi adiutores nec non depositarios, ratiocinatores aliosque similes Officiales deputare, et cum opportunis facultatibus constituere poterunt; Archiepiscopo autem Exsecutori fas sit ea omnia peragere, quae ipsi pro faciliore praesentium Litterarum Apostolicarum exsecutione magis apta videantur.

Haec omnia et singula concedimus atque indulgemus decernimus ac mandamus, non obstantibus Sanctae huius Sedis et Conciliorum quoque generalium constitutionibus et ordinationibus, ceterisque decretis qualibet forma editis, aliisque contrariis quibuslibet Praesentium vero Litterarum Apostolicarum ad effectum quoad Indulgentias, praescriptionibus expresse derogamus quae in Motu proprio a rec. mem. Pio Papa X die vn m. Aprilis anno MDCCCCX (AAS 2 «1910) 225 - 226), edito continentur. Volumus tandem ut harum Litterarum exemplis, sive transumptis, etiam per typos editis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae voluntati Nostrae his ostensis Litteris haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv m. Augusti, an. mdccccxxvht, Pontificatus Nostri septimo.—P. Card. Gasparri. α *Secretis Status.*

Adn. M. MO5TAZA ia PrM 19 (1930) 96M10·; NrT 55 (1929) 252.

856

1928 AUG 15.-PIUS XI, EPIST. AAS 20 (1928) 295-296

AD EMUM P. D. IOSEPHUM ERNESTUM TTΓ. S. AL IN ARACAELI S. R. PRESS. CARD. VAN ROEY, ARCHTEPISCOPI'M MECHLINTENSrUM, DE CONVENTU CONSOCIATIONIS JUVENILIS PRO ACTIONE CATHOLICA. ANTUERPIAE HABENDO

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum ex epistula a Nobis data ad Praesidem conventus, quem catholica Belgicae inventus superiore anno Lcodii habuit», iuvenes Belgae linguae flandrensis comperisscnt probeque intellexissent quid Nos de conjunctione animorum instauranda in rei catholicae incrementum optaremus, magna equidem cum iucunditate vidimus, perlibentes eos frequentissimosque in Consociationem ingredi properasse a te, dilecte fili Noster, haud ita pridem optimo consilio conditam, in qua sibi liceret, sepositis causis animum avocantibus ac discidia foventibus. Actioni catholicae dedere se totos. At multo hodie magis idcirco delectamur, quia. quae, brevi hoc tempons intervallo, ieclsti semina, ea in iuvenes tam bene dispositos animatosque cecidere, ut uberes sane fructus, exspectatione citius, ediderint Consociatio enim ista. *Jongeerband voor Katholieke Acktie* vulgo nuncupata. cuius propria ex Lege perspecta illa tua. dilecte fili Noster, sapientia ac pastoralis sollicitudo alte eminet, paucis tantummodo ab ortu suo mensibus elapsis, in eo est ut Antuerpiam - in urbem vetustate, portus pulchritudine et mercaturae copia mirabilem - conveniat. camque de se spem commovet, fore ut primo isti conventui, ob frequentiam studiosamque coeuntium iuvenum voluntatem, laetissimus exitus arrideat. Qui quidem carissimorum Nobis iuvenum conventus, quam frugifer futurus sit ita animo prospicimus, ut. in tantis quibus angimur aerumnis, quod tale Nobis solacium comparare velit. Deo benignissimo grati admodum simus: ex Nostro autem gaudio quae quantaque vos omnes Belgarum Episcopos iam nunc delectatio afficiat, sitque deinceps cumulatura, facile conlicimus. Carissimorum Nobis iuvenum, inquimus: quibus summopere gratulamur, quod In Pastoribus suis ipsos ad sancta causae catholicae certamina appellantibus lesu Christi Vicarium divinumque Ecclesiae Conditorem appellantem sic agnovere, ut generositate parère nobilissima properarint Quamquam nihil profecto erat, quod Nobis polliceri non possemus ab dilectis Flandriae catholicae filiis, qui quam acriter fidem avitamque religionem retineant, quam reverenti Nos et Apostolicam Sedem studio prosequantur, quam arcto constanterque cum Praesulibus suis cohaereant, habemus exploratissimum. Est igitur, quare multiplices maxlmaeque obveniant Ecclesiis vestris utilitates ex animosa ista iuvenum/ cohorte, qui veteranis Actionis Catholicae mil:· 2M tibus veluti succrescunt in praesens atque adiiciuntur: Actionis scilicet illius quam inde ab inito Pontificatu, ut continenter in oculis tulimus, sic numquam commendare desivimus. Quo in genere utinam iuvenes A> tuerpiam coituri habeant sibi persuasum, singulari prorsus Dei gratia se ad elusmodi munus vocari u deligi, quod a sacerdotali munere haud longius abest, cum Actio Catholica nihil demum sit aliud, nisi chnsufidelium apostolatus. qui. ducibus Episcopis, adlutncem Ecclesiae operam praestat et pastorale eius ministerium quodammodo complet. Quoniam vero, quotquot Actionem Catholicam participant ac provehunt, hoc. nisi orando, laborando, se ipsos devovendo, non faciunt, liquido patet, eos uno illo dumtaxat studio duci se ferri - quo quidem studio nullum nobilius repertas · parandi Domino aditus in hominum animos et dominici regni cotidie latius proferendi, scilicet, ut uno verbo dicamus, instaurandi omnia in Christo. Verumtamcn ii ipsi meminerint oportet, actionem suam non tam mancam ac debilem quam omnino sterilem fore, nisi, quemadmodum decet apostolicos viros, caritate in fratres ac proximos, nullo discrimine, inflammentur atque ar·deant. Quae quidem caritatis flamma - cum eas, quae aliis cum aliis ex ingenii, officiorum, stirpis morumqoe varietate intercedant, asperitates mulcerc ac temperare, difficultates auferre una possit - nonne item poler.1 sternere sensim ac gradatim viam quaestionibus vel gravissimis, ad aequitatis iustitiaeque leges, ad catholica principia, dirimendis, quae ad Civitatis societatisve humanae bonum pertineant? Interea non dubitamus, quin iuvenes Flandrenses. Consociationis, quam memoravimus, sodales, communem Nostram ac vestram, adeoque Ecclesiae Dei. spem exspectationemque expleant omnem; ac non explere non possunt, si. liberis vacuisque ab omni alia sollicitudine animis, apostofatum suscipiant ad quem a Domino vocantur, et nullo non tempore Apostolicae Sedi. Episcopis suis eorumve delegatis obedientiam pietatemque, filiis studiosissimi! dignam, exhibeant. Bene igitur veniat prima ista iuvectutis e Flandria congressio, quam cupimus optamusque ut satis multae - alia ex alia fructuosior - sequantur, quibus ipsemet. dilecte fili Noster, quam diutissime sospes, praesideas. Atque ut inceptum recte utibterque procedat, adiuvet apostolica benedictio, quam, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, venerabilibus fratribus Belgarum Episcopis et iis universis, qui Antuerpiam ad coetus celebrandos convenient, peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensu Augusti, in festo Assumptionis B. Mariae Virginis, anno Anxxccxxvrn, Pontificatus Nostri septimo.—Pros Pp. xl

857

1928 AUG 23.-SC RELIGIOSORUM, CIRC. PART.·

Regulae servandae pro tutanda modestia Christiana b **VESTIBUS PUELLARUM QUAE APUD RELIGIOSAS INSTITUUNTUR**

Roma, 23 azmto 10

Ulmo e Revmo Signore. - E' ben noto alia S. V. Illma e Revma con quali alte parole di condanna 11 S. Padre abbia più volte, anche in solenni occasioni, levata l'apostolica voce contro Timmodesta foggia dei vestire deQe donne, che prevale con tanto danno del buon costume.

Basti ricordare le gravissime parole, plene di compianto e di ammonimento. con cul nel dlscorso tenuto il 15 corrente agosto nell'aula Concistoriale. promulgando il Decreto sulle virtù eroiche della Ven. Paob Frassinetti, Sua Santitâ denunziava ancora una volta il pericolo che pel fascino seduttore della vanità πὐηκcia tante anime incaute, che pur professano di appartenere al gregge di Gesù Cristo e alla Santa Sua Chie.a

A tal proposito è doloroso rilevare che il deplorato malvezzo tenda ad insinuarsi anche ira le giovanette che frequentano come alunne esterne alcune scuole dirette da Suore e alcune Congregazioni festive che fanno capo ad Istituti religiosi femminili.

A fronteggiare un pericolo che con l'allargirsi diventa sempre più grave, questa Sacra Congregazione, per mandato del S. Padre, si rivolge agli Ordinarii d'Italia acciô alie Superiore delle case femminili esistentl nelle rispettive loro diocesi comunichino le se-

guenti ingiunzioni di questa Sacra Congregazione, conformate da S. S. ncll'udienza di questo giorno:

a) In tutte le scuole. Collegi, ricreatori, Congregazioni festive, laboratori, diretti da Religiose non si ammeltano più d'ora innanzi quelle giovanette che non osservino nel vestire le regole della modestia e della deccnza cristiana.

b) Lc medesime Superiore dovranno su cià esercitare una rigida sorvcglianza cd escludere senz'altro dalle scuole e dalle opere dei loro Istituti quelle alunnc che non ottemperassero a tali prescrizioni.

c) Non si lasderanno vincere in ciô da alcun riguardo umano sia d'intercssi materiali, sia di distinzione di grado sociale delle famiglie a cui le alunne appartenessero, sopportando anche che le alunne diminuiscano eventualmcnte di numero.

cD Inoltre le Suore nelTadempimento della loro opera educative si adoprcranno ad inculcare soavementc e fortemente aile loro allieve l'amorc e il gusto della santa modestia, indice e custode della purezza, e gentile ornamento della donna.

La S. V. Revma invigilerà che tali ingiunzioni siano esattamente osservate e che vi sia in ciô perfetta uniformitâ di condotta fra tutti gl'Istituti religiosi femminili della sua diocesi.

Ella poi richiamerà severamente al dovere chi vi mancasse; e qualora l'abuso perseverasse ne farà informata questa Sacra Congregazione.

Con sensi di ben distinta stima mi professo della S. V. Revina devmo C. Card. Laurenti, *Prefetto.* Vincenzo La Puma, *Segretario.*

• **Prot. N. 5547/28: c foliis ipsius SC Religiosorum.**

858

1528 SEP 30.-PIUS XI, MP. AAS 20 (1928) 309-315

De pontificiis **INSTITUTIS BIBLICO** et orientali cum **ATHENAEO GREGORIANO CONSOCIANDIS**

PIUS PP. XI

Quod maxime erat in votis, quodque paterno memorique studio persequi non destitimus, id laeto animo fere perfectum iam conspicimus: novas dicimus aedes quas in usum Universitatis Nostrae Gregorianae Litteris « Ea inter », die v mensis Maii anno mcmxxiv (LE 585] datis, excitari iussimus, earumque exaedificationem tanti momenti esse duximus, ut primum lapidem illo ipso anno iactum annuo nomismate aureo commemoraverimus.

Aequum enim erat, ut iisdem Litteris significavimus, hoc almae Urbis Athenaeum - quo, iam a quattuor fere saeculis, iuniores clerici ex omnibus paene orbis terrarum partibusl cotidie frequentiores confluunt - sedem habere rei munerisque dignitati, discipulorum numero, auctis magisteriis omnino congruentem atque commodioribus doctrinae et studiorum subsidiis rite instructam.

lamvero. ad fovenda huius Nostrae Academiae incrementa, non modo aptum eius domicilium exstruendum curavimus, verum/ etiam, non aliter ac decessores Nostri, ita eam omni ex parte complere cupimus, ut vera, perfecta pleneque ad temporum necessitates accommodata studiorum omnium ecclesiasticorum Universitas evadat

Quamobrem. postquam diu multumque rem consideravimus. consentaneum Nobis visum est ut duo Instituta Biblicum et Orientale cum Universitate Gregoriana. arctiore quodam vinculo, connectendo copularemus: in quo ipse rerum cursus, ductu quidem decessorum Nostrorum, ad felicem optati Nostri exitum viam quasi muniisse videtur, quandoquidem non sine Dei consilio almae huic Urbi obtigit ut Pontificia studiorum Universfitate nobilitaretur quae Apostolicae Sedis et patrocinio digna esset et exspectationi omnino responderet

Et sane ipsi Athenaei Gregoriani moderatores, cum itudiorum tam biblicorum quam orientalium nostris praesertim temporibus ct momenta et pericula probe perspicerent, facere non potuerunt quin intelligerent novis necessitatibus per ordinarias exegesis, introductionis. linguarum orientalium scholas satis consultum non esse. Quare iam inde ab anno mdccccvtii, auspice quidem L r. decessore Nostro Pio X, altiorem Sacrae Scripturae tradendae scholam instituerunt quae ad novam condendam Facultatem viam quodammodo pararet Verum res tantae erat amplitudinis, tot magisterii et studiorum subsidia postulabat ad disciplinas huiusmodi provehendas simulque praecavenda pericula, quae Fidei ex scholis rationalismo imbutis infectisve imminebant. ut decessores Nostri Institutum aliquod peculiare, quod in sua proxime tutela custodiaque esset condendum consuerint, ita ut « in Urbe Roma altiorum studiorum ad Libros sacros pertinentium haberetur centrum »2ubi iuvenes ex aliis Seminariis Urbis et orbis delecti excolerentur qui deinde, < gravitate et sinceritate doctrinae commendati »,l divinos Libros sine offensione interpretarentur./ 311

Itaque s. m. Pius X, quod iam pridem Leo XIII animo cogitarat sed perficere non potuerat. Litteris Apostolicis « Vinea electa » die vn mensis Maii anno MDCcccix datis. Pontificium Institutum Biblicum in Urbe aperuit aptissimoque domicilio donavit, iis legibus sapienter fllud temperans, quae deinde « quemadmodum vel condicio temporum vel Ipse rerum usus et experientia postulasset, ita corrigerentur, perficerentur ».4

Haud dissimili ratione, proximus decessor Noster Benedictus XV. cum praesentes Ecclesiae omniumque populorum necessitates perpendisset cuperetque illud maturare ut fieret < unum ovile et unus pastor », eo quidem proposito ut gentes praesertim Orientales ad unitatem Ecclesiae reduceret, Litteris < Orientis catholici » die xv mensis Octobris anno mdccccxvii Motu Proprio (LE 54] datis. Pontificium Orientale Institutum in Urbe condere statuit, quod Nos Litteris Apostolicis « Decessor Noster », die xiv mensis Octobris anno mdccccxxii [LE 449 = Septembris! editis. Societati lesu commissum voluimus quemadmodum Pius X Institutum Biblicum eidem Societati commiserat.

In huiusmodi autem studiis cum biblicis tum orientalibus impensius curandis Universitas Gregoriana tradita sibi ab antecessoribus suis navitatis exempla persequitur; novas enim pro temporum ratione Ecclesiaeque necessitatibus scholas evexit, ut satis luculenter comprobat celeberrima illa *Controversiarum* cathedra, quam B. Robertus Bellarmino diu obtinuit atque illustravit: quem quidem Universitatis Gregorianae doctorem in comperto est non solum in novatoribus sed etiam in Orientalibus ad Ecclesiae unitatem reducendis plurimum elaborasse.

Cum igitur duo illa Instituta iam fructuum ubertate vigeant ac floreant, atque praeterea Hierosolymitana domus ad Institutum Biblicum omnino complendum nuper accesserit, ut propositum Nostrum exsequamur. Motu Proprio, de certa scientia ac matura deliberatione Nostra, statuimus atque decernimus Institutum Biblicum et Institutum Orientale cum Nostra Universitate Grego/riana consociari, et reapse consoc;amus, ita ut 312 duae illae Facultates cum Facultatibus Gregorianis unam efficiant Pontificiam studiorum ecclesiasticorum Universitatem, ea tamen lege ut utrumque Institutum. Biblicum et Orientale, sui iuris esse pergat ac Nobis dumtaxat Nostrisque successoribus proxime sublidatur et pareat.

Quanti autem momenti sit huiusmodi consociatio, quamque multas ex ca sperare liceat utilitates, nemo profecto est qui non inteUigat; siquidem in hominibus sacri ordinis tam magna requiritur, pro condicione temporum, doctrina atque eruditio, ut singula illa Instituta vel quibusvis adiumentis instructa, nullâ tamen aliorum conspiratione atque ope. id quo Ecclesia spectat, sacrarum scilicet disciplinarum progressionem aetemamque hominum salutem, assequi aut vix aut nullo pacto queant. Et quidem ex ca. quam diximus, coniunctione illud imprimis commodum habebitur, quod doctorum variis disciplinis tradendis facilior crcbriorque erit inter se consuetudo communisque labor: facilius quoque iidem, collatis consiliis atque opera, commentaria. ephemerides et libros conscribere atque edere

1 **Dît. Ap. « Quem ln almam >. 18 dee. 1923.**

2 Pius X Utt. Ap. t Vinea riecta ». 7 null 1909. (AAS 1 (1909) 447-451).

' Pius X. Utt Ap ▮ Scripturae Sanrtae ». 23 frbr. [ASS 38 (1903 533-M2].

4 Bcncd. XV, Utt. Ap. < Cum Biblji Sacra », 13 auf [AAS 8 (1915) 305 308].

poterunt. Ncc minus discipulis, qui unam ex his scholis celebrant, haec consociatio proderit; qui enim in peculiaria quaedam incumbunt studia, iis audire praeterea doctores, qui fundamentales ac generales, quas vocant, disciplinas docent eorumque consiliis iuvari; qui vero in has ipsas incumbunt, easque suo tempore docere parant, s: quibus sludere se peculiaribus quaestionibus oporteat, iis peritissimum quemque earum rerum doctorem adire licebit Immo ipsa quoque domus Hierosolymitana omnibus pariter alumnis haud frustra patebit. Quoniam autem studiorum subsidium maximum planeque necessarium est ampla apteque instructa bibliotheca, haud sane mediocre nova consociatio hac quoque de causa afferet emolumentum, quod 1res bibliothecae, quamquam loco disiunctae, ita tamen, ad usum quod pertinet, consociari inter se poterunt, ut totius doctrinae ecclesiasticae et disciplinarum affinium quasi unus ct completus thesaurus fere evadant. Quos omnes ad
313 libros cum doctoribus tum alumnis, qui ad magisteria/ » praeparant, tanto facilior erit aditus si trium bibliothecarum in singulis Institutis terni indices praesto sint: ac sperare licet fore ut tria Instituta, maiore, quam antehac, liberalitate atque sollicitudine operam dare queant bibliothecis singulis, pro sua cuiusque parte. amplificandis.

Quae quidem de ratione, qua tria totius Universitatis quasi membra, ad communem finem conspirare debent, breviter adhuc exposuimus, ea. prout res postulabit. peculiaribus statutis accuratius declarabuntur; at vero placet iam nunc singulorum iura et privilegia confirmare et, quatenus opus sit. complere.

Atque primum, quae Universitati Gregorianae iura ac privilegia lulius HI. Pius IV. Gregorius XIII largiti sunt, Leo XII. post restitutum Societati lesu Collegium Romanum, confirmavit. Pius IX auxit. Leo XIII amplificavit et confirmavit quaeque Nosmet ab initio Nostri Pontificatus concessimus, ea omnia eidem Universitati Gregorianae. cum duobus Institutis coniunctae. per has Litrras Motu Proprio datas confirmamus ac rata habemus»

Nominatim autem, ut liquido pateat nihil Nobis antiquius esse quam ut dilectae iuventuti incitamenta stimulosque ad studia alacrius prosequenda adiiciamus. Athenaeo Gregoriano iterum et expresse potestatem facimus conferendi omnes academicos gradus in philosophia. theologia ct iure canonico - quemadmodum decessorum Nostrorum Nostrisque litteris et decretis statuitur - iis qui sub ductu ct obedientia ipsius Athenaei doctorum earum disciplinarum studio vacaverint et. facto periculo, idonei habiti sint

Quoniam vero iis, qui aut in eadem Universitate Gregoriana aut in aliis urbanis exterisve Athenaeis integrum philosophiae et theologiae curriculum feliciter emensi fuerint, etsi satis ampla harum disciplinarum scientia non deest. desunt tamen, ut eximii evadant magistri vel scriptores, amplior fontium cognitio, investigationis usus frequentior. laboris proprii maior consuetudo. ultiora studia — quae t magisterii cursus » appellantur — idcirco cupimus optamusque. ut ad Athe-
314 natum Gregorianum et conluncta/ cum eo Instituta ii mittantur lecti iuvenes oui in Seminariis, praesertim ubi gradus academic! conferuntur, doctoris munere functuri praevideantur. Quare Universitati Gregorianae iterum potestatem facimus conferendi titulum Magistri aggregat» facultatibus philosophiae vel theologiae iis omnibus qui hos cursus frequentaverint, integris condicionibus quae decreto a Sacra Congregatione de Seminariis ct Studiorum Universitatibus lato die xxin mensis Iunii anno mdccccxxii ILE 4331 Nostri Pontificatus primo, praescriptae sunt

Institutum denique t Culturae superioris religiosae 0 pro laicls viris in Universitate Gregoriana iam inde ab anno mdccccxix feliciter Inchoatum et anno MDccccxxvn Ha amplificatum ut « Actioni Catholicae » efficacius adetset. rursus paterno studio laudamus et approbamus: ct sinceros Matris Ecclesiae filios, qui in laicall quoque statu Christianum apostolatum exercere cupiunt, hortamur ut scholas, nostris temporibus tam opportunas. quam frequentissimi adeant et doctrina catholica penitus imbui studeant.

Quibus quidem iuribus ac privilegiis usa eamque rationem studiorum secuta quae sacculorum experientia comprobata est. Universitas Gregoriana suum rite perrectura rst munus efficiendi ut laid ct praesertim iuniore· clerici ac «acerdotes cum germanam ad mentwn Aquinatis doctrinam tum romanos spiritus imbibant

Ad Institutum deinde Biblicum quod attinet, ora perfecta illa nunc demum ordinatione temperetur quse Apostolicae Sedi in optatis erat, iura omnia ac privilegia quae a decessoribus Nostris et a Nobismet ipjj tributa eidem sunt, ea quidem novare atque adeo complere statuimus. Pontificium igitur Institutum Bibbcum. quemadmodum in ipsis Litteris Apostolicis ‹ Vieta electa » quibus condebatur cautum erat, ‹ ab Apostoiica Sede immediate dependeat * idemque a Ponlifica Commissione Biblica in posterum omnino ne pendeal

Quae vero Litteris Apostolicis ‹ Biblia Sacra › âe xv mensis Augusti anno mdccccxvi (AAS 8 (1916) 305-308] huic Instituto concessa sunt, cum, pro praesenti eius conditione, complere cupiamus, quo libentius discipuli ad gradus academicos in ipso Instituto per ordinarios cursus/ se praeparent, eidem Pontificio Instituto Biblico damus ut iis, qui ibidem studiorum curriculum “ rite peregerint ct. facto scientiae periculo, digni atque idonei iudicati fuerint, usitatos honoris et digmtetû gradus, doctoratum quoque, in scientia biblica conferre possit.

Nec tamen per hanc concessionem Nostram ius et facultas Pontificiae Commissioni Biblicae adimitur conferendi, secundum suas ipsius leges, academicos eiusmodi gradus iis omnibus qui coram ea periculum de re biblica facere voluerint.

Iterare autem hoc loco placet cohortationem illaquam, per Litteras « Bibliorum scientiam › Motu Proprio datas die xxvn mensis Aprilis anno smccccrn [LE 582] dc frequentando a suis Instituto Biblico ad Ordinarios locorum Moderatoresque Ordinum et Congregationum religiosarum habuimus.

Praeterea privilegia et iura confirmamus Instituto Nostro Orientali, praesertim gradus academicos m orientalibus studiis conferendi, a decessore Nostro Benedicto XV. Litteris Apostolicis « Quod Nobis › die xxv mensis Septembris anno mdccccxx [LE 293] datis, itemque a Nobismet ipsis tributa; nominatim autem quae proxime superioribus Encyclicis « Rerum Orientalium » [diei 8 septembres 1928: AAS 20 (1923) 277-288] commendavimus ac statuimus, ea denuo hortamur ac rata habemus, plane confisi Institutum hoc valde profuturum esse ut Orientales ad unitatis centrum quam primum revocentur. Quod est reliquum, dilectissimos eos filios grato prosequimur animo qui Nobis ad consilia haec Nostra exsequenda opportunam opem tulerunt; nec dubitamus quin vel in posterum boni omnes Nos smt adiuturi, ut coepta haec Nostra ad felicem exitum perducantur.

Quaecumque vero hisce Litteris. Motu Proprio datis, statuta a Nobis sunt, ea omnia firma et rata esse hibernus. contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Septembris, in festo Sancti Hieronymi Doctoris Maximi. anno mdccccxxvih, Pontificatus Nostri septimo.- Pius Pp. xi.

Adn. M. MO5TAZΛ in PrM 17 (1928) 225-232; NrT 55 (1928) 770.

859

1928 OCT 18.-SC RELIGIOSORUM, LNDVLT. PART.·

Circa modum perficiendi electiones apud moniales **ORDINIS CARMELTTARUM**

Preces - Procurator Generalis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, ad pedes S. V. provolutus, ea quae sequuntur exponit:

ln Constitutionibus Monialium praefati Ordinis. Apostolica auctoritate confirmatis, statutum est, ut electiones per maioritatem suffragiorum fiant, ultimo autem scrutinio, si necesse sit. duae tantum tamquam eligh biles proponantur (vulgo « ballotaggio »), et ita electio concludatur (n. 8); pro reelectione vero Priorissae ad secundum triennium immediatum duae e tribus suffragiorum partibus requirantur (n. 9). Insuper quandoque accidit, ut aliqua Soror, canonico impedimento detenta, ad munus aliquod a Capitulo Monasterii postuletur iuxta Codicem I. C.

Itaque, ad praecavendas difficultates facile exorituras. Orator postulat, ut etiam pro electionibus inter Moniales praefati Ordinis vim habeat quod in Const:·

Ultionibus virorum eiusdem Ordinis (η. 374) ab Apostolica Sede approbatum est. nempe:

« Quoties ad aliquam reelectionem vel postulationem duae e tribus suffragiorum partibus requiruntur, si reelegendae vel postulandae requisita suffragia non habuerint in secundo scrutinio, eo ipso exclusae maneant ab illo officio; et procedatur ad novum scrutinium pro electione eodem modo quo in praecedentibus; quod si tunc non fiat electio canonica, quarta vice concludatur electio, ut n. 8 Constitutionum Monialium statutum est ». Et Deus. etc.

Rescr. - Vigore facultatum a Ssfito Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum praeposita, attentis expositis. Revmo P. Praeposito Generali benigne commisit ut. pro suo arbitrio et conscientia. petitam gratiam concedat, iuxta preces, servatis ceteris de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 18 Octobris 1928.—C. Card. Laurenti. *Praej.* Vine La Puma. Secr.

• **Prot. N. 4438.28: AOCD 3 (1928-29) 157.**

860

1928 OCT 31.-SACRA POEN., INDULT. PART.·

Facultas lucrandi in oratoriis internis o. f. m.
INDULGENTIAS ECCLESIIS ORDINIS CONCESSAS

Preces - *Beatissime Pater*. Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus. humiliter petit ut in conventibus, qui ecclesiam vel publicum oratorium non habent, regulares aliique quorum mentio fit in can. 514 par. i, Indulgentias. quas Summi Pontifices ecclesiis Ordinis adnexerust. lucrari valeant, visitando oratorium praecipuum proprii conventus. Et Deus etc.

Rescr. - *Die 31 octobris 1928*. Sacra Poenitentiaria Apostolica benigne annuit pro gratia iuxta preces ad septennium. Contrariis quibuscumque non obstantibus—S. Luzio, S. P. *Reg*. P. Ravelli. S. P. *Offic*.

• **O F M.îAOFM 47 (1928) 338. Adn. AOFM 55 (1936) 95.**

861

1928 NOV 3.-SECR STATUS, RESP. PART.·

Ecclesiastici indigent licentia ordinariorum ad partem efformandam directionis libellorum periodicorum

Monseigneur, J'ai bien reçu la lettre de Votre Grandeur du 21 octobre, dans laquelle Vous me demandez ii ‹ les prêtres ont besoin de la permission de leur Ordinaire pour faire partie des comités de rédaction, des conseils de surveillance et autres conseils analogues de journaux politiques ». La réponse est *affirmative-,* car dans le can. 1386, $ 1. les mots c scribere » et « moderari » contiennent aussi évidemment la défense aux ecclésiastiques de faire partie du comité de rédaction et du conseil de surveillance des journaux en question.

D'autre part. Votre Grandeur rappelle bien à propos la décision de la S. Cong. du Concile du 15 mars 1327 (LE 752], suivant laquelle l'Ordinaire a le droit d'interdire toute action politique aux ecclésiastiques qui ne sc conforment pas aux instructions du Saint-Siège ». -P. Card. Gasparri.

• Ortfirtsrio **Mtfmh** Collationes Gsndavenses 15 (1928) 199. Collatiooes **Gd»»»n»ei** 15 (1928) 199.

862

1928 NOV 8.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.'

Preces - *Beatissime Pater*. Procurator Generalis Or±ais Eremitarum S. Augustini, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit et petit prout sequitur:

Sunt in dicto Ordine Provinciae quae extra territorium in quo solent celebrari Capitula Provincialia, habent domus et circumscriptiones in quibus degunt Religiosi qui iure pollent suffragandi in Provinciali Capitulo.

Iam vero in huius iuris exercitio non parva incommoda scatent tum ex parte Religiosorum qui a Domibus, Collegiis, Paroeciis et Missionibus per fere dimidiam anni partem abesse debent, tum cx parte rcspectivac Provinciae, quae graves expensas sustineat oportet

Ad enunciata incommoda vitanda humilis exponens, de unanimi consensu Consilii Generalis eiusdem Ordinis, a Sanctitate Vestra enixe rogat facultatem, qua Prior Generalis dicti Ordinis possit dispensare praefatos Religiosos ab accessu personali ad Capitulum Provinciale; ita tamen ut iidem suffragium ferre valeant per secretas schedas, Praesidi Capituli Provincialis mittendas et a Scrutatoribus, una cum aliis schedis in ipso actu Capituli aperiendas, pro omnibus electionibus in Capitulo Provinciali peragendis.

Cum autem aliquando contingat ut in primo scrutinio non adsit canonica electio, hinc petitur etiam ut memorati Patres mittere queant modo supradicto, tot schedas quot esse poterunt scrutinia; indicando schedam pro singulis scrutiniis adhibendam. Et Deus, etc.

Rescr. - Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, Reviho Priori Generali benigne commisit ut. pro suo arbitrio et conscientia, petitam gratiam concedat, iuxta preces, ad novennium, proviso tamen ut qui ius suffragandi ner litteras exercent, mittant quoque in separatis schedulis sigillo clausis, suum suffragium pro secundo et tertio scrutinio, ad normam Constitutionum, sl forte contigerit talia adfutura scrutinia; servatis ceteris de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 8 Novembris 1928.—C. Card. Laurenti, *Praef.* Vine. La Puma. *Secr.*

• *Prot.* **N. 5961/28: Analrta Aufutllnlaoa 12 (1927-28) 421.**

863

1928 NOV 13.-PIUS XI. EPIST. AAS 20 (1928) 384-387

Ad emum p. d. adolfum tit. s. agnetis extra moenia
s. R- E. PRESB. CARD. BERTRAM, EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM: DE COMMUNIBUS ACTIONIS CATHOLICAE PRINCIPIIS FT FUNDAMENTIS

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae Nobis haud ita pridem nuntiasti, coepisse ac fecisse te, ut Actionis Catholicae incrementa apud tuos proveheres, iis profecto non parum delectati sumus; qua quidem in re. tua quoque in Apostolicam Sedem observantia ex eo apparet, quod tibi in votis esse aperiebas, scilicet ut Nosmetipsi. dilectis e dioecesi tua filiis rescribendo, et significaremus quae in eiusmodi coeptis proficiendi melior ratio ac via esset. ct ad proficiendum animos adderemus. Causa quidem agitur aetati ipsi apostolicae non ignota, quandoquidem Paulus in epistola ad Philippenses (c. IV. v. 3) « adlutores suos » commemorat, cupitquc adiuvari ‹ illas, quae » secum ipso « laboraverunt in evangclio ». At nostris potissimum temporibus, cum fidei morumque integritas in discrimen cotidie periculosius vocatur, eamque dolemus sacer/'dotum penuriam, ut curandis animarum necessitatibus omnino impares evasisse videantur. Actioni Catholicae plus confidendum, quae tantam cleri tenuitatem, datis multiplicatlsque c lalcorum ordine laborum sociis, adiuvet ac suppleat Quam quidem rei catholicae sospitandae rationem plane liquet decessores Nostros probasse atque adhibuisse, qui. quo asperiora Ecclesiae et consortioni hominum inciderunt tempora, eo impensius, veluti receptui canentes, fideles omnes hortati sunt. ut. Episcopis praeeuntibus, sancta certarent certamina aetemacque proximorum saluti pro viribus consulerent. Nec minus nos. iam inde ab inito pontificatu, de Actionis Catholicae incrementis solPciti fuimus, utpote qui. Litteris Encyclicis ‹ Ubi arcano » [datis die 27 decembris 1922: AAS 14 ‹1922› 673 - 700)

353

ipsam a pastorali ministerio et a vita Christiana minime disiungi publice edixerimus, declaratis deinceps eius natura et proposito, quae si recte perpendantur, apparet Actionem Catholicam alio non spectare, nisi ut laici apostolatum hierarchlcum quodammodo participent Neque enim Actio Catholica in eo tantum consistit, ut homines suae quisque Christianae perfectioni studeant, quod primarium est atque praecipuum, sed etiam in verissimo apostolatu catholicis cuiusvis ordinis communi. quorum sensus atque opera cum iis quibusdam quasi centris sanae doctrinae et multiplicis actuosique laboris, cohaereant, quibus rite legitimeque constitutis Episcoporum demum adest ac suffragatur auctoritas. Christifidelibus igitur, qui sic coiverint atque in unum coaluerint, ut ad nutum hierarchiae ecclesiasticae praesto sint, sacra ipsa hierarchia quemadmodum mandatum impertit, sic incitamenta et stimulos adiicit lamvero, haud aliter ac mandatum Ecclesiae divinitus commissum, ipslusque hierarchicus apostolatus, Actio eiusmodi non externa prorsus sed spiritualis, non terrena sed caelestis, non politica sed ‹ religiosa » dicenda est Verumtamen eam ipsam iure meritoque « socialem › dixeris, cum id sibi propositum habeat ut Christi Domini regnum proferat, quo quidem proferendo cum summum omnium bonum societati acquiritur, tum cetera quaeruntur bona, quae ab illo proficiscuntur, ut sunt quae ad statum Civitatis pertinent et politica vocantur, scilicet bona non privata ac singulorum propria, sed civibus omnibus communia: id autem omne Actio Catholica ita potest ac debet assequi, si. Dei Ecclesiaeque legibus modeste parendo, a civilium studiis partium sit prorsus aliena. Quo quidem spiritu si imbuti anlmatique sint catholici, qui apostolatus hierarchic! participes sint, facere non poterunt, quin promoveant, tamquam finem proximum, christifidelium ex omnibus nationibus conjunctionem in iis quae ad mores religionemque pertinent, itemque - quod praecipuum est - valeant ad fidei doctrinaeque Christianae principia cum late disseminanda, tum valide tuenda, tum denique privatim publiceque promovenda. Itaque in Actione Catholica nostri universi omnes con/cordes erunt, nullo vel aetatis, vel sexus, vel ordinis, vel civilis cultus, nullo stirpium partiumque discrimine, modo tamen huiusmodi studia evangelicae doctrinae christianaeque legi ne repugnent, modo qui ea profitentur, hoc ipso eandem doctrinam ac legem ne abdicare videantur. Nam de Actione illa dicimus, quae totum hominem complectitur cuius rectam provehit religiosam civilemque Institutionem, id est solidam pietatem, uberem sanae doctrinae cognitionem et plenam morum integritatem, quibus rebus qui careat, apostolatum hierarchlcum non is fructuose exercere poterit. Facile, ceteroqui, intellectu est Actionem Catholicam, quod ad usum spectat, variam fore pro diversitate aetatis et sexus, pro varia temporum locorumque condicione, ita tamen ut qui de juvenilibus coetibus sunt, ii ad futura rerum incepta se potissimum conforment ac comparent, firmatae vero aetatis hominibus latior pateat campus, utpote quorum sit si qua sibi liceat in societatem humanam beneficia conferre, quae cum divino Ecclesiae munere aliquo pacto cohaereant, ab nullis eorum impertiendis abstinere. Nec vero Actio Catholica quod habet sibi propositum, peculiari via ac ratione assequi contendit; quin imo opera et sodalicia cuiusvis generis, vel praecipue religiosa, ut quae iuventutis instituendae aut pietatis fovendae gratia instituta sunt, vel proprie civilia atque oeconomica, ad apostolatum socialem convertit ac dirigit Atque Actio haec ob sapientem illam, quam habet, ex una concordique gubernatione sibi insitam. virium officiorumque ordinationem, qua varia totius compagis suae reguntur elementa - quae sunt coetus hominum ac mulierum itemque iuvenum ex utroque sexu - cum fruatur ipsamet utilitatibus, quas sodalicia religiosa dumtaxat et oeconomica sibi pepererint, tum ea adiuvabit fovebitque id efficiendo, ut non modo consensio ac benevolentia sed etiam adiutricis operae praesidium utrimque intercedat, eo quidem cum Ecclesiae et humanae societatis emolumento, quod facile comicitur. Hoc autem in comparando bono, quod est maxime religionis et morum. Actio Catholica non rane intercipiet suis aditum ad rem publicam, qua late eius tractatio patet; immo eos ad publica munia reddet aptiores, quippe quos ad vitae sanctimoniam christianorumque officiorum observantiam severe conformaverit. Quid, quod ad pariendos societati optimos omnium cives. religiosissimos reipublicae scitissimosque omnium magistratus nata videtur? Quis igitur affirmaverit eam vera rei publicae commoda neglegere, quae demum commoda extra Christianae caritatis campum mlnhre vagantur, cum ad caritatem pertineat publicam oaae genus prosperitatem provehere? Eiusmodi quidem *pn*speritatem in qua proximus finis continetur societati civilis, nonne Actio Catholica tum provehit, cum ❀a iubet legitimam auctoritatem vereri legibusque obtemperare, ea/ servare ac tueri, quibus populorum satas r ac felicitas nititur: ut morum integritatem, ut coc-victus domestici incolumitatem, ut civilium ordima inter se concordiam et consensionem, id scilicet onuz quod ad societatem hominum tranquillandam tuendasque confert? Et sane id facilius assequitur, quia eus. ut diximus, partium studiis nequaquam implicetur, eta eaedem et catholicis constant - qui profecto de CŒtroversiis liberae disceptationi relictis dissentire aa prohibentur. - ultro consiliis praescriptisque obsequetur, quae sacrorum antistites daturi sunt, quamvis ea factionum disciplinae commodisque repugnent vel repugnare videantur. - Ex iis, quae adhuc memoravfcm liquido patet, dilecte fili Noster, Actionem Cathotus iure meritoque habendam esse quandam veluti viam κ rationem qua ad beneficia omne genus nationibus impertienda utitur Ecclesia: viam ac rationem, inquies quae videatur divino consilio ac beneficio inducta, c ad evangelicam doctrinam ac legem illos Ecclesia aliiciat ac trahat, qui, nullo cum sacerdotibus commereo usuque, facile in seditiosorum hominum fallacias pavasque artes concederent. Haec sunt cuivis Actioni Catholicae communia principia ac fundamenta, quamquam ex una eademque causa, pro vario populorum ingerio variaque nationum condicione, varii gignuntur effecti». Manifesto ex his apparet eam patrocinio dignam eæ non modo Episcoporum et sacerdotum - qui probe norunt ipsam Nosmet in oculis Nostris ferre - sed etiaz gubernatorum ac magistratuum cuiuslibet Civitatis: quodsi communi eiusmodi patrocinio fulciatur, iam mirificam fructuum ubertatem in gentes catholicas proferet. et ubivis, religionem in animis excitando, ton parum ad civilem prosperitatem conducet. Quod ut auspicato eveniat vehementer cupimus. Interea, dilecte fili Noster, grati admodum tibi sumus quod, luculentus mentis Nostrae interpres. Actionem Catholicam in dioecesi tua propagare contendis, neque minus quod Nobis opportunitatem dedisti eius ad commune bonum detw patefaciendae.

Caelestium vero donorum auspicem paternaeque benevolentiae testem, tibi, dilecte fili Noster, et clero populoque tuo universo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xm Novembris anno mdccccxxviii. Pontificatus Nostri septimo.—Pius Pp. xi.

Adn. A. VERMEER5CH in PrM 17 (1928) 236-240.

86-1

ira NOV 14.-SC CONCILII, RESP. PART.·

DIOECESIS N.

De habitu chorali ad lucrandas distributionis

Sacrae Concilii Congregationi sequentia dubia subiecta sunt pro oportuna definitione nimirum:

« Iuxta statuta Capituli ecclesiae cathedralis, eboratis habitus canonicorum est rochettum cum mozetu serica nigri coloris, intus rubro panno subsuta, eus fimbriis et globulis item rubris, et bireto laneo nigm cum fimbriis rubris ad ora. Ex induito Apostolico insuper ad pectus gestant parvam crucem auratam octangulam.

Quaeritur an quotidianas lucrentur distributiones si in horis canonicis absolvendis non utantur:

1° bireto, quia praesertim aestivo tempore incommodum est;

2° cruce pectorali, quia ex consuetudine non geritur nisi diebus festis et dominicis;

3. mozetta. quae intus rubro panno subsuta sit, cc fimbriis et globulis rubris, sed mozetta simpliciter nigra. prout capellani gestant.

In hoc enim tertio iam punctator Capituli alloues canonicum qui casu fortuito mozetta capellani indutus erat, ut absentem notavit et distributione quotidian privavit ›.

Porro Sacra eadem Congregatio perpensis omnibus, tn Congressu diei responderi mandavit.

Ad. L *Negative.*

Ad Π. *Affirmative.*

Ad III. *Negative* et punctator utatur iure suo.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Concilii, die 14 novembris 1928.—D. Card. Sbarretti, Prae/. lulius, ep. tit. Larnpsacen, *Secr.*

• **ME 41 (1929) 162-163,**

865

1928 NOV 16.-S. POEN., DECR. AAS 20 (1928) 398-399

De confessariis absolventibus adhaerentes
FACTIONI « L'ACTION FRANÇAISE >

Etsi serio dubitari nequeat, post iteratas Sacrae Poenitentiariae Apostolicae resolutiones et declarationes circa damnatam in Gallia factionem vulgo « L'Action Française ». quin mortaliter peccent confessarii sacramentalem absolutionem impertientes huius factionis sociis aut quomodocumque eidem actu adhaerentibus, nisi antea eam ex animo penitus repudiaverint; non desunt tamen ibidem sacerdotes, qui, uti ex certis fontibus constat, propriae conscientiae fucum facientes, tam gravi facinore sese foedare non vereantur.

Ad horuri. ne pereant, pervicaciam frangendam, cum hortamenta, monita, minae nihil profecerint. Sancta Sedes, ecclesiasticae disciplinae custos et vindex, ad remedia graviora manus apponere, aegre quidem sed necessario, compellitur.

Quare de expresso Ssmi Domini Nostri mandato Eoque adprobante et confirmante. Sacra Poenitentiaria statuit ac decernit peccatum confessariorum sacramentaliter absolventium quos quomodocumque noverint factioni ‹ L'Action Française » actu adhaerentes quique ab ipsis, uti tenentur, moniti, ab ea se retrahere renuant, Sanctae Apostolicae Sedi reservari.

Huius reservationis ea vis est ut in illis quoque casibus, in quibus iuxta canonicas dispositiones quaevis reservatio cessat, onus adhuc remaneat praedictis sacerdotibus ad S. Poenitentiariam recurrendi, sub poena excommunicationis specialiter Sanctae Sedi reservatae, intra mensem a die obtentae sacramentalis absolutionis, vel postquam convaluerint si aegroti, et standi eius mandatis.

Ordinariorum erit Superiorumque familiarum religiosarum, graviter onerata eorum conscientia, Decretum huiusmodi ad sacerdotum sibi subditorum certam, ne ignorantiam in excusationem allegare audeant, notitiam, quo opportuniore modo iudicaverint, quamprimum deferre. Qui insimul sciant nihil per hoc praecedentibus
39 hac in re declarationibus ac praescrip/tionibus detrahi, praesertim de procedendo contra inobedientes ad canonicas sanctiones.

Datum Romae, cx Sacra Poenitentiaria Apostolica. die 16 Novembris 1928.—L. Card. Lauri, *Poenitentiarius Maior.* I. Teodori, S. P. *Secr.*

Adn. A- **VERMEERSCH in PrM 17 (1928) 247-248; ME 40 (1923) 363.**

866

1928 DEC 6.-SC ORIENT. DECR. AAS 20 (1928) 416-417

De **VENTA APOSTOLICA TRANSITUS AD ALIUM RITUM A ROMANI PONTIFICIS LEGATIS CONCEDENDA**

Nemini licere sine venia Apostolicae Sedis ad alium ritum transire, aut. post legitimum transitum, ad priftinum reverti, plurimis Romanorum Pontificum constitutionibus, praesertim Benedicti XIV, const *Etsi pastoralis,* 26 Maii 1742 [CICF n. 328]; const *Praeclaris,* 18 Mart 1746 [ib. n. 366]; ep. encycL *Allatae sunt,* 26 Iul 1755 (ib. n. 434]; Gregorii XVI. ep. encycl. *Inter gravissimas,* 3 Feb. 1832 [ib. n. 483]; Leonis XIII. litt ap. *Orientalium dignitas.* 30 Nov. 1894 [ib. n. 627]; Pii X const *Tradita ab antiquis,* 14 Sept 1912 (ib. n. 698], Decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis rituum orientalium, statutum fuit, atque a Codice iuris canonici, can. 98, 5 3 confirmatum.

Hanc porro facultatem veniae Apostolicae concedendae ad transeundum de uno in alium ritum, haec Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali directe et immediate usque adhuc ipsa exercuit; ea enim, exceptis oratorum precibus seu petitionibus, usitato more audiebat interesse habentes, et Romani Pontificis Legatos utrum preces privatorum veritate niterentur, nec ne; ac, re diligenter cognita, causas allatas, utrum canonicae et sufficientes essent, ad trutinam revocabat, et demum ea decernebat quae ad bonum animarum magis profutura videbantur.

Verum cum postremis hisce temporibus magis magisque in dies numerus augeatur latinorum catholicorum in partibus orientalium degentium, et catholicorum ritus orientalis extra patriarchalia territoria et orientalium partes commorantium, in latinis, isque dissitis. regionibus; cumque partim pro rerum adiunctis et locorum distantia, persaepe sit res longi temporis exquirere et hinc inde comparare notitias, seu percontationes et informationes necessarias et opportunas circa oratorum preces; partim vero, ut nunc sunt mores, fere omnes festinare ambiant ac celeritati studeant, atque/ reapse morae huiusmodi non raro in detrimentum 417
animarum vertere possint; undique delatae sunt preces huic Sacrae Congregationi, ut facultas concedendi transitum ad alium ritum delegaretur ac tribueretur Romani Pontificis Legatis, seu Nuntiis. Internuntiis ac Delegatis Apostolicis loci, ubi oratores transitum postulantes degunt; quippe quod Apostolici Legati ibidem commorantes, facilius et expeditius rem cognoscere et absolvere valent

Proposita igitur quaestione in plenariis Comitiis diei 6 Novembris curr. anni, huius Sacrae Congregationis Emi Patres censuerunt valde expedire ad bonum animarum ut Romani Pontificis Legatis facultas tribuatur concedendi veniam transitus ad alium ritum, uno excepto casu de Sacerdote ritus mutationem postulante; simulque statuerunt iisdem dare necessarias et opportunas instructiones circa causas canonicas iustas et sufficientes, earumque agnitionem, ut hac facultate utantur tantummodo in animarum bonum; hac enim ratione, nihil de veteri disciplina immutando, facilior atque expeditior via sternitur ad consulendum, hac in re. fidelium saluti.

Quam Emorum Patrum resolutionem Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI in audientia diei 10 eiusdem mensis Novembris, referente infrascripto Cardinali Secretario, approbare ac confirmare dignatus est, simul decernens ut res publici iuris fiat per huius Sacrae Congregationis decretum.

Mandat idcirco haec Sacra Congregatio ut a dic prima proximi mensis Ianuarii a. 1929 preces ad implorandum transitum ad alium ritum, per tramitem Ordinarii proprii, seu sub cuius iurisdictione sunt oratores, mittantur ad Romani Pontificis Legatos, seu Nuntios, Internuntios, Delegatos Apostolicos. vel eorum qui pro tempore vices eorundem gerunt. Legati Apostolici autem singulis anni spatiis referant huic Sacrae Congregationi de numero veniarum concessarum pro transitu sive de ritu orientali in latinum, sive de ritu latino in orientalem.

Quod si in loco seu regione Legatus Apostolicus non fuerit missus aut constitutus, aut agatur de Sacerdote, preces, ut antea, ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali mittendae erunt

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 6 Decembris 1928.—A. Card. Sincero, *Secr.* H. I. Cicognani, *Adsessor.*

Adn. A. TER in Apoll. 2 (1929) 120-128; IP 9 (1929) 23. ME 41 (1929) 52-53; PrM 18 (1929) 110-111.

867

1928 DEC 19.-SC ORIENTALIS, RESP. PART.·

Circa disciplinam servandam a maronitis tn
s. F. A. 5- COMMORANTIBUS

Dubia - 1. An Maronitae, habentes in Septentrionalibus Statibus Foederatis Americae domicilium aut quasi domicilium teneantur legibus Codicis juris Canonici.

2. *An* duo Maronitae habentes in Septentrionalibus Statibus Foederatis Americac domicilium aut quasi domicilium, validum contrahere possint matrimonium, etiamsi ligati uno aliove cx impedimentis, abrogatis quidem a Codice iuris canonici, sed adhuc vigentibus et dirimentibus pro Maronitis.

3. An duo Maronitae, habentes in Septentrionalibus Statibus Foederatis Americae domicilium aut quasi domicilium. possint validum contrahere matrimonium ante aetatis annum decimum sextum pro sponso, et quartum decimum pro sponsa, quando constet malitiam supplere aetatem.

4. An Maronitae, habentes in Septentrionalibus Statibus Foederatis Americae domicilium aut quasi domicilium, teneantur quoad jejunium et abstinentiam legibus Codicis juris canonici, et Decretis Ordinariorum locorum. ad normam Can. 1244, par. 2.

5. An Maronitae, habentes in Septentrionalibus Statibus Foederatis Americae domicilium, aut quasi domicilium, frui possint privilegio celebrandi tres Missas in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum.

6. An Petrus, Maronita, et Rosa, graeco-schismatica, habentes domicilium aut quasi domicilium in Dioecesi Buffalensi, valide contrahant matrimonium assistente et benedicente sacerdote schismatico orientali in praesencia duorum testium.

7. An Jacobus, Maronita, ct Helena, graeco-schismatica, habentes domicilium aut quasi domicilium in Dioecesi Buffalensi, validum contrahant matrimonium coram sacerdote (non parocho) graeco-catholico, in praesentia duorum testium.

Resp. Ad I nepatire, ad normam Can. 1 eiusdem Codicis. salvis tamen peculiaribus Decretis Sanctae Sedis cos respicientibus et firmo disposito Litt Apost. *Orientalium dignitas* [CICF n. 627] N. IX: c Quicumque orientalis, extra patriarchale territorium commorans, sub administratione sit cleri latini; ritui tamen suo permanebit adseriptus >.

Ad II. *negative.*

Ad III. *affirmative.*

Ad IV, *provisum* in responsione ad I. SSmus autem ad Maronitas omnesque Orientales domicilium aut quasi domicilium in America habentes extendere dignatus est Indultum, alias Ruthenis in Septentrionalibus Statibus Foederatis Americae et in regione Canadensi residentibus concessum, legibus nempe locorum sese conformandi circa jejunium et abstinentiam.

Ad V. nepatire, prout petitur, juxta resolutionem datam a S. C. de Propaganda Fide die 13 Martii 1916 (etiam sub die 22 Martii - AAS 8 (1916) 104 - 105].

Ad VI, *affirmative.*

Ad VII, *affirmative.*

Datum Romae, 19 Dec., 1928.—L. Card. Sincero, *Segretario, A.* G. Cicognani. Assesor.

• OnflfUflfo S. F America· Septemtricnalis: ER 80 (1929) 384-385.

868

1928 DEC 20.-PIUS XI. CONST. AAS 21 (1929) 33-41

De uturgia deque cantu gregoriano et musica sacra

PIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei

Ad *perpetuam rei memoriam.* - Divini cultus sanctitatem tuendi cum Ecclesia Conditore Christo munus acceperit, eiusdem est profecto, salva quidem Sacrificii et sacramentorum substantia, ea praecipere - caerimonias nempe, ritus, formulas, preces, cantum - quibus ministerium illud augustum et publicum optime regatur, cuius peculiare nomen est Liturgia, quasi actio sacra praccellenter. Atque res utique sacra est Uturgia; per cam enim ad Deum evehimur ipsique coniungimur, fidem nostram testamur nosque gravissimo ei obligamur officio ob accepta beneficia ct auxilia, quibus perpetuo indigemus. Hinc intima quaedam necessitudo inter dogma et Hturginm sacram, itemque inter cultum Christianum ct populi sanctificationem. Quapropter Caelestinus I fidei canonem expressum esse censebat in venerandis liturgiae formulis; ait enim: · legem credendi *1er statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium praesules mandata sibimet legatione fungt·.. tur, apud divinam cle/mentiam humani generis agaxt $ causam, et tota secum Ecclesia congemiscente* poifutot *et precantur ».*

Quae communes supplicationes primum opm D<i deinde *officium divinum* appellatae, quasi debitum eot:· die Deo solvendum, noctu dieque olim fiebant, mapa quiden Christianorum frequentia. Ac mirum quantum Un inde ab ipsa antiquitate temporum Ingenuae illae canti, lenae, quae sacras preces actionemque liturgicam txo nabant, ad fovendam in populo pietatem contuleruat Namque in veteribus praesertim basilicis, ubi episcopus, clerus populusque divinas laudes alterne concinebam non parum liturgici cantus eo valuere ut plurimi ex barbaris ad Christianum civilcmque cultum, historia t«'e. adducerentur. In templis catholicae rei oppugnatores altius sanctorum communionis dogma didicerunt; quaaobrem Valens imperator, arianus, prae divini mysterii maiestate. a S. Basilio peracti, stupore quodam insolito correptus, animo deficiebat; ac Mediolani S. Ambrosius ab haereticis arguebatur se turbas liturgicis cantibus fascinare, quibus quidem perculsus Augustinus consilium cepit Christi fidem amplectendi. In ecclesiis deinde, ubi ex tota fere civitate chorus ingens fiebat, opifices, aedium fabri, pictores, sculptores, litterarum ipsi studiosi, per liturgiam ea theologicarum rerum cognitione imbuebantur, quae hodie ex illius aetatis mediae monumentis tantopere elucet.

Ex his intelligitur cur Romani Pontifices tantam adhibuerint sollicitudinem in liturgia tutanda et custodienda ; et quemadmodum tam multa erat eis cura in dogmate aptis verbis exprimendo, ita liturgiae sacrae leges ordinare, tueri et ab omni adulteratione praeservare studuerint. Itemque patet cur Sancti Patres liturgiam sacram (seu *supplicandi legem)* verbis scriplisque commentati sint: et Tridentinum Concilium voluerit eam esse Christiano populo exponendam et explicandam.

Quod vero ad nostra haec tempora attinet. Pius X, abhinc annos xxv, in praescriptionibus illis Motu Proprio [ASS 36 (1903-04) 329-339] promuIgan./dis, quae ad cantum gregorianum et musicam sacram pertinent, hoc in primis sibi proposuit ut scilicet Christianum spiritum in populis excitaret et aleret, ea sapienter removendo quae templi sanctitudinem maiestatemque dedecerent Etenim ob eam causam ad aedes sacras fideles conveniunt ut pietatem inde, tamquam ex praecipuo fonte, hauriant, veneranda Ecclesiae mysteria ac publicas sollemnesque preces actuose participando. Permagni igitur interest quidquid est liturgiae ornamentum normis quibusdam praeceptisque Ecclesiae contineri, ut artes reapse. velut par est, quasi ancillae nobilissimae divino cultui inserviant; quod quidem nedum in detrimentum, to maiorem potius dignitatem splendoremque ipsarum artium quae in sacris locis adhibentur certe cedet Idque mirum sane in modum in musica sacra effectum est: ubicumque enim praescriptiones illae diligenter sur.t in usum deductae, ibidem cum lectissimae artis venustates reviviscere, tum religiosi spiritus late florere coeperunt; propterea quod populus Christianus, liturgico sensu altius imbutus, et eucharisticum ritum et psalmodiam sacram et supplicationes publicas participare Impensius consuevit- Quod Nos quidem ipsi tum iucunde experti sumus, cum. primo Pontificatus Nostri anno, ingens clericorum chorus ex omni natione liturgiam sollemnem, quam in Vaticana Basilica celebravimus gregoriano cantu nobilitavit.

Iam vero dolendum hic est quibusdam in locis eas leges sapientissimas plene non fuisse in usum deductas; idcoque optatos fructus inde perceptos non esse. Namque probe novimus vel dictitasse aliquos se eis legibus non teneri quae tam sollemniter edictae fuerant, vel nonnullos, primum quidem iisdem paruisse, sed pedetentim ei musicae generi induisisse quod est omnino a templis arcendum ; vel denique alicubi, cum praesertim saecularia sollemnia in memoriam celebrarentur musicorum illustrium, causam inde quaesitam esse quaedam opera in templo exsequendi quae, quamvis praechrx cum sacri loci et liturgiae sanctitati non congruerent, to ecclesiis nequaquam erant adhibenda./ *

At tamen, quo clerus populusque eis legibus et praescriptionibus, quae sancte, inviolateque in Ecclesia universa servandae sunt, religiosius pareat, nonnulla bck adiicere placet, quae nempe hoc xxv annorum spatio

975

1 *Epist. ad episcopos Galllarurr., Patrol. Lai.,* L. 535.

978

experiendo didicimus. Idque eo libentius Nos facimus quod hoc anno non solum musicae sacrae restaurationis, quam diximus, recordatio, sed etiam memoria monachi illius Guidonis Arretini celebrata est; qui, cum circiter ab hinc annos nongentos, Romani Pontificis iussu, in Urbem venisset, ingeniosum illud suum inventum protulit, quo liturgici cantus, iam inde ab antiquitate traditi, et facilius evulgarentur, et, ad Ecclesiae artisque ipsius utilitatem ac decus, integre servarentur in posterum. In Lateranis aedibus, ubi antea S. Gregorius Magnus, monodiae sacrae thesauro - hereditate quidem monumentoque Patrum - collecto, digesto et aucto, *Scholam* illam percelebrem, ad veram liturgicorum cantuum interpretationem perpetuandam, tam sapienter constituerat, Guido monachus experimentum egit mirifici sui inventi, coram romano clero ipsoque Pontifice Maximo; qui, rem eximie probando meritaque laude prosequendo, hoc effecit ut eadem innovatio longe lateque paulatim propagaretur, atque omne musicae artis genus magnum inde caperet incrementum.

Omnibus igitur Episcopis atque Ordinariis, quibus quidem, cum sint liturgiae custodes, de sacris artibus in ecclesiis cura esse debet, nonnulla hic Nos commendare volumus, quasi optatis respondentes, quae ex tot musicis congressionibus, praecipueque ex recentiore conventu. Romae habito, Nobis significarunt non pauci sacri Pastores ac studiosissimi rei huius praecones, quos omnes merita hic laude honestamus; eademque, ut infra, efficacioribus viis rationibusque propositis, ad effectum deduci lubemus.

I. Quicumque sacerdotio initiari cupiunt, non modo in Seminariis sed etiam in religiosorum domibus, iam inde a prima aetate cantu gregoriano et musica sacra imbuantur; propterea quod facilius tum ea perdiscunt, quae ad modulationes sonosque pertinent; et vocis vi-
37 ba, si fortasse habeant, eradicare vel saltem' corrigere queunt, quibus quidem postea, adultiores aetate, mederi prorsus non possent. Ab ipsis primordiorum scholis institutio cantus et musicae incipienda est, ac deinde in gymnasio et lycaeo continuanda; ita enim qui sacros ordines suscepturi sunt, cum iam cantus periti sensim sine sensu facti sint, in theologicorum studiorum curriculo. sine ullo quidem labore ac difficultate, altiore illa disciplina institui poterunt quam verissime *aestheticam* dixeris monodiae gregorianae ac musicae artis, polyphoniae atque organi, quamque clerum pernoscere omnino decet.

II. Esto igitur in Seminariis ceterisque studiorum domiciliis, utrique clero recte conformando, brevis quidem sed frequens ac paene cotidiana cantus gregoriani et musicae sacrae lectio vel exercitatio; quae si liturgico spiritu peragatur, solatium potius quam onus, post severiorum disciplinarum studium, alumnorum animis afferet Auctior ita pleniorque utriusque cleri in liturgica musica institutio id certe efficiet ut ad dignitatem priscam splendoremque *chorale officium* restituatur, quod pars est divini cultus praecipua; itemque ut *scholae* et *capellae musicorum, quas vocant,* ad veterem gioriam revocentur.

III. Quicumque in *basilicis aedibusque cathedralibus, collegiatis* et *conventualibus religiosorum* cultum moderantur et exercent, ildem totis viribus contendant ut rite, id est ad Ecclesiae praescripta, *chorale officium* instauretur; neque id solum quod ad commune praeceptum spectat divini officii peragendi *digne* semper, *attente ac devote,* sed etiam quantum ad canendi artem attinet; in psallendo enim, et iusta tonorum ratio curanda est una cum mediis suis numeris clausulisque ad sonum exquisitis, et congruens ad asteriscum mora, et plena denique concordia illa in psalmodicis versiculis hymnorumque strophis conclamandis. Quae si egregie efficiantur, omnes rite psallentes, cum suorum animorum in adorando Deo unitatem mirifice ostendant, tum, in moderata duarum chori partium vice, sempiternam illam Seraphim laudem, qui clamabant alter ad alterum: *« Sanctus, Sanctus, Sanctus »* aemulari videntur.

IV. Ne quis autem in posterum faciles excusationes
3! prae texat ut ab officio Ecclesiae legibus parendi liberatum se existimet, ordines canonicorum omnes ac religiosae, eaedem communitates de his rebus in statis coetibus agant; et quemadmodum olim *cantor* erat seu *rector chori.* Ita in posterum in canonicorum et religiosorum choris aliquis eligatur peritus, qui cum liturgia cantusque choralis normas in usum deducendas curet, tum singulorum vel chori universi vitia emendet. Quo in genere praetereundum non est, ex veteri constantique Ecclesiae disciplina atque ex ipsis capitularibus constitutionibus quae adhunc vigent, quotquot ad chorale officium tenentur, eos omnes saltem cantum gregorianum rite pernoscere oportere. Cantus vero gregorianus, in ecclesiis omnibus cuiusvis ordinis adhibendus, is est qui ad veterum codicum fidem restitutus, ab Ecclesia in editione authentica, vaticanls typis, iam propositus est.

V. *Capellas* etiam *musicorum* iis omnibus ad quos spectat commendatas hic volumus, utpote quae, decursu temporum, in antiquarum *scholarum* locum suffectae, eo pacto in basilicis maiorfbusque templis constitutae sint ut polyphonicam praecipue musicam ibidem efficerent Quam quidem ad rem, merito *polyphonia* sacra post gregorianum cantum altero loco haberi solet: ideoque vehementer Nos cupimus ut *capellae* huiusmodi, quemadmodum a saeculo XIV ad saeculum XVI floruerunt ita hodie illic maxime renoventur ac revirescant ubi divini cultus frequentia et amplitudo maiorem cantorum numerum exquisitioremque eorum delectum postulant.

VI. *Scholae puerorum,* non modo apud maiora templa et cathédrales, sed etiam penes minores et paroeciales aedes excitentur; pueri autem a *capellarum* magistris ad recte canendum instituantur ut ipsorum voces, iuxta veterem Ecclesiae morem, virorum choris sese adiungant, maxime cum in polyphonica musica, ut olim, adhibendae sint pro suprema voce, quae cantus appellari consuevit. Ex eorum numero, saeculo praesertim xvi, polyphoniae auctores peritissimi, uti est compertum. prodiere, quos inter omnium facile princeps loannes ille Petrus Aloisius Praenestinus./ 33

VII. Quoniam vero didicimus lentari alicubi ut quoddam musicae genus resumatur, sacrorum officiorum perfunctioni haud omnino congruens, praesertim ob immoderatiorem instrumentorum usum. Nos quidem hic profitemur cantum cum symphonia coniunctum nullo modo ab Ecclesia tamquam perfectiorem musicae formam rebusque sacris aptiorem haberi; etenim magis quam instrumenta, vocem ipsam in sacris aedibus resonare decet: vocem nempe cleri, cantorum, populL Neque est autem putandum incremento musicae artis Ecclesiam obsistere, quod instrumento cuilibet humanam vocem anteponat; siquidem nullum instrumentum, quamvis eximium atque perfectum, in exprimendis animi sensibus humanam vocem superare potest, tum maxime cum ipse animus ea utitur ut preces et laudes ad omnipotentem Deum extollat.

VIII. Est quidem Ecclesiae proprium musicum instrumentum a maioribus traditum, *organum,* ut aiunt; quod, ob miram quandam granditatem maiestatemque. dignum habitum est ut cum liturgicis ritibus coniungeretur. sive cantum comitando, sive, silente choro, ad praescripta, harmonias suavissimas eliciendo. At vero in hoc etiam illa vitanda est sacri et profani permixtio, quae causa cum fabrorum qui organa conficiunt, tum modulatorum quorundam qui novissimae musicae portentis indulgent, huc demum evaderet ut de ipso ad quem destinatur fine mirificum hoc instrumentum deflecteret Equidem ad liturgiae normas Nosmet ipsi optamus ut quaccumque ad organum spectant nova semper incrementa capiant; sed temperare Nobis non possumus quin conqueramur quod, uti olim aliis musicae formis quas merito Ecclesia prohibuit, ita hodie novissimis sane formis tentetur ut in templum profani spiritus invehantur; quas quidem formas, si gliscere inciperent facere non posset Ecclesia quin omnino damnaret. Personent in templis ii tantum organi concentus qui maiestatem loci referant ac rituum sanctitudinem redoleant; hoc enim pacto ars tum fabrorum in construendis organis, tum musicorum in eisdem adhibendis, revirescet ad liturgiae sacrae efficax adiumentum.

IX. Quo autem actuosius fideles divinum cultum participent,/ cantus gregorianus, in iis quae ad populum 40
spectant, in usum populi restituatur. Ac revera pernecesse est ut fideles, non tamquam extranei vel muti spectatores, sed penitus liturgiae pulchritudine affecti, sic caerimoniis sacris intersint — tum etiam cum pompae seu processiones, quas vocant, instructo cleri ac sodalitatum agmine, aguntur — ut vocem suam sacerdotis vel scholae vocibus, ad praescriptas normas, alternent; quod si auspicato contingat iam non illud eveniet ut populus aut nequaquam, aut levi quodam demissoque murmure communibus precibus, liturgica vulgarive lingua propositis, vix respondeat.

X. In hoc utriusque cleri industria desudet, praeeuntibus quidem Episcopis et locorum Ordinariis, ut. per

se vel per alios rei peritos, liturgicam musicamque populi institutionem curent, utpote cum doctrina Christiana coniunctam. Quod quidem facilius efficietur scholas praecipue, pia sodalicia ceterasquc consociationes liturgicis cantibus instruendo; religiosorum autem, sororum ac piarum feminarum communitates alacres sint ad hunc finem assequendum in variis institutis quae sibi ad educandum et erudiendum concredita sunt. Itemque valde ad hanc rem valituras esse confidimus eas societates quae in nonnullis regionibus, ecclesiasticis auctoritatibus obsequentes, musicam sacram ad Ecclesiae leges restaurare contendunt

XI. Ad haec omnia, quae sperantur, adipiscenda peritis magistris iisdemque frequentissimis omnino opus est Quo in genere. Scholis et Institutis illis, passim per catholicum orbem conditis, debitas laudes tribuimus; siquidem disciplinas huiusmodi diligenter docendo. praeceptores optimos idoneosque effingunt Sed maxime memorare hoc loco ac dilaudare placet Pontificiam *Scholam musicae sacrae alt\us tradendae.* quae inde ab anno mcmx in Urbe a Pio X constituta est Hanc Scholam, quam deinde proximus decessor Noster Benedictus XV studiose provexit novaque sede donavit Nos quoque peculiari quodam favore prosequimur, tamquam pretiosa Nobis hereditate a duobus Pontificibus relictam, eandemque idcirco Ordinariis omnibus magnopere commendatam volumus./

41

Equidem probe novimus ea omnia, quae supra mandavimus. quantum studii postulant ac laboris. At vero quis ignorat quam multa opera quamque magno artificio confecta, nullis devicti difficultatibus, maiores nostri posteritati tradiderint, utpote qui pietatis studio ac liturgiae spiritu imbuti essent? Neque id mirum: quidquid enim ab ipsa, quam Ecclesia vivit, interiore vita proficiscitur, mundi huius perfectissima quaeque transcendit Difficultates coepti huius sanctissimi animos Ecclesiae Antistitum excitent atque erigant nedum infringant; qui voluntati Nostrae concorditer omnes constanterque obsequentes, operam navabunt Summo Episcopo episcopali suo munere dignissimam.

Haec edicimus, declaramus, sancimus, decernentes Apostolicam hanc Constitutionem firmam, validam et efficacem semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, contrariis quibusvis non obstantibus. Nulli igitur hominum liceat hanc Constitutionem a Nobis promulgatam infringere vel eidem temerario ausu contraire.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, in quinquagesimo sacerdotii Nostri natali, dic xx mensis Decembris anno mcmxxviii, Pontificatus Nostri septimo. Fr. Andreas Card. Frühwirth. Cancellarius S. R. E. Camilus Card. Laurenti, S. R. C. *Pro-Praef.* losephus Wilpert, Decanus ColL *Proton. Apostoticorum.* Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. A. HAN1N in NrT 56 (1929) 329-334; PrM 18 (1929) 74-75.

869

1928 DEC 22.-SC RITUUM» INDULT. PART.·

Facultas lavandi purificatoru. pallas et corporalia **MEMBRIS TERTII ORDINIS REGULARIS S- FRANCISCI**

Hodiernas Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI humiliter imploravit, ut fratres et sorores Tertii Ordinis Regularis S. Francisci officio sacristUe addicti. Puritlcatona. Pallas et Corporalia etiam prima vice lavare valeant; nam. ob penuriam «t occupationem sacerdotum, multotles in difficultate versantur inveniendi Clericos in Sacris, pro prima lotione istorum sacrorum linteaminum.

Sacra porro Rituum CongregaUo, vigore facultatum sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino nostro tributarum. IU precibus annuit, ut In singulis domibus unica persona designetur ex Tertiariis et Sororibus, quae vasa sacra tangere. sacrosque supcilectiles purificare valeat. Praesentibus ad proximum quinquennium valituris. Contrariis non obstantibus nulbuseumque. Die 22 decembris 1928.—C. Card Laurditi. Pro-Pra«f. Angelus Mariani. S. R. C Scct.

• ftacwatorl General O F. M.: AOFM 48 (1929) 40.

870

1928 . . . . -SC RELIGIOSORUM. RESCR. PART.·

Nova formula concedendi indultum saecularizatkhcj post codicem

Suplcx libellus sic ex officio adornatur: Beatlate ft. *ter. ad pedes S. V. provolutus, implorat indultum* iccv larizationts. *praevio experimento ad normam can.* MI | 1 ob causas S. C. *dc Religiosis allatas. Et Deus, etc.*

Vigore facultatum a SS. D. N. concessarum, S. C. Nep-Uls religiosorum sodalium praeposita, audito voto, et & tentis litteris testimonialibus Ordinarii...

Eidem Ordinario benigne commisit ut. pro suo arU·trio et conscientia. Oratori concedat indultum excliusfeitto nis. durante experimenti tempore, deposita exteriore feraa habitus relifflosi et servatis ceteris servandis ad ncnnia can. 639 Cod. I. C., et statim ad claustra redire terxatur c forte, perdurante experimenti tempore, ab Ordinario, pntmonitis Superioribus dimittatur. Transacto vero prxfMî experimenti tempore, vel etiam prius, si ante exifam n·perimenti definitive recipiatur. Orator, dummodo de dots titulo canonico sit provisus vel. ipsius Ordinarii tudido. eius congruae sustentationi aliter cautum Rit. maneat uecularizatus. ideoque liberatus a votis in Religione enusu. firmis oneribus Ordini maiori annexis, ac ipso facto inordinatus ad normam can. 640 f 1, η. I. 2. et 641 | 2 Cod L C. Decretum autem cxsecutoriale huius rescripti ctcmunicctur cum hac S. C. et cum Superiore generali.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

. Datum Romae, etc.

♦ PrM 17 (1928) 51 Adn. Λ. VERMEER5CH in PrM 17 (1928) 550·.

871

1928 .....-SACRA POEN, RESP. PART.·

De conditionibus indulgentiae portiuncuiae

Proposito dubio: An ad lucrandam indulgentia.!! Portiunculae requiratur ut confessio et communio précédant visitationes et possint peragi visitationes in d« designata et sufficiat confessio et communio intra odiduum sequentem iuxta can. 931 C. I. C., Sacra Poen:-tentiaria Ap. respondit: *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam.

• Procuratori Generali O. F. M.: AOFM 47 (1928) 117.

872

1928 SUB FINE.-SC CONS., FACULT. PART.·

INDEX FACULTATUM QUINQUENNALIUM ORDINARIORUM LOCORUM

FORMULA I

Pro ordinariis locorum italiae

Revmo Ordinario...

Ssmus D. N. Pius PP. XI his *Sacrae Congregations Consistorialis litteris, iuxta Motu Proprio* t Post catam › die *20 aprilis 1923* ILE 5071. *benigne* incutyf. ut *Rnlus Diius N. N. Ordinarius l N. a subsignata iit ad integrum annum .. quo de iure exhibenda «t relato dioeccsana, uti possit facultatibus quae, a resptctivs SS. Congregationibus statutae, in hoc indice* contmr·.· tur.

Datum *Romae, ex aedibus S. Congregationis Cossistorialis, die...*

I - Ex Suprema S. Congregatione S. Officii

1. Concedendi, non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos et ephemerides, exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta ever·

1 Facultatibus, quae in hoc indice, suis locis. Episcopo dloec sano *prrzoncliter* reservantur, ipse tantum uti poterit.

tere nitentibus nec non operibus de obscocnis ex professo tractantibus, singulis christifidelibus sibi subditis. nonnisi tamen cum delectu et iusta ac rationabili causa (cfr. can. 1402, § 2, Cod. *I. C.),* iis scilicet tantum, qui eorumdem librorum et ephemeridum lectione sive ad ea impugnanda sive ad proprium legitimum munus exercendum, vel iustum studiorum curriculum peragendum. vere indigeant.

Adnotandum. - *Recensita facultas Episcopis concedi·* Iur per *se ipsos personaliter exercenda, seu nemini deleganda; ct graviter onerata ipsorum conscientia super* r«li *omnium memoratarum conditionum concursu.*

II - Ex S. CONGREGATIONE CONCILII

1. Reducendi per quinquennium, ob diminutionem redituum, perpetua Missarum onera ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub lege ut de Missarum ita reductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioccesana quovis anno legitime doceatur.

2. Transferendi per quinquennium intra fines dioecesis onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioccesana a singulis celebrantibus legitime doceatur.

3. Transferendi per quinquennium exuberantia Missarum onera etiam extra dioecesim, cauto tamen ut quam maximus Missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque adamussim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici circa cautelas adhibendas in Missis committendis.

4. Absolvendi per se, vel per alios sacerdotes, a censuris et a poenis ecclesiasticis incursis eos, qui fundas olim ecclesiasticos et a pluribus annis Ecclesiae per eversivas leges civiles ablatos possident titulo haereditatis vel emptionis seu similis contractus, eosque habiles reddendi ad eosdem fundos, quorum valor non excedat summam capitalem libellarum 30 millium, tamquam proprios habendos, de eisque tam inter vivos quam mortis causa libere disponendi, soluta tamen prius congrua summa favore piae causae, ad quam de iure pertinent, iuxta suetas normas investienda.

Ill - Ex S. Congregatione Religiosorum

1. Dispensandi, ad petitionem Superiorum, super illegitimitate natalium ad ingrediendum in religionem, quatenus a constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, et dispensandi ad munia maiora ne eligantur iuxta praeKriptum can. 504.

2. Permittendi celebrationem trium Missarum de ritu m nocte Nativitatis D. N. I. C. in ecclesiis religiosorum non comprehensis in can. 821, § 3, cum facultate pro aditantibus ad S. Synaxim accedendi, ita tamen ut dictae tres Missae ab uno eodemque sacerdote celebrentur.

3. Dispensandi super aetatis excessu pro admittendis ad habitum religiosum, quatenus a constitutionibus Instituti requiratur, praevio, in singulis casibus, consensu Superiorissae Generalis vel Provincialis et rerpectivi Consilii, dummodo postulantes aetatem 40 annorum ne excesserint et polleant caeteris qualitatibus requisitis.

4. Dispensandi, etiam pro religiosis exemptis, super defectu aetatis canonicae ad S. Ordinem presbyteratus, scilicet:

a) super eiusdem defectu usque ad duodecim menses. dummodo ordinandi a suis Superioribus litteras dimissoriales acceperint et ceteras habeant qualitates a sacris canonibus requisitas ac praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam canonis 976, § 2 CL C.;

b) super eodem defectu etiam ultra duodecim menses at non ultra sexdecim, dummodo alumni ne gaudeant vel indigeant alia apostolica dispensatione, servatisque ceteris conditionibus, ut sub Iit a).

5. Dispensandi super dotis defectu cum monialibus et sororibus in loto vel in parte, dummodo status oeconomicus Instituti detrimentum ne patiatur et postulantes talibus sint praeditae qualitatibus, ut eas magnae utilitati Instituto fore certa spes habeatur.

6. Confirmandi confessarium ad quartum triennium, dummodo maioris partis religiosarum, convocatis etiam iis, quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium. consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus prius accedat, proviso pro dissentientibus, si quae sint ac velint

7. Permittendi celebrationem Ss. Missae Sacrificii Feria V in Coena Domini, facta licentia personis habitualiter in communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxi, etiam ad adimplendum praeceptum paschale.

8. Permittendi monialibus descensum in Ecclesiam, ut ipsae eam maiori sollertia mundare et decorare possint, exeuntibus prius ab Ecclesia extraneis omnibus, non exceptis ipsis confessario et monasterio inservientibus et extra claustra degentibus; portae illius claudantur et claves Superiorissae tradantur, moniales vero semper binae sint et porta per quam aditus interior ad Ecclesiam patet duplici clavi claudatur, quarum una a Superiorissa, altera a sanctimoniali ab Ordinario deputanda custodiatur et non aperiatur nisi in casibus enunciatis et cum praescriptis cautelis.

9. Permittendi monialibus egressum e claustris urgente casu operationis chirurgicae subeundae, quamvis non secumferat periculum mortis imminentis aut gravissimi mali, per tempus stricte necessarium, praescriptis debitis cautelis.

IV - Ex S. Congregatione Rituum

1. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria fixa et portatilia exsecrata consecranda, adhibita breviori formula *B* pro casibus can. 1200, § 2 Cod. I. C.; dum in casu can. 1200, § 1. iam indulta fuit per ipsum canonem facultas ct adhibenda est formula *A*.

2. Quando in Missa Hebdomadae Maioris dicitur *Passio, pro* sacerdotibus qui, praehabita facultate, binas Missas rite celebrant, legendi in una Missa tantum ex *Passione* postremam partem *(Altera autem dic,* etc.) praemissis: *Munda cor meum,* etc. — *Sequentia sancti evangelii secundum (Matthaeum).*

3. Benedicendi obiecta pietatis signo crucis, servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis. Occasione tamen visitationis pastoralis, quando multi petunt et plura ac varia exhibent eiusmodi obiecta benedicenda, saepe etiam cum diversis formulis, hisce in casibus permittitur unica formula brevior, dum fit signum crucis super obiecta, nempe: « Benedicat haec omnia Deus. Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Arnen ».

4. Celebrandi Missam *de Requie* lectam semel in Hebdomada ab Ordinario in proprio Oratorio; dummodo ne occurrat Festum ritus duplicis primae aut secundae classis. Dominica aut Festum de praecepto etiam suppresso, necnon Octava privilegiata, Feria Quadragesimae. Quatuor Temporum. II Rogationum. Vigilia aut Feria in qua anticipanda vel primo reponenda est Missa Dominicae: servatis de celero Rubricis.

V - Ex Sacra Poenitentiaria

1. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente quam coram aliis externatas incursis, postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit; ct quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo sera promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secreto abiuraverit. iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, ct obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit. atque illata scandala reparandi.

2. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum, haereticorum aut schismaticorum. apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, allosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri

poterit, ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confessorio tradendi

3. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

L Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure injungenda.

5. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respective secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denuncient, iuxta can. 2336. j 2. personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adseriptas noverit; libros, manuscripts ac signa eamdem respicientia. s,' qua retineant, in manus absolventis tradant, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si lustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis ct obligatione illata scandala reparandi.

6. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram regularium ulriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint; necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminosum, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpae poenitentia salutari iniuncta.

7. Dispensandi ad petendum debitum conjugale cum transgressore voti castitatis perfectae et perpetuae, privatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerint, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit

8. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, ct agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, iniuncta gravi ct diuturna poenitentia salutari.

9. Dispensandi ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985. 6 4. sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat; iniuncto eidem poenitenti onere intra mensem, saltem per epistolam, per alium vel per se. reticito nomine, docendo de omnibus casus circumstantiis, et praesertim quoties delictum patraverit, ad S. P. recurrendi ct standi eius mandatis.

10. Concedendi suetis sub conditionibus:

A) Plenariam Indulgentiam, lucrandam a chrlstifidelibus. qui

al Missae, in Pontificalibus ab Ordinario celebratae, die ab ipsomet Ordinario semel in anno in singulis dioecesis locis designanda, adstiterint;

b) ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium. in actu quo ibi Ordinarius pastoralem Visitationem peregerit, devote visitaverint;

c) tempore dioeccsanae Synodi, visitaverint ecclesiam. in qua ipsa Synodus habetur;

d) die generalis communionis, semel in anno, ln ecclesia cathedral! vel alia ecclesia ab Ordinario indictae. sacris Epulis ibidem reficiantur;

e) tempore Missionum, quae de Ordinarii licentia in dioecesi habentur, saltem dimidium sacrarum concionum audierint;

Partialem Indulgentiam CC dierum, acquirendam ab iis, qui cuilibet ex concionibus, de quibus supra sub lit. e), devote interfuerint

Adnotanda. - 1. Ordinarius recensitis facultatibus, tum abrolcendi a censuris tum dispensandi, pro foro conscientiae, etiam extra sacramentalem confessionem cum suis subditis, et extra dioecesim quoque» quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra dioecesim fuer.nt, necnon cum non subditis intra limites proprii territorii, ex *speciali Sedis Apostohcae auctoritate* ~·. *concessa, uti* valebit; *eosque intra fines dioecesis* teitum *canonico poenitentiario necnon vicariis jorauù. pro foro pariter conscientiae et in* actu *sacramniiiis confessionis dumtaxat, etiam habitualiter, si ipsi cuerit,* aliis *vero* confessariis *cum ad ipsum Orduamn in casibus* particularibus *pocnitentium recursum hafa.* rint, *pro* exposito casu *impertiri poterit, nisi ob peculii·* res *causas aliquibus confessariis specialiter* deputwij *per tempus, arbitrio* suo *statuendum, illas communicari iudicavcrit.*

2. *Ordinarius facultatem praefatas Indulgntsu concedendi* nemini *delegare potest, sed per se ipse* tum *exercere debet.*

Normae de taxis.

1. - *Nulla taxa exquiratur pro licentia legendi ac ʀt tinendi libros prohibitos.*

2. - *Pariter* nulla *exigatur taxa pro facultalibu S. Poenitentiariae. quae omnino* gratis sunt concedende/

3. - *Quod spectat ad* compositionem *seu solutior illius « congruae summae favore piae causae* ›. de qua *sermo est in facultate ⁴ Sacrae Congregatura Concilii, quinae libellae pro centenis, nempe 5%,* euudem *summae ad S. Sedem transmittantur.*

4. - Taxa exquiri solita *pro ceteris induitis - rigon facultatum quae in hoc indice recensentur* - sint qxrdecim *libellae.*

5. - *Pro casuum tamen diversitate, huiusmodi lasai moderandae aut dispensandae erunt, ob paupertate oratorum, aliasre vustas causas,* pro prudenti iudicio ac conscientia Ordinarii.

6. - *Summa* omnium *taxarum et oblationum,* qxi *Ordinarius reapse exegerit, in fine cuiuslibet anni* cd S. *Sedem,* per tramitem S. Congregationis Consistoriale *transmittatur,* in foliis *separatis adnotando partes, quse spectant ad singulas SS. Congregationes.*

7. - *Ipse Ordinarius pro quolibet induito* laxam libellarum quinque *adiicere poterit, sibique retinere ta* sui vel *dioecesis necessitatibus erogandam; salvo praescripto N.*r' 5.

FORMULA II

Pro Ordinariis belgii. galliae. Hispaniae, lusitamai

Reviho Ordinario...

SSmus D. N. Pros PP. XI *his Sacrae Congregations Consistorialis litteris, iuxta Motu Proprio* « Post datam » diei *20* aprilis *1923, benigne indulget, ut* Rer'.ts *Dominus N. N. Ordinarius* ' dioecesis iV. a *subsigran die ad integrum annum .. quo de iure exhibenda ts relatio dioecesana. uti possit facultatibus quae,* g ft· *spcctivis SS. Congregationibus statutae, in hoc indict continentur.*

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Con· *sistorialis, die...*

I - Ex Suprema S. Congregatione S. Omen

1. Concedendi non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad alionrr. manus perveniant, libros prohibitos et ephemerides, exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus. vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus nec non operibus dc obscocnis ex professo tractantibus, singulis christifidelibus sibi subditis. nonnisi tamen cum delectu et iusta ac rationabili causa (cfr. can. 1402. § 2. Cod. *I.* C.l, iis scilicet tantum, qui eorumdem librorum et ephemeridum lectione snx ad ea impugnanda sive ad proprium legitimum munia exercendum vel Justum studiorum curriculum peragendum. vere indigeant.

Adnotandum. - *Recensita facultas Episcopis conceditur per se ipsos personaliter exercenda, seu nemini deleganda; ct graviter onerata ipsorum* conscientia *super rcali omnium memoratarum conditionum concursu.*

II - Ex S. Congregatione Conciui

1. Reducendi per quinquennium, ob diminutionem redituum, perpetua Missarum onera ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub lege ut de Missarum ita re-

l Facultatibus, quae ln hoc indice, suis locis. Episcopo dloe-.t' ꝑer:onaZL reservantur. Ipse tantum uti poterit.

ductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioecesana quovis anno legitime doceatur.

2. Transferendi per quinquennium intra fines dioecesi onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis quae ln certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus legitime doceatur.

3. Transferendi per quinquennium exuberantia Missarum onera etiam extra dioecesim, cauto tamen ut quam maximus Missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque adamussim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici circa cautelas adhibendas in Missis committendis.

Ill - Ex S. Congregatione Religiosorum

1. Dispensandi, ad petitionem Superiorum, super 11-legitimitate natalium ad ingrediendum in Religionem, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, et dispensati ad munia maiora ne eligantur iuxta praescriptum can. 504.

1 Permittendi celebrationem trium Missarum de ritu in nocte Nativitatis D. N. I. C. in ecclesiis Religiosorum non comprehensis in can. 821, § 3, cum facultate pro adstantibus ad S. Synaxim accedendi, ita tamen ut dictae tres Missae ab uno eodemque Sacerdote celebrentur.

3. Dispensandi super aetatis excessu pro admittendis ad habitum religiosum, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, praevio, in singulis casibus, consensu Superiorissae Generalis, vel Provincialis et respectivi Consilii, dummodo postulantes aetatem 40 annorum ne excesserint et polleant caeteris qualitatibus requisitis.

4. Dispensandi, etiam pro Religiosis exemptis, super defectu aetatis canonicae ad S. Ordinem presbyteratus, scilicet:

a) super eiusdem defectu usque ad duodecim menses, dummodo ordinandi a suis Superioribus litteras dimissoriales acceperint et ceteras habeant qualitates a sacris canonibus requisitas ac praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam canonis 976. § 2 C.LC;

b) super eodem defectu etiam ultra duodecim menses at non ultra sexdecim, dummodo alumni ne gaudeant vel indigeant alia apostolica dispensatione, servatisque ceteris conditionibus, ut sub Iit. a).

5. Dispensandi super dotis defectu cum Monialibus et Sororibus in toto vel in parte, dummodo status oecocomicus Instituti detrimentum ne patiatur et postulantes talibus sint praeditae qualitatibus, ut eas magnae utilitati Instituto fore certa spes habeatur.

6. Confirmandi Confessarium ad quartum et quintum triennium, dummodo maioris partis Religiosarum, convocatis etiam iis, quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus prius accedat, proviso pro dissentientibus, si quae sint ac velint.

7. Permittendi celebrationem SS. Missae Sacrificii Feria V in Coena Domini, facta licentia personis habitualiter in Communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxl, etiam ad adimplendum praeceptum paschale.

2. Permittendi Monialibus descensum in Ecclesiam, ut ipsae eam maiori sollertia mundare et decorare posent, exeuntibus prius ab Ecclesia extraneis omnibus, non exceptis ipsis Confessario et Monasterio inservientibus et extra Claustra degentibus; portae illius claudantur et claves Superiorissae tradantur. Moniales vero «mper binae sint et porta per quam aditus interior ad Ecclesiam patet, duplici clavi claudatur, quarum una a Superiorissa, altera a Sanctimoniali ab Ordinario deputanda custodiatur ct non aperiatur nisi in casibus enuntiatis et cum praescriptis cautelis.

9. Permittendi Monialibus egressum e claustris urgente casu operationis chirurgicae subeundae, quamvis non secumferat periculum mortis imminentis aut gravissimi mali, per tempus stricte necessarium, praescriptis debitis cautelis.

IV - Ex S. Congregatione Rituum

1. Deputandi Vicarium Generalem vel alium sacerdotem, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad altaria fixa et portatilia consecranda, servato ritu et forma Pontificalis Romani.

2. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, ln aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria fixa et portatilia exsecrata consecranda, adhibita breviori formula *B* pro casibus can. 1200, 5 2 Cod. I. C.; dum in casu can. 1200, 5 1. iam indulta fuit per ipsum canonem facultas et adhibenda est formula A.

3. Deputandi Vicarium Generalem vel alium sacerdotem. in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad consecrandos calices et patenas; servato ritu et forma Pontificalis Romani.

4. Quando in Missa Hebdomadae Maioris dicitur *Passio,* pro sacerdotibus qui, praehabita facultate, binas Missas rite celebrant, legendi in una Missa tantum cx *Passione* postremam partem *(Altera autem die,* etc.) praemissis: *Munda cor meum,* etc. — *Sequentia* sancîi *evangeli secundum (Matthaeum).*

5. Benedicendi obtecta pietatis signo crucis, servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis. Occasione tamen visitationis pastoralis, quando multi petunt et plura ac varia exhibent eiusmodi obiecta benedicenda, saepe etiam cum diversis formulis, hisce in casibus permittitur unica formula brevior, dum fit signum crucis super obiccta, nempe: « Benedicat haec omnia Deus. Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amcn >.

6. Celebrandi Missam *dc P.cquie* lectam semel in Hebdomada ab Ordinario in proprio Oratorio; dummodo non occurrat Festum ritus duplicis, primae aut secundae classis. Dominica aut Festum de praecepto etiam suppresso, necnon Octava privilegiata. Feria Quadragesimae, Quatuor Temporum. II Rogationum. Vigilia aut Feria in qua anticipanda vel primo reponenda est Missa Dominicae: servatis de cetero Rubricis.

V - Ex Sacra Poenitentiaria

1. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente quam coram aliis externatas incursis, postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit; et, quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secreto abjuraverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit, atque illata scandala reparandi.

2. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis cos qui libros apostatarum, haereticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit. ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confessario tradendi.

3. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

4. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, ln casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

5. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis cos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denuncient. iuxta can. 2336. 4 2. personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint; libros, manuscripts ac signa eamdem respicientia. sl qua retineant, in manus absolventis tradant, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, de-

struenda: iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

6. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram Regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminosum, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpae poenitentia salutari iniuncta.

7. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore volt castitatis perfectae et perpetuae, privatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit

8. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

9. Dispensandi ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985. ð 4. sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat; iniuncto eidem poemtenti onere intra mensem, saltem per epistolam. per alium vel per se, reticito nomine, docendo de omnibus casus circumstantiis, ct praesertim quoties delictum patraverit, ad S. P. recurrendi ct standi eius mandatis.

10. Concedendi, suetis sub conditionibus:

A) Plenariam Indulgentiam, lucrandam a christifidelibus, qui

o) Missae, in Pontificalibus ab Ordinario celebratae, die ab ipsomet Ordinario semel in anno in singulis dioecesis locis designanda, adstiterint;

b) ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium, in actu quo ibi Ordinarius pastoralem Visitationem peregerit, devote visitaverint;

c) tempore dioecesanae Synodi, visitaverint ecclesiam. in qua ipsa Synodus habetur;

d) die generalis communionis, semel in anno, in ecclesia cathedral! vel alia ecclesia ab Ordinario indictae, sacris Epulis ibidem reficiantur;

e) tempore Missionum, quae de Ordinarii licentia in dioecesi habentur, saltem dimidium sacrarum concionum audierint;

B) Partialem Indulgentiam CC dierum, acquirendam ab iis. qui cuilibet ex concionibus, de quibus supra sub lit e), devote interfuerint

Adnotanda. - 1.· Ordinarius recensitis facultatibus, tum absolvendi a censuris tum dispensandi, pro *foro* conscientiae, etiam extra sacramentalem *confessionem* cum tuis subditis, et extra *dioecesim* quoque, quatenus vel ipse re! subditus vel uterque extra dioecesim fuer r, necnon cum non subditis intra limites proprii territorii. cx spectali Sedis Apostolicae auctoritate ipsi concessa, uti valebit easque intra *fines dioecesis* tantum Canonico Poenitentiario necnon Vicariis Foraneis. pro *foro* pariter conscientiae et in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habitualiter, si ipsi placucni, altis vero confessariis cum ad ipsum Ordinarium in casibus particularibus poenitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri poterit, nisi ob peculiares causas aliquibus confessariis specialiter deputandis per tempus, arbitrio suo statuendum, illas communicare iudicablt.

2 ∧ Ordinarius facultatem praefatas Indulgentias concedendi '-emini delegare potest, sed per se ipse tantum exercere debet.

Normae de taxis

ǂ · Nulla taxa exquiratur pro licentia legendi ac retinendi libros prohibitos.

2.' - Pariter nulla exigatur taxa pro facultatibus S Por iitmtiariae, quae omnino gratis sunt concedendae.

3.° - Taxa exquiri *solita pro ceteris induitis - riprt facultatum quae* m *hoc indice recensentur* - sint qafa. decim *libellae.*

4.° - *Pro casuum tamen diversitate, huiusmodi laat moderandae aut dispensandae erunt, ob paupertate oratorum, aliasve iustas causas,* pro prudenti iudicio ǂ conscientia Ordinarii.

5.° - *Summa omnium taxarum et oblationum* çia *Ordinarius reapse exegerit, in fine cuiuslibet anni td S. Sedem,* per tramitem S. Congregationis Consistorii, lis. *transmittatur, in foliis separatis adnotando partti quae spectant ad singulas SS, Congregationes.*

6.a - Ipse Ordinarius pro quolibet indulto taxam t- *bellarum* quinque *adiicere poterit, sibique retinere* â sui *vel dioecesis necessitatibus erogandam; salvo prz& scripto N.H* 4.

FORMULA III

Pro ceteris Ordinariis Ecropae

Revmo Ordinario...

Sstilus D. N. Pius *Div. Prov. PP.* XI *his Sacrae* Congregationis *Consistorialis litteris, iuxta Motu Propre* « Post datam » *diei 20 aprilis 1923, benigne indulget,* χ *Rcvmus Dominus* N. N. *Ordinarius* l N. a subsigxîs *die ad integrum annum... quo de iure exhibenda* ct *relatio dioecesana, uti possit facultatibus quae,* e r‹- *spectivis SS. Congregationibus statutae, in hoc* Ua *continentur.*

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Coi· sistorialis, die...

I - Ex Suprema S. Congregatione S. Omen

1. Concedendi non ultra triennium, licentiam legexd: ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum mazzs perveniant, libros prohibitos et ephemerides, exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugzaztibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere Bitentibus nec non operibus de obscoenis ex professo tractantibus, singulis christifidellbus sibi subditis, notxu. tamen cum delectu et iusta ac rationabili causa (cfr. can. 1402, § 2, *Cod. I.* C.). iis scilicet tantum, qui eorundem librorum et ephemeridum lectione sive ad ea impugnanda sive ad proprium legititum munus exercedum. vel iustum studiorum curriculum peragendum, vere indigeant.

Adnotandum. - *Recensita facultas Episcopis* conceditur *per se ipsos personaliter exercenda, seu* nemini deleganda; et *graviter onerata ipsorum conscientia super reali omnium memoratarum conditionum concursu.*

II - Ex S. Congregatione de disciplina Sacramentostm

1. Dispensandi *iusta et rationalibi ex causa* super matrimonialibus impedimentis minoris gradus, quae n can. 1042 recensentur, nec non super impedimentis iapedientibus, de quibus in can. 1058. ad effectum tante matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi ex *gravi urgentique causa,* quotes periculum sit in mora et matrimonium nequeat differr. usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur, super impedimentis infra recensitis:

a) consanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoriatur;

b) consanguinitatis in secundo lineae collaterals gradu;

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum secundo;

d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo milium subsit dubium quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinatu vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis iuris ecclesiastici maioris vel minoris gradus, exceptis iis provenientibus ex sacn' presbyteratus ordine et affinitate in linea recta, matr.· monio consummato, si magnum adsit incommodum requirendi a parte, ignara nullitatis matrimonii, renem-

' FnciiltMlbus. quae in hoc indico, suis locis. Episcopo dloer? μ γλ *paricnahter* reservantur, ipse tantum uti poterit.

tionem consensus, dummodo tamen prior maritalis consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscia impedimenti de effectu huius sanationis et debita facta adnotatione in libro baptizatorum et matrimoniorum.

Adnotanda 1. *Ordinarius recensitis facultatibus, sive* per *se sive* per alias idoneas ecclesiasticas *personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterit in matrimoniis contrahendis et nulliter contractis cum* suis subditis ubique commorantibus *et aliis omnibus in proprio territorio* actu degentibus, *facta* in *unoquoque casu expressa mentione* huius Apostolicae *delegationis ad normam canonis 1057.*

2. In usu *eorundem facultatum prae oculis habeantur* quae in cari. *1048 ad 1054 statuta reperiuntur.*

3. *Ordinarius, in fine cuiuslibet anni, referat ad Saam Congregationem Sacramentorum, per tramitem S. Congregationis Consistorialis, de numero et specie dispensationum quas vigore praesentis Indulti ipse fuerit elargitus.*

Ill - Ex S. Congregatione Concilii

1. Reducendi per quinquennium, ob diminutionem redituum, perpetua Missarum onera ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub lege ut de Missarum ita reductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioecesana quovis anno legitime doceatur.

2. Transferendi per quinquennium intra fines dioecesis onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas cec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus legitime doceatur.

1 Transferendi per quinquennium exuberantia Missarum onera etiam extra dioecesim, cauto tamen ut quam maximus Missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque adamussim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici circa cautelas adhibendas in Missis committendis.

IV - Ex S. Congregatione Religiosorum

1. Dispensandi, ad petitionem Superiorum, super illegitimitate natalium ad ingrediendum in Religionem, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, et dispensati ad munia maiora ne eligantur iuxta praescriptum can. 504.

1 Permittendi celebrationem trium Missarum de ritu in nocte Nativitatis D. N. I. C. in ecclesiis religiosorum non comprehensis in can. 821. § 3. cum facultate pro adstantibus ad S. Synaxim accedendi, ita tamen ut dictae tres Missae ab uno eodemque sacerdote celebrentur.

3. Dispensandi super aetatis excessu pro admittendis ad habitum religiosum, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, praevio, in singulis casibus, consensu Superiorissae Generalis, vel Provincialis et respectivi Consilii. dummodo postulantes aetatem 40 annorum ne excesserint et polleant caeteris qualitatibus requisitis.

4. Dispensandi, etiam pro religiosis exemptis, super defectu aetatis canonicae ad s. ordinem presbyteratus, scilicet:

a) super eiusdem defectu usque ad duodecim menses. dummodo ordinandi a suis Superioribus litteras dimissoriales acceperint et ceteras habeant qualitates a acris canonibus requisitas ac praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam canonis 976, 5 2 C.I. C.;

b) super eodem defectu etiam ultra duodecim menses at non ultra scxdecim, dummodo alumni ne gaudeant vel indigeant alia apostolica dispensatione, servaLsque ceteris conditionibus, ut sub lit. a).

5. Dispensandi super dotis defectu cum monialibus et sororibus in toto vel in parte, dummodo status oecor^mxus Instituti detrimentum ne patiatur et postulantes talibus sint praeditae qualitatibus, ut eas magnae utilitati Instituto fore certa spes habeatur.

6. Confirmandi confessarium ad quartum et quintum triennium, dummodo maioris partis religiosarum, convocatis etiam iis, quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus prius accedat, proviso pro dissentientibus, si quae sint ac velint.

7. Permittendi celebrationem SS. Missae Sacrificii Feria V in Cocna Domini, facta licentia personis habitualiter in communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxi, etiam ad adimplendum praeceptum paschale.

8. Permittendi monialibus descensum in ecclesiam, ut ipsae eam maiori sollertia mundare et decorare possint, exeuntibus prius ab ecclesia extraneis omnibus, non exceptis ipsis confessario et monasterio inservientibus et extra claustra degentibus; portae illius claudantur ct claves Superiorissae tradantur, moniales vero semper binae sint ct porta, per quam aditus interior ad ecclesiam patet, duplici clavi claudatur, quarum una a Superiorissa, altera a sanctimoniali ab Ordinario deputanda custodiatur et non aperiatur nisi in casibus enunciatis et cum praescriptis cautelis.

9. Permittendi monialibus egressum e claustris urgente casu operationis chirurgicae subeundae, quamvis non secumferat periculum mortis imminentis aut gravissimi mali, per tempus stricte necessarium, praescriptis debitis cautelis.

V - Ex S. Congregatione Rituum

1. Deputandi Vicarium Generalem vel alium sacerdotem. in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad altaria fixa et portatilia consecranda, servato ritu ct forma Pontificalis Romani.

2. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria fixa et portatilia exsecrata consecranda, adhibita breviori formula *B pro* casibus can. 1200, 5 2 Cod. I. C; dum in casu can. 1200, $ 1, iam indulta fuit per Ipsum canonem facultas et adhibenda est formula *A.*

3. Deputandi Vicarium Generalem vel alium sacerdotem, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad consecrandos calices et patenas; servato ritu ct forma Pontificalis Romani.

4. Quando in Missa Hebdomadae Maioris dicitur *Passio,* pro sacerdotibus qui. prachabita facultate, binas Missas rite celebrant, legendi in una Missa tantum ex *Passione* postremam partem *(Altera autem* die, ctc.) praemissis: *Munda cor meum,* etc. — Sequentia sancti *evangelii secundum (Matthaeum).*

5. Benedicendi obiccta pietatis signo crucis, servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis. Occasione tamen visitationis pastoralis, quando multi petunt et plura ac varia exhibent eiusmodi obiccta benedicenda, saepe etiam cum diversis formulis, hisce in casibus permititur unica formula brevior, dum fit signum crucis super obiccta, nempe: « Benedicat haec omnia Deus. Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Arnen ·.

6. Celebrandi Missam de *Requie* lectam semel in Hebdomada ab Ordinario in proprio Oratorio; dummodo ne occurrat Festum ritus duplicis primae aut secundae classis. Dominica aut Festum de praecepto etiam suppresso, necnon Octava privilegiata. Feria Quadragesimae. Quatuor Temporum, II Rogationum, Vigilia aut Feria in qua anticipanda vel primo reponenda est Missa Dominicae: servatis de cetero Rubricis.

VI - Ex Sacra Poenitentiaria

1. Absolvendi quoscumquc poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente quam coram aliis externatas incursis, postquam tamen poenitens magistros cx professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure. denuntiaverit; et quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciaUo ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secreto abiuraverit: iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit, atque illata scandala reparandi.

2. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum. haereticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel

retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confessario tradendi.

3. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium Jurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

4. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

5. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denunclent. iuxta can. 2336. § 2. personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscripts noverint; libros, manuscripta ac signa eamdem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant. ad S. Officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

6. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram Regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminosum, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpae poenitentia salutari iniuncta.

7. Dispensandi ad petendum debitum conjugale cum transgressore voti castitatis perfectae et perpetuae, privatlm post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit

8. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi ct diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

9. Dispensandi ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985, § 4. sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat; inluncto eidem poenitenti onere intra mensem, saltem per epistolam. per alium vcl per se. reticito nomine, docendo de omnibus casus circumstantiis, et praesertim quoties delictum patraverit, ad S. P. recurrendi et standi eius mandatis.

10. Concedendi, suetis sub conditionibus:

Ai Plenariam Indulgentiam, lucrandam a christifidelibus. qui

Missae, in Pontificalibus ab Ordinario celebratae, dic ab ipsomet Ordinario semel in anno in singulis dioecesis locis designanda, adstiterint:

b) ecclesiam vcl publicum aut semipubicum oratorium, in actu quo ibi Ordinarius pastoralem Visitationem peregerit, devote visitaverint;

c) tempore dioecesanae Synodi, visitaverint ecclesiam. in qua ipsa Synodus habetur;

d) die generalis communionis, semel in anno, in ecclesia catbedrall vel alia ecclesia ab Ordinario indictae, sacris Epulis ibidem reficiantur;

e) tempore Missionum, quae de Ordinarii licentia in dioecesi habentur, saltem dimidium sacrarum concionum audierint;

B) Partialem Indulgentiam CC dierum, acquirendam ab iis. qui cuilibet ex concionibus, de quibus supra sub lit. e), devote interfuerint

Adnotanda. - 1. Ordinarius recensitis facultatibus, tum absolve a censuris tum dispensandi, pro foro conscientiae, etiam extra sacramentalem *confessionem cum suis subditis, et extra diocccsim quoque,* quatenus vel ipse rtl subditus rei uterque extra aiopccsim fuerint, nemon cum non subditis intra limites proprii territorii. ex *speciali Sedis Apostolicae auctoritate ipsi concem, uti valebit; easque intra fines dioecesis tantum* Cano-i-*co Poenitentiaria necnon Vicariis faraneis pro foro riter conscientiae ct in actu sacramentalis confessur.u dumtaxat, etiam habitualiter. si ipsi placuerit, aliis tere confessariis cum ad ipsum Ordinarium in* casibus per-*ticularibus poenitentiam recursum habuerint, pro* erpo-*sito casu impertiri poterit, nisi ob peculiares cauu aliquibus confessariis specialiter deputandi per* tempu, *arbitrio suo statuendum, illas communicare* indicabit

2. *Ordinarius facultatem praefatas Indulgentias concedendi nemini delegare potest, sed per se ipse* exercere debet.

Normae de taxis

1. - *Nulla taxa exquiratur pro licentia legendi u retinendi libros prohibitos.*

2. - *Pariter nulla exigatur taxa pro facultatibus* § *Paenitentiariae, quae omnino* gratis sunt *concedndtc*

3. - *Quod spectat ad dispensationes ct sanatvr-ts matrimoniales concedendas — ex facultatibus* nw S. C. S. *Officii sive S. C. de disciplina Sacramnfr rum — curet Ordinarius, ut nupturientes, qui* pera *solvendo inveniantur,* aequam *et* congruam *oblatiom iuxta praxim apud Curias legitime inolitam,* persolmnt

4. - *Taxa exquiri solita pro ceteris induitis — vigore facultatum quae* m hoc *indice recensentur —* sint quin-decim *libellae.*

5. - *Pro casuum tamen diversitate, huiusmodi taxx moderandae aut dispensandae erunt, ob paupertatem oratorum, aliasve iustas causas, pro* prudenti iudicio at conscientia Ordinarii.

6. - *Summa omnium taxarum et oblationum, qua Ordinarius reapse exegerit, in fine* cuiuslibet asm d S. *Sedem,* per tramitem S. Congregationis Consisto-rialis, *transmittatur, in foliis separatis adnotando partes, quae spectant ad singulas Sacras Congregationes*

7. - Ipse *Ordinarius pro quolibet induito, etiam* ne-trfrnoniali *ad sensum can. 1056, taxam libellarum* quin-que adiicere poterit *sibique retinere in sui vel dioectiu necessitatibus erogandam: salvo praescripto N.n 5.*

FORMULA *IV*

Pro Ordinariis locorum Americas aliisçui extra Europam

Revmo Ordinario...

Ssmus D. Λ'. Pius *Div. Prov.* PP. XI *his Sacrae Congregationis Consistorialis litteris, iuxta Motu Proprio* < Post datam » *diei 20* aprilis *1923, benigne induat, ut Revenus Dominus* N. N. *Ordinarius*l N. a subsi^aa die ad *integrum annum... quo de* iure exhibenda «· *relatio dioecesana, uti possit facultatibus quae, a respectivis SS. Congregationibus statutae,* in hoc indice *continentur.*

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Cottistorialis. die...

I - Ex Suprema S. Congregatione S. Officii

1. Concedendi non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum ᵐana perveniant, libros prohibitos et ephemerides, exceptis operibus haeresim vcl schisma ex professo propugnantibus. vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus nec non operibus de obscoenls ex professo tractantibus. singulis chrlstifidelibus sibi subditis, nonnisi tamen cum delectu et iusta ac rationabili causa (cfr. can. 1402, § 2. Cod. C. *L),* iis scilicet tantum, qui eorumdem librorum ct ephemeridum lectione sive ad ea impugnanda sive ad proprium legitimum munus exercendum, vel iustum studiorum curriculum peragendum, vere indigeant.

Adnotandum. - *Recensita facultas Episcopis* conceditur per se *ipsos personaliter exercenda, seu nemri deleganda; et graviter onerata ipsorum conscientia* riper reali *omnium memoratarum conditionum* coneam.

2. Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium, aut r.on subditis intra limites proprii territorii, super impedimento mixtae religionis, et, si casus ferat, etiam super disparitate cultus, ad cautelam; quoties prudens dubium oriatur de collatione baptismi partis acatholicae; quatenus ante nuptias pars acatholica ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequi-

' nioxltatllxE'. quae In hoc indice, suis locis. Episcopo dinecr *pcrto-iaUier* iescr\-antur, ipse tar/.um uti poterit.

verit, dummodo prius regulariter, ad praescriptum *Cod. l. C. can.* 1061, § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et *ipse R. P. D. Ordinarius moralitcr certus sit easdem impletum iri,* scilicet: ex parte nupturientis acatholici de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque contrahente dc universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. *I. C.* can. 1063, $ 1. sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae a parte catholica incurrendae, iuxta can. 2319, § 1, n. 1°. stricte caeteroquin servatis quae de parochi in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063, § 2.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Del recipiendam rite disponatur, praevia eius absolutione ab excommunicatione contracta, si forte matrimonium attentatum fuerit coram ministro acatholico, eique impositis congruis poenitentiis salutaribus.

3. Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento disparitatis cultus (excepto tamen casu matrimonii cum parte iudaica aut mahumetana); quatenus sine contumelia Creatoris id fieri possit et ante nuptias pars non baptizata ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit, dummodo prius regulariter, ad praescriptum Cod. *I. C.* can. 1061, i 2. cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis» et ipse *R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit tesdem impletum* iri, scilicet: ex parte nupturientis non baptizati de amovendo a parte catholica perversionis periculo et aab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque falsi cultus ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. *L C* can. 1063, § 1; stricte caeteroquin servatis quae de parochi agendi ratione in casu statuta sunt in can. 1063, I 1 Quod vero attinet ad legitimationem prolis, prae oculis habeatur can. 1051.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur.

In reliquis, quod refertur ad publicationes, interrogationes de consensu et sacros ritus, sive agatur de impedimento mixtae religionis sive disparitatis cultus, serventur praescripta Cod. *I. C.* cann. 1026, 1102, 1109; et huiusmodi nuptiis celebratis, sive in proprio, sive a alieno territorio. R. P. D. Ordinarius invigilet ut coniuges promissiones factas fideliter impleant

4. Sanandi in radice matrimonia attentata coram officiali civili vel ministro acatholico a suis subditis etiam extra territorium, aut non subditis, intra limites proprii territorii, cum impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus, dummodo consensus in utroque coniuge perseveret, isque legitime renovari non possit, sive qma pars acatholica de invaliditate matrimonii moneri oequeat sine periculo gravis damni aut incommodi a catholico coniuge subeundi; sive quia pars acatholica ad renovandum coram Ecclesia matrimonialem consensum, aut ad cautiones praestandas, ad praescriptum Coi *I. C.* can. 1061, § 2, ullo modo induci nequeat; exceptis casibus: P in quo pars acatholica adversatur baptismo vel catholicae educationi prolis utriusque sexus natae vel nasciturae; 2° in quo ante attentatum cratrimonium. sive privatim sive per publicum actum, partes se obstrinxerunt educationi non catholicae prolis, uti supra': dummodo aliud non obstet canonicum impedimentum dirimens, super quo Ipse dispensandi aut sanandi facultate non polleat

Ipse autem R. P. D. Episcopus serio moneat partem catholicam dc gravissimo patrato scelere, salutares ei poenitentias imponat et, si casus ferat, eam ab excommunicatione absolvat iuxta Cod. *I.* C. can. 2319, § 1. n. P, simulque declaret ob sanationis gratiam a se acceptatam, matrimonium effectum esse validum, legitimum et indissolubile iure divino ct prolem forte susceptam vcl suscipiendam legitimam esse; eique insuper gravibus verbis in mentem revocet obligationem, qua semper tenetur, pro viribus tutandi baptismum et educationem universae prolis utriusque sexus, tam forte natae quam forsitan nasciturae, in catholicae religionis sanctitate et prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Cum autem de matrimonii validitate et prolis legitimatione in foro externo constare debeat, R. P. D. Episcopus mandet ut singulis vicibus documentum sanationis cum attestatione peractae exeeutionis diligenter custodiatur in Curia locali, nec non curet, nisi pro sua prudentia aliter iudicaverit, ut in libro baptizatorum paroeciae, ubi pars catholica baptismum recepit, transcribatur notitia sanationis matrimonii, de quo actum est, cum adnotationc diei et anni.

Mens autem est S. Officii ut Episcopus hanc facultatem per se ipse personaliter exerceat, scilicet nemini subdeleget.

Adnotanda. - 1. In singulis praefatis sire sanationibus sive dispensationibus concedendis, Episcopus vel Ordinarius expressam faciat mentionem Apostolicae delegationis (Cod. I. C. can, 1057).

2. Ordinarius in *fine cuiuslibet* anni *referat ad S. Congregationem S. Officii de numero et specie dispensationum vigore praesentis Indulti elargitarum.*

II - Ex S. Congregatione de disciplina Sacramentorum

1. Dispensandi iusta et *rationabili ex causa* super matrimonialibus impedimentis minoris gradus, quae in can. 1042 recensentur, nec non super impedimentis impedientibus» de quibus in can. 1058, ad effectum tantum matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi *ex gravi urgentique causa,* quoties periculum sit m mora ct matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur, super impedimentis infra recensitis:

a) consanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis, dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoriatur;

b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu;

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum secundo;

d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo nullum subsit dubium quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinatu vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis iuris ecclesiastici maioris vel minoris gradus, exceptis iis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et affinitate in linea recta, matrimonio consummato, si magnum adsit incommodum requirendi a parte, ignara nullitatis matrimonii, renovationem consensus, dummodo tamen prior maritalis consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscia impedimenti dc effectu huius sanationis et debita facta adnotatione in libro baptizatorum ct matrimoniorum.

Adnotanda 1. Ordinarius recensitis facultatibus, sive *per se sive per altas idoneas ecclesiasticas personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterii tn matrimoniis contrahendis ct nulliter contractis* cum suis subditis ubique *commorantibus et* aliis omnibus in *proprio territorio actu degentibus, facta in unoquoque casu expressa mentione huius Apostolicae delegationis ad normam canonis 1057.*

2. *In usu earundem facultatum* prae oculis habeantur *quae* in can. *1048 ad 1054 statuta reperiuntur.*

3. Ordinarius, in *fine* cuiuslibet anni, *referat ad Sacram Congregationem Sacramentorum per tramitem S Congregationis Consistorialis, de numero et specie* dis-

' Pt« decretum S. Officii d. 28 Iun 1933 (LE 1444) textus Pirustis mutatus est hoc modo: « ...ut supra; 3. in quo utra· χ pers sit inscia: dummodo aliud .

pensationum quas vigore praesentis Indulti ipse fuerit elargitus.

III - Ex S. Congregatione Conciui

L Reducendi per quinquennium, ob diminutionem redituum, perpetua Missarum onera ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub lege ut de Missarum ita reductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioecesana quovis anno legitime doceatur.

2. Transferendi per quinquennium intra fines dioecesis onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus legitime doceatur.

3. Transferendi per quinquennium exuberantia Missarum onera etiam extra dioecesim. cauto tamen ut quam maximus Missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque adamussim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici circa cautelas adhibendas in Missis committendis.

4. Permittendi ut privata Matutini cum Laudibus recitatio anticipari possit ab hora prima post meridiem, quoties adsit rationabilis causa.

5. Permittendi alienationem bonorum ecclesiasticorum usque ad summam capitalem 10,000 doliariorum pro Statibus Americae Foederatis et ditione Canadensi ; ct 15,000 pesos pro America Meridionali aliisque regionibus; hoc vero quatenus necessitas adsit et tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem, edocta, statim ac effecta fuerit alienatio, eadem S. Sede de alienatione ita peracta.

IV - Ex S. CONGREGATIOXE RELIGIOSORUM

1. Dispensandi, ad petitionem Superiorum, super Πlegitimitate natalium ad ingrediendum in Religionem, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, et dispensati ad munia maiora ne eligantur iuxta praescriptum can. 504.

i 2. latex pariem. testem sut peritum ad lusJurandum reriptera. eum nsfulnritcr commonefaciat tum de sanctitate actus et de grarissimo delicto quod admittunt iurisiurandl violatores. tum etiam de poenis, quibus obnorii fiunt qui falsum to halle» iurati affirmant.

5 3. Indurandum wcundum formulam a indice probatam praevari debet coram eodem ludice aut eius delegato, aditante utraque eut aiicrjtra parte, quae Intéressé iurisiurandl praetaüoni vtiit ».

4 · Can 112. — « ‹ 1 Testes seora.m «taguK examinandi t 2 Proven timri ludicls arbitrio relinquitur post edita •xtirxnia *trv.ei* inter w· aut cum parte conferre, seu. Tulgo.

f 3 Id ŭtwtr. Heri poterit d haec omnia simul concurrant. «llket :

l * Si tere trt»r ve aut cum parte ln re rrari et causae sobsurtum litinçrste duwntlanl ;

V 51 ROfia alia firtllor ad Terttatra detexendam suppetat

3. Sl «randall t »I (timidiorum periculum con sit ex eolUtiOM pcr.lrrz-icrndurn t.

"· Con. ITiO. — « § 1. Testi, antequum ab auditorio discedat. debent legi quae actuarius de iis quae ipse riva root testatus est. scripto redegit, data eidem testi facultate addendi, tuppruncndl, corrigendi, variandi.

2. Denique actui subscribere debent testis, ludex et notarius ».

23. Publicato processu, locus fiet defensionibus quas partes ad sua iura tuenda voluerint allegare, facta iisdem facultate adhibendi eos defensores quos maluerint; immo praemonendae erunt dc hoc iure, ut. lata sententia, imustae contra eam incusationi aut reclamationi aditus praecludatur. Allegationes autem, si ab iisdem oblatae fuerint, communicandae erunt defensori vinculi matrimonialis, ut eas expendere, et quatenus matrimonii validitatem impugnent, refutare valeat

24. Omnibus ut supra peractis, ad sententiam pronuntiandam veniendum erit. Quod ut ab Ordinario seu eius delegato rite fiat, in primis a defensore matrimonii exquiri debet declaratio, sibi nihil amplius deducendum aut inquirendum superesse; deinde integra causa duobus aut tribus viris peritis, si haberi possint, examinanda subiciatur. et nonnisi audito eorum voto sententia proferatur.

Haec in scriptis erit exaranda, in eaque rationum momenta, quibus innititur, ex processu deprompta exponantur, succincte quidem, sed ita tamen ne quidpiam essentiale omittatur. Sententia subscriptione iudicis et notarii, necnon sigillo curiae episcopalis munita partibus erit notificanda per curiae apparitorem, relicto iisdem illius exemplari, de quo in scripto fides erit facienda.

25. Iudex, si pro validitate matrimonii sententiam dixerit, et nemo ex coniugibus contra eam appellaverit, neque defensor matrimonii appellabit, et causa finita censeatur. E contra si matrimonium nullum fuisse decreverit, quamvis coniuges iudicio Praelati acquieverint, defensor matrimonii appellationem facere debebit et novam sententiam ab alio competenti tribunali postulare. Interim nullatenus permittetur partibus novas nuptias inire. Quamvis appellationi interponendae nulli fatales dies vinculi defensori statuti sint, curandum tamen erit ut quantocius id fiat. Quod si defensor ipse hoc munus neglexerit, compelli ad id poterit vel a iudice vel etiam ab illo, apud quem de iure appellatio esset facienda.

26. Appellatio fiet ad loci Ordinarium a Sancta Sede semel pro semper designatum, ut iudicem secundae instantiae. Ad S. Sedem appellatio erit semper facienda, quoties primae duae sententiae inter se conformes non fuerint, nisi partibus placuerit causam ad ipsam Sanctam Sedem ab initio et immediate deferre.

27. Facta appellatione. Episcopus seu Ordinarius qui primam sententiam protulit, eam remittere debebit una cum integro processu, ceterisque omnibus ad causam iterum iudicandam pertinentibus, ad tribunal ad quod appellatum est.

28. Hoc autem omnia a primo tribunali peracta diligenter examinabit, atque ea omnia peraget quae necessaria videbuntur, ut defectus suppleantur, dubia elucidentur. et errores corrigantur. Hunc in finem, praesente semper vinculi defensore in curia constituto vel specialiter delegato, coniuges examinabit; investigationes instituet circa documenta priori tribunali exhibita; testes, a quibus novae informationes hauriri possint, iterum audiet. Immo poterit etiam praescribere, ut novus processus ex integro conficiatur. Verum quatenus validae desint rationes novum processum exigendi, consultius erit, praesertim si personarum et locorum circumstantiae id suaserint, ut processu iam expleto utatur, indictis tamen ulterioribus investigationibus quas necessarias Judicaverit.

Quod si novum processum faciendum esse censuerit methodus supra descripta servanda erit Si vero aliqua tantum nova acta adiungenda vel novi aliquid investigandum censuerit, semper tamen defensor matrimonii adesse debebit, vel saltem nova haec eidem communicanda erunt, ut pro munere suo ea expendere, et, quatenus opus esse duxerit, proprias animadversiones diis apponere valeat

29. Expleto examine primi processus, et imposito fine novis investigationibus, iudex appellationis debeb:t exquirere a defensore matrimonii utrum aliquid adhuc habeat deducendum aut inquirendum; et quatenus se nihil amplius habere dixerit, auditis prius, modo quo supra declaratum est, aliquibus viris in cientia iuris peritis, sententiam pronunciabit omnia servando quae pro tribunali primae instantiae praescripta fuerunt.

30. Quando utraque sententia conformis pro validitate confugii pronuntiata sit. sciat tamen pars impugnans matrimonium, sibi adhuc omnino patere appellationem ad Apostolicam Sedem. Si porro in secunda aeque ac in prima sententia nullum ac irritum matrimonium judicatum fuerit, et ab ea pars vel defensor pro sua conscientia non crediderit appellandum, in potestate et arbitrio coniugum sit decem diebus a sententiae denunciation elapsis (can. 1987)'· novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimentum vel legitimam causam id vetitum non sit Potestas tamen post alteram sententiam conformem, ut supra, coniugibus facta intellegatur, salvo semper et firmo remanente iure scu privilegio causarum matrimonialium, quae ob cuiusque temporis lapsum nunquam transeunt in rem iudicatam; sed si nova res, quae non deducta vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possunt et rursus in iudicialem controversiam revocari (can. 1989)'·. Quod si a secunda sententia super nullitate vel altera pars appellaverit, vel defensor matrimonii ei salva conscientia acquiescendum non putet, quia sibi vel manifeste injusta, vel aliunde invalida videatur, re tota ad S. Sedem delata, interim firma remaneat utrique coniugi prohibitio ad alias transeundi nuptias.

PARS II

De regulis servandis in tractandis causis matrimonialibus in specie

Praeter hactenus recensitas regulas in omnibus causis matrimonialibus generatim servandas ut Juridica illis stet validitas, quaedam etiam speciales prae oculis habendae sunt iuxta peculiarem impedimentorum naturam et indolem quae iudicio occasionem praebuerunt. Quare de his singulis, saltem quae frequentius occurrere solent, aliqua speciatim animadvertenda sunt

31. De impedimentis cognationis carnalis, vel spiritualis et affinitatis. — Si matrimonium impugnetur ob assertum impedimentum cognationis carnalis aut spiritualis vel affinitatis, facile erit eiusdem exsistentiam detegere ope authenticorum documentorum. Etenim cognatio carnalis, et etiam affinitas, quae ex praecedenti matrimonio processerit dignoscuntur ex arbore genealogica utriusque familiae, conficienda ex regestis matrimoniorum, et ex libris baptizatorum. in quibus notata esse debent nomina non modo coniugum, ct eorum qui baptizati sunt sed horum etiam parentum. Similiter ex libris baptizatorum aperte eruitur cognatio spiritualis, quia in illis una cum eorum qui baptizati fuerunt, nomina quoque recensita esse debent sive patrinorum sive matrinarum. Talia documenta m forma authentica ex dictis libris erunt haurienda opera parochum, vel curiae, una cum testimonio de eorum identitate cum respectivis particulis in libris exstantibus; immo sl a parocho testimonium datum fuerit, opus erit ut eiusdem parochi obsignatio a curia episcopali authentica declaretur.

32. Quod si aliquod oriatur dubium circa documenta praedicta vel circa eorum veritatem, in iudicium vocandi erunt et iuridice examinandi consanguinei, affines, propinqui, quibus origo eorum dc quibus agitur nota sit aut nota esse possit, ut ex horum depositionibus gradus consanguinitatis vel affinitatis clarius valeat determinari. Non levi fundamento huic rei esse potest etiam publica fama, de qua ratio erit habenda; eius tamen sedulo consideranda erit origo et rationes quibus innititur. Ceterum iudex semper prae oculis habeat, his quaestionibus dirimendis praecipuum fundamentum praebere documenta authentica, et nunquam licere contra eadem Judicare, nisi ex certis et evidentibus argumentis constiterit ipsa vitiosa aut falsa esse. Ac proinde locorum Ordinarii sedulo curabunt ut libri baptizatorum et matrimonio copulatorum, necnon defunctorum, a parochis diligentissime exarentur et accurate custodiantur.

33. De impedimento publicae honestatis. — Quoties aliquod matrimonium impugnatur ob impedimentum quod publicae honestatis nominatur, in primis accurate statuendum erit utrum illud originem duxerit ex ma-

'· Can. 1957. — < Post secundam sententiam. quae matri monll nullltatem confirmaverit. sl defrasoc vinculi ln gradu appellationis pro sua conscientia non crediderit ♦ss appellandum. ius coniugibus «t. decem diebus a sententiae ôcnun elatione elapsis, novas nuptias contrahendi »

•· Can. 19S9. — < Cum sententiae tn camis matrimonia libus nunquam transeant tn rem ludicalam. causae tpe. M nova wiummla praesto sint, retractari icmpcr jexerunt IV mo praescripto can. 1903 ».

inz:

trimonio invalido, sive consummato sive non, aut ex publico et notorio concubinatu.

In priore casu, ad impedimentum astruendum proferantur documenta tum matrimonii praecedentia celebrationem tum ipsius Invaliditatem comprobantia. Quod si praedictum impedimentum ortum asseratur ex publico et notorio concubinatu, antequam iudicium proferatur. de ventate huius assertionis debita prudentia inquirendum erit.

34. De ihpedimevto ns et metus. — Circa impedimentum quod vis et metus dicitur, ante omnia occurrit, neminem a iure admitti ad matrimonium ex hoc capite impugnandum nisi qui violentiam et coactionem passus dicitur: reiici vero eum qui per longum tempus in matrimonio vixerit, dummodo eidem matrimonii nul-Utatis conscio libertas et opportunitas reclamandi non defuerit, ita ut si liber iam a metu sua sponte in conjugal: domo perstiterit, matrimonialia officia non detrectaverit. audiri amplius non debeat Etenim qui. liber a coactione mctuvc. facultate et opportunitate reclamandi non utitur, censetur consentire, et ratificare quod antea invitus atque adverso animo fecerat. Unde m primu erit inquirendum, utrum accusatio tempore, uti dicitur, utili facta sit; et si hoc iam fluxerit, quaerendum erit quanam de causa hoc acciderit, ut iudicari possit utrum accusatio admittenda an reicienda sit. *Secundo* prae oculis habendum erit, solummodo metum gravem, qui nempe in virum constantem cadat, matrimonium dirimere ct consequenter ad hunc metum exquirendum omnes sive moderatoris actorum sive defensoris matrimonii Investigationes esse dirigendas. Porro gravitas timoris oritur 1) ex natura minarum, 2) ex qualitate tum eorum a quibus illae proficiscuntur, tum 3) eorum qui eas passi dicuntur. Ista tria itaque erunt praesertim investiganda.

35. *Circa primum* sedulo inquirendum, utrum qui de adhibita coactione accusantur, ita consueverint agere cum persona quae coacta dicitur, ut gravem atque molestam eidem redderent domesticam et familiarem cohabitationem; quaenam fuerint in specie molestiae eidem allatae: utrum verba gravi indignatione plena adhibita, intentata hereditatis privativo, eiectio e paterna domo: an addita etiam verbera.

Circa lecundum considerandum est. utrum qui de illata vi mctuvc accusantur, patria potestate et auctoritate pollerent, an qui vim metumve passi sunt, nullatenus iisdem sublecti fuerint; quae ratio vis inferendae; magnane ex matrimonio propriae domui utilitas, aut decus obventurum; quae indoles vim inferentium, quae condicio, qui mores; qua ratione familiam regere consueverint: utrum ad iracundiam et violentiam ita essent proclives, ut facile quod minabantur perficerent, et animo ita essent duro atque obstinato, ut a nemine sibi contradici aut consiliis suis impedimenta obici paterentur.

Quoad tertium ratio habenda erit primum sexus personae quae violentiam passa dicitur: facilius enim animus puellae commovetur, quam viri; deinde aetatis, educationis. Indolis: utrum nempe mitis ac timida fuerit. an fortis et constans; qua ratione in familia vivere consueverit: utrum sub custodia et vigilantia parentum. ita ut ab eorum imperio semper et in omnibus penderet, an aliqua libertate frueretur, ut et propria sensa exponere, et iuxta propriam voluntatem operari potuerit: an parentes ita eam segregarint, ut omnis consilii expetendi facultas eidem adempta fuerit, nec cuiquam eiusdem alloquendae copiam tribuerint, nisi quos de matrimonio ineundo consilia praebere posse indicaverint

3β. Praeter ista inquirendum erit, utrum qui de illata vi conqueritur, aliquando relationem habuerit rum eo cum quo postea contraxit, et utrum aliquando propositum habuerit cum eodem contrahendi. In casu affirmativo inquirendum, quas ob causas voluntatis mutatio contigerit; a quo tempore consilium fuerit mutatum: utrum nempe antequam parentes propriam voluntatem ostenderent, an postea: et utrum ex praecedenti relatione aliqua exorta sit suspicio contra decorem vel ipsius personae, vel familiae, a qua parantes moveri potuerint ad matrimonium exigendum tanquam remedium bonae famae recuperandae. Etiam investigandum, quid hacc persona fecerit ut a coactione parentum ‘esc liberaret: utrum preces adhibuerit; utrum usa fuerit opera aliorum ad parentes a proposito dimovendo»; utrum et quomodo propriam aversionem et contrarictatem in illud matrimonium rixniflcavvrtt; utrum et quomndo altera pars operam dederit ut matrimonium revera concluderetur. Considerandum erit, utrum, quando contractus matrimonialis erit signandus, libenter et sine ulla protestatione id praestiterit; utrum aliqua fraus adhibita ad talem obsignationem obtinendam; quomodo sese gesserint, rive quando necessaria pro matrimonio parabantur, sive quando ad consensum promendum adducta fuit, sive quando post datum consensum festum nuptiak celebrabatur: utrum nempe his omnibus hilaris, prompta et laeta astiterit, an secus. Consideranda quoque eius agendi ratio erga alteram partem, ct erga ciusdta familiam: utrum nempe benevola et affectuosa, utra libenter et sine oppositione ad officia matrimoniala sese exhibuerit, an eisdem obstiterit, ea praesertim de causa quia matrimonium nullum putaverit, atque ct melius tueri posset propriam libertatem. Ad hoc postremum factum probandum considerari debet utra hac de causa inter coniuges ipsos ortae sint lites et contentiones; utrum hoc factum manifestaverint, et quibus; a quo tempore post matrimonium istae quaerimomae inceperint, et ex qua causa vel ratione, utrum ad tales lites et dissensiones tollendas adhibita fuerint consilia, hortationes, et, in casu affirmakvo, i quibus et quo exitu.

37. Ad praedicta cognoscenda in iudicium vocandi erunt ambo coniuges, eorumque parentes, illi praesertim qui de coactione adhibita accusantur, et opportun interrogandi de facto ipso, de modo, de animo, et de fine ob quem ad vim adhibendam ducti fuerint Itera vocandi propinqui et familiares violentiam accusants, et interrogandi de omnibus» quae vel ad parentes, vel ad filios referuntur: utrum quidquam eorum quae in actis habentur viderint aut audierint; quidve norm! accidisse ad rem pertinens, sive antequam matrimonium celebraretur sive tempore cohabitationls, rive post coniugum separationem, si haec locum habuerit In hisce examinandis iudex diligenter invigilet, utra, aliqua collusionis suspicandae causa subsit, et curet, ut quoad singulas personas parochum testimonium obtineat de ipsarum probitate atque credibilitatc. Post istos, vocandi parochus vel alius sacerdos, qui matrimonio astitit; illi qui eiusdem celebrationi et festo nuptiali interfuerunt, ut referant praesertim de modo quo persona contra matrimonium reclamans in illu circumstantiis se gesserit; aliae personae inducta diae speciatim quae adhibitae fuerunt vel ut consiliis et hortationibus reclamantem ad matrimonium inducerent, vel ut excitarent ad officia matrimonialia praestanda, ab iisque quaerendum, quid egerint, quibus argumentis usae, quidve consecutae fuerint

38. Ceterum in hac re iudex sciat, matrimonhrr. esse per se factum quoddam sollemne et publicum, quod semper validum censeri debet, nisi evidentes rationes eiusdem nullitatis demonstraverint Ideo curandum quidem omni studio atque diligentia, ut rationes istae colligantur, sed iudicium contra matrimonium nunquam erit pronunciandum nisi earum complexio omne prudens dubium de exsistentia impedimenti excludat

39. De impedimento ligaminis — Vinculum praecedentis matrimonii, quod ad posterius connubium impugnandum adducitur, repetendum asseritur 1) vel ex matrimonio, catholico modo a catholico celebrato; 2) vel ex connubio ab haereticis aut schismaticis, Iuxta diversarum sectarum instituta contracto, et postea per sententiam talium tribunalium dissoluto; 3) vel ex contractu inter infideles, qui postea rescissus, aut nullus fuerit declaratus. Diversorum istorum casuum possibilitas. aut etiam frequentia manifesta est, cum in regione Sinensi catholici commixti vivere cogantur cum haereticis et infidelibus. Quaedam pro singulis casibus adnotanda sunt, quia diversis legibus reguntur.

40. *Ad primum casum* quod attinet, doctrina catholica est matrimonium baptizatorum, rite celebratum et consummatum, aliter solvi non posse, nisi per mortex unius coniugis; et ideo locum non esse eiusdem dissolutioni declarandae in iudicio, nisi de morte alterutrius coniugis constiterit. Ut autem de hoc constare dicatur, non sufficit rumor aut fama quaecumque, neque solae praesumptiones; sed requiritur certus de ea nuntius, aut saltem concursus talium rationum, quae, certo nuntio aequipollentes, omne de illa dubium excludant Ideo in hoc casu iudex ante omnia exigere debebit, ut prioris matrimonii documentum authenticum proferatur, atque, si opus fuerit, alias probationes colliget, quae praedicti prioris matrimonii exsistentiam demonstrent Similiter exquiret documenta

vel probationes de secundo matrimonio contracto: quae omnia documenta facile haberi poterunt ex libris matrimoniorum in parochiis asservatis. Post haec, exigenda erunt a competentibus parochis authentica documenta de praetensa morte alterius coniugis. et in defectu poterunt eadem requiri ab auctoritate civili, si suos libros habuerit, in quibus adnotentur. Quae comparari debebunt cum documento secundum matrimonium contractum fuerit ante vel post prioris coniugis mortem; atque ita iudicetur utrum secundum matrimonium validum an nullum fuerit.

41. Quando ad mortem prioris coniugis probandam praesto non sunt neque esse possunt haec authentica documenta, aliis argumentis et aliis probationibus opus est, quae a iudice sedulo erunt colligendae. In primis argumentum desumi potest ex depositione testium fidem merentium, si ipsi de visu mortem illius, de quo agitur, revera accidisse affirmaverint, aut idem asseruerint ex auditu, dummodo non ex vaga aliqua relatione, sed a personis minime suspectis proprias informationes se hausisse testentur. Isti testes erunt interrogandi, utrum bene cognoverint quem mortuum asserunt; quo tempore, quo loco mors acciderit; qua de causa; ubi cadaver sepultum; utrum adsint et ubi commorentur alii qui de hoc facto instructi sint aut esse possint Ab aliis vero, qui ex aliorum relatione deponunt, erit quoque inquirendum, a quibus tales hauserint notitias; a quo tempore fama de morte vulgari coeperit; et quid ipsi sentiant de probitate et credibilitate eorum qui primitus de re ista sunt locuti: utrum isti peculiarem aliquam rationem habuerint aut habere potuerint, ut talem notitiam evulgarent. His cognitis, in iudicium vocandi erunt testes inducti et eodem modo examini subiciendi, ut tandem aliquando vel ad testes de visu, vel ad certa documenta obtinenda perveniatur. Animadvertat iudex: ne facile admittat cos qui sponte ad examen accesserint, et, si requisiti fuerint, quaerat ab eis, a quibusnam, ubi, quando et quomodo, coram quibus et quoties fuerint requisiti; utrum pro hoc testimonio ferendo fuerit ipsis aliquid datum, promissum, remissum vel oblatum a personis intéressé habentibus, vel ab aliis eorum nomine. Similiter advertat, non esse admittendos testes qui personas, de quibus agitur, plene non cognoscant; et consequenter extraneos non esse testes idoneos, nisi a longo tempore in loco fuerint, et ex peculiaribus circumstantiis appareat eos cognitionem habere potuisse de iis quae enarrant. Quod si testes sive de visu, sive de auditu haberi non poterunt, considerandae erum circumstantiae omnes in facto concurrentes, et diligenter ponderandae, ut videatur, utrum ex illarum complexu exsurgere possit moralis illa certitudo, quae necessaria est ut iudicium proferatur. Porro circumstantiae ipsae praecipuae sunt: aetas personae, quae mortua dicitur, utrum senior, an iunior fuerit; tempus eiusdem discessus e patria et familia: utrum longius an brevius; locus vel loca, ad quae se contulerit: utrum valetudini corporali noxia, an et quibus vicissitudinibus subiecta fuerit, ex. gr. num ibidem bella, vel pestilentiae saevierint; eiusdem personae physica constitutio; utrum sana et robusta, an debilis et infirma. Erit similiter perpendenda causa quare e propria discesserit domo: utrum nempe ad negotium vel ad artem aliquam exercendam, an potius ut coniugem derelinqueret. Haec cognosci vel deduci poterunt ex benevolis. aut contrariis relationibus, quae vel coniuges habuerunt inter se. durante eorum contubernio, vel die qui discessit continuavit cum altero coniuge sive per litteras, sive per nuntios: si enim constiterit, ad tempus talem epistolarum sive relationum consuetudinem adfuisse, et postea cessasse, quin cessationis causa aut ratio appareat, gravis de morte obita praesumptio habebitur; si e contra constiterit eum qui discessit nunquam epistolarum commercium habuisse cum sua familia, aut cum propinquis et amicis, indicium mere negativum nullam probationem facere poterit. Ponderandum quoque erit genus vitae, quod discedens in aliena regione amplexus fuerit: si vitam et artem militarem exercendam elegerit, vel arti nauticae aut servito alicuius navis sese addixerit, et cognoscatur in quo exercitu militaverit, inquisitiones erunt faciendae penes duces exercitus illius et penes gubernatores vel officiales navis. Si cognita fuerint loca, in quibus commoratus est, in singulis locis et praesertim in iUo in quo commorabatur, quando eius indicia perdita fuerunt investigationes erunt faciendae. Ad has tribunal adhibebit personas idoneas, si praesto sint, vel etiam civiles auctoritates, ab iisdem postulando ut. quibus pollent mediis, de illo opportunas investigationes faciant, atque etiam in subsidium vocentur publica diaria cum indicatione nominis, cognominis, patriae, professionis. et condicionis illius, de quo quaeritur. Item, si fieri possit, tribunal curabit, ut, in locis in quibus idem commoratus fuerit, publica dicta affigantur et singuli excitentur, ut notitias, si quas habent, velint suppeditare. Si omnibus istis adiumentis adhibitis nihil omnino poterit reperiri, et si omnes circumstantiae ad mortem prioris coniugis ante secundas nuptias, de quarum valore agitur, astruendam conspiraverint, iudex sententiam proferre contra secundum matrimonium non poterit: non enim constaret de eius nullitate. Quod si dc matrimonio contrahendo agatur, hoc permitti nunquam poterit, donec de morte prioris coniugis certo constiterit.

42. At si non ex isto capite, sed potius quia primum *matrimonium, in haeresi contractum,* rescissum fuerit ob aliam causam, specialia quaedam erunt observanda. Et primo advertendum est evangelicam et apostolicam doctrinam esse matrimonium valide celebratum et consummatum solvi non posse propter adulterium, vel propter molestam cohabitationem. aut longam et affectatam coniugis unius absentiam, aut propter aliud quodeumque motivum ab haereticis confictum. Quare, si constiterit, a tribunalibus haereticorum ob aliquam ex istis rationibus praecedens matrimonium dissolutum fuisse, causa in favorem secundi matrimonii a tribunali catholico ne admittenda quidem seu introducenda erit. Si vero eiusdem dissolutio fuerit decreta ob alium titulum a iure canonico recognitum, sciendum est, acta a tribunali haeretico confecta valore iuridico carere, et ex ipsis solummodo iudicium proferre catholico iudici minime licere. Quare tunc causa ex integro erit instituenda, et iuxta SS. Canones pertractanda. Vetitum tamen non est, immo aliquando expediet, ut acta tribunalis haeretici requirantur, quo plenior factorum et circumstantiarum cognitio attingatur. Immo si huiusmodi documenta a partibus fuerint exhibita, dummodo nihil aliud obstet, poterunt adhiberi, atque ex illis indicia colligi. Partes tamen erunt semper audiendiae, necnon, quatenus fieri poterit, etiam testes singuli iterum in iudicium vocandi, et interrogandi ad normam harum regularum. Neque omittenda aliarum personarum juridica depositio, si adesse cognoscantur; sicut neque alia acta, quae vel moderator vel defensor matrimonii necessaria reputaverit Si. perpensis omnibus, iudex censuerit sententiam edicendam esse conformem sententiae a tribunali haeretico prolatae, nunquam tamen istam sententiam tanquam sui iudicii motivum invocare debebit; neque ullo modo post eam existimandum erit duas adesse sententias conformes, a quibus necesse non sit appellare.

43. *Quoad matrimonia in infidelitate contracta,* si haec dissoluta dicantur per sententiam editam vel ab auctoritate civili, vel a quovis tribunali haeretico, eadem erunt servanda quae dicta sunt de matrimoniis baptizatorum resolutis per sententiam tribunalis saecularis, nempe causam admittendam non esse, si rescissio proclamata fuerit ex titulo ab Ecclesia non agnito; vel. servatis servandis, esse ex integro instituendam, si contrarium contigerit

Si vero coniugum separatio acciderit absque ullo iudicio. observandum utrum pars quae coram tribunali catholico agere intendit, secundum matrimonium contraxerit post baptismi susceptionem, an ante. Si matrimonium acciderit cum parte catholica post baptismi susceptionem, erit inquirendum, utrum praecesserit coniugis adhuc infidelis canonica interpellatio, aut saltem a legitima potestate fuerit super eadem interpellatione dispensatum. Quatenus constiterit de facta interpellatione aut de illius dispensatione, primum matrimonium nequit amplius constituere vinculum secundum connubium irritans; quatenus vero neque interpellatio neque eiusdem dispensatio praecesserit, primum matrimonium obstabit quidem secundo, sed Ordinarius iudicium suspendere debebit, et casum cum omnibus suis circumstantiis ad S. Sedem remittere, quae ipsi Ordinario quid faciendum sit. indicabit Ad probandum vero, utrum interpellatio vel eius dispensatio intercesserit consulendi erunt libri matrimoniorum. vel etiam regesta curiae, in quibus haec accurate erunt semper recensenda.

Quod si secundum matrimonium contractum fuerit etiam in infidelitate, praesumendum quidem erit quod, antequam persona, de qua agitur, ad baptismum admitteretur. servata fuerint omnia quae sacri canones pro

hû casibus statuunt; sed si institutis opportunis investigationibus adhuc dubium subsit, ad S. Sedem erit recurrendum.

44. De impedimento impotentiae. — Ad impugnandum ex capite impotentiae matrimonium solummodo coniuges admittuntur. quia ipsis solummodo hoc factum cognitum esse potest, et ipsi tantummodo de hac re solliciti «se debent Ut autem impotentia matrimonium contractum irritet necesse est ut sit antecedens atque perpetua, quae scilicet naturalibus atque licitis remediis tolli non possit, sine probabili periculo vitae. Ista Impotentia 51 fuerit absoluta seu talis ut omnino impossibilem reddat coniugalcm copulam, matrimonium dirimit semper, et cum qualibet persona contractum. Si vero relativa tantum, matrimonium dirimit solummodo cum illa ad quam impotentia ipsa refertur. Ita igitur in causis huius generis investigationes erunt dirigendae. ut tandem deveniatur ad astruendam vel excludendam assertam impotentiam antecedentem et perpetuam, sive absolutam, sive saltem relativam. Hunc in finem prae oculis habenda erunt quae statuuntur a can. 1976-1981 "·, et Instructio Supremae Congregationis S. Officii (Collect nn. 1153. 1583).

45. Quod si casus occurrat cui in Instructione hac provisum non sit. ad iuris communis nonnam pertractetur ac decidatur oportet

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 18 Februarii A. D. 1929 —G. M. Card. Vax Rossvm. Praef.

» · Can. 1775. — t In erasis lmpotcr.tl?e su: lr.cor.scrr. siitlcnls rcqririDff Inspectio corporis utrtusque rei alterutrius roctes per peri'» ficienda. nisi « adiunctis Inutilis eri tenter ipparctl ».

Can. 197». — ‹ In penus eHjtndis. praeter rormos in can ;T$r2-ia06 dxiis, serrentur praescripta carx^num qui sequuntur ».

Can 173. — c Ad periti eurus De admittantur qui cflcdup« prtraîlm inspexerint circa tactum cui innititur petitio deelvartonis r.CUtetb rei inconsmma'loros ; liret tamen hos unqum testes ixxheere ».

Can. 1779. — ‹ $ 1. Ad topicierdum rirum. duo periti medid ex ottSdo deputari debent.

(2. Ad tcuiSeran vero inspiciendam dure obstetrices, quae iqpunm: periuæ tesüoccto habeant, ex oifleio designee . CiU m-lueril mulier a duobus medicis cx officio pariter dWjpdBdh rd id Ordinarius necessarium habuerit.

5 2 Corporalis mulieris fnspxrio fieri debet, servatis plene cVsn-roe rzxfatiic regulis K adstante semper honesta ma troca n oiΠεIo designanda a

Can. 1730. — ff 1. Mulieris Inspectionem obstetrices vel periti, teorsum alnjull, exsequi debent.

5 2. Sincoli mtdid vel obstetrices dr.julas relationes conflcaat, intra terminum a tudike praeiinitum tradendas.

I 3. Þote index relatione ab obstetricibus confectas en tnird alxrohis ponti medici subicere, si id opportunum existi marem ›

Can. IMI. — ‹ Peracta relatione. periti, obstetrices ac mn troai. Morsum aingull. a iudice interrogentur, secundum arti cJ-n a rtaculi defensore antea ronfrautos quibus ipsi, prac«Ko iOTKBJto, respondeant ·.

Prtmn Cosd&M Siaen». «d. 2 Mai 1930. p. 347-375

883

1929 FEB 22.-S. POEN., DECR. AAS 21 (1929) 200

APTMGaATUR COLLECTIO PRECUM PIORUMQUE OPERUM, QUIBUS RosuXI PONTIFICES INDULGENTIAS ADNEXUERUNT AI AXXO 1899 AD ANNUM 1928

DECRETUM

Post editum a Sacra Congregatione Indulgentiarum racrarumque Reliquiarum anno 1898 opus, cui titulus: ‹ Raceolti dl orazloni e pie opere, per le quali sono state concesse dai Santi Pontef.ci le Santé Indulgenze », valde excrevit Indulgentiarum concessionum numerus, quarum plurimae a christifidelibus ignorantur vel debito modo non cognoscuntur. Enimvero, Indulgentiarum collectiones fuerunt quidem, post publicationem recensiti operis, a privatis auctoribus confectae, imo nonnullae etiam a Sacra Congregatione S. Officii aut n Sacra Poenitentiaria documentis authenticis conformes declaratae; eadem tamen vel non amplius venales prostant, vel non omnes concessiones hucusque factas complectuntur, vel continent preces, pia opera. Indulgentiarumque concessiones, quae aliquas Immutationes postea subierunt.

Ideo necessarium visum est preces ct pia opero. Indulgentiis ab anno 1899 a S. Sede ditata, in unum colligere et in vulgus edere ; quod quidem ipsamet Sacro Poenitentiaria Apostolica perficiendum curavit

In Audientia vero infrascripto Cardinali Poeniteatiario Maiori die 4 Ianuarii 1929 concessa. SS. D. N. Pius div. Prov. Pp. XI collectionem hanc, typis Vaticanis impressam, approbavit et confirmavit ct abrogatis generalibus Indulgentiarum concessionibus port dictum annum factis et In eadem collectione non relatis, ipsam tantum uti authenticam haberi mandavit

Datum Romae, e Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 22 Februarii 1929.—L. Card. Lauri, PoentL Maior loannes Teodori, S. P. *Secr.*

Ad P. B m EL 43 (1929) 278-279: A. VERMEER5CM a PrM IS (1929) 171.

884

1929 FEB 26.-SC PROP. FIDE, DECL. PART.·

Sodales pont, operis a propagatione fidei indigent
SPECULI ELEEMOSYNA AD LUCRANDUM JUBILAEUM

In Constitutione Apostolica Auspicantibus nobû [LE 8731. qua Sanctissimus Dominus Noster Pius divisa Providentia Papa XI lubilaeum universale extra ordinem indixit ad totum annum 1929, sub capite I haec leguntur:

‹ 4. Tandem aliquam eleemosynam pro sua quisque facultate et pietate, audito confessarii consilio, in aliquod opus pium elargiantur; praecipue Opus Propagationis et Praescrvationis fidei commendamus ».

Proposito dubio: « utrum, ad lucrandum lubilaeum. sodales Pontificii Operis a Propagatione Fidei contest: esse possint annua stipe inscriptionis, an. praeter stiper, inscriptionis, elargiri debeant speciale eleemosynam a stipe inscriptionis distinctam »:

Emus Card. Praefectus de Propaganda Fide, die 25 februarii 1929 rescripsit:

Ad primam partem: *Negative.*

Ad alteram partem: *Affirmative,* videlicet sodales Pontificii Operis a Propagatione Fidei, ad lucrandum lubilaeum. praeter stipem inscriptionis, specialem eleemosynam elargiri debere.

Nullum praeterea dubium, quin in commate Constituiionis Apostohcae, quod supra retulimus. Opus *a Propagatione Fidei* sit. praecise et determinate, ipsum Pontificium Opus, quod Motu-proprio *Romanorum Pontiff cum* (3 maii 1922) [LE 4141 Pius XI Lugduno Romam transtulit, ut ‹ Pontificale fiere instrumentum stipibus fidelium ad usum Missionum universarum colligendis *

Ut vero christifideles omnes aliquo modo respondero possint novae huic liberalitati et praedilectioni Pii XI erga Opus Suum. « quod inter alia in commodum Mssionum instituta primum locum obtinet › (Statuta Generalia Motu-proprio *Romanorum Pontificum* adnexa) durante anno iubfiari. quinquagesimo a suscepto sacerdotio Summi Pontificis feliciter regnantis. Consilia Nationalia omnium zelum et amorem in Missiones excitent et praecipue dilatent, quoad fieri potuerit. Pontificium Opus a Propagatione Fidei illudque confirment

Romae, die 26 Februarii 1929.—Aloisius Drago. Secr. Gen.

· ME 41 (1929) 137-138.

885

1929 MAR 1.-SC ORIENT. DECR. AAS 21 (1929) 152-153

De **SPIRITUALI ADMINISTRATIONE ORDINARIATUUM GRAECO- RUTHENORUM IN FOEDERATIS CRTTATIBUS AMERICAE SEPTENTRIONALIS**

Cum data fuerit Episcopo graeco-rutheno Statuum Foederatorum anno 1912 plena et ordinaria iurisdictio

in clerum ct populum universum graeco-rutheni ritus m Foederatis Civitatibus Americae septentrionalis, sive permanenter. sive ad tempus commorantes, et cum dein per decretum Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali sub die 8 Maii 1924 duo Ordinariatus graeco-ruthenl ritus constituti sint, alter pro fidelibus oriundis e Galitia cum sede Philadelphiae Pa., alter vero pro fidelibus oriundis ex Podocarpatia Russa, necnon pro fidelibus gracco-ruthcni ritus provenientibus ex Hungaria et Jugoslavia, cum sede Homestead Pa; Eminentissimis ac Reverendissimis Patribus Cardinalibus S. Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositis, in plenariis comitiis die 4 Ianuarii huius anni habitis, opportunas leges a S. C. de Propaganda Fide pro Negotiis rituum orientalium latas die 17 Augusti 1914 (AAS 6 (1914) 458 - 463] eo modo qui sequitur visum est noviter aptare, easdemque praesenti decreto iterum ferre, circa spiritualem administrationem duorum Ordinariatuum gracco-ruthcni ritus in praedicta regione.

Cap. L *De Episcopis gracco-ruthcni ritus*

Art 1. - Nominatio Episcoporum graeco-rutheni ritus pro regione Statuum Foederatorum Americae septentrionalis Apostohcae Sedi reservata est.

Art 2. - Episcopi graeco-rutheni ritus eorumque legitimi successores in Statibus Foederatis Americae septentrionalis sub immediata huius Apostohcae Seais iurisdictione ac potestate manebunt, plenamque Jurisdictionem ordinariam in omnes fideles graeco-rutheni ritus, permanenter vel ad tempus in Foederatis Civitatibus Americae septentrionalis commorantes, respective, iuxta diversitatem originis supra memoratam,
Ü3 exercebunt, sub/ dependentia tamen R. P. D. Delegati Apostolici Washingtonensis pro tempore.

ArL 3. - Eisdem ius ac potestas competit regendi ac gubernandi gregem suum ac leges et statuta condendi in iis quae iuri communi non adversantur. Praecipuum vero eorum munus erit invigilare ut tum doctrina et boni mores, tum ritus et disciplina huic Ecclesiae propria sancte et integre custodiantur. Eorum igitur erit uniformitatem caeremoniarum iri variis devotionibus necnon in tradendis Sacramentis usitatarum secundum rubricas librorum liturgicorum approbatorum, introducere et eiusdem unitatis strictam observantiam a sacerdotibus suis expostulare.

ArL 4. - Ordinarii paroecias et missiones suae curae concreditas saepe visitare tenentur, ita ut saltem singulis quinquenniis ipsi, vel per se, vel. si fuerint legitime impediti, per Vicarium Generalem, aut ahum specialiter delegatum sacerdotem, lustrent, ut gregem suum apprime cognoscant, eaque omnia quae ad spir.tuale eius bonum attinent, melius provideant.

Art 5. - In canonica visitatione paroeciarum inqulrant Episcopi an parochi omnia paroecialia munera, praesertim visitationem infirmorum, puerorum instructionem. verbi Dei praedicationem, in dominicis et festi. diligenter absolvant; videant insuper omnes libros baptismatum, matrimoniorum ac mortuorum; inventariumque bonorum ecclesiasticorum ex ultimo biennio: ac rationes ab unoquoque rectore missionis expostulent id est introspiciant ac probent libros proventuum et expensarum cuiuslibet Ecclesiae, statum materialem eiusdem, debita, etc. Hac praesertim occasione diligenter advigilent, ne abusus in disciplinam ecclesiasticam irrepant, praecipue circa administrationem Sacramentorum et Sacramentalium, cultum Dei et Sanctorum. praedicationem verbi divini, implementum piarum voluntatum; serioque curent ut puritas fidei et morum in clero et populo conservetur, ut fidelibus, praecipue pueris et rudibus, pabulum doctrinae christanae praebeatur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur. Si compererint irrepsisse abusus, eos prudenter. <ed fortiter compescant, adhibitis etiam, si opus sit, poenis canonicis.

Art 6. - Ut autem securitati bonorum temporalium ecclesiarum, coemeteriorum, scholarum et omnium eorum quae ad Ecclesiam pertinent, summa cum diligentia prospiciatur, curent Ordinarii a) ne Rector Conrilfumve admimstrationis nomine ac iure proprio retineant pro quorum adquisitione fideles quovis modo subsidia contulerunt; b) satagant, audito in pertractandis negotiis virorum peritorum ac consultorum suorum consilio, eas tituli possesionis formas adhibere, omnesque praescriptiones servare, quae legibus singu-
li lorum Statuum respondeant, quaeque ecclesiasticorum/ bonorum administration], conservationi ac plenae in posterum transmissioni faveant; c) normas quas iudicaverint de bonis ecclesiasticis administrandis opportunas. statuant.

Art. 7. - Annua sustentatio utriusque Episcopi consistet in praestationibus ad instar cathedratlci. quae iuxta aequitatem ab Episcopo, audita voce suorum consultorum. determinabuntur, quasque singulae ecclesiae Ruthenorum Ordinariatuum solvere tenentur. Rectores ecclesiarum respondere tenentur de exacta solutione harum praestationum ct aliarum ab Episcopo eiusque consultoribus determinandarum, pro Seminario, orphanotrophio, missionibus, etc.

Art. 8. - Sicut in initio huius decreti declaratur. Ordinarius pro fidelibus oriundis ex Galicia sedem suam habeat Philadelphiae Pa., alter vero Homestead Pa.; pro commoditate tamen et utilitate tum cleri, tum curiarum duorum Ordinariatuum. sacerdos ruthenus domicilium habere poterit Neo-Eboraci, qui munere fungens Vicarii vel delegati Ordinariorum, assistentiam praebebit fidelibus ruthenis, peculiariter autem sacerdotibus illis qui vel Americam attingunt vel ex ea proficiscuntur, sed sub dependentia et voto Ordinariorum.

Art. 9. - Episcopi singulis quinquenniis plenam et accuratam relationem de statu personali, morali ac materiali missionum proprii ritus exhibeant Delegato Apostolico, qui eam transmittet ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali atque singulis saltem decenniis, ad sacra Apostolorum limina accedant, ut obsequium et oboedientiam suam Pontifici Summo praestent, eique rationem reddant de pastoralis muneris implemento, deque omnibus quae ad Ecclesiae suae statum et cleri populique mores ac disciplinam, animarumque sibi concreditarum salutem pertinent

Art. 10. - Controversiae, si quae exoriantur inter Episcopum graeco-rutheni ritus et Episcopos latini ritus Statuum Foederatorum, deferantur ad S. C. pro Ecclesia Orientali.

Cap. II. *Dc Clero graeco-rutheno*

Art. 11. - Cum necesse sit ut habeantur sacerdotes integrae vitae, zelo ac prudentia praediti, in scientiis sacris eruditi et politicis factionibus alieni, curent Ordinarii, ut data opportunitate, saltem pro utroque Ordinariatu erigatur Seminarium minus et maius, pro clericis ritus graeci-ruthcni educandis. Interim vero clerici isti frequentent Seminarium latinum ab Ordinario designatum, atque unum alterumve habeant sacerdotem sui ritus, qui eos ritus liturgiamque propriam bene ac diligenter edoceant. Ad sub/veniendum clericorum 155
educationis expensis, tum rectores ecclesiarum, tum ipsae ecclesiae ritus graeco-rutheni in Statibus Foederatis Americae septentrionalis contribuant Enixe Ordinarii commendent clero fidclibusque pium opus vocationum ecclesiasticarum, curentque ut sacerdotes, praesertim parochi, pueros» qui indicia praebent ecclesiasticae vocationis, a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinaeque in eis vocationis germen foveant

Art 12. - Antequam habeatur numerus sufficiens presbyterorum graeco-ruthenorum, qui in Statibus Foederatis educati fuerint, si providenda occurrat do suo rectore aliqua missio Ruthenorum vel vacans vel noviter erecta, Ordinarii postulent sacerdotes ab Episcopis ritus graeco-rutheni Galitiae vel Hungariae vel Jugoslavlae per tramitem S. Congregationis pro Ecclesia Orientali. Illi vero sacerdoti qui proprio marte, neque ab alterutro Episcopo gracco-rutheno vocatus, neque a S. Congregatione missus, illuc perrexerit. Episcopus graeco-ruthenus nullas concedere potest facultates, sive celebrandi Sacrum sive administrandi Sacramenta, sive munia ecclesiastica quomodocumque obeundi. Interim. sicut iam pluries statutum est. sacerdotes ritus graeco-rutheni. qui in Status Foederatos Americae seplemtrionalis proficisci et commorari cupiunt, debent esse coelibes.

Art. 13. - Sacerdotes pecuniam quaerentes, vel in fide ac moribus vacillantes, vel ebrietati faventes, nullo modo mittantur nec admittantur in Americam; et si tales inveniuntur, quantocius dimittantur: qui dimissi. nisi paruerint, poenis canonicis, non exclusa suspensione a divinis, coerceantur.

Art. 14. - Quilibet sacerdos, cx Europa provenirn» et in Statibus Foederatis Americae septentrionalis commorans pro fidelium ritus graeco-rutheni spirituali

cura, manebit incardinatus dioecesi originis, nisi, servatis de iure servandis, incardinetur ab alterutro Ordinario graeco-rutheno Statuum Foederatorum. Interim tamen Episcopus originis jurisdictionem in eum nullo modo exercebit, sed praedictus sacerdos unice pendeat a jurisdictione Episcopi graeco-rutheni. In patriam redire aut revocari supradicti sacerdotes nequeant sine expressa licentia sui Ordinarii graeco-rutheni ritus Statuum Foederatorum in scriptis concedenda. Episcopi originis respondere debent coram S. Congregatione pro Ecclesia Orientali si tales sacerdotes sine scriptis ab alterutro Ordinario graeco-rutheni ritus Statuum Foederatorum admittant

Art 15. - Omnes rectores paroeciarum ct missionum graeco-ruthenarum in Statibus Foederatis amovibiles sunt ad nutum Ordinariorum graeco-rutheni ritus. Amoveri autem non poterunt absque causis gravibus et justis.

Art 16. - Datur tamen facultas presbytero amoto recursum interponendi, in devolutivo, contra decretum
156 remotionis, ad S. C. pro Ecclesia Orientali;

Art 17. - Sustentationi sacerdotis provideant Ordinarii. salarium eidem adsignando, assumendum iuxta proportionem cx omnium Ecclesiae proventuum massa seu cumulo.

Art. 18. · Iura stolae et emolumenta sacri ministerii in singulis missionibus determinanda sunt ab Ordinariis graeco-rulhenis iuxta probatas diversorum locorum consuetudines.

Art 19. - Ordinarii graeco-rutheni nonnisi in clerum et populum graeco-ruthenum jurisdictionem suam exerceant Si tamen aliquo m loco exsistant fideles graeco-rutheni ritus, in eoque non sit missio constituta, aut nullus adsit presbyter eiusdem ritus. Ordinarii tunc debent jurisdictionem suam in fideles graeco-ruthenos presbytero latino loci communicare, certiorato Ordinario, quoad usque sacerdos graeco-ruthenus ibi habeatur.

Art 20. - Meminerint sacerdotes =e debere sanctiorem prae laicis vitam interiorem et exteriorem ducere risque virtute et recte factis ln exemplum excellere. si velint m salutem animarum suum ministerium proficere. Ideo frequenter ad Poenitentiae Sacramentum accedant quotidie orationi mentali per aliquod tempus incumbant. Sanctissimum Sacramentum visitent. Deiparam Virginem colant, conscientiamque suam discutiant

Art 21. - Omnes sacerdotes debent tertio saltem quoque anno vel etiam frequentius, si opportunam habuerint occasionem, spiritualibus exercitiis per tempus a proprio Ordinario determinandum vacare; nec ab eis quisquam eximatur, nisi in casu particulari, iusta de causa ac de expressa Ordinarii licentia.

Art 22. - Omnes speciali obligatione tenentur suo quisque Ordinario reverentiam et obedientiam exhibendi eamque fidelibus saepius inculcent

Art. 23. - Sacerdotes studia praesertim sacra ne intermittant et in sacris disciplinis solidam illam doctrinam a maioribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, devitantes profanas vocum novitates ct falsi nominis scientiam.

Art 24. - Expleto studiorum curriculo, sacerdotes omnes, nisi ab Ordinario ob iustam causam fuerint dispensati. examen singulis annis, saltem per triennium integrum in diversis sacrarum scientiarum disciplinis, antea opportune designatis, subeant secundum modum ab eodem Ordinario determinandum.

Art 25. - Pariter saepius in anno, in singulis vicariilibus foraneis, diebus ab Ordinario praestitutis, conventus habeantur seu collationes de re morali ct liturgica; quibus addi possunt aliae exercitationes quas Ordinarius opportunas judicaverit ad scientiam et pietatem clericorum promovendam. Si conventus haberi difficile sit, resolutae quaestiones scriptae mittantur, secundum normas ab Ordinario determinatas. Qui con-
157 ventui/ intéressé debent, deficiente conventu, scriptam casuum solutionem aliusvc quaestionis expositionem mittere debent, nisi ab Ordinario expresse antea exemptionem obtinuerint ln collatione officiorum ratio habeatur eorum qui, ceterii paribus, in supradictis periculis vel collationibus magis praestiterunt

Art 26. - Gravi obligatione tenentur parochi, quasiparochi missionariique diebus dominicis ccterisque per annum festis de praecepto fidelibus, brevi Evangelii aut alicuius partis doctrinae Christianae explanatione, verbum Dei nuntiandi necnon catholicam fidelium Institutionem curandi, praesertim puerorum, secundum instructiones ab Ordinario receptas. Qui si négligentes reperti fuerint, pro gravitate culpae puniantur.

Art. 27. Iuxta opportunitatem. Ordinarii graeco-ratheni ritus sacerdotes saltem praecipuos tum saeculares, tum religiosos propriae jurisdictionis congregent semel saltem in anno, ut possint ex singulorum experientia et consilio deducere quae sint perfectius ordinanda.

Cap, III - De *fidelibus graeco-ruthenis*

Art 28. - Fideles graeco-rutheni tenentur frequentare ac libenter sustentare suas proprias ecclesias, ac observare praescripta sui ritus. Tamen in regioniboj ubi desunt ecclesiae ac sacerdotes proprii ritus et ubi propter longinquitatem ecclesiae suae non eam possunt nisi cum gravi incommodo adire, debent, ut praeceptis Ecclesiae satisfaciant. Missam audire in ecclesia catholica alterius ritus, nec non Sacramenta accipere a presbytero alterius ritus.

Art. 29. - Frequentatio ex parte graeco-ruthcnonci. etiam continua, ecclesiarum ritus latini» non indur.t mutationem ritus. Circa transitum ab uno ritu ad ahum, normae rite observentur a S. C. pro Ecclesia Orientali datae per decretum *Nemini licere* die 6 Dec. 1925 [LE 8661. Iccirco fideles graeco-rutheni propter transitum ad alium ritum, petitionem ad Delegatum Apostolicum mittant, et simul exponant veraciter causas canonicas. quae eumdem transitum suadere videntur. Sato vero erit si hanc petitionem ad eumdem Delegata Apostolicum transmittant per tramitem proprii Ordinarii.

Art. 30. - Non licet sacerdotibus ritus latini quempiam Graeco-ruthenum ad latinum ritum amplectendum inducere contra vel praeter canonica praescripta quae transitus ritus moderantur.

Art. 31. - Fideles latini. etiamsi adsit presbyter latini ritus, apud sacerdotem graecum-ruthenum ab Ordinario suo adprobatum. peccata sua/ confiteri et bene- 13
ficium sacramentalis absolutionis, valide et licite obtinere possunt. Item, fideles graeco-rutheni peccata sua confiteri possunt apud sacerdotem latinum ab Episcopo suo adprobatum. Presbyteri vero latini absolvere noa possunt fideles graeco-rutheni ritus a censuris et casibus reservatis ab Ordinario graeco-rutheno statutis, absque venia eiusdem. Vicissim idem dicatur de presbyteris graeco-ruthenis quoad censuras et reservations statutas ab Ordinario latini ritus. Ad devitandas \ero difficultates, quae frequentiores in praxi occurrunt, Ordinariatus omnes a se reservatos casus, si qui sint, sibi invicem communicent.

Art. 32. - Omnibus fidelibus cuiuscumque ritus datur facultas ut, pietatis causa. Sacramentum Eucharisticur. quolibet ritu confectum suscipiant; ac insuper, ubi necessitas urgeat, nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti graeco-rutheno ministrare Eucharistiam consecratam in azymo; et vicissim sacerdoti latino ministrare in fermentato; at suum quisque ritus in ministrando servabit.

Art 33. - Quilibet Orientalis valide ac licite praecepto communionis paschalis satisfacit etiamsi alieno ritu communicet.

Suadendum tamen est ut suo quisque ritu et in propria paroecia fideles praecepto communionis paschalis satisfaciant: qui vero in aliena paroecia satisfecerint curent proprium parochum de adimpleto praecepto certiorem facere.

Art 34. - Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio a manibus proprii parochi accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud accipere; qui tamen ritu suo ministrabit.

Art 35. - Funerum celebratio ac emolumentorum perceptio in familiis mixti ritus, ad parochum illiw ritus pertineant, ad quem defunctus pertinebat

Art 36. - Ad vitanda gravia incommoda quae inde Ruthenis evenire possent, facultas eis fit festa et iriunia observandi iuxta consuetudinem locorum in quibus degunt; quae observantia minime inducit mutationem ritus. Quoad Missam audiendam diebus festis in utroque ritu in eamdem diem incidentibus, ipsi sacrae Uturghe in ecclesia sui ritus, si in loco exsistat, intéresse tenentur. ad adimplendum praeceptum ecclesiasticum.

Art. 37. - Adsociationes fidelium ritus graeco-rutheni sint sub vigilantia Ordinariorum, qui sacerdotem moderatorem nominent, ne forte abusus circa doctrinam, mo-

res. disciplinamve in eis irrepant. Ideo laude digni sunt fideles oui sua dant nomina adsociationibus ab auctoritate ecclesiastica erectis vel saltem commendatis; caveant autem ab adsociationibus secretis, damnatis, seditiosis. suspectis aut quae student sese a legitimae
13 auctoritatis ecclesiasticae vigilantia subducere./

Pariter diaria, folia vel libelli periodica catholica sint sub vigilantia Ordinarii, nec in eis sine eius consensu sacerdotes scribant vel eadem moderentur.

Cap. IV - *De matrimoniis inter fideles mixti ritus*

Art. 38. - Matrimonia inter catholicos graeco-ruthedos et latinos non prohibentur; sed ad vitanda incommoda, quae ex rituum diversitate in familiis evenire solent, uxor ineundo matrimonio aut eo durante, ad ritum viri transire potest. Matrimonio autem soluto, assumendi proprii ritus originis libera est ei potestas.

Art. 39. - Matrimonia tum inter fideles graeco-ruthenos, tum inter fideles mixti ritus, servata forma deCTeti Ne *temere* [ASS 40 (1907) 525 - 530] contrahi debent, ac proinde m ritu mulieris a parocho mulieris benedicenda sunt

Art. 40. - Dispensationes matrimoniales in matrimoniis mixti ritus, si quae sint dandae vel petendae, dentur ct petantur ab Episcopo sponsae.

Art. 41. - Nati in regione Statuum Foederatorum Americae septemtrionalis ex parentibus diversi ritus, ritu patris sunt baptizandi; proles enim utriusque sexus sequi omnino debet patris ritum.

Art 42. - Baptismus in alieno ritu ob gravem necessitatem susceptus, cum nimirum infans morti proximus esset, vel natus esset in loco in quo. tempore nativitatis, parochus proprius patris non aderat, ritus mutationem Don inducit: et sacerdos, qui baptizavit, proprio parocho testimonium baptismatis remittere debet

Art. 43. - Infantes ad eius parochi jurisdictionem pertinent, cuius ritus est eorum pater, exceptis natis ex illegitimo thoro, qui sequuntur ritum matris.

Haec omnia Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Papa XI. referente infrascripto huius S. Congregationis Cardinali Secretario in audientia 9 Februarii vertentis anni, rata habuit ac confirmavit, praesensque decretum ad decennium valiturum edi iussit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 1 Martii anno 1929.—Aloisius Card. Sincero, *Secr.* H. I. Cicognani, *Adsessor.*

Ada. At. HERMAN in PrM 18 (1929) 193-214; A. TERZARJOL In ApcIL 3 (1930) 48-49.

886

1929 MAR 8.-S. POEN-, RESP. AAS 21 (1929) 168

DUBIUM

DI PRIVILEGIO SACERDOTIBUS CONCESSO IN CONSTITUTIONE APOSTOLICA « AUSPICANTIBUS NOBIS »

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sequens dubium pro opportuna solutione exhibitum fuit:

‹ Utrum *privilegium personale,* hoc anno iubilari in Constitutione Apostolica c Auspicantibus Nobis » [LE 873) sacerdotibus concessum, sit consuetum personale privilegium *altaris,* vi cuius sacerdotes, pro defuncto celebrantes. Indulgentiam plenariam acquirere et applicare valeant animae pro qua Missam celebrant; vel potius ita intelligendum sit ut sacerdotes. Sacrum litantes, in quolibet Missae Sacrificio plenariam Indulgentiam lucrari et applicare possint, independenter a Musae applicatione, uni animae, in Purgatorio detentae, ab ipsis ad libitum designatae ».

Et Sacra Poenïtentiaria Apostolica, re mature perpensa, respondendum censuit:

‹ *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam ›.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina Providentia Pp. XI, ab infrascripto Regente eiusdem Sacri Tribunalis, in Audientia diei 1 Martii 1929, idem Ssmus Dominus responsum Sacrae Poenitentiariae benigne adprobavit, confirmavit et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex Sacra Poenïtentiaria Apostolica. die 8 Martii 1929.—S. Luzio, *Regens.* A. Anelli, Substitutus.

Adn. J. C. In NrT 56 (1929) 427-428; IP 9 (1929) 111; ME 4! (1929) 66; PrM 18 (1929) 121-122.

887

1929 MAR 11.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

Facultas celebrandi in privatis domibus functiones **HEBDOMADAE SANCTAE. ADIUNCTLS EXTRAORDINARIIS PERDURANTIBUS IN DICIONE MEXICANA**

Sacra Rituum Congregatio facultatem concessit, eisdem perdurantibus circumstantiis et ad triennium, ut Sacerdotes totius Ditionis Mexicanae possint functiones Maioris Hebdomadae peragere in privatis domibus, seu Oratoriis, iuxta Ritum Benedicti PP. XIII. (S. *Rituum Congregatio, die 11 Martii 1929.)*

- **Ordinariis dicionis Mexicans Christus 1 (1936) 7.**

888

1929 MAR 12.-COM. INTP. RESP. AAS 21 (1929) 170-171

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1. - Dz sacris **roamcnoxiBUS. 2 - Dz** impedimento publicas **HONESTATIS. 3. - Dz DISPENSATIONE AB ABSTINENTIA ET TZJUXTO. 4 - Dz POSITIONIBUS SEU** artuvus argumentorum. **5. - Dz XCRZ ACCUSANDI MATRIMONIUM**

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE SACRIS BENEDICTIONIBUS

D. An verba ritibus *ab Ecclesia praescriptis,* de quibus in canone 349 § 1 η. I. ita intelligenda sint ut Episcopi in sacris benedictionibus prohibeantur solo crucis signo uti. quum peculiaris formula in libris liturgicis non praescribitur.

R. *Negative.*

II. - De **IMPEDIMENTO PUBLICAE HONESTATIS**

D. An vi canonis 1078 ex solo actu, ut aiunt, civili inter eos, de quibus in canone 1099 § 1. independenter a cohabitatione oriatur impedimentum publicae honestatis.

R. *Negative.*

III. - De **DISPENSATIONE AB ABSTINENTIA ET IEIUNIO**

D. An *magnus populi concursus,* de quo ln canone 1245 § 2. habeatur etiam per extraordinarium concursum fidelium unius tantum paroccine ad festum m ecclesia celebrandum.

R. *Affirmative.*

IV. - De positionibus seu articulis argumentorum

D. An secundum canonem 1761 I 1 servari possit praxis, vi cuius iudex cum altera parte communicare solet positiones seu articulos argumentorum, super quibus testes sunt examinandi, ut interrogatorium conficiat exhibeatque iudici.

R. *Affirmative,* remoto tamen subomationis periculo./

V. - De iure accusandi matrimonium

D. Utrum vox impedimenti canonis 1971 5 1 n. 1 intelligenda sit tantum de impedimentis proprie dictis (cann. 1067-1080). an etiam de impedimentis improprie dictis matrimonium dirimentibus (cann. 1081-1103).

R. *Negative ad* primam partem, *affirmative* ad *secundam.*

Datum Romae, die 12 mensis Martii anno 1929.—P. Card. Gasparri. *Praeses.* loscph Bruno. *Secr*

Adn. F. M. CAPPELLO in PrM 18 (1929) 173-177: 1 CREUSEN in NrT 56 (1929) 682-687; Ph MAROTO te Apoll. 2 (1929) 243-252; V. MOCNIK in Apoll. 9 (1936) 444-446 REGATILLO n. 146, 523. 616, 791. 816-625; F. ROÎERTI in Apolt. 3 (1930) 50-59; IP 9 (1929) 105-103; ME 41 (1929) 12D123. 140-145 180-184.

1929 MAR 13.-SC RIT., DECL. AAS 21 (1929» 195

PLURIUM DIOECESIUM

Deoaratio de honoribus UTVRCICTS ADHIBENDIS SANCTIS MISSIONUM PECULIARIBUS PATRONIS

Post Decretum editum ab hac Sacra Rituum Congregatione die 14 Decembris 1927 ILE 797). quo constitutum est. ut S. Teresia a lesu Infante Patrona aeque principalis haberetur cum S. Francisco Xaverio. Misrionariorum et Missionum omnium in quavis orbis parte exsistentium, a nonnullis Vicariis Apostolicis quaesitum est quaeram liturgies privilegia iisdem duobus Sanctis. Missionum omnium Patronis aeque principalibus. vi praedicti Decreti, spectent, iuxta rubricas. Porro Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI. in audientia diei 13 vertentis Martii, referente infrascripto Cardinali eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto, ad omne dubium removendum, declararo dignatus est: festa S. Francisci Xaverii et S. Teresiae a lesu Infante, stante supramemorato Decreto, sub ritu duplici primae classis, cum octava communi a clero saeculari et sine octava a clero regulari, in cunctis missionum locis esse recolenda. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 Martii 1929.—C. Card. Laurenti, S. R. C. Praef. Angelus Mariani, Secr.

A4». P. 5 ia EL 43 (1929) 154; I. PAUWELS in PrM 18 <1923) 167-169 rt b NrT 56 (1929) 673-580; ME 41 (1929) 137.

1929 MAR 23.-SC RITUUM, RESP. PART.·

Dt CALENDARIO ET FESTO S- TERESIAE A IESU INFANTE IN MISSIONIBUS

Josephus Rutten. Superior Generalis Congregationis Immaculati Cordis Mariae (Scheut) humiliter petit ut velit Sacra Congregatio Rituum solutionem dare sequentibus dubiis:

I. Iuxta Decretum 22 Aprilis 1910 (N. 4252· « *Secorien* ». si paroecia sit monasterio vel domui religiosae incorporatae aut eiusdem monastenl seu domus curae in perpetuum vel indefinitum tempus concredita, in Missis calendarium religiosum semper adhibetur; secus calendarium dioecesanum servatur ut in casu quo ecclesia non religiosae familiae sed tantum alicui personae privatae, etsi ad eamdem familiam pertinenti, commissa sit. iuxta Decretum ‹ Urbis », die 15 Decembris 1899 (DAR n. 4051].

In locis autem Missionum, quae certo cuidam instituto missionali sunt concredita, ecclesiae erectae, sunt quasi paroeciales vel stationis missionalis nondum in quas» paroeciam erectae quibus missionarius, ex eodem instituto religioso, tamquam rector praeest:

Quaeritur utrum ecclesiae quas: paroeciales vel stationis missionalis nondum in quasi paroeciam erectae, aestimentur Congregationi concreditae; an personae privatae tantum; ideoque utrum in istis ecclesiis calendarium Congregationis sil sequendum, an Vicariatus Apostolici?

II. Die 14 Decembris 1927 ILE 7971. S Teresia a lesu Infante Patrona declarata est peculiaris Missionariorum omnium, sive virorum sive mulierum, necnon Missionum ln toto orbe exsistentium; et quidem aeque principalis cum S. Francisco Xaverio « cum omnibus ?uribus et privilegiis bturgicis quae huic titulo conveniunt ».

Quaeritur an ex hoc. in locis Missionum atque in congregationibus Missionariorum, festum S. Teresiae a Ictu Infante celebrandum sit tamquam festum duplex primae classis cum octava communi et symbolo in Mis·

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commlis onli suffragio. omnibus perpensis, ita respondendum ernmit:

Ad I. Adhibeatur Calendarium Congregationis Religiosae *propnum* donec hicrarchia ecclesiastica Inibi fuerit instituta:

Ad II, *Affirmative,* in omnibus pro clero sacculari, sed sine octava pro clero regulari.

Atque ita declaravit atque rescripsit Die 23 Marti 1929.—C. Card. Laurenti, S. R. C. *Praef.* Angelus Mariant, S. *R. C. Secr.*

• Moderatori Generali Ccngr. Imm. Cordis Mariae (Mis^oran» rum de Schcut), Prot. N. C. 41 929: PrM 21 (1932) 34-35. AM PrM 21 (1932) 35-36.

1929 MAR 23.-SC RITUUM» RESP. PART.'

Dubia circa consuetudinem lavandi manus post missam

Dubium - Stanislaus Okoniewski, Episcopus Culmensis in Polonia, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, sequentia humillime exponit:

Apud sacerdotes vel scrupulose observantes sacrai Missarum caeremonias, extenditur magis magisque urus non lavandi in sacristia manus seu polices dg-.tos post Ss. Sacrificii celebrationem, ex eo praesertim capite quod nec Rubricae nec Decreta aliquid de tali ablutoze digitorum contineant. Humillimus Orator quaerit: Quaenam est mens Sacrae Rituum Congregationis in hac nateria?

Resp. - Culmen. Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, his precibus Revjzu Episcopi Culmensis respondendum censuit: ad *menltn.* Die 23 martii 1929.

Mens est: Consuetudo lavandi manus post para·menta a quolibet sacerdote Missam celebrante deposito, laudabiliter observatur et assumitur.—Angelus Mariani. S. *R. C. Secr.*

• Ordinario Culmenii: AKKR 109 (1929) 301.

892

1929 MAR 26 -SC SACR. INSTR. AAS 21 (1929) 631-03

Ad REVMOS ORDINARIOS DE QUIBUSDAM VITANDIS ATQUI OBSERVANDIS IN CONFICIENDO SACRIFICIO MISSAE ET IN EUCHARISTIAE SACRAMENTO DISTRIBUENDO ET ASSERVANDO

Dominus Salvator Noster pignus admirabile diumque maximum pro salute hominum gustissimum Eucharistiae Sacramentum instituens, ritque. ut ad Ipsum accederent praecipit illis verbis. « Amen. amen. dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam; et ego resuscitabo eum in novissimo die » (loan., VI, 54, 55).

Hinc est quod sancta Mater Ecclesia semper sollicita fuit fideles cohortari, ut caelesti hoc pane frequenter vescerentur, instar priorum christifi/dclium. qni – « erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus i (Act., II. 42): atque ad hunc finem Sacra Congregatio Tridentinis interpretandis legibus praeposita, die 20 Decembris anni 1905 Decretum edidit « De quotidiana SS Eucharistiae sumptione ». exordlens his verbis Sacri Tridcnltna *Synodus* (CICF n. 4326], cui Decretum accessit die 8 Augusti 1910 [CICF n. 2103]. ita incipiens Quam »ingulan h. S. Congregationis de disciplina Sacramentorum. « De aetate admittendorum ad primam Communionem cucharisticam ». Incitamenta etiam non laevia ad hunc salutarem usum fovendum praebuere eucharistici Conventus, a. s. m. Leone primitus constituti, quos undique solemni ritu concelebratos, mirum in modum et excitasse in populis fidem, atque fovisse pietatem compertum habemus.

Interca Ecclesia omne semper studium adhibuit, ne abusus in confectione, susceptione et asservatione tanti Sacramenti irreperent. Quapropter haec Sacra Congregatio disciplinae Sacramentorum praeposita, cum in suo officio explendo compererit, nd hanc rem quod attinet.

nonnulla haberi corrigenda, vel in usum esse revocandas leges aut praescriptiones latas, quae sequuntur decernere. seu edicere et declarare statuit, *primo* quoad cautelas servandas in paranda materia Sacramenti Eucharistici; *secundo* in Eiusdem susceptione seu administratione; tertio in Eodem asservando ultimo triduo maioris hebdomadae.

I. Cum enim idem Sacramentum, praeter formam, constet materia, oportet ut haec religiosissime in sua substantia servetur. Materia autem, quae ex divina institutione, verborum consecrationis vi, ad divinum Sacrificium ct Sacramentum Eucharisticum conficiendum inservit. duplex est, scilicet panis et vinum. De materiae substantia edicit Codex I. C. can. 815, § 1: « Panis debet esse mere triticeus et recenter confectus, ita ut nullum »t periculum corruptionis »; §2: « Vinum debet esse naturale de genimine vitis, et non corruptum ». Ideo conseqmtur panem ex alia substantia conflatum, vel illum cui tanta sit admixta quantitas a tritico diversa, ut iuxta communem aestimationem, tritici panem esse dici nequeat, materiam validam pro conficiendo Sacrificio et Sacramento Eucharistico haud constituere.

Item uti valida materia haberi nequit vinum, seu potius liquor, qui sit ex pomis aliisque fructibus eductus, vel chimicae artis ope elaboratus, quamvis vini colorem, eiusque quodammodo elementa continere edicatur, vel illud vinum, cui aqua maiore vel pari quantitate sit permixta. Imo uti dubia reputanda erit materia, nec proinde adhibenda, si, licet non maiore aut pari quantitate quaecumque alia substantia tritico aut vino com; misceatur, nolabilis tamen quantitas aliena sit ipsi
G3 admixta; nefas/ siquidem est tantum Sacramentum nulUtatis periculo obticere. Ad hunc finem convenit ut eiusmodi materiam parantes, ea pernoscant, quae Suprema Sacra Congregatio S. Officii decrevit die 4 Mail an. 1887, die 30 Iulii an. 1890. die 15 Aprilis 1891, die 25 Iunii an. 1891, et die 5 Augusti 1896 (CICF n. 1104, 1125, 1133. 1138, 1183]. Quae pressius ad rem nostram faciunt, referre praestat: « Episc. Carcassonen. eidem S. S. duo remedia proposuit, sive cum vineae abundantibus aquis inundantur, sive cum vinum ipsum transfertur. adeo ut debilitetur, vel facile corrumpatur: !♦Ut vino naturali addatur parva quantitas d'eau-derie ab ipsis proprietariis diligenter cum vino vero praeparatae (v. g. 15 vel 20 pro centum, et sic corruptionis periculum evitaretur; 2° Ut ebulliatur vinum usque ad (o altitudinis gradus; tunc enim refrigeratum, minuitur quidem quantum ad quantitatem, sed ab omni corruptionis periculo praeservatur. Et quaerebat utrum haec remedia licita essent in vino pro sacrificio Missae, et quodnam praeferendum, S. C. feria IV, die 4 Maii 1887 reposuit: « Adhibeatur vinum ebullitum » *(.Collectanea S. C. de Prop. Fide,* n. 1672, edit anni 1907).

Pariter ‹ Vicarius Apostolicus Tche-li in Sinis retulit: ‹ Cum difficile sit meracum emere vinum in Europa. et difficilius adhuc illud pretio haud modico comparatum in Sinas transvehere, quin in via fraude adulteretur, iam abhinc pluribus annis tutius, necnon facilius missionariis huius vicariatus visum est. vinum pro Missae sacrificio in hac ipsa regione confici. Uvae vero, quas in septentrionalibus partibus reperire est, sacchari quantitatem nimis exiguam continent; ex quo fit ut vinum ex his ad sacrificium Missae expressum. alcoolis portionem infimam tantum ad sacrificium Missae expressum, alcoolis portionem infimam tantum habeat, et propterea vix incorruptum asservari possit attentis praesertim diuturnis intensisque aestivi temporis ardoribus, corruptioni quam maxime faventibus. Tollitur incommodum, obtineturque vinum tuto servabile. necnon oculis, gustui, olfactuique haud ingratum, si centum libris uvarum mox contusarum addantur decem Lbrae *sacchari ex canna* (idest ex planta graminea, botanice *saccharum officinale,* gallice vulgo canne à sucre nuncupata), haecque massa deinde more solito fermentatur. Quae cum deferbuerit, ex centum libris mas-*ae* (novem sacchari libras iuxta exposita continentibus) obtinentur sexaginta septem vini librae, quae, ut ex g lc u lo chimico coniicere licet, practice ad summum quatuor libras cum dimidia (idest circiter quintam decimam ponderis totalis partem) alcoolis ex saccharo geniti continent Aliis verbis, supradicta operatione obtinetur vinum ex vite verum, cuius centum partes sex vel septem alcoolis hetcrogcnci, seu non ex vite producti admixtas habent... Nunc autem, aliquo exurgente dubio, quaeritur: Ie An haec praxis ad obtinendum vinum pro
04 Missae sacrificio tuta/ sit; 2° *An* valida; 3° Quid si huiusmodi vinum adhibitum fuerit in Missis ex iustitia ». S. C. reposuit die 25 Iunii 1891: ‹ Vino pro sacrosancto Missae sacrificio, addendum potius esse spiritum, seu alcool, qui extractus fuerit ex genimine vitis, ct cuius quantitas una cum ea. quam vinum de quo agitur naturaliter continent, haud excedat proportionem duodecim pro centum. Huiusmodi vero admistio fiat, quando fermentatio, sic dicta tumultuosa, defervescere incoepcrit, et ad mentem ». Mens est. si missionarii nequeant per se ipsos obtinere spiritum vini ex vino regionis, vino vel vinis regionis addant uvas passas, et faciant omnia simul fermentare ».

Si panis itaque vel vinum corrumpatur, vel alio modo substantialiter immutetur, pronum est substantias ex corruptis vel immutatis iisdem speciebus derivantes, haud amplius materiam aptam ad Eucharistiam conficiendam constituere posse. Hanc ob causam cavendum etiam ne vinum, quod pro Missae Sacrificio paratur, diutius in lagena seu amphora maneat, adeo ut facile acescat, neve aliquantulum aquae furtim eodem hausto, reliquo immisceatur.

Prolatis a legitimo ministro consecrationis verbis, ac valida adhibita materia, iam Christus Dominus sub utraque specie totus habetur, et quidem sub singulis cuiusque speciei partibus, prout Concilium Florentinum in condito pro Armenis Decreto declaravit, confirmavitque sacra Tridcntina Synodus (Sess. 13, can. 3); et iam pulchre Angelicus Doctor his verbis expresserat « memento tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur ». Hinc est quod rubricae Missalis romani sacerdoti litanti praecipiunt, ut. quoties aliquod hostiae fragmentum super corporale vel patenam forte decidat, vel digitis sit applicitum, diligenter illud colligat, etsi minimum etiam foret Unde nil mirum quod cx veteribus legibus graves in sacerdotem constitutae fuerint poenae, si eius negligentia gutta aliqua Dominici Sanguinis excidisset

Eapropter iam patet quanta ad tantum rite conficiendum Sacramentum impendi a sacerdotibus cura debeat. ut utraque materia, panis scilicet et vinum, omnimoda securitate comparetur, his praesertim temporibus, quibus inexplebilis lucri cupiditas plures proterve suadet, non pauca adulterare, quae, quin ipsi corpori alendo inserviant in perniciem potius eiusdem vertunt. Siquidem chimicae scientiae ope multa efformantur, germanam praeseferentia rerum speciem, substantia vero naturali destituta, vel aliquam substantiam fraudulenter alteri subrogando, quin facile fraus, etiam analysi adhibita, saepe detegi possit

lamvero ut quis certior exstet de vera panis vinique materia, quae ad tantum Sacramentum conficiendum omnino requiritur, potius profecto erit, nisi utramque Sacerdos apud se habeat domi confectam, eam ab illis/ 635
comparare, qui. optime de iis experti, triticum ipsum conterant, sive vinum ex vitis fructu exprimant; ct qui, omni suspicione maiores, tuto fidem facere possint, sese. quacumque fraude remota, vere hostias ex tritico solummodo confecisse, et vinum tantum ex vitis fructu, seu genimine expressisse.

II. In administratione Eucharistici Sacramenti non minor adhibenda sedulitas, no consecratarum hostiarum fragmenta pereant, cum in qualibet ipsarum, integrum Christi corpus adsit. Itaque curandum maxime ne fragmenta ab hostiis facile separentur, decidantque in humum. ubi, horribile dictu! sordibus permixta, pedibus proculcantur.

Ad haec igitur praecavenda postulat necessitas, ut hostiae apte etiam conficiantur, et quidem ab iis. qui non solum honestate praestent, sed etiam ipsis conficiendis sint experti, idonel^quc instrumentis instructi. Hinc est quod quibusdam in locis cum munus hostias parandi, vinumque. pro Sacramento conficiendi, laudabili consilio, religiosis utriusque sexus sodalibus commissum fuerit, res prospere cessit

Quod autem in Missalis rubrica sacerdoti altare petituro praecipitur, videlicet ut m apparando calice, fragmenta, si quae hostiam circumstent, caute amoveat, id ipsum peragere expediens erit, antequam particulae, quae communicandis Christi fidelibus inserviunt, in pyxidem ab eo. ad quem spectat collocentur; atque hunc in finem prudens erit easdem particulas non accrvatim in pyxidem iniicere. sed singulas in eadem apte disponere.

Quo facilius sacerdos ex corporali fragmenta colligat, oportebit ut hoc frustulis careat. quae ex accensis super altare cereis excidere saepe solent, cum, istis permixta, aliquando haud facile discriminari queant. Studendum

itaque, ut idem corporale, sanctissimum Christi corpus excepturum, candidum iugiter servetur, et quaevis ab eo macula absit; itemque munda sint oportet sacrae mensae mantilia, palla, atque linteolum, quod ad detergendum calicem adhibetur.

Ne autem fragmenta in humum decidant quoties sacerdos Christi Corpus fidelibus praebet, sive ipsa directe, sive ex distenta mappa prolabantur, prudentissime dimidio fere praeterito saeculo mos fuit inductus, parva utendi patina, ex metallo confecta, subter eorum mentum apponenda. Facilius siquidem ac tutius, quam super protensa mappa, eadem fragmenta in illa sistunt, faciliusque pariter a sacerdote cerni colligique possunt. Et ipsa sacra Congregatio, luendis praeposita Ritibus Ecclesiae, cum super hoc, die 16 Martii an. 1876 percontata fuisset, nullum contrarium emittens iudicium. respondit: ‹ non esse interloquendum › [Gardellini n. 56581, unde idem mos pluribus in regionibus vigere
635 coepit, et late se diffudit

Alia causa dispergendis Eucharistici Sacramenti fragmentis, facile haberi potest, cum, peculiari aliqua circumstantia, sive ex Apost, Sedis induito, sive facta locorum Ordinariis facultate, ex iure id permittendi, sub dio Missa celebratur, flantibus interdum ventis. Ad praecavendam fragmentorum dispersionem, curandum erit quod altare, ubi Missa erit litanda, tribus e lateribus. tabulis tegatur; vel tentorium adsit super altare obductum, et ad tria eius latera descendens in formam aediculae, quo ipsum altare a ventis protegatur, vel alia ratione id fiat, consentanea cum reverentia tanto mysterio debita.

III. Quoad asservatîoncm Sacramenti Eucharistici ultimo triduo maioris hebdomadae» hoc adservatur ad Missam Praesanctificatorum celebrandam, et ad Communionem infirmis dandam.

a) S. Hostia pro Missa Praesanctificatorum. adservanda est in sacello intra Ecclesiam, quo pulchrius fieri potent, ornato luminibus, velis, non nigris tamen aut lugubribus, et floribus, sine reliquiis aut imaginibus sanctorum vel Beatissimae Virginis et S. loannis Evangelistae, remotisque statuis, scenas Passionis repraesentantibus.

Capsula autem seu arca, ubi calix cum S. Hostia est reponendus, ita sit confecta, ut calix adorantibus nullimode pateat, et obseretur clave; super ostiolo capsulae, sigilla apponi non licet Id statuitur Rubricis Missalis Romani et decretis S. C. Rituum.

Ex S. Rituum Congregationis decreto N. 3939, « Romana › haec habentur: ‹ Utrum liceat ad exornandum praedictum altare (sepulcri) adhibere statuas aut picturas. nempe Beatissimae Virginis, S. loannis Evangelistae, S. Mariae Magdalenae el militum custodum, a Basque huiusmodi? › Resp. ‹ Negative. Poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare: caveant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur » (15 Decembris 1898).

Et n. 2873, ‹ Narnien. »: « Cuinam tradenda sit clavis ostioli supradicti * (Arcae in qua asservatur SS. Sacramentum Feria V in Coena Domini)? Resp. ‹ Iuxta alia decreta. Canonico vel Sacerdoti in crastinum celebraturo » (7 Decembris 1844). Cui decreto consonant decreta sub numero 635, 813, 912. 2335. 2830, 2833, 2904 et 579.

b) Pro Communione infirmis danda, in Ecclesiis parochialibus, aliisque. a quibus accipi solet Sanctissima Eucharistia, servandae sunt aliquae particulae consecratae in pyxide, circa cuius reposilioncm haec serventur. Iuxta mentem Rubricarum ista extra Ecclesiam esset reponenda, sc. prope Sacristiam. in loco opportuno et apto, ubi congrua cum reverentia adservandum erit Sacramentum, non tamen fidelium adorationi exposi-
07 tum. sed tantum,/ communionem infirmis ministrandi causa custoditum. Huiusmodi locus opportunus et aptus est capella, seu sacellum prope Ecclesiam, vel ipsum sacrarium. aut aliquod parvum conclave sacrarii tutum et decens; aut etiam locus decens in parochiali domo, a domedicis ct profanis usibus seiunctus. et a quocumque irreverentiae periculo remotus. Ibi parandum est tabernaculum clave obierandum. lampade coram eodem Iugiter ardente, et repositio ipsa Ecria V facienda est

Ubi vero huiusmodi aptus locus non habeatur, sacra pyxis adservanda erit a Missa Feriae V ad Missam Pr.ieranctificatorum ipso in ‹ Sepulcro ». uti communiter appellatur, post calicem; a celebrata autem Missa Praesanctificatorum ad Missam Sabbati Sancti, in aliqua remotiore et secretiore capella ecclesiae, ibique lampas accensa maneat. Si autem nullus, praeter «sepulcri » sacellum. locus aptus habeatur, pyxis in ipso sepulcro, usque ad Sabbatum Sanctum remaneat Laspas ante Sepulcrum accendatur, extinctis ceteris luminibus, iis etiam sublatis, quae ad ipsius ornatum fuerat apposita. Quod si in aliqua ecclesia Coenae Domini lemnia non habeantur, sacra pyxis suo in altari leniri poterit usque ad solis occasum eiusdem Feriae V; posthac usque ad Sabbatum Sanctum, in aliquem *n* supra indicatis locis erit collocanda.

Prudentiae cetcroquin Episcoporum erit, quotes enascatur difficultas in harum praescriptionum observantia. quaenam sint aptiora loca ex enunciatis ad cumdem finem, diiudicarc, et si non parvi super eadem re irrepserint abusus, ut sedulo isti removeantur, curare.

Quapropter Sacra Congregatio in plenariis Comitis die 23 Martii 1929 habitis, omnibus mature perpensis et discussis, Rfnis Ordinariis haec praescribenda esse censuit:

1. Ordinarii, attentis animadversionibus, praecepti et decisionibus supra expositis, ea quamprimum statuant, sedulissime servanda a Rectoribus ecclesiarum, et sub horum ductu ab aliis altari inservientibus, ut omne nullitatis periculum a Sacrificio altaris amoveatur, et omnis irreverentiae occasio arceatur.

2. Curent proinde ne m singulis dioecesibus vel civitatibus aut oppidis, pro natura locorum, idoneae ¢esii personae, omnique suspicione maiores, praesertim religiosi utriusque sexus sodales, a quibus ecclesiarum rectores utramque Sacrificii et Eucharistici Sacramenti materiam, nisi apud se habeant, comparare possint, tuta conscientia adhibendam.

3. Item circa ea quae hostiarum confectionem spectant, iidem rectores advigilare debent, ne in istis fragmenta facile haerentia maneant, efficiantque ut, antequam Missa litetur, caute ac sedulo ea amovean/tur. et Q saltem cribro leviter excutiantur, si ingens hostiarum numerus parandus erit.

4. Pervigilem adhibeant ipsi curam ut hostiae connisi recenter confectae consecrentur, et sacrae particulae, in pyxide adservatae. frequenter renoventur (Can. I. C. 1272, et Rit. *Rom.,* Tit IV, cap. I. n. 7); ad quem finem studeant ut tabernacula, ubi sacra collocatur Eucharistia. quantum fieri poterit, ab humido vel a nimio rigido aere sint defensa: humore siquidem exstante, facile hostiae marcescunt, algore autem friabiles fiunt

5. In diribenda fidelibus sacra Communione, praeter, ante communicantes extensum, linteum albi coloris, iuxta rubricas Missalis, Ritualis, et Caeremoniahs Episcoporum, patina erit adhibenda, argento aut metallo inaurato confecta, nullimode tamen artificiosa arte intus exsculpta, quae ab ipsis fidelibus subter eorum mentum erit apponenda, excepto casu, quo sacra Eucharistia ab Episcopo ministratur, vel a Praelato Pontificalibus Utente. vel in Missa solemni. adstante sacerdote vel diacono, qui patenam subter communicantium mentum teneat

6. Monendi sedulo erunt fideles ne, dum suo apponunt mento patinam, et Sacerdoti dein tradunt, aut alteri fideli eam porrigunt, ita eamdem flectant aut invertant, ut. si quae adsunt, fragmenta decidant et disperdantur.

7. Fragmenta autem quae in patina post sacram fidelium Communionem exstabunt, quoties haec intra Missam fuerit diribita, tn calicem sedulissime, digiti ope. iniiciantur. in pyxidem vero, si extra Missam sacn Synaxis a fidelibus recipiatur.

Mens autem Sacrae Congregationis non est eas reprobare patinas, cuiusmodi demum sint formae, quae modo adhibentur quibusdam in Ecclesiis, dummodo ex metallo sint confectae, et intus non sculptae, quaeque sint aptae sacris fragmentis colligendis.

8. Ordinarii denique satagant ut ecclesiarum rectores diligentissime munda servent altaria, una cum sacris supellectilibus. Illa praesertim quae sacris Speciebus excipiendis inserviunt, et sciant super observanti praefatarum praescriptionum graviter onerari eorum conscientiam.

9. Quoad asservandas sacras particulas, infirmis ministrandas postremo hebdomadae sanctae triduo. Ordinarii locorum perspectam habeant Rubricarum et Decretorum Sacrae Congregationis Rituum intentionem; scientes easdem asservari non ad publicam venerationem. imo hanc prohiberi; tamen magnopere satagendum esse, ut Eucharistiae Sacramento» habita in primis

ritione loci, non desit obsequium congruentis honoris et decoris.

Exfii Patres praeterea mandarunt ut locorum Ordinarii. intra annum a recepta hac Instructione, S. H. Congregationem certiorem reddant de his/ quae decernere censuerunt, in exeeutionem praescriptionum heic contentarum, et ad abusus forte inolitos convellendos.

In Audientia diei 25 Martii 1929 Ssrïius D. N. Pius Pp. XI. audita relatione infrascripti Secretarii H. S. Congregationis, eamdem Instructionem approbavit atque edi iussit, mandans ut mittatur ad omnes locorum Ordinarios et Praelatos regulares, ad hoc, ut sacerdotibus et religiosis sodalibus respective eam ipsi communicent

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Congregationis de Sacramentorum disciplina, die xxvi eiusdem mensis, anni mdccccxxlx—M. Card. Lega, *Praef.* D. Jorio, *Secr.*

ADNOTATIONES

1. Iucundo sane animo conspicere nobis licet quanta ilacnUte nostris hisce temporibus adauctus sit cultus erga SsAum Eucharistiae Sacramentum, post habitos undique coetus celeberrimos, recolendae tam salutiferae tamque mirabili institutioni, quae miram Iesu Christi caritatem in hominum salutem tam praeclare prodit. " Nihil enim efficacius — monebat Summus Pontifex Leo XIII — catholicorum animis excitandis, tum ad fidem strenue profitendam. tum ad virtutes Christiano nomine dignas exercendas, quam ut alantur et acuantur studia populi in admirabile 12ud amoris pignus, quod pacis vinculum est atque unitatis " (ex Brevi Prouidentissimus *Deus* diei 28 Novembris 1897) IASS 30 (1897-98» 280-2821.

2. Nil mirum itaque quod idem Pontifex stimulos addere Eur.quam destitit, ut eucharistici coetus in pluribus orbis terrae partibus haberentur. Huc spectant Litterae ab eodem datae die 16 Maii anni 1831, cum primus habitus est eucharistlcus diversarum nationum conventus in Insulensi civitate, a die vicesima octava ad diem tricesimam Iunii anni eiusdem, quibus hanc ob rem, suam expromebat laetitiam, et omnibus qui eidem conventui interfuere Apostolicam benedictionem speciali affectu Impertitus est. Quin imo die vicesima secunda Augusti dicti anni praesidi eiusdem coetus de hoc ei referenti, epistolam misit, qua ad magis magisque eiusmodi adaugendos coetus incitamenta praebuit his verbis: " Instate igitur, dilecti filii, operi vestro; novos semper ei addicite sodales; propagate institutionem cui estis addicti, ct in omnibus excitare conamini caelestem cari/Utis ignem, quem Christus venit mittere in terram, et quem per Eucharistiae sacramentum praesertim incendi voluit ".

3. Die etiam 28 Maii anni 1892 [1902] epistolam encydicam ad omnes Orbis Episcopos misit, *de Sanctissima Eucha*rirtifl, culus initium *Mirae caritatis* inscribitur [ASS 34 (19)1-02) MI-654J.

4. Summus pariter Pontifex Pius X aiud, numquam satis celebrandum, edi decretum iussit die 20 Decembris anni 1905 [ASS 38 (1905-06) 400-406], quo SS. Eucharistiae quotidianam sumptionem fidelibus commendavit, et ad cam sancte et salubriter recipiendam opportuna praecepta dedit. Die insuper septima (8) Aug. anni 1910. ut aliud ederetur decretum (AAS 2 (1910) 577-583] voluit, aetatem respiciens, qua ad primam Eucharisticam Communionem forent admittendi pueri puellaeque. statuens quoties ad discretionis annos, seu ad initium usus rationis pervenerint, eis sacram Crmmunfonem ministrari posse et deberi.

5. Utrumque decretum confirmatum fuisse scimus a Summo Pontifice Benedicto XV Rescripto edito a Secretaria Status ex Audientia diei 26 Iunii 1916 (AAS 8 (1916) 217], cui titulus *De Eucharistica puerorum utriusque teris communione ad mentem Summi Pontificis dic 30* r.outi Iulii aolemni ritu *promovenda (Act. Ap. Sedis,* vol VHT). occasione qua generalis puerorum Communio indicta tat. ut exitiale bellum, quo fere tota Europa tam saeve divexabatur, tandem aliquando desineret, istaque conquiesceret. Praestat eiusdem tenorem referre: " SsiTUis D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV. cui nihil antiquius, quam ut pte inviolateque serventur decreta Sacra *Tridentina Synodus* [ASS 38 (1905-06) 400-406] et *Quam sin:* culcri [AAS 2 (1910) 577-583], fel. rec. Decessoris sui Pa X iussu edita, referente me infrascripto Cardinali a Secretu Status, cum prope adsit alter luctuosissimi eventi lumversanus dies, id mandare dignatus est. quod sequitur: " *annes* ct singuli in Europa locorum Ordinarii summopere curent. ut, in Ecclesiis et Oratoriis suae cuiusque dioecesis, die 30, qui dominicus est. proximi mensis Iulii, pueri utriusque sexus universi ad mentem Beatissimi Patris, sollemniore quo fieri poterit ritu, ad Sacram Synaxim accediat Contrariis quibusvis minime obstantibus

6. Postremo Summus Pontifex Pius XI, quo Supremo Ductore fruimur. ad magis magisque eumdem cultum fovendum augendumque erga Ssffiam Eucharistiam, die vicev.ma quarta mensis Mail anni 1922, decimum sextum coetum inter nationes solemniter auspicatus est. eidemque adtaL Satis autem cognita sunt ea quae idem Summus P^r.tifex in Allocutione habita die decima septima Décembre elapsi anni 1923 (AAS 20 (1928) 405-408] de eiusmodl eucharisticis coetibus edixit: " Ecquis ignorat quantopere ceteri qui acti sunt ex nationibus omnibus Congressus Eucharistici, quamque mirum in modum contulerint ad fidem in populis excitandam, ad fovendam pietatem, ad Christianae denique vitae usum instaurandum? 7

7. Die autem 20 Decembris mensis, eiusdem anni, occasione qua annum quinquagesimum ab inito suo sacerdotio auspicatus est. parvulis Oratorii S. Petri. Christi corpus primitus suscipientibus amantissime praebuit.

8. Die denique vicesima quinta Iulii huius labentis anni, ut benignissimo Deo gratiae agerentur pro inita inter S. Sedem atque Italorum regem conventione, exoptatae inter utramque potestatem pacis nuntia, iucundissime evenit, gratissima omnium recordatione, nunquam e memoria delenda. communem vespertinis horis conspicere Patrem, diuturnum post tempus, ex Basilica omnium maxima S. Petri in apertum solemnissima prodeuntem pompa, quem frequentissimi excellentissimorum ordinum vin comitabantur, quamplurimls etiam sacri ordinis alumnis incedentibus. Eacisque Hostiam ferentem, ingenti populi multitudine praeletitia gestiente, adeo ut miti spirante acre, atque occasu veluti cunctante, natura Ipsa ob singularem eventum laetari videretur.

9. Dum itaque maxime laetandum quod ex huiusmodi excitato studio erga Ssrtiam Eucharistiam uberes capiantur fructus, prudentia suadet ut pericula irreverentiae erga tantum Sacramentum arceantur. Ad hunc iir.em haec sacra Congregatio de Sacramentis, cui munus commissum est Sacramentorum tuendi disciplinam, illorum memor quae sive iuris canonici Codex, sive Concilia, sive Tridentina praecipue Synodus, in recipiendo tanto Sacramento praecipiunt, hanc edi Instructionem curavit. Quanta siquidem reverentia idem Sacramentum tractari et suscipi debeat. Catechismus romanus ex decreto sacrosancti Concilii Tridentini editus his praeclaris enuntiat verbis: " Quemadmodum cx omnibus sacris mysteriis, quae nobis tanquam gratiae certissima instrumenta Dominus Salvator Noster commendavit. nullum est. quod cum sanctissimo Eucharistiae Sacramento comparari queat: ita etiam nulla gravior alicuius sceleris animadversio a Deo metuenda est, quam si res. omnis sanctitatis plena, vel potius quae ipsum sanctitatis auctorem et fontem continet, neque sancte, neque religiose a fidelibus tractetur * (Dc *Eucharistiae Sacramento,* caput IV).

10. Ad sancte itaque tractandum, religioscque suscipiendum divinum sacramenum, eadem sacra Congregatio iure optimo normas hac Instructione praebere studuit, respicientes tum altare, in quo sanctum Sacrificium perficitur, tum mensam, in qua Eucharistia sumitur, tum tabernaculum, ubi sacra custoditur hostia, tum materiam, qua idem conficitur, panem scilicet et vinum, quorum pnmus triticeus esse debet, alterum e genimine vitis eductum. Horum itaque confectio ad quodvis invaliditatis et irreverentiae periculum avertendum sedulo curanda, quemadmodum ipsa man/tilia. quibus altare tegitur, ct alia, quae inibi adhibentur, integra mundaque sint oportet

11. Eadem ratione sacra Congregatio altaris administros urgere non desinit, ut in sanctissima Eucharistia fidelibus diribenda periculum dispergendi fragmenta amoveant, ideoque praecipit, ut in ea ministranda patina adhibeatur. Itemque caveant ut triduano mortis D. N. I. C. tempore, decenti custodiae Ssfliae Eucharistiae consulatur, eam scilicet sancte religlosequc servando.

12. Prudenti vero parochorum industriae relinquitur, ut in Ecclesiis magnarum praesertim urbium, altare ubi tabernaculum collocatum est. Sanctissimum excipiens Sacramentum. prae coeteris indubio et conspicuo signo facile a fidelibus dignoscatur, irreverentiam etiam vitandi causa, ipsosque ad hunc finem hortentur, ut Ecclesias Ingressuri, potiorem, uti par est, cultum Eidem praebeant.

13. Rogantur denique iterum iterumque Rfhi Ordinarii tum locorum tum personarum, sacerdotesque utriusque Cleri, ut diligentissime efficiant, ne aliquid ex ils quae in hac Instructione statuta sunt, ad sancte religioscque Sacramentum tractandum, in irritum cedat, cum detrimento Eiusdem. cui caetera referuntur sacramenta, et prout Ssffius Dominus Noster Pius Papa XI suprema Sua auctoritate, ut haec omnia serventur, sanxit—D. Jorio. Secr.

Adn. D. JORIO in AAS 21 (1929) 639-642; I. PAUWELS in PrM 18 (1929) 305-314 el In NrT 57 (1930) 58-64; CLIP 54 (1940) 97-98; ME 41 (1929) 328-330.

893

1929 MAR 27.-SC SACR.» NORM. AAS 21 (1929) 490-193

Normae observandae in processibus super matrimonio RATO ET NON CONSUMMATO AD PRAECAVENDAM DOLOSAM PERSONARUM SUBSTITUTIONEM

In procesibus conficiendis super matrimonio rato et non consummato aliquando malo fato evenire potest, quod quis coram tribunali ad deponendum, aut ad se subiiciendum peritorum examini physicorum sistens, alteram personam in ius vocatam, aut quomodohbet in

processu partem habentem, dolo substituat Praesertim in magnis urbibus, ob tam facilem et frequentem de uno in alium locum transmigrationem, hoc facinus est praecavendum.

Haec Sacra Congregatio proinde de sanctitate tanti Sacramenti sollicita, et ne judicialis inquisitio ad fraudes potius texendas quam ad veri/tatem dignoscendam
491 inserviat in huiusmodi processibus has normas servandas esse decrevit

1. f 1. Officiales huiusmodi causis instruendis praepositi in processus instructione de identitate personarum, quae in tribunali sistunt et in primis oratoris partisque conventae, diligenter inquirant; et ad hoc expostulent appositum documentum a potestate ecclesiastica aut civili rite confectum, in originali aut in authentico exemplari in actis asservandum.

i 2. Authenticum exemplar, si singulas personarum notas in huiusmodi documentis signari solitas referre non valeat, ut puta imaginem arte photographica expressam. eas tamen sedulo referat, quae unam personam ab alia non aequivoce distinguant

f 1 Quod si huiusmodi documentum haberi non possit, per al:a aequipollentia documenta, vel per testes, in tuto ponatur personarum identitas: et huiusmodi documenta aut attestationes in actis pariter serventur.

f 4. Si vero iudex instructor aut vinculi defensor aut actuarius probe noscant oratorem seu oratricem aut partem conventam, praetermisso apposito documento identitatis, de certa qua pollent notitia ipsorum in actis fidem faciant

2 In iudiclali continuanda inquisitione caedem cautelae serventur quoad testium personas et peritorum quoque, seu obstetricum.

3. Huiusmodi cautelas studiosius, prouti qualitas personarum expostulat observare oportet quoties aut orator, aut pars conventa, aut testes aut periti ex commissione rogatoria apud aliam Curiam excutiendi sint

4. 5 1. Quoties orator vel pars conventa physicum experimentum subire debeat documenta de personae identitate iam in actis asservata, aut eorum exemplaria dentur peritis aut obstetricibus, ut ipsis bene explorata sit persona examini subjicienda.

I 2. Quoties periti, obstetrices aut matrona, respective, quodam in examine partem habentes, personam explorandam personaliter cognoscant, adeo ut sit supervacaneum praefata documenta transmittere, de hac circumstantia in actis fides fiat.

$ 3. Peracto examine, dum peritis aut obstetricibus consueta interrogatoria fiunt, ad comparendum coram tribunali citetur etiam persona examini subtecta, ut de personae identitate Interrogationes ei appositae fiant

I 4. Quod si persona comparere nolit aut non possit de identitate ipsius experimento submissae aeque fiant interrogationes, habita ratione tum peritorum relationis, tum documentorum, quae ad hunc finem transmissa fuere, ut dictum est in 4 1.

5. Huiusmodi cautelae severius, prout casus feret, erunt observandae, si experimentum habeatur apud
4®2 allim Curiam ex mandato rogatorio./

6. Fieri potest quod nonnullis omissis cautelis, vel iisdem non rite observatis, aut non satis proficientibus, substitutio personae dolosa accidat ct detegatur, idque contingat:

1· processu adhuc durante:

2® clauso processu sed nondum Romam transmisso;

3· processu iam Romam transmisso.

!♦- I 1. Processu adhuc durante, iudex inquirat an orator seu oratrix aut pars conventa substitutionem procuraverit; et si hanc pars oratrix comparaverit, et conventa non se opponat, audito vinculi defensore, decernat partem oratricem iure decidisse instantiam ulterius producendi, et hoc apposito decreto declaret, in actis asservando.

! 2. Si pars conventa se opponat, iudex, aeque audito vinculi defensore, statuat utrum et quibus adhibitis diligentiis sit ulterius procedendum.

5 3. Quod si pars conventa sibi comparaverit dobsam substitutionem, iudex. audito oratore scu oratnet et vinculi defensore, edicat quid in casu praestanto sit ad fraudis effectus penitus removendos, et factorwn veritatem stabiliendam attentis omnibus casus circumstantiis.

S 4. Si pars oratrix et conventa in dolosam subittutionem conspiraverint, processualem inquisitionem haud ulterius procedere posse declaret et decernit iudex, eidemque finem imponat

§ 5. Parti oratrici, quae facti poenitens se excuset, et novis adductis argumentis petat ad ulteriora procedi, iudex instructor, re collata cum defensore vinculi, habita ratione praecipue novarum deductionum, et alterius fraudis omni excluso periculo, poterit annuere, decernendo ulteriorem instructionis prosecutionem.

§ 6. Si substitutio dolo facta sit non a parte ontrice aut conventa, sed ab alia persona, iudex statuat accedente defensoris vinculi consilio, quomodo frauda effectibus consuli possit, ne veritas aliarum attestationum, aut totus processus labefactetur.

2° - § 1. Detecta dolosa substitutione, et clauso iam processu, at Romam nondum transmisso. Ordinarius, audito iudice instructore et defensore vinculi statuat utrum ex dolosa substitutione sua vi destituatur integer processus. aut tantum ex quadam parte; et utrum expetat per actorum supplementum occurrere dolosae substitutionis vitio.

§ 2. Casu quo dolosa substitutio acciderit ad impetendam oratoris aut oratricis intentionem, adeo ut eamdem magis confirmari praesumi liceat. Ordinarios in transmittendis actis Romam, rem distincte explicet et declaret

5 3. At non semel expediens erit, servatis servandis, ut acta processus ulterius compleantur, ad facta clarius explicanda./ i

3® Quoties detegatur dolosa substitutio, processu iam Romam transmisso. Ordinarius satagat illico ad tare Sacram Congregationem transmittere suas animadversiones, audito iudice instructore et vinculi defensore, referens singulas circumstantias facti, et praesumptam causam fraudis et occasionem.

7. Ad compescendum huiusmodi facinus, indices instructores et Ordinarii prae oculis habeant praescripta canonum 1743 § 3°. 1755 § 3° et 2362 eaque applicat, congrua congruis referentes.

In his edendis normis, mens est huic Sacrae Congregationi. ut hae censeantur quid unum efficere cum Regulis editis die 7 Maii 1923 [LE 5131; quae iam ubera fructus attulerunt in processuum instructione super matrimonio rato et non consummato, atque maiores b posterum allaturas esse sperare fas est. si istae exactius in usum forensem traducantur et intimius perspicatur earumdern intentio, quae plurimum in partium ac testiua bona fide fundatur; haec autem asseritur et confirmatur per iusiurandum. quo in praestando, maxime partes exploratum et sibi firme persuasum habere debent. tantummodo veritati obsequendum esse, ne animabus suis, et forte filiis, malum paene irreparabile inferant Hoc sedulo iudex explicare et inculcare nusquam praetermittat

Cum porro Emi ac Revrni Patres Cardinales Sacne Congregationi de disciplina Sacramentorum praepositi, praefatas normas maturo examini subiecissent in plenariis Comitiis diei 23 martii c. a. easdem probarunt et publici iuris fieri, si ita SSmo placuerit rescripserunt SSmus autem D. N. Pius Papa XI, in Audienti die 27 Martii 1929 habita ab infrascripto Secretario S. C., haec omnia adprobare et confirmare dignatus est

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Sacrae Congregationis. die 27 Martii 1929.—M. Card. Lega. Episcopus Tusculanus, Praef. D. Jorio, *Secr.*

Adn. J. CREUSEN in NrT 56 (1929) 678: A. VERMEERSCH h PrM 18 (1929) 222-225.

894

1929 APRILIS 11.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM LUSITANIA. AAS 21 (1929) 837-340

CONVENTIO INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM LUSITANAM DE DIOECi MELLAPORENSI

ACCORDO FRA LA SANTA SEDE E IL PORTOGALLO PER LA DIOCESI DI MELIAPOR

La Santa Sede e il Governo Portoghese, per eseguire quanto è disposto neU'Articolo IV0 dell'Accordo stipulato il 15 Aprile 1928, e ratificato il 4 [3] Maggio dello stesso anno (LE 835. 8381. hanno nominato Plenipotenziari rispettivamente Sua Emlncnza Revnïa il Signor Cardinale Pietro Gasparri, Segretario dl Stato di Sua SantiÜ; e Sua Eccellenza il Signor Dott Augusto de Castro Sampaio Corte Real, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario, i quali, sotto riserva di ratificazione, sono convenuti circa i seguenti punti per la definitiva sistemazione territoriale e giurisdizionale della diocesi di S. Tommaso di Meliapor nelle Indie Orientali.

Art. I. La diocesi di San Tommaso di Meliapor ronsterà d'ora in poi soltanto di due distinti e separati territori continui: quello di San Tomé e quello di Tanjore, Ingranditi come è determinato negli articoli seguenti, e con esclusione di tutte le altre parrocchie sparse nei territori di altre diocesL

Art. Π. Nella parte di Tanjore, il territorio continuo della diocesi di Meliapor viene esteso verso occidente, con l'aggiunta dei due *taluki* di Alangudi e di Tirumayam nello Stato di Pudukkottah appartenenti fin qui alla diocesi di Trichinopoly dalla quale vengono dismembratL

Lo stesso territorio di Tanjore viene ingrandito nella sua parte settentrionale con l'aggiunta: a) della porrione del *taluk* di Nannilam che si trova a nord del fiume Vettar; b) del *taluk* di Mayavaram; c) del *taluk* di Shiyali, nonchè d) di quelle parte del *taluk* di Chidambaram, nel distretto del South-Arcot, la quale si trova a sud del fiume Vallar: territori ora appartenenti alia diocesi di Kumbakonam, dalla quale vengono distaccati.

Art. III. Nella parte di S. Tomé che si estende fino alla città di Madras, la diocesi di Meliapor viene ingrandita del territorio dell'Archidiocesi di Madras che chrtlmente fa parte del distretto di Chingleput e si trova a nord del fiume Palar e a sud del fiume Cooum restando cosl compresa nella diocesi di S. Tomé anche la parte della città di Madras posta a mezzogiorno di detto fiume Cooum, mentre, in compenso di detta cessione e a norma di quanto è stabilito nell'art. I di questo protocollo, le cinque parrocchie della diocesi di Meliapor sparse nella città di Madras a nord del fiume suddetto passano alTArchidiocesi di Madras stessa.

Art. IV. Pertanto a norma del presente protocollo, k parrocchie sparse fuori dei due territori continui di Meliapor e che vengono unite ad altre diocesi sono le seguenti:

Awoor, Cocumim. Dindigul, Madura, Malleiadipaty, Oriur, Nossa Senhora das Dores nella città di Trichinopoly e Muttupettah, che passano alia diocesi di Trichinopoly (la parrocchia di Venkatakulam resta a Meliapor con l'annessione del *taluk* di Alangudi).

Gurdalle, Manapad, Punnakail, Nossa Senhora das Dores de Tuticorin, e Vaippar. cedute alia diocesi di Tuticorin.

Boitakana, Bandel e Cinsurah, che passano alTArchidiocesi di Calcutta.

Nossa Senhora da Piedade nella città dl Dacca, Hashnabad, Tesgong e Nagory, che sono unite alia diocesi di Dacca.

Shibpur che passa alla diocesi di Chittagong.

Assumpçâo. Coraçâo de Jesus, S. Joâo, Refugio e Rayapuram, che passano alTArchidiocesi di Madras.

Quelle parrocchie poi che la diocesi di Meliapor riceve in compenso con il sopradescritto ingrandimento dei due territori contigui di Tanjore e S. Tomé sono le seguenti:

ACORDO ENTRE A SANTA SÉ E PORTUGAL ACERCA DA DIOCESE DE MELIAPOR

A Santa Sé e o Governo Portugués, em cumprimento do disposto no artigo IV do acordo celebrado em 15 de Abril de 1928 e ratificado em 4 de Maio do mesmo ano, nomearam plenipotenciarios respetivamente Sua Eminencia Revma o Senhor Cardeal Pedro Gasparri, Secretario de Estado de Sua Santidade; e Sua Excelencia o Dr. Augusto de Castro Sampaio Corte Real, Enviado Extraordinârio e Ministro Plenipotenciârio, os quais, sob reserva de ratificaçâo, concordaram nos seguintes pontos para a definitiva regularizaçâo territorial e jurisdicional da diocese de S. Tomé de Meliapôr, nas Indias Orientaes.

Art. I. A diocese de S. Tomé de Meliapôr serâ, de futuro, constituida somente por dois distintos e separados terri/torios continuos: o de S. Tomé e o de Tanjor, alargados como se determina nos artigos seguintes. e corn exclusâo de todas as outras paroquias espalhadas em territorios doutras dioceses. 333

Art. II. Na parte de Tanjor, o territorio continuo da diocese de Meliapôr é alargado para o ocidente. corn os dois *taluks* de Alangudi e de Tirumayam. no Estado de Pudukkottah. pertencentes até agora â diocese de Trichinopoly da quai sâo desanexados.

O mesmo territorio de Tanjor é alargado na sua parte setentrional a) corn a parte do *taluk* de Nannilam que se encontre ao norte do rio Vettar; b) corn o *taluk de* Mayavaram; c) com o *taluk* de Shiyali. e ainda d) corn a parte do *taluk* de Chidambaram, no distrito do South-Arcot, que fica ao sul do rio Vallar: territorios que fazem atualmcnte parte da diocese de Kumbakonam, da quai sâo desanexados.

Art. III. Na parte de S. Tomé, que se estende até â cidade de Madrasta, a diocese de Meliapôr é alargada corn o territorio da Arquidiocese de Madrasta que faz civilmente parte do districto de Chingleput e se encontre ao norte do rio Palar e ao sul do rio Cooum. ficando assim compreendida tambem na diocese de S. Tomé a parte da cidade de Madrasta, situada ao sul do referido rio Cooum. Em compensaçâo, porém, desta cedência e em conformidade corn o que se estabelece no art. 1° deste protocolo. as cinco paroquias da diocese de Me/liapôr, espalhadas na cidade de Madrasta. 339
ao norte do referido rio, passam pare a Arquidiocese de Madrasta.

Art. IV. Em conformidade corn o présenté protocolo, as paroquias dispersas fôre dos dois territorios continuos de Meliapôr, anexados a outras dioceses, sâo as seguintes:

Awoor, Cocumim, Dindigul, Madura. Malleiadipaty, Oriur, Nossa Senhora das Dores na cidade de Trichinopoly e Muttupettah, que passam para a diocese de Trichinopoly (a paroquia de Venkatakulam continua pertencendo a Meliapôr corn a anexaçâo do taluk de Alangudi).

Gurdalle, Manapad, Punnakail. Nossa Senhora das Dores de Tuticorin e Vaippar, cedidas a diocese de Tuticorin.

Boitakana. Bandel e Cinsurah, que passam para a Arquidiocese de Calcutta.

Nossa Senhora da Piedade na cidade de Dacca. Hashnabad. Tesgong e Nagory, que sâo unidas d diocese de Dacca.

Shibpur que passa para a diocese de Chittagong.

Assumpçâo, Coraçâo de Jésus, S. Joâo, Refugio c Rayapuram, que passam para a Arquidiocese de Madrasta.

Em compensaçâo, as paroquias, que a diocese dc Meliapôr recebe, corn a ampliaçâo dos dois territories continuos de Tanjor e S. Tomé, sâo as seguintes:

dalla diocesi di Trichinopoli: nel *taluk* di Alangudi, le parrocchie di Pudukkottai. Kottaikadu e la già nominata di Vekatakulam e, nel *taluk* di Tirumayam, la parrocchia di Samanasur;

dalla diocesi di Kumbakonam: nel *taluk* di Nannilam; Perumpannayur, Molancoody e Karaiyur; nel *taluk* di Mayavaram: Mayavaram, Manday, Pillavadanday e Tranquebar; nel taluk di Sbiyaly, la parrocchia di Erukoor e nel taluk di Chidambaram quella di Palayankottai;

dall'Archidiocesi di Madras: Purificazione e S. Teresa con due cappelle dentro la città di Madras; e Poonamallee. Pannur, Kilacherry, Sellampattida e Valaspuram, fuori della città.

Art. V. In considerazione delle particolari condizioni della parrocchia di Nagory, il Vescovo di Dacca, sotto la cui giurisdizione viene a trovarsi la suddetta parrocchia, ne sceglierà il parroco tra i sacerdoti portoghesi della diocesi di San Tommaso di Meliapor.

Art. VI. Il presente accordo si riferisce solamente alia giurisdizione episcopale, e non alla proprietà dei beni, dei tesori artistic!, delle scuole, ecc., portoghesi. che continueranno ad essere proprietà degli enti ai quali attualmente appartengono.

Art. VIL Tutte le disposizioni di precedenti documenti che fossero contrarie al presente protocollo s'intendono abrogate.

da diocese de Trichinopoly, no *taluk* de Alangudi as paroquias de Pudukkottai, Kottaikadu e a jâ Indicada de Venkatakulam e, no *taluk* de Tirumayam. a paroquia de Samanasur;/

da diocese de Kumbakonam. no *taluk* de NumJlam: Perumpannayur, Molancoody e Karaiyur; do *taluk* de Mayavaram: Mayavaram, Monday, Pillavadanday e Tranquebar; no *taluk* de Shivaly: a piroquia de Erukoor e no *taluk* de Chidambaram a de Palayankottai;

da Arquidiocese de Madrasta: Purificaçâo e SanU Tereza com duas capelas dentro da cidade de Madnjta; e Poonamallee, Pannur. Kilacherry, SellampatLda e Valaspuram fôra da cidade.

Art. V. Atendendo às especiaes circunstanciaj da paroquia de Nagory, o Bispo de Dacca, a cuja jurkdieçâo fica pertencendo a dita paroquia, escoiheri o respective paroco entre os sacerdotes portuguêsw da diocese de S. Tomé de Meliapôr.

Art. VI. O presente acordo reiere-se umcamesk a juridiçâo episcopal e nâo â propriedade dos bens, dos tesouros artisticos, das escolas, etc., portuguèses, que continuarâo a ser propriedade das entidadcs *ia* quaes atualmente pertencem.

Art. VII. Consideram-se revogadas todas as dispGsiçôes de anteriores documentes contrarias ao présente protocole.

Roma, undid Aprile mille novecento ventinove.

PIETRO CARD. GASPARRI. - AUGUSTO DE CASTRO SAMPAIO CORTE REAL

Ada. A. VERM££R5CH ia PrM 19 (1930) 133; Apoll. 3 (1930)93-96. V»d« RATIHABITIONEM sub die 1929 Iun. 29: L£ 913.

1929 APR 15.-COETUS CARD., RESOL PART.·

TARRACONEN.

HEREDITATIS

(Pou de Foxa - Em.mus Card. Vidal y Barraquer)

Die 16. mense augusto, anno 1921, defuncta est in Urbe Tarracona nobilis femina Eulalia de Sagarra y de 1'Espagnol. vidua Diegi de Foxà y de Vidal, quae, publico instrumento d:ei 26 mensis martii, anni 1920, heredem fiduciarium instituerat, eidem imponens Integram suam hereditatem ad pias causas fore rogandam (Cf. eius testamentum, p. 7 et Beqq).

Istius mulieris bona in tres partes distinguenda sunt: nempe alia quae in usum acceperat a sua socru. Maria Francisca Vidal y de Calderôn. cum obligatione tamen ea relinquendi fratribus et sororibus sui mariti, si adhuc in vivis essent, vel eorum filiis, si fratres et sorores mariti sui praemortui essent Eulaliae. neque haec filios reliquisset (Cf. testamentum matris Dm Diegi de Foxà. diei 23. mense augusto, anno 1886 pagg. 7. 8. 9). Haec autem bona constituebantur ab aedibus, ubi Domina Eulalia inhabitabat, necnon a supellectili, qua aedes instructae erant

Alia bonorum pars constituebatur ex eis quae Eulaliae reliquerat suus vir Dlegus Foxà. filius Mariae Franciscae Vidal de Calderôn. iam uxori a pluribus annis praemortuus (Cf. testamentum Diegi de Foxà. diei 26. mense iulio. anno 18M).

Tertiam denique partem bona ipsius Eulaliae constituebant

Cum Eulalia absque filiis defuncta esset, et ideo heredibus necessariis carulssct. libere disponere poterat, non tantum de bonis propriis, fed etiam de iis quae α marito acceperat Hic emm uxori absolutam tribuerat suorum bonorum per testamentum disponendi facultatem.

Eulalia igitur testamento diei 26 mensis martii anno 1920. bonorum omnium, quorum proprietatem habebat, heredem ex asse constituit sacerdotem Petrum Ccrdà y Socias, qui canonicus poenitenttarius erat Cathedralis Ecclesiae Tarraconensis, Si hic autem ei praemoreretur, duos alios heredes substituit, nempe cardinalem Franci«cum Vidal y Barraquer. Tsrraconae Archiepiscopum et Dominum Antonium Eliis y Buxidè. qui pro aeouall parte eius acciperent hereditatem. Hi duo resera Eulaliae successerunt, cum Dominus Petrus Cerdà y Socias, qui prtnr in testamento institutus erat, actrici praemortuus fuisset. Heredes igitur, recenwit» prius bonis omnibus mobilibus, quae Eulalia a sua socru Francisca de Vidal y de Calderôn tn usum acceperat, haec, una cum aedibus quas incoluerat, nepotibus D.ni Died tradiderunt quia Diegi tam fratres quam sorores lam decesserant cetera autem bona, iuxta testatricis voluntatem. erogaverunt

Dl. Diegi quinque nunc extant nepotes ex illius sorore, quae vocabatur Dolores; et hi sunt: Raphael. Josephus. Thomas, necnon Domina del Pilar et Domina del Resano. Qui. ut in bonis patrui sui succedere possent, contra Eulaliae testamenti validitatem agere ceperunt, asseverantes Euiaham non amplius compotem sui fuisse, cum tesuu fuenL Insuper conquesti sunt eo quod E.mus D.nus Cari. Franciseus Vidal y Barraquer non omnia eis restituisset bona, quae defuncta Eulalia m usum tantum habuerat a sua socru Francisca de Vidal y de Calderôn in usum acceperat tium Apostohcum apud Hispaniae Regem recurrerunt, petentes ut ad iudicium illum adducere possent. Nuntius, se Cardinalis Archiepiscopus sub hac accusatione maneret, obtinuit ut Summus Pontifex coetum Eminentisslmorum Pitrum Cardinalium institueret, qui de petitionibus fratna Pou de Foxà iudicium ferrent. Utraque pars libenter boc tribunal accepit, et istud arbitrum constituit, ut unico iod> clo. causam penitus definiret. Cardinales, ad dirimendam hanc litem a Summo Pontifice electi, fuerunt Petrus Gafparri, a secretis Status, Donatus Sbarretti. S. Congr. Corcilli Praefectus, et Augustus Sili. Praefectus Suprêmi Tribunalis Signaturae Apostolicae. Huius coetus a secretu electus fuit Fridericus Cattani Amadori. tunc auditor Sicrae Romanae Rotae. Nuntius Apostolicus Hispaniae, de hac electione notitiam actoribus tradens, nomen tertii Cardinalis electi fortasse erravit. Ita ut hi. loco Cardinalis SU. electum fuisse putarent Cardinalem Lega, qui antea Signaturae Apostolicae Praefectus fuerat. Ideo, cum coram Notario Sanchez Garcia stetissent, ut rite obligationem sumerent accipiendi sententiam Tribunalis, a Summo Postifice constituti, ille scripsit quod actores: M cada uno ea " nombre propio aceptan agradecldos ei Tribunal nob- " nico fonnado por los Emmos Cardenalcs Gasparri, Sbar- " rettl y Lega, para fallar en derecho en unica y definitiva ** instanda de conformldad a las leycs espanolis sobre la " demanda que presentan los exponentes contra el Exim. ~ Senor Doctor Don Francisco Vidal y Barraquer *.

At iam antea Dominus Joseph Pou de Foxà Roman se contulerat, personam agens fratrum sororumque suarum; ad Secretarium Tribunalis accesserat, et ab eo litterae exhibitae fuerant In quibus nominatim Cardinalis indicati enet qui Tribunal revera constituebant: ita ut Ille hanc syncrapham conscripserit: " Inspectis litteris Emmentissinu D> * mini Petri Card. Gasparri, a secretis Status eiusdem Sua- " mi Pontificis, quibus eligebatur Dominus Fridericus Cat- " tani Amadori Secretarius coctus Cardinalium «id iudiean- " dam causam de qua supra electorum, ego infrascr.ptus. " actor In causa, tanquam delegatus fratrum et sororum " mearum, scilicet: Raphaelis, Thomae de Aquino, Mirae " del Pilar et Mariae dei Rosario, polliceor probare atque " accipere dubiorum formulam pro disceptatione causse M de qua supra, ab eodem Domino Secretario propositam. " quae est sequens

1) " An constet de invaliditate testamenti Eulaliae de " Sagarra. viduae de Foxà. ab ea conditi die 26. mense " martio, anno 1920

2i M An constet E.mum D.num Cardinalem Francisram " Vidal y Barraquer possessionem adeptum esse bonorum " mobilium, quae Domina Eulalia in usum tantum habebat. neque haec omnia restituisse

Haec dubia ab ipso Secretario statim Eminentissimo Cardinali Vidal nunciata fuerunt, qui suum elegit advocatum in Urbe. Vincentium Sacconi ; altera vero pars elegit Advocatum Henricum Bcnvignati, et. die 14. mense decembri, eiusdem anni, coram eodem Secretario lis contestata est. Advocatus autem Eminentlsslmi Cardinalis tertium adiunxit dubium, scilicet:

" An fratribus ct sororibus Pou de Foxà actio competat " in exsu

Quod, cum de quaestione praeiudiciali agat, aliis quaesttonlbus praecedere debuit.

Postea Emus Cardinalis plura instrumenta ac testimonia tribunali exhibuit, ad probandum validitatem testamenti Eulaliae. necnon synopses seu catalogos bonorum mobilium, quae Eulalia a sua socru Maria Francisca de Vidal in usum acceperat, quaeque illa reliquerat et ipse Diegi nepotibus tradiderat. E contra fratres Pou de Foxà. ad quos onus probandi spectabat. Eulaliam invalide testatam fuisse atque Eminentissimum Cardinalem non omnia bona, quae ad eos pertinebant, restituisse, nullam prorsus probationem, nuliumque documentum attulerunt, nisi unum exemplar (et istud authenticatione carens) testamenti Diegi Pou de Foxà. Quae cum vidisset eorum advocatus, non multo post muceri suo renuntiavit, ita ut illi nullum amplius haberent in Urbe procuratorem. Cum Undem die 22, mense iulio, anno 1925, E.mi Patres, in hac causa ludlces. convenerint ut dubium solverent circa quaestionem praeiudicialem, ab Emo Cardinali Vidal propositam, perpendentes quod idem Cardinalis simul declarasset, se prorsus velle ut dirimeretur etiam quaestio de merito, ab adversariis proposita, circa validitatem testamenti Eulaliae de Foxà (ut videre est in secunda memoria, ab eius advocato edlU. pag. 8 et 9). quod fieri nequiret, si actoribus ius sUndi in iudicio denegatum fuisset, decreverunt:

" Quaestionem praeiudicialem praetereundam esse In casu. et ad dirimendas quaestiones, a fratribus Pou de Foxà propositas, esse deveniendum °.

E.mi Patres decreverunt etiam actoribus trium mensium spatium esse definiendum.

1) Ut documenta producerent ad sua asserta probanda*.

2) Ut advocatum vel procuratorem, in Urbe Roma domicilium habentem, eligerent, qui eorum iura tueretur;

3) Ut in arca Tribunalis Signaturae Apostolicae summam libellarum hispanicarum (vulgo pesetas) mille deponerent, ad expensas reficiendas parti, quae litem victura sit, quod lam ab E.mo Cardinali factum erat.

Litteris diei 29. mense iulio, anni 1925, haec decisio a Dno Secretario utrique parti rite communicata fuit. Actores, quin decreti praecepto ulli parerent, tempore eis concesso iam dllabente. exceptionem opposuerunt, affirmantes. sententiam nullius esse valoris. sive quia Tribunali judicanti competentia deerat, sive quia eadem sententia hispanicae legis procedendi normam non observabat. Affirmabant enim, coetui non adfuisse Cardinalem Lega ab eis probatum, sed in eius loco Eminentissimum Sili.

Pnusquam vero haec oppositio dirimi posset. EminenUssimus Card. Augustus Sili, qui a Tribunalis constituUonc ad hoc pertinuerat, e vita cessit Tunc a Summo Pontifice Cardinalis Michael Lega ei suffectus est. De hac substitutione partes contendentes a Tribunalis Secretario certioratae sunt : sed contra hanc elecUoncm Iterum actores Pou de Foxà exceperunt, quamvis causa relate ad dubia ab eis proposita, adhuc integra esset, quia nondum disceptata erat ideo Tribunal respondit quod de exceptionibus omnibus, ab actoribus propositis, ratio haberetur in die propositionis causae. Iterum autem iisdem praecepit, quod iam in sententia interlocutoria mandatum fuerat, scilicet: 1) quod documenta et probationes omnes producerent, quibus sua asserta demonstrarentur: 2) quod advocatum vel procuratorem. in Urbe domicilium habentem, constituerent; 3) quod In area Sacri Tribunalis summam hispanicarum libellarum (vulgo pesetas) mille deponerent, ad expensas litis saltem ex parte reficiendas oppositorl. si forte is victor futurus esset Ad quae praecepta adimplenda, scxaglnta dierum tempus praefinitum fuit.

Sed actores in extremo termino temporis sibi concesso (uti lam antea solebant), quin mandatis obtemperarent, vel aliquo modo sua asserta probarent, ad inducias nectendas, pertinaciter et obstinate in exceptiones oblidendas, iam antea allatas, perstiterunt.

Qua oe causa EminentIssimorum coctus iterum convocatus est. ut et de exceptionibus oppositis ab actoribus, deque eorum contumacia iudicaret. Qui die 13. mense octobrt. anno 1927, ad dubia, a Secretario Tribunalis proposita, srfllcet:

b * An admittendae sint exceptiones, ab actoribus Pou de Foxà propositae, in casu

2» " Et quatenus negative ad primum, an deveniendum iit ad iudicium In contumacia partis actricis. In casu “;

Ad primum dubium responderunt negative, seu relidendas esse omnes exceptiones, ab actoribus Pou de Foxà „propostas, utpote nullum fundamentum in Iure habentes “.

Ad secundum: ° E.mus Cardinalis Vidal y Barraquer possessor bonae fidei declaratur; ad Eumque omnes pertinent actiones, quae possessori bonae fidei a iure tribuuntur *.

Fratribus Pou de Foxà actio in petitorio relinquitur, de qua. iuxta leges civiles hispanici Regni iudicabltur.

lisdem vero actoribus praecipiebatur:

a) Ut intra nonaginta dies a receptione huius sententiae incidentals Domino Secretario mitterent documenta et probationes omnes, quibus eorum causa iudicari posset.

b) Si per testes aliquid probare vellent, id manifestare deberent. Non autem plus quam decem testes admittentur. Facultas tamen dabitur iudici instructori (a Domino Secretario eligendo) ut duos vel tres alios supra decem admitteret, si opportunum sibi videbitur.

c) Suum advocatum vel procuratorem, in Urbe Roma domicilium habentem, constituerent.

d) In arca Tribunalis Signaturae Apostolicae summam libellarum hispanicarum (vulgo *pesetas)* mille deponerent, sive pro litis expensis, sive ut, saltem ex parte, indemnis fieret adversarius, si forte victor extiturus esset.

In hac incidental! sententia rationes etiam dabantur, quibus Emi Patres exceptiones omnes, ab actoribus oppositas. rclecerunt. Harum exceptionum tres erant praecipuae: prior, quia praetereunda non fuisset quaestio circa eorum ius standi in iudicio; etenim post sententiam de merito, denuo a parte adversa, proponi posset; alia, defectus competentiae in coetu Eminentissimorum Patrum, eo quod Card. Sili electus fuisset loco Cardinalis Lega ; tertia, quia in hac causa processuales leges hispanici Regni servatae non fuissent. Adlungebatur etiam, actoribus ad producenda documenta tempus defuisse necessarium.

Edicebatur enim in sententia, nullum habere fundamentum exceptionem contra praeteritionem quaestionis praetudicialis, propositae a Cardinali Vidal, quia, cum hic eodem tempore affirmaret, se prorsus velle quod Tribunal solveret dubia de merito, a parte actrice opposita, quod fieri nequiret. si actoribus ius denegaretur standi in iudicio, necessarie quaestio praeiudiciolis praetereunda erat. Hanc autem Tribunal, culus est de hac causa dliudlcare, neque amplius admitteret, neque admittere posset

Secundae exceptioni, nempe defectui competentiae coetus judicantis. pariter respondebatur, hanc nullius ponderis esse. Etenim dignitas Praefecti Signaturae Apostolicae satis superque ostendebat quis revera electus fuisset quia tunc temporis munere Illo non Cardinalis Lega, sed Cardinalis Sili fungebatur. Insuper quinam revera essent Cardinales ad dirimendam hanc causam a Sanctissimo deputati, ipse Dominus Sccretarlus palam fecit sacerdoti Josepho Pou de Foxà. qui ceteros actores repraesentans, Romam sc contulerat ad proponenda dubia discutienda: ut in ipso instrumento. ab eo subscripto, clare Innuitur. Deinde etiam Raphael Pou de Foxà eandem habuit notitiam, quum anno 1925, simul cum fratre Josepho ct sorore Maria dei Rosario. Romam venit, et hic nonnullos Eminentissimos iudlces Ipse invisit; Imo ab ipso Coetus Secretario certioratus fuit, ut Infra dicemus.

Nec pluris habenda esse edicebatur tertia exceptio contra validitatem processus, eo quod leges processusles hispanici Regni servatae non fuissent Normae enim in processibus instruendis, pro causis in Curia Romana ludicandls. semper eae sunt, quae a iure canonico statuuntur.

De cetero, a parte actrice haec ratio conficiendi processus iuxta hispanicas leges tum solum petita fuerat, cum Emi ludlces eidem probationes adducere praeceperunt; neque de hac sermo est in instrumento coram notano Francisco Sanchez Garcia confecto, ubi (uti supra vidimus) de sententia iuxta leges hispanicas ferenda legitur. Sententia vero ita a processu distinguitur, ut ferri nequeat nisi cum processus iam absolutus Sit.

Pariter coram Domino Secretario actor Raphael Pou de Foxà. die 5, mense iulio, 1925, Romae (adstante et probante eius fratre Domino Josepho) hanc chirographi cautionem. nomine proprio et ceterorum actorum, subscripsit, quae in actis asservatur: * Le parti dlchiarano di accettare 11 Tribunale straordlnarlo nominato dal Santo Padre, affInchè definlsca con sentenza unica e inappellabile In conformità del diritto vigente in Ispagna. la lite sorta tra loro quam declarationem etiam pars conventa libenter accepit Ab actoribus autem quaerendum esset, utrum precessualibus legibus Hispaniae hucusque conformis fuisset Ipsorum agendi ratio, qui nec suum procuratorem In Curia Romana elegerant, nec pecuniam pro expensis ludicii in arca Tribunalis deposuerant, nec ullum exhibuerant probationis documentum, quamvis ad haec pluries iussi fuissent.

Ceteras vero exceptiones, quae ab iisdem actoribus proponebantur (uti ex. gr. quod sibi ad producenda probationis documenta tempus defuisset), utpote quae ad nectendas inducias evidenter allatas. sperncndas esse Emi Patres edLxerunt.

Hanc incidentalem sententiam actoribus communicare. opus non facile fuit Primo per cursorem Archiepiscopi Barcinonae Raphael! Pou de Foxà tradita fuit, qui tn illa urbe morabatur, et ceteros omnes actores usque tunc rvpraesentabat. Hic. sententiam accipiens, scripsit, se nolle aliis eam communicare. Oportuit ergo singulatim unicuique sententiam tradere: quod fecimus ope Episcoporum Caesaraugustae et Barcinonis, ita ut ultima traditio facta fuerit Thomae Pou de Foxà. die 16 mali anni elapsi 1929. Tempus a Tribunali actoribus constitutum ad probationes adducendas, nec non ad alia sententiae praescripta adimplenda, desinebat igitur die 14 mense augusto. Post tres dies tandem (prout actorum mos est) tres ab eis pervenerunt recursus contra acceptam sententiam; nempe Mariae dei Pilar. Mariae del Rosario et Thomae Pou de Foxà. Quinque

autem post dies pervenit etiam recursus Domini Josephl, qui in acceptilatione sententiae scripserat, se iam α lite recessisse. Hi omr.es ante adductas cavillationes repetebant, quae a Reverendissimis Patribus, utpote inanes fallaciae, refutatae fuerant, praesertim vero contra incompetentiam Sacri Tribunalia quod adamussim illud ipsum fuerat, quale actores coram Notario Francisco Sanchez Garcia acceptatum. quodque constitutum erat priusquam disceptata essent dubia ab eis proposita. — Dominus autem Josephus, in sua perlonga scriptura, repetitis omnibus accusationibus iam alias contra cardinalem Vidal prolatis, postulabat. ut super his iudicium ferretur.

Revera valde Emlr.entissiml Patres mirati sunt, quod ex his omnibus quae contra Eminentlssimum Cardinalem Vidal actores congesserant, nihil prorsus probavissent, quasi nescirent, ln non sufficere iura asserere, sed omntno necessarium esse sua iura probare: et quinque annorum spatium trivissent, quin ullum vel documentum vel testem contulissent, sed futiles continuo exceptiones proferentes, ncc non dilationes petentes, forsitan ut Eminentissimus adversarius, tandem taedio affectus, ad transactionem quamdam cum eis deveniret.

Igitur Eminenussimi Patres subscripti, arbitrale Tribunal constituentes, ln aedibus Vaticanis coadunati, ut hanc litem Undem dirimerent, perpendentes:

1) quod dubia proposita ab actoribus, minime probata sint:

2) quod hi mandatis Tribunalis nunquam paruissent:

3) quod propositae ab eis exceptiones nullum valorem habuissent m casu;

4) quod inutile atque Indecorum esset denuo petitas ab eis dilationes concedere:

Chnsti nomine Invocato, et solum Deum prae oculis habentes, hic irtlca, arbitrali, de/vütiwx et mappellabtli sententia statuerunt et decreverunt ad proposita dubia. scilicet:

1) An constet de Invaliditata testamenti Eulaliae de Sagam, Viduae de FoxA, ab ea conditi die 26. mense martio. anno 1920:

2i An constet Eminentlssimum Dominum Cardinalem Frandscum Vidal y Barraquer possessionem adeptum esse bonorum mobilium, quae Domina Eulalia in usum tantum habebat neque haec omnia restituisse: —- respondendum esse, prout responderunt: Nicativt ad utrumque.

Ideo. Codici Chill Hispanico rite inspecto, principium iuris applicantes: " adore non probante reus est absolvendus

Eminentlssimum Dominum Cardinalem Francxscum Vidal y Barraquer rictorem ln *hac* causa *proclamant, ct actorei* omnes, scilicet *Ra*phoelem, *Thomam de Aquino, Marian* del Pilar, Mariam del Rosario, et Dominum *Josephum* fratres ct sorores Pou *de Foxà. tanquam tniustos* et *terne·* rarios litlçcntes, damnant in solidum ad omnes litis expensas rejiciendas.' quae ita computantur:

Pro expenes Tribunalis libellae hlspanicae (pesetas) *ducentae* (dicimus 200).

Pro Eminentissime Domino Cardinali victore, libellarum hispaniearum tria millia (dicimus 3000).

Romae, cx Aedibus Vaticanis, die 15, mense aprili. anno Domini 1929.—Petrus Cardinalis Gaspar m, Praeses Commisriants tudicantir M. Card. Liga. E.pus Tusculanus. *Com·* DÛS. D. Card. Siarretti, E.pia Sabtnensis ct MandeIcnriJ, Commisi. Fridtricus Cattaxî Amadori, a recretis.

Nota-hni:

Die 20, mense malo huius anni, a Secretaria Status Sanctitatis Suae mihi subscripto missae sunt litterae Sacerdotis Josephl Pou de FoxA. datae ab urbe Barcinone die 14. mense augusto, anno 1923. quibus ille huic causae renuntiabat. in favorem suorum fratrum.

At haec renuntiatio 11U non amplius acceptari poterat, quia iam sententia lata erat. Adnotandum est insuper, quod dic 2D. mense augusto, eodem anno, ipsius Josephl Pou de Foxà. ab urbe Barcinone, mihi subscripto litterae pervenerunt, quibus hic pro se et fratribus suis causam defendebat, quin de sua renunclatione liti nec verbum quidem fecisset.

Romae, die 15. mense lunio, anno 1929.—Fridemcus Cattani Amadou, α secretis Commi». Judicantis.

• IF 10 (1930) 232-239.

8%

1929 APR 23.-PILS XI. LIT. AP. AAS 21 (1929) 312-313

SARTUS tOANNES RAFT. VIANNEY, PRESBYTER CONFESSOR. CAELESTIS PATRONUS OMNIUM PAROCHORUM SEU ANIMARUM CURATORUM CRUS ET ORBL8 CONSTITUITUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Anno lubilari wrccxxv B«ito loannl Baptistae Vianney. Presbytero confessori, qui a Vico *Ars,* in quo est parochi munere functus, nuncupatur. Sanctorum honores tributi eunt; atque anno mdccccxxvui, cum eiusdem Officium Missaque adprobata fuerint, festum sancti parochi ipsus ritu duplici celebrandum ad universam Ecclesiam extensum est Nunc autem ab Episcopo Bellicensi, cuius dioecesis intra fines exstat *Ars* vicus, nomine quoque aliorum fere quadringentorum ex variis et fere cunctis terrae regionibus Archiepiscoporum Episcoporumque, rogati sumus ut tamquam caelestem Patronum animorum curatoribus ubique terrarum degentibus Sanctum loannem Baptistam Vianney concedere dignaremur. Nil enim magis opportunum videtur quam ita parochis omnibus exempla praebere ipsius sancti viri, quem in paroeciali munere obeundo insignem Ecclesia dilaudat Etenim ex eiusdem sedulitate in animorum cura gerenda iam etiam Decessor Noster ree. mem. Pius Pp. X, anno mdccccv, Beatum loannem Baptistam Vianney illico post sollemnem eius Bcatificationem constituit caelestem Patronum universis presbyteris, qui in Galliae dioecesibus parochi munus gererent Id profecto attento seduloque studio Nos considerantes» precibus concedendum existimavimus tantorum Praesulum, qui, quinquagesimi anni ab inito Nostro sacerdotio occasionem nacti, vota faciunt impensa ut huiusmodi largitas spiritualis, quam a Nobs instanter efflagitant, lubilaei Nostri cum memoria apud posteros coniungatur. eiusdemque ita peculiaris exstet recordatio. Conlatis propterea consiliis cum Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Diacono Sanctae Mariae Scalaris, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore Sanctum loannem Baptistam Vianney Confessorem, qui insignis et apostolicus vir ac parochus oppiduli Ars nuncupati fuit, caelestem Patronum omnium parochorum seu animarum curatorum totius Urbis et Orbis constituimus ac declaramus./

Haec ad spirituale parochorum bonum ubique terrarum provehendum concedentes, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt amplissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his. a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae» apud Sanctum Petrum, sub anub Piscatoris» die xxni m. Aprilis an. mdccccxxix. Pontificatus Nostri octavo.—P. Card. Gasparri, α Secretu *Status.*

897

1929 APR 27.-SC RIT., RESP. AAS 21 (1929) 321

AGINNEN.

Parochus, duas regens paroecias, tenetur recitari **UTRIUSQUE ECCLESIAE TITULARIS OFFICIUM**

Hodiemus Kalendarii Redactor, de consensu sui Revmi Dni Episcopi Aginnensis, Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium humiliter proposuit:

‹ Utrum, quando duae Ecclesiae Parochiales ab uno eodemque Parocho reguntur, Parochus teneatur recitare officium cum Octava de utroque Titulari, an de Titulari Ecclesiae residentiae tantum? Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragia propositae quaestioni respondendum censuit: « Affirmative ad primam partem; negative ad secundam, iuxta Decreta S. R. C., n. 2002, Collen. ad V» diei 5 lulii 1698, et n. 2849, Nucerina, diei 24 Septembris 1342.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 27 Aprils 1929.—C. Card. Laurenti. S. R. C. Praef. Angelus Mariani, Secr.

Adn. P. B. In EL 43 (1929) 275-276; J. PAUWELS In NrT 54 (1929) 681.

898

1929 APR 30.-P1US XI. FACULT. AAS 21 (1929) 554-557

Ordinariis, sacerdotibus et christifidelibus dioecesium AC DITIONUM AMERICAS LATINAE PRIVILEGIA AC FACULTATES AD DECENNIUM CONCEDUNTUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Litteris Apostolicis sub anulo Piscatoris datis die xvni m. Aprilis, an. mdcccxcvii. rec. mem. Decessor Noster Leo Pp. XIII ad trentennium valitura Episcopis, presbyteris, christiidelibus Americae Latinae conspicua concessit privilegia [ASS 29 (1896-97) 659-663] quae propterea transacto concessionis tempore nunc suo robore destituta sunt. Sed cum impensa, qua premimur, sollicitudo de Dominici gregis Nobis concrediti salute ad ea procuranda impellat Nos, quae in evidentem christlfidelium utilitatem, feliciusque eorundem regimen noverimus redundare, privilegia memorata certo quodam modo renovanda existimavimus. At, ob iuris canonici Codicis promulgationem et mutatas temporum rerumque condiciones, nonnullae desiderabantur immutationes in priscae concessionis tenore; ideoque novum schema privilegiorum, quae sunt nunc concedenda. Sacris Romanae Curiae Congregationibus, pro materia ad unamquamque spectante, propositum est atque ab eisdem recognitum. Nunc autem, audita praesertim dilecti filii Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardi-
SS raûs a Secretis Sacrae/ Congregationis Consistorialis relatione, exhibitas Nobis Episcoporum Americae Latinae preces ultro libenterque excipientes, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a praecedenti facultatum recensione illis, quae haud necessaria videbantur vel in iuris canonici Codice iam continebantur, privilegiis ablatis, praesentium Litterarum tenore ad proximos decem annos, ab harum Litterarum data computandos, prorogamus facultates, quas omnibus ct singulis dioecesium ac ditionum Americae Latinae Ordinariis, sacerdotibus et christifidelibus, ut infra, tribuimus. Earundem vero facultatum tenor sequens est:

1) Ordinarii locorum parochis vel missionariis, in regionibus seu locis in quibus ob magnam distantiam vel ob aliud impedimentum eisdem perdifficile sit, ex fontibus baptismatibus, ubi asservatur, desumere et secumferre aquam Sabbato Sancto et Pentecoste benedictam. possunt facultatem concedere aquam baptismalem benedicendi ea breviore formula, quae, a rec. mem. Decessore Nostro Paulo III missionariis in Peruvia apud Indos concessa, nunc in Appendice Ritualis Romani legitur.

2) Parochi et missionarii, si propter temporis defectum improbamque defatigationem vel aliis gravibus de causis omnes adhibere pro baptismo adultorum praescriptas caeremonias haud facile valeant, solis ritibus qui in Constitutione rec. mem. Pauli Pp. III *Altitudo* die 1 m. Iunii an. mdxxx data [CICF n. 81] designantur, uti licite poterunt, praevio tamen Ordinarii consensu.

3) Item Ordinarii locorum deputare possunt, ad Sacramentum Confirmationis administrandum, sacerdotes quantum fieri potest in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii foranei fungentes; nunquam vero simplices sacerdotes commorantes illis in locis in quibus praedictum Sacramentum administrandum erit; servata nova Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum *Instructione* pro simplice sacerdote ex Sedis Apostolicae delegatione Sacramentum Confirmationis administrante [LE 560).

4) lidem Ordinarii ad assistendum nuptiis iuxta formam a iure statutam delegare possunt sacerdotes, qui Missionum causa ad evangelizandos fideles vel ad aliud exercitium pietatis implendum in longinquas regiones. a parochiali aede dissitas, pergunt, iisdem Missionibus perdurantibus, absente Ordinario, vel parocho, vel Vicario cooperatore, atque iis servatis, quae, prouti res ferat et loci ac temporis condiciones observari permittant, matrimonii celebrationi ad normam Codicis iuris canonici canonis 1919 et seq. praemitti debent; facta tamen huius Apostolici indulti expressa mentione in unoquoque casu et iugiter firmis sacrorum canonum praescri/ptionibus tum de iuribus parochi servandis tum de inscriptione in libris paroecialibus facienda. 550

5) Ordinarii pariter dispensare valent super matrimonialibus iuris dumtaxat ecclesiastici impedimentis, a quibus Sancta Sedes dispensare consuevit, exceptis proinde impedimentis, quae ex sacris Ordinibus maioribus vel ex affinitate in linea recta consummato matrimonio proveniunt: excepto quoque ob rei gravitatem impedimento de quo in canone 1075 nn. 2. 3; exceptis denique mixtae religionis et cultus disparitatis impedimentis, nisi speciales a Suprema Sacra Congregatione Sancti Officii facultates obtentae fuerint

Pariter veniam iisdem facimus decernendi atque declarandi legitimam prolem nupturientium, dummodo ipsa in adulterio ne sit concepta: facta tamen in unoquoque casu, etiam in concedendis dispensationibus, huius Apostolici Indulti expressa mentione.

6) Fidelibus autem matrimonium contrahentibus largimur ut quocumque anni tempore nuptiarum benedictionem accipere possint, dummodo illis temporibus, in quibus ab Ecclesia nuptiae prohibentur, a nimia pompa abstineant; cauto tamen ut. si extra Missam benedictio nuptialis concedatur, formula in appendice « de Matrimonio › Ritualis Romani adhibeatur.

7) Concedimus pariter ut sacra Olea etiam antiqua, non tamen ultra duos annos, adhiberi possint, dummodo ne sint corrupta et nova vel recentlora sacra Olea, peracta omni diligentia, haberi nequeant

8) Ordinarii permittere queunt sacerdotibus usum altaris portatilis, ita tamen ut huiusmodi usus sit tantum in fidelium bonum, atque illis in locis in quibus ecclesiae vel publica oratoria desint, aut paroecialis ecclesia sit longe distans, non vero in mari; dummodo celebrationis locus sit decens atque honestus, super petra sacra celebretur, et parochi ceterique sacerdotes, quibus haec facultas tribuetur, Sancti Evangelii explicatione vel catechesis traditione fideles Sacro adstantes instruant

9) Ordinarii concedere possunt sacerdotibus facultatem celebrandi in navi sacrosanctum Missae Sacrificium, durante dumtaxat tempore itineris, dummodo locus, in quo Missa peragenda est, nihil indecens aut indecorum praescierat, mare aut flumen sit adeo tranquillum, ut quodeumque c Calice effusionis sacrarum Specierum periculum absit; atque alter sacerdos, superpelliceo indutus, si adsit, celebranti presbytero adsistat

10) Omnibus autem Americae Latinae christifidelibus permittimus ut a dominica Septuagesimae usque ad festum Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli praecepto annuae Confessionis et Communionis satisfacere possint/ 557

11) Iisdem christifidelibus largimur, si loca inhabitent ubi prorsus impossibile vel saltem admodum sit difficile ad confessarium accedere, ut lucrari queant Indulgentias ac lubilaea, quae Confessionem. Communionem et ieiunium requirunt, dummodo, servato ieiunio, sint corde saltem contriti, addito firmo proposito admissa, quamprimum poterunt, confitendi.

12) Denique largimur ut in causis tam criminalibus, quam ceteris quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus, quae in rem iudicatam iam non transierint. fieri possit appellatio in tertia instantia ad alterum Métropolitain vel Episcopum eiusdem provinciae, viciniorem ei a quo primo fuit lata sententia; integra tamen manente facultate ad Apostolicam Sedem, ad iuris tramitem, recurrendi.

Haec suprascripta, ut spirituali bono chrislifidelium in Americae Latinae regionibus degentium quantum in Domino possumus prospiciemus, concedere existimavimus, abrogatis deletisque auctoritate Nostra Apostolica omnibus et singulis Indiarum Occidentalium privilegiis quocumque nomine vel forma a Sancta Sede prius concessis. Contrariis quibuslibet, etiam speciali ct individua mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, dic xxx m. Aprilis an. mdccccxxtx, Pontificatus Nostri octavo.—P. Card. Gasparri. α Secretis *Status.*

Adrv NrT 57 (1930) 47; PrM IS (1929) ₂

899

1929 MAI 12.-SACRA POEN, INSTR. PART.·

INSTRÜCHO CIRCA CONDONATIONEM ET SANATIONEM BONORUM ECCLESIASTICORUM USURPATORUM IN ITALIA

Editis m Regno Italico legibus patrimonii ecclesiastici, ut aiunt, eversivis, plures, ut notum est, pluribus modis bonis Ecclesiae usurpatis potiti sunt et in proprium usum ea converterunt Detentorum huiusmodi bonorum nonnulli. impetrata a Sede Apostolica condonatione et absolutione, propriae conscientiae consuluerunt; alii multi e contra cum Ecclesia se non composuerunt, ideoque poenis ecclesiasticis hac de ratione incursis, necnon obligationi restitutionis damnorumque refectionis obnoxii hucusque permanserunt et permanent

Ad miserrimae harum personarum conditioni succurrendum Summus Pontifex articulo 28° Concordati, inter Sanctam Sedem et Italiae Regnum nuper initi, pro Sua paterna caritate, voluntatem Suam pandere dignatus est sacrilegas bonorum ecclesiasticorum usurpationes et possessiones condonandi et consequenter horum bonorum detentoribus ecclesiasticarum poenarum remissionem indulgendi iuxta normas tradendas in peculiari instructione ad Ordinarios mittenda.

Itaque Sacra Poenitentiaria. de expresso Summi Pontificis mandato, haec quae sequuntur, iuxta Ipsius SSmi mentem, statuenda et declaranda censuit:

1. Nomine et auctoritate Summi Pontificis Sacra Poenitentiaria solemniter declarat SSmum condonationem plenam omnibus bonorum ecclesiasticorum iniuste detentoribus benigne elargiri, exceptis tantum aedificiorum sacrorum possessoribus, quibus Ordinarii consulant iuxta instructiones Sacrae Congregationis Concilii

2. Ordinariorum erit nonnullos pietate ac doctrina praestantes deputare confessorios quos adire debeant poenilentes bonorum Ecclesiae possessores, qui, condonationis beneficio donati, propriae conscientiae per absolutionem a reatu et poenis incursis consulere exoptant Confessarlis vero ab Ordinariis selectis, ut munus eis commissum rite explere valeant haec Sacra Poenitentiaria omnes tribuit facultates necessarias et opportunas.

3. Confessarius memoratos poenitentes ad se accedentes rite dispositos a culpis et poenis quibus ligantur in foro sacramental! absolvant, imposita tamen congrua poenitentia salutari necnon aliqua elargitlone iudicio ipsius confessarii favore causarum piarum ad respectivum Ordinarium aut directe a poenitentfbus aut per confessarium quamprimum remittenda, et addita quoque iniunctione ut, si quae vasa sacra aut pretiosam suppellectilem, aedibus sacris olim pertinentia, apud se retineant, eidem Ordinario statim reddant.

4. Poenitentibus ita absolutis confessarius ingens condonationis beneficium a Summo Ecclesiae Principe elargitum iuxta iam allatam Sacrae Poenitentiariae declarationem recolat et explicet, vi cuius nedum Ecclesiae bona ab ipsis possessa in liberam et plenam proprietatem adipiscuntur, sed etiam ab omnibus oneribus ratione vel occasione eorum possessionis contractis necnon ab illis forte eisdem bonis quavis ratione inhaerentibus omnino liberantur. Nihilominus quod ipeciatim spectat ad onera Missarum aliorumque id genus suffragiorum, quamvis, supplente SSmo de thesauro Ecclesiae, et ipsa sint quoque remissa, confessarius tamen poenitentem. Ipsius SSmi nomine, vehementer hortetur ut semel saltem pro sua pietate ac religione et Ipse aliquid conferat.

5. Impertitae in foro interno absolutionis et sincerae promlssionii a poenitente factae mandata fideliter exequendi scriptum testimonium confessarius eidem poenitenti tradet; ad cuius ostensionem superior etiam in toro externo eum absolutum declarabit. Huius vero documenti pro sua suorumque tranquillitate poenitens authenticum exemplar petere et apud se retinere poterit.

Haec, quae de SSfhl D. N. mandato et auctoritate Sacra Poenitentiaria statuit. Ordinarii utriusque Cleri in Regno Italico eiusoue Coloniis vxtantes confessariis rite lectis et adprobatis pro eorum notitia et norma communicare et explanare non omittant.

Datum ex Sacra Poenitentiaria, die xn mensis Mab. anno mdccccxix. — L. Card. Lauri, *PoeniL Maior.* *I.* Teodori, S. P. *Secr.*

• **Ordinariis lîallae: ME 41 (1929) 165-166.**

900

1929 MAI 15.-SC OR., DECR. AAS 21 (1929) 671-iN

De seminario a s. anna nuncupato pro melchitis

Seminarium a Sancta Anna nuncupatum, auctoritate S. Sedis in urbe Hierosolymitana erectum, per decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis *Insignem Sacram Aedem* diei II Martii 1882. plurima, eaque eximia, beneficia contuht in Patriarchatu et/ Ecclesia Melchitarum. Cum vero. p progrediente aetate, quaedam difficultates exortae fuerint, ac dubia proposita circa applicationem articuli sexti citati decreti. Summus Pontifex Pius divina Providentia Pp. XI, qui idem Seminarium singulari amore et benevolentia prosequitur, rem diligenti studio pertractandam iussit auditis interesse habentibus; atque praesenti decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, statuit ac decernit ut haec, quae sequuntur, omnino serventur.

1. Firmo manente decreto ‹ Insignem Sacram Aedem » et iis quae ibidem statuta sunt, declarat a. 6. ita intelligendum esse, ut Seminarium immediate dependeat a S. Sede, seu a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali, quae ad idem munus seu officium iurisdictionis exercendae in Seminarium delegat seu deputat Delegatum Apostolicum Palaestinae pro tempore exsistentem.

2. Seminarii cura commissa est Congregationi Missionariorum Africae, qui vulgo audiunt Pères BIαβα.

3. Restorem Seminarii eligit Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, ex tribus sacerdotibus dignis atque idoneis, doctrina, virtutibus et prudentia praestantibus, e Congregatione Missionariorum Africae, ad praesentationem Superioris generalis eiusdem Congregationis, auditis Delegato Apostolico Palaestinae et Domino Patriarcha Antiocheno Melchitarum. cui primum, per eumdezn Delegatum, peracta electio notlficabitur.

4. Rector Seminarii constituitur ad sexennium; et hoc tempore exacto, poterit ad id munus iterum adsumi. Mutatio Rectoris ante expletum sexennium uni Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali reservatur.

5. Novus Rector, cum primum ei licebit. Dominum Patriarcham ceterosque Ordinarios personaliter adibit ut eis debitum obsequium praestet

6. Patres Missionarios qui in dirigendo Seminario Rectori praesto sint, vel in eo munus docendi expleant Superior generalis Congregationis Missionariorum Africae nominat, audito Rectore atque constitutionibus propriae Congregationis servatis; iidem vero approbandi sunt a Delegato Apostolico.

Ad petitionem Rectoris Delegatus Apostolicus nominabit sacerdotes Melchitas qui litteras arabicas in Seminario tradant atque sacram Liturgiam exerceant audito tamen eorum Ordinario, et Domino Patriarcha Antiocheno Melchitarum.

7. Neque Rectori Seminarii, neque cuipiam e Missionariis Africae Seminario addictis, licebit eparchias Patriarchatus Melchitici perlustrare ob causam delectus alumnorum aut aliam huiusmodi, absque venia Delegati Apostoliei. qui, si casus ferat, audiet Dominum Patriarcham.

8. Singulis annis Rector relationem mittet ad Delegatum Apostolicum Palaestinae de statu et conditione Seminarii, seu de eius profectu, de insti/tutione ecclefi siastica, litteraria, scientifica, atque de admlmstratione oeconomica.

Item singulis annis relationem mittet Domino Patriarchae atque Ordinariis de suorum cuiusque alumnorum indole, pietate, vocatione atque profectu; eisque insuper indicabit qui Missionarii. quique sacerdotes melchitae in Seminario degant, quibusque officiis in eo sint addicti.

9. In alumnis admittendis Rector procedere debet de consensu Delegati Apostoliei, prae oculis habens necessitates singularum Patriarchatus dioecesium, loca in

Seminario vacantia, atque Seminarii redditus, audito a Delegato Apostolico super iisdem necessitatibus Domino Patriarcha.

Nullus adolescens in Seminarium admittatur, nisi praesentetur vel commendetur sive a Domino Patriarcha pro sua dioecesi particulari. sive ab aliquo ex Revois Ordinariis, Episcopo aut Instituti Religiosi Superiore; vel ab iisdem in scriptis declaretur nihil obstare quominus admittatur.

Si super alicuius admissione non omnes conveniant seu dissensus exstet, rem dirimet Delegatus Apostollcus.

10. Feriis aestivis perdurantibus, sive Rectori Seminani sive sacerdoti ex Missionariis Africae ob eo delecto. licebit adire Ordinarios locorum ad examinandos adolescentes pro admissione in Seminarium, salvo praescripto art. 7.

Instructio ad rr. patres dd. locorum ordinarios.

DE RUSSIS AD CATHOLICAM ECCLESIAM REDEUNTIBUS

Edito in Actis Apostolicae *Sedis* (6 Februarii 1929. pag. 94) Pont. Commissionis Pro Russia decreto « De

Russis ad Catholicam Ecclesiam redeuntibus > [d. 12 lan. 1929 - LE 875], nonnulli locorum Odinani mature huic Commissioni significandum curaverunt se recte vim et mentem intellexisse decreti, utpote debitam ln re tanti momenti cautelam praescribentis, praesertim cum de personis vel parum notis vel prorsus ignotis agatur. Obiecerunt tamen aliqui aditum sive ad Pontificiam Commissionem sive ad Legatos Apostolicos plerumque, maxime in casibus urgentioribus, impossibilem evadere vel saltem *in mora,* uti aiunt, non deesse periculum.

Quapropter rogaverunt ut sibi necessariae et opportunae traderentur agendi normae quibus in bonum animarum, nulla interposita mora quae ipsi dissidentium conversioni obesset, ministerium suum explere valerent

Laetatur quidem haec Pontificia Commissio tanta Ordinariorum in fratres nostros separatos, carissimos sane, cura et sollicitudine; finem autem et mentem eiusdem Decreti confirmat fuisse debitam commendare prudentiam, ut quaevis causa praecidatur Ecclesiam Catholicam calumniis afficiendi, quasi ipsa fratrum nostrorum adversa fortuna abutens eos ad se attrahere studeat Quapropter admirabilem Ordinariorum zelum in Russos» quos idem Summus Pontifex tanta prosequitur caritate, magnopere laudat atque commendat, iisque normas quae sequuntur, non pro clericis tantum sed etiam pro laicis attendendas tradit/

I. - De laicis

Edicit Pontificia Commisio, cum de laicis agatur. Episcopi esse potestatem non in casibus urgentioribus tantum sed et ordinariis eos admittendi et recipiendi in Ecclesiae Catholicae unitatem, dummodo eos qui admitti postulant ita noverint ut prudens iudicium de recta animi dispositione deque sufficienti circa Fidem et Ecclesiam Catholicam cognitione efformare possit

In memoriam revocanda sunt de validitate Baptismi et Confirmationis dissidentium responsa et decreta S. Officii.

Praestat vero exquirere utrum in schismate matrimonium contraxerint, quo modo, coram quo, utrum habita dispensatione super aliquo impedimento, qui eam indulserint Cuius fuerit alter coniux religionis; utrum celebratum matrimonium solutum fuerit, quibus causis et a quo; utrum novum contraxerint matrimonium. Denique omnia ita investigare oportet ut comperiatur quodnam matrimonium validum sit.

Item prudenti atque circumspecta investigatione explorandum est utrum causae et argumenta, quibus ad unitatem Ecclesiae inducti sunt, spiritualia et supranaturalia, an mere humana sint, prouti praesens eorum egestas et inopia: hoc enim in casu potius essent pro posse adiuvandi atque fratrum caritati valde commendandi. Interdum autem ne reiiciantur neve derelinquantur. sed prudenti committantur sacerdoti qui ipsos catholicam doceat doctrinam, praesertim de unitate Ecclesiae, de Romani Pontificis primatu, de Immaculata Virginis Conceptione, de Purgatorio, etc.

Cum sufficienter instructi atque dispositi inveniantur. de ritus electione sunt monendi, quin contra eorum propensionem ad latinum ritum assumendum eos inducere praesumatur. Satius erit dignitatem et pulcritudinem Orientalium rituum explicare, quid Ecclesia catholica de ritibus iisdem sentiat et doceat, et quantum iis favere studeat. Si quis tamen e Russis, omnibus recte perpensis, ritui latino adhaerere maluerit, eidem adseribi poteriL

Formulam abiurationis et Fidei professionis ad Episcopos in quorum dioecesibus frequentes habitant Russi et etiam ad alios Ordinarios qui petierint, remittendam curabit haec Pont. Commissio.

His itaque normis obtemperantes non tenentur Revmi Ordinarii in singulis casibus huic Commissioni recurrere.

Qui cum satis noverint personas de quibus agitur, necnon si casus ferat, statum earum domesticum, atque prudens efformaverint iudicium de earum recto bonoque animo et consilio, deque sufficienti dispositione et doctrina, uti supra dictum est, possunt et debent ad unitatem Catholicae Ecclesiae eas admittere tum in
eio casibus consuetis tum, immo ratione for/tiori, in urgentioribus, exempli gratia cum sit celebrandum matrimonium, servatis iis quae in abfuratione et mixtis nuptiis Apostolica Sedes servanda constituit

Sciant tamen Revmi Ordinarii hanc Pontificiam Commissionem semper esse paratam ad qualiacumquc, circa Russos in Ecclesiam Catholicam recipiendos dubia vel quaesita examinanda atque solvenda. Dum zelum prudentem Ordinariorum iterum atque iterum laudat eos vehementer hortatur haec Pont Commissio, ut singulari studio Christianae puerorum et adolescentium russorum institutioni incumbant, cum ipsi animos ad verum et bonum procliviores habeant Ordinarii autem quotannis de iuniorum reditu ad Ecclesiam Catholicam doceant Pont Commissionem, nec non de alicuius pueri vel adolescentis ad statum ecclesiasticum amplectendum propensione.

IL - De clericis, scilicet sacerdotibus et diaconis

Maiore procedendum est cautela si de sacerdotibus vel diaconis agatur; non diffidendi causa, quod absit omnino, sed quia in clericis diuturnior requiritur institutio; resque est graviore cura attendenda, praesertim quod ad futurum tempus attinet. Experientia enim

Itaque praeter diligentiorem amplioremque inquisidocuit

Itaque praeter diligentiorem amplioremque inquisitionem quam, congrua congruis referendo, pro laicis requiritur, certiores fiant Ordinarii de eorum ordinatione. studiis; quae idiomata loqui legere scribere valeant, et quali perfectione: utrum latinam ita calleant Linguam ut possint praelectionibus S. Theologiae dogmaticae et moralis aliquo cum profectu intéressé.

Requiratur etiam cuius hierarchiae vel fractionis hierarchicae quisque subditus fuerit, utrum decursu temporis de una ad aliam transierit An protestanticae sectae adhaeserit eidemve adscribl conatus sit Utrum post ordinationem sacram absque ministerio ecclesiastico. tamquam laicus vixerit

Inquisitio insuper fiat circa uniuscuiusque mores et vitae probitatem. Qua expleta inquisitione Ordinarius casum huic referat Commissioni vel si res urgeat Apostolico in regione Legato, qui iuxta peculiares normas sibi ad rem traditas sese geret

De clericis in Ecclesiam Catholicam admissis Ordinarii hanc Pontificiam Commissionem mature monebunt

Datum Romae, ex Secretaria Pontificiae Commissionis pro Russia, die 26 Augusti anno 1929.—A. Card. Sincero, *Praeses.* C. Margotti, *Secr.*

Adn. J. C. in NrT 57 (1930) 72.

927

1929 AUG 28.-SC STUD., LIT. AAS 22 (1930) 146-148

LITTERAE

Ad archiepiscopos, episcopos aliosque locorum ordinarios **DE STUDIIS ORIENTALIUM RERUM ET DE CATECHESI IN SEMINARIIS** impensius excolendis

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Quod catholicis hominibus semper fuit in votis ut quotquot in orientalibus regionibus a Romanae communione Sedis dissident ad eiusdem unitatem Ecclesiae Matris tam diu revocati se recipiant, id sane cum primis Ecclesiae universae Pastori ac Patri. Pio XI Pontifici Maximo, cordi est et curae praecipuae, tamque sollicitae ut iam inde a Pontificatus sui exordiis in id omnem operam studiumque contulerit Cuius quidem sollicitudinis documentum exstat praestantissimum in Encyclicis illis litteris *Rerum orientalium datis* die 8 Septembris anni 1928 (AAS 20 (1928) 277-288], de studiis nimirum orientalium rerum provehendis.

Hisce igitur Pontificis Summi curis votisque obsecundans, Sacra haec ecclesiasticis studiis provehendis instituta Congregatio, nihil sibi praetermittendum statuit quod ad mutuam illam populorum ignorationem et despicientiam, atque, ex praeiudicatis praesertim opinionibus consecutam, diuturnam animorum alienationem tollendam conferre, penitioremque tum historiae, tum doctrinarum, ac theologiae, praesertim Orientalium cognitionem alere possit, quemadmodum caedem Encyclicae litterae commendant, apud clericos potissimum ac sacerdotes.

Principio autem id generatim decernendum existimat haec Sacra Congregatio, ut in sacrae theologiae curricu-

Jo universo earum peculiaris ratio quaestionum ac rerum habeatur, quae ad orientales Ecclesias ac populos quoquomodo pertineant.

Quamquam enim maioribus tantum athenaeis sacris munus instituendi peculiares theologiae orientalis cursus, seu magisteria propria, attribuendum videtur, congruum est tamen ac paene necessarium, ut in ceteris quoque clericorum Seminariis, ubicumque iuvenum soboles in spem Ecclesiae adolescit studiisque sacris eruditur, id minime negligatur ut instructi paratique prodeant nonnulli saltem ad eam quoque Ecclesiae por-
147 tonem excolendam, in qua primum Christianum nomen exortum, fidei grandioribus factis inclaruit atque ad reliquum deinde terrarum orbem fama, virtute ac praedicatione processit

Ii vero potissimum in orientalibus hisce studiis ponendam sibi operam arbitrentur, quibus vel sacrae theologiae vel historiae ecclesiasticae vel liturgiae magisterium fuerit proprie demandatum.

Ita nempe, ut exemplo res pateat in ea quae de fidei praeambulis, seu fundamento, est theologia, quam propterea *fundamentalem* vocamus, explicanda atque illustranda, curent praeceptores ut quae contra primatum Romani Pontificis eiusdemque infallibile magisterium a dissidentibus Orientalibus obiicii ac lactari solent, dilucide fortiterque disjiciantur. oppositis nimirum iis quae a catholicis doctoribus efficacius reponi consueverunt

In reliqua item theologicae disciplinae parte, quam *specialem* appellamus, perspicue dissolvantur ab Orientalibus passim oblecta contra processionem Spiritus Sancti a secunda persona Ssihae Trinitatis, adiunctamque Symbolo fidei vocem filioque» contra doctrinas item sive de Immaculato Virginis Deiparae conceptu, sive de Purgatorii veritate singillatim.

In theologia quae de Sacramentis est, fusius enucleentur quaecumque ad Baptismum, ad SS. Eucharistiam (ad quaestionem, ex *gr.t* de epiclesi) ad Sacramenta cetera spectant

In Liturgia haud minus accurata diligentia quam veneratione et observantia rituum catholicorum diversitas explanetur.

In historia denique Ecclesiae ea presse enarrentur, quae de septem prioribus Conciliis Oecumenicis sunt deque subsequentibus, Lugdunensi praecipue ac Florentlno: neque illa omittenda quae deinceps Romani Pontifices ad unitatem redintegrandam inchoarunt ac perfecerunt, in primisque aetate nostra Pius IX «anctae recordationis, cum occassionem nactus Concilii Vaticani cogendi, orientales Episcopos paternis litteris invitavit ac Leo XIII. immortalis item memoriae Pontifex, qui toties diuturni Pontificatus sui tempore, tam multa tamque sapienter in eundem finem instituit, ac denique Pius XI feliciter regnans, quem iisdem vestigiis tam alacriter insistentem conspicimus.

Atque haec quae summalim attigimus, salis declarant studia orientalia quanti sint momenti, quantique propterea intersit ut ab Ordinariis omnibus in scholis praesertim theologicis, ea quidem via ac ratione, quam diximus, provehantur ln dies.

Quod si quis inter sacrae theologiae alumnos animi, doctrinae, ingenii laudibus se praecipue commendaverit, spemque fecerit bonam fore ut aliquid in utilitatem Orientalium aliquando conferre possit, id sibi locorum Ordinarii persuasum habeant nihil se Romano Pontifici
143 gratius atque divini/ Regis Cordi sacratissimo sanctius acceptiusque facturos quam si eundem alumnum ad Institutum Orientale in Urbem transmiserint, studiorum curricula perfectius emensurum.

Hanc opportunitatem nacta. Sacra Congregatio unum aliud urgendum existimat, ea etiam de causa, ne praealtioribus studiis humiliora quae videntur, at multo etiam maioris sunt rcipsa necessitatis ac ponderis, neglegantur. Id autem est quod a sanctissimis Ecclesiae Pastoribus aliisque apostolicis viris tam saepe tamque impense commendatum accepimus quodque haec quidem ipsa Sacra Congregatio non semel nec segniter inculcavit. ut in singulis clericorum Seminanis, apud alumnos theologiae praesertim, schola seu magisterium instituatur ac rite foveatur de sacra catechesi proprium. Constat enimvero catechesim huiusmodi. prout est apta :n primis ratio ac via Christianae religionis rudimentis populum Instituendi, totius voluti sacerdotalis ministerii fundamentum eoe eiusdemque (ructuum ct progressionum causam praecipuam, nostris praesertim temporibus. quae apostolicis verbis tempora ignorantiae vere dici possunt *(Act,, XVU,* 30). Hanc proh dolor! sae^. numero neglectam videmus, et haud raro implexi a> mium vel obscura ratione, quae ad animos audienbux alliciendum omnino sit impar, ineptissime tradi pier(Christianae ac pueris ipsis prima religionis elementa: κ Illud dolendum sit leremiae prophetae ingemisceatij. *Parvuli petierunt panem ct non erat qui frangeret ra (Lam., IV. 4).*

Illud igitur curent locorum Ordinarii ut, quod can. 1365 Codicis iuris canonici statuitur quodque ites epistola huius Congregationis, die 8 Septembris lffi ILE 717: *de catechesi)* data, impense commendata.·, sacrorum alumni qui in singulis dioecesibus ad spez Ecclesiae succrescunt, tum opportuniore via ac raLoa imbuantur, tum vehementiore desiderio inflammentsr Christianae plebis ac iuventutis praesertim fidei *nastne* elementis maiore cum fructu in dies erudiendae.

De iis denique omnibus quae in singulis Seminanis vel sancte instituta vel rite custodita et observata fœrint. ut harum litterarum satis utrique capiti fiat, gratissimum fecerint locorum Ordinarii si hanc Sacris Congregationem studiose docuerint

Qua de re iam nunc Amplitudini tuae gratias agtu quam maximas, omnia faustissima precor ex animo.

Romae, die 28 Augusti 1929.—C- Card. Bistrrn. *Praef.* E. Ruffini. *Secr.*

Adn. J. CREUSEN in NrT 57 (1930) 423-424; A. LARRAOSA in Apoll. 3 (1930) 362-363; IP 10 (1930) 152.

928

1929 OCT 16.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

Facultas abluendi purificatoria. pall\s et corporjllu
FRATRIBUS COADIUTORIBUS LAICIS FACTA

Preces - *Beatissime Pater,* Superior Generalis Congregationis Missionis ad pedes Sanctitatis Vestrae humiLUr provolutus, attento Canone 1306 Codicis Iuris Canonici, facultatem implorat qua fratres eoadiutores laid ehadea Congregationis, Sacrario pro tempore addicti, abluere nleant. etiam prima vice, purificatoria. pallas et corporaLu ln Missae Sacrificio adhibita.

Rescr. - Sacra Rituum Congregatio, vigore facultate «ubi specialiter a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI tribularum, benigne induisit, ad proximum quinquennite ut in domibus Congregationis Missionis, fratres coadiutorts laici Sacrario pro tempore addicti, ad proprium offidus explendum, de consensu respective Superioris, abluere, etiam prima vice, possint purificatoria. pallas et corporalia pro Missae Sacrificio adhibita, servatis de cctcro servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 16 octobris 1929.—C. Caro. Laurenti, S. R. C. Prscf Angelus Mariani. S. *R C. Scot.*

• Congregation! Mbsîonis: EL 43 (1929) 490. Ada. 5isi« indultum concewom fuerat, inter illos. Ordinario Undensi sub £t 1927 Feb 15: AKKR 107 (1927) 680.

929

1929 NOV 7.-SC PROP. FIDE, RESCR. PART.

Iura praefecti apostolici applicantur ad superioris
ECCLESIASTICOS MISSIONUM, IN SPECIE IUS NOMINARDI VICARIUM GENERALEM

Pro Audientia Sanctissimi

Il 6 novembre 1919 (LE 224] il Santo Padre Benedetto XV di f. m. ad istanza del sottoscritto Cardinale Preietto della S. C. de Propaganda Fide concedeva ai Vicari e Prefetti Apostolici delle missioni facoltà di poter eleggere un Vicario Delegato in luogo del Vicario Generale che cssi. in forza del canone 198 del Codice di Diritto Canonico, non sembra abbiano il diritto dl nominare.

Ai Vicari Delegati, nominali dai Vicari e Prefetti Apostolici. Sua Santità accordava in pratica la giurisd:zione e le facoltà in spiritualibus et temporalibus che secondo il Diritto Canonico, competono ai Vicari Generali.

Siccome la facoltà sopradelta fu esplicitamente concessa solo ai Vicari e Prefetti Apostolici si prcga U

mi

ms

Santo Padre di volerla benignamente ostendere anche ai Superiori Ecclesiastici delle Missioni autonome, vale a dire direttamente dipendenti da questa Sacra Congregazione·, e, alio scopo di evitare incertezze e confusioni, dichiarare. al tempo stesso. che i Canoni dei Codice di Diritto Canonico che si riferiscono alie Prcfetture Apostoliche ed ai Prefetti Apostolici, possono applicarsi « servatis servandis », su linea generale, anche alie Missioni indipendenti ed ai loro Superiori.

NellTJdienza di stamattina U S. Padre si degnô di accogliere tanto l'una come l altra domanda.

7 nov. 1929—G. M. Card, van Rossum, *Prefetto.*

(Manu Subsecretarii). Non si intendono concessi i privilegi relativi alie vesti prelatizie. Il Delegato si chiamerà ‹ Superiore Delegato »; come per la Prefettura Apost. dovrebbe chiamarsi ‹ Prefetto Delegato ».

Syllof· n. 146.

930

1929 NOV il.-SC S. OFF., DECR. AAS 21 (1929) 670

Damnatur liber **ERNESTI MICHEL CUI TITULUS: « POLITIK AUS DEM GLAUBEN »**

Feria IV, die 30 Octobris 1929

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Rmi DD. Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehablto. DD. Consultorum voto, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum cui titu-

Ernst Michel. *Politik aus dem Glauben.* Eugen. Diederichs Verlag in Jena, 1926.

Et insequenti Feria V, die 31 eiusdem mensis et armi, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P._D. Adsessori Sancti Officii concessa. relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, 11 Novembris 1929.—A Subrizi, *Supremae S. C. S. Officii Subst. Notarius.*

931

1929 NOV 21.-KOTA ROM- INDULT. AAS 21 (1929) 774

Facultas datur ad tempus nonnullis advocatis civilibus **CAUSAS ECCLESIASTICAS PATROCINANDI**

Si rende noto che. in seguito al Concordato 11 Febbraio 1929 fra la S. Sede e l'Italia. ratificato il 7 Giugno 1929. e ai desideri manifestati dalle Curie italiane a nezzo di S. E. il Ministro Guardasigilli, il Santo Padre, cell' udienza accordata al sottoscritto il 21 Novembre 1929, ha concesso al Collegio Rotale, in parziale deroga al canone 44 5 2 della *Lex propria S. R. Rotae* [diei 29 iunii 1908: AAS 1 (1909) 20-351. la facoltà valevole per un quinquennio, di ammettere a patrocinare nel Tribunal della Rota, per difendersi le cause di cittadini o enti italiani, gli awocati esercenti presso i tribunali del Regno, appartenenti nile seguenti categorie: a) Docenti di diritto nelle Université; b) Membri del Consiglio Superiore Forense; c) President! e Vicepresidenti dei Consign Professionali e Commissioni Real! degli Ordini degli Awocati.

Dovranno costoro provare la loro perizia in diritto canonico, o con esame, o con titoli e pubblicazioni, restando al giudizio insindacabile dei Collegio Rotale decidere anche intorno a tutti gli altri requisiti personal! rlchiesti dalle leggi canoniche.—Massimo Masslmi, *Decano.*

932

1929 NOV 25.-SC REL., INSTR. AAS 22 (1930) 28-29

Ad supremos moderatores et moderatrices religiosarum **LUCARUM FAMILIARUM, DE OBLIGATIONE SUBDITOS IN DOCTRINA CHRISTIANA RITE IMBUENDI**

Quantum homini necessaria sit accurata ac seria Christianae doctrinae institutio, ex hoc manifeste apparet, quod ex ea recta fides nutritur ac roboratur, sine qua vita Christiano more traduci nequit. Quae quidem necessitas hodie praesertim persentitur, cum graves de Deo. de religione, de anima rationali, de societate, atque de aeterna hominis destinatione errores ubique circumferuntur. Munus vero hanc doctrinam penitiore modo addiscendi cos potissimum tangit, qui Deo se in religiosis Congregationibus devoverunt: praetermissa enim illa Christianae doctrinae cognitione, nec/ spiritualem vitam in se, ut debent, fovere possunt, nec in aliorum salutem procurandam, ut eorum munus est, incumbere.

Cum autem, ultimis praesertim temporibus, multae ac variae religiosae familiae virorum ac mulierum exortae sint, ex quarum opera, dummodo rite instituantur, plurimum sibi bonum Ecclesia iure meritoque repromittere potest, hinc ad has Sacra haec Congregatio peculiari modo sollicitudinem suam dirigit, eo scilicet fine, ut praedicti utriusque sexus Sodales ipsimet m sacra doctrina probe erudiantur, ct pueros vel puellas, quorum cura eis fuerit demandata, m eadem, omni qua par est diligentia, instruant

Ad quem finem sequentia decernenda proposuit ac, approbante Summo Pontifice, praesentibus litteris decernit:

1. Probandatus ac novitiatus tempore ita tyrones utriusque sexus Christianam doctrinam recolant atque penitius edoceantur, ut unusquisque frater et unaquaeque soror eam non solum memoriter teneat sed etiam rite explicare queat, nec ad vota nuncupanda sine sufficienti eiusdem cognitione admittatur, praevio examine.

2. Anno tyrocinii elapso, omnes religiosi alumni, qui in scholis primariis publicis et privatis doctrinam Christianam pueris ac puellis explanaturi sint, tum in ipsa catechesi, tum in ratione eam pueris proponendi ita instituantur, ut examen coram Ordinario vel iudicibus ab eodem delegatis, sustinere valeant

3. Quoad programma ad huiusmodi examen praeparandum adhiberi potest quod apud Vicanatum Urbis in usu est pro decernenda idoneitate ad catechesim in scholis elementariis edocendam.

4. Si vero non in scholis, sed in paroecia, religiosis viris vel foeminis munus committatur pueros puellasve doctrinam Christianam docendi, hi sibi ab Ordinarii Curia comparare curent idoneitatis documentum.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die 25 Novembris 1929.—A. H. M. Card. Lépicter, *Praef.* V. La Puma. *Secr.*

Adn. J. G In NrT 57 (1930) 419-420; PrM 19 (1930) 199-206.

933

1929 NOV 25.-COM. RUSSIAE, INDULT. PART.·

De **IEIUNIO EUCHARISTICO IN MISSIS ET COMMUNIONE POSTMERIDIANIS**

Induit obtenu du Saint-Père par le président ct accordant aux évêques ct administrateurs apostoliques en Russie dc permettre, tant que dureront les conditions actuelles, le dimanche et les jours d'obligation, aux prêtres de célébrer et aux fidèles de communier l'après-midi ou le soir, pourvu qu'on observe un jeûne eucharistique d'au moins quatre heures à partir de midi, afin de faciliter aux ouvriers obligés de travailler ces jours-là l'accomplissement dc leurs devoir religieux.

• **Indulti sununarium damn. prout refertur · Doc. CK 33 (1934) 1463-1466; Adn. Dcc. Calh. 33 (1934) 1465.**

934

1929 DEC 1.-SC PROP. FIDE, LIT. CIRC. PART.

De **RELATIONE ANNUA MITTENDA A COLLEGIIS MISSIONUM AD S. CONGR. PE PROP. FIDE**

1 dicembre 1929

A mezzo della présenté, credo opportuno comunicare alla Patemità (Maternité) Vostra Reverenda aicu-

ne istruzioni della Propaganda circa la relazione, che, a norma dolio Statuto di cotesto Collegio Missionario, deve essere presentata. ogni anno, a questa Sacra Congregazione.

Detta relazione sarà inviata al principio dell'anno scohstico, e cioè durante il znese di dicembre.

In esa si darà cenno dei numero degli alunni (delle alunr.e) e degli (delle) insegnanti, come pure delle materie ed ore di studio.

Si aggiungerà un breve resoconto economico dellstituto, ed inline le varie eventual! osservazioni circa Fandamento del Collegio durante l'anno immediatamente precedente ed all'inizio dell'anno decorrente.

Prego quindi la P. (M.) V. di voler attenersi allé norme qui sopra esposte nel preparare la prossima relazione annua.—Guglielmo M. Card, van Rossum, *Prefetto.* Francesco Marchetti Selvaggiani, Arciv. tit di Sekucia, *Segretario.*

• GrccUre a! S-xrien e &»'!· Support dd Colled MIwo^an dîpcrdttS dilii S. C de Propaganda Rde. Sytloge n. 147.

935

1929 DEC 8.-SCP. FIDE, INSTR. AAS 22 (1930) 111-115

Ad VICARIOS PRAEFECTOSQUE APOSTOLICOS ET AD SUPERIORES INSTITUTORUM. QUIKJS A s. SEDE MISSIONES CONCREDITAE SUNT DE PROPRIA ET LEGITIMA DC GUBERNANDIS MISSIONIBUS AUCTORITATE

Quum huic Sacrae Congregationi, Propagandae Fidei praepositae, hinc a Vicanis et Praefectis Apostolicis, inde a Superioribus Institutorum, quibus missiones commissae sunt, circa propriam atque legitimam in gubernandis missionibus auctoritatem non infrequenter proponantur quaestiones, opportunum existimatum est, principia luris, quae hanc materiam regunt, paulo magis illustrare. Dubitationes enim, haesitationes et incertitudincs huiusmodi creare solent animorum dissensiones et rectam impedire missionum gubernationem earumque optatum progressum.

Ecclesia a divino suo Conditore mandatum accipiens: *Sicut* TT.üit *me Pater et ego mitto voi.* Euntes in mundum *universum praedicate Euangelium omni creaturae.* Ipsius tn terris prosequitur missionem, nihil aliud quaerens quam universum humanum genus ad agnitionem lesu Christi adducere et per legis evangelicae observantiam ad caelestem gloriam perducere.

In hoc divino mandato exsequendo Ecclesia solet imprimis in regionibus adhuc infidelibus Instituta religiosa vel missionalia tamquam socios sibi adiungere, ipsis committens regionem aliquam cvangelizandam.

Institutum autem hanc laboris Ecclesiae participationem acceptans, ipsam Ecclesiae missionem arcte complectitur atque omnino suam facit Unde revera in assumpta evangehzanda regione nihil aliud prosequi debet quam quod Ecclesiae missio habet, scilicet lesum Christum annuntiare, populos ad veritatis agnitionem adducere, viam ad aeternam beatitudinem edocere. Dei regnum propagare. Qui ab hoc fine divino vel etiam in parte aberraret, terrenis propositis inserviret, aliudque quodeumque et quantumcumque in se fortasse honestum consequendum intenderet altam missionis praestantiam non perspiceret ac mandato commisso atque suscepto deesset

Omnis quicumque in hoc opere adiutricem suam operam praebet, totus ac unice evangelico mandato Ecclesiae inserviat oportet

Ecclesia porro, alicui Instituto regionem aliquam cvangelizandam committens, non intendit illum terrae
112 tractum plane ac omnino relinquere curis/ illius Instituti. lusxui divino, cui deessc non potest, obtemperans, partem principalem, totum scilicet regimen missionis sibi retinet, ab Instituto adiutore generosum auxilium exspectans operariorum evangelicorum et mediorum ad opus exsequendum.

Quamobrem verum missionis Superiorem ac Moderatorem Ecclesia ipsa nominat. Solet quidem Ipsa ab Instituto, pro ipsius mutuae operae officiis, petere ut viros aliquos, doctrina, virtute atque apostolico studio praestantes, sibi proponat; sed ille quem ex eis eligit

et missioni praeficit, non iam Instituti nomine et auctoritate, sed vice ac potestate Ecclesiae missioneo regit

Itaque qui missioni ab Ecclesia praeponitur, rive is Vicarius fuerit sive Praefectus Apostolicus vel etan simplex Superior, in gubernanda missione non iam ώ Instituto sed a Sancta Sede dependet, et de ea noo Instituto rationem reddere tenetur, sed Sanctae Sedi, quae eum elegit. Similiter in explendo suo offido noo Superiorum Instituti placitis stare debet sed Eccleiae ductu ac desideriis uti tenetur.

Nihilominus summi semper momenti est ut is» cui i Sancta Sede regimen missionis concreditur, intime coniunetus atque acceptus maneat Instituto suo eiuiqae Superioribus. Quo enim maior exsistit cum hisce morum coniunctio et voluntatum ad salvandas animas conspiratio, eo alacrius et fructuosius a missionary laborabitur et eo libentius ac generosius operarii evazgelici mittentur et subsidia necessaria suppeditabuntur

Itaque unus ac verus missionis Superior is est qu. nominatur a Sancta Sede, cui, uti praecipit canon 1350 c *universa missionum cura.., unice reservatur* ›. ToU proinde actio in regione ad fidem convertenda ad ipsum pertinet, ab ipso moderatur. Ipse iudicat atque praescribit qua via et modo procedendum erit Ad ipsum spectat missionales stationes constituere, scholas inferiores et superiores aperire, orphanotrophia, nosocomia, dispensatoria aliaque caritatis Christianae opera providere, sacella et ecclesias erigere. Ipsi iudicandum est de modo, tempore, curriculo catechumcnatus. de scientia debita et idoneitate catcchistarum instituendorum.

Sine ipso nemo, cuiuscumque sit auctoritatis, opus aliquod in missione sive inchoare, sive immutare, snre supprimere potest.

Ex his aperte sequitur in veri Superioris missoris potestate esse debere tam media et opes, de quibas missio disponere potest, quam missionaries. qui ad regnum Dei dilatandum in ipsius territorium mittuntur.

In Superioris ecclesiastici potestate sunt opes et media missionis. In eius manu sint oportet subsidia quaecumque missioni data, sive haec ab operibus missionalibus Propagationis Fidei, Sacrae Infantiae, S. Petri Apostoli pro clero indigena, aliisve huiusmodi proveniat; sive alio modo a christifidelibus vel etiam ab ipso Instituto, cui missio est concredita, oblata sint.· ID sive a gubernio civili above qualicumque, caritatis vel humanitatis opere elargita fuere. Haec quidem omna cum suo Consilio ipse administrat, sicut et fundos mobiles atque immobiles missionis, atque de iis, salva determinata specifice destinatione donorum, pro necessitate ac utilitate missionis libere disponit Si enim opes mediaque materialia, quae ad vitam et incrementum missionis destinata sunt, in alterius essent potestate, missionem rite gubernare ipse nequiret, sed ab alius arbitrio dependeret Neque tamen inde sequitur Superiorem missionis pro libitu atque arbitratu suo opera quaecumque in sua missione moliri atque exsequi posse. Institutumque deinde teneri expensis providere ac debita portare. Non ita. Si missionis Superior opus aliquod aggredi intenderet ad quod exsequendum necessaria pecuniae vis deesset vel apti evangelic! operarii desiderarentur, cum Instituti sui Superioribus rea agat oportet, vel etiam pro rerum adiunctis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide recurrat

Sicut Superioris ecclesiastici est de mediis materialibus disponere, ita quoque de missionaries. Eius auctoritati subduntur non solum missionarii strictiore sensu sumpti, qui scilicet in Evangelii praedicationem et m animarum conversionem proxime incumbunt, sacerdotesque quicumque, qui alio modo apostolice in missione laborant verum etiam fratres laid in missionalibus operibus adhibiti.

Haec tamen minime impediunt quominus pecutares conventiones, quae, ut maiorem vim et stabilitatem habeant. Sacrae Congregationi de Propaganda Fide submitti solent, a Superiore ecclesiastico cum Institutis sive virorum sive sororum ineantur, ex quibus mutua lura aeque componantur.

Similiter non prohibetur quominus in missionibus domus religiosae, etiam exemptae, quinimo etiam religiosae provinciae, servatis de iure servandis, erigantur. Sacra Congregatio similes fundationes valde exoptat, non solum quia omnino desideriis congruunt a Domino Nostro Pio Pp. XI encyclicis litteris Rcrvn Ecclesiae [diei 28 Feb. 1926 - LE 693) expressis, verum

etiam quia summae utilitatis sunt, praesertim ubi agitur de missione clero indigenae concreditanda. In hisce et similibus casibus Superiori missionis ea iura competunt. quae a Codice iuris canonici, congrua congruis referendo, Episcopis circa huiusmodi Instituta conferuntur.

In usu potestatis suae missionis Superior magno iudicio et consideratione semper procedat. Non solum magni faciat Consilium missionis, quod ad praescriptum normamque canonis 302 constituere et consulere tenetur, verum etiam in magno pretio habeat Superioris religiosi iudlcia et consilia. Egregie siquidem Instituta, quibus a Sede Apostolica missiones concreditae sunt, in bonum suorum sodalium ipsiusque mis-
114 donis, regionales constitue/runt Superiores. Horum quidem officium, a propriae religionis statutis definitum. limitatur omnino ad vitam religiosam missionariorum. Ipsis praesunt qua religiosis sodalibus ad eorum tam spiritualibus, quam temporalibus necessitatibus et utilitatibus providendum. Curant et invigilant imprimis ut missionarii constitutiones proprii Instituti. quatenus apostolici labores id sinunt, fideliter observent, ut virtutes et perfectionem Christianam colant, et secundum propriae professionis spiritum vivant Unde apparet duas esse in missionibus potestates, quibus missionarii subduntur. Et licet utrique proprius atque omnino distinctus campus sit actionis: una missionaries qua missionariis imperante, altera religiosis qua religiosis praecipiente, quum tamen circa easdem personas exerceatur, nemo profecto non videt, quanti momenti sit, ut concorditer agant. Ex eorum amice collate opera pax procedit in missione et missionariorum fidus, alacer, animosus labor; ex eorum dissensione animorum deturbatio, partes, lugendae saepe difficultates. Ut ergo omnis Superiorum auctoritatum collisio, quantum fieri potest evitetur, atque in optatissimum missionis et animarum bonum ambae potestates perfecte conspirent, de mutua earum relatione aliquid amplius dicere iuvabit.

Regula primaria sit ut Superior missionis, praeter casus in iure praevisos, ne sese ingerat in disciplinam regularem et universim in ea omnia, quae ad vitam religiosam referuntur. Vicissim Superior religiosus ne sese immisceat aut quocumque modo se occupet in iis quae ad regimen missionis pertinent Si tamen unquam conflictus in hisce orietur, praevalet auctoritas Superioris missionis, salvo iure recursus ad Sanctam Sedem (can. 2961

Superioris missionis est stationum mlssionalium Superiores nominare, eas sicut etiam missionaries mutare, de uno in alium locum transferre, eis uti pro occurrente missionis necessitate vel utilitate in diversis officiis vel muneribus. Omnes apostolici missionariorum labores ab eius directione dependent Missionarii omnes eius subiiciuntur iurisdictioni, visitationi, correctioni in iis quae pertinent ad stationum regimen, sacrum ministerium, curam animarum, populi disciplinam, festorum observantiam. Sacramentorum administrationem, scholarum directionem. Seminariorum institutionem. cleri, praesertim indigenae, formationem, ad oblationes quoque quae intuitu missionis factae sunt et ad piarum voluntatum implementum in favorem eiusdem missionis (can. 296).

In nominandis tamen aut transferendis Superioribus stationum et in eligendis ad varia munera et officia missionariis, collata utatur opera Superioris religiosi Hic enim pro officio suo subditos plenius cognoscere atque eorum ingenia, facultates, animi virtutem, aptitudir.es quoque pro variis officiis melius perspecta ha-
115 btre solet Unde Superior religiosus diversarum/ stationum superiores ct officiis aptos viros proponat; Superior missionis vero eos nominat prout in Domino judicaverit Superior religiosus vicissim consilia et incoepte Vicarii Apostolici apud sodales probet ac sustineat, eius auctoritatem fulciat atque defendat, curetque ut ipsi semper et ab omnibus perfecta obedientia et reverentia exhibeatur.

Superior religiosus, si quandoque persuasum sibi haberet, alicuius subditi spirituale vel etiam temporale bonum postulare ut ab uno in alium locum transferatur, vel officio aliquo aut munere levetur, reverenter et fiducialiter rem Superiori missionis exponat In casu tamen dissensus. Superioris missionis sententia praevalere debet.

Superior missionis, ubi subditum sibi missionarium muneri suo graviter defecisse comperuerit opportunas dispositiones atque meritas poenas statuere potest Superior vero religiosus in eodem casu cumulativum cum Superiore mlsionls ius habet Attamen si aliter ab uno et ab altero decerni contingat, ea quae ab Ordinario decreta fuerunt, praevalere debent (can. 631).

Ob gravissimas porro rationes tam Superior ecclesiasticus quam Superior religiosus aequo iure, non requisito alterius consensu aliquem a proprio loco vel munere removere potest; nec alter alteri causam iudicii sui aperire, multoque minus probare tenetur, salvo tamen recursu in devolutivo ad Apostolicam Sedem (can. 454 § 5).

Haec sunt, quae Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad animorum in missione concordiam et unionem, ad pacem et tranquillitatem eorum qui in vinea Domini laborant, ad desideratum quoque laborUm apostolicorum felicem successum. Praepositis missionum et Superioribus religiosis communicanda utilissima iudicabat.

Quam Sacrae Congregationis Instructionem, Ssfho Domino Nostro Pio XI per Emum Praefectum eiusdem Sacrae Congregationis relatam, in audientia die 21 Novembris 1929 habita, Sanctitas Sua in omnibus benigne adprobare dignata est atque ab omnibus ad quos spectat omnino servari mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die octava Decembris, in Festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, anno 1929.—G. M. Card, van Rossum, Prae/. F. Marchetti Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secr.*

Adn. J. CREU5EN in NrT 57 (1930) 512-515. J. FERNANDEZ in CpR 12 (1931) 284-239; A. LARRAONA in CpR 11 (1930) 148-152 et Jn Apoll. 3 (1930) 214-218; PrM 19 (1930) 260-265.

1929 DEC 12.-SC CONCILII, NORMAE. PART.

Normae CIRCA CONSTITUTIONEM ET EVOLUTIONEM OFFICII CATECHETICI DIOECESANI IN ITALIA

Compiuto felicemente. grazie alfaluto del Signore e all'augusta approvazione e paterna benedizione dei Santo Padre, il Convegno dei delegati catechistici delle Diocesi d'Italia, questa Sacra Congregazione ringrazia tutti i Revjnl Ordinari della loro fervida adesione. e dl aver inviato al Convegno sacerdoti che con tanto zelo ed assiduità hanno preso parte vivissima alie lezioni tenute.

Ora affinchè si possa conseguire pienamente il fine dei Convegno che era quello di promuovere e disciplinare sempre meglio in ogni Diocesi l'istruzione religiosa dei popolo cristiano. questa Sacra Congregazione invita 1 Revjni Ordinari a istituire, in quella forma e con quelle modalità che rlterranno più opportune, un Ufficio Catechistico diocesano. là dove non esiste ancora; e ove già esiste a dare alio stesso un maggiore sviluppo, corrispondente alie nuove esigcnze deirinsegnamento religioso nelle scuole dello Stato.

In questo lavoro cosl importante i Rcvjni Ordinari potranno trovare valido aiuto nei Delegati che hanno inviato al Convegno. i quali, ben compresi della delicata missione loro affidata. hanno posto ogni migliore diligenza per renders! atti a prestare agli Ordinari la loro migliore subordinate coopcrazione.

Qualora non fosse possibile la costituzione di un vero e proprio Ufficio, gli Ordinari sceglieranno almeno un sacerdote di loro piena fiducia, a cui affideranno, con il nome di Delegato Catechistico. il compito di promuovere e coordinare 1'azlone catechistica in Diocesi

Per venire poi in aiuto ai mcdesimi Ordinari si unisce alla présenté circolare un breve schema di Statuto (allegato A), che potrà servire di norma per la costituzione. e per il maggior sviluppo. delFUfficfo Catechistico diocesano.

La stessa S. Congregazione invita i Rcvjni Ordinari a notificare con cortese sollecitudine. alia medesima 1 nomi delle persone chiamate alia missione dl coordinare e promuovere l'istruzione religiosa nelle rlspettlve Diocesi.

Roma, 12 dicembre 1929-Donato Card. Sbarretti, Prcfefto. G. Serafim, *Segretario.*

• **Ai rwxsl tfoctsaal d'RaUr. ME S3 (1941) 283.**

1923 DEC Λ-SC ORIENT, DECR, AAS 32 (1930) 99-105

Dr crxRiris orientalibus. sive saecularibus. sive religiosis. OCT E TERRITORIIS ACT DIOECESIBUS ORIENTALIBUS DÎ SLPTLMTRMNALEM. WX MEDIAM. VEL MERIDIONALEM AMERICAM. 1EL DC A THALIAE REGIONES DEMIGRANT, UT SPIRITUALEM INUI CURAM PRAESTENT FIDELIBUS PROPRII RITUS

Qua sollerti alacritate nullo non tempore Apostolica Sedes aeternae eorum fidelium orientalium saluti prospexerit. qui e territoriis patriarchalibus. regionibus
100 seu dioecesibus orientalibus migrantes, exieras petunt/ regiones, praesertim si sua inibi transtulerint domicilia. plurima sane documenta ac decreta, in hanc rem edita, luculenter testantur.

Nihil enim Ecclesiae Matri antiquius fuit, quam omni ope eniti, ut isti quoque fideles, tot inter pericula, quae in iis exteris praesertim regionibus, praecipue ex eorum cum haereticis sectis et orientalibus dissidentibus commercio ac necessitudine oriuntur, sartam tectamque servarent catholicam fidem ; atque ut suo cuiusque orientali ritu libere uti possent, etiamsi inter catbobcos lalini ritus degerent Quapropter semper eidem cordi fuit, ut ad spiritualem eorum curam suscipiendam, sacerdotes orientalis ritus e territoriis patriarchalibus vel orientalibus deligerentur, qui scientia et bonis moribus praediti, sanctissimo huiusmodi ministerio obeundo pares omnino essent quique ad curam spiritualem exercendam in fideles sui cuiusque ritus fidenti animo mitti possent Eadem de causa provisum atque praecautum est, ut praestantes horum sacerdotum dotes bc virtutes in antecessum diligenter dignoscerentur. itemque ut Ordinarii locorum ad quae demigrare caperent, non modo libenter eos excepturi essent, sed eham eos expeterent uti optatos laboris socios in vinea Domini. Quem in finem saepe plane a S. Sede leges et decreta peropportuna lata fuere.

Verum, cum procedente tempore, leges et decreta huiusmodi aut rite non intellecta sint, aut velut in oblivionem venisse viderentur, et abusus non pauci irrepserint, iidemque cius naturae, ut probis ritus orientalis sacerdotibus haud mediocri detrimento esse possent. Sacra haec Congregatio opportunum, immo necessarium esse duxit easdem leges ac decreta iterum commemorare, ct restituere. Idque praesertim ad spiritualem fidelium orientalium utilitatem efficacius procurandam. Uti enim pluries huic Sacrae Congregationi relatum fuit, quidam sacerdotes, ex iis praesertim qui in American et Australians se contulerunt, ob suum cuiujque agendi morem, non tantum a latrnis. sed a Hili etam orientalibus fidelibus gravi improbatione et quasi nola censoria digni habiti sunt; alii, quaerentes quae sua sunt, non quae lesu Christi, fideles ftt» curis concreditos misere derehouerunt. huc illud passhn vagantes; alii demum, ne catholici quidem aut octo Ordine initiati, corruptis documentis, tam callide locorum Ordinarios in errorem inducere conati sunt, ut iidem r.onnunquam conquesti sint, quasi sacerdotes probi ab mprobls. legitimi a simulatis ac mendacibus, vix aut ne vix quidem discerni ac cognosci possint. Quae curn ita rint, neminem latet quantis incommodis in suo abeundo munere praepediantur optimi orientalis ritus saeerdoto. ac propterea quam necessarium sit opportuna remedia, abiecta omni cunctatione, salubriter afferre.

Veram In hu remedii exquirendis, duxit haec Sacra Congregatio necessarium non esse leges ac decreta
101 compluries a S Sedo lata immutare, sed/ satius ea rtriitum ac renovare, timui statuendo methodum ac viam certam ac definitam, qua citius ct melius eaedem leges et décréta eadem applicarentur et fraudibus contra ipsa aditus praecluderetur.

Non vero eget haec Sacra Congregatio moras trahere m commendando Episcopis Intinis illarum regionum ȯrient al qui in eorundem dioecesibus commorantur ; probe enim ipsa novit quanto amore, hoc praemtta tempore, tum Episcopi latini. tum Nuntii aut Delegati Apostolici prosequantur orientales, eos quoque qui ab unitate Ecclesiae sunt separati; nam non una tantum communitas seu paroecia schismatica ad unitatem Ecclesiae, cura et industria Episcoporum Americae, rediit.

Rogat igitur magis magisque eosdem Ordinarios, ut omni zelo, studio et industria incumbant, ad normam praesertim Const. *Orientalium dignitas* (diei 30 Novembris 1894 - CICF n. 627] n. 9, in curam orientalium fidelium in suis dioecesibus commorantium, ut, incolumi manente ritu, ecclesias et quidem scholas, quatenus fieri possit, pro iis excitanaas curent: quod si ii proprias scholas habere, pro rerum adiunctis, non valeant, omni ope admtantur ne illi orientales quasi coacti sint suos pueros scholis protestanticis aut alienis a sensu Christi committere. Pariter. quinimo praesertim, foveant vocationes ecclesiasticas in filiis indigenis illorum fidelium ritus orientalis, et curent ut non solum ad pietatem informentur et ecclesiasticis disciplinis imbuantur, sed etiam, consulta hac Sacra Congregatione, ut in proprio ritu probe instruantur et in sacris ordinentur; nam iis quoque, ita eruditis et institutis, addictis ad curam spiritualem fidelium suorum rituum, plenius huic curae spirituali prospectum erit, quia eorum opera convenientius erit impensa et propensius accepta.

Ut igitur haec Sacra Congregatio aptiore modo debitae sacerdotum orientalium existimationi consulat, itemque spirituali fidelium orientalium procurationi prospiciat, tota re mature discussa in comitiis generalibus Emorum Patrum habitis die 17 Iunii 1929, haec, quae sequuntur, statuit ac decernit de sacerdotibus orientalibus, qui in Americae vel in Australiae regiones se conferunt ad pastorale inibi ministerium exercendum; quae quidem diligenter religioseque erunt observanda. sive ab Ordinariis et sacerdotibus orientalibus, sive etiam, vi can. 257 Codicis iuris canonici, ab Ordinariis latinis.

1. Ordinarii latini locorum, de quibus supra, inquirant num catholici ritus orientalis sedem transtulerint aut commorentur in suis dioecesibus ; ad quem certum et definitum ritum orientalem pertineant, an iidem indigeant necne cura spirituali praestanda a sacerdote proprii ritus; et hinc sine mora hanc necessitatem aut opportunitatem curae spiritualis, uti supra, huic Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali significent et declarent/ per Nuntium aut Delegatum Apostolicum 132
regionis, qui, si opus sit, eandem necessitatem aut opportunitatem recognoscet et comprobabit.

Sacra vero haec Congregatio statim per Nuntium aut Delegatum Apostolicum regionis rem communicabit cum Episcopo vel Episcopis orientalibus eiusdem ritus, aut cum Domino Patriarcha, si ritus eo gaudeat, et casus ferat; simul rogando ut unum vel plures sacerdotes ad hoc munus dignos et idoneos designent, a S. C, pro Ecclesia Orientali, cuius erit licentiam concedere, adprobandos. idque pariter significent per Nuntium aut Delegatum Apostolicum regionis, qui suam sententiam de hisce sacerdotibus ipsi Sacrae Congregationi patefaciet

2. Quodsi Domini Patriarchae aut Episcopi orientales. quacumque via et ratione certiores facti sint de hac opportunitate vel necessitate curae spiritualis fidelibus orientalibus in iis locis praestandae per sacerdotes proprii ritus, id pariter significent huic Sacrae Congregationi, simul indicando dioccesim vel dioeceses ubi fideles isti degant et designando ac proponendo sacerdotem vel sacerdotes, uti supra, dignos et idoneos, idque significent per tramitem Nuntii aut Delegati Apostolici, qui suam sententiam, uti supra, de propositis sacerdotibus declarabit.

Sacra vero haec Congregatio statim rem Episcopo loci de quo supra, per Nuntium aut Delegatum Apostolicum. declarabit, simul rogando Ordinarium de suo consilio vel licentia; itemque Nuntium aut Delegatum Apostolicum de sua sententia super negotio universa

3. Si qui fideles curam spiritualem exoptent per sacerdotem proprii ritus, expeditius erit si id petant ab Ordinario loci, qui petitionem, una cum suo consilio vel consensu mittat ad Nuntium aut Delegatum Apostolicum regionis, qui quidem id transmittat ad hanc Sacram Congregationem cum suis percontationibus. informationibus et voto.

4. Equidem non tantum Domini Patriarchae, et Ordinarii sive latini sive orientalis ritus, sed etiam fideles, possunt directe ea. de quibus supra, cum hac Sacra Congregatione communicare; attamen non par-

ili»

rsa temporis compendium sequetur, si ordine supra statuto Id fiat

5. Episcopus vel Episcopi orientales vel Patriarcha, prouti supra in art 1 et 2, designando sacerdotem vel sacerdotes dignos et idoneos ad curam spiritualem, sicil transmittant litteras commendatitias ad Missae ce-Jebntonem atque edoceant Sacram Congregationem de eius vel eorum curriculo vitae et moribus, deque α omnibus quae comprobare possint eum vel eos ad -unus suscipiendum vere dignos esse atque idoneos. Si sptur de sacerdote cleri regularis designatio et ifonnationes transmittantur etiam a suo Superiore.

Ç. Ad sacrum ministerium exercendum in praefatis rtporibus non/ admittantur sacerdotes saeculares uxortêi habentes, sed solum sacerdotes caelibes, aut vidui. Vidui tamen uistis de causis ab hac Sacra Congregatio-« excludi poterunt ab iis dioecesibus et locis, in quitis eorum proles forte degat aut quocumque modo eveniatur, pariterque si in viciniis eorundem locorum.

7. Statim ac Sacra haec Congregatio, opportunis asiBDptis notitiis, designatum sacerdotem idoneum reputaverit, per speciale *rescriptum,* modo usitato, concedet tceatiam ut dictus sacerdos se conferat in determitm dioecesim. ut inibi domicilium constituat et fidelibus suae gentis seu ritus spirituale praebeat auxlUZL

Idque rescriptum seu licentiam Sacra Congregatio, adccinem dubitationem et difficultatem Episcopis hara regionum auferendam, mittet ad Ordinarium dioecesi ubi sacerdos ritus orientalis domicilium constituere intendit, per tramitem Nuntii aut Delegati Apostofci. vel sl res urgeat, directe ad eundem Ordinarium, retorato simul Nuntio aut Apostolico Delegato. Unius erit huius Sacrae Congregationis, Ordinariis et ipsis Patriarchis exclusis, hanc licentiam concedere, quam Sica Congregatio scripto, seu per *rescriptum* dumtaxat dabit

3. Eandem licentiam Sacra Congregatio ad sacerdotem designatum mittet per Nuntium aut Delegatum Apostolicum, vel, eo certiorato, per Ordinarium propxB, aut, uti supra dictum, per Patriarcham, et. si iptnr de sacerdote religioso per suum Superiorem, Delegate Apostolico, et, si casus ferat, Patriarcha certantis: atque una cum licentia, mittet, ratione supra determinata, eidem sacerdoti litteras commendatitias, vulgo celebret, dictum in finem, et pro tempore necesario ad iter faciendum validas.

i Sacerdos, sine mora, simul ac poterit, ad statuis locum proficiscetur.

Si opus sit ut iter ad tempus intermittatur, sacerdos td litssae celebrationem admitti potest, ab eo exhihtis rectori ecclesiae, ubi litare exoptat, litteris comrtndatiliis, vulgo celebret, a Sacra Congregatione pro Ecdeta Orientali acceptis. Rector vero Ecclesiae in -sdem litteris adnotabit diem celebrationis et titulum Ecclesiae, una cum sua subsignatione.

Quodsi memoratus sacerdos orientalis ritus moram protrahat plus quam aequum est, rector Ecclesiae hac ‹te re certiorem reddat Episcopum seu Ordinarium locL

Ordinarius loci ne admittat amplius ad Missae ceihnttenem sacerdotes, qui, sine iusta causa, plus quam est, in loco interfecto consistant, aut huc illuçte vagentur, et, salvo suo iure, rem referat Nuntio ix Delegato Apostolico, aut huic Sacrae Congregationi.

10. Statim ac memoratus sacerdos ad statutam dioecesi pervenerit, sistat coram Ordinario loci, eidem * abbendo litteras commendatitias a/ Sacra Congregittene, et litteras discessoriales a proprio Antistite iX a Domino Patriarcha habitas.

Led vero Ordinarius, iuxta tenorem *rescripti* hath ab hac Sacra Congregatione, de quo in art. 7, ei hculutem dabit Missam seu divinam Liturgiam celebrandi. Sacramenta administrandi, ac quaelibet sacra raia persolvendi, necnon mansiones pro cura spiritali fidelium proprii ritus, eaque omnia suscipiendi, çæ necessaria et opportuna censuerit; itemque lora praefiniet, in quo sacerdos domicilium statuere debeat

11. Dictus sacerdos jurisdictioni Ordinarii loci subet» debet.

11 Salvo igitur semper suo ritu, stet mandatis OrL-arù loci, tum quoad curam spiritualem suorum fidekwn in loco et in Ecclesia sibi assignatis, tum ad iteundam aliam ecclesiam, paroeciam, seu alium locum ipsius dioecesis ad ministerium exercendum, vel ad fideles sui ritus causa sacri ministerii invisendos.

Neque in aliam dioecesim se conferre poterit, pro exercitio temporaneo sacri ministerii aut pro invisendis fidelibus proprii ritus, nisi praehabito consensu Episcopi *a quo* atque Episcopi *ad quem;* et si hunc consensum obtinuerit, se gerat modo, ratione et condicionibus a memoratis Superioribus statutis.

13. Ut quilibet sacerdos, qui in aliquam dioecesim Americae. vel Australiae emigraverit, mutare dioecesim valeat in ambitu earundem regionum, sufficit ut in hoc conveniant Episcopus *a quo* et Episcopus ad quem; proprium consensum scripto significando. Hac de re vero, Episcopus *ad quem* nuncium quantocius mittere tenetur per Nuntium aut Delegatum Apostolicum ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientait

14. In fine cuiusque anni, a die data in rescripto supputandi, tenetur quilibet sacerdos orientalis, qui in praefatis regionibus degat, *relationem scriptam* mittere ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali de statu religioso suorum fidelium et de sacro ministerio adimpleto; hanc vero relationem exhibebit Ordinario loci, ut hic sua auctoritate eam *scripto* comprobet, opportune suas addens adnotationes. ipseque Ordinarius eam ad Sacram Congregationem transmittat

15. Nullus ergo Episcopus in suam dioecesim admittat aliquem sacerdotem orientalis ritus, e dioecesi orientali provenientem, eique facultatem celebrandi, vel sacrum ministerium exercendi det, nisi a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali necessarium *rescriptum* antea acceperit, ad normam art. 7; itemque, nisi hoc *rescriptum* receperit, nullam, ad omnem fraudem praecavendam, Ordinarius praestet fidem quibusvis litteris aut documentis, iis etiam uti ex hac Sacra Congregatione prolatis, exhibitis a sacerdote, vel ab eo qui se esse sacerdotem dictitat; atque in casu, salvo suo iure,/ rem referat Nuntio aut Delegato Apostolico suae regionis vel huic Sacrae Congregationi. 105

Interim vero Ordinarius loci in sacerdotem orientalem qui dictum in finem sine debita licentia in suam dioecesim se contulerit animadvertere poterit, pro suo prudenti arbitrio, remediis et sanctionibus, ad normam art 9.

16. Sacerdotes omnes dictum in finem ibi commorantes, firma manente prohibitione eleemosynas, pecuniam, sine huius Sacrae Congregationis facultate, colligendi. quod attinet ad stipes Missarum et collationes consuetas, pro more dioecesis, ad Dei cultum, ad ecclesias vel scholas etc. faciendas, stent omnino decretis et ordinationibus dioecesanis; nisi aliter in casibus particularibus pro iis praescribendum Ordinarius loci censeat.

17. Praescriptis, de quibus in art 11» 12, 13, 14. 15 et 16, tenentur ii quoque sacerdotes orientales, qui ante editum hoc decretum se contulerint in has regiones, ibique legitime commorentur.

18. A Ruthenis vero, qui se conferunt ad Foederatos Status Americae, aut ad Canadenscm ditionem, ad exercendam curam spiritualem sub jurisdictione Ordinariorum sui ritus, serventur particularia decreta ab hac Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali lata.

Quod si ad id munus petant alias regiones supra memoratas, praescriptiones huius decreti servabunt

Hoc decretum, ut cunctis ad quos pertinet probe perspectum evadat, vim obligandi habebit a die prima mensis Aprilis anni millesimi nongentesimi trigesimi.

Quae omnia Ssmo Domino relata in audientiis 22 Iunii et 7 Decembris, an. 1929, Sanctitas Sua adprobavit ac rata habuit, atque decretum dc iis edendum iussit

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 23 Decembris 1929.—A. Card. Sincero, *a Secretis. H.* I. Cicognani. *Adsesssor.*

Adn. J. CREUSEN in NrT 57 (1930) 414-416: T. DINI i» Apoll. 3 (1930) 225-226.

938

1929 DEC *23.-SC* 8ACR. INSTR. AAS 22 (1930) 168-171

De COMPETENTIA IUDICIS DC CAUSIS MATRIMONIALIBUS RATIONE QUASI-DCMICILII

In tam effraena divortiorum cupiditate hodie invalescente, quae efficit ut apud omnes fere gentes fune-

stissima vigeat lex civibus tribuens facultatem conjugale vinculum abrumpendi quasi pro lubitu aut saltem non gravibus, et quod peius est. ex industria et fraude confectis causis, consecutum est, ipsos catholicos coniuges facile abripi desiderio nuptias dissolvendi quum matrimoniale consortium ipsis non eam attulerit felicitatem et pacem, quam sensibus nimio indulgentes sibi spoponderant.

Verum Ecclesia Christi quamcumque respuit divortii facultatem, quia quod *Deus coniunxit* homini separare con licet; at abiudicare non poterat ius fidelibus instituendi judicia, quibus comprobare intendant initum matrimonium nullius esse valeris ob aliquod inhaerens coniugali foederi impedimentum dirimens; verumtamen maxime interest judiciales cognitiones de exsistentia impedimenti fieri servatis adamussim normis a iure statutis. Experientia autem docuit non semel, malo fato, coniuges magis suae libidini quam veritati studentes. satagere causam institui in loco quasi-domicilii, quod sibi facile comparant, posthabito loco domicilii aut matrimonialis contractus.

Etsi in causis matrimonialibus titulus competentiae iudicis. ratione quasi-domicilii juridicus sit» ad normam can. 1964. tamen nemo est qui non videat pericula quibus idem obnoxius evadat: nedum quia, deficiente animo aut sufficienti causa ad quasi domicilium acquirendum, prout ius requirit, fraudis occasio commode praebetur ad eiusdem titulum fictum seu putativum assequendum; sed maxime quia, translato iudicio apud wdicts rerum ct personarum ignaros, facilis aperitur aditus fraudibus et improbitati tum comugum, adversus sanctitatem ct contra unitatem matrimonii Christiani coniurantium. tum etiam eorum qui lucrum tantum inhiantes, ipsos coniuges edocent de modo quo causam instaurare debent, atque de exitu causae solliciti, non de veritate factorum, testes comparant et instruunt, ut ea deponant et confirment quae optatis
169 conspirent/

Ad eiusmodi tam lugenda incommoda praecavenda. Sacra haec Congregatio, cui vigilantia et tutela disciplinae Sacramentorum commissae sunt, in plenariis Comitiis habitis die 13 Decembris 1929. in Civitate Vaticana. sequentem dedit Instructionem, cui Officiales curiarum aliique ecclesiastici iudices in causis matrimonialibus titulo quasi-domicilii competentes» ob rei peculiarem gravitatem, fidelissime parere debebunt

I. - Antequam Officialis uniuscuiusque curiae libellum admittat introductionis causae nullitatis matrimonii ob competentiam ex titulo quasi-domicilii advenarum, praesertim exterae alicuius nationis, causae delibatio, assistente sacri vinculi Defensore, facienda est super his. qui sequuntur, articulis.

1. An titulus quasi-domicilii. ob quem causae nullitatis matrimonii, coram ipsius tribunali, introductio petitur, juridico fundamento innitatur, seu canonice acquisitus haberi debeat

2 An et quacnam adducantur rationes, quibus innixi coniuges, causam praedictam inire desiderant extra locum domicilii vel contractus.

3. Quodnam sit causae nullitatis caput, pro matrimonio impetendo.

4. Quaenam probationes et documenta a partibus facilius ibi adduci queant, quum ipsae tam longe distent a loco domicilii aut contractus.

5. Informationes super veritate precum seu libelli, et super adductis probationibus exposcere oportebit ab Ordinario curiae domicilii et contractus; ita ut antequam huiusmodi informationes habeantur et sufficiente censeantur, ad ulteriora procedere minime faa sit Quod si praefatus Ordinarius asserat coniuges sibi comparare intendisse forum ex quasl-domicilio. ad insidias veritati struendas, quamobrem causam sibi avocare postulet, super hoc potisimum erit inquirendum, utrum nempe conveniens sit Ordinarii petitioni assentire.

II - In huiusmodi praejudiciali inquisitione sacri vinculi Defensoris est ad normam iuris communis canonum 1968. 1969. 1984:

1 Opportunas interrogationes facere super praedictis articulis.

X Responsiones partium aut exhibita documenta perpendere, et super his suas peragere animadversiones. et petere ut aliquis testis audiatur, aut aliae informationes exquirantur prouti casus ferat

1IL · QuamvU in eiusmodi causa incidentali praeludiclali vinculi Defensor praecipuas partes agat — adeo ut asserere liceat, quae hac Instructione praecavere intendimus incommoda, evitari posse, si vinculi Defensor suum officium diligenter expleret — nihilominus Officialis curiae, cui causa defertur titulo quasi domicilii, erit causam incidentem moderari, et instruere et ea decernere quae incidentem quaestionem ad aequam definitionem perducant ad normam canonum 1837-1841./ n

IV. - 1. Proinde Officialis satagat in ius vocare coniuges, aut etiam testes ad instantiam partium vel Defensoris vinculi, seu ex officio adductos, eosque interrogationibus submittere, adhibitis interrogationum formulis a vinculi Defensore ad normam iuris concinnatis.

2. Officialis autem erit rem ita moderari, ne nimii testes adducantur, neque instrumenta aut documenta ad rem stricte non facientia exhibeantur; secus quaestio. suapte natura praejudicialis et expedito processu definienda, rumis implicata evaderet et difficilioris solutionis, atque ita fraudibus et malitiis aperiretur aditus.

X Quare quoties Officiali videatur quaestio satis instructa probationibus et deductionibus, audito Defensore vinculi, decernat causae praeiudicialis instructionem esse clausam.

4. Dein omnibus perpensis quae deducta sunt, et acceptis vinculi Defensoris animadversionibus, et attente consideratis Ordinarii domicilii et contractus informationibus. maxime si hi expetant causam a se avocari, decretum ipse edat quo, causam vel attribuat iudici quasi-domicilii, vel ludici domicilii aut contractus.

5. Si huic decreto vinculi Defensor non acquiescit et petit causam nullitatis deferri iudici domicilii aut contractus, exarare idem debet animadversiones, quibus suam oppositionem congruis argumentis sustentet

6. Integrum est partibus vel harum alterutri se opponere iudicis decreto, et ad hoc exhibere suas deductiones aut documenta.

7. His sedulo perpensis. Officialis curiae vi can. 1841 potest suum decretum corrigere aut revocare.

8. Si ludex omnibus perpensis persistat in suo decreto, idemque confirmet, quaestio incidentalis deferenda erit per recursum Defensoris vinculi ad hanc Sacram Congregationem pro definitione.

V. - 1. Quoties autem quaestio de nullitate definita sit apud iudicem quasi-domicilii, et huiusmodi competentiam hacc Sacra Congregatio suo rescripto non probaverit, in secunda instantia Defensor vinculi debet in primis ad examen adducere acta praeiudicialis instantiae de competentia circa quasi-domicilium, et si censeat rem non bene fuisse definitam, ad hanc Sacram Congregationem rem deferat.

Z Si causa de nullitate, ad curiam primae instantiae, vi quasi domicilii partis conventae, delata sit antequam edita fuerit hacc Instructio, Defensoris vinculi erit huiusmodi quaestionem dc competentia delibare, et ea omnia advertere ct deducere, quae in Domino ei magis expedire, videantur, pro gravitate sui officii, et quaestionem ad hanc Sacram Congregationem deferre, si suspicio non spernenda adsit, fraudem, dolum aut saltem errorem in perpendendo isto titulo competentiae non defuisse./ 1'1

3. Idem ius et officium est Defensoris vinculi in tertia et ulteriore instantia.

Praesentem Instructionem in Audientia diei 22 Decembris an. 1929 Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI. audita relatione infrascripti Secretarii Sacrae Congregationis ratam habere et adprobare dignatus est, eamque exsecutioni in omnibus curiis dioecesanis, Archiepiscoporum et Episcoporum onerata conscientia. mandari iussit: quibuscumque contrariis minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 23 Decembris 1929.— M. Card. Lega, Episcopus Tusculanus, *Praef.* D. Jorio, Secr.

Adn. J. CREUSEN In NrT 57 (1930) 414-416: F. ROBERT! In Apoll. 3 (1930) 196-198: IP 10 (1930) 149; ME 42 (1930) 102; PrM 19 (1930) 251-254

939

1K9 DEC 31.-PIUS XI. ENCYCL. AAS 22 (1930) 49-86

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES, PATRIARCHAS. PRIMATES, IKHUTISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PKIM FT COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES ÎTDNCE AD CHRISTIF1DELES CATHOLICI ORBIS UNIVERSOS:

De Christiana Inwntiitls educatione.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Divini illius Magistri vices in terris gerentes, qui, etsi universam hominum familiam, vel ob commissa inserentium, infinita caritate sua complectebatur, tetamen animo pueros prosecutus est atque in verbi illa erupit amoris plena: « Sinite parvulos veL.x ad me ⁑, Nos quoque ullam, quae Nobis obversaretur, opportunitatem non praetermisimus, ut paterεχη voluntatem, qua in eos ferimur, data occasione, «tenderemus eo potissimum intendentes animum, ut Rdulae iisdem tribuantur curae opportunaque tradantur praecepta, quae ad Christianam pertineant iuvencrts educationem. Itaque, Divini ipsius Magistri veluti vocem referentes, pluries, admonendo, cohortando, dirijendo. salutaria verba habuimus cum coram iuvenibus S «rumque praeceptoribus,/ tum coram matribus patritasque familias, de iis rebus quae Christianam attingunt educationem, ea quidem sollerti cura, quae comsaBem omnium Patrem decet, eaque opportuna vel aportuna. quae pastoralis est muneris, sedulitate, secundum illud Apostoli: « Insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina >;2 quod profecto haec nostra postulant tempora quibui nimium saepe dolendum est perspicua ratione rectoque iudicio de rebus etiam maximi ponderis carere multos.

At ipsa nostrae huius aetatis conditio, ipsa quae varj in regionibus scholastica agitatur ac paedagogica cxtroversia, ipsa, quae bene multi e vobis, venerabiles tit-es, atque e vestratibus, hac de re optata non seal Nobis fidenti animo aperuerunt, itemque Nostra, £ diximus, erga iuventutem actuosa voluntas, Nos impluet ad causam iterum ac consultius pertractandam, DûQ quasi eius doctrinae eiusque usus amplitudinem paene infinitam velimus funditus perscrutari, at quia praecipua saltem, quibus nititur principia ac rationes, breviter explanare cupimus, et ea omnia, quae inde exsequuntur atque ad usum pertinent, in sua luce pocee. Idque habeat iuventus, habeantque omnes qui. pra wo officio, eius praesunt educationi, veluti donum l Nobis singulari prorsus studio monumenti caussa ditem, quinquagesimo exeunte anno ex quo sacerdotale munus suscepimus.

lamvero. nunquam, ut nostris hisce temporibus, de durat:one tantopere disceptatum est; quam ob rem ; nmi novarum de paedagogia doctrinarum magistri ofcque exstant, qui novas de hac re effingunt ac disftrado proponunt rationes ac vias, quibus eam iactant te posse educationem assequi, faciliorem scilicet atque e&eaciorem, qua futurae aetatis homines ad optatam a terris felicitatem adipiscendam satius conformentur.

Cuius rei haec caussa est. quod videlicet homines, qx. a Deo creati, eius referunt similitudinem eodemqw. perfectissimo bono, aliquando fruituri sunt, ut ex hodierna ipsa terrenarum rerum copia ac progressione facilius animadvertunt non posse bona externa neque privatam afferre neque publicam veri nominis felicitatem. ita. naturae suae ab ipso Creatore insitum, acriot! na expediuntur stimulum ad nobiliorem cotidie cap'/ndam perfectioris vitae formam, quam quidem educationis ope potissimum suscipere contendunt. At nonηβi, quasi in nativa verbi significatione nimium insieiusmodi vitae perfectionem ex ipsa hominum natura expromere enituntur eiusque viribus tantum ad effectum adducere. In quo facile ii quidem errant, quandoquidem non ad Deum, universitatis rerum prinGprxn atque finem, oculos animosque intendunt sed in r ipsos inflectunt, terrenis fluxisque rebus haerentes toti: unde profecto fiet, ut iidem perpetua animorum fluctuatione ac perturbatione fatigentur, usque dum ad Deum, virtutum omnium unam veluti metam, mentem operamque suam convertant, secundum grandem illam Augustini sententiam: < Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te ».l

Res igitur maximi momenti est, in iis quae ad educationem attinent non falli, haud aliter quam ab ipso supremo fine non aberrare, ad quem quidem quaelibet educationis opera necessario dirigitur. Etenim, quoniam omnis educandi ratio ad eam spectat hominis conformationem, quam is in hac mortali vita adipiscatur oportet, ut destinatum sibi a Creatore finem supremum contingat, liquido patet, ut nulla veri nominis educatio esse potest, quae ad finem ultimum non ordinetur tota, ita, praesenti hoc rerum ordine Dei providentia constituto, postquam scilicet se ipse in Unigenito suo revelavit qui unus « via, veritas et vita » est, plenam perfectamque educationem dari non posse, nisi eam, quae Christiana vocatur. Quapropter manifesto apparet, Christianam educationem caussam esse sane gravissimam, quod attinet non modo ad singulos homines, sed ad domesticam etiam civilemque consortionem, cuius quidem summa vis atque virtus ex ipsa vi atque virtute eorum profecto oritur ex quibus eadem tamquam elementis constat. Itemque ex hisce principiis, quae adhuc attigimus, dilucidum est quam praestabilis sit, prae ceteris omnibus, Christianae educationis opera, quippe quae eo potissimum spectet, ut summi boni, nempe Dei, possessionem adolescentibus educandis comparet, et humanae societati maxima, quoad in terris fieri/ po- 52
test, emolumenta ac commoda pariat Idque efficaciore prorsus modo ea assequi nititur, quandoquidem homines. eiusmodi inceptum provehentes, ipsi Deo navant operam, ut auctiori civium profectui privatim publice prospiciant; educatores enim iuvenum animos ita effingunt ac movent, ut eorum vitae cursum vel in posterum quodammodo dirigant, divina testante Sapientia: « Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea ».4 Merito igitur hac de re scripsit S. loannes Chrysostomus: < Quid maius quam animis moderari, quam adolescentulorum fingere mores? »'

At nihil profecto Christianae educationis amplitudinem dignitatemque. nihil supernaturalem eius praestantiam magis ostendit, quam amantisslma illa verba quibus Christus Dominus, quasi suam pueri gererent personam, asseveravit: < Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit ». ♦

lamvero ut in hac maximae gravitatis opera non modo errores praecaveantur, sed etiam ut, divina suffragante gratia, ad prosperiorem successum muniatur via, omnino necesse est ut hoc plane exploratum sit, scilicet quid sibi velit Christiana educatio quibusque nitatur principiis: id est. ad quem educandi munus pertineat et quisnam educatione indigeat, quae praeterea opus est intercedere rerum adiuncta. ac denique quae sit, ex rerum ordine a providentissimo Deo constituto, propria Christianae educationis ratio ciusdemque propositum.

Educandi munus non singulorum hominum, sed necessario societatis est. Tres vero numerantur societates necessariae, inter se distinctae at, Deo volente, congruenter copulatae, quibus quidem homo ab ortu suo adscribitur: harum duae, domestica nempe ac civilis consortio, naturalis ordinis; ac tertia, Ecclesia nimirum, supernaturalis. Primum obtinet locum domesticus convictus, qui, cum ab ipso Deo ad eiusmodi propositum constitutus ac comparatus sit, ut sobolis procreandae educandaeque curam habeat, idcirco natura sua. adeoque iuribus sibi propriis, civili societati/ antecedit. Ni- 53
hilo setius familia ideo imperfecta est societas, quia non omnibus iis rebus est praedita, quibus nobilissimum propositum suum perfecte assequatur; civilis autem congregatio, cum omnia in sua facultate sint ad destinatum sibi finem, videlicet ad commune terrestris huius vitae bonum, necessaria, societas est numeris omnibus absoluta ac perfecta; hac Igitur de caussa domestico convictui eadem praestat, qui quidem in civili solummodo consortione institutum suum tuto riteque absolvere potest Tertia denique societas, in qua homines, per baptismatis levacrum, divinae gratiae vitam ingrediuntur, Ecclesia est. supernaturalis quidem societas universum humanum genus complectens, atque in sc perfecta, cum sibi omnia suppetant ad finem suum, sempiternam nempe hominum salutem, consequendum, ideoque in suo ordine suprema.

« Maw.. X. 14. 2 *II Ttm.f* IV, 2. ' Con/ew.. I, 1. 4 *Prov.,* XXII, fi. ' Won. fil), in c. MMth. · Mmtc . IX,

Consequens est, educationem, quae ad totum respicit hominem, qua hominem singillatim quaque societatis humanae participem, sive in naturae sive in divinae gratiae ordine constitutum, ad necessarias has societates tres, fini cuiusque proprio congruenter, pro praesenti ordine divinitus constituto aequabiliter pertinere.

Ac primo loco, praestantiore quodam modo ea ad Ecclesiam pertinet, duplici scilicet titulo ordinis supernaturalis» quem Deus ipsi tantummodo contulit, adeoque potiore omnino ac validiore quam quilibet alius naturalis ordinis titulus.

Prima iuris huiuscemodi ratio in suprema magisterii auctoritate ac munere nititur, quod divinus Ecclesiae Conditor eidem tradidit hisce verbis :< Data est mihi omnis potestas in caelo ct in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi ».' Huic magisterio Christus Dominus erroris immunitatem impertivit, una cum mandatis docendi omnes doctrinam suam; quapropter Ecclesia ‹ columna et firmamentum veritatis a Divino suo Auctore fuit constituta, ut omnes homines divinam edoceat fidem, eiusque depositum sibi traditum integrum invlolatumque custodiat, ac homines M eorumque consortia et actio'nes ad morum honestatem vitaeque Integritatem, iuxta revelatae doctrinae normam. dirigat et fingat ⁑.

Altera luris ratio c supernatural! illo oritur matris munere, quo Ecclesia, purissima Christi sponsa, divinae gratiae vitam hominibus largitur, eamque sacramentis praeceptisque suis alit ac provehit. Merito igitur S. Augustinus ait: ‹ Non habebit Deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem ⁑.

lamvero in iis omnibus rebus, in quibus eius educandi munus versatur, hoc est ‹ in fide atque in institutione morum, divini magisterii Ecclesiam fecit Deus ipse participem, eamdemque divino eius beneficio falli nesciam: quare magistra mortalium est maxima ac tutissima, in eaque inert non violabile ius ad magisterii libertatem ⁑. Unde necessario consequitur Ecclesiam, ut In sui educandi muneris causa, ita in eiusdem exercitatione, nulli terrenae potestati subiici, cum in iis rebus ad quas suum proprium munus spectat, tum in iis quae sunt e:dem exsequendo necessari? vel consentanea. Quam ob rem quod ad ceteras attinet disciplinas humanasque institutiones, quae per se communis omnium luris sunt, singulorum civium nimirum Jpsiusque societatis, facultatem habet Ecclesia, nulli sane potestati obnoxiam, hisce quoque disciplinis utendi de iisdemque praecipue Judicandi, quatenus eaedem ipsae Christianae educationi aut conducere aut obstare videantur. Idque potest Ecclesia, sive quod, ut societas est perfecta, sui iuris est in praesidiis adiumentisque deligendis siblque comparandis, quae ad finem conferant suum ; sive quod quaelibet doctrina atque institutio, perinde ut omnis hominum actio, ex ultimo fine necessario pendet, adeoque divinae legis praeceptis non subiici nequit, cuius quidem Ecclesia est erroribus omnino immunis curtos, interpres ac magistra.

Quod idem decessor Noster t r. Plus X dilucida hac sententia declaravit: ‹ Quidquid homo Christianus agat, etiam in ordine rerum terrenarum non ei licet bona négligera quae sunt supra naturam, immo oportet ad summum bonum, tamquam ad ultimum finem,/ ex Christianae sapientiae praescriptis omnia dirigat: omnes autem actiones eius, quatenus bonae aut malae sunt in genere morum. Id est cum iure naturali et divino congruunt aut discrepant. Iudicio ct iurlsdictloni Ecctaiae subsunt ».u

Atque notatu dignum est quam perspicue gravisf.mum hoc catholicae doctrinae caput intellexerit ac declaraverit e laicorum ordine vir, tam in scribendo mirabilis qnam m speculanda veritate subtilis ac rectus: « De moribus doctrinam non ad se tantummodo, sed ad ra lotam pertinere asseverat Ecclesia. Ac nunquam eadem profiteri ausa est, qui a materno gremio suo descrviwent homines, nullam posse eos de recta vivendi ratione veritatem agnoscere; quin immo eiusmodi sententiam. quam non una fucatam veri specie quidam in medium protulissent, iterum atque iterum reprobavit. At profitetur utique, quemadmodum ct ante actis temporibus profesaa est et In posterum est professura, sese unam. utpote quae a Christo lesu condita sit et Spiritum Sanctum eius nomine missum a Patre acceperit, directo perpetuoque omnem in morum genere *veritatem* possidere, qua quidem singula hac de re peculiaria vera continentur, sive ea quae homines, naturali solummodo ratione ducti, assequi possunt, sive ea, quae vel doctrinam divinitus revelatam constituunt, vel ex eadem colligi queunt ».α

Litteras igitur, scientias et artes, quatenus ad Christianam educationem ad omnemque suam de animarum salute operam sunt necessariae vel utiles. Ecclesia promovet, suas etiam scholas, instituta sua condendo sustentandoque, ubi quaevis disciplina tradatur et ad ouemlibet eruditionis gradum fiat aditus. u Nec putanaa est ab materno eius magisterio aliena ipsa, quam vocant, physica educatio, cum ea quoque id habeat ut Christianae educationi aut prodesse aut nocere possit

Atque haec in quovis animorum culturae genere Ecclesiae actio, quemadmodum summo est familiis natlonibusque adiumento, quae, Christo sublato, in interitum ruunt, - ut recte/ Hilarius: « Quid mundo tam periculosum quam non recepisse Christum? »H - ita civili harum rerum temperationi nullum affert incommodum; Ecclesia enim, mater ut est prudentissime, cum minime obsistat quominus scholae et instituta laicis educandis sua, in unaquaque natione, se ad legitima gubernatorum praescripta conforment, tum parata quoquo modo est cum ipsis gubernatoribus concordiam inire, et, si quae forte difficultates oriantur, eas communi consilio dirimere. »

Est praeterea Ecclesiae et ius, quod abdicare, et officium, quod deserere nequit, pro tota vigilandi educatione, qualiscumque filiis suis, scilicet fidelibus, in institutis vel publicis vel privatis impertitur, non modo quod attinet ad religiosam, quae ibidem tradatur, doctrinam, sed etiam quod ad quamlibet aliam disciplinam rerumve ordinationem, quatenus cum religione morumque praeceptis aliquid habeant necessitudinis.15

Atque Ecclesia, ius eiusmodi exercendo, non se in aliena perperam immiscere videatur, immo potius materna quadam, eademque insigni, providentia consulere, ut filios suos ab gravi tueatur incolumes periculo omne virus imbibendi, quod doctrinae integritatem morumque sanctitudinem inficiat. Quae quidem Ecclesiae vigilantia, ut nullum potest verum parere incommodum, sic nequit ad familiarum et Civitatis ordinem prosperitatemque non efficaciter conducere, cum ab adolescentibus illam arceat pestem, quae in aetatulam imperitam ac mobilem facilius ingruere et celerius in ipsum vivendi morem permanere solet. Quotiescumque enim recta deest religiosa ac moralis institutio - ut Leo XIII sapienter monet - ‹ male sana omnis futura est animorum cultura: insueti ad verecundiam Dei adolescentes nullam ferre poterunt honeste vivendi disciplinam, suisque cupiditatibus nihil unquam negare ausi, facile ad miscendas civitates pertrahentur ».14

Munus autem educandi, quod in Ecclesia insidet, ad omnes populos nullis locorum temporumque finibus, pertinet, ex Christi/ mandato: « docete omnes gentes »n, nullaque in terris potestate legitime oppugnari ae praepediri potest. Atque primum omnes christifideles attingit, quorum ipsa magnam, uti amantissima mater. curam habet ac sollicitudinem. Proptereaque in eorum utilitatem, saeculorum decursu, ingentem scholarum institutorumque numerum quibusvis disciplinis tradendis excitavit ac provexit; etenim - quemadmodum, data haud ita pridem occasione, locuti sumus - ‹ per remotiorem illam mediam aetatem, cum tam frequentia erant (fuit qui ea vel nimium multa diceret) monasteria, coenobia, templa, conlegiatae ecclesiae, capitula aut cathedralia aut cathedralibus inferiora, apud haec singula domicilium scholasticum, domicilium alumnis instituendis educandisque non deerat. Ad haec omnes studiorum Universitates adiicito, ubique. Apostolica Sede atque Ecclesia auspice, conditas in eiusdemque praesidio collocatas. Pulcherrimo enim eiusmodi spectaculo - quod hodie multo adspicimus melius, cum ante oculos sit et sit idem, ut tempora ferunt, magnificentius - nullae aetates caruerunt ; quotquot autem eventa recolunt et inter se comparant, ii mirari non desinunt quantum Ecclesiae hoc in genere egerit et quomodo commissum sibi divinitus munus expleverit conforman-

X ' MatW XXVWI. 18-®. · Plus IX. Ep Quum -c-i U Dul IM4 ' De Synbolo *ad catech.,* XUI. B Ep tw Liberta». 30 Iun. ItU. ll Ep. eoe. Stxçulort quodam. 24 Sept. 1912. ° A. Manzonl. *Osscrvasioni mlla Morali Cattotica.* c. IП. ” Codex luris canonici, c. 1375. w Com·meritar in *Maith.,* Cap. XXVIII, 19. ll Cod. luris can., ce. 1381. 1381 * Ep. cnc Nobittuhna *Gallorum* gens, 3 Febr. 1834. t' Malth.. ₙ Orullo habita ad alumnos Tuscu·

die ad Christianam vitam societatis humanae, tot tamque hetos adipiscendo fructus atque exitus. At vero si botre nemo potest quin demiretur. Ecclesiam nullo non topore alumnos, quos pro officio educaret, ad centena, allia, ad decies centena milia, circum se collegisse, ti-d minorem profecto admirationem habet quidquid :psa egit non modo in adolescentium educatione, sed etam in eorumdem, quae vere ac proprie dicitur, instiγΛoμ ac doctrina. Si tot enim civilis cultus, humatiutis litterarumque thesauros servari licuit, habitui ac Ecclesiae tribuendum est. quae, vel per remocsscaas barbarasque aetates, effecit, ut litteris, philosophiae. arti, architecturae potissimum, tantum lucis affulgeret ».“

Atque id omne agere idcirco potuit egitque Ecclesia, quia creditum sibi educandi munus infideles quoque S wciplectitur, cum is/ sit hominibus universis constitutu? tinis ut. Regnum Dei ingressi, aeternam salutem as«quantur. Quemadmodum enim, temporibus hisce noitrj. ludorum milia catholici missionales per omnes redones disseminant Fidei adhuc exsortes, ab utraque Gangis ripa ad Flumen Flavum amplissimasque Oceani •rsulas, ab continenti Africo ad Patagoniam inferiorem id gobdamque Alaskam, sic, superioribus saeculis, Ecclesia per suos evangelii praecones ad Christianam vito atque humanitatem varias illas gentes informavit, α quibus Christianae civilis orbis nationes in praesenti ccnstant

Itaque pro explorato est, tam iure quam re ipsa educationis munus praecipua quadam ratione esse Ecchshe proprium, et neminem posse, qui animum habeat ab praeiudicatis opinionibus vacuum, iustam aliquam cogitare causam cur ea ipsa Ecclesiae oppugnetur izpediaturque opera, cuius hodie beneficiis societas hu-aca perfruitur.

Idque eo magis, quod cum praecipuo eiusmodi EcCAsiae iure non modo non discrepant, sed etiam iura csnino congruunt et familiae et Civitatis, immo vel .çsa quae in singulis civibus insunt ad iustam quod attinet cum scientiae, tum rationis ac disciplinae in ea pervestiganda, tum denique cuiusvis culturae animorum profanae Ubertatem. Etenim, ut talis concordiae causam itqse originem, nullâ morà, declaremus, supernaturalis edo. in quo iura Ecclesiae nituntur, tantum abest ut raniralem ordinem, ad quem alia pertinent, quae merxravimus, iura, destruat atque extenuet, ut, contra, «ûdem extollat ac perficiat: quorum quidem ordinum alter auxilium et quasi complementum alteri praestat, ne cuiusque naturae ac dignitati consentaneum, cum azibo a Deo profluant, qui non constare sibi non potest: ‹ Dei perfecta sunt opera, ct omnes viae eius dxa ».

Quae quidem res clarius apparebit, si educandi muris, quod ad familiam et Civitatem pertinet, seorsum prop.usque consideremus.

Atque primum cum Ecclesiae munere familiae munis mirifice concordat, cum utraque a Deo simillime S proficiscatur. Namque/ cum familia, in naturali ordine, Deus proxime fecunditatem communicat, principium vitae ideoque principium educationis ad vitam, una simul em auctoritate, quae est ordinis principium.

Ad rem, qua solet perspicuitate sententiae dicendiqaesubtilitate. Angelicus Doctor: « Carnalis pater partxulariter participat rationem principii, quae universaliter invenitur in Deo... Pater est principium et ge«rationis et educationis et disciplinae, et omnium quae ad perfectionem humanae vitae pertinent ».39

Habet igitur familia proxime a Creatore munus proptereaque ius prolis educandae; quod quidem ius czn abiici nequeat, quia cum gravissimo officio acjunctum, tum cuivis societatis civilis et reipublicae iari antecedit, eaque de causa nulli in terris potestati Jkd infringere licet.

Eiusmodi autem sanctitudinem iuris sic declarat Angelicus: « Filius enim naturaliter est aliquid patris...: ita de iure naturali est quod filius, antequam habeat usum rationis, sit sub cura patris. Unde contra iustitiam nataralem esset, si puer, antequam habeat usum ratioris. a cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid erdhetur invitis parentibus ».n Cum vero ad hanc cunra parentes teneantur, donec sibi ipsa consulere sovaleat, patet, idem parentum inviolatum ius sobolij educandae eo usque proferri. « Non enim, - docet Angelicus - intendit natura solum generationem prolis, sed etiam traductionem et promotionem usque ad perfectum statum hominis in quantum homo est, qui est virtutis status ».22

Qua de re Ecclesia, pro sua iuris sapientia, haec et subtiliter et perspicue et uno quodam complexu in Codice iuris canonici edicit: ‹ Parentes gravissima obligatione tenentur prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi >.a

In quo tam concors est communis humani generis sensus, ut cum eo aperte ii omnes pugnet, quotquot affirmare audent, pro/lem ante ad Civitatem quam ad 60
familiam pertinere, et Civitati ius esse educandi absolutum. Pro nihilo autem est ratio, quam isti afferunt, hominem nasci civem ideoque ab initio ad Civitatem pertinere, cum neutiquam reputent, hominem, ante quam civis sit, vivere oportere, eundemque vitam non ab Civitate sed a parentibus accipere; ut sapienter Leo XUI: ‹ Filii sunt aliquid patris, et velut paternae amplificatio quaedam personae, proprieque loqui si volumus, non ipsi per se. sed per communitatem domesticam. in qua generati sunt, civilem ineunt ac participant societatem »24. Itaque: « Patria potestas est eiusmodi, ut nec exstingui, neque absorberi a republics possit, quia idem et commune habet cum ipsa hominum vita principium »,a ut Leo XIII docet in iisdem Encyclicis Litteris. Unde tamen non sequitur, ius educandi, quo parentes fruuntur, absolutum esse atque imperiosum, utpote quod et fini supremo et legi naturali divinaeque conjunctissime subiiciatur, quemacmodum ipse Leo XIII in memorabilibus illis Encyclicis Litteris, ubi de praecipuis civium Christianorum officiis, declarat, ita iurium et officiorum, quae parentes contingunt, summam complexus: « Natura parentes habent ius suum instituendi quos procrearint, hoc adiuncto officio, ut cum fine, cuius gratia sobolem Dei beneficio susceperunt, ipsa educatio conveniat et disciplina puerilis. Igitur parentibus est necessarium eniti et contendere, ut omnem in hoc genere propulsent iniuriam, omninoque pervincant ut sua in potestate sit educere liberos, ut par est, more Christiano, maximeque prohibere scholis iis, a quibus periculum est ne malum venenum imbibant impietatis ⁑.

Animadvertendum autem est, officium educandi, quo familia obstringitur, non modo religiosam ac moralem educationem complecti, sed etiam physicam ct civilem, pro ea potissimum ratione quam cum religione et morum doctrina habeant.r

Istud vero, quod nullam controversiam recipit, familiae ius haud semel est legitime agnitum apud quas- 31
dam nationes, ubi ius/ naturae in civili servare regimine sollemne est Etenim, ut exemplum ex recentioribus proferamus. Summum Foederatarum Americac Civitatum Tribunal, cum gravissimam quaestionem dirimeret, edixit: « nullam generalem potestatem Civitati esse unius eiusdemque formae decernendae, ad quam iuventus educi debeat, huiusque cogendae ut in publicis tantummodo scholis instituatur », ob hanc scilicet rationem ex iure naturae depromptam: ‹ Puer non est mera res a Civitate procreata; qui eum alunt ac dirigunt, ius habent, cum nobilissimo officio coniunctum, ipsius educandi et ad officiorum perfunctionem comparandi ».a

Testis historia est. rerum publicarum gubernatores, recentiore praesertim aetate, iura violasse ac violare, quae humani generis Conditor familiae contulit; testis eadem invicta. Ecclesiam eiusmodi iura continenter tutatam esse ac defendisse; atque historiae testimonium hoc ipso aptius confirmatur, quod familiae pecubarem in modum Ecclesiae scholis confidunt, ut haud multo ante in Epistola ad Cardinalem a publicis Ecclesiae negotiis Nostra scribebamus: · Familia statim intellexit rem ita se habere, atque» inde a prioribus christiani nominis temporibus ad haec usque nostra, parentes» etsi manca nullave religione, suos mittunt et comitantur U-

Eccl vulgo *di Merr.draçone,* 14 Mali 1929. ” *Deut.,* XXXII. 4 35 S. Th., 22. Q. CH, a. 1. n S. Th.. 2 2, Q. X. a. 12. » Suppl. S. Th. 3. p. Q. 41. a. 1. « Cod !ur. can., c. 1113. * Ep. enc. Reram norenm, 15 Mali 1891. a Ibidem. M Ep. *eoe. Saptenltae* chruliriotf. 10 Ian. 1890. 37 Cod. hir. can . c. 1113. a « The fundamental theory of liberty upon which all fovemments in this union repose excludes any general power of the Stat· to standardize Its children by forcing them to accept instruction from public teachers only. The child is not the mere creature of the Stale; those who nurture him and direct his destiny hare the right coupled with the high duty, to recognize, and prepare him for additional duties ». ü S. Supreme Court Decbloo in the Orefon School Casea. Jun· 1.

btTM ad ea educationis instituta quae condiderit ac regat Ecclesia >.a

Patemus enim sensus, qui a Deo est, ad Ecclesiam sese fidenter convertit, in qua familiarum iurium tutelam inventurum se novit eamque demum concordiam, quam Deus in ordine rerum collocavlL Ecclesia enim, quamvis - ut est conscia, cum muneris sui divini ad universos pertinentis, tum obligationis, qua universi tenentur. unius verae religionis amplectendae - nunquam desmal ct sibi ius vindicare et m parentum catholi-
C eorum menorem redi gere officium prolis suae baptismo eluendae christianeque educandae, iuris tamen naturalis educandi, quod familiae est, sanctitatem tam studiose veretur, ut nolit, nisi certae quaedam condiciones cautionesque adsint, infidelium filios baptizare aut aliquo pacto educendos curare, donec tales filii per se ipstme: deliberare et Fidem libere amplecti queantM

Duae igitur, ut m memorata oratione Nostra animadvertimus, res sunt ante oculos propositae gravioris momenti, scilicet: ‹ Ecclesiam praebere se in famil-arum usum magistram atque educatricem, familias ad utendum Eccles-ae magisterio convolare eidemque liberos suos, ad centena, ad milia, concredere: quae quidem duae res verum quoddam revocant ac praedicant, quod ia ordine morali ac sociali plurimum habet ponderis, idest munus educandi imprimis ac potissimum Ecclesiae esse et familiae, iure quidem naturali ac divino, ideoque sic, ut nullam derogationem, nullam oppugnationem. subrogationem nullam patiatur >.n

Ex hoc educandi munere, quod imprimis ad Ecclesiam famibanque pertinet, cum maximae utilitates, uti vidimus, in societatem univerram dimanant, tum nullum damnum veris proprnsquc reipublicae iuribus quod ad civium educationem attinet, secundum ordinem a Deo statutum, obvenire potest Haec iura ab ipso naturae auctore societati civili tribuuntur, non paternitatis titulo, uti Ecclesiae ac familiae, sed propter auctoritatem quae in eadem inest ad commune bonum in terris promovendum, qui quidem est finis eius proprius. Ex his sequitur educationem non eodem modo ad societatem civilem, quo ad Ecclesiam familiamve, pertinere, sed alio plane, qui scilicet fini eius proprio respondeat Hic autem finis, idest commune bonum temporalis ordinis, in pace ac securitate consistit quibus familiae singulique cives in suis exercendis iuribus fruantur, wnulque in maxima, quae ln mortali hac vita esse potest, spiritualium fluxarumque rerum copia, om-
G nium quidem opera atque consensione assequenda./ Duplex igitur eri civilis auctoritatis munus quae est in repubbea. tuendi nempe atque provehendi, minime vero familiam singulosque cives quas: absorbendi vel se in eorum locum substituendi.

Quamobrem. quod ad educationem spectat, ms est vel. ut rectius loquamur, officium est reipublicae tutandi suis legibus antecedens familiae ius - quod supra memoravimus - Christiano nempe more prolem educandi. adeooue supernatural! Ecclesiae iuri in Christianam eiuunod: educationem obsequendi

Itemque Civitatis est. hoc ius in prole ipsa tueri, si quando parentum opera - ob eorum vel inertiam vel imperitam vel indignitatem · aut physice aut moralitor fortasse desit; siquidem ipsorum ius educandi, ut supra diximus, non absolutum est atque imperiosum, sed a naturali et divina lege dependens, ob eamque rem non modo auctoritati et iudicio Ecclesiae sublectum, sed etiam vigilantiae ac tutelae, pro communi bono. Civitati; neque en:m familia perfecta est societas quae nccevarfai omnia in se habeat ad se cumulate planeque perficiendam. Quo m casu, ccteroqum perraro. Civitas non iam se ln familiae locum substituit, sod semper accommodate od naturalia prolis et supcrnaturalia Ecksae lura, necessitati opportunis subsidiis consulit ac providet Generatim, ius est munusque Civitatis, moralem ac religioxam iuventutis educationem, ad rectae mitait fideique normas. tuendi, publicas eas causas removendo quae eidem adversantur. Praecipue vero Civitatis est. ut commune bonum postulat, educationem ipsam iuventutis atque eruditionem pluribus modis promovere Primum ac per >e. operae ab Ecclesia familiisque «uareptae favendo atque opitulando, quae quam ait efficax historia usuque rerum comprobatur; deinde operam ipram perficiendo ubi ea deest vel haud sufficit, scholas ǫuoqu instituta propria condendo;

Civitas enim magis quam ceteri opibus pollet, quas sibi pro communibus omnium necessitatibus traditas, aequum omnino est et consentaneum ut in eorum utilitatem, a quibus accepit, impendat.Praeterea praecipere Civitas potest ac proinde curare ut cives omnes cum civilia et nationalia iura perdiscant, tum a/ scientia, doctrina mo- «
rum physicisque ludis instructi sint quantum decet atque hisce nostris temporibus commune bonum reapse postulat. Vcrumtamen plane liquet, eo Civitatem officio teneri, ut, in publica privataque educatione atque eruditione omnibus his modis provehenda, non solum nativa Ecclesiae et familiae iura Christiane educandi vereatur, sed etiam iustitiae quae suum cuique tribuli parère. Itaque nefas est. Civitatem educationis institutiomsque causam ita ad se redigere totam, ut familiae, contra Christianae conscientiae officia vel contra quam legitime malint, physice aut moraliter ad Civitatis ipsius scholas liberos suos mittere cogantur.

Attamen id non prohibet quominus, ob rectam rei publicae administrationem vel pacem domi forisque defendendi causa, quae quidem omnia, cum ad commune bonum tam sint necessaria, tum peculiarem postulant peritiam praecipuamque apparationem, scholas Civitas instituat quas dixeris praeparatorias ad quaedam sua officia, ad militiam praesertim, dummodo ab Ecclesiae et familiae iuribus laedendis, in iis quae ad eas pertinent, se abstineat. Nec immerito equidem id Nos iterum hic admonemus; hac enim aetate nostra - qua nationalismus quidam, cum immoderatus et fallax tum paci veri nominis prosperitatique infensus, gliscere coepit - modi omnes excedi solent in physica educatione, quam vocant, adolescentulorum (atque interdum puellarum, contra ipsam humanarum rerum naturam) militari more ordinanda; in qua saepe nimium eius temporis, ipso Domini die, teritur quod et religiosis officiis et domesticae vitae sanctitudini tribuendum esset Quamquam non hoc loco rectum disciplinae habitum iustamque animi audaciam, sed quidquid immodicum est Nos reprehensum volumus, uti violentiae spiritum, qui quidem aliud omnino est atque animi fortitudo nobilissimusqc militaris virtutis sensus pro patriae ac publici ordinis defensione; itemque nimiam athleticae laudationem aeslimationemque hic improbamus, unde, ethnicorum quoque tempore, germanae educationis physicae depravatio ac deiectio profluxit.

lamvero non solum iuventutis sed etiam aetatum omnium et condicionum ad civilem societatem Statumque educatio pertinet/ quae civica appellari potest ®
quaeque, pro parte, ut aiunt, positiva, in eo consistit ut hominibus ad societatem eiusmodi pertinentibus res publice proponantur, quae, et mentes cognitionibus rerumque imaginibus imbuendo et sensus percellendo, voluntates ad honestum invitent et morali quadam necessitate perducant; pro negativa autem, ut ea praecaveat atque impediat quae sibi adversantur.l' Quae quidem civica educatio, tam profecto ampla ac multiplex ut Status operam fere totam pro communi bono amplectatur, cum ad aequitatis leges conformare se debeat, tum doctrinae Ecclesiae, quae earum legum Magistra est divinitus constituta, refragari nequit.

Quae omnia hucusque de opera diximus, quam Civitas in educationem conferre debet, doctrina catholica de Ciritatum constitutione *Christiana,* tamquam firmissimo ct immutabili fundamento, innituntur, quae tam egregie a Decessore Nostro Leone XIII. praesertim in Encyclicis Litteris *Immortale Dei* ct *Sapientiae Christianae* exposita est: « Deus - is ait - humani generis procurationem inter duas potestates partitus est. scilicet ecclesiasticam ct civilem, alteram quidem divinis, alteram humanis rebus praepositam. Utraque est in suo genere maxima; habet utraque certos, quibus contineatur, terminos, eosque sua cuiusque natura caussaque proxime definitos; unde aliquis velut orbis circumscribitur. in quo sua cuiusque actio iure proprio versetur. Sed quia utriusque imperium est in eosdem, cum usuvenire possit, ut res una atque eadem quamquam aliter atque aliter, sed tamen eadem res. ad utriusque ius iudiciumque pertineat, debet providentissimus Deus, a quo sunt ambae constitutae, utriusque itinera recte atque ordine composuisse. « Quae autem sunt, a Deo ordinatae joint » (Rom., XIII, 1) ».M lamvero iuventu-

1K5 - Rptx· id Ctfd a puHkto Eeeb-dse cttotils. 30 Mali
m· * C<d. tur exn . c. W. I 2; S Th.. 12 Q X. o. 13
' Otatk) tabiU id alumnm IWuianl Conlr^ii, vιiχo dl

Mondregooe, 14 Midi 1929 S>rmo habitus ad alumnos Tuvulnni Conlcril. vulgo di Mondraçone, 14 Mali 1929.
"PL Tapairlli. *Saççta* froretico *di Diritto naturale,* n. 922.
opus quod r.umquam satis laudari potest vel luvcnlbus com nxndari qui studiorum Universitates frequentant. (Cfr. senna· nem Nostrum die 13 Decembria 1927 habitum). 54 Ep. ex

U wucatio est quidem ex iis rebus quae ad Ecclesiam Sutumque pertinent. ‹ quamquam aliter atque ali-
0 ter ›. uli supra retulimus. « Itaque - prosequitur/ Leo XIII · inter utramque potestatem quaedam intercedat «etsse est ordinata colligatio: quae quidem conjunction: non immerito comparatur, per quam anima et corpus in homine copulantur. Qualis autem ct quanta a sit. aliter iudicari non potest, nisi respiciendo, uti dxnsus, ad utriusque naturam, habendaque ratione exaUcntiae et nobilitatis caussarum; cum alteri pro-
maximeque propositum sit rerum mortalium curare commoda, alteri caelestia et sempiterna bona comparare. Quidquid igitur est in rebus humanis quoquo soda sacrum, quidquid ad salutem animorum cultumque Dei pertinet sive tale illud sit natura sua, sive tosus tale intelligatur propter caussam ad quam refertur. id est omne in potestate arbitrioque Ecclesiae: cete» vero, quae civile et politicum genus complectito. rectum est civili auctoritati esse subiecta. cum tous Christus iusserit, quae Caesaris sint, reddi Caesiri. quae Dei, Deo ».M

Qmcumque haec principia recipere eademque proin-
4 sd educationem applicare recusat, is necessario cum re$et Christum ob sempiternam hominum salutem Ecdesam suam condidisse, tum affirmat societatem civilem et Statum Deo eiusque naturali ac divinae legi aasubilci. Quod quidem manifesto impium est, sanae rationi contrarium maximeque, quod ad educationem met. perniciosum omnino rectae luvenum conforraùoni ac certe civili ipsi societati veraeque humani «evirtus prosperitati exitiosum. E contrario, haec princp3 in usum deducendo, esse non potest quin pluri-
ώ ad rectam civium conformationem conferatur. Id re fartisque, omnibus aetatibus, luculenter comprobato est; quare, ut Tertullianus, primis Christiani notois temporibus, in *Apologetico,* ita. quo vixit tempore, S. Augustinus omnes Ecclesiae catholicae hostes prevccare poterat - nosque ipsi in praesens eius verba surpaie possumus: - « Proinde qui doctrinam Christi i&eream dicunt esse reipublicae. dent exercitum ta-
quales doctrina Christi esse milites iussit; dent tales provinciales, tales maritos, tales coniuges, tales c towtes. tales filios, tales dominos,/ tales servos, tala reges, tales indices, tales denique debitorum ipsius fed redditores et exactores, quales esse praecipit docjsa Christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae; imo vero non dubitent eam confiteri maffam. si obtemperetur, salutem esse reipublicae ».54 Quonam vero de educatione agitur, opportune hic est lir.onendum quam egregie catholicam hanc veritatem, re quidem comprobatam expresserit recentiore aetate, naa scilicet litterae renatae sunt, ecclesiasticus scripts qui optime de Christiana educatione meritus est. piissm» nempe doctusque Silvius Antonianus Cardinalis, ainbilis illius educatoris, S. Philippi Nerii, discipulus :desque magister atque ab epistulis latinis S. Caroli BocTomaei, quo instante et suasore, aureum librum Dc *Christiana liberorum educatione* confecit, in quo b>ec habet: « Quo magis temporalis gubernatio cum jpninali conspirat eandemque iuvat ac promovet, eo aaris ad servandam rempublicam confert. Dum enim Bcdesae rector, auctoritate subsidiisque spiritualibus, p» suo fine, bonum Christianum conformare studet, ca simul, quod necessario consequitur, eundem boMm etiam civem efficit, qualis scilicet sub potestate poktca esse debet. Idque accidit propterea quod in Si^da Ecclesia Catholica Romana, Civitate Dei, bonus dris unum idemque est ac vir probus. Quamobrem piriter errant qui res tam inter se coniunctas seiunpat atque opinantur bonos cives haberi posse aliis çt'dem legibus aliisque viis atque illis quae ad bonum drjtanum conformandum conferunt. Atque dictitet quidem ac scrmocinetur quantum sibi libet humana prudentia; fieri enim non potest ut pacem temporatarque tranquillitatem veri nominis afferat quidquid a pace aetemaque beatitudine seiungitur eisdemque repugnat >.n Ut autem Civitati, ita scientiae eiusque rae et investigationi nihil est pertimescendum ex eo quod Ecclesia plenum habeat absolutumque educandi randatum. Siquidem catholica instituta, quicumque iredus est eruditionis ac scientiae ad quem pertinent, aoSa prorsus defensione indigent. Gratia qua ea ipsa ipsd omnes florent, laudes quas sibi comparant, in-
fl jraij monu/menta quae magno numero gignunt iique xaxime viri, quos, plena atque exquisita a doctrina instructos magistratui praebent, artibus, disciplinis tradendis, vitae demum qua late ea patet, satis superque ipsorum gloriam concelebrant.u Quae ceterum facta nihil aliud sunt quam praeclara doctrinae catholicae confirmatio a Concilio Vaticano definitae: ‹ Neque solum fides et ratio inter se dissidere nunquam possunt, sed opem quoque sibi mutuam ferunt, cum recta ratio fidei fundamenta demonstret eiusque lumine illustrata rerum divinarum scientiam excolat, fides vero rationem ab erroribus liberet ac tueatur eamque multiplici cognitione instruat Quapropter tantum abest, ut Ecclesia humanarum artium et disciplinarum culturae obsistat, ut hanc multis modis iuvet ac promoveat Non enim commoda ab iis ad hominum vitam dimanantia aut ignorat aut despicit; fatetur immo. eas. quemadmodum a Deo scientiarum Domino profectae sunt ita. si rite pertractentur, ad Deum iuvante eius gratia perducere. Nec sane ipsa vetat ne huiusmodi disciplinae in suo quaeque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo; sed iustam hanc libertatem agnoscens, id sedulo cavet, ne divinae doctrinae repugnando errores in se suscipiant aut fines proprios transgressae ea. quae sunt fidei, occupent et perturbent ».I* Quae quidem norma iustae libertatis scientiae provehendae simul est norma, quae violari nequit, iustae libertatis docendi probe intellectae; eaque servari debet quotiens aliis doctrina traditur, at ex graviore sane iustitiae officio cum traditur iuventuti, tum quia in ipsam praeceptor, publicus privatus, non absolutum sed participatum ius habet; tum quia omnis puer seu adolescens Christianus sanctissimum ius habet ut secundum Ecclesiae doctrinam, veritatis quidem columen ac fundamentum, edoceatur; eidemque gravem quidem inferret iniuriam qui eius fidem turbaret, fiducia abutendo iuvenum erga magistros eorumque naturali rerum imperitia atque immodica ad libertatem absolutam fallacemque inclinatione./ ®

Neque enim oblivisci unquam licebit, Christianae educandum totum esse hominem, quantus est. nimirum in unam naturam per spiritum et corpus coalescentem omnibusque animi et corporis partibus instructum quae vel a natura proficiscuntur vel ipsam excedunt, qualem demum ex recta ratione et ex divinis oraculis cognoscimus; hominem scilicet, quem a pristina nobilitate delapsum. Christus redemit in eamque supernaturalem dignitatem restituit ut adoptivus filius Dei esset, minime tamen iis redditis praeter naturam privilegiis, ex quibus ante et corpus immortale et animus aequus fuerat atque integer. Unde factum, ut quae foeda in hominum naturam ab Adami culpa profluxere, praesertim voluntatis infirmitas effrenatacque animi cupiditates, in homine supersint.

Et profecto « stultitia colligata est in corde pueri et virga disciplinae fugabit eam ». * A pueritia igitur voluntatis inclinationes, si pravae, cohibendae, sin autem bonae, promovendae sunt, ac praesertim puerorum mens imbuatur doctrinis a Deo profectis et animus divinae gratiae auxiliis roboretur oportet, quae sl defuerint, nec suis quisque moderari cupiditatibus poterit neque ad absolutionem perfectionemque disciplina atque informatio ab Ecclesia adduci, quam ideo Christus caelestibus doctrinis ac divinis Sacramentis instruxit ut efficax omnium hominum esset magistra.

Quam ob rem omnis disciplina puerilis, quaecumque, meris naturae viribus contenta, ea respuit aut negligit quae ad vitam Christianam rite informandam divinitus conferunt, falsa plenaque erroris est; omnisque via et ratio educandae iuventutis. quae labis a protoparentibus ad omnem posteritatem transmissae divinaeque gratiae rationem nullam aut vix ullam habet, proptereaque in solis naturae viribus tota nititur, a veritate prorsus aberrat. Huc fere pertinent quae nostris temporibus palam proferuntur, variis quidem nominibus, doctrinae, quarum est. totum ferme cuiuslibet eruditionis fundamentum in eo ponere, ut pueris integrum sit sese informare ipsos ingenio atque arbitratu plane suo, vel/ repudiatis maiorum praeceptorumve consiliis omnique lege atque ope humana et divina prorsus posthabita. Quae tamen omnia si suis finibus ita circumscribantur, ut novi huiusmodi magistri velint, adolescentes in suam ipsorum eruditionem eo magis propriam quoque operam atque industriam conferre quo plus aetate et rerum cognitione progrediantur, itemque ut a puerorum educatione omnis vis atque asperitas removeatur, quam nihilominus iusta

Dei. I Nov. 1835. n Ep. enc. *Immortale Dei,* 1 ISS. * Ep. 138. ” *DcWeducazione cristiana dei fi-* *çliitoU. lib. I, c.* 43. * Epist. ad Card, a publfcls ErcMae nrçotiis, 30 Mali 1929 ” Cooc Vat . Sess 3. cap. 4

correctio non redolet, veram id quidem, at minime novum, cum id ipsum et Ecclesia docuerit et Christiani praeceptores, more a maioribus tradito, retinuerint, Deum imitati, qui omnes creatas vult res praecipueque omnes homines navare sibi operam, secundum propriam ipsorum naturam, quia divina Sapientia < attingit a fine usqae ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. >e

Ast, si communem verborum significationem, si res ipsas consideremus, haud alio spectant complures eiusmodi doctores, nisi ut puerorum educationem e divinis legibus eximant, quam ob rem novum quiddam ac mirum hodie conspicimus, institutores scilicet ac philosophos in eo desudantes ut codicem quaerant ac digerant de juventute in universum educanda, quasi nulla sint divina oracula decalogo descripta, nulla sacra Evangeliorum praecepta, nulla naturae lex. quam Deus in animis hommum defixit ac paene insculpsit, per rectam rationem promulgavit ac per se ipse decalogo sancivit atque constituit Unde etiam fit, ut novi id genus institutores disciplinam puerilem ab Ecclesia adhibitam, eo quod tota in auctoritate divina atque in sacris legibus innititur, tamquam non sui iuris, inertem atque obsoletam habere atque appellare contemptim soleant.

In quo profecto misere ipsi falluntur, cum, aventes puerum, ut aiunt, in libertatem revocare, eum demum insanae superbiae ac pravis cupiditatibus mancipent, quae - ut ex eorum commentis consequitur - tamquam necessitates quaedam humanae naturae, quam exlegem perhibent, probandae essent

Sed quod turpius est, huiuscemodi magistri, etsi incassum. per errorem tamen impie ac periculose id
71 sibi vindicant ut profanis communibusque inquisitionibus atque experimentis ea periclitentur quae in puerorum educationem facta incidunt supernatural^ ordinis, ut, exempli causa, divinum ad sacerdotalia munia et ad religiosam vitam impulsum atque generatim arcana ea omnia quae Gratia Dei in animis hominum operatur, quae, licet naturae vires extollat, eas tamen infinite praetergreditur ct nullo pacto legibus physicis parère potest, quia < spiritus ubi vult spirat ».c

Multo autem perniciosiores sunt illae de natura duce omnino sequenda opiniones doctrinaeve, quae in educationis humanae certam quandam ingrediuntur partem salebrarum plenam, in eam scilicet quae ad morum integritatem et ad castimoniam pertinet Passim enim bene multi et stulte et periculose eam tenent provehuntque educandi rationem, quae sexualis putide dicitur, cum iidem perperam sentiant posse se, per artes mere naturales et quovis amoto religionis pletathque praesidio, adolescentibus a voluptate et luxuria praecavere, scilicet hos omnes, nullo sexus discrimine, vel publice, lubricis initiando instruendoque doctrinis, immo, quod peius est. mature occasionibus obiiciendo, ut eorum animus, eiusmodi rebus - quemadmodum ipsi aiunt - assuetus, quasi ad pubertatis pericula obdurescat

In eo autem isti homines graviter errant quod nativam humanae naturae fragilitatem non agnoscunt neque legem illam membris nostris insitam, quae, ut verbis utamur Pauli Apostoli, mentis legi repugnat.υ idque praeterea temere infitiantur quod usu quotidiano didicimus, iuvenes nempe prae alus in turpia saepius incidere non tam ob mancam mentis cognitionem quam ob infirmitatem voluntatis illecebris obnoxiae atque divinis auxiliis destitutae.

Qua de re prorsus difficili, si quidem, omnibus perpensis, adolescentem aliquem tempestive ab iis moneri oporteat, quibus Deus educandi pueros officium cornmbit cum gratiis opportunis coniunctum. illae profecto
72 cautiones et artes sunt adhibendae, Christianis/ institutoribus non ignotae, quas apte Antonianus hisce verbis dcKribit: < Eo usque imbecillitas nostra atque in malum proclivitas misere procedit, ut, quae ad remedium peccati consilia adhibentur, ea ipsa ad peccandum fere ansam atque incitamentum praebeant Quapropter magnopere interest, ut prudens pater, si quando de lubricis ixtusmodi rebus cum filio colloquatur, bene attendat, neque ad hoc deveniat ut fere sub aspectum subiiciat artes singulas quibus horrenda eiusmodi pesti» tam magnam orbis partem veneno suo Inficit, ne. dum libidinis ignes restinguere aggreditur, eos potius in tenerioribus puerorum animis aut sopitos suscitet aut plane Incendat Ut autem generatim lo-

• Proe, XXII. 1$, ·» *Sap.*, VIII. 1. 41 Io., ΠI. B. . Vil. Z3. ** *Dell'*edtcexMwe crülwna *dei piglluoli.*

quamur, quamdiu pueri excolendi sunt, satis superque erit iis uti remediis quae castimoniam in animos inducant simulque ab iis vitia contraria prohibeant ».“

Aeque vero fallax atque Christianae institutioni infensa illa adolescentes instruendi ratio habenda eit. quam vulgo coëducationem appellant; eorum enim qui ipsam tuentur, bene multi idcirco tuentur quia aut non considerant aut negant, protoparentum labe vitiatum nasci hominem, plerique vero omnes, quia tali notionum perturbatione laborant ut legitimum hominum convictum habeant quasi quendam virorum ac feminarum omnibus plane rationibus parium inconditum acervum. Divinus sane rerum omnium moderator perfectum utriusque sexus convictum in legitimo tantum coniugio vigere voluit, dein in familia inque humana consortione, certo ordine dispertitum. Accedit quod nihil est in ipsa natura - ex qua duo sexus, compage corporis, inclinationibus, ingenioque dissimiles procedunt - unde colligi possit, mares et feminas promiscua, nedum una eademque, educatione informandos esse. Alter autem et alter sexus a Dei sapientia ad hoc sunt constituti ut in familia et societate mutuo se compleant et in unum quid apte coalescant, ob illud ipsum corporis animique discrimen quo inter se differunt, quod idcirco in educatione atque institutione tenendum, imo fovendum est per aptam distinctionem ac separa tionem. aetatibus ac conditionibus congruen- 73
tem. Eiusmodi vero praecepta, ad Christianae prudentiae praescriptum, tempestive atque opportune servanda sunt non modo in scholis omnibus, praesertim per trepidos adolescentiae annos, unde totius ferme futurae vitae ratio omnino pendet, sed etiam in gymnicis ludis atque exercitationibus, in quibus Christianae peculiari modo modestiae puellarum cavendum, utpote quas ostentare sese atque ante omnium oculos proponere summopere dedeceat

Memores itaque gravissimorum verborum Magistri divini: « Vae mundo a scandalis sollicitudinem ac sollertiam vestram. Venerabiles Fratres, vehementer excitamus adversus perniciosissimos huiusmodi errores qui in Christiana plebe, maximo cum iuventutis detrimento. nimis late pervagantur.

Ad perfectam autem educationem assequendam curare opus est, ut quae omnia pueros, dum instituuntur, circumsaepiunt, ea proposito apte respondeant.

Et profecto quod primum ex necessitate naturae puerum rite conformandum circumdat, ipsa eius familia habenda est, ad hoc demum munus a Deo constituta. Quapropter eam tandem institutionem constantem atque tutissimam iure existimabimus quae in recte composita ac bene morata familia recipitur, coque efficaciorem et constantiorcm quo magis parentes, potissimum. ac domestici pueris virtutis praeeant exemplo.

Verum non is Nobis est animus ut universam de institutione domestica materiam, ne per summa quidem capita, pertractemus, tam late ea patet; de qua, ceteroqui, non desunt, cum ex veteribus tum ex recentioribus. qui, catholicae doctrinae congruenter, optime scripserint, inter quos praeclaram prorsus meretur laudem Antonianus ille, quem superius loquentem induximus, qui disputationem De *Christiana liberorum institutione* eâ quidem peritia adornavit ut sanctissimus vir Carolus Borromaeus eam parentibus Christianis in templo congregatis publice legendam curaret/ 14

Volumus tamen. Venerabiles Fratres, animum huc intendatis vestrum, quo res nostris temporibus misere deciderint quae ad domesticam institutionem spectant; cum enim ad artes liberales atque ad publica munera, quae sunt profecto minoris momenti, homines diutinis litterarum studiis, laboriosis exercitationibus ac producto tirocinio se comparent, contra, ad filiorum institutionem, quod profecto caput est officii patrisfamilias. plerique parentum temere accedunt nullaque fere adhibita praeparatione, quod rebus ac curis terrenis distineantur. Ad bonum praeterea minuendum, quod familiaris puerorum institutio pareret, accedit quod fere ubique gentium facilius in dies pueros a familia inde a teneris annis seiungendi consuetudo increbrescit, causis interpositis vel oeconomicis, ut Industriae mercaturaeque serviendi, vel politicis; et natio quaedam est, ubi pueri e familiae gremio extorquentur, ut in coetus ludosque a Deo alienissimos, non tam recte conformandi quam, verius, deformandi ac depravandi, inducantur - scilicet eo proposito, ut, ad eorum placita qui communia omnia esse omnibus somniant, impieta-

Ub. II. c. 83. ·’ Matth.. XVIII. 7. * EpA. VI. 4.

ten odiumque imbibant - veriorem ita horribiliorem-qoe Innocentium stragem renovando.

Itaque animarum Pastores per lesu Christi divinam rrp homines caritatem obsecramus atque obtestamur at nihil reliqui faciant, sive per contiones sive per catecheses, sive verbis sive scriptis in populum late vulpts. Christiani ut parentes, non tam generatim quam i-'Cillatim. perdiscant, quae sibi incumbant officia ad (timosam quod attinet et moralem ct civilem liberoct suorum educationem, et quae potissimum, praeter «mêlions vitae suae exempla, viae ac rationes ad eam efficacius consequendam conducant. Huiusmodi profecυ monitiones hortationesque Paulus Apostolus haud hstdivit in suis epistulis frequentare, praesertim in ei. quam ad Ephesios scripsit, ubi. praeter alia, id rxcuit: ‹ Patres, nolite ad iracundiam provocare filios rwtros >; * quae quidem provocatio seu incitatio non *a eo* tantum oritur quod parentes severiores atque ÿ jgxriores se liberis praebeant, sed ex/ eo praecipue yad filiorum ingenium ac nativam alacritatem molette ferant ct aptiores correctionis modos ignorent, ac praesertim ex molli illa atque veluti enervata, quae in taüliis usu venit, disciplina, unde fit ut In puerorum eznis cupiditates effrenatae dominentur. In hoc igittr parentes, itemque puerorum institutores, animum rendant ut dignitatem potestatemque quam habent a Deo. cuius revera vices gerunt, rite in bonum filiorum isurpent, non quidem ut sibi commodum pariant, sed c filios informent atque instruant ad sanctum et suaves i Dei timorem, omnis sapientiae initium », in quo ur.^mmodo superiorum reverentia solide innititur et Ç» dempto constans ordo, pax serena atque omne bom neque in familia neque in universa humanae conàacdoals societate consistere potest.

Infirmis autem humanae naturae viribus, deterioris ώ avitam culpam factae, Deus, qua est bonitate, uberibus suae Gratiae auxiliis consuluit eâque praeterea, qam animis expiandis atque ad sanctitatem evehendis cultplicem habet Ecclesia adminiculorum copiam: Ereto, inquimus, magna illa Christi familia, quae est idcrco educatrix cum singulis familiis ita congruens *a* coniuncta quam quae maxime.

Qui profecto locus ad optimam institutionem aptis-£zus, quae est Ecclesia, non solum sacramenta complectitur ac praebet quae divinam gratiam continent rtpe animis inserunt, neque sacros tantum ritus qui id informandos ad virtutes adolescentes mirum in motα conferunt, neque tandem sola sacri templi saepta, à quo solemnes caerimoniae, sculpta signa, pictae tatabCt organorum vocumque concentus ad animos pietate ac bonis moribus imbuendos tam praeclaro adiucœto sunt; verum etiam magnum ea numerum atque varietatem scholarum, coetuum, institutorumque omne fovet ac sustentat, quae eo spectant, ut ad pietates. ad litteras doctrinasque, adhibitis quoque iucunliats oblectamentis et ipsa corporis exercitatione, adolescentes instituantur. Haec porro tam perennis in e;3snodi operibus fovendis atque alendis fecunditas wn modo patefacit atque ostendit, maternam Ecclesiae 3 providentiam ct superari non posse et omni esse ad-Einrtione/ dignissimam, sed etiam illam comprobat, ϑw mirabilem, concordiam, quam supra diximus Ecctoe cum Christiana familia intercedere, ut affirmari rene queat. Ecclesiam et familiam unum quoddam chriftâr-ae educationis perfugium et quasi sacrarium habendas ose.

Quod autem novae progenies omnibus iis artibus ac dsGplxnis instruendae essent quibus civilis convictus proficit ac florescit, el sola ad id familia minime sufIctrel propterea publica gymnasia ortum habuerunt, pnmum tamen - diligenter attendite - Ecclesiae familifque in unum conspirantium operâ, multo autem ast. reipublicae. Quapropter litterarum sedes ac schod, ad historiae fidem, earum originem inspiciamus. uîurâ suâ tamquam subsidium ac fere complementum Ecclesiae simul et familiae exstiterunt; consequens est, publicas scholas non solum familiae atque Ecclesiae repugnare non posse, sed etiam cum utraque, qtantam res patitur, congruere oportere, ita nempe ut Lda haec - schola, familia. Ecclesia - unum fere chrintoe institutionis sacrarium efficere videantur, nisi vtbn-.us scholam a suo plane proposito aberrare et in adolescentium pestem atque perniciem converti.

Quod utique aperte professus est vel lalcus vir ille, *cb* ‹ua de juventutis institutione scripta tantis ornatus hudibus · quamquam ea ipsa haud omnino commencer. queunt, cum corruptam de libertate doctrinam redoleant - qui illud protulit: ‹ schola, nisi templum est, spelunca est >; idemque alio loco: « Quando in puerorum educationem cum litterarum studia, tum doctrinae, quae ad religionem et ad domesticam civilemque societatem spectant, non unà conspirant, homines miseri atque inepti exsistunt λ:* 7

Inde necessario consequitur, per scholas, quas neutras vel *laicas* nuncupant, omne fundamentum Christianae educationis disiici atque everti, utpote a quibus religio omnino removeatur; quae ceterum scholae nullo modo nisi specie *neutrae* erunt, cum religioni plane infensae reapse aut sint aut futurae sint/

Longum est neque vero oportet ea repetere quae decessores nostri, praesertim Pius IX et Leo XIII, aperte declararunt, quorum in tempora potissimum incidit, ut gravissima huiusmodi laicismi pestis in scholas publicas invaderet Eorum Nos expostulationes[4] iteramus ac confirmamus, Itemque sacrorum Canonum praescripta, quibus catholici adolescentes prohibentur ne scholas cum neutras tum mixtas, eas scilicet ad quas, nullo discrimine, catholici et acatholici instituendi conveniunt, quavis de causa frequentent; quas tamen adire licebit, prudenti dumtaxat Ordinarii iudicio, in certis quibusdam tantummodo locorum temporumque conditionibus, modo peculiares cautiones adhibeantur.[4] Neque illa tolerari potest schola (praesertim si ea « unica » sit ad eamque omnes pueri accedere teneantur), in qua, etsi sacrae praecepta doctrinae separatim catholicis traduntur, tamen catholici non sunt magistri, qui pueros catholicos acatholicosque communiter litteris atque artibus imbuunt

Neque enim quia doctrina religionis in aliqua schola (plerumque nimis parce) impertitur, idcirco haec iuribus Ecclesiae ac familiae satirfacit et digna fit quae ab alumnis catholicis celebretur; nam ut hoc quaevis schola revera praestet, omnino oportet ut tota institutio ac doctrina, scholae ordinatio tota, nempe magistri, studiorum ratio, libri, ad quamvis disciplinam quod pertinet, Christiano spiritu, sub ductu maternaque Ecclesiae vigilantia, sic imbuti sint ac polleant, ut Religio ipsa totius instituendi rationis cum fundamentum tum fastigium constituat; neque hoc solum in scholis in quibus doctrinae elementa, sed in iis etiam ubi altiores disciplinae traduntur. « Necesse est », ut Leonis XIII verbis utamur, ‹ non modo certis horis doceri iuvenes religionem, sed reliquam institutionem omnem pietatis sensus redolere. Id si desit, si sacer hic habitus non doctorum animos ac discentium per/vadat foveatque, exiguae capientur ex qualibet doctrina utilitates, damna saepe consequentur haud exigua ». »

Nemo tamen obiiciat, fieri omnino non posse, ut ea respublica, quae homines diversa quod ad religionem sentientes complectitur, puerorum institutioni aliter consulat quam per scholas quae neutrae ac mixtae vocantur, cum, contra, ipsa respublica civium eruditioni prospicere et prudentius debeat et facilius queat, si Ecclesia familiarumque hac in re coepta operamque libere perfici atque adhiberi sinat, aequis praeterea alteram alteramque fovendo muniendoque subsidiis. Id autem, magno cum familiarum gaudio itemque profectu publicae sive eruditionis sive tranquillitatis, effici posse, ea plane demonstrant, quae videmus usu venire apud quasdam nationes, in quibus, etsi alii aliam religionem sectamve sequuntur, ordo dispertitioque scholarum nullo pacto iura familiarum offendunt, non solum quod pertinet ad doctrinas (praesertim cum illic catholici ludi catholicis adolescentibus praesto sint), sed etiam quod spectat ad aequam rectamque sumptuum compensationem a republica collatam scholis illis quas familiae iure suo postulant

At vero in aliis, mixtae item religionis, nationibus res se longe aliter habent, haud exiguo cum catholicorum hominum detrimento; qui, auspicibus ducibusque Episcopis et sacerdotibus omnibus utriusque cleri opem ferentibus, pecuniâ dumtaxat suâ scholas sustentant ad filios suos recte instituendos - memores ut sunt gravissimi quo obstringuntur officii - et, laudabili liberalitate ac constantia, in suo perstant proposito, illud tamquam insigne suae actionis praeferentes ut scilicet

° Nic. Tomnmseo. *Fcnsteri sulTcducastonc,* Parte T. 3. 6 Pius IX, Ep *Quum non sine.* U Jul. 1564. — Syllabus, Prop. 48. — Leo XΠ. alloc. Summi *Pontificatus.* 20 Aug 1833; Ep. enc. *Mobilissima, 8 Febr.* 1884: Ep. enc. *Quod multum. 22* Aug. 1386; Ep. *Officio unctissimo, 22* Dec. 1837; Ep. enc. *Caritatis,* 19 Mart. 1894. etc. (cfr. Cod. hir. can. cum fontium annot., ad can. 1374). ** Cod. hir. can., c 1374 M Ep. enc. *Militantis Eccltsisc.* 1 Aug 1897 M P. G

‹ omni catholicae iuvcntuti catholicam educationem in scholis catholicis » omnino provideant Quod quidem coeptum, etsi sumptu publico minime fulcitur, ut lex institue postularet, tamen a magistralibus praepediri ac velari nullo modo potest, nisi n velint sacra familiae jura cocrj.'care et germanae Ubertatis nervos infringere.

Ub: vero gentium primis hisce libertatis quasi e!e-
7$ oeàtis repu gnatur vel multiplici ratione officitur, homines catholici nunquam satis, vel per maximas molestias. m eo elaborabunt ut scholas suas tueantur incolumes et fastae de libera adolescentium institutione leges auspicato condantur.

Quicqmd autem ad scholam catholicam in filiorum suorum usum provehendam ac luendam a christifidelibas agitur, opus religionis sine ulla dubitatione est. propteresque potissimum c Actionis Catholicae » munus; ita ut paterno animo Nostro pergratae sint, sintque praecipuis laudibus dignae sodalitates diae omnes, quae multifariam in opus tam necessarium peculiari modo ac studiosissime incumbunt

Quapropter alte denuntietur et bene ab omnibus animadvertatur atque agnoscatur, christifideles. catholicam scholam filiis quaerendo suis, nusquam gentium js admittere politicae factionis, sed fungi religionis officio, quod sua ipsorum conscientia necessario postulat; iisdemque eam esse mentem non ut filios suos a reipubheae disciplina atque spiritu distrahant, immo ut ad id i; i. perfectissimo modo atque nationis utilitati accommodatissimo, conforment, cum catholicus veri nominis, a catholica quidem doctrina instructus, hoc ipso optimus civis, cultor patriae, publicae auctoritati sincera fide obtemperans, sub quavis legitima regiminis forma, repenatur.

In eiusmodi vero schola, quae cum Ecclesia et cum chnstana familia concordat, eventurum profecto non est, ut, manifesto cum educationis detrimento, ea variis in disciplinis oppugnentur quae in religiosa institutione discipuli didicerint; quod si praeceptores, pro sua magisterii sollicitudine, ad eorum cognitionem, refutationis causé, libros erroribus inquinatos duxerint perferendos, talibus id quidem cautionibus talique sanae doctrinae remedio praestituri sunt, ut non iacturam. sed potius utilitatem Christiana inde raventutis educatio capiat

Qua in instituendi ratione, itidem, non est cur patrii sermonis classicarumque. ut aiunt, litterarum studium ullum unquam morum sanctimoniae detrimentum afferat; Christianus enim magister exemplum de apibus
CO capiet, quae quicquid in floribus purissimum/ est. sugunt rekquumque dimittunt, ut in sermone de classicorum scriptorum lectione M adolescentes sanctus Basilius docet.

Quae quidem necessaria cautio - ab ethnico quoque Quintiliano proposita ° - minime impedit quominus Christianus magister, quae vere bona et utilia in disciplinas carumque tradendarum rationem tempora nostra mtulerint atque inferant, ea adsciscat adhibeatque, secundum Qlud Apostoli: ‹ Omnia probate; quod bonum wt tenete ».υ Quocirca, dum nova assumit, cavebit ipse, vetera ne facile deserat, quorum utilitatem et vim plurium saeculorum usus docuerit, litterarum latinarum ln studio praesertim, quas cotidie magis prolabcntes cernimus, ob neglectas, perperam sane, docendi rationed. ob eo. qui in Ecclesiae praecipue scholis magnopere floruit, sano humaniorum litterarum cultu tam utiliter usurpatas. Mos vero nobilissimus a maioribus traditus postulat ut iuvenes. catholicis scholis commissi, litteris utique et doctrinis plene pro temporum nostrorum conditione, sed simul etiam saniore philosophia sol;de ac penitus Imbuantur, inordinata eorum levitate posthabita qui ‹ invenissent forsitan necessaria nisi et «uperflua quaesiissent ».M Itaque ea magistro cuique Christiano ante oculos habenda sunt, quae brevi sententia Leo XIII complectitur: « ... alacrius adnitendum «t, ut non solum apta ac solida institutionis methodus, sed maxime institutio ipsa catholicae fidei omnino conformis in litteris et disciplinis vigeat, praesertim autem in philosopha, cx qua recta aliarum scientiarum ratio magna ex parte dependet ».n

Salutaris autem scholarum efficientia non tam rectis ki bus quam magistris rectis tribuenda est, qui. egregie parati atque «uam quisque callentes disciplinam, decipulis tradendam, mentis quidem animique laudibus nrnatl qua? munus sane gravissimum postulat, casta et divina caritate erga iuvenes sibi commissos flagrent, per/inde ac lesum Christum eiusque Ecclesiam dili- H gunt, - quorum illi sunt filii carissimi - atque hoc ipso sincere bonum verum familiarum ac patriae cordi habent Praeclaris igitur afficimur solaciis gratoque divinam Bonitatem prosequimur animo, cum videamus ad sodales religiosos et religiosas virgines, quotquot docendis pueris adolescentibusque se devovent, tot tamque probos accedere utriusque sexus praeceptores, eosdemque - ad animum sanctius excolendum in congregationes quoque et sodalitates proprias coeuntes, quae tamquam nobilissimum validumque « Actionis Catholicae i praesidium laudandae ac promovendae sunt -, utilitatis immemores suae, enixe constanterque illi operam dara quam « artem artium et scientiam scientiarum ⁕ Sanctus Gregorius Nazianzcnus vocat, scilicet iuvenes regundi ac conformandi. Cum tamen in eos quoque illud divini Magistri quadret: « Messis quidem multa, operarii autem pauci tales Christianae educationis artifices - quorum institutio Pastoribus animarum summisque religiosorum ordinum moderatoribus magnopere curae esse debet - Dominum messis multos ut alios mittat supplicibus precibus exoramus.

Oportet praeterea, adolescentis educatio, quippe qui sit ‹ cereus m vitium flecti »„J in quacumque consuetudine vitae ipse se habeat, dirigatur ct custodiatur, malas removendo occasiones, bonas autem opportune sufficiendo, in animi remissionibus et in delectu sodalium, quia « corrumpunt mores bonos colloquia mala ».'

Nostris, ceteroqui. temporibus eo plenius ac diligentius evigilandum est, quo plures iuvenibus imperitis faciendi morum pietatisque naufragii occasiones increbrescunt, maxime ex impiis obscenisque libris, quorum satis multi nefarie parvo veneunt ac propagantur, ex « cinematograph!cis » ludis, nunc autem ex ‹ radiophonicis › quoque auditionibus, quae cuiusvis generis lectio/nem - sicut « cynematographa » quodlibet spec- e taculum - plerisque exhibent atque faciliorem reddunt Validissima eiusmodi ad quidvis evulgandum subsidia, quae, si ad sana principia apte regantur, eruditioni magnopere atque educationi prodesse queant, saepe - proh dolor - provehendis vitiorum illecebris sordidisque quaestibus serviunt. Sanctus Augustinus in ardore ingemiscebat. quo ad ludos circenses christifideles eius temporis complures rapiebantur, depravationemque Alipii. discipuli et amici sui. quae, feliciter, paulisper constitit, vividis verbis enarrat, Quot iam adolescentes, ludis hodiernis et turpibus libris corruptos, parentes ac magistri nunc defleant oportet!

Quapropter omnia illa laudanda et adiuvanda sunt opera educationi dedita, quae. Christiano prorsus spiritu studioque ducta iuvenum animis subveniendi, opportunis libris et ephemeridibus parentes potissimum et praeceptores de insidiis edocent, quae, subdole plerumque, moribus ct religioni per libros et spectacula struuntur, itemque. praeterquam quod curant, ut saniores libri in vulgus propagentur et ludi scenici rectae institutioni fructuosi habeantur, magno quidem impendio theatra ct « cinematographa » aliquando condunt, unde Christianae virtuti non modo nihil discriminis incidat, verum etiam haud parum accedat utilitatis.

Eiusmodi tamen custodia ac vigilantia, quam adhiberi oportere diximus, minime postulat, ut iuvenes ab hominum commercio segregentur, quibuscum vita degenda animaeque saluti consulendum erit» sed tantum ut muniantur et Christiane firmentur, hodie quam maxime. adversus illecebras erroresque mundi, qui. ad illud loannis. totus est ‹ concupiscentia camis, concupiscentia oculorum et superbia vitae ■; M ita ut. quemadmodum de priscis christianis Tertullianus scripsit, tales nostri se habeant quales Christianos esse nullo non tempore decet « compossessores mundi, non erroris ›.α

Quibus Tertulliani verbis illud tetigimus, de quo. licet maximi/ momenti esset, postremo agere constitui- &
mus: videlicet in quo, ut e proprio eius fine colligitur. Christiana educatio praecipue posita sit; quod autem si sedulo animadvertatur, meridiana luce clarius apparebit. supremum educandi munus atque officium ad Ecclesiam pertinere.

Eo proprie ac proxime intendit Christiana educatio. ut. divina cum gratia conspirando, germanum atque

n, m '» /n>f Or.. I. ·. ll *I Thru.*, V. 21. « Senera, Ipüt 45 n Uo XIII. Ep. eoe. ImcnUabUi, 21 Apr. 1378.

• Oratio Π. P. *G.*. t. 35. 426. n Matth.. IX, 37. ·· Herat.. *Art.* poit.. v. 163. » *I Cor.,* XV, 33. * Con/.. 'H, 8. *u I Jo.,* II, 16. ·» De *idololatria,* M. ·» Gal., IV,

«rfeclum christianum efficiat hominem: ut Christum jrJicet ipsum exprimat atque effingat in illis qui sint Biptsmatc renati, ad illud Apostoli vividum: « Filioli –ei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in robs >.K' Vitam enim supernaturalem germanus christhsfis vivere debet in Christo: « Christus, vita veiiri eandemque in omnibus rebus gerendis manitaurc ‹ ut et vita lesu manifestetur in carne nostra sartali >.

Quae cum ita sint, summam ipsam humanorum actam. quod attinet ad efficientiam sensuum et spiritus id intellectum et ad mores, ad singulos et ad societaten domesticam atque civilem. Christiana educatio totas complectitur, non autem ut vel minime extenuet, «ara ut secundum lesu Christi exempla et doctrinam «tollat, regat, perficiat.

Itaque verus Christianus. Christiana educatione conformatus. alius non est ac supernaturalis homo, qui sentit iudicat, constanter sibique congruenter operatur, d rectam rationem, exemplis doctrinaque lesu Christi sspematuraliter collustratam: scilicet, homo germana ixmi firmitate insignis. Neque enim quisquis sibi consentit et sui propriique tenax propositi agit, is solido est. sed unus ille qui aeternas iustitiae rationes sequitur, ut agnovit ethnicus ipse poeta, α iustum » una snnul « et tenacem propositi virum »64 extollens; çae. ceterum, iustitiae rationes integre servari neqzeunt, nisi Deo tribuatur — ut fit a vero christiaM no — quidquid Deo debetur./

Hic sane Christianae educationis finis profanis hozinibus inanis quaedam cogitatio videtur vel potius tde propositum quod perfici nequeat quin non modo unirales vires deleantur vel saltem extenuentur, sed etam huius vitae actio quodammodo repudietur: unde sequitur, ut sit illud a societate hominum terrenaque ecnim prosperitate alienum et cuilibet in litteris, in cccvmis. in artibus, in cultu demum humano civilique profectui vehementer infestum. Cui vero dubitationi, çttan ethnici olim, etsi eruditi, rerum tamen nostrarum pari et praeiudicatis opinionibus imbuti, proposuerant - quaeque, recentiore aetate, proh dolor, crebrius K pertinacius prolata est - Tertulliamus occurrerat: ‹ Non sumus exsules vitae. Meminimus gratiam nos debere Deo Domino Creatori; nullum fructum operum eas repudiamus; plane temperamus, ne ultra modum Eit perperam utamur. Itaque non sine foro, non sine catello. non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, ccdinis vestris, ceterisque commerciis cohabitamus in hoc saeculo. Navigamus et nos vobiscum et militamus, d rusticamur, et mercamur, proinde miscemus artes, cçeras nostras publicamus usui vestro. Quomodo intatuosi videamur negotiis vestris, cum quibus et de çxbos vivimus, non scio ». ° Idcirco sincerus Christians tantum abest ut res in hac vita gerendas abdicet et raturales vires comprimat, ut, contra, has alat ac perfect cum vita supernatural! ita copulando, ut ipsam mturalem vivendi rationem exornet efficacioribusque faveat adiumentis, non modo ad spiritualia atque aeterna. sed etiam ad ipsius naturalis vitae necessitates congruentibus.

Id profecto tota comprobat Christianae religionis exsque institutorum historia - quacum historia germani erilis cultus humanarumque progressionum, ad nostros que dies, omnino cohaeret -; praecipue autem vita Sanctorum ostendit, qui. ab Ecclesia Matre, eademque uaa. perpetua quadam fecunditate geniti, perfectam abloùitanque Christianae educationis formam in se referentes, hominum communionem nobilitarunt et bonis care genus auxerunt. Optime sane iidem de humano finere meriti, in omni civium ordine atque in quavis β r.Ue conditione, editis perfectae sanctitatis/ exemplis, fonjenmt; in iis enim non desunt cum agricolae simplces ac rudes tum viri disciplinis litterisque exculti, rrn tenuior opifex tum exercitus dux, cum privatus paterfamilias tum rex populorum gubernator, cum in£cuae puellae deditaeoue rei familiari mulieres tum regiae uxores atque imperatrices. Verum, quiousnam praedicemus laudibus illos evangelii praecones, qui ln rasionibus, operà propemodum infinite, bonorum quoque huius vitae feraci, una cum fidei lumine barbaris Cestibus humani civilisque cultus commoda tulerunt ac ferunt: quibusnam eos omnes, qui tot ac tam varia epera hominibus Christiana caritate sublevandis condiderunt: quibusnam denique sanctos illos ex utroque sexu institutores, sane frequentissimos, qui suam christianac educationis operam per alios propagandam perpetuandamque, singulari sane cum familiarum ac nationum utilitate, curarunt?

Haec, haec quidem sunt quae ex Christiana educatione proficiscuntur beneficia, idcirco quia ea ipsa hominem evehit atque effingit ad vitam virtutemque supernaturalem in Christo; quando quidem lesus Christus Dominus noster, divinus Magister, cum sit eius vitae ac virtutis auctor et largitor, tum universis hominibus, in quacumque ii conditione versantur, iuvenibus praesertim. exemplum se praebet, in eo potissimum aetatis suae decursu intuendum atque imitandum, cum. obediens omnibusque virtutibus, quae singulos, familiam, societatem respiciunt, coram Deo et hominibus, exornatus, vitam obscure et laboriose traduxit.

Itaque omnes eiusmodi thesauri, quos, nunquam satis aestimandos, hucusque vix ex parte memoravimus, tam arcte ad Ecclesiam pertinent, ut eius veluti naturam constituant, cum mysticum Christi corpus, immaculata Christi Sponsa, ideoque fecundissima Mater, itemque suprema ac perfecta educatrix Ecclesia sit. Quamobrem magnus ille atque ingeniosus Augustinus - cuius beato ab obitu saeculum quintum ac decimum acturi mox sumus - sancta erga talem Matrem caritate abreptus, has voces edebat: « Merito Ecclesia catholica. Mater Christianorum verissima, non solum ipsum Deum, cuius adeptio vita est beatissima, purissime atque castissime colendum praedicas; sed etiam proximi dilectio-/ 86 nem atque caritatem ita complecteris, ut variorum morborum, quibus pro peccatis suis animae aegrotant, omnis apud te medicina praepolleat. Tu pueriliter pueros, fortiter iuvenes, quiete senes prout cuiusque non corporis tantum, sed et animi aetas est, exerces ac doces. Tu parentibus filios libera quadam servitute subiungis, parentes filiis pia dominatione praeponis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quam sanguinis nectis... Tu cives civibus, gentes gentibus, et prorsus homines primorum parentum recordatione, non societate tantum, sed quadem etiam fraternitate coniungis. Doces Reges prospicere populis; mones populos se subdere Regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus obiurgatio, quibus supplicium, sedulo doces; ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus caritas, et nulli debeatur iniuria ».“

Supplices interea. Venerabiles Fratres, animos et manus ad caelum « ad Pastorem ct Episcopum animarum nostrarum ».H ad divinum Regem ‹ Dominum dominantium » erigamus, ut ipse virtute omnipotenti sua iubeat, in orbe universo terrarum praeclaros Christianae institutionis fructus cotidie magis percipi atque augeri, in singulorum hominum et populorum emolumentum.

Quorum autem caelestium munerum auspicem, paterno animo, vobis. Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum die 31 mensis Decembris anno 1929, Pontificatus Nostri octavo—Pius Pp. x i.

1. m. od. 3, v. 1. * *Apol.,* 42. * *Dc moribus Ecclesiae catholicae,* Hb. I, c. 30. Cfr. *I Petr*, П. 35.

Adn. PrM 19 (1930) 78. 173.

940

1929 .....-PIUS XI, NOTIF. AAS 21 (1929) 609

Instituitur commissio pontificia ad codificationem toris ECCLESIASTICI ORIENTALIS PARANDAM

Cum quamplurimi Orientalis Ecclesiae Rmi Praelati ad Apostolicam Sedem supplices preces instanter porrexerint, ut suis quoque Ecclesiis provideretur per Orientalem Codificationem, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI super ipsa re interpellari mandavit Excmos DD. Patriarchas, Rrhos Metropolitas. Archiepiscopos et Episcopos, ut, collatis consiliis» libere significarent quae de hoc tanti momenti negotio sentirent, simulque mentem suam aperirent qua via et qua ratione procedendum esset, respectu praesertim habito ad disciplinam, traditiones, necessitates atque privilegia uniuscuiusque

B “ *Coi.,* III. 4. l5 *II Cor.,* IV. 11. M Horal., *06.*

ritus, ut Codificatio in veram utilitatem vergeret illarum Ecclesiarum, cleri, populique.

Quibus habitis» atque Insuper ab iisdem Praelatis sacerdote pro suo cuiusque ritu delecto, qui operam navaret ad memoratum opus. Sanctitas Sua constituere dignata est Connuoioncm *Cardinalitiam pro studiis,* ut aiunt, praeparafonù *Codificationis Orientalis.*

Haec autem Commissio, ut sequitur, componitur:

Emus ac Rmus D. Card. Petrus Gasparri. *Praeses Eâus* ac Rmus D. Card. Aloysius Sincero. S. C. pro Ecclesia Onentali a Secretis. Emus ac Riîius D. Card Bonaventura Cerreti. Emus ac Rmus D. Card. Franciscos Ehrle. Rihus D. Hamletus Joannes Cicognani, S. C pro Eccl. Orient Adsessor. a *Secretis.*

JUsu A C **CICOGNANI m CpR 12 (1931) 234-243 et in OoU. 5 (1212) 86-55.**

941

19»..... -SC REL.. LIT. CIRC. PART.'

De fovexdo dîstiiuto **APOSTOLICO t SACRO** CVORE > **PRO STUDIIS SUPERIORIBUS SORORUM 15 KALIA**

Ul mo e Reu.mo *Signore,* Questa Sacra Congregazione, con circolare n. 3702 dei 1926 ai Revmi Ordinari d'Italia, raccomandava di portare a conoscenza delle Superiore Generali o Provinciali degli Istituti religiosi fernmimli insegnantl, che avessero casa nella loro diocesi, che per muniiicenza del S. Padre era per aprirsi in Castelnuovo Fogliani, presso Piacenza, l'Apostolico *Istituto dei Sacro Cuore,* riservato alie Suore, che dovrebbero frequentare lUniversity Cattolica, con annesso penslonato per esse, a fine di prepararle al conseguimento dei diplomi di abilitazione aU'insegnamento medio.

St rilevava in detta circolare quali alti motivi d'interesse religioso, presso le scuole cattoliche in Italia, avessero indotto a tale erezione e come tutti gli istituti reLgiosi insegnanti avrebbero fatta ottima cosa mandando il detto penslonato. pei relativi studi. alcune loro Suore.

Alla fine dei primo anno scolastico. avendo in vista gli ottimi risultati ottenuti sotto il lato disciplinare e didattico, questa Sacra Congrcgazione ripeteva la raccomandaxione a quelle Superiore, le quali non avevano ancora messo in atto quanto da loro era stato chiesto.

Senonchè non da tutte forse verme compresa l'importanza dei desideri della Santa Sede in un affare di tanto rilievo.

Il Penslonato che ora ha iniziato il suo terzo anno di vita, e che confida di sempre meglio affermare ll suo esemplare funzionamento disciplinare e religioso e il suo successo dldattico, pub ancora accogliere un maggior numero di Suore studenti, con vantaggio proprio e con quello anche più grande degli Istituti che ne approfitteranno.

Ad ottenere pertanto che. oltre gli istituti che si vi trovano rappresentati. altri moltl e di importanza usufrulscano dl tanto beneficio, questa Sacra Congregazione crede suo dovere insistere e raccomandare caldamente alla S. V. Ill.ma e Revjna di fare una diligente inchicsta sugli istituti insegnanti che nella sua dioccsi abbiano Casa-madre o provinciale; e quindi:

a) interrogare le rispettive Superiore se e come proweggano a preparare i loro soggetti aU'insegnamento elementare e medio;

b) ripetere loro l'assoluto divieto. già fatto. di far frequentare alie religiose le scuole laiche, come anche Tobbligo di frequentare le scuole di metodo cattolico. ove queste esistono, a preferenza delle altre;

c) a quegli istituti. poi. specialmente se importanti e abbondanti di soggetti, che potendo mandare Suore studenti all'Istituto Apostolico di Castelnuovo Foglianl e all'annesso Penslonato, non 1'avessero ancora fatto senza giusti e gravi motivi, voglia spiegare e far comprcndere il preciso dovere di chi governs un istituto religioso di assecondare volenterosamcnte le direttive e gli ordini della Santa Sede.

Voglia poi riferire a questa Sacra Congregazione quale sia stato l'csito di queste sue pratiche. per i provvedimenti opportuni.

Per facilitare poi alla S. V. 1'opera persuasiva che Le si raccomanda, aggiungo alia presente letters una breve *Nota* che illustra il funzionamento dei detto istituto e la nécessita di frequentarlo.

Con sensi di ben distinta stima mi creda della S. V. Revjna devotissimo Alessio Enrico Maria Card. Lepicier, O. S. M., *Prejetto.* Vine, La Puma, *Segretario.*

• **Ordlwlb Itali»·: ME 41 (1929) 105-106.**

942

1929.....-COM. INTERPRES, RESP. PART.·

Circa ius accusandi nullitatem matrimonii

Periodicum *Semaine religieuse du diocèse de Lille,* 19 Mail 1929. p. 270. sequentem notulam refert, quin tamen indicentur fontes: En matière de nullité de mariage. la commission des Cardinaux, chargée d'interpréter le droit canonique de Église, a pris une importante décision. Ces dernières années, les tribunaux du Vatican ont reçu de nombreuses demandes en déclaration de nullité de mariage. Ces demandes étaient motivées par le fait que l'un des époux ou les deux ensemble avaient, en se mariant, posé une condition qui rendait nul et invalide le contrat de mariage, en se réservant, par exemple, la possibilité de divorcer. Afin d'éviter des abus et d'en finir avec des moyens qui peuvent facilement tromper les juges, la commission cardinalice, présidée par le cardinal Gasparri. a pris la décision suivante, conformément aux désirs des consulteurs: *« Dans les causes tendant à déclarer un mariage* nul, où le *motif invoqué est une réserve ou condition posée à l'occasion de la célébration du mariage, la partie* qui a posé *una pareille condition ne peut pas demander* la déclaration de nullité du *mariage. Si la condition* a été posée par les *deux époux, leur demande ne pourra être prise* en considération et *par conséquent le procès* ne pourra avoir lieu. »

• **Texturo et contextum resolutionis Commissionis Interpret;» fideliter sumimus e CM 18 (1929) 468-469 in note.**

ANNUS 1930

943

193· IAN 7.-SC ORIENT. DECR. AAS 22 (1930) 108-110

Diclericis orientalibus eleemosynas, pecuniam vel **MESARUM STIPENDIA COLLIGENTIBUS SEU CORROGANTIBUS EXTRA ORIENTALES REGIONES, ET DIOECESES**

Saepenumcro Apostolica Sedes nonnas et decreta edidit de iis rebus rationibusque, quae vel ad clericos orientales pertinent, vel ad eos, qui huiusmodi titulum usurpantes, quavis interposita causa, domo demigrant, et per exteras regiones cursitantes, eleemosynas quaerr.t, stipem corrogant, ac Missarum stipendia exposcant, aliquando etiam falso affirmantes se facultatem tabere retinendi partem tantum stipendii, reliquum vero concedendi seu relinquendi ipsis offerentibus, clerum et fideles nimium saepe decipientes. Qua in re, ea doGmenta repetere ac revocare iuvat, quae recens promulgata sunt, ac praesertim *Epistulam circularem* a Sacra Congregatione Fidei Propagandae die 1 mensis Imcarii anno 1912 [AAS 4 (1912) 532-533] datam atque Monitum a Sacra hac Congregatione nuperrime catum die 2 mensis Aprilis a. 1928 [LE 832]; praeterquam quod can. 622 § 4, Codicis iuris canonici statuit, icilxet: ‹ Sine authentico et recenti rescripto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, Ordinarii latini nec sinant orientalem ullum cuiusvis ordinis et dignitatis in proprio territorio pecuniam colligere, nec suum «obditum in orientales dioeceses ad eundem finem rùttant ».

Attamen, quoniam gravissimae eiusmodi fallaciae ton raro, etiam nunc, ab iis praesertim confinguntur et struuntur qui, cum neque clerici, neque orientales, seque catholici sint, dolo sibi rem atque nomen assumant. ad fraudes praecavendas, et ad consulendum, pro rribus, bonae existimationi orientalium, normae alias S datae per hoc decretum, mature perpensum in/ coetu Plenario Emorum huius Sacrae Congregationis Patrum die 17 Iunii 1929 habito, satius ac disertius confirmantur atque enucleantur:

‹ Nello stesso decreto reale dl riconoscimento della ‹ personalità giuridica delle associazioni religiose pos« sono essere indicati gli immobili, del quali le asso‹ ciazioni medesime sono già in possesso e che a ter« mini dell'art 29 lett b), capoverso del Concordato ‹ debbono dagli attuali intestatari essere ad esse trasfe« rit! ».

Ciô premesso, le disposizioni del Concordato, della

legge e dei regolamento possono riassumersi nei sequenti termini:

L Lo Stato italiano riconosce la personality giuridica delle Associazioni religiose nei llmiti del suo territorio, delle colonie e degli altri territori soggetti alia sua sovran:tà.

Per cosseguenza:

a) se un'Associazione religiosa abbia sede ed eserdti la sua atüvitâ esclusivamente in Italia, colonie, ecc., Jo Stato italiano riconosce la personality giuridica dell'intiera associarione;

b) se abbia sede in Italia ed eserciti la sua attività anche all'e&ro. oppure se abbia sede all'estero ed eserciti la sua attività anche in Italia, lo Stato italiano riconosce la personality giuridica soltanto alia Provincia od aile Provincie religiose, che esercitino la loro attività in Italia, colonie, ecc., e nei limiti di questi territori. senza pregiudizio dcll'attivitâ che le stesse Province possono svolgere in luoghi di missioni;

d aile Case aventi sede in Italia, colonie, ecc., lo Stato riconosce la loro personality, quando dalle regole partcolari dell'Ordine a cui appartengono risulti che esse hanno una propria capacity di acquistare e di posedere (can. 531 del Coder iuris canonici);

d) Io Stato italiano, inoltre, riconosce la personality giuridica aile Case generalizie ed allé Procure dette Associazioni religiose, anche estere;

e) inline, le Associazioni o le Case religiose che non hanno perduta la personality giuridica per effetto delle leggi eversive. la conscrvano.

2. lx· condizioni necessarie per ottenere il riconoscimento della personality giuridica nei casi di cui sopra sono soltanto le segucnti:

a) che si tratti di Associazioni, Provincie o Case di diritto pontificio;

b) che siano rappresentate (e la rappresentanza. agli effetti civili/ patrimoniali, non sempre spetta alia stessa persona che riveste la qualifies di Superiore dellOrdine, Provincia o Casa) di diritto e di fatto da persone che abbiano la citladinanza italiana *e* siano in Italia domiciliate.

143

Questa seconda condizione non è necessaria per il rieonoscimento delle Case generalizie e delle Procure delle Associazioni religiose, anche estere.

3. Gli atti relativi ai trasferimenti degli immobili, dei quali le Associazioni sono già in possesso, dagli attuali intestatari aile Associazioni stesse. sono esenti da ogni tribulo. Questi termini amplissimi usati nel Concordato escludono non soltanto le tasse di bollo, registre ed ipotecane degli atti di trasferimento, ma anche le tasse di concessione dei decreti di autorizzazione. Questa esenzione è in armoma anche colla disposizione contenuta nella letters h) dello stesso articolo 29 del Concordato.

11 Concordato nella citata disposizione dell'art. 29. Jett. b). sancisce un favore e non un obbligo. Le Asfociazioni religiose non sono, quindi. obbligate a chiedere allo Stato il riconoscimento della personality giuridica agli effetti civili.

Otte-auto il riconoscimento della personality giuridica. l'Associazione potrà divenire legale proprietary degli immobili nei quali le dette associazioni hanno già pubblcamente la loro sede. L'intestazione di detti immobili aU'Assoclazione eviterà alla medcsima tutti gli oneri fiscali, spesso gravissimi, e tutti i pericoli ben noti derivanti calle intestazioni individuals o collettive. Gli immobili, sedi delle Associazioni (e tali possono qualificarst non soltanto gli immobili nei quali sono stabilite le sedi principali degli Istituti. ma anche quelli adiblti ad uso di villeggiatura. o di noviziato, o per ripoto dei religiosi anziani, ecc.). saranno soggetti alie •ole Imposte fondtarie: e neppur saranno gravati dalla tassa di manomorta; giacchè. per la lettera h) dell'art 29 del Concordato, che per tutti gli effetti tributari ha equlparato lo scopo di religione e dl culto ai fini di beneiicenza e di istruzione. sarà applicable ai detti immobili il disposto dell'art 7 della legge tributaria «dia manomorta 20 Dicembre 1923, n. 3271, che esenta do detta tas?a le rendite presuntive delle case adibite alTiiMj Immediato degli instituti di beneficcnza o dl istruzione.

E da notare che per Vart 30 del Concordato le as-•ociazionl religiose hanno blsogno delVautorizzazione detto Stato soltanto per gli acquisti. e non anche per le alienazioni ed in genere per gli atti eccedenti l'ordinaria amministrazione.

Tutti i Superiori degli Ordini ed Associazioni religiose di diritto pontificio, nel termine di due mesi dalla data della spedizione delle present! istruzioni. invieranno alia Santa Sede, e per essa alia Sacra Congrega-/ iq zione dei Religiosi in Roma, un rapporte particolareggiato relativo al numero delle Provincie o Case che hanno in Italia; agli immobili nei quali risiedono, o che comunque possiedono; alie persone, istituti ed end. ai quali detti immobili spettano in propriety o sono comunque intestati. Dovranno. altresl, spiegarc se possano soddisfare alia condizione, necessaria secondo il Concordato per ottenere dallo Stato il riconoscimento della personality giuridica, di essere rappresentate di diritto e di fatto da persone che abbiano la cittadinanza italiana e risiedano in Italia. A tale effetto occorre notare che *rappresentante* puô essere persona diversa dal Superiore; che il Concordato richiede nel rappresentante la quality di cittadino italiano e non di nato in Italia; e che la cittadinanza italiana puô acquistarsi in uno dei modi previsti dalla legge 13 Giugno 1912, n. 555. modificata colla legge 31 Gennaio 1926 n. 108.

Vi sono tra gli Ordini detti *mendicanti* alcuni (Cappuccinl, Minori, ecc.). ai quali il diritto canonico vieta di avere la propriety di qualsiasi bene ed anche delle case di residenza. la propriety delle quali viene quindi riservata alia Santa Sede. In tali casi sarà concesso agli Ordini 1'indulto pontificio perché possano acquistare Tuso a tempo indeterminato delle dette case, nmanendo propriety na la Santa Sede. Di tale riserva sarà fatta espressa menzione nell'atto di trasferimento degli immobili e ne sarà presa nota nella voltura catastrale e nell'atto di trascrlzione nelTUfficio delle Ipoteche.

Altre speciali norme potranno darsi, caso per caso, dalla Sacra Congregazione dei Religiosi, tenendo présente anche il disposto del Canone 1501 del Coder iuris canonici.

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi. 6 Febbraio 1930.—Alessio Enrico M. Cam. Lépicier, O. S. M.. *Prefetto*. Vine, ba Puma. Segrêlono.

Adn. F. M CAPPELLO in PrM 19 (1930) 213-215; F. X. DAMBROSIO in Apoll. 3 (1930) 205-209.

959

1930 FEB 11.-SC STUD.» DECR. AAS 22 (1930) 36»

DECRETUM

Canonice erigitur universitas catholica in urbe
PRINCIPE SANCTI 1ACOBI DE CHILE

R. P. D. Crescentius Errazuriz y Valdivieso. Sancti lacobi de Chile archidiocceseos Antistes, litteris diei 7 Martii anno 1928, a Sacra hac de Seminariis et de Studiorum Universitatibus Congregatione efflagitavit ut Sedes Apostolica Catholicam Universitatem, quae iam in civitate Sancti lacobi prospera ac florens exstat, suprema sua auctoritate probaret atque firmaret. Eminentissimi vero Sacrae huius Congregationis Patres Cardinales, re in plenario conventu maturius perpensa, et nobilissimum Archiepiscopi Sancti lacobi consilium merita prosequuti sunt laude, et Universitatem Catholicam, in civitate Sancti lacobi excitatam, probandam esse censuerunt ac confirmandam.

Deinde Ssmus D. N. Pius Pp. XI. infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto referente, in audientia diei 11 Februarii volventis anni, hanc Eminentissimorum Patrum sententiam ratam habuit, confirmavit et ad effectum deduci iussit. Quamobrem Universitas Catholica, quae a SS. Corde lesu et ab Immaculata Virgine auspicium sumit, ab hac Sacra Congregatione, hoc decreto, canonice erigitur et erecta declaratur in civitate S. lacobi de Chilo, cum omnibus privilegiis quibus huiusmodi Instituta, ab Apostolica Sede dependentia, iure fruuntur. Servatis nonnis et praescriptionibus Sedis Apostolicae.

Datum Romae, ex aedibus S. Callisti, die 11 Februarii. in Festo Apparitionis B. M. V. Immaculatae, anno Domini 1930.—C. Card. Bisletti, Praef. E. Ruffini. Secr.

960

I»· FEB 12.-PIUS XI» CONST. AAS 22 (1930) 237-240

De pontificio seminario seu collegio aethiopico

PIUS EPISCOPUS

Scms lervorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Curis ac laboribus numquam Apostolica Sedes pepercit. ut quos funestum discidium ab Ecclesiae unitate tLos sane carissimos ante actis temporibus abstraxisset, udem ad communis omnium Patris complexum quantocius reducerentur. Cuius quidem actuosae Summorum Pontificum sollicitudinis non expers fuit antiquissima ùh Aethiopiae Ecclesia quae ab apostolico viro S. Fru· nxntio. iam sacculo iv, evangelicae veritatis luce perfusa. eximiis doctrinae et sanctitatis laudibus statim enituit; attamen, cum sibi, hostili Islamitarum dominatioce veluti circumclusae, aditus ad Beati Petri Cathedram interciperetur, cumque schismaticae Aegypti Ecdeshe exemplo atque appulsu eadem de recta abduceretur via, in monophysitarum haeresim ipsa pedetentzn incidit Quam ob rem, per diuturnum saeculorum decursum, Christi doctrinam Aethiopiae populi haud permnam atque integram retinuere; quod quidem ipsi tlittj Ecclesiae Legati in Oecumenici Florentini Conciti coetibus quodammodo confessi sunt, cum in suorum schismatis excusatione, hisce inter alia verbis Decessorea Nostrum f. r. Eugenium Papam IV allocuti sunt: i Aliarum Ecclesiarum secessio atque rebellio fuit vokmtaria; hmeque earum populi in servitutem exterminircque sunt dati. Nostra autem intermissio et elongato a Sede Tua nequaquam a perfidia aut levitate alia, sed processit a provinciarum distantia et a periculis, qsae subeunt commeantes ».

Sapienti igitur consilio f. r. Sixtus Papa IV Decessor Noster ut earum necessitudinum vincula, quae feliciter ia Florentino Concilio Aethiopiae gentem Apostolicae Sedi iterum devinxissent, non tam consisterent, quam arctiora etiam atque firmiora in posterum redderentur, prope Vaticanas Aedes domum atque eidem continens S. Stephani Maioris sacellum Aethiopibus attribuit, ea quidem mente ut, qui e longinquis illis regionibus, Ss. Apostolorum Petri et Pauli sepulcrum veneraturi in Urbem se contulissent, in hac eadem domo, non modo
5 hospitio exciperentur, sed etiam/ iis, quae suscepissent, de Christiana religione studiis commode inibi vacare possent, et pietati suae opportune satisfacere. Itaque, per duorum circiter saeculorum spatium, monachi non pauci, ex Aethiopia Romam convenientes, hoc sibi desicatum domicilium incoluerunt, in eodemque, ad regulans disciplinae normam, communem vitam egerunt Quod profecto non parum iisdem attulit utilitatis, quandoquidem in hoc catholici nominis veluti centro ac quac sub Summorum Pontificum oculis commorantes, non r.odo ad studiosiorem cum Apostolica Sede coniunctiosalubriter excitati sunt, sed etiam tutiora ex eadem burire potuerunt Christianae religionis praecepta atque zAituta. Neque minus Decessoribus Nostris id attulit cttaxodi, cum ab religiosis viris huc coeuntibus Aethiopiae Ecclesiae res facilius ipsi dignoscere, iisdemque otius atque consultius prospicere possent.

At quae, insequenti aetate, miserrimae in Aethiopia foerust catholicae rei conaiciones id effecerunt ut ncctissima eiusmodi cum Iesu Christi Vicario fidei aritatisque vincula infringerentur, atque adeo perveillud S. Stephani Maioris hospitium, quod RomaEoncn Pontificum liberalitas Aethiopibus concesserat, desertum ab iisdem relinqueretur. Paterna tamen Derosorum Nostrorum cura atque sollicitudo erga disctam illam dominici gregis partem nunquam deferbuit, st litterae etiam testantur, quas anno millesimo septingentesimo quarto Cardinalis Sacri Consilii Fidei *propacandae* Praefectus, Pontificis nomine, ad augustum Aethiopiae Imperatorem dedit. In hisce enim haec habectur: ‹ Illud etiam praeclarum Sanctitas Sua in tuae gentis gratiam nuperrime fecit quod ecclesiam S. Stephani Protomartyris a Summis Pontificibus una cum b»pitio contiguo Aethiopiae nationi olim in Urbe concessam pietate ac magnificentia se digna reparavit, ornavitque; ac insuper cogitat de eodem hospitio primo quoque tempore amplificando ac decenter exornando, ut Aethiopes quos in posterum vel religionis amor, vel Sacrae Congregationis studium ad Urbem impelleret, commodioribus hic aedibus ac debitis humanitatis officiis hic excipiantur ».

Nihilo setius, per longum adhuc annorum intervallum. haud uberes, quin immo exiguos fructus tulit sedula, in opportuno eiusmodi incepto provehendo, Summorum Pontificum navitas. Cum vero, superiore sacculo, feliciora catholicae rei in Aethiopia affulgerent auspicia, cumque ibi sacrae missionalium expeditiones a multis ac vel ab ipsis Civitatis Principibus satis magna aequanimitate exciperentur, tum a quibusdam Apostolicis viris hoc peropportunum sane consilium initum est, ut Seminarium Aethiopicis sacrorum alumnis rite instituendis Massiliae primum, ac dein hac in alma Urbe excitaretur atque aperiretur. Quod quidem consilium f. r. Bene/dictus Papa XV proximus 239
Decessor Noster tam volenti animo prosecutus est, ut ad felicem exitum adduxerit, in hanc rem vetus Aethiopicum hospitium destinando, in quo non modo Aethiopiae monachi iterum exciperentur sed etiam ex illis regionibus alumni et alerentur et sacris disciplinis ita instituerentur, ut aliquando sacerdotali dignitate insigniti et ad gentem suam reversi, strenui exsisterent catholicae veritatis adsertores atque praecones. Attamen huius hospitii domus nimium quidem angusta videbatur et ad propositum non satis apta atque idonea; quapropter consentaneum Nobis visum est, ut peculiarem quoque Nostram in nobilissimam Aethiopiae gentem ostenderemus benevolentiam, novam amplioremque prope Nos, atque in ipso Vaticanae Urbis Statu Aethiopici Collegii exaedificare sedem, quae quidem, absoluta necessariisque rebus convenienter instructa, feliciter iam dedicata est

Ut autem Nostram in hoc Collegium paternam voluntatem luculentius testemur, ad iuridicam eius erectionem devenire statuimus. Itaque ad maiorem divini Nominis gloriam et ad catholicae rei incrementum. Seminarium seu Collegium Aethiopicum, in Vaticanae Urbis Statu conditum, apostolica Nostra auctoritate constituimus, eidemque Pontificii Collegii nomen et iura attribuimus.

Immo quo propius, sicut iam animo, et oculis Nostris illud amplectamur, novum benevolentiae pignus eidem Collegio dare cupientes, iis derogamus quae per Apostolicas sub plumbo Litteras *Ex Lateranensi pacto* die trigesima mensis Maii proxime elapso anno ILE 901] datas decrevimus; et volumus ac statuimus ut ex nunc sub iurisdictione sit Nostri in Vaticanae Urbis Statu Vicarii generalis. Ac fore confidimus, instanterque a Deo precamur, ut Pontificium hoc Collegium, quemadmodum novam dignioremque sedem adeptum est. ita nova etiam alacritate ferveat, eoque alumnos rite sanctcque conformando pro viribus intendat, ut filii Nobis carissimi, quos infausta rerum eventa, potius quam hominum improbitas. ab Apostolica Sede seiunxere, ad commune unius Pastoris ovile quam primum revocentur.

Cum autem domus hospitii Aethiopici S. Stephani Maioris in commodum Collegii diruta fuerit. Collegio noviter exstructo unitum seu inclusum declaramus idem hospitium cum omnibus bonis, iuribus ac privilegiis a Praedecessoribus Nostris ipsi tributis.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent/ 240

Quae denique hisce Litteris statuimus, decrevimus, indiximus, ea rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus: quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die decima secunda mensis Februarii, Pontificatus Nostri nono.—Fr. ANDREAS Card. FRUHWIRTH. Cancellanus S. *R. E.* ALOYSIUS Card. SINCERO *a Secretis S.* C. pro Ecclesia Orientali. Alfonsus Carinci. Proronotanus /tpostolicus. Dominicus Spolverini. Protonotariuj *Apostolicus.*

961

IMO FEB 17.-COM. INTP. RESP. AAS 22 (1930) 195-196

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1. - Di roLiATTOxi frixit tonsurat. 2. - Dt optioni. 3. - Di œnstcnon fapau. 4. - De matrimonio filiorum apostatarum. 5. - *De ctracs rocnaATisus.* 6. - Dr iuri mnuntxandi SÜLUTATTM MATJUMO.Vn

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

L - Dr collatione primae tonsurae

D. An vi canonis Ill § 2, conlati cum canone 955 f 1. Episcopus alienum subditum sine legitimis proprii Episcopi litteris dimissoriis ad primam tonsuram promovere licite possit

R. *Negative.*

II. - De optione

D. I. An vi canonis 396 5 2 prohibeatur optio ad pnebendas quomodocumque canoniae seu titulo canonical! adnexas.

IL An vi eiusdem canonis prohibeatur optio etiam ad domos, praedia aliaque a praebendis canonicalibus distincta.

Ad I. Affirmative.

Ad Π. *Negative.*

III. - De benedictione papau

D. An Episcopus, plures habens regendas dioeceses, in earum altera benedictionem papalem Paschali Resurrectoms adnexam, de qua in canone 914. iure proprio in aliam diem transferre possit

R. Negative.

IV. · De matrimonio filiorum apostatarum

D. An sub verbis ab *acatholicis nati,* de quibus in canone 1099 5 2» comprehendantur etiam nati ab apostatis.

R. Af/irmaticeV

V. - De ultimis voluntatibus

D. Utrum verbum *moneantur,* de quo in canone 1513 § 2, sit praeceptivum, an tantum exhortativum.

R. *Affirmative* ad primam partem, nepatire ad secundam.

VI. - De iure denuntiandi nullitatem matrimonii

D. An coniuges qui. iuxta canonem 1971 i 1 n. 1 et interpretationem diei 12 Martii 1929 [LE 888], habiles r.on sunt ad accusandum matrimonium, vi eiusdem canonis 1 2 ius saltem habeant nullitatem matrimonii Ordinario vel promoted justitiae denuntiandi.

R. *Affirmative.*

Datum ex Civitate Vaticana, die 17 mensis Februarii anno 1930.—P. Card. Gasparri, Praeses. L Bruno, *Secr.*

kU. **1. CREU5EN in NrT 57 (1930) 517-521; S. D'A. «t F. ROttRTI fa Aycll. 3 (1930) 243-250; Ph. MAROTO In Apoll. 3 (1930) €01-616; RECATIU.0 n 36,165.438,467.561,749.816-«26; IP 10 (1930) 141-145; ME 42 (1930) 104-105; PrM 19 (1933) 269.**

%2

19» FEB 28.-SC RITUUM. INDULT. PART.·

OSNABRUGEN. et ALIARUM

Facultas celebrandi missam votivam ss. sacramenti OCCASIONE EXPOSITIONIS SOLEMNIS PEP TREDECIM TANTUM HORAS

R P D. Wilhelmus Berning, Episcopus Osnabrugensu, Vicarius Apostolicus Missionum Septentrionalis Germaniae necnon Praefectus Apostolicus Slesvigis-Holsatiie, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI, humiliter exposuit, quod in sua dioecesi et in adnexo Missionum utroque territorio permultae exstant ecclesiae paroeciales necnon oratoria sive publica sive semipublica, in quibus Sanctissimum Sacramentum habitualiter quidem ad normam can. 1265 § 1 Codicis Juris Canonici asservatur, at ob peculiaria rerum adiuncta, nimirum praesertim propter exiguum numerum adorantium. Oratio XL Horarum sine gravi incommodo et cum reverentia tanto Sacramento debita fieri nequit, sed ad tramitem can. 1275 C. J. C. quotannis aliquo stato die dominico vel festivo Sanctissimum Sacramentum per tredecim horas solemniori ritu exponitur. Christifideles vero talibus ecclesiis vel oratoriis addicti necnon ipse clerus pro sua erga Augustissimum Corpus Christi eucharisticum pietate ct veneratione ex animo desiderant, ut etiam occasione Orationis tredecim horarum. quo divina mysteria potiore cultu peragantur, unica Missa votiva solemnis de Sanctissimo Sacramento permittatur. Talis autem Missa iuxta novas Missah Romani Rubricas, tit II nr. 3, permittitur tantum de mandato vel consensu Ordinarii, pro qualibet vice obtinendo.

Quae cum ita se habeant, idem Episcopus humillimis et instantissimis votis ab ipso Sanctissimo Domino nostro exoravit, ut de speciali gratia concedatur indultum, quo in ecclessiis et oratoriis dioecescos Osnabrugensis. Vicariatus Apostolici Missionum Septentrionalis Germaniae necnon Praefecturae Apostolicae Sleswigis-Holsatiae. in quibus quotannis semel statuto de consensu Ordinarii loci die celebratur solemniori ritu Supplicatio tredecim horarum coram Sanctissimo Sacramento exposito, generating permittatur unica Missa votiva solemnis de Sanctissimo Sacramento ad instar eiusdem Missae votivae, quae per recentem Instructionem diei 27 Aprilis 1927 [LE 761] pro ecclesiis concessa est, in quibus Oratio XL Horarum habetur.

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino nostro tributarum, attentis superius expositis benigne annuit pro gratia iuxta petita ad proximum quinquennium, servatis de cetero in casu Instructione Sacrae Rituum Congregationis diei 27 Aprilis 1927 circa Missas in oratione XL Horarum celebrandas necnon altera circa orationem Sanctissimi Sacramenti in Missa dicendam, diei 11 Januarii 1928 [LE 812]. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 28 februarii 1930.—C. Card. Laurenti, S. *R. C. Praef.* Philippus di Fava, Substitutus.

Ordinario Omabrugensi: AKKR 110 (1930) 534-535.

963

1930 MAR 15.-SC CONC. RESOL. AAS 25 (1933) 315-318

ALEXANDRINA

IURESPATRONATUS PAROECIALIS ET MODI ILLUD EXERCENDI

Die 15 Martii *1930*

Cum, die 9 Martii 1926, per obitum sac. losephi Malvlclni, vacasset paroecia iurispatronatus in oppido Castelspina, Alexandrinae dioecesis, gravis exorta est quaestio de eiusdem parocho pxovidendo. Quod non semel factum est, cum saeculis xvi ct xvn plures eadem de causa controversias excitatas fuisse constet, per decisiones curiae Alexandrinae diremptas, et tandem compositas transactione diei 23 Maii 1756.

In hac conventione, inter alia, quoad eos qui ius praesentandi habent, haec statuuntur: « che il iuspatronato e ragioni di nominare il parroco dei suddetto luogo di Castelspina spettar debba in l'awenire al Consiglio ordinario di quella Comunità con l'aglonta dl tutti 11 capi di casa delle famiglie Malvicini, Buzzi, Grilli e Guglyni dello stesso luogo ed in esso abitantL siccome anche di quei altri capi di casa delle stesse famiglie, i quali per puro accidente si trovassero fuori di luogo, ma che non avessero stabilito altrove il proprio domicilio >.

In irritum cessis Episcopi penes patronos consiliis ut, ad normam canonis 1451, patronatui renuntiarent. Praeses eiusdem loci publico edicto diei 29 Iunii 1926 comitia indidit, in quo cautum est quod si nullus ex candidatis una et altera vice numerum suffragiorum absolute maiorem retulisset, is electus renuntiaretur, qui tertia

vke maiorem etsi relativum suffragiorum numerum obtinuisset

Die statuta, duo habita sunt comitia, quorum in prirjs sacerdos I... novem ex viginti tribus suffragiis obumiit. in alteris sacerdos A... tresdecim item ex viginti tr.bus suffragiis retulit. Quapropter idem Praeses pro aaoflica institutione sacerdotem A... Episcopo praeK&hvit

Non acquieverunt tamen sacerdos I... eiusque asseclae. qui rata habentes priora suffragia, nullius esse Domenti reclamarunt quae postea subsecuta sunt. Tunc Episcopus, die 17 Ianuarii 1927, decretum dedit, quo, quaestione in iure et in facto perpensa, statuit < doverll ritenere valioa 1'elezione dei sacerdote A... avvenuta Edladunanza dei 29 Giugno 192G; il decreto stesso vegi pubblicato per quindici giorni alfalbo pretorio/ di Castelspina. trascorsi i quali senza giustificata e documentais opposizione. si procederebbe senz'altro alla dDonica istituzione del sacerdote A... nel beneficio parrocchiale di Castelspina ».

Contra huiusmodi decretum penes hanc Sacram Congregationem duplex quaestio mota est, alia iuris, agi tempe in casu de iurepatronatus non collegialiter sed per singulares personas exercenao, quod regitur canone 146) f 2; alia facti, nullam esse electionem, cum a suffragio ferendo plures cives prohibiti sint, vel quia extra oppidum Castelspina degerent, vel quia per procuratorem vel per epistolam suffragium ferre iis veutum est

Ao ics qcoo ATTIGET. - *' Nullum ius patronatus — praeicnblt Codex in canone 1454 — admittatur, nisi authenticis documentis aut aliis legitimis probationibus evincatur " λα» Codicem vero legitimi tituli, iuris patronatus alii ennt onginarii, alii translativi vel derivati, inter quos umerentur successio hereditaria, donatio, praescriptio, etc

Ad praescriptionem quod spectat, " quia patronatus est B8 temporale, usucapitur eo tempore eoque modo quo cetere iura temporalia usucapiuntur . sin ab ecclesia libera, epus est tempore immemorabili et multiplicatis praesentaLOEibus " (D'Annibale, Summ. *theol. mot.,* p. LU. n. 27).

Transfertur quoque iuspatronatus donatione, quae sl fit ecclesiasticis, non opus est Ordinarii permissione, ut comsumiter a Doctoribus traditur, secus si laicis. Species quaedim donationis est transactio qua patroni, conventione nuta. alios quibus ius non est, ad patronatum exercendum pr.uito admittunt.

Praeterea, quod exercitium spectat iuris patronatus. âv«sa regula statuitur in canone 1460 § 1 et 2. prout agitur de patronatu collegialiter exercendo, quo in casu praeleilatus is habetur qui in primo vel in altero scrutinio effractorum numerum absolute maiorem retulit: quibus tae effectu institutis, satis est In tertio scrutinio suffratcrum maior relative pars; quod postremum obtinet, si patronatus sit penes singulares personas.

His in Jure perpensis, quaestio de qua agitur in duas d^pesotur partes, utrum nempe sustineatur memorata iinsactio diei 28 Mail 1756, adeo ut ex ea desumi possit lepuma iurispatronatus probatio, de culus constitutione dccunenta originaria et authentica desunt; ct an omnia, »d validitatem actus necessaria, in electione sacerdotis A servata revera fuerint.

lamvero, quoad primum, patet transactionem nihil fuls* rusi conventionem, communi consensu initam. inter omnes ius patronatus in paroecia Castelspina exercere praesumentes. Quod si non constat de formali Episcopi approΣΠ hbone» constat tamen curiam Alexandrinam eandem uti/ preeeipuam normam semper habuisse, qua quaestiones decumi temporis exortae, diremptae sunt. Et In relatione Lrtorica. transactioni praemissa, mentio fit de pluribus JnUnUii ab eadem curia saeculis anteactis prolatis, in quibus ius patronatus tamquam res meontroversa admittitar, quamvis de legitimis patronis quaestio semper fuerit Triiuactione inita, quia ab anno 1756 usque in praesens eandem servatam semper fuisse constat, ex hac quoque nutemorabill eiusdem observantia iure arguitur patroutm legitima constitutio.

Sed quaestionis caput potius est In ratione qua idem patronatus a ius habentibus exerceatur, utrum nempe col^giabter, ut in decreto Episcopi statuitur, an vero per figulares personas.

Attamen transactionem legenti statim patet agi in casu de patronatu colleglali. In narratione enim, eidem praemisti. dxltur. quod, anno 1751, vacante paroecia, quaestio d parochi praesentatione inter patronos orta est. qui quidem. non ut personae singulares, sed in partes vel in fatt-las dlftnbuti, ius suum vindicabant. " Sia insorta litetre b Città d'esso luogo per una parte, i particolari della fisugib Malvlclna da un'altra, ed altri particolari della fandgitä de' Biuzi. de' GrilH c Guglyni da un'altra parte, per causa della nomina dei novo parroco ". quatenus hoc ta privative sibi spectare unusquisque patronorum contendebat

Hmc rerum condicionem non immutavit, sed sanxit oemereta transactio, cum statuerit quod " il iuspatronato... spettar debba In 1'awenire al Consiglio ordinario di quella Comunità con 1'agionta di tutti li capi di casa delle famiglie Malvicini, Bruzzi, Grilli e Guglyni dello stesso luogo ed in esso abitantl ", simulque collegialis convocationis ac suffragiorum formam constituit. Res confirmatur eiusdem interpretatione ac saeculari observantia.

Cetera denique quae de nullitate electionis allata sunt, cum a suffragio ferendo nonnulli prohibiti sint, maioris quidem momenti non sunt. Agebatur enim de iis qui vel nullo iure suffragii ferendi potiebantur, quia, etsi memoratis familiis perlinentes, atque in oppido Castelspina orti, domicilium tamen pluribus abhinc annis alio fovebant, vel qui. contra praescriptum canonis 163, per epistolam vel per procuratorem suffragium ferre praesumebant.

Resolutio. - His omnibus perpensis, in plenario huius S. Congregationis conventu, die 15 Martii 1930 habito, dubium propositum est solvendum:

An *decretum curiae Alexandrinae diei 17 Ianuarii 1927 sustineatur, in casu./* 318

Et Emi Patres responderunt:

Affirmative, seu standum decreto Ordinarii.

Facta autem de his Ssmo Dno Nostro div. Prov. Pio Pp. XI relatione per Secretarium huius Sacrae Congregationis in audientia diei 21 Martii 1930, Sanctitas Sua hanc resolutionem approbare et confirmare dignata est..—I. Bruno, Secr.

Adn. A. BENTLEY In RC 6 (1933) SOI; F. M. CAPPELLO In PrM 22 (1933) 138-141; Ph. MAROTO In Apoll. 6 (1933) 289-290; IP 13 (1933) 191.

964

1930 MAR 30.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

De **BAPTISMO CONFERENDO FTLIIS INFIDELIUM IN FAMILIAM PAGANAM POSTEA REDEUNTIBUS**

Dubium - An probari possit consuetudo renuendi baptismum pueris et puellis, infidelium filiis, qui scholas catholicas Missionis frequentant et bene de religione edocti, baptismum petunt, eorum parentibus consentientibus, licet post baptismum, in suam familiam paganam redeuntes, permultis periculis sint expositi.

Resp. - SC S. Officii die 30 mart. 1930 respondit; *Negative,* idest *consuetudo renuendi baptismum pueris et puellis infidelium filiis, de quibus agitur, probari nequit, ideoque baptismus tuto illis conferri potest ».*

• **Cuidam Vicario Ap. Sinarum: Apoll. 7 (1934) 278-279.**

965

1930 APR 5.-SC ORIENT. RESP. AAS 22 (1930) 274-275

MONTIS REGALIS

Iuris matricitatis et praecedentiae inter varios ritus

Cum diu disputatum sit in oppido Palatii Hadriani, archidioecesis Montis Regalis in Sicilia, de iure matricitatis et praecedentiae ecclesiae paroecialls S. Mariae in caelum adsumptae clerique ritus graeci, super ecclesiam S. Mariae de Lumine clerumque ritus latini. delata hac causa ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali, ad lites super tota quaestione in perpetuum terminandas. Sacra haec Congregatio in plenariis comitiis diei 31 Martii 1930 in Civitate Vaticana habitis, propositis ut infra dubiis sequentes responsiones ac solutiones dedit.

< I. An constet de iure matricitatis ecclesiae ritus graeci Palatii Hadriani.

II. An et quae onera sint recognoscenda vel imponenda ecclesiae filiali erga matricem in signum et in obsequium matricitatis.

III. An et quae norma statuenda sit circa processiones, praesertim in solemnitate Corporis Christi, atque circa praecedentiam cleri.

IV. An expediat conferre titulum Archipresbyteri parocho latino Palatii Hadriani; et quatenus *affirmative,* an conferendus sit a Sancta Sede vel a proprio Ordinario.

V. An et quae norma statuenda sit pro visitatione

pastorali adimplenda in duabus paroeciis Palatii Hadriani.

VI. An expediat nunc extendere ius commune Codicis iuris canonici ad graecos-albanenses in Italia constitutos, quoad a» ritum, quo baptizandi sunt filii parentum mixti ritus; b) parochum apud quem matrimonia mixti ritus celebranda sunt; c) facultatem uxoris se conformandi ritui mariti ›.

R. Ad I. *Affirmative* et amplius; seu: constare de iure matricitatis ecclesiae graecae quatenus importat honorificam praecedentiam; atque iterum perpetuum silentium auctoritate Apostolica super hac quaestione imponitur.

Ad II. Nullum onus ecclesiae filiali imponendum esse, cum iura et officia duarum ecclesiarum et duorum parochorum nulla dependentia seu sublectione respective obstringantur, salvo tamen quod statuitur in res- rs pensione ad primum dubium.

Ad III. Nil innovandum: seu quoad processionem Corporis Christi servetur concordatum anno 1660 initum inter clerum graecum et clerum latinum et anno 1673 confirmatum, et quoad processionem in honorem B. M. V. Immaculatae rigens consuetudo servetur. Quod attinet ad praecedentiam: processiones generales seu pro tota civitate Palatii Hadriani, ad normam memorati concordati fiant: in aliis vero sacris functionibus in quibus interventus utriusque ritus cleri praescribitur, serventur nonnae reverentiae quae pro invitatis ubique et communiter adhibentur, salvo semper iure matricitatis.

Ad IV. Negative ad primam partem, et ad secundam provisum in prima.

Ad V. Consuetudo sacram visitationem incipiendi ab ecclesia graeca servetur; salvo tamen iure Ordinarii aliter faciendi, quatenus adiuncta hoc suadeant in aliquo casu.

Ad VI. Dilata; et ad Codificationem canonicam orientalem.

Facta de his omnibus relatione Sanctissimo ab infrascripto Cardinali Secretario, in Audientia diei 5 Aprilis 1930, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare digna- r ta est.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 5 Aprilis 1930.—A. Card. Slnciro, q Seaetis. H. L Cicognani, *Adsessor.*

A4x IP w (1930) 241; ME 42 (1930) 174-133; PrM 19 (1930) 296.

%6

1930 APR 6.-PIUS XI. MP. AAS 22 (1930) 153-154

Commissio pro klssia a sacra congregatione pro
ttCLfhIA ORIENTAL! SEJUNGITUR AC SUI IURIS CONSTITUITUR

PIUS PP. XI

Inde ab inito Pontificatu, peculiari modo curas intefidimus solhciludinesque Nostras ad frequentissimos Ruwiarwn populos, qui quidem idcirco a Nobis impensiore studio diliguntur, quod iam diu multumque iniqua prorsus atque inhumana rerum condicione vexantur.

In multis vero, quae hac de re suscepimus consiliis atque Inceptis, ul non modo afflictis illorum populorum rebus pro facultate mederemur, sed etiam, quod caput est, ut sempiternae prospiceremus eorum saluti, imprimis memoratu digna eit, ut omnes norunt, illa pro Russia Commissio, quam anno mdccccxxv a Nobis constitutam ILE 658), cum Sacra Congregatione ritibus rebusque omnibus Ecclesiae Orientalis curandis coniundam voluimus, cuique negotia et causas demandavimus, quae ad Russos pertinent, sive ad eos. qui in patrio solo degunt, sive ad eos, qui extorres procul domo versantur.

Attamen sedulo dillgenlerque Nobiscum reputantes per haud diuturnum hoc annorum intervallum res ra- IM Uoeesque cum com/memoratae Commissionis, tum Congregationis eiusdem continentur increbruisse, atque in praesens increbrescere; itemque considerantes Russorum condicionem ac causam vel domo degentium vel in exteri» regionibus commorantium, actuosiorem in dies Apostolicae Sedis curam requirere; ut haec eadem cura, multiplex quidem ac beneficiis plena, expeditior fiat ac fructuosior, re mature perpensa, opportunum duximus *Commissionem* pro Russia a Sacra Congregatione Orientalibus praeposita, quacum ante cohaerebat, seiungere. eamque facere suo proprio iure pollentem. Quod nihilo secius haud prohibet quominus inter Congregationem eandem et hanc pro Russia *Commissionem* opportuna laboris vincula intercedant et mutuum adiutricis operae auxilium, ut ipsa et rerum et gentium natura postulat, ad quas utriusque spectat muneris perfunctio.

De plenitudine igitur Apostolicae potestatis, motu proprio ac certa scientia, hanc pro Russia *Commissionem* et a Congregatione, quacum adhuc cohaerebat, seiungimus et omnino sui iuris atque nullius auctoritati, nisi Nostrae, obnoxiam eam constituimus ac pronuntiamus; eidemque venerabilem fratrem Michaelcm D'Herbigny Episcopum titulo Iliensem Praesidem praeficimus; cui quidem omnia iura facultatesque confirmamus, quibus Praeses Commissionis usque adhuc utebatur, et, quatenus opus est, denuo concedimus.

Quaecumque vero a Nobis, hisce Litteris motu proprio datis, statuta sunt» ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die dominico Passionis, vi mensis Aprilis anno mdccccxxx, Pontificatus Nostri nono.—Prus Pp. xt.

Adn. P. PRINCIPI in Apoll. 3 (1930) 354-358; ME 42 (1930) 98; NrT 57 (1930) 505.

967

1930 APR 23.-PIUS XI, CONST. AAS 22 (1930) 340-312

De pontificio collegio nepomuceno in urbe

PIUS EPISCOPUS

Serrus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Ubi primum Cecoslovacha Respublica constituta fuit, opportunum sane atque consentaneum visum est ad omnes eiusdem dioeceses illud extendi beneficium, quod L r. Leo Papa XIII, Praedecessor Noster, per Bohemorum clericorum Collegium. Apostolicis Litteris Vicariam *potestatem,* kalendis lanuariis anno millesimo octingentesimo nonagesimo/ datis [Acta Leonis XIII Ml L 10 p. 1 - 7), in Urbe conditum. Bohemiae dioecesibus iam attribuerat, ita ut omnibus liceret novae reipublicae dioecesibus alumnos, pietate quidem ingenioque praestantes, in hanc almam Urbem Nostram mittere, qui, sub fere ipsis Christi Vicarii oculis ac in tot sacrorum monumentorum conspectu, ecclesiasticis disciplinis darent operam. lamvero cum ad hanc rem assequendam satis idonea non esset domus in Urbe vico Sixtino sita, quam ipse Decessor Noster Bohemorum Collegio assignaverat, consilium initum est ampliores exstruere aedes, quae melius temporum necessitatibus responderent. Quapropter lata area eademque saluberrima a sacrosancta Nostra Patriarchal! Basilica Lateranensi haud procul disiuncta. Apostolicae Sedis sumptibus coempta, novum aedificium aere tum quidem Nostro atque a sacrorum Cecoslovachiae Antistitibus et Reipublicae Moderatoribus et christifidelium etiam in America degentibus oblato, tum ex venditis veteribus Bohemorum Collegii aedibus contiguisque ipsius domibus percepto, ibidem a fundamentis feliciter est excitatum. Novis itaque aedibus nunc solemniter dedicatis, huic sacrorum studiorum domicilio iuridicam constitutionem mutatis rerum condicionibus congruentem dare volentes, suppleto quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositorum consulto, quas supra memoravimus Apostolicis Litteris Vicariam *potestatem,* suprema Nostra auctoritate, quatenus opus sit, derogamus, et quae sequuntur statuimus ac decernimus:

I. Clericorum hoc Institutum. Bohemorum Collegii sublato nomine, a viro illo sanctissimo loanne, qui sane est sacri ordinis gloria et patriae decus. Pontificium Collegium *Nepomucenum* posthac nuncupari volumus ac mandamus; illudque in posterum alumnos excipiet, pietate quidem ingenioque praecellentes, quos Cecoslovachae Reipublicae venerabiles fratres Nostri Antistites

t suis ipsis dioecesibus Romam, ibidem ecclesiasticis imbuendas disciplinis, missuri sunt.

II Pontificio huic Collegio Nepomuceno iura omnia d privilegia tribuimus, atque bonorum mobilium et immobilium possessiones eorumque reditus eidem asdgniunus. quibus Bohemorum Collegium fruebatur, ips«wn tamen natura et fine religiose servatis; itemque efficis omnia, onera et obligationes. Collegio Bohemico hucusque adnexa, a Nepomuceno Collegio posthac absolvi volumus ac praecipimus.

III. Novum quod supra memoravimus aedificium, vko vulgo *Concordia* nuncupato, prope vicum *Magna Grecia,* exstructum, cum contiguo fundo, Pontificio Collegio Nepomuceno suum proprium assignamus, tamquam Instituti sedem./

IV. Cecoslovachiae sacrorum Antistites eadem iura eadtaique officia in Collegio singuli habeant eique ornea pro virili parte consulant.

V. Collegii Moderator a Summo Pontifice per Saram Congregationem de Seminariis et de Studiorum Universitatibus eligetur; isque parochi munere in Collegio fungetur, idemque ipso iure Archiepiscoporum et Episcoporum Reipublicae Cecoslovachae erit procurator.

VI. Collegium sub eiusdem Sacrae Congregationis de Seminariis iure ac potestate erit, et ideo legibus ab çsa latis regetur.

VIL Si quavis ex causa Pontificium Collegium Nepomacenum esse desierit, omnes eius possessiones, bona nobilia et immobilia, pecuniae, reditus, aliaque huius-Eoὼ ad Sanctam Sedem devolventur, ut, quantum fieri poterit, ad alumnos e dioecesibus, quas nunc Ce-«slovacha Respublica complectitur, ecclesiastice educandos et erudiendos erogentur.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius viri, in ecclesiastica digaitate vel in officio constituti, munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent

Quae autem per hanc Nostram Constitutionem sta-•IU··us, decrevimus, ediximus et mandavimus, rata omnia et firma permanere auctoritate Nostra volumus, tabemus, quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die vigesima tertia ensis Aprilis, in festo S. Adalbert! Ep. M., Pontificatus Nostri anno nono.—Fr. Andreas Card. Frühwtrth, Ctaellarius *S. R. E.* Caietanus Card. Bisletti, *Praefectu S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus.* Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.* Hector Castelli. *Protonotarius Apostolicus.*

Aia. W. CERNY in Apoll. 3 (1930) 516-518.

968

1534 APR 29.-S. POEN., RESP. AAS 22 (1930) 292 (Γ).

DE MARIANI ROSARII RECITATIONE APUD CHRISTIFIDELES RITUS RUTHENI

Ordinarius Stanislaopolitanus Ruthenorum Sanctae Sedi sequens dubium pro opportuna solutione proponit:

‹ Utrum christifideles rutheni ritus Indulgentias recitationi Rosarii B. M. V. adnexas lucrentur, quamvis in proprio ritu angelica salutatio differat ab illa latini ntus et in fine contineat brevem mentionem respectivi cyiterii ».

Sacra Poenitentiaria Apostolica. re mature perpensa, respondet: *Negative;* attentis tamen omnibus a Berôo Ordinario oratore in suis litteris expositis, auctoritate Ssmi, de cuius mandato memoratum dubium biic Sacro Tribunali delatum est, benigne indulget ut ccmes rutheni ritus christifideles, qui descripta ratione angelicam salutationem in persolvendo Rosario B. M. V. recitare solent, omnes eiusdem Rosarii Indulgentias lucrari valeant. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 29 Aprilis 1930.—S. Luzio, S. P. *Regens.* S. de Angelis, *Substitutus.*

Adn. J. G In NrT 57 (1930) 789; ME 42 (1930) 183; PrM 19 (1930) 297. Noti paginas 289-296 voluminis 22 AAS bis inveniri numerares Iuxta ordinem progredientem generalem psglnxnim

969

1930 MAI 12.-SC PROP. FIDE, LIT. CIRC. PART.·

Prospectus annuae relationis de missionibus

12 maggio 1930

Illfüe ac Revme Domine, Hisce adnexa litteris duo folia, albo et fulvo colore distincta, A. Tua inveniet, quae *Prospectus* exhibent ad Relationem annuam circa Missionem istam, cui digne praees, aptius conficiendam, et huic S. C. de Propaganda Fide prout de more mittendam.

Prospectus primus, in folio albi coloris exaratus, novam formam annuae Relationis inducit, latioresque quam in *Prospectu* usque nunc adhibito, tabulas exhibet pro inscribendis datis statisticis aliisque informationibus. Has vero notitias uti ‹ confidentiales › habendas esse A. T. animadvertat, quae post huius S. C. examen, in eiusdem S. C. Archivo adservabuntur. *Prospectus* vero alter, charta fulvi coloris distinctus, cum ad c sectionem datis statisticis edendis » destinetur, eas tantum notitias exhibebit, quas A. T., pro Sua prudentia, in vulgus edi posse iudicaveriL

Animadvertat insuper A. T. data statistica aliasque informationes hisce in foliis exhibendas spatium unius tantum anni (a die prima mensis iulii ad diem usque trigesimum mensis iunii insequentis anni) complecti debere.

Cum autem rerum statisticarum cultorum praesertim valde intersit, data statistica tempestive cognoscere, A. T. supradictam annuam Relationem ad hanc S. C. non ultra mensem septembrem transmittere satagat.

Hanc interea occasionem...—G. M. Card, van Rossum Mj *Praef.* F. Marchetti Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secr.*

• Ordinariis SC dc Prop. Fide sublectis: Sylloge n. 152

970

1930 MAI 24.-SC ORIENT. DECR. AAS 22 (1930) 346-354

Decretum de administratione ordinariatus
GRAECO-RUTHENI IN REGIONE CANADENSI

Graeci-rutheni ritus fidelibus, qui in regione Canadensi commorantur, anno 1912 Episcopus Ordinarius eiusdem ritus constitutus est, qui ordinaria potestate eos regat atque gubernet; et pro spirituali huius ordinariatus graeco-rutheni administratione opportunae leges ad decennium a Sacra Congregatione de Propaganda Fide pro negotiis rituum orientalium die 18 Augusti anni 1913 (AAS 5 (1913) 393-399] latae sunt, quas leges Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, mutatis rerum temporumque circumstantiis eo modo, qui sequitur, noviter aptare et praesenti decreto iterum ferre censuit et statuit

Cap. I. *De Episcopo Ordinario gracco-ruthcni ritus*

Art 1. Nominatio Episcopi Ordinarii graeco-rutheni ritus pro regione Canadensi Apostolicae Sedi reservata est

Art. 2. Episcopus Ordinarius graeco-rutheni ritus in regione Canadensi huic S. Sedi erit immediate sublectus plenamque iurisdictionem ordinariam in omnes fideles graeco-rutheni ritus» permanentor vel ad tempus in regione Canadensi commorantes exercebit sub dependentia R. P. D. Delegati Apostolici Canadensis.

Art 3. Eidem ius ac potestas competit regendi ac gubernandi gregem suum ac leges et statuta condendi in iis quae iuri communi non adversantur. Praecipuum vero eius munus erit invigilare ut tum doctrina ct boni

mores. tum ritus et disciplina huic Ecclesiae propria, sancte et integre custodiantur. Eius igitur erit uniformitatem caeremoniarum in variis devotionibus nec non in tradendis Sacramentis sect rubricas librorum UturglcoTum a S. Sede approbatorum, introducere aut servare ct eiusdem uniformitatis strictam observantiam & sacerdotibus suis expostulare.

Ad bonum regimen ordinariatus, Ordinarius constituat coetum saltem quatuor Consultorum, qui sint sacer-
3Γ dotes pietate, moribus, doctrina ac prudentia commendati. et m civitate episcopali seu Ordinarii, vel in locis vicinioribus. commorantes.

Art 4. Ordinarius paroecias et missiones suae curae concreditas saepe visitare tenetur ita, ut, saltem singubs quinquenniis, ipse, vel per se, vel. si fuerit legitime impeditus, per Vicarium generalem, aut alium specialiter delegatum sacerdotem, lustret, ut gregem suum adprime cognoscat, eisque omnibus quae ad spirituale eius bonum attinet, melius provideat.

Ari 5. In canonica visitatione paroeciarum inquirat Ordinarius an parochi omnia paroecialia munera, praesertim visitationem infirmorum, puerorum instructionem, ct, in diebus dominicis ac festis, verbi Dei praedicationem diligenter absolvant, videat insuper omnes libros baptismatum, matrimoniorum ac mortuorum ; inventar.umque bonorum ecclesiasticorum ex ultimo saltem biennio: ac rationes ab unoquoque rectore missionis expostulet, id est introspiciat ac probet libros proventuum et expensarum cuiuslibet ecclesiae, statum materialem eiusdem, debita ecc. Hac praesertim occasione diligenter advigilet ne abusus in disciplinam ecclesiasticam irrepant, praecipue circa administrationem Sacramentorum et Sacramcntalium, cultum Dei et Sanctorum, praedicationem verbi divini, implementum parum voluntatum; serioque curet ut puritas fidei et mom© in clero et populo conservetur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur. Si compererit irrepsisse abusus, eos prudenter, sed fortiter compescat, adhibitis etiam, si opus sit. poenis canonicis.

Art. 6. Ut autem securitati bonorum temporalium ecclesiarum. coemeteriorum, scholarum et omnium eorum quae ad Ecclesiam pertinent, summa cum diligentia prospicatur, curet Ordinarius, ne rector consiliumve administrationis nomine ac iure proprio retineat, pro quorum adquisitfone fideles quovis modo subsidia contulerunt; atque satagat, audito in pertractandis negotiis virorum peritorum ac consultorum suorum consilio, eas tituli possessionis formas adhibere, omnesque praescriptiones sevare, quae legibus civilibus respondeant, quaeque ecclcsasticorum bonorum administration!, conservationi ac plenae ln posterum transmissioni faveant Itemque Ordinarius normas quas Judicaverit de bonis ecclesiasticis administrandis opportunas, statuat.

Art 7. Annua sustentatio Ordinarii consistet in praestationibus ad instar cathedratici. quae iuxta aequitatem ab Ordinario, auditis suis consultoribus, determinabuntur. quasque singulae ecclesiae Ruthenorum ordinariatus solvere tenentur, servato more regionis. Rectores vero ecclesiarum respondere tenentur de exacta solutione harum praestationum et aliarum ab Ordi-
343 nano eiusque consultoribus determinandarum, pro/ Seminario vel pro alumnis sacrorum, pro orphanotrophio, missionibus, etc.

Art. 3. Relidentia Ordinarii ruthenl ritus erit in urbe Winnipeg

Art 9. Ordinarius singulis quinquenniis plenam ct accuratam relationem de statu personali, morali ac mater ali musionum proprii ritus exhibeat Delegato Apoitolico. qui. cum suis adnotationlbus seu animadversionibus. eam transmittet ad S. Congregationem pro Ecclw.a Orientali, atque singulis saltem decenniis, ad sacra Apostolorum limina accedat, ut obsequium et oboedientun suam Pontifici Summo praestet, eique rationem reddat de pastoralis muneris implemento, deque omnibus quae ad Ecclesiae suae statum et cleri populique mnres ac disciplinam, animarumque sibi concredi-Urum salutem pertinent

Art. 10. Controversiae, ii quae exoriantur inter Ordinarium gneco-nrtheni ritus et Episcopos latmi ritus regintus Canadensis, deterantur ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali.

Cap. Π. De clero graeco-nithcno

b) Il rendlconto del triennio 1926-1923 e dell'anno 1929, nonchè il bilancto preventive del 1930.

c| I libri di ammlnistrazlone. le carte, i documenti e S stramenti, che possono occorrere per la conservazione l diritti e delle consistcnzc patrimoniali.

I 1 Rlchiederanno i certifleati delle eventual! isenxinni ipotecarie a carico. e cureranno. ove occorra. presso rüfficio delle ipotechc la trascrizione dei verbale dl consegna e la rvgolartzzazione dell'intestarione dei boni immobili al tantuari steal.

Art. 21 — Gli Ordinari avranrxi cura di inscrire nel verbile di consegna dei santuan più celebri la nserva della eonfenna da parte d! qurrta Sacra Concregazione. alla quale qulndl rimetteranno copia del verbale stesso con la
415 relativa relazione /

ℭo IV. Coiifrctcmlte

Art 23. — I 1. Le confraternité ripetono la loro per-•ormUU giundlra deJia competente Autorità ecclesiastica, la quate a norma de: canoni 636 f 1 e X 687. 708 le ha erette M ütoïeno approvate.

} 2. Lo stesso dicasi delle associazlonf crettc od ipprovate dall'Autorità ecclesiastica a scopo dl religione o di culto, a norma dei canoni 686 5 1 e 2. 708.

Art. 23. — 5 1. Gli Ordinari, crcdendolo opportuno, potranno chiedere 11 riconoscimento civile della personaLu giuridica delle confraternité c delle stesse pie associazicm di religione o dl culto. Ic quail già non La posseggono a norma dell'art. 4. comma 1. della legge 27 maggio 1329, rt 848. ed a norma dell'art. 16 del regolamento 2 dicembre 1929. η. 2262.

5 X Talc riconoscimento importa la capacità civile dl acquis!are c possedere béni temporali, a norma dell'art 30. comma 2. del Concordato e dell articolo 4. comma 2. delh citata legge. e d: amministrarli. escluso ogni altro intervento da parte dello Stato chc non riguardi l'acquisto dei ben: immobili, e l'acccttazlonc di donazioni. crediti e legati. seconde gli art 9 e 10 di detta legge. c senza obbligo dl assoggettare a conversione 1 beni immobili, a tenore dei citato art 30. comma 1, dei Concordato.

Art. 24. — f 1. Le confraternité dl ogni specie civilmente riconosciute cd aventi scopo esclusivo o prevalent? di culto, a norma dell'art. 29. letL c) dei Concordato, non sono soggette ad ulteriori trasformazloni nel fini, e dipendono dall'Autorità ecclesiastica per quanto riguarda Ia loro esistenza 11 funzionamento e l'amministrazionc. in conformité al canoni 688-725.

J X Norme analoghc. d'intesa con l'autorità civile, s applicano anche alie altre confraternité non aventi scopo esclusivo o prevalente di culto, salve le attribuzioni de'-ΓAutorità civile per quanto concerne gli scopi meramente laid, a tenore dell'art 17 della detta legge e degli articoli 52-55 dei relativo regolamento./ 414

Art. 25. — Gli Ordinari inviteranno le confraternité di ognt specie e le pie assoclazioni di religione o di culto a presentare alLi Cuna diocesana. entro un congruo tempo, in duplice copia:

m le riposte al questioruxrio, di cui all'art. 14 delle precedent! Istruzioni del 20 giugno 1929. n. 2076/39.

b) l'atto dl costltuzione della confratcrnita o pla assodazionc ;

c) 11 decreto di erezione od approvazione;

d) le antiche costltuzioni ed. In ogni caso. quelle anteriori all'anno 1890;

e) 1'attuale statuto e regolamento;

f) la relazione circa lo scopo di culto;

p) l'elenco dei confratelli o dei consociati ;

h) lo stato patrimoniale ed economico attivo e passivo;

I) 11 rendlconto del 1929 ed il bilanclo preventive dd 1930.

Art. 26. — Gli stessi Ordinari, complute le debite indagini, ed invitati i rappresentanti delle singole confraternité a fomire gli opportuni schiarlmentl e documenti, compi-Jeranno un duplice elenco tanto delle confraternité aventi scopo esclusivo o prevalente di culto, quanto delle altre che non lo abbiano, valendos! dell'opera del Consiglio dloccsano ammimstrativo. di cui al canone 1520. e dl altre persone di loro fiducia.

Art. 27. — I 1. Presenteranno. poi. allTJfficio distrettuale per gli affari di culto, uno dei due elenchi che. dietro eventuate revisione, fatta. di comune accordo, in base ai documenti, diverrà definitivo.

§ X Rimetteranno. qulndt. copia di tale elenco definitivo a questa Sacra Congregazione per la relativa cc«nferma.

§ X Trasmetteranno pure a questa Sacra Congregazione. per i prowedimenti dei caso, copia delTelenco di quelle confraternité, sui cui scopo non sia stato raggiunto l'accordo.

Capo V. *Fondazioni* di Culto

Art. 28. — 5 1. Le fondazioni di culto o di religione, di cui all'art. 29. lett. d> del Concordato, con riferimento aile pie istituzloni e pie fondazioni. di cui ai canoni 1489-1494. 1513-1517. 1544-1551. hanno carattere autonomo con patrimonio proprio./ <·-

5 2. Gli Ordinari, ove lo credano opportuno, potranno chiedere il riconoscimento civile di tali fondazioni autonome dl culto o di religione, anche se già esistenti di fatto. nelle forme di cul all'art. 17 del citato regolamento civile.

I 3. Restano ferme, come oneri di culto, le altre pie fondazioni ed ultime volontà. di cui ai canoni 1513-1517. 1544-1551.

Roma. dalla Segreteria della Sacra Congregazione del Concilio. 25 giugno 1930.—D. Card. Sbarrcttt. Vescovo di Sabina c Poggio Mlrteto. Prefctto. G. Scrafini. Vescovo tit. di Lampoco. *Secretario.*

Adn. F. M. CAPPELLO in PrM 19 (1930) 322-328.

978

ISM IUL 2.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 25 (1933) 36

Suppressio consociationis mulierum, vulgo « MISSIONARIE ADORATRICI E RIPARATR1CI DEL SACRO CUORE EUCAR1STICO DI GESU D

Vide textum infra sub die 1933 Feb. 1: LE 1151.

979

ISM ILL 2.-SC S. OFF. el PR. FIDE, NOTIF. PART

Ad simanda matrimonia mixta requiritur certitudo MORALIS DE CATHOLICA EDUCATIONE UNIVERSAE PROLIS

Dic 2 JuL 1930, Card. Praef. S. C. de P. F. *certiores fecit* Ordinarios locorum de necessitate servandi, *ad cdorem,* sequentem clausulam in usu facultatis · 23 ILE 2281, quae est potestas « sanandi pariter in radice ■atrinonia mixta attentata coram magistratu civili vel ministro acatholico ». Nempe S. C. S. Officii *expressis* cerbü apposuit hanc clausulam, quam probati auctores, cb praecedentia ejusdem Congregationis responsa, jam apposuerant: ‹ dummodo moraliter certum sit partem •catholicam universae prolis tam natae quam nasciturae catholicam educationem non esse impedituram ».

• OrÆr.triî» locorum iuxta textum relatum a Monita Nankinensia, ed. emi 1933, I 374.

980

ISM IUL 5.-S. POEN., DECR. AAS 22 (1930) 363

βίΓΒΓΤΤΜ circa indulgentias plenarias, QUAS VOCANT ‹ TOTIES QUOTIES », PRO QUIBUS LUCRANDIS ALICUIUS ECCLESIAE VISITATIO EST INIUNCTA

Cum responsione diei 13 Ianuarii anni currentis ad Il (A. *A. S.,* vol. XXII, pag. 43) [LE 949] per hanc Sacram Pocnitentiariam, Officium de Indulgentiis, authentice declaratum fuerit *saltem sex Pater, Ave et Gloria,* de quibus in decreto diei 10 lulii 1924 sub η. IX A. S., vol. XVI, pag. 347) [LE 604], in visitationibus ecclesiae ad Indulgentiam plenariam *Portiunculae* nuncupatam toties quoties ut aiunt, lucrandam necessaria esse ita ut hae ipsae preces in unaquaque visitatione solvi debeant; Ssmus Dominus Noster Pius Papa XI. uniformitatis gratia atque ad omnem hac in re dubitatems rationem auferendam, in audientia infrascripto Card. Poenitentiario Maiori die 4 lulii 1930 impertita, id de omnibus Indulgentiis plenariis toties *quoties* lucrandis, pro quibus alicuius ecclesiae visitatio est iniuncta, benigne decernere dignatus est, ita ut in pojUrum oporteat et sufficiat eiusmodi preces in singulis visitationibus in omnibus hisce casibus recitare.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 5 lulii 1930.—L. Card. Lauri, *Poenitentiarius Maior.* l. Teodori, S. *P. Secr.*

Ada. J. CREUSEN in NrT 57 (1930) 7B9; IP 10 (1930) 242; PrM 19 (1930) 341-342.

981

I8MIUL 13.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 22 (1930) 344

Decretum de ritibus sinensibus

Supremae Sacrae Congregationi Sancti Officii propOfito dubio: « An decretum Supremae Sacrae Congregationis S. Officii diei 25 Septembris 1710 [IPPF Pars I v. l p. 280 - 283] quo commentatio quaecumque de Ritibus Sinensibus sine expressa et speciali licentia Sacrae Congregationis S. Officii prohibetur, post Codicis iuris canonici promulgationem .n suo pleno vigore persistat ».

Emi ac Revmi Domini Cardinales, fidei et moribus tutandis praepositi, in plenario Congressu habito feria IV, die 18 Iunii 1930, responderi mandarunt:

Affirmative.

Ssmus Dominus Noster D. Pius div. Prov. Pp. XI subsequent! feria V, die 26 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum decisionem approbavit et publicari iussit.

Datum Romae ex Aedibus S. Officii, die 13 lulii 1930.—A. Subrizi, S. C. S. O., *Notarius.*

Adn. J. CREUSEN In NrT 57 (1930) 784-785; I. GRANERIS in Apoll. 3 (1930) 524-527; IP 10 (1930) 242-243; ME 42 (1930) 229.

982

1930 ILL 13.-COM. INTP. RESP. AAS 22 (1930) 365

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

- De novitiatus interruptions 2. - De diacono sacram COMMUNIONEM MINISTRANTE. 3. - De FILIIS LEGITIMAIIS

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE NOVITIATUS INTERRUPTIONE

D. An sub verbis *quacumque ex causa* canonis 556 § 1 comprehendatur etiam transitus in aliam novitiatus domum de quo in § 4 eiusdem canonis.

R. *Afirmative.*

IL - DE DIACONO SACRAM COMMUNIONEM MINISTRANTE

D. An Diaconus, sacram Communionem ad normam canonis 845 § 2 ministrans, possit et debeat in fine ritus benedictionem manu impertire iuxta Rituale romanum, tit IV, cap. II n. 10.

R. *Affirmative.*

III. - DE FILIIS LEGITIMATIS

D. An filii légitimât! per subsequens parentum matrimonium habendi sint uti legitimi ad effectum, de quo in canone 1363 § 1.

R. *Affirmative.*

Datum ex Civitate Vaticana, die 13 mensis lulii anno 1930.—P. Card. Gasparri, *Praeses.* I. Bruno, *Secr.*

Adn. J. CREUSEN In NrT 57 (1930) 790-791; Ph. MAROTO in CpR II (1930) 324-327 et in Apoll. 3 (1930) 565-574; REGATILLO n. 276.408.689; A. VERMEERSCH In PrM 19 (1930) 344-345; IP 10 (1930) 230-231; vide etiam ME (1928) 155-167.

983

1930 IUL 14.-SC PROP. FIDE, LIT. CIRC. PART.

De RELATIONE STATISTICA S. C. DE PROP. FIDE QUOTANNIS TRANSMITTENDA

14 luglio 1930

Reverendissime Pater, Probatio, quae a multis huic Sacrae Congregationi significata est. Libri nuper editi, cui titulus: « Missiones catholicae pars statistica ». clare demonstrat quam opportunum sit, ut data statistica ad Missiones spectantia, crebriore recensione renovata. ad tempus edantur.

Quo mota consilio. Sacra haec Congregatio ad omnes Missionum Ordinarios die 12 maii (LE 969) litteras dedit, ad hoc ut iidem IllnM ac ReviTu Domini annuam Relationem non modo pro Archivo, sed et pro ‹ Sectione datis statistics edendis », confectam ad hanc S. Congregationem exinde transmittere curarent Litterarum earumdem. necnon duplicis iisdem adnexi folii scu formularii. exemplar pro Tua notitia hisce habes adiunctum (alleg. nn. II. III. IV). Cum autem huic S. Congregationi innotescere etiam debeant data statistica. quae ad numerum, distributionem, etc. alumnorum cuiusvis Societatis vel Instituti missionalis pertinent. Paternitatem Tuam rogo ut eafem data, quod tuos Soûl1rs» sc-

dulo descripta per modulum, cuius exemplar heic adiungitur (alleg. num. D, *quotannis, non* ultra vero diem 30 scptembris, ad hanc Sacram Congregationem remittere velis.

Prae oculis autem habeat Paternitas Tua ipsa data statistic», eadem ratione ac ea, quae de statu Missionum ab Ordinariis in posterum erunt transmittenda, ad diem 30 iunii referri debere.

Pro certo habens Paternitatem Tuam Rmam sueta cura et diligentia optata huius Sacrae Congregationis esse adimpleturam. Tibi ex corde benedico.—Cuil el - mts M. Card, tan Rossvm, *Praef.* Carolus Salotti, Archiep. tit Philippi, Secr.

• LifterM drcuUrts xI Supceroo Mcdenloros Conçreçalîonum *ct lasbJtocua* **rtlr;lasorjQ raioloaitlum qua« pendent i S. C de Prop. fifee, et ad «csdcn Superiore Ordrnuro. Consregahonuro «t qtie. efti eidem 5. CorçreçittonJ non subiecti, eperan** *ct penoMS tzcaloaibus* **oranh Sylloge** *a.* **153. Vide supra sub dk 1930 Mali 12 prospectus: L£ 958**

984

1939 IUL 19.-SC CONC. RESOL. AAS 22 (1930) 521-523

TOLETANA et ALIARUM

Missae pro populo diebus olim ex iure particulari fertis

Die 19 luHi 1930

Quaestio. - Eminentissimus Cardinalis Archiepiscopus Toletanus dic 1 Ian. 1930 ad H. S. C. quae sequuntur exponebat: c Etiam post decretum Sacrae Congregationis Concilii 28 Decembris 1919 (LE 227) disputatur in Hispania de obligatione applicandi Missam pro populo diebus festis olim er *iure particulari* de praecepto ut e. g in Hispania diebus Sancti Antonii Patavini, Sancti Isidori Agricolae, Sancti Augustini Doctoris, Sancti Ferdinand! Regis, etc., sed nunc suppressis sive vi Codicis, sive ante Codicem; dum alii negant, quia in festorum suppressorum decreto 28 Dec. 1919 non memorantur; alii affirmant, innixi in doctrina aliquorum scriptorum. Inde oritur diversa praxis et magna confusio, quae oporteret ut de medio tollatur; id quod unice per declarationem authenticam Sacrae Congregationis obtineri potest Quapropter enixe orat ut talis declaratio quam primum detur ».

Super ca quaestione, quam etiam Excmus D. Nuncius Apostolicus apud Catholicum Regem, authentice solvendam commendat exquisitum est ut de more, votum Consultoris, quod praestat ex integro referre.

Votum Coxsultoris. - Praemitto notissimam disciplinam vigentem circa applicandam Missam pro papulo diebus fefts iupprcssis iure universali ; scilicet: * nihil hac in re pe: Codicem immutatum esse a disciplina hucusque vigente * IPonL Comm Cod.. 17 Febr. 1918) (LE 78] ; itaque Micam applicandam esse singulis diebus enumeratis in subsequent! elencho edito a S. H C. die 28 Dec. 1919 (A. *A. S.*, XII. p. 42). In quo elencho notantur duo festa localia: " Dies S. Patroni Regni; dies S. Patroni loci quae tamen ünt luris communis, vi nempe legis generalis, etsi variis diebus observata iuxta singulas regiones et lecæ Unde catim cadit argumentum quod quis deducere vellet ex canone 1247) 2: " Ecclesiastico praecepto dies festi Patronorum non subterent scilicet sublatum est. quatenus superesset. praeceptum de quo in titulo " de diebus festis " quin bat mutatio circa Missae applicationem pro populo.

His dictis, unicum argumentum ab iis allatum qui suppresam putant obligationem applicandae Missae pro po-
322 puto. dictus festis suppressis*J* deducitur ex silentio citati deereü circa ferta luris particularis. At statim quisque vwJe·. argumento huiusmodi nullam vim messe, quia: a) silentum naturi sua est quid negativum; unde nc-c potr«t nec debet trahi in argumentum positivum ; nisi saltem a'iud quid ăccedat b) laudatum dfcretum editum est ad Infler,da dubia et anxietates; nullum autem lus constituit: cxmtra expresr.1 verbis se refert ad ius praeexistens, citans resp-r.sum Pontificiae Commissionis, iuxta qund nihil est innovatum a Codice; c) immo derretum fnrmalltcr excludit lus particulare, non solum quia iteratis vicibus locuitur dc ftrtH " In «nieemtt Ecclesia wd etiam quia nihil aliud ed niai determinati») celebris elenchi Urbanlani. qui leRcm ferebat pro uetoerm Ecclesia, omiw lure particulari, ut ex eiusdem tenore patet.

Ceterum si res paulo attentius consideratur, statim apgtret quaestionem minime versari circa lus oxrtlculare. terJrn ad lui particulare attinet festorum tccalium Institutio et. dato casu, suppressio; sed fertorum etiam localium nature turldiea eadem ert quae festorum universalium: important scilicet Idem praeceptum audiendi Sacrum. Idem vetitum quoad opera servilia, eamdem applicationem Missae pro populo. Haec autem nihil locale aut particulare habent lamvero inducta sunt iure communi festa quae nunc dicuntur suppressa, in quibus cessavit primo vetitum servilia operandi, deln et praeceptum audiendi Sacrum nunquam autem cessavit obligatio Missam pro populo: dicente canone 339. i 1 (cf. 466). quin antiquiores textus referam: applicandam esse Missam pro populo " in dominfcii aliisque diebus festis de praecepto, etiam suppressis ·. Cur autem et quomodo aliter res se haberet quoad festa suppressa iuris particularis?

Ad hoc ergo ut admittamus sublatam fuisse applicationem Missae pro populo diebus festis suppressis iuris particularis, necesse foret ut demonstretur alias et alias servandas et servatas esse regulas quoad haec et ista fera, eiusdem naturae juridicae ; demonstratio vero fleri deberet certo et authentico textu, vel saltem exemplo. Textum autem vel exemplum nemo protulit, quantum sciverim. Interim ergo stare possumus et debemus validissimae praesumptioni de qua supra.

Quid autem loquar de praesumptione, dum textus adest? Pius enim Pp. VII. Brevi *Paternae charitati*, die 10 aprilis 1818 [Bull Rom. Cont. t. 7 p. 1748-1749], reductionem concessit festorum antea in regno Neapolitano servatorum uti de praecepto quo Brevi sublata sunt non tantum quaedam festa iuris universalis, scilicet e catalogo Urbaniano. sed etiam quaedam iuris particularis, ut ecce festum S. Antonii Patavini et S. Dominici- Porro quoad omnia festa suppressa, nulla facta distinctione, voluit Pontifex * nihil esse innovandum quoad chorum, relate ad festa in quorum occursu sublatum est praeceptum audiendi Sacrum * lamvero fere statim ab edito Brevi, quaesivit Archipre/sbyter loci *Petrella* dioecesis Aquilanae. post primum dubium circa festum S. Antonii: " An parochi teneantur in posterum applicare Missam pro populo et celebrare cum cantu Missam parochialem diebus quibus sublatum est praeceptum audiendi Sacrum ". evidenter interrogans circa omnU festa suppressa. Et respondit S. C. R. die 18 Octobris 1818 (n. 2592·: * Affirmative ad utramque partem, etc. Haec ex *Consultazione canonica* XCIV Efiii Cardinalis Gennan. quae metam tangit, ut arbitror. β

Quum vero nulla vel levis afferatur causa cur res in Hispania aliter se habuerint aut habeant ac in regno Neapolitano. certa omnino videtur responsio affirmativa, seu " stare obligationem applicandi Missam pro populo diebus festis suppressis iuris particularis in Hispania .

Quare, etc.

Resolutio. - In plenariis Comitiis die 19 Iulii 1930 in Palatio Apostolico Vaticano habitis. Enti Patres Sacrae Congregationis Concilii, ad propositum dubium, nempe ‹ *An obligatio applicandi Missam* pro populo *diebus festis suppressis, olim ex iure particulari* de *praecepto, exsistat in casu* », respondendum censuerunt: « *Affirmative* ».

Facta autem relatione Ssmo Dno Nostro Pio Papae XI, in Audientia infrascripto Secretario concessa die 31 eiusdem mensis, Ssmus datam resolutionem approbavit ac confirmavit.—I. Bruno, *Secr.*

Adn. A. BEENTLEY In CR 1 (1931) 212-213; L CREUSEN 1Г NrT 58 (19311 181-182; REGATILLO n. 142; 1P 10 (1930) 336-337; ME 43 (1931) 5154; PrM 20 (1931) 88.

985

1930 IUL 26.-SC ORIENT., RESP. AAS 22 (1930) 394

Dubium de competentia sacrae pof.nitentiariae apostolicae circa negotia fori interni orientalium

Cum postulatum fuerit « utrum ad ea quae forum internum, etiam non sacramentale, respiciunt, de quibus in can. 258 Codicis iuris canonici, fideles ad Ecclesias rituum orientalium pertinentes recurrere debeant ad Sacram Poenitentlariam Apostolicam », Sacra haec Congregatio collatis consiliis cum Emo D. Card. Poenitentiario Maiore, respondendum censuit *Affirmative.*

Quam resolutionem Ssmus D. N. Plus div. Prov. Pp. XI, in Audientia diei 10 Maii 1930, adprobare ac ratam habere dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 26 Iulii 1930.—A. Card. Sincero, *Secr.* H. I. Cicognani. Adsessor.

Adn. A. LARRAONA In Apoll. 3 (1930) 539-540; IP 10 (1930) 243; ME 42 (1930) 260-261; NrT 57 (1930); PrM 19 (1930) 339.

986

1931 AUG l.-SC SACRAMENTORUM» INSTR. PART.·

INSTRUCTIO CIRCA DISPENSATIONEM IMPEDIMENTORUM MATRIMONIALIUM IN ITALIA

Non pochi Revjni Ordinari d'Italia si rivolgono a questa Sacra Congregazione chiedendo se» a tenore dellrticolo 34 del Concordato e della legge 27 maggio 1929. n. 847» nel caso d'eventuali impedimenti contemphti'anche nel Codice civile, si debba chiedere la relativa dispensa civile affinchè si possa procedere aile pobblicazioni nella casa comunale e al rilascio del conseguente certificate di nulla *osta,* da parte dell'ufficiale deUo stato civile, per la celebrazione del matrimonio con gli effetti civilL

La predetta Sacra Congregazione, con ITstruzione in data del 1° luglio 1929 [LE 914], già fece intendere che nelle surriferite circostanze nessuna dispensa si deve richiedere all'autorità civile, stante il principio contenuto nel citato articolo 34 del Concordato, cioè the ‹ il *matrimonio disciplinato dal diritto canonico* produce gli effetti civili ».

Risposta più esplicita in questo senso venne data dalla stessa Sacra Congregazione a particolari domande di parecchi Revjni Ordinari.

Senonchè, ripetendosi ora con maggiore frequenza siffatte domande, si ritiene opportuno di dare aile medesune una risposta generale e précisa; cosa che la Sacra Congregazione fa stabilendo le norme seguenti:

Ie Fuori dei casi contemplati dall'articolo 12 della citata legge del 27 maggio 1929, che impediscono la trascrizione del matrimonio agli effetti civili e nei quali cari ri deve stare alla citata istruzione di questa Sacra Congregazione, in ogni altro caso, ricorrendo uno o più impedimenti stabiliti dal Codice civile, di qualunque specie, linea o grado, non si deve mai domandare la relativa dispensa civile, essendo necessaria e sufficiente h sola dispensa ecclesiastica dagli impedimenti canonici. I Revjni Ordinari quindl, non solo dissuaderanno gli sposi dal chiedere la pretesa dispensa civile, ma, occorrendo. ne faranno divieto.

2 Qualora l'ufficiale dello stato civile, a motivo della mancata dispensa da impedimenti civili, non credesse di dar corso aile pubblicazioni nella casa comunale, o. dandovi corso, si rifiutasse poi di rilasciare un certificate, contenente il *nulla osta* od altra formula che renda possibile *Yimmediata* trascrizione del matrimonio agli effetti civili, in questi casi il parroco procederà oltre, assistendo senz'altro alla celebrazione del matrimonio e dandone poscia subito regolare denunzia alTufficiale dello stato civile.

3° Si dia agli sposi formale assicurazione che il matrimonio da loro celebrato nelle suddette condizioni. otterrà la registrazione richiesta per gli effetti civili e che. se nascessero difficoltà o dubbi, a dissipare questi l'autorità ecclesiastica presterà tutto il suo valido aiuto.

La Sacra Congregazione sarà grata ai Rev.mi Ordinari se accuseranno ricevuta della présenté circolare, e Le denunzieranno le difficoltà che eventualmente s'incontrassero nell'applicazione della medesima.

Roma. dalla Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti, 1° agosto 1930.—M. Card. Lega, Vescovo di Frascati, *Prefetto.* D. Jorio. *Segretario.*

• Orrfîniriîs Italiae: ME 42 (1930) 263. Adn. F. ROSWTI in Apoll. 3 (1930) 542-546: ME 42 (1930) 261-269.

987

1930 AEG 5.-PTU8 XI. MP. AAS 22 (1930) 337-340

De 50VO OPERE IN LOCUM LEONIANI OPERIS DE FIDEI PRAESERVATIONE SUFFICIENDO

PIUS PP. XI

In Allocutione habita in Consistorio, die elapsi mènes Iunii tricesimo [AAS 22 (1930) 296 - 303], summation consilium proposuimus, quod iam diu in animo Nostro maturuisset, opportunas rationes ineundi, per quas nonnullis praesentionbus gravioribusque carissimae dioecesls Nostrae Romanae spiritualibus necessitatibus prospiceremus.

Placet nunc verba illa consiliumque illud Nostrum cum explanare fusius, tum, una simul, effecta dare quo aptiore ad propositum adipiscendum modo visum Nobis est

Atque ut ad rem confestim aggrediamur, dicimus, hanc esse mentem Nostram, ut erigamus — quemadmodum reapse per hasce Litteras Motu proprio datas erigimus — « Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis ›.

Quo quidem Opere illud immutatur atque amplificatur, quod feL rec. decessor Noster Leo XIII Litteris suis Motu Proprio datis die xxv m. Novembris an. mdcccciI [Acta Leonis XIII L 22 p. 241 - 242) auspicato condiderat.

Immutatur, inquimus, quandoquidem id ipsum Opus, quod Commissio, ut aiunt» Patrum Cardinalium ante moderabatur, fit nunc Opus Pontificium, ad leges regundum quas tempestive/ pro huius renovationis modo 338
ac fine, laturi Nos sumus. Amplificatur praeterea, siquidem cum pristino eiusmodi Opere coniungitur atque ordinato quodam nexu copulatur — ut ipsa utriusque rei natura postulat — aliud illud novis in Urbe templis excitandis, in iis praesertim Romae partibus ac regionibus, quae tali praesidio imprimis destituuntur. Hoc ‹ Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis » est persona iuridica, idemque, congruenter « Pontificii › titulo quo distinguitur, a potestate atque auctoritate Nostra proxima pendebit Praeses eius effectivus, ut vocant, unus erit e Purpuratis Patribus, quem Nosmet ipsi — ut Cardinalem pro Urbe eiusque Districtu Vicarium Nostrum in spiritualibus Generalem aliqua ex parte a tam multiplicibus gravibusque curis laxemus quibus oneratur — consulto designabimus, ad Nos de rerum cursu, stato quoque tempore, relaturum. At Cardinalis Operis Praeses cum memorato Cardinali pro Urbe eiusque Districtu Vicario Nostro in spiritualibus Generali rationes habebit frequentissimas, ut eum de omnibus certiorem faciat cum eodemque consilia opportune conferat Cardinalis idem Praeses novi personam Operis geret ad omnes quod pertinet effectus, quos iuridicos atque administrativos vocant.

Itaque novum « Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis » ex duabus sectionibus constat, quarum unaquaque certum quoddam ac proprium persequitur propositum, quamvis, ut patet, arcte sit alterum cum altero copulatum.

Ad praeservationem Fidei quod attinet. Opus Pontificium. praeterquam quod provehere ea perget, quae usque adhuc pristinum Opus, Leonianum dicimus, promovere non destitit, curas atque incepta sua ad novas temporum rerumque condiciones proferendo accommodabit, ut aptioribus cotidie efficacioribusque artibus id, quo tendit, assequatur, scilicet ut avitam fidem in dilectissima hac Nostra Urbe ac dioecesi incolumem tueatur.

Quod autem spectat ad templorum paroecialium exaedificationem — de quibus primum ac praecipue, si non unice. loqui/ volumus — Pontificii Operis erit. 339
quamprimum fieri poterit, novas erigere, instituere ac dotare paroecias, vel veteribus, si quando oporteat, dismembratis; areas acquirere, templa exstruere continentesque aedes, itemque de necessariis veniis cum civitatis magistratibus agere. Quibuscum praeterea Pontificium Opus de modis ac de compensationibus tractabit convenietque. quotiescumque veteres sacrae aedes cedi debent, publicae utilitatis causà necessario deliciendae.

Novum Opus utrumque finem sibi propositum persequetur per eas pecuniae summas, quas unicuique ex iis attributas volumus; in templorum vero paroeciarumque exstructionem erogabuntur quoque cum pecuniae e cessione veterum ecclesiarum perceptae, tum largitiones, quibus filii e dioecesi Nostra dilectissimi Nobis opitulaturi sunt — ut in ipsa Consistorial) Allocutione confidere Nos diximus — cum de rc agatur, quae et sibi ipsis et suae posteritati tantopere profutura erit

Lex propria Operis Praeservationis Fidei, quam fel rec. decessor Noster Leo XIII Litteris Motu proprio die xxv m. Novembris an. mdcccti datis probavit. Nostrarum harum promulgatione Litterarum abrogatur; item esse desinere volumus Commissionem, Consultorum Coetum et cetera omnia, quae ex iisdem Leonlanis

praescriptis esse coeperunt Interea operibus negotiisque expediendis, quae in cursu sunt opportune providebitur.

In sectione, quae nova templa Romae excitanda curabit, Cardinali Praesidi laborum socia aderit Commissio, ut aiunt quae constabit non modo ex uno e curionibus urbanis atque ex iis abis ecclesiasticis viris, quos mox deligere placebit sed etiam e jurisperito uno artifcibusque tribus, quos pariter Nosmet ipsi nominabimus. Omnia autem, quae supra memoravimus, ut ad effectum nte deducantur, opportunas posthac normas tradituri sumus.

Interea spe fruimur laetissima, fore ut Pontificium Opus. quod, post assiduas commentationes ac preces, modo condidimus. fructus illos ferat uberrimos, quos vehementer optamus ardenterque ominamur, cum Dei
310 benignissimi deesse Nobis prae sidium non possit, apud quem Deiparae Virginis. Apostolorum Petri et Pauli cmniumque caelestium Almae huius Urbis ac dioecesis Patronorum deprecationem adhibuimus atque adhibemus.

Divinorum autem munerum conciliatrix sit apostolica benedictio, quam, praecipua animi effusione, iis universis impertimus, qui aut pristino Leoniano Operi dedidere usque adhuc se totos, aut novi Operis modo erecti commoda tuebuntur, in eius profectum precibus, favore ac liberalitate sua conspirando. Sensum vero aperimus, quem in animo Nostro nemo non legat, cum dicimus, plurimum Nos pastorali studio confidere, quo parochi urbani tam Nobis cari apud suum quisque gregem raient, et niti Nos item admodum acri actuosoque apostolatus spiritu, quo dilectos omnes de Actione Catholica filios Nostros flagrare novimus.

Quaecumque a Nobis hisce Litteris statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse tabemus, contrariis non obstantibus quibuslibet

Datum Romae apud Sanctum Petrum die v mensis Augusti, in festo Dedicationis Sanctae Mariae ad Nives, anno mdccccxxx. Pontificatus Nostri nono.—Pros Pp. x i.

Adn. P. PRINCIPI b AjoII. 3 (1930) 521 523: PrM 19 (1930) 312.

988

1930 AtG 28.-PIUS XI. LIT. AP. AAS 23 (1931) 8-9

S IOAXNIS DE DÎO ET S. CAMILLUS DE LELLIS CAELESTES DECLARANTUR PATRONI INFIRMARIORUM JOCULARIUM EORUMQUE PIARUM ASSOCIATIONUM

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Expedit plane, ac consilium Nobis peropportunum videtur, ut hoc tempore quo coetus infirmariorum saecularium in plures associationes foederatur atque ordinatur, et ipse polleat caelestibus Patronis, quorum exemplo permoti, iidem infirmari! in aegrotantibus curandis eo Christianae cantatis spiritu Inflammentur, quem 'm sanctis Evangeliis divinus Magister tradidit Hac mente, cum dilecti filii hodiernus Prior generalis Ordinis Hospitalarii a Sancto loanne de Deo. et Praefectus generalis item hodiernus Clericorum Regularium Infirmis ministrantium enixas Nobis preces adhibuerint ut respective Ordinis Fundatore nempe Sanctum loannem de Deo. et Sanctum Camillum De Lellis catholicorum infirmariorum ubique terrarum declarare atque instituere velimus caelestes apud Deum Patronos. Nos piis huiusmodi precibus ultro libcr/.crque concedendum existimavimus. Et sane minime Nos latet divum loannem de Deo iam inde ab anno xvii primam fundasse laicorum societatem qui infir mis pauperibus assiderent·, Camillum autem de Lellis In virtutibus omnibus excellentem apparuisse, dum viveret, electum a Deo ut ministraret aegrotantibus. et modum illis inserviendi reliquos doceret Quae cum ita «Int. audito dilecto filio Nostro Camillo Sancta Romanae Ecclesiae Diacono Cardinali Laurenti. Sacrae R.tuum Congregationis Praefecto, permoti quoque commendatone plurimorum Sacrorum /Kntistitum. inspcctisque Apo<tolxls Litteris « Dives In misericordia Deus * a Praedecessore Nostro rec. me. Leone Pp. XIII die xxiH mensis Iunii anno mdccclxxxvi sub eadem hac forma IActa Lbojtw XΠI t. 6 p. 106 - 1081 datis, de Sanctis loenne de Deo et Camillo de Lellis hospitalium et infirmorum Patronis, ad fovendam et augendam etiam pietatem et fiduciam associationum catholicarum ab infirmariis nuncupatarum, erga eosdem Sanctos Ordinum Fundatores et infirmorum Patronos, motu proprio atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi» perpetuumque in modum, omnium praedictarum associationum nec non omnium infirmariorum utriusque sexus ubique terrarum nunc et in posterum exsistentium, caelestes apud Deum Patronos Sanctum loannem de Deo et sanctum Camillum de Lellis declaramus atque constituimus.

Haec volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite diiudicandum ac definiendum esse; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvni mensis Augusti anno snxzcccxxx. Pontificatus Nostri nono.—E. Card. Pacellt. α Secretu *Status.*

Adn. **G CURTI In CpR 11 (1930) 313-321.**

989

1930 OCT 23.-S. POEN-, DECR. AAS 22 (19301 193

Divini Omen coram Ssmo Sacramento recitatio
INDULGENTIA PLENARIA DITATUR

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI. in Audientia die 17 Octobris c. a. infrascripto Card. Poenitentiario Maiori impertita, vota sacerdotum in civitate Lauretana occasione X Eucharistici conventus nationalis coadunatorum libentissime excipiens, ad cleri devotionem et amorem erga Augustissimum Eucharistiae Sacramentum magis magisque fovendum, benigne concedere dignatus est ut clerici in sacris constituti, qui integrum divinum Officium, quamvis in partes distributum, coram Ssmo Sacramento sive publicae adorationi exposito. sive in tabernaculo adservato. recitaverint, indulgentiam plenariam, suetis conditionibus, lucrari valeant Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae cx Aedibus S. Poenitentiariae, die 23 Octobris 1930.—L. Card. Lauri, *Poenitentiarius Maior.* I. Teodori. S. P. *Secr.*

Adn. P. B. in EL 44 (1930) 451-452; L C In NrT 53 (1931) 182; 1P 10 (1930) 335-336; ME 42 (1930) 325; PrM 19 (1930) 342-343.

990

1930 OCT 26.-PIUS XI. CONST. AP. AAS 23 (1931) 5-0

De erectione et regimene pontificii collegii
ECCLESL4STICI NEERLANDICI PIANT DE URBE

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei · Ad *perpetuam* rei memoriam

Anno vertente quinquagesimo, ex quo primum, sacerdotali dignitate aucti, divina Hostia litavimus, sacrorum Hollandiae Antistites ut rem Nobis pergratam facerent utque catholico nomini apud suos satius opportuniusqut· prospicerent, consilium communiter inierunt Collegium in hac alma Urbe excitandi, in quo delecti e natione sua sacerdotes exciperentur et ecclesiasticis altioris ordinis disciplinis rite sancteque conformarentur. Quod quidem consilium ut ad effectum quam primum adduceretur, locus ad rem aptus ln Aventini montis delectu coemptus est, ibique superiore anno, die secunda mensis Mail, auspicalis novi aediflch lapis sollemni ritu positus. Cum autem in praesens hoc studiorum domicilium omni sit paene numero feliciter

absolutum, Nos, ut Hollandiae Episcopis paternam testeoiur voluntatem Nostram, eorum votis libentissime innuentes, ad iuridicam Collegii huius erectionem devenire volumus. Quapropter, ae Sacrae Congregationis Seminariis Studiorumque Universitatibus praepositae consulto, ac suppleto quorum interest, vel eorum, qui m intéresse praesumant, consensu, haec quae sequuntur statuimus ac decernimus:

I. Ad maiorem Dei gloriam reique catholicae incrementum, Collegium Ncerlandicum Pianum, in Urbe conditum, ad sacrorum canonum normam apostolica Nostra auctoritate constituimus atque erigimus; tute-
6 Ue; ac patrocinio S. Willibrordi Episcopi Ultraiecten-
$3 committimus; eidemque Pontificii Collegii nomen, iun ac privilegia attribuimus.

II. Hoc clericorum institutum alumnos excipiet sacerdotes, pietate quidem ingenioque praestantes, quos Hollandiae Antistites e suis dioecesibus Romam, ecclesiasticis altioris ordinis imbuendos disciplinis, missuri sunt

HI. Novum, quod supra memoravimus, aedificium et continens einem area, prope Aventinan viam sita, Collegio huic possessio ac sedes propria sunto.

IV. Pontificium Collegium Neerlandicum Pianum sub tare ac potestate erit Sacrae Congregationis de Seminanis et Studiorum Universitatibus, ideoque ab ipsa regetur.

V. Singuli Neerlandiae Antistites eadem iura eademque officia in huiusmodi Instituto habeant, eique omnes pro viribus consulant

VL Collegii moderator a Summo Pontifice per Saeram Congregationem de Seminariis et ae Studiorum Universitatibus eligendus est; isque sacrorum Neerbadiae Antistitum erit procurator atque parochi mucere in Collegio fungetur.

VIL Si quavis ex causa Pont. Collegium Neerlandicum Pianum esse desierit, omnes eius possessiones, res mobiles, se moventes et quae moveri non possunt, pecuniae, reditus aliaque eiusmodi ad Sanctam Sedem devolventur, ut ab eadem, quantum fieri poterit, ad ilumnos e Neerlandiae dioecesibus ecclesiasticis allions ordinis disciplinis instituendos erogentur.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaeoet exhibitae vel ostensae forent. — Quae denique per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus ac mandavimus, ea rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus; quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Daluifi Romae apud Sanctum Petrum, a. D. kxccocxx die xxvi m. Octobris, in Festo D. N. lesu Christi Regis, Pontificatus Nostri anno nono.—Fr. Anietas Card. Frühwirth, *Cancellarius S. R. E.* Caietanus Card. Bisleti, *Praefectus S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus.* loseph Wilpert, *Decanus* Coll *Proton. Apostolicarum.* Dominicus Jorio, *Protonotenui* Apostoltcttt.

Ua. b **ERAS Jn Apoll. 4 (1931) 195-196.**

991

1920 OCT 28.-SC SACRAMENTORUM, RESP PART.·

De usu patinae in distribuenda ss. communione

Dubio Sacra Congregatio respondit quod usus ut patina apponatur sub mento fidelium ab acolytho seu M&ae inserviente, nullimode prohibetur ab Instructione huius S. Congregationis « Dominus Salvator > iLE 892], dummodo tamen hic in usu patinae requisitam *servet* diligentiam, eamdem sursum ac deorsum non flectens, ne fragmenta disperdantur.—Card. *Praefectug.*

• Ordiaario Ruîhenerui: L'Ami du Clergé 48 (1931) 89 (Petit oerUr). Adn. L'Ami du Clergé 48 (1931) 89 (Petit courrier).

992

1930 NOV 8.-SC S. OFF. DECR. AAS 22 (1930) 517-520

Sacerdos iosephus turmel excommunicatus vitandus
DECLARATUR, DEGRADATUR ET EIÜS OPERA IN INDICEM LIBRORUM PROHIBITORUM INSERUNTUR

Feria V, loco IV, die 6 Novembris 1930

Sacerdos losephus Turmel, ex archidioeccsi Rhedonensi in Gallia, iam anno 1892 munere docendi, quod in seminario maiore Rhedonensl obibat, ab Eifio Cardinali Place suo Archlepiscopo privatus est. eo quod nonnums ex suis alumnis praesentiae reali lesu Christi in Ssflla Eucharistia se non credere declaraverat.

Anno 1901 Effius Cardinalis Richard. Archiepiscopus Purisiensls, de speciali mandato et nomine Sacrae Congregationis Indicis, sacerdotem Turmel graviter monebat ob articulos haereticales ab ipso editos In foliis periodicis *Revue d'histoire ct de littérature religieuses*, quorum infelix sacerdos A. Loisy moderator erat; addito vetito, ne quid deinceps ad sacras disciplinas pertinens absque praevia approbatione ecclesiastica publici iuris faceret.

Anno 1903 coram Illflio ac RevÆo Domino Augusto Dubourg. suo Archlepiscopo, absolute negavit se sub falsis nominibus - A. Dupin ** et G. Herzog " duos libros contra dogmata Ssffiae Trinitatis et Virginitatis Manae, ncc non contra alias SsfTlae Matris Dei praerogativas scripsisse, firmiter asserens cum dictis auctoribus nihil prorsus se commune habere, immo eos ne novisse quidem. Illa vero occasione, ad quamvis suspicionem a se avertendam, suo Ordinario sub die 22 Maii 1908 explicitam professionem fidei catholicae in scriptis exhibuit. Praefati duo libri, primus sub nomine ° A. Dupin " vi decreti dici 25 Mail 1908 et alter sub nomine " G. Herzog " vi decreti diei 5 Iulii 1909, in Indicem librorum prohibitorum dein inscripti fuerunt/

518

Ab anno 1909 usque ad annum 1911 Sacra Congregatio Indicis septem opera sacerdotis Turmel tribus diversis decretis, latis respective diebus 5 Iulii 1909, 7 Martii 1910 et 2 Ianuarii 1911. proscripsit ac damnavit: auctor vero post singulas damnationes suo Archiepiscopo In scriptis absolute se subiiclebat, declarans se doctrinae catholicae firmiter adhaerere.

Haud tamen exinde a sua nefaria opera cessavit, sed sub diversis itidem falsis nominibus alios libros aut articulos identidem edere perrexit, blasphemias in Deum continentes. haeresim propugnantes, ipsorumque religionis fundamentorum eversivos, qui ei tamquam auctori, etsi ipso pertinaciter negante, adseribebantur.

Anno demum 1929. cum ex peracta inquisitione sufficientia collecta essent argumenta ad sacerdotem Turmel plurium horum eperum sub diversis nominibus editorum tamquam verum auctorem designandum, ab Erfio Cardinali Charost, Archiepiscopo Rhedonensi, de mandato Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, regularis instructus est processus, in quo sacerdos Turmel. constitutis sublectus diebus 10. 20. 21. 23 Decembris 1929 et 10 Ianuarii 1930. et non obstantibus suis firmis, iteratis, immo et iuratis negationibus. de reitate convictus, poena suspensionis a divinis mulctatus est sententia die 23 Ianuarii 1930 lata et in fasciculo *Semaine Religieuse* du *Diocèse de Rennes* diei 25 Ianuarii 1930 edita.

Paulo antequam ei suspensio a divinis intimaretur. Infelix hic sacerdos suam reitatem fortiter negare pergens. Effio Archiepiscopo declaravit se libenter esse paratum professionem emittere fidei catholicae; paucis tamen diebus post. Iam a divinis suspensus, ad editorem Rieder manuscriptum misit alterius voluminis opens Catéchisme pour *adultes* in eum finem evidenter conscripti religionem Christianam oppugnandi et atheismum propagandL

Cum tandem se manifeste detectum perspexisset, duabus epistulis diebus 25 Martii et 1 Aprilis currentis anni ad Effium Cardinalem Charots datis, sacerdos Turmel confessus est se plurimos articulos et quatuordecim opera edidisse sub sequentibus quatuordecim falsis nominibus: " Louis Coulange, Henri DeUfosse. Armand Dulac. Antoine Dupin. Hippolyte Gallerand. Guillaume Herzog, André Lagard. Robert Lawson. Denys Lenaln. Paul Lctourneur. Gouîven Lézurcc, Alphonse Michel. Edmond Perrin, Alexis Vanbeck ".

Ut facile est intelligerc, ex tot libris ct articulis sub diversis nominibus prodeuntibus, haeresim ac Impietatem propugnantibus, legitima orta est suspicio ne in Gallia totidem adessent sacerdotes qui fidei catholicae adversarentur; quod quidem clero Gallico gravem profecto et manifestam Inluriam Inurebat./

Cum igitur sacerdos Turmel quadraginta iam abhinc annis Ideas catholicae fidei contrarias expresserit, ct pluries monitus, poenisque ab auctoritate ecclesiastica plexu prout ex dictis constat, non resipuerit, necnon quotidie Sacrum litare sit ausus, Effii ac RevflU Patres rebu< fidei ac morum tutandis praepositi, In Plenario Conventu Ferla V. loco IV, die 6 Novembris 1930 habito, procedendi formam Supremi S. Tribunalis S. Officii propriam ad normam can 1555 sequutl, praeaudito RR DD. Consultorum volo, decreverunt:

1. - Duodecim opera sacerdotis Ioseph: Turmel, quorum tituli infra notantur, sub diversis nominibus edita, sed ab ipso uti propria agnita, praeter alia duo iam damnata et In Indicem relata, tamquam praedamnata habenda esse atque in Indicem librorum prohibitorum esse inserenda:

Louis Coulange. *La Vierge Marie.* Paris, Rieder, 1925. - Id., *La* Messe. Paris, Rieder, 1927. - Id., *The Life of the DeriL* London, 1929. - Id., *Catéchisme pour adultes* ‹2 voll.). Paris, Rieder, 1929-1930. - Henri Delafosse, *Le Quatrième Evangile.* Paris, Rieder, 1925. - Id.. *Les écrits dc Saint Paul: L'Epitre aux Romains,* Paris, Rieder, 1926. - Id., *Les écrits de Suint Paul: La première Epitre aux Corinthiens.* Paris, Rieder, 1926. - Id., *Les écrits de Saint Paul: La seconde Epitre aux Corinthiens. La Epltres aux Galates. aux Colossiens, qui Ephésiens, à Philémon.* Paris, Rieder, 1927. - Id., *Les écrits de Saint Paul: L'Epitre aux Philippiens. Les Epitres aux Thessaloniciens. Les Epitres Pastorales. L'Epitre aux Hébreux.* Paris, Rieder, 1928. - Id., *Lettres d'igr.ace d'Antioche.* Traduction nouvelle avec introduction et des notes. Paris, Rieder. 1927. - André Lagarde, The *Latin Church* in *the Middle-Age.* Edinburgh, 1925. - Edmond Perrin, Saint *Thomas d'Aquin, Somme Théologique.* VolL I-II : Dieu. Traduction nouvelle avec une introduction et des notes. Paris, Rieder, 1927-1929;

2. - Ipsum, iam incursum in excommunicationem latae sententiae ad nonnam can. 2314 ξ 1,1, nunc excommunicatione nominatim ac personaliter damnari, prout vi praesentis decreti damnatur; omnibus plecti poenis publice excommunicatorum ; atque insuper vitandum esse et ab omnibus vitari debere ;

3. - Eumdem etiam degradationis poenae cum omnibus Iuris effectibus subiici ;

4. - Ab excommunicatione vero, de qua supra, ipsum absolutum non Iri, nisi datis antea verae resipiscentiae signis, et retractis formiter omnibus suis erroribus per declarationem a S. Officio probandam et publici iuris faciendam. Quibus tantum praestitis et non aliter, ipsum posse ad Sacramenta more laicorum iterum admitti./

120

Et eadem Feria V, die 6 eiusdem mensis et anni. SsÆus D. N. D. Pius divina Providentia Pap. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit atque publicandam iussit

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 8 Novembris 1930—A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarim.*

Ada. **A BENTLEY ift CR 1 (1931) 214; J, LEV1E in NrT 53 (1931) 64-71.**

NORWAE SERVANDAE AB ORDINARIIS IN IMPETRANDA AB APOSTOLICA SEDE COLLATIONE BENEFICIORUM

Ut Rcvmis Ordinariis recursus ad Sedem Apostolicam pro obtinenda collatione beneficiorum non consistorialium, quae, ad nonnam iuris, ipsi Sedi Apostolicae reservata sunt (Codex iuris can., 396, 1435), vel devoluta (can. 1432 5 3). facilior reddatur, et ut eorundem provisio recte et congruenter absolvatur, ac praecipue ut Romanus Pontifex, cui soli illorum collatio spectat et pertinet libere ad illa eligere possit clericos. quos digniores et magis idoneos in Domino iudicavcnt, sequentes nonnae, a SS. D. N. Papa Pio XI adprobatae, servandae erunt:

I. A die vacationis beneficii reservati vel a die devotationis, ad diem quo recursus ad Sedem Apostolicam erit faciendux, aliquod temporis spatium intercedat, ita ut notitiam de collatione ipsius beneficii Summo Pontifici reservata clerici d'.oeccseos tempestive habeant

II. Revifii Ordinarii in supplici libello pro collatione obtinenda beneficiorum reservatorum vel devolutorum, ad Efhum Cardinalem Sanctae Romanae Ecclesiae Datarium mittendo, nomina ecclesiasticorum omnium, qui beneficium optant, praesentent, una cum testimoniis de eorum aetate, studiis, vita, moribus, ministeriis quibus laudabiliter quisque functus sit, et de idoneitate ad munia beneficii, de quo agitur, obeunda: et saltem tres, quatenus fieri possit, uti digniores indicent.

IIL Si beneficia reservata vel devoluta legi concursus. sive generali sive particulari, obnoxia sint, suffragia ab examinatoribus lata quoad idoneitatem et scientiam tum coniunctim. tum distincte, ad Apostolicam Datariam, una item cum vitae curriculo seu testimoniis, ut supra, concurrentium, mittantur, servatis apud curiam Ordinarii actis concursus.

Quod si beneficio onus insit Sacrae Scripturae populo explanandae, candidatus, ex praescripto Motus proprii Pii Pp. XI diei 27 Apr. 1924 [LE 593), licentia aut laurea in re biblica potitus esse debet. Si Ordinarii vero derogationem a dicta lege, rationabili de causa, impetrare cupiant, testi/monium de candidati peritia sjj super Sacram Scripturam, onerata eorum conscientia, perhibeant.

IV. Si de beneficio agatur adnexam habente curam animarum, quarum salus super omnia prae oculis habenda est, iudicium Revmi Ordinarii quoad scientiam, pietatem, zelum animarum et idoneitatem candidatorum ad regendam paroeciam de qua agitur — cui tantum magis idoneus praeficiendus erit (can. 459) — semper requiritur, graviter onerata conscientia eiusdem Ordinarii.

Votum vero Revmi Ordinarii circa candidatum, quem magis dignum et idoneum reputet. Summus Pontifex libenter semper excipiet, ac de illo, pro Sua sapientia et prout in Domino iudicaverit, debitam rationem habebit.

Ex Dataria Apostolica, die 11 Novembris 1930.— R. Card. Scapinelu, S. *R. E. Datarius.* I. Guerri, *Regens.*

Ado. A BENTLEY in CR 6 (1933) 413-414; E. JOMBART ia NrT 53 (1931) 182-183. Ph. MAROTO In Apoll. 4. (1931) 52-54; IP 10 (1930) 338; ME 42 (1930) 354-355; PrM 20 (1931) 90.

G ALLIPOLITAN A

Funerum. seu iuris ad sepulturam et portionem paroecialem. *Die 24 Maii et 15 Novembris 1930*

Species facti. - Die 28 Augusti 1928 parochi civitatis Gallipolitanae penes hanc S. Congregationem conquesti sunt quod generatim sui parochiani, post obitum. « sono trasportati per Tesequie a chiesa che non è mal quella della propria parrocchla; gli ascritti a confraternité vanno alia chiesa della propria confraternita, e per i non ascritti a confraternité la famiglia paga un tanto, qui detto *offerta,* a una confraternita, e il defunto è accolto per l'esequie nella chiesa di detta confraternita- NelTuno e nelFaltro caso il parroco non ha altro da fare che benedire la saIma e accom/pagnarla W alia chiesa dove han luogo le esequie; e per questa associatio *cadaveris* ha solo un meschinissimo compenso e nulla ha *(portio paroecialis)* per il suo diritto e dovere di esequie violato ».

Quapropter duae circa funera proponebantur quaestiones. quarum altera ad electionem refertur ecclesiae funerantis cum adnexo iure exsequias in eadem persolvendi, altera solutionem spectat portionis paroeclalis. proprio defuncti parocho debitae.

Quoad primum, in civitate Gallipolitana praxis viguit, vi cuius si quis, dum in vivis est, alicui ex confraternitatibus ibi exstantibus sese adseribit, ipso facto ecclesiam funerantem hac adseriptione se elegisse praesumitur. Idipsum censetur, si quis ex heredibus, etsi nullo praehabito expresso mandato, certam pecuniae summam solvendo, quae *offerta* dicitur, alicui confraternitati defunctum adseribit.

In utroque autem casu, itemque quando funera ? Capitulo in ecclesia cathedrali peraguntur, proprio defuncti parocho non solvitur portio paroecialis contra praescriptum canonis 1236 5 1 C. I. C., sed oblatio fit admodum modica.

Censent proinde parochi corrigendas esse huiusmodi consuetudines ad normam iuris communis sive ratione vinculi spiritualis quo fideles paroeciae devinciuntur, sive ratione quoque rei oeconomicae.

Confraternitates e contrario easdem confirmandas esse putant, utpote in Codice I. C. expresse non reprobatas, atque usque nunc ab Ordinario toleratas. Re enim vera, eligere ecclesiam sui funeris unicuique licere Codex statuit in canone 1223 § 1, idque sive per $e, sive per alium fieri potest, cui legitimum mandatum quisque dederit (can. 1220 § 2). Cum vero haec electio necessario importet ius funerandi, quae res sunt inter se connexae, nihil in hac re innovandum esse contendunt, attenta etiam legitima consuetudine.

Et idem sentiendum de adseriptione defunctorum iisdem confraternitatibus. Vel enim agitur de defunctis qui antea propinquis et familiaribus hoc mandatum commiserunt, et nemo dixerit hanc electionem, ad normam citati canonis 1220 § 1, legitimam non esse. Si rtro agitur de ceteris pro quibus arbitrario ab heredibus haec electio facta est, succurrit praesumptio, qua coniici potest hanc fuisse defunctorum voluntatem, quam heredes ipsi interpretati sunt atque ad effectum demandarunt

Denegant tandem eaedem confraternitates parocho solvendam esse his in casibus portionem paroecialem, ib immemorabili nunquam solutam.

Quem morem sequitur et Capitulum cathédrale in funeribus ab eo persolutis, provocans ad diuturnam consuetudinem a condito Capitulo, a saeculo nempe
S xv usque nunc servatam, atque hac ratione innixum,/ quod iisdem funeribus aliqua confraternitas semper interest quae portionem paroecialem seu oblationem parocho persolvit

Ad ius vero quod attinet, perpendenda in primis sunt prascnpta Codicis in sublecta materia. Iamvero " ecclesia in quam cadaver pro funere transferri debet, ex iure ordinario est ecclesia propriae defuncti paroeciae, nisi defunctus aliam funeris ecclesiam legitime elegerit " (can. 1215 I 1). Et " ecclesiam funeris .. quis eligere potest per se vel per alium cui legitimum mandatum dederit ; factamque electionem aut mandati concessionem quolibet legitimo modo probare licet " (can. 1226 § 1). Attamen " ut electio ecclesiae funeris valeat, cadat necesse est vel in ecclesiam paroecialem, vel in ecclesiam regularium.. , vel in aliam ecclesiam funerandi iure praeditam " (can. 1225).

Quapropter ex facto adseriptionis alicui confratcrnitati non sequitur necessario eiusdem confratenitatis ecclesiae pro funere legitima electio ; sunt enim adseriptio et electio res quae necessario non cohaerent ; nec confraternitates cmnes. qua tales, iure funerandi sunt praeditae (Cfr. Ferrins. *Bibl. can., v. Confraternitates,* art. V).

At, in casibus peculiaribus, si hoc iure ecclesiae confratenutatum potiuntur, et ex receptis loci usu ac consuetudine conlratres omnes in propria funerantur ecclesia, iure arguitur eosdem, eo ipso quo alicui confratcrnitati nomen dinL ecclesiam sui funeris designasse. Et hoc satis est, ut ad normam citati canonis legitimo modo electa probetur ecclesia funeris.

Funerandi autem ius multipliciter acquiri potest. S. Sedis nempe aut Ordinarii concessione, legitima consuetudine ei praescriptione. " Cum autem haec consuetudo, animadvertit S. Rota in una *Mediolanen. — Iuris funerandi* (A. *A. S.,* 1914. p. 556), mixta sit praescriptioni, quippe quae laedat iura tertii, planum est in ea requiri etiam conditiones praescriptionis ". Quod si in casu de quo agitur, omnes istae conditiones non inveniantur, adest tamen aliqua Episcopi coccessio. siquidem, prout asseritur, plures Episcopi hanc praxim. funerandi nempe in ecclesiis confraternitatum. tolerari permiserunt Qua admissa legitima praxi, roboratur queque argumentum, quo fideles cx ipsa adseriptione alicui «xifratemitati ecclesiam funerantem elegisse praesumun-

Aliter sentiendum est. si de adseriptione defunctorum res sit, ab heredibus proprio marte peracta. Ius enim elidendi ecclesiam funeris, ex citato canone 1226 i 1. ad unum defunctum, non ad heredes pertinet, nisi legitimum mandatum acceperint: salva tamen contraria consuetudine, quae quominus submoveri possit nihil vetat, attentis laesione luris parochorum, nec non incommodis inde facile oritu-
153 rj/

Quod denique attinet ad solutionem portionis paroecialis. In canone 1256 § 1 statuitur: " Salvo iure particulari, quoties fidelis non funeratur in ecclesia paroeciali propria, proprio defuncti parocho debetur portio paroecialis. excepto casu quo cadaver in ecclesiam propriae paroeciae commode asportari nequeat Ad quam denegandam, in casu contraria immemorabilis consuetudo affertur.

Piura, ut notum est. in praescriptione et in consuetudine praescriptiva requiruntur, praesertim in iis quae habent tractum successivum Ad rem in *Diancn. — Iuris funerandi IA. A.* 1921. pag. 534 sq.) [LE 368) hacc leguntur: * Ad hoc ut intret praescriptio in habentibus tractum successivum, necessaria est *petitio, repulsa ct acquiescentia* petentis; in casu agitur profecto de re habente tractum successivum. quum Capitulum teneatur toties dare portionem canonicam quoties funerat alienos: itaque probandum esset a Capitulo se cum effectu denegasse portionem petenti: quod minime praestat, cum immo testibus evincere contendat: ch'egli non *ha pagato mai la quarta funerale, e che mai* dal *parroco fu richiesta...* ". Ideoque in casu haec Sacra Congregatio non constare edixit de iure Capituli portionem paroecialem non solvendi.

Quae ad casum de quo agitur aptando, cum moderatores confraternitatum portionem paroecialem asserant nunquam solutam fuisse, nec unquam a parocho fuisse petitam, deest petitio, repulsa et acquiescentia petentis; quapropter praescriptio vel consuetudo praescriptiva nihil operatur. Nec eadem portio censeri potest suffecta ab oblatione illa quae a confraternitatibus parocho solvitur, attenta eiusdem exiguitate, nec non portionis paroecialis natura, quae, ut praescribitur in canone 1237 j 1. " detrahi debet ex omnibus et solis emolumentis, quae statuta sunt pro funere et tumulatlonc in taxa dioccesana ".

Resolutio. - His omnibus perpensis, in plenariis comitiis huius Sacrae Congregationis, diebus 24 Maii et 15 Novembris 1930 habitis, proposita sunt enodanda haec dubia:

I. *An sustineatur consuetudo quoad adseriptionem confraternitati sive vivorum per* se, sive *defunctorum per heredes, cum adnexo iure funerario, in casu;·*

II. *An parocho defuncti debeatur portio paroecialis a rectoribus confraternitatum vel a Capitulo cathedrali, in casu.*

Porro Efhi Patres responderunt:

Ad I. *Ordinarius utatur iure suo ad normam canonis 5 Codicis I. C., et ad mentem.*

Ad. II. *Affirmative./*

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro div. Prov. Pio Pp. XI relatione per Secretarium huius Sacrae Congregationis in audientiis dierum 31 Maii et 17 Novembris 1930, Sanctitas Sua easdem resolutiones approbare et confirmare dignata est.—I. Bruno, *Secr.*

Adn. A. SENTLEY in CR 6 (1933) 414-416; F. M. CAPPELLO PrM 22 (1933) 149-152; J. CREU5EN in NrT 60 (1933) 646-647; Ph. MAROTO in Apoil. 6 (1933) 160-164; IP 13 (1933) 104; ME 45 (1933) 163-170. Allegatur etiam sub dit 1930 Mai 25

ffV4*

995

1930 NOV 15.-SC CONC., RESOL. AAS 25 (1933) 83-84

MALACITANA

Vagationum et distributionum. Die *15 Novembris 1930*

Species facti. - Canonici ecclesiae cathedralis Malacitanae in Hispania, e Bulla erectionis Innocentii Pp. VIII, ex veteribus statutis et ex consuetudine, per quatuor menses, quolibet anno, ius abessendi a choro vindicabant

Cum vero Episcopus, ad normam Codicis I. C., vacationes trium tantum mensium permitteret. Capitulum, ad iura sua tuenda, rem S. Sedi detulit

Tunc Episcopus haec dubia dirimenda proposuit: « 1) utrum residentia et absentia, recreationis causa, canonicorum et beneficiatorum ecclesiae cathedralis Malacitanae, iuxta decretum erectionis ecclesiae et privilegia apostolica. ut in veteribus statutis fiebat, vel ad normam canonis 418 § 1 sit definienda. Et quatenus affirmative ad primum: 2) utrum lex de distributionibus quotidianis et de grossa praebendae sit desumenda ex erectione an ex iure communi, iuxta canonem 395 C. I. C; 3) an canonici, de quibus in canone 421 5 1 n. 4. percipere possint etiam distributiones quotidianas >.

Synopsis disceptationis. - Tridentini Patres, cap. 12. sess XXIV *dc rcf.,* prohibuerunt ne vacationes ultra 1res menses protraherentur. Attamen a Concilio Tridentino derogatum non fuit privilegiis fundationum, quibus ultra tres menses canonicis abesse licet, neque statutis a Summo Pontifice confirmatis. Haec in Codice I. C. recepta luerunt ; nam in canone 418 § 1 statuitur: " Reprobata contraria consuetudine, canonici ac beneficiarii quotidiano choro adstricti, posunt singuli abesse tres tantum menses in anno, sive continuos sive intermissos, dummodo propriae ecclesiae statuta aut legitima consuetudo servitium diuturnius non requirant ".

Quapropter conswefudo abessendi a choro ultra tres menses non tantum fuit a Concilio Tridentino revocata et nunquam a S. Congregatione permissa, sed etiam a Codice I. C. reprobata. Nec Rivat in casu canon 63 *j* 1. quia possessio, de qua est sermo, debet esse legitima, vel quasi-possessio

hirti; quod ln casu propter constantem reprobationem nunquam fieri potuit

Nec ullum *prteütçxum* e Bulla erectionis Innocenti! VIII eruitur, quia hic Pontifex facultatem contulit Archieptscopo Toletano erigendi Capitula in kcis Regni Granatensis. M Idem Archiepiscopus. anno 14SS Capitulum ca/thedrale Malar,lanum erigens. haec quidem circa residentium et servitium chorale disposuit: " volumus ut omnes et singulae dignitates, canonid et portlonarii dictae ecclesiae cathedralis teneantur residere et servire in praedicta ecclesia cathedral! cd minus per octo menses continuos aut interpositos ", Non agitur itaque de vero pnvilegio abessendi per quatuor menses, nam m citata Bulla ne verbum quidem invenitur, qued innuat har.c extraordinariam potestatem in Delegato Archiepiscopo: unde Idem Archiepiscopus nullum privilegium concedere poterat, sed munus sibi demandatum tantum explere. Ceterum verba ab eodem adhibita privikgium non innuunt, sed aliquid minimum praestandum: cd nttaux

Capitulum cathédrale MalanUnum ad ius suum ostendendum. etiam wterc *statuta,* et Bullam Iulii Pp. Π citat. Revera hic Pontifex anno 1503 Capitulo MalaciUno vacationes " ad instar ecclesiae Hispalensis " concessit; alumen non constat de tempore vacationum, et de modo concessionis Hispalensi ecclesiae factae.

De dubiis circa fructus beneficiorum adnotandum est quod in citato decreto erectionis, detracta quadam fixa portione pro singulis canonicis, omnes fructus unquam distributiones inter praesentes statuebantur.

Quoad vero duos beneficiates, quos Episcopus m suo servitio habere potest, in eodem decreto sutuitur: " integre percipient fructus tam praebendarum suarum quam etiam distributionum quotidianarum, quae interessentibus et praesentibus distribuuntur

Cum mutatae nunc sint conditiones Capitulorum praesertim in Hispania, omnia suadent ut ius commune servetur ad normam canonis 395. sicut in casu duorum beneficialorum Episcopo inservientium, quia non agebatur de vero privilegio, sed de norma statuta pro eorum remunerations

Reolütio. - Propositis itaque ex officio his, quae sequuntur, dubiis in plenario coetu diei 15 Novembris 1930:

L An constet de iure Capituli Malacitani ad *quatuor* menses vacationum in casu; II. *An sustineatur perceptio fructuum praebendae et distributionum,* in casu; IU. *An* canonici, de quibus in canone *421* 5 1 n. 4, percipere *possint etiam distributiones quotidianas, in casu;*

Emi Patres respondendum censuerunt:

Ad L Non *constare;* Ad U. *Servetur canon* 395; Ad III. Negative.

Facta autem postridie de praemissis Ssmo Dno Nostro Pio div. Prov. Pp. XI relatione per subscriptum S. Congregationis Concilii Secretarium, Sanctitas Sua easdem resolutiones approbare et confirmare dignata est — I. Bruno, *Secr.*

Aia. A. BENTLEY to CR 6 (1933) 4131414; E. JOMBART In HrT 60 (1933) 457; IP 13 (1933) 101; ME 45 (1933) 153-164; PrM 22 (1933) 155.

9%

1930 NOV 20.-SC CONG, RESP. AAS 23 (1931) 16

ROMANA et ALIARUM

Dr distributione redituum intercalarium in Italia

Cum nonnulli Episcopi Italiae ab hac Sacra Congregatione Concilii quaesierint, quaenam norma servanda sit in Italia, post Concordatum Lateranense (art 26 I 1). in reditibus anni promiscui inter beneficiarium successorem et antecessorem eiusve heredes distribuendis, de quibus in canone 1480 Codicis iuris canonici, res proposita est resolvenda in plenario Emorum Patrum eiusdem Sacrae Congregationis conventu die 15 Novembris 1930 sub dubio:

« An reditus Intercalares sive civiles siye naturales distribuendi sint in Italia iuxta annum solarem seu civilem i.

Porro iidem Efni Patres ad dubium propositum respondendum consuerunt: Affirmative.

Hanc autem resolutionem Ssiîius Dominus Pius Pp. XI In Audientia die 17 insequentis, infrascripto Secretario concr'sa, approbare et confirmaro dignatus est.

Datum Romae, ex Secretaria huius Sacrae Congregationis, die 20 Novembris 1930.—I. Card. Serafint, *Praef. L* Bruno. *Secr.*

Adn. A. BENTLEY !n CR 2 (1931) 277: *F. M.* CAPPELLO bl PrM 20 (1931) 140-143; S. ROMANI in Apoll. 4 (1931) 45-51 IP 11 (1931) 108; ME 43 (1931) 51.

997

1930 NOV 20.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

Facultas acceptandi oblationes fidelium sub forma **< BORSE DI STUDIO > PRO COLLEGIIS SERAPHICIS O. F. X.**

Preces - *Beatissimo Padre,* 11 Procuratore Gen.lc O. F. M., premesso il bacio dei Sacro piede, umilmente espone e implora quanto segue: Awiene talvolta che pie persone, alio scopo di beneficiare i nostri Collegi Serafici e favorire le vocazioni, specialmente dei fanciulli poveri, offrano assegni annui fissi sotto nome ci « Borse di studio › per il mantenimento gratuito degli alunni nel Collegio. Sembrando non essere ciô pienamente conforme al nostro stato di altissima povertà che vieta possessi stabili, e d'altronde essendo gravi le necessità dei Collegi Serafici, l'Oratore umilmente implora ITndulto Apostolico perché possano essere lecitamentc e tranquillamente accettate le dette offerte a forma di < Borse di studio >, quando se ne presenterà il caso. — Che delle preci ecc.

Rescr. - Vigore facultatum a Ss.mo D.no N. concessarum, S. Congr. Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a Revjno P. Proc. Gen.ll, Revjno Ministro Gen.li benigne committit ut, pro suo arbitrio et conscientia, petitam gratiam iuxta preces ad quinquennium concedat, servatis ceteris de iure servandis. — Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 20 Novembris 1930.—-Fr. H. M. Card. Lepicier. *Praef.* Vine. La Puma, *Secr.*

• AOFM 60 (1941) 151-152. Indultum saepe renovatum.

998

1939 NOV 21.-SC S. OFF., DECR. AAS 22 (1930) 520

Quinque libri damnantur a paulo roué editi

Feria IV, die 19 Novembris 1930

ln Generali Consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revrni Dni Cardinales, fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, damnaverunt, proscripserunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros a Paulo Roué editos, quibus tituli:

Le Procès de *Jésus, Etude historique et juridique.* Paris, André Delpeuch, éditeur;

Le *Procès de Judas dit l'Iscariot.* Paris, éditions de I'Epı;

Code de l'union libre *(Amants, Maîtresses, Enfants* naturels). Paris Librairie de Droit usuel pratique;

Traité de l'annulation du *mariage religieux.* Paris, Etienne Chiron, éditeur;

Mon formulaire d'actes sous-seings privés. Paris, Librairie de Droit usuel.

Et sequenti feria V. die 20 eiusdem mensis et anni, Ssrhus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, relatum Sibi Emorum Patrum decretum approbavit, confirmavit et publicandum iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 21 Novembris 1930.—A. Subrizi. *Supremae S. Congr. S.* Officii Notarius.

999

19» NOV 28.-SC S. OFF., DECR. AAS 23 (1931) 13

Damxatvr **UBER A GUILLERMO DELLHORA EDITUS CUI TITU-**
lvs: « **LA 1GLESIA CATOLICA ANTE LA CRITICA EN EL PENSAMIENTO Y EN EL ARTE** »

Feria *IV, die 26 Novembris 1930*

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revrni DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, tamquam praedamnatum ad normam an. 1399 Codicis iuris canonici habendum et in Indicem librorum prohibitorum inserendum esse decreverunt librum cui titulus :

Guillermo Dellhora, *La Iglesia Catôlica ante la critica en. el pensamiento y en* cl *arte.* Mexico, Ediciones Dellhora, 1929.

Et sequenti Feria V. die 27 Novembris eiusdem mensis et anni, SSrhus D. N. D. Pius divina Prov. Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 28 Novembris 1930.—A. Subrizi, *Supremae S. Congr.* S. *Officii Notarius.*

1000

1330 DEC 2.-SC CAER.» DECR. AAS 23 (1931) 56

Decretum de sacris ritibus
AB EMIS DD. PP. CARDINALIBUS ROMAE PERAGENDIS

Die 17 Novembris, plenaria habita in Aedibus Apostolicis Vaticanis sessione Congregationis Caerimonialis, Emi Patres quaestiones nonnullas ac proposita dubia sibi dirimenda susceperunt, quomodo scilicet essent interpretanda itemque exsequenda decreta duo ab eadem Sacra Congregatione die 30 Maii 1902_ [ASS 35 (1902-03) 247-252] lata de sacris ritibus ab Emis purpuratis Patribus Romae peragendis sive sollemniore pompa, sive privatim: quorum alterum, ad omnes Emos Patres Cardinales inscriptum, verbis incipit *Dignitatis eminentia;* alterum *Solemne semper Ecclesiae fuit datum* Rectoribus ecclesiarum Urbis.

Quae autem hisce continentur decretis, eadem Patres Emi Sacrae Congregationis Caerimonialis in sessione, quam supra diximus, cum die 17 superioris mensis prorsus confirmassent, tum sancte in posterum observanda statuerunt

In audientia autem die 2 Decembris 1930 a Ssmo Domino Nostro Pio XI Pontifice Maximo concessa eiusdem Congregationis Secretario, cum hic ad Beatissimum Patrem de omnibus iure actis diligenter retulisset Sanctitas Sua rata habuit quaecumque ab Emis Patribus statuta fuerant, mandavitque ut decretum *Solemne* junper *Ecclesia fuit* cum Emo Cardinali Suo in Urbe Vicario communicatum, ab eodem vicissim ad eorum carnium, quorum interesse posset, notitiam et normam transmitteretur.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Caerimonialis, die 2 Decembris 1930.—I. Card. Granito Pîgsatelli di Belmonte, Ep. Ostiensis et Albanensis, *Praef. B.* Nardone. *Secr.*

Ma. a. **BENTLEY in CR 1 (1931) 540-541; J. G in NrT 58 (1931) 347-348; ME 43 (1931) 57-59; PrM 20 (1931) 138.**

1001

1930 DEC 5.-S. POEN., DECR. AAS 23 (1931) 23-24

INCUSENTIA PLENARIA PRO DIVINI OFFICII RECITATIONE AD WGXIALES ALIASQUE PIAS MULIERES IN COMMUNITATE VIVENTES EXTENDITUR

Indulgentiam plenariam clericis in sacris constitutis, qtu integrum divinum Officium, etsi in partes distribu-

tum, coram Ssmo Sacramento sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato, recitaverint. Decreto d. d. 23 Octobris a. c. benigne concessam [LE 9891, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI. in Audientia ab infrascripto Card. Poenitentiario Maiore die 21 proxime praeteriti mensis Novembris habita, ad moniales aliasque omnes pias mulieres in communitate viventes, quae ex proprii Instituti constitutionibus ad quotidianam divini Officii recitationem tenentur, in eadem forma iisdemque sub conditionibus, lubentissime ad preces eiusdem Cardinalis Poenitentiarii Maioris extendere dignatus est. Praesenti/ in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuscumque non obstantibus. 24

Datum Romae, ex aedibus S. Poenitentiariae, die 5 Decembris 1930.—L. Card. Lauri, *Poenitentiarius Maior.* I. Tcodori, *Secr.*

Adn. **J. C. ln NrT 58 (19311 759 IP 11 (1931) 108; PrM 20 (1931) 146.**

1002

1930 DEC 6.-COM. INTP.» RESP. AAS 23 (1931) 25

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1. - De concessione indulgentiarum. **2.** - De **LEGITIMATIONE PROLIS**

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - De concessione indulgentiarum

D. An verba: in *suae iurisdictionis locis,* de quibus in canone 349 § 2 n. 2. ita intelligenda sint ut Episcopi indulgentias concedere prohibeantur religiosis exemptis vel eorum ecclesiis.

R. *Negative.*

II. - De **LEGITIMATIONE PROLIS**

D. An vi canonis 1116 per subsequens parentum matrimonium legitima efficiatur proles, ab eisdem genita detentis impedimento aetatis vel disparitatis cultus quod cessaverit tempore initi matrimonii.

R. *Negative.*

Datum ex Civitate Vaticana, die 6 mensis Decembris anno 1930.—P. Card. Gasparri, *Praeses.* I. Bruno, *Secr.*

Adn. A. BENTLEY In CR 1 (1931) 430; J. CREUSEN in NrT 58 (1931) 260-261; A. LARRAONA ln CpR 12 (1931) 11-13 et ir Apoll. 4 (1931) 55-58; REGATILLO n. 152.568; A. VER MEERSCH in PrM 20 (1931) 148-150; IP 11 (1931) 104-107; ME 43 (1931) 55.

1003

1930 DEC 16.-SC S. OFF., DECR. AAS 23 (1931) 14

Damnatur nonnulla opera sac. ludovici dennefeld

Feria IV, die 16 Iulii 1930

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Rmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, damnaverunt, proscripserunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt:

Articulum sub verbo *Messianisme* a sacerdote Ludovico Dennefeld editum in Dictionnaire de *Théologie Catholique,* Paris, Librairie Letouzey et Ané (columna a 1404 ad 1568), et eiusdem auctoris librum cui titulus *Le Messianisme,* Paris, Librairie Letouzey et Ané, 1929.

Et sequenti feria V, die 17 eiusdem mensis et anni Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI. in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit confirmavit et publicandam iussit

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 16 Decembris 1930.—A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. PrM 20 (1931) 140.

1930 DEC 27.-SU SACK. INSTR. AAS 23 (1931) 120-129

Ad RXO5 LOCORUM ORDINARIOS DE SCRUTINIO ALUMNORUM PERACENDO ANTEQUAM AD ORDINES PROMOVEANTUR

I 1. - *De Ordinariorum munere sedulo scrutandi mores candidatorum ante Ordinationem.*

I. Quam ingens Ecclesiae atque animarum saluti detrimentum inforant qui. divina destituti vocatione, sacerdotale ministerium inire praesumunt, angelicis ipsis humeris formidandum, neminem profecto fugit. Unde qui a Spiritu Sancto sunt positi regere Ecclesiam Dei. ad plurima atque ingentia avertenda mala ab ipsa Eccles^ atque a christifidellbus, sedulissimam adhibeant curam oportet, ne tanti ministerii aditus illis pateat, quibus ob defectum sacerdotalis vocationis, aptandum est illud Christi Domini; c Amen, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde, ille fur est et labo › (Ioann.. X, 1).

Hacc Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum. quae vi can. 249 t 3 competens est m causis, quibus agitur de nullitate sacrae Ordinationis aut onerum eidem adnexorum, in iisdem agitandis, rem, ut plurimum. esse animadvertit de sacerdotibus querelam moventibus adversus sacram Ordinationem, qui, etsi probare non valeant se vi aut gravi metu fuisse adactos ad sacros Ordines suscipiendos, tamen ex eis quae in actis deducuntur, aperte ostendunt, se fuisse praepostero modo in sacram militiam adlectos, seu non satis fuisse exploratam vocationem, nec libera et spontanea voluntate sacros Ordines suscepisse. Quod grave incommodum ut penitus removeatur eadem Sacra Congregatio ea instanter recolere satagit, quae S. Paulus ad Timotheum scribens commendabat: · Manus cito nemini imposueris. neque communicaveris peccatis alienis › (V. 22», quaeque relata sunt atque fusius explicata in Codice
121 iuris canonici: c Episcopus' sacros Ordines nemini conferat. nisi ex positivis argumentis moraliter certus sit de eius canonica idoneitate: secus non solum gravisûme pectat, sed etiam periculo se committit alienis commun.candi peccatis * (can. 973, $ 3).

2. In primis itaque Episcopus rationem habere debet eorum, quae vigens ius de Seminariorum disciplina constituit. necnon ceterarum normarum, quas ad nostra usque tempora Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus ad rem praestituere placuit, uti Seminariorum alumni, iis qualitatibus se ornatos exhibeant, quae ad rite, sancte ac fructuose ministerium sacerdotale exercendum hodie requiruntur. His praeterea sunt accensenda quae ius canonicum praescribit quaeque respiciunt, praeter irregularitates, impedimenta quoad sacros Ordines suscipiendos, uti ln cann. 933-987 cautum est. ceteraque. quae can. 973 in subiecto sacrae Ordinationis exlgiL

3. Quae ut probe exsecutioni demandentur. Episcopus «eu Ordinarius in perscrutandis moribus eorum qui adseribi petunt sacrae militiae, prae oculis habeat oportet, maxime interesse ut a limine eliciantur, seu ne ad tonsuram et minores Ordines admittantur ii, qui sacerdotio fungendo non sint apti, seu a Deo non sint vocati. Nam sacri Ordines, iuxta sacrorum canonum praescriptum, sub finem curriculi studiorum conferuntur: »ed « turp us elicitur, ouam non admmittitur hospes »; videlicet nemo nwcit quam sit grave ct difficile negotium, iuvenem dimittere quum paene absolverit studia theologica, nodum ob iam progressam aetatem, quocirca non facilia patet via ad aliud capessendum vitae et studiorum institutum. sed etiam ob humanarum relationum respectum, praecipue cum consanguineis et amicis, qui soliti sunt culpae, seu levitati ingenii, vertere htrwrnodi mutationes m vitae ratione, unde fit ut nullus non moveatur lapis ut ultra procedat qui «tenus progressus est

4. Praetereo, prouti eruitur ex processibus apud H. S C. agitata de nullitate -aerae Ordinationis aut adnexarum obligationum, scrutatores bene perspectas habere debent rabones, quae pass m adducuntur ab asserent bus, se veram voluntatem non habuisse recipiendi ☆cram Ordinationem, aut «altem sc submittendi gravibus sacrae Ordlr;»t:oni adnexis obligationibus. Hac ☆ration· sunt aliae ipsi· assertoribus infimae wu intnn-*fteat.* veluti cupiditas commodiori clericali vitae, uti vulgarii opinio ☆t. indulgendi. honores aucupandi, lucra sibi facile comparandi, effugiendi (et haec est hodie communissima ratio) manuum laborem, — ne rogantur fodere, seu agros excolere cum parentibus et fratribus, aut aliam similem vitae rationem prosequi; — vel fruendi privilegiis clericalibus, et potissimum exemptione a servitio militari, aut a foro saeculari; vel saltem cum clericali statu altiorem gradum, etiam civiliter aestimatum, consequendi. *Extrinseca* ratio/ ipsi postu- 15
lanti et veluti *classica* in his causis, est metus gravis, sive absolutus sive relativus, uti est metus reverentialis; utraque autem species metus est perspectissime a canonica iurisprudentia explanata.

Itaque haec Sacra Congregatio, quo facilius Rnïi locorum Ordinarii praescriptis sacrorum canonum obtemperare valeant, sequentes tradit normas, respiciente scilicet methodum scrutationum, iontesque determinans unde veritas hauriri possit. Sed mens non est Sacrae Congregationi, ut omnes et singulae inquisitiones in singulis casibus absolute peragantur, cum non semel ex his nonnullae supervacaneae sint, aut non possibiles; sed ut ea colligantur, quae de moribus ordinandorum cognosci et explorata esse debent, antequam ad sacram Ordinationem tuto procedi possit

5. Acta, quae in huiusmodi perscrutationibus conficiuntur, asservanda erunt sub secreto in Curiae tabulario.

I L De *scrutinio ante collationem primae tonsurae et minorum Ordinum faciendo.*

1. Appropinquante tempore, quo candidati erunt primam tonsuram et Ordines minores recepturi, scriptam ipsi exhibeant, duos saltem ante menses, moderatori Seminarii petitionem, sua manu exaratam et subscriptam, qua candide significent, se libera omnino voluntate atque spontanea, primam tonsuram et postea Ordines minores postulare.

2. Eiusmodi petitio, cui attestatio addenda erit de suscepto Baptismate et de recepto Confirmationis sacramento. ab eodem Seminarii moderatore, una cum sua personali informatione de oratoris idoneitate ad clericalem statum, Excmo Episcopo exhibebitur, qui nisi, attenta eiusdem moderatoris informatione habitrsque forte prae oculis aliis notitiis sibi certo cognitis, dictam petitionem a limine relidendam esse existimaverit, normas de quibus infra observabit

3. Quod si agatur de alumnis in regionalibus Seminariis vel in ecclesiasticis collegiis, tum italicis tum exteris, praesertim huius Almae Urbis, degentibus, horum moderator, nisi habitualiter peculiare mandatum inquirendi iuxta sequentes normas de eiusmodi petitionibus ab Episcopus alumnorum, attenta locorum distantia. habuerit petitionem pariter ab ipsis alumnis sibi traditam, proprio eorum Episcopo, sua informatione munitam, mittendam curabit

4. Ordinarius, in utroque casu, uti par est, ipsam petitionem ad eumdem Seminarii moderatorem remittet, cum mandato inquirendi eius nomine et auctoritate de idoneitate et qualitatibus oratoris, pro tempore quo ipse in Seminario fuit/ u

Si forte desit Seminarii Moderator et alius eius vices gerat, aut Seminarii Moderatorem non eum esse, qui in casu utilem inquisitionem peragere valeat censeat Ordinarius, hic mandatum inquirendi alii deferat

5. Seminarii moderator, diligentissime notitiam de promovendis exquirere curabit ab alumnorum praetectis» praecipue si isti sacerdotali dignitate exornentur, tum etiam ab iis qui in Seminario doctorum gerunt munus, ipsosque non solum seorsum audiet sed etiam insimul convocatos, de singularibus nempe vocationis signis, uti sunt pietas, modestia, castitas, de propensione ad sacras functiones, de studiorum profectu, de bonis moribus, ad quod inservire poterunt interrogatoria. congrua congruis referendo, quae in appendice habentur. iuxta Mod. II et III.

Quia in Seminariis dioecesanis coetus adesse debet deputatorum pro disciplina tuenda ad nonnam can. 1359. hi etiam, si de personis edocti sint, percontandi erunt in scrutiniis faciendis.

Quum Seminarii moderator Episcopo remittit notitias a se collectas illius mandato, suum pandat iudicium scu opinionem suam manifestet exinde habitam de candidati moribus et ingenio. Huiusmodi iudicium non parvi ponderis profecto erit: siquidem praesumitur. moderatorem, prae ceteris, de alumnis rectum iudicium tore laturum.

6. Ad rem autem intimius in singulis casibus perscrutandam, Episcopus, alumnorum, eorumque familiae parocho praeterea mandabit sedulo exquirere non modo de vocationis signis promovendorum, deque eorumdem wtutibus. seu pietate, sed etiam de anteacta ipsorum vitae ratione et dc praesenti; ac maxime percontabitur quomodo sese gesserint feriarum tempore, an videlicet quamdam animi levitatem ostenderint, vel profanis rebus indulserint; et quaenam sit publica ipsorum fama (Mod. ID. Insuper num candidatorum parentes bona pudeant existimatione, et quae sint rei familiaris rationes; num lucri seu quaestus causa, eos reluctantes importunis suasionibus, precibus vel minis, vel alio modo impellant ad sacerdotium ineundum, pertimescentes scilicet aliquod familiae obventurum damnum, sacra Ordinatione posthabita. Quod si haec incitamenta aut inconvenientia sint manifesta, vel prudens de iisdem adsit dubium. Ordinarius omnibus viribus ut ab incepto desistant ipsis suaviter suadebit, vel, si casus ferat, fortiter eosdem moneat parentes de poena excommunicationis ipso facto incurrenda, ab Ecclesia contra quocumque modo cogentes ad suscipiendos sacros Ordines .<atuta (can. 2352).

7. Quod si parochus consanguinitate vel affinitate sit cum promovendo coniunctus. Episcopus ab alio parocho iirt sacerdote in loco commorante notitias sumere curabit; idque praecipue quum aliquis sacros Ordines, antequam canonicae perficiantur publicationes, vel iisdem
24 legitime dispen/satis vi can. 998. erit suscepturus. Non parum etiam proderit ad praecavenda mala, quae ex sacrae Ordinationis oneribus temere susceptis oriri solent. inquirere, num aliquod abnorme ex parentibus in candidatum manavisse coniici aut suspicari fas sit, ac praecipue num corporis habitus ad libidinem sit proclivis, quod atavismum sapiat (Mod. П). Hanc inquisitionem quisquis Episcopus peragere curet pro suis subditis.

Praeterea Episcopus a Seminarii moderatore et ab huius gerente vices, seorsim auditis, quid de candidatis sincera fide sentiant, si fieri potest, expetat: quod quidem erit peragendum post iam acceptas notitias de ipsius mandato ab eodem moderatore collectas.

Aliae etiam personae sive ecclesiasticae sive saeculares probitate insignes, quae peculiares notitias de promovendis praebere possint, iuxta Mod. Ill interrogandae erunt, si eas interrogare, ex rerum et personarum circumstantiis, opportunum ducat Ordinarius, praecipue quum aliquid supersit dubii de moribus et canonica promovendi idoneitate.

9. Nec satis; nam penitius candidatorum animus singu-atim erit explorandus ab Episcopo proprio vel, eo impedito, a Vicario generali, vel ex mandato, a Semitarii moderatore, seu etiam ab iis qui totius Seminarii dsciplinae tutandae deputantur. Quod si agatur de iiumnis degentibus in Seminariis extra dioecesim, mandatum ad hoc fieri poterit Episcopo loci commorationis vel ecclesiasticae personae dignitate fulgenti, vel ipsi Seminarii moderatori. Oportet enim, ne decipiat assenrio vel fallat affectio, ut ordinandorum voluntatem Episcopus experiatur per se vel per alias memoratas personas. planeque noscat, num promovendi alienis potius suasionibus, obtestationibus, pollicitationibus pressi, seu etiam minis compulsi ac perterriti, sacram Ordinationem expetant; num etiam cognitum eis prorsus exstet, quaenam erunt onera ab eis suscipienda, ac praecipue quid caelibatus lex importet, et an parati sint hanc integre constanterque servare, divinae gratiae ope. atque opportunis rationibus pericula vitantes, adeo ut eorum conversatio, prout in Pontificali Romano legitur, probata et Deo placita exsistat, et digna ecclesiastici honoris augmento. Unde expediens erit ut idem Episcopus verba, quae in Pontificali Romano referuntur, candidatis perlegat, atque accuratius explicet, scilicet quod promo/endi iterum atque iterum considerare debeant attente, quale onus appetant; quod ante sacram Ordirationcn. .im sint liberi, licet eis pro arbitrio ad saecularia vota transire; sacris autem susceptis Ordinibus, amplius per se non possint a proposito resilire, sed Deo famulari perpetuo et castitatem servare ipsos oporteat: ideoque, dum tempus est, adhortetur promovendos ut sedulo et coram Deo cogitent, quo certior idem Episcopus fiat, num in eiusmodi proposito perseverare
18 cx animo intendant, atque ad eadem promissa im/plenda sint parati. Itaque verbis humanissimis ac more paterno eis suadebit, ut suum candide sibi animum pandant fidentissime, ipsis spondens suam, si opus fuerit, se praebiturum libenter operam, ut debita libertate fruantur; adeo ut, vero deficiente proposito, in re tam gravi, aliud comparare sibi munus possint, magis sui ingenii proclivitati accommodatum.

5 3. - De scrutinio *habendo antequam* clerici maioribus Ordinibus initientur.

1. Quando ex peractis perscrutationibus prudenter inferri possit, postulatorem ad studia theologica admitti posse, et primam tonsuram et deinde minores Ordines ei conferri, de inquisitionum actis in Curiae archivo asservatis iterum ratio habenda erit, quum alumnus postulabit ut ad subdiaconatum promoveatur. Ast Episcopus, seu loci Ordinarius non solum attendere debet quae iam acta sunt, sed, antequam subdiaconatus conferatur. candidati mores iterum perscrutetur oportet, servata methodo iam explicata. Verum supervacaneum est adnotare, haud necesse esse denuo inquirere de iis» quae ad alumni originem, eiusque parentum indolem et ingenium atque anteactos alumni mores spectant, nisi iusta exorta sit suspicio notitias ante habitas veritati non fuisse consentaneas. Interest vero semper inquirere de alumni moribus eiusque moralibus qualitatibus, quomodo nempe istae se exhibuerint ex vita in Seminario acta, atque ex profectu in studiis. Quibus peractis inquisitionibus, si nulla adsit canonica ratio, quae alumnum a subdiaconatu arcendum fore suadeat, hic scribere debebit sua manu declarationem, iuramento ab ipso firmandam, in Appendice relatam (Mod. I). qua scii, ipse fatetur se omnimoda libertate ad sacram Ordk.em accedere, riteque perspecta habere omnia onera eidem adnexa. Quae quidem declaratio erit similiter a candidatis exaranda antequam ad reliquos sacros Ordines promoveantur, diaconatum nempe et presbyteratum.

2. Quum res est dc diaconatu conferendo, ut plurimum sufficit prae oculis habere iam peractas inquisitiones, nisi interim novae perpendendae sint circumstantiae, quae dubitare cogant de sincero proposito candidati, aut dc eius morali idoneitate servandi onera, obligationesque exsequendi sacris Ordinibus susceptas-

Eiusmodi forte exortum dubium depellendum erit, iis adhibitis inquisitionibus, iuxta normas traditas, pro casus qualitate, opportunis aut necessariis. Si vero res eo deducatur, ut clare pateat subdiaconum ad diaconatum promovendum, vel sacram vocationem reapse nunquam habuisse, aut eamdem corruptis moribus amisisse, time res erit Intimius perscrutanda, prouti/ modo dicemus de subdiacono ad diaconatum promovendo, et dc presbyteratu conferendo.

3. Quoties Episcopus, antequam quis ad diaconatum aut ad sacerdotium initietur, pro certo habeat cx promovendi confessionibus aut ex aliis certis indiciis et probationibus susceptis, ipsum sacra revera vocatione esse destitutum, S. Sedem adire non omittat, candide et plane referens rerum statum, scu argumenta, quibus vehemens fovetur dubium de subdiaconi aut diaconi idoneitate ad onera maiora digne ct fideliter perferenda. Res quidem agitur tanti momenti, ut Ordinariorum conscientia graviter onerata maneat de hac obligatione, ut periculum amoveatur manus imponendi diacono vel presbytero, qui gravisimo sacrorum Ordinum oneri sustinendo, impar sit

4. Ne autem ad hoc extremum res perducatur, in animo Episcoporum et locorum Ordinariorum alte sit repositum, magnopere interesse, ab ipso limine sacrae Ordinationis eos esse depellendos, qui sunt indigni et non vocati. Hi enim sanctuarium cum ingressi sint, ut humanae cupiditati aut alterius voluntati obsequantur. ut plurimum, non se praebent uti a Deo non vocatos, sed suam minus dignam agendi rationem omnimode obtegere seu simulare solent. Sunt alii, qui bona fide minores et sacros Ordines susceperunt, sed antequam presbyteratum consequantur, experiuntur sc impares esse oneribus sacrae Ordinationis sustinendis, aut se vitiis vel moribus saecularibus implicarunt: in his. nimirum. facilius et apertius sanctae vocationis patebit defectus, iidemque ipsi, ut suae miserrimae conditioni consulatur, ultro efflagitabunt

5. Maxime proinde interest praescriptas normas adamussim et diligentissime servari, antequam Episcopi candidatos ad clericalem militiam admittant, scu ad hunc finem dimissorias litteras pro suis subditis in aliena dioecesi degentibus Episcopo loci tradant Exinde conscquetur ut sacro Ordini adscript! digni dispensatores mysteriorum Dei evadant, atque magnopere tueantur provehantque in terris regnum Dei; quod tum catholicae tum civili reipublicae feliciter benevertet

In plenariis Comitiis die 19 Decembris 1930 in Civitate Vaticana habitis. Emi ac Rmi Patres Cardinales instructionem hanc diligenti perpensam examine, concordi suffragio adprobarunt; eamque Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI. in audientia diei 26 dicti mensis et anni, audita relatione infrascripti Secretarii Sacrae Congregationis, ratam habere et confirmare dignatus est. mandans praeterea ut eadem instructio omnibus Rmis Jocorum Ordinariis notificetur, ab ipsis adamussün observanda: praecipiens etiam ut in Seminariis quolibet anno, studiorum curriculo ineunte, alumnis perlegatur, deque hisce praescriptionibus
177 fideliter adimpletis in/ ordinaria de statu dioecesis relatione S. Sedem edocere non omittant; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Placeat Rfhis locorum Ordinariis de huius Instructionis receptione huic Sacrae Congregationi referre.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 27 Decembris 1930,—M. Cars. Lega, Praef. D. Jorio, *Secr.*

APPENDIX

Mod. I

Declaratio propria manu subscribenda a candidatis in rbqptus sacris Ordinibus suscipiendis, iuranento coram Ordinario praestito.

" Ego subsignatus N. N, cum petitionem Episcopo exhibuerim pro recipiendo sutdiaconalus (seu dueonatus vel prcùytaratusi. Ordine, sacri instante Ordinatione, ac diligenter re perpensa coram Deo. iuramento interposito, testificor in pnmis. nulla me coactione «u vi. r.tc ullo impelli timore in rteipteodo eodem lucro Ordine, sed ipsum sponte exoptare, ac !«u hbcraque voluntate eumdem velle, cum experur ac sentiam a Deo me esse revera v-catum.

* Fateor müü plene esse engrita cuncta onera caetcraque ex eodem sacro Ordine dimanantix quae sponte suscipere velo ac propono, eoque toto meae vitae curriculo. Deo opitulante, diligentissime servare constituo.

" Praecipue quae caelibatus lex importet clare me percipere ostendo, eamque libenter explere atque integre servare usque ad extremum. Deo adlutore. firmiter statuo.

* Denique sincera fide spondeo iugiter me fore, ad normam m Canorum, obtemperaturum obsequentissime iis cmn-bui. quae mei praecipient Praepositi, et Ecclesia disciplina exiget, paratum virtutum exempla praebere sive opere sivè sermone, adeo ut de tanti officii susceptione remunerari a Deo merear.

" Sic spondeo, sic voveo, sic Iuro, sic me Deus adluvet et haee Sancta Dei Evangelia. quae manibus meis tango "

125 'Loco) die . menus anni .. /

Mod. II

Inquisitio ope *Parochorum peragenda*

Parochus in sua scripta relatione super his mentem smm aperiet:

1. Num clericus m explendis pietatis operibus, videlicet in pus peragendis commentationibus, in audienda Missa, tn vmtatione SaflU Sacramenti atque in raartali rosario rrcitarxio sedulus et devotus exstet.

2. Num ad sacram Confessionem ct ad sacram Synaxim crebro ac devote accedat.

3 Num diligenter ac ple m sacris functionibus suum mimstenum expleat

4. Num chnrttanae doctrinae tradendae, quatenus huic titra Seminarium addictus fuerit suam operam navet.

5. Num studium curamque predat divinum provehendi cultum, anlnijrum curandi bonum, atque ad sacra exercenda ministeria propensionem patefaciat

0 Quibus epeciatim intendat studiis, et qua sedulitate.

7. Num profanis perlegendis libris dlariisque. odium centra fidem, vel bonos merès, foventibus, sit deditus.

B. Nam autunnalibu» ferdi. extra Seminarium clericali veste uxus ict atque utatur.

9. Num praedictis feriis cum aliquibus utriusque sexus pertnris non bonae famae, au', etiam bonae famae sed cum scandalo et admiratione fidelium, si aeatur de personis alterius sexus, familiaritatem foverit, vel loca frequentaverit haud suspicione carentia.

10 Num in kquendo probum ac integrum sese ostenderit

11 Num occasionem praebuerit ut censoria nota afflcetur circa mores, vel Ecclesiae doctrinam et praecepta.

12 Quomodo se gerat cum pueris, puellis aliisque diversi sexus personis

t Prlewam »vo caMidMin ad ulteriores ucrot Ordinet pronoreefar v condura prwiato eunurl «ddktu» tuerit, ddid debet.

13. Num se proclivem exhibeat ad vitae commoda, ad copiosum hauriendum vinum, ad liquores sumendos, atque ad profana oblectamenta capienda.

14. Num caritatem ostendat, demissionemque itque obsequium iis qui praesunt, praebeat.

15. Quae sit publica de Ipsius vocatione opinio/ 13

16. Num inter parentes alicuius infirmitatis indicia, ac praecipue mentis morumque pravorum, adsint, quae atavismum suspicari sinant.

17. Num parentes, vel alter e familia ipsum impellant ad sacerdotium ineundum.

Mod. III

Interrogatorium aliis personis probis proponendum

Quo autem facilius personae probae interrogationibus responsa praebeant, haec ab ipsis erunt exquirenda:

1. An clericus in ecclesia, sive in consuetudine cum aliis habenda, pie. graviter, prudenterque se gesserit ac gerat.

2. An aliquod de sua vocatione ad sacros Ordines foveri possit dubium, et qua ratione.

X An parentes vel alter e familia ad eosdem suscipiendos sacros Ordines ipsum impellant.

4. An familiariter utatur cum iis, qui in suspicionem veniant de fidei carentia, vel de malis moribus.

5. Quae sit publica et praecipue praestantiorum hominum existimatio de agendi ratione, tum morali tum rehSosa. eiusdem clerici, et de eius vocatione ad sacerdotium eundum.

Adn. A. BENTLEY In CR 2 (1931) 85; J. CREUSEN In NrT 55 (1931) 539-545.A. LARRAONA in Apoll. 4 (1931) 207-210; U. LOPEZ in PrM 29 (1940) 302-307; REGATILLO n. 470: I. SALSMANS In NrT S0 (1933) 401-413; PrM 20 (1931) 255-255.

1005

1930 DEC 31.-PTVS XI. ENCYC. AAS 22 (1930) 539-592

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles fratres patriarchas, primates, ISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES:

De matrimonio christInno spectatis praesentibus familiae ct societatis condicionibus, necessitatibus, erroribus, vitiis

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Casti connubii quanta sit dignitas, ex eo maxime dignosci potest. Venerabiles Fratres, quod Christus Dominus. Aeterni Patris Filius, came lapsi hominis assumpta. non solum amantissimo illo consilio, quo universam nostri generis instaurationem peregit, hoc quoque societatis domesticae atque adeo humanae consortionis principium et fundamentum peculiari quadam ratione complecti voluit; sed illum etiam, ad pristinam divinae institutionis integritatem revocatum, ad verum et < magnum »' Novae Legis Sacramentum evexit, eiusque propterea disciplinam curamque totam Ecclesiae Sponsae Suae commisit.

Ex hac tamen matrimonii renovatione ut apud omnes totius orbis et cuiusque temporis gentes exoptati colligantur fructus, hominum mentes in primis debent germana/ Christi de matrimonio doctrina illuminari; dein- 5»
de Christiani coniuges. interiore Dei gratia infirmas voluntates roborante, omnem suam cogitandi agendlque rationem ad purissimam illam Christi legem componant oportet, unde veram sibi ac familiae suae beatitudinem et pacem nanciscantur.

At contra, non modo Nos ex hac Apostolica quasi specula circumspicimus, sed vos ipsi. Venerabiles Fratres, et cernitis et una Nobiscum profecto vehementer doletis complures homines, divinum illud instaurationis opus oblitos, tantam christiani coniugii sanctitatem aut penitus ignorare aut impudenter negare aut etiam, falsis novae cuiusdam et perversae admodum morum doctrinae principiis innixos, passim conculcare. Qui quidem perniciosissimi errores pravique mores cum etiam inter fideles induci coepti sint et sensim sine sensu

Epftei.. V. 32. 1 Litt. Encycl. Arcanum dirinae m

altius in dies sese insinuare contendant, pro Christi in terns Vicarii ac supremi Pastoris et Magistri munere, Nostrum esse duximus Apostolicam attollere vocem, ut oves Nobis commissas a venenatis pascuis deterreamus et quantum in Nobis est, immunes servemus.

Vos igitur, Venerabiles Fratres, et per vos universam Ecclesiam Christi, atque adeo humanum genus universum, de Christiani matrimonii natura, dignitate, commodis beneficiisque inde in familiam atque humatam ipsam societatem emanantibus, de erroribus gravissuno huic evangelicae doctrinae capiti contrariis, de vitiis eidem coniugali vitae adversis, de praecipuis denique remediis adhibendis, alloqui statuimus, vestigiis inhaerentes fel. rec. Leonis XIII, decessoris Nostri, cuius de matrimonio Christiano Encyclicas Litteras *Arcanum*, * ante quinquaginta annos datas, hisce Nostris et Nostras facimus et confirmamus et, dum nonnulla pro aetatis nostrae condicionibus ac necessitatibus paulo fusius exponimus, non modo non obsolevisse sed ple-
& um suam vim retinere declaramus./

Atque ut ab his ipsis Litteris initium faciamus, quae totae fere sunt in vindicanda divina matrimonii ■astitutione eiusque sacramentali dignitate et perpetua firmitate, primum quidem id maneat immotum et inviolabile fundamentum: Matrimonium non humanitus institutum neque instauratum esse, sed divinitus; non ib hominibus, sed ab ipso auctore naturae Deo atque eiusdem naturae restitutore Christo Domino legibus esse communitum, confirmatum, elevatum; quae proinde leges nullis hominum placitis, nulli ne ipsorum quidem coniugum contrario convento obnoxiae esse pos-

Haec Sacrarum Litterarum est doctrina,1 haec constans atque universa Ecclesiae traditio, haec sollemnis Sacrae Tridentinae Synodi definitio, quae perpetuum indissolubilemque matrimonii nexum eiusdemque unitatem ac firmitatem a Deo auctore manare ipsis Sacrae Scripturae verbis praedicat atque confirmat.4

At, quamquam matrimonium suapte natura divinitus est institutum, tamen humana quoque voluntas suas in eo partes habet easque nobilissimas; nam singulare quodque matrimonium, prout est coniugalis coniunctio inter hunc virum et hanc mulierem, non oritur nisi ex Ubero utriusque sponsi consensu: qui quidem liber voluntatis actus, quo utraque pars tradit et acceptat as coniugii proprium,5 ad verum matrimonium constituendum tam necessarius est ut nulla humana potestate suppleri valeat * Haec tamen libertas eo tantum pectat ut constet, utrum contrahentes re vera matrimonium inire et cum hac persona inire velint an non; Ubertati vero hominis matrimonii natura penitus subducitur. ita. ut. si quis semel matrimonium contraxerit, divinis eius legibus et essentialibus proprietatibus subiciatur. Nam Angelicus Doctor de fide et prole disserens,
ic ‹ haec, inquit, in matrimonio ex ipsa pactione coniugali
‹ causantur, ita quod si aliquid contrarium his exprit meretur in consensu qui matrimonium facit, non
‹ esset verum matrimonium ».7

Coniugio igitur animi iunguntur ct coalescunt, hique prius et arctius quam corpora, nec fluxo sensuum vel injr.orum affectu, sed deliberato et firmo voluntatum decreto: et ex hac animorum coagmentatione, Deo sic itaîuente, sacrum et inviolabile vinculum exoritur.

Quae contractus huius natura propria omnino et tngularis, eum toto caclo diversum facit cum a coniusctionibus pecudum solo naturae caeco instinctu factis, in quibus nulla ratio est nec voluntas deliberata, tum ab iis quoque hominum vagis coniugiis. quae ab omni vero honestoque voluntatum vinculo remota sunt et quovis domestici convictus iure destituta.

Exinde iam constat legitimam quidem auctoritatem mre pollere atque adeo cogi officio coercendi, impediendi, puniendi turpia coniugia. quae rationi ac nature adversantur; sed cum de re agatur ipsam hominis Laturam consequente, non minus certo constat id qood fel rec. Leo XIII decessor Noster palam monuit: l
f In deligendo genere vitae non est dubium, quin in
t potestate sit arbitrioque singulorum alterutrum mal-
‹ le: aut lesu Christi sectari de virginitate consilium,
‹ aut maritali se vinculo obligare. Ius coniugii naturale
‹ et primigenum homini adimere, causamve nuptiarum
‹ praecipuam, Dei auctoritate initio constitutam, quo-

Mntfce; 10 Pebr. 1880. ' Gen.. I, 27-33; II, 22-23; Matth. XIX, 3 sqq.; *Ephes.*, V, 23 sqq. · *Cone. Trident., seu.* XXIIΓ. › Cfr. *Cod. iur. can., c.* 1081 § 2. · Cfr. *CodL tur.* en., c. 1031 **jl.** T S. Thom. Aquln., *Summa thcolog.*, p. IU. Supp'enj.. q. XLIX. art 3. 1 Litt. Encycl. ***Rerum No-***

‹ quo modo circumscribere lex hominum nulla potest:
« Crescite et multiplicamini ».·

Itaque germani connubii sacrum consortium divina simul et humana voluntate constituitur: ex Deo sunt ipsa matrimonii institutio, fines, leges, bona; Deo autem dante/ atque adiuvante, ex hominibus est, per generosam quidem propriae personae pro toto vitae tempore factam alteri traditionem, particulare quodlibet matrimonium cum officiis ac bonis a Deo statutis coniunctum. 543

I.

Quae vero quantaque sint haec veri matrimonii bona divinitus data dum exponere aggredimur. Venerabiles Fratres, illius Nobis praeclarissimi Ecclesiae Doctoris verba occurrunt, quem non ita pridem, Nostris Encyclicis Litteris *Ad salutem* pleno ab eius obitu saeculo xv datis,w celebravimus: « Haec omnia, - inquit S. Augu-
« stinus. - bona sunt, propter quae nuptiae bonae sunt:
« proles, fides, sacramentum ».11 Quae tria capita qua ratione luculentissimam totius de Christiano connubio doctrinae summam continere iure dicantur, ipse Sanctus Doctor diserte declarat, cum ait: « *In fide* attendi-
‹ tur ne praeter vinculum coniugale cum altero vel
« altera concumbatur; tn prole, ut amanter suscipiatur,
c benigne nutriatur, religiose educetur; in *sacramento*
« autem, ut coniugium non separetur, et dimissus aut
‹ dimissa, nec causa prolis, alteri coniungatur. Haec
‹ est tamquam regula nuptiarum, qua vel naturae de-
« coratur fecunditas vel incontinentiae regitur pra-
‹ vitas ».12

Itaque primum inter matrimonii bona locum tenet proles. Et sane ipse humani generis Creator, qui pro sua benignitate hominibus in vita propaganda administris uti voluit, id docuit cum in paradiso, matrimonium instituens, protoparentibus et per eos omnibus futuris coniugibus dixit: « Crescite et multiplicamini et replete terram ».u Quod ipsum Sanctus Augustinus ex Sancti Pauli Apostoli/ verbis ad Timotheum lK perbelle 544
eruit, dicens: « Generationis itaque causa fieri nuptias,
‹ Apostolus ita testis est: Volo, inquit, *iuniores nubere.*
« Et quasi ei diceretur: Ufqutd?. continuo subiecit:
‹ *Filios procreare, matresfamilias esse* ».u

Quantum vero hoc Dei beneficium sit et matrimonii bonum ex hominis dignitate et altissimo fine apparet. Homo enim vel solius rationalis naturae praestantia omnes alias creaturas visibiles superat Accedit quod Deus homines generari vult, non ut solum sint et impleant terram, sed multo magis, ut Dei cultores sint, ipsum cognoscant et ament eoque tandem perenniter fruantur in caelis; qui finis ex mirabili hominis per Deum in supernaturalem ordinem elevatione, omne superat quod oculus vidit, et auris audivit et in cor hominis ascendit 14 Ex quo facile apparet proles, omnipotenti Dei virtute, coniugibus coopcrantibus, orta, quantum divinae bonitatis sit donum, quam egregius matrimonii fructus.

Christiani vero parentes intelligant praeterea se non iam solum ad genus humanum in terra propagandum et conservandum, immo vero, non ad quoslibet veri Dei cultores educandos destinari, sed ad pariendam Ecclesiae Christi subolem, ad cives Sanctorum ct domesticos Del17 procreandos, ut populus Dei et Salvatoris nostri cultui addictus in dies augeatur. Etsi enim christiani coniuges, quamvis ipsi sanctificati. sanctificationem in prolem transfundere non valent, immo naturalis generatio vitae facta est mortis via, qua originale peccatum transeat in prolem; aliquid tamen quodammodo participant de primaevo illo paradisi coniugio, cum eorum sit propriam subolem Ecclesiae offerre, ut ab illa matre filiorum Dei fecundissima per/ lavacrum 545
baptismatis ad supernaturalem iustitiam regeneretur, et vivum Christi membrum, immortalis vitae particeps, atque aeternae gloriae, quam omnes toto pectore concupiscimus. heres tandem fiat

Quae si perpendat mater vere Christiana, intclliget profecto, celsiore quodam ct pleno solatii sensu, dc se illud Redemptoris nostri dictum esse: « Mulier, cum
« peperit puerum, iam non meminit pressurae, propter
«gaudium, quia natus est homo in mundum »; " om-

varum. 15 Mali 1891. · *Gen.,* I. 28. » Lltt. Encycl. *Ad salutem.* 20 Apr. 1933. « S August., *De bono contuQ.,* cap 24, n. 32. u S. August.. *De Gen. ad Utt.,* lib. IX. cap 7. n 12 w *Gen.. I,* 28. * / *Tim.,* V, 14. ·' S. August. *De bono coniup.* cap. 24. n. 32. »· Cfr. f Cor.. II. 9. ” Cfr *Ephes.,* II. 19. Io., XVI. 21. *n* Encycl *Dwint*

nibusque materni officii doloribus, curis, oneribus maior effecta, multo iustius et sanctius quam matrona illa romana, Gracctorum mater, florentissima libero-
rum corona in Domino gloriabitur. Uterque vero coniux bos liberos, prompto gratoque animo e manu Dei susceptos. ut talentum sbi a Deo commissum intuebitur, quod non in suum neque in terrenae tantum reipublicae commodum impendat, sed in die rationis Domino cum fructu restituât

Procreations autem beneficio bonum prolis haud sane absolvitur, sed alterum accedat oportet, quod débita prolis educatione continetur. Parum profecto generatae proh atque adeo toti generi humano providisset sapientlssimus Deus» nisi, quibus potestatem et ius dederat generandi, iisdem ius quoque et officium tribuisset educandi. Neminem enim latere potest prolem, ne tn iis quidem quae ad naturalem vitam, multoque minas in iis quae ad vitam supematuralem pertinent, sibi ipsam sufficere et providere posse, sed aliorum auxilio, institutione, educatione per multos annos indigere, Compertum autem est, natura Deoque iubentibus. hoc educandae prolis ius et officium illorum in primis esse, qui opus naturae generando coeperunt, mchoatumque. imperfectum relinquentes» certae ruinae exponere omnino vetantur. lamvero huic tam neccessariae liberorum educationi optima qua firei potuit
M6 ratione provisum est in matrimonio, n> quo, cum parentes insolubili inter se vinculo connectante, utriusque opera mutuumque auxilium semper praesto est

Cum autem do Christiana iuventutis educatione alias copiose egerimus." haec omnia nunc iteratis Sancti Augustini verbis complectamur: c In prole (attendi-
‹ turi, ut amanter suscipiatur..., religiose educetur »* quod quidem ipsum in Codice iuris canonici quoque nervose edicitur: ‹ Matrimonii imis primarius est pro-
‹ cmtlo atque educatio prolis ».a

Neque id denique silendum quod, cum tantae dignitaU tantque momenti sit utrumque hoc munus parentibus in bonum prolis commissum, facultatis a Deo ad novam vitam procreandam datae honestus quilibet usus, :p$o Creatore ipsaque naturae lege iubentibus, solius matrimonii ius est ac privilegium et intra sacros connubii limites est omnino continendus.

Alterum matrimonii bonum, quod diximus ab Augustino commemoratum, est bonum iron, quae est mutua coniugum la contractu coniugah implendo fidelitas, ut quod ex hoc contractu divina lege sancito alteri comugi unice debetur, id neque ei denegetur neque cuivis permittatur; neque ipsi coniugi concedatur quod, utpote divinis iuribus ac legibus contrarium et a fide coniugall maxime alienum, concedi nunquam potest.

Quapropter haec fides in primis postulat absolutam coniugii unitatem, quam in protoparentum matrimonio Creator ipse praestituit, cum illud noluerit esse nisi Inter unum virum et mulierem unam. Et quamquam deinde hanc primaevam legem supremus Legislator Deus ad tempus aliquantum relaxavit, nullum tamen
547 dubium est quin illam pristinam perfcctamque unitatem ex integro restituerit omnemque dispensationem abrogaverit Evangelica Lex. ut Christi verba et constans Ecclesiae sive docendi sive agendi modus palam ostendunt. Iure igitur Sacra Tridentina Synodus sollemniter professa est: ‹ Hoc autem vinculo duos tantummodo « copulari et comungi Christus Dominus apertius do-
I cuit, cum. dixit: Itaque iam non sunt duo, sed « ❦ caro ».°

Nec vero tantum damnatam voluit Christus Dominus quamhbet rive successivam sive simultaneam. quae dicitur, polygamiae et polyandriae formam, externumvc aliud quodvis inhonestum opus, sed, ut sacra connubli septa inviolata prorsus custodiantur, ipsas quoque de hit omnibus cogitationes voluntarias atque desideria prohibuit: « Ego autem dico vobis quia omnis qui vi-
‹ derit mulierem ad concupiscendum eam, iam moet cbatus est eam in corde suo ».° Quae Christi Domini verba ne alterutrius quidem coniugis consensu irrita fieri poMunt. Dei enim et naturae exhibent legem, quam nulla ur.quam hominum voluntas infringere aut flectere valet "

Quin et mutua Inter ipsos coniuges familiaris coniu» ludo ut bonum fidei debito splendeat nitore, nota ciri itatis Inrignin debet, ita ut coniuges ad Dei natu-
raeque legis normam sese in omnibus gerant, et sapientissimi sanctissimique Creatoris voluntatem cum magna erga Dei opus reverentia semper sequi studeant.

Haec autem, quae a Sancto Augustino aptissime appellatur castitatis fides, et facilior et multo pHan iucundior ac nobilior efflorescet ex altero capite praestantissime»: ex coniugali scilicet amore, qui omnia conjugalis vitae officia pervadit et quemdam tenet in Christiano coniugio principatum/ nobilitatis. ‹ Postulat $$
‹ praeterea matrimonii fides ut vir et uxor singulari
‹ quodam sanctoque ac puro amore coniuncti sint; πε-
ι que ut adulteri inter se ament, sed ut Christus dilexit
‹ Ecclesiam; hanc enim regulam Apostolus praescrip-
‹ sit, cum ait: Viri, *diligite uxores vestras sicut et*
‹ *Christus dilexit Ecclesiam;3* quam certe immensa illa
« caritate, non sui commodi gratia, sed Sponsae tantum
‹ utilitatem sibi proponens, complexus est ». * Caritatem igitur dicimus, non carnali tantum citiusque evanescente inclinatione innixam, neque in blandis solum verbis, sed etiam in intimo animi affectu positam atque. — siquidem probatio dilectionis exhibitio est operis," - opere externo comprobatam. Hoc autem opus in domestica societate non modo mutuum auxilium complectitur, verum etiam ad hoc extendatur oportet, immo hoc in primis intendat, ut coniuges inter se iuventur ad interiorem hominem plenius in dies conformandum perficiendumque; ita ut per mutuam vitae consortionem in virtutibus magis magisque in dies proficiant, et praecipue in vera erga Deum proximosque caritate crescant in qua denique ‹ universa Lex pendet et Prophetae ».·

Scilicet absolutissimum totius sanctitatis exemplar hominibus a Deo propositum, quod est Christus Dominus, omnes cuiuscumque sunt condicionis et quamcumque honestam vitae rationem inierunt, possunt ac debent imitari atque, Deo adiuvante, ad summum quoque Christianae perfectionis fastigium, ut complurium Sanctorum exemplis comprobatur, pervenire.

Haec mutua coniugum interior conformatio, hoc assiduum sese invicem perficiendi studium, verissima quadam ratione, ut docet Catechismus Romanus,2l etiam primaria matrimoni causa et ratio dici potest, si tamen matrimo nium non pressius ut institutum aa prolem rite procreandam educandamque, sed latius ut totius vitae communio, consuetudo, societas accipiatur.

Cum hac eadem caritate reliqua coniugii tam iura quam officia componantur necesse est; ita ut non solum iustitiae lex, sed etiam caritatis norma sit illud Apostoli: ‹ Uxori vir debitum reddat; similiter autem et uxor viro ». *

Firmata denique huius caritatis vinculo domestica societate, floreat in ea necesse est ille, qui ab Augustino vocatur *ordo amoris*. Qui quidem ordo et viri primatum in uxorem ct liberos, et uxoris promptam nec invitam sublectionem obtemperationemque complectitur. quam commendat Apostolus his verbis: ‹ Mulieres viris suis subditae sint sicut Domino; quoniam vir « caput est mulieris, sicut Christus caput est Eccle-
« siae ».n

Haec autem obtemperatio non libertatem negat neque aufert, quae ad mulierem tam pro humanae personae praestantia quam pro nobilissimis uxoris, matris, sociae muneribus pleno iure pertinet; neque obsecundare eam iubet quibuslibet viri optatis, ipsi forte rationi vel uxoris dignitati minus congruentibus; nec denique uxorem aequiparandam docet personis, quae in iure minores dicuntur, quibus ob maturioris iudicii defectum vel rerum humanarum imperitiam liberum suorum iurium exercitium concedi non solet; sed vetat exaggeratam illam licentiam, quae familiae bonum non curat, vetat in hoc familiae corpore cor separari a capite, cum maximo totius corporis detrimento et proximo ruinae periculo. Si enim vir est caput» mulier est cor. et sicut ille principatum tenet regiminis, haec amoris principatum sibi ut proprium vindicare potest et debet.

Haec dein uxoris viro suo obtemperatio, ad gradum et modum quod attinet, varia esse potest pro variis personarum, locorum, temporum condicionibus; immo si vir officio suo defuerit, uxoris est vices eius in dirigenda familia supplere. At ipsam familiae structuram eiusque legem praecipuam, a Deo constitutam et firmatam, evertere aut tangere numquam et nusquam licet

tflht Viçtriri. 11 Dee 1Ï29 ’ S. Aopst^ *Dr Gm.* ed lift, 3b tX. ai? T. n. 12 ” Cod. *tsr. een.. e.* 1013. 5 1. a *r* ᾠ XXIY n Mttlh. V. Ω « Cfr β. Officii. 7 Kart 10T». propm 50. » *Rphêf.,* V. 25; cfr CoL. IП. 19 › *Catech. Rom.,* II. cap. vm. q. 34. Cfr. S. Greg. M . *Hwnil. XXX tn Evang.,* (Io.. XIV, 23-3D. «· L Maith.. XXП. 40 » Cfr. *Catcch. Rem.,* p. П. cap. VW. q 13 » *r Cor.. VU.* 3. « *Ephes.,* V. 32»

Persapienter de hoc uxorem inter et virum ordine servando feL rec. decessor Noster Leo XIII in iis, quas commemoravimus, de christiano coniugio Encyclicis Litteris docet: ‹ Vir est familiae princeps et caput mu‹ lieris; quae tamen, quia caro est de carne illius, et ‹ os de ossibus eius, subiciatur pareatque viro, in mo‹ rem non ancillae, sed sociae; ut scilicet oboedientiae ‹ praestitae nec honestas nec dignitas absit. In eo au‹ tem qui praeest. et in hac quae paret, cum imaginem ‹ uterque referant alter Christi, altera Ecclesiae, divina ‹ caritas esto perpetua moderatrix officii ».u

Haec sunt igitur, quae bono fidei comprehenduntur; unitas, castitas, caritas, honesta nobilisque oboedientia; quae, quot sunt nomina, tot sunt coniugum atque coniugii emolumenta, quibus pax, dignitas, felicitas matrioonii in tuto collocentur atque promoveantur. Quare nurum profecto non est, hanc fidem inter eximia et matrimonii propria bona semper fuisse numeratam atque habitam.

Attamen tantorum beneficiorum summa completur et quasi cumulatur illo Christiani coniugii bono, quod Augustini verbo nuncupavimus sacramentum. quo denotatur et vinculi indissolibilitas et contractus in efficax gratiae signum per Christum facta elatio atque consecrabo.

Et primo quidem, indissolubilem foederis nuptiajis firmitatem ipse Christus urget dicendo: « Quod Deus c coniunxit. homo non separet »; w et: c Omnis, qui i dimittit uxorem suam, et alteram ducit, moechatur: SI ‹ et qui dimissam ·' a viro ducit, moechatur ⁕.

In hac autem indissolubilitate Sanctus Augustinus hoc quod vocat bonum sacramenti ponit apertis his verbi: ‹ ln sacramento autem [attenditur], ut coniugium ‹ non separetur, et dimissus aut dimissa, nec causa pro‹ lis, alteri coniungatur ».u

Atque haec inviolabilis firmitas, quamquam non eidem perfectissimaque mensura ad singula, ad omnia tamen vera coniugia pertinet: nam illud Domini: Quod Deus coniunxit, *homo non separet,* cum de protoparentum connubio, cuiusvis futuri coniugii prototype. dictum sit. ad omnia prorsus vera matrimonia spectare necesse est. Quamquam igitur ante Christum dia primaevae legis sublimitas et severitas adeo temperata est, ut Moyses ipsius populi Dei civibus ad duritiam cordis eorum libellum repudii certis de caulis dare permiserit; Christus tamen pro sua supremi legislatoris potestate hanc maioris licentiae permissionem revocavit et primaevam in integrum restituit legem per illa verba nunquam oblivioni danda: *Quod* Dnu coniunxif, *homo non separet.* Quare sapientissime fel rec. Pius VI decessor Noster ad Agrlensem Episcopum rescribens: ‹ Quo de manifesto patet, inquit, ma« trimonium vel in ipso statu naturae, ac sane ante i multo quam ad proprie dicti Sacramenti dignitatem i eveheretur, sic divinitus institutum esse, ut secum i afferat perpetuum indissolubilemque nexum, qui ‹ proinde nulla civili lege solvi queat. Itaque licet Επi cramenti ratio a matrimonio seiungi valeat, velut in‹ ter infideles, adhuc tamen in tali matrimonio, siqui‹ dem verum est matrimonium, perstare debet, omni‹ roque perstat perpetuus ille nexus, qui a prima ori‹ gir.e divino iure matrimonio ita cohaeret, ut nulli ‹ subsit civili potestati. Atque adeo quodeumque ma- f trimonium contrahi dicatur, vel ita contrahitur ut ‹ reapse sit verum matrimonium, tumque adiunctum ‹ habebit perpetuum illum nexum divino iure omni 22 ‹ vero matrimonio/ cohaerentem; vel contrahi supponi‹ tur s;ne illo perpetuo nexu, tumque matrimonium non ‹ est. sed illicita coniunctio divinae legi ex obiecto re‹ pugnans; quae proinde nec inirl potest nec retine‹ ri ⁕.

Quod si exceptioni, etsi rarissimae, haec firmitas obnoxia videatur, ut in quibusdam coniugiis naturalibus jolum inter infideles initis vel, si inter christifideles. ratis illis quidem sed nondum consummatis, ea exceptio non ex hominum voluntate pendet, neque potestatis cuiuslibet mere humanae, sed ex iure divino, cuius una custos atque interpres est Ecclesia Christi. Nulla tamen, neque uDam ob causam, facultas huiusmodi cadere unquam poterit in matrimonium Christianum ratum atque consummatum. In eo enim, quemadmodum maritale foedus plene perficitur, ita maxima quoque ex Dei voluntate firmitas atque indissolubilitas, nulla hominum auctoritate relaxanda, elucet.

Huius autem divinae voluntatis intimam rationem si reverenter investigare velimus. Venerabiles Fratres, facile eam inveniemus in mystica Christiani connubii significatione, quae in consummato inter fideles matrimonio plene perfecteque habetur. Teste enim Apostolo, in sua (quam ab initio innuimus) ad Ephesios epistola.53 Christianorum connubium perfectissimam illam refert coniunctionem, quae Christum inter et Ecclesiam intercedit: ‹ Sacramentum hoc magnum est. ego autem dico, ‹ in Christo et in Ecclesia »: quae quidem coniunctio, quamdiu Christus vivet et Ecclesia per ipsum, nulla profecto separatione unquam dissolvi poterit. Quod etiam Sanctus Augustinus diserte docet his verbis: « Hoc enim custoditur in Christo et Ecclesia, ut vivens ‹ cum vivente in aeternum nullo divortio separetur. « Cuius Sacramenti tanta observatio est in civitate Dei ‹ nostri, ... hoc est in Ecclesia Christi .... ut cum filio« rum procreandorum causa, vel nubant feminae, vel/ « ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relin‹ quere ut alia fecunda ducatur. Quod si quisquam fe« cerit, non lege huius saeculi (ubi, interveniente repu« dio, sine crimine conceditur cum aliis alia copulare « connubia; quod etiam sanctum Moyscn Dominus « propter duritiam cordis illorum Israelitis permisisse « testatur); sed lege Evangelii reus est adulterii, sicut « etiam illa si alteri nupserit ».M

Quot vero quantaque ex matrimonii indissolubilitate fluant bona, eum fugere non potest qui vel obiter, cogitet sive de coniugum prolisque bono sive de humanae societatis salute. Et primum quidem coniuges in hac firmitate certum habent perennitatis signaculum, quod generosa propriae personae traditio et intima suolum animorum consociatio suapte natura tantopere exigit, cum vera caritas finem nesciat.” Firmum praeterea adstruitur fidae castitati propugnaculum contra infidelitatis incitamenta, si qua interius exteriusve obiciantur; anxio timori num adversitatis aut senectutis tempore alter coniux sit recessurus, quivis praecluditur aditus eiusque loco quieta statuitur certitudo. Servandae item utriusque confugis dignitati ac mutuo auxilio praestando quam aptissime providetur, cum per insolubile vinculum perpetuo perseverans coniuges continenter admoneantur se non caducarum rerum causa, nec cupiditati ut inservirent, sed ut altiora et perpetua bona sibi mutuo procurarent, nuptiale iniisse consortium. quod nisi morte solvi non queat. Liberorum quoque tuitioni et educationi, quae ad multos annos produci debet, optime consulitur, cum gravia et diuturna huius officii onera unitis viribus facilius a parentibus ferantur. Neque minora toti humanae consortioni oriuntur bona. Usu enim cognitum habemus matrimoniorum inconcussam firmitatem uberrimum esse honestae vi- 554
tae morumque integritatis fontem; hoc autem ordine servato, felicitas salusque rei publicae in tuto positae sunt: nam talis est civitas, quales sunt familiae et homines, ex quibus ea constat, ut corpus ex membris. Quapropter, cum de privato coniugum ct prolis, tum de publico societatis humanae bono optime merentur, qui inviolabilem matrimonii firmitatem strenue defendunt

Verum hoc sacramenti bono, praetor indissolubilem firmitatem, multo etiam celsiora emolumenta continentur, per ipsam *Sacramenti* vocem aptissime designa ta; Christianis enim hoc non inane ct vacuum est nomen. cum Christus Dominus « Sacramentorum institutor atque perfector >,· suorum fidelium matrimonium ad verum et proprium Novae Legis Sacramentum provehendo, illud re vera effecerit peculiaris illius interioris gratiae signum et fontem, qua eius ‹ naturalem « illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem e confirmaret, coniugesque sanctificaret i *

Et quoniam Christus ipsum coniugalem inter fideles validum consensum signum gratiae constituit, ratio Sacramenti cum christiano coniugio tam intime coniungitur, ut nullum inter ƀaptizato verum matrimonium esse possit, ‹ quin sit eo :pso Sacramentum ».

Cum igitur sincero animo fideles talem consensum praestant, aperiunt sibi sacramcntalfs gratiae thesaurum. ex quo supematurales viros hauriant ad off.cia et munera sua fideliter, sancte, perseveranter ad mortem usque adimplenda.

- D:t. Erxyrl. *Arcanum,* 10 Fcbr. 1880. ° Maith., XIX. *S.* u Luc.. XVI, 18. *n* s. August.. *Dc Gen. ad Uti.,* lib. IX. c. 7. n. 12. x Pius VI. *Rescript, ad Kplsc. Aériens.,* 11 lui. 1789 ” *Rphcs.* V, 32 ·· S. Autjsl.. *Dc nupt ct cencup.* Mb I cap 10. ›· ; Cor. XIII. 8 * *Cone TM· dml.. sess* XXIV. « *Cone. Trident.. sew.* XXIV « Cod

Hoc enim Sacramentum, in fis qui obicem, ut aiunt, non opponunt, non solum permanens vitae supernatural» principium, gratiam scilicet sanctificantem, auget, sed etiam peculiaria addit dona, bonos animi motus. gratae ₱m:na. naturae vires augendo ac perficiendo, ut coniuges non ratione tantum intelligere, sed tntune sapere firmiterque tenere, efficaciter velle et opere perficere valeant quidquid ad statum coniugalem e.usque *fines* et officia pertinet; ius denique iis concedit ad actuale gratiae auxilium toties impetrandum, quotiesGimque ad munera huius status adimplenda eo indigent

Attamen, cum divinae providentiae in ordine superaturali lex sit ut homines ex Sacramentis, quae post adeptum rationis usum recipiant, fructum plenum non colligant, nisi gratiae respondeant, gratia matrimonii magna ex parte talentum inutile, in agro reconditum, manebit nisi coniuges supematurales vires exerceant ac recepta gratiae semina colant atque evolvant Si autem, faciendo quod in se est, ad gratiam se dociles praebeant, sui status onera ferre atque officia implere poterunt eruntque tanto Sacramento roborati et sanctificat et quasi consecrati Nam. ut Sanctus Augustinus docet, sicut per Baptismum et Ordinem homo deputatur et luvatur sive ad vitam Christiano more degendam sive ad sacerdotale munus gerendum, eorumque saeramentali auxlto nunquam destituitur, eodem fere modo (quamquam non per characterem sacramcntalem), fideles, qui semel matrimonii vinculo iuncti fuerint, eus jacramenlali adiutorio ac Hgamine privari nunquam possunt Quin immo, ut addit idem Sanctus Doctor, vinculum illud sacrum, etiam adulteri facti, secum trahunt, quamquam non iam ad gratiae gloriam, sed ad noxam criminis, < sicut apostata anima, velut de con- « lugio Christi recedens etiam fide perdita. Sacramen- « tum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis < accepit ».e

lidem vero comuges. aureo Sacramenti ligamine non constricti sed ornati, non impediti sed roborati, omnibus viribus ad hoc nitantur, ut suum connubium non solum per Sacramenti vim et significationem, sed etiam per ipsorum mentem ac mores sit semper et maneat viva imago fecundissimae illius unionis Christi cum Ecclesia, quae est venerandum profecto perfectissimae caritatis mysterium.

Quae omnia. Venerabiles Fratres, si attento animo et viva fide perpendantur, si eximia haec matrimonii bona, proles, fides, sacramentum, debita luce illustrentur. nemo potest divinam sapientiam et sanctitatem et benignitatem non admirari, quae cum dignitati ac felicitati coniugum. tum humani generis conservationi propagationique. in sola nuptialis foederis casta sacraque consortione procurandae, tam copiose providerit

II.

Quo libentius tantam casti connubli praestantiam perpendimus. Venerabiles Fratres, eo magis Nobis dolendum videtur quod divinum hoc institutum, nostra potissimum aetate, spretum saepe ac passim ablectum conspicimus.

Non .am enim occulte neque in tenebris, sed palam, quovis pudoris sensu deposito, qua voce qua scriptis, scaenicis cuiusque generis ludis, fabulis romanensibus, amatoriis ludicrisque narrationibus, cinematographicis quae dicuntur imaginibus, radiophomeis orationibus, omnibus denique recentioris scientiae inventis, matrimonii anctilas vel conculcatur vel deridetur; divortia, adulteria, turpissima quaeque vitia aut laudibus extolluntur aut altem iis depinguntur coloribus, ut ab omni eulp· ct infamia vindicari videantur. Nec desunt libri, quoi «elentdicoi praedicare non verentur, sed qui re vera non raro solum quodam scientiae fuco idcirco illiti wnt. quo faciliorem inveniant sese insinuandi viam. Quar autem m fis propugnantur doctrinae, eae venditantur tamquam recentioris ingenii portenta. Ullus nimirum mgenii, quod, veritatis unice studio/sum. praeſodkah quaslibet veterum opiniones abdicasse perhibetur, quodque inter has obsoletas opiniones etiam traditam de coniugio Christianam doctrinam amandat atque relegit.

Et instillantur haec omne genus hominibus, divitibus et egenx operariis et hem. doctis et indoctis, solutis et connublo ligatu. Dei cultoribus et osoribus, adultis et htvenlbus; his praesertim, utpote faciliori captu praedae, peiores struuntur Insidiae.

Non omnes quidem novarum huiusmodi doctrinarum fautores ad extrema quaeque indomitae libidinis consectaria devehuntur: sunt qui, medio quasi itinere consistere enisi, in quibusdam tantum divinae naturalisque legis praeceptis aliquid nostris temporibus concedendum putent. Sed hi quoque, plus minusve conscii, emissarii sunt illius inimici nostri, qui semper conatur zizania superseminare in medio ₮ritici. 4 Nos igitur, quos Paterfamilias agri sui custodes posuit, quosque sacrosanctum urget officium cavendi ne bonum semer herbis nocentibus opprimatur, Nobismet ipsis a Spiritu Sancto dicta existimamus gravissima, quibus Apostolus Paulus dilectum suum Timotheum hortabatur verba: « Tu vero vigila. . Ministerium tuum imple... Praedica < verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra. « Increpa in omni patientia et doctrina ».4J

Et quoniam, ut inimici fraudes vitari possint, detegi eas ante necesse est, multumque iuvat eius fallacias incautis denuntiare, quamvis profecto mallemus huiusmodi flagitia nec nominare « sicut decet Sanctos >,· propter animarum tamen bonum et salutem, ea penitus silere non possumus.

Ut igitur ab horum malorum fontibus incipiamus, praecipua eorum radix in eo est quod matrimonium non ab Au/ctoré naturae institutum neque a Christo Domino in veri Sacramenti dignitatem evectum, sed ab hominibus inventum vocitent. In natura ipsa eiusque legibus alii se nihil matrimonii invenisse asseverant, sed deprehendisse tantum procreandae vitae facultatem ad eamque quoquo pacto satiandam impulsum vehementem; alii tamen initia quaedam ac veluti germina veri connubii in homin;s natura inveniri agnoscunt, quatenus. nisi stabili quodam vinculo consocientur homines, dignitati coniugum et naturali prolis propagandae ct educandae fini bene provisum non esset. Nihilominus hi quoque docent matrimonium ipsun.. quippe quod illa germina excedat, variis concurrentibus causis, sola hominum mente inventum, sola hominum voluntate esse institutum.

Quanto opere autem hi omnes errent quamque turpiter ab honestate deflectant, iam ex his constat quae de origine ac natura coniugii, de finibus bonisque in eo insitis Nostris his Litteris exposuimus. Perniciosissima vero haec commenta esse, ex consectariis etiam elucet, quae ipsi illorum defensores inde deducunt: leges, instituta ac mores quibus connubium regatur, cum sola hominum voluntate sint parta, ei soli subesse; ideoque pro humano lubitu et humanarum rerum vicissitudinibus condi, immutari, abrogari et posse et debere: generativam autem vim. quippe quae in ipsa nalura nitatur, et sacratiorem esse et latius patere quam matrimonium: exerceri igitur posse tam extra quam intra connubii claustra, etiam neglectis matrimonii finibus, quasi scilicet impudicae mulieris licentia eisdem fere gaudeat iuribus, quibus legitimae uxoris casta maternitas.

Hisce principiis innixi, quidam eo devenerunt, ut nova effingerent conjunctionum genera, ad praesentes hominum ac temporum rationes, ut opinantur, accommodata. quae totidem novas matrimonii species esse volunt: aliud ad tempus, aliud ad experimentum, aliud amicale quod plenam matrimonii licentiam omniaque ss iura sibi vindicat, dempto tamen indissolubili vinculo et prole exclusa, nisi partes suam vitae communionem et consuetudinem in pleni iuris matrimonium deinde converterint.

Immo non desunt qui velint et instent ut etiam legibus huiusmodi portenta probentur aut saltem publicis populorum usibus institutisque excusentur; ct ne suspicari quidem videntur talia nihil sane habere recentioris culturae de qua tantopere gloriantur, sed nefandas esse corruptelas, quae ad barbaros quarumdam ferarum gentium usus etiam cultas nationes procul dubio redigerent.

Sed. ut ad singula iam. Venerabiles Fratres, tractanda accedamus, quae singulis matrimonii bonis opponuntur. primum de prole sit sermo, quam multi molestum connubii onus vocare audent, quamque o coniugibus. non per honestam continentiam (etiam in matrimonio, utroque consentiente coniuge, permissam) sed vitiando naturae actum, studiose arcendam praecipiunt. Quam quidem facinorosam licentiam alii sibi vindicant, quod prolis pertaesi solam sine onere voluptatem explere cupiunt, alii quod dicunt se neque con-

-n ◀ vηi S Awset . > <t cvncup , Ub. I. cap 10 “ Cfr. Matth., XΓΠ. 25. ·’ n pim., IV. 2-5

linentiam servare, neque ob suas vel matris vel rei familiaris difficultates prolem admittere posse.

At nulla profecto ratio, ne gravissima quidem, efficere potest, ut quod intrinsece est contra naturam, id cum natura congruens et honestum fiat. Cum autem actus coniugii suapte natura proli generandae sit destinatus, qui, in eo exercendo, naturali hac cum vi atque virtute de industria destituunt, contra naturam agunt et turpe quid atque intrinsece inhonestum operantur.

Quare mirum non est. ipsas quoque Sacras Litteras testari Divinam Maiestatem summo prosequi odio hoc nefandum facinus illudque interdum morte puniisse, ut memorat Sanctus Augustinus: ‹ Illicite namque et turJ® ‹ piter etiam cum legitima uxore concumbitur, ubi c prolis conce'ptio devitatur. Quod faciebat Onam, fi‹ lius ludae, et occidit illum propter hoc Deus ».”

Cum igitur quidam, a Christiana doctrina iam inde ab initio tradita neque umquam intermissa manifesto recedentes, aliam nuper de hoc agendi modo doctrinam sollemniter praedicandam censuerint. Ecclesia Catholica. cui ipse Deus morum integritatem honestatanque docendam et defendendam commisit, in media hac inorum ruina posita, ut nuptialis foederis castimoniam a turpi hac labe immunem servet, in signum legationis suae divinae, altam per os Nostrum extollit vocem atque denuo promulgat: quemlibet matrimonii usum, in quo exercendo, actus, de industria hominum, naturali sua vitae procreandae vi destituatur. Dei et naturae legem infringere, et eos qui tale quid comluserint gravis noxae labe commaculari.

Sacerdotes igitur, qui confessionibus audiendis dant operam aliosque qui curam animarum habent, pro suprema Nostra auctoritate et omnium animarum salutis cura, admonemus, ne circa gravissimam hanc Dei legem fideles sibi commissos errare sinant, et multo magis, ut ipsi se ab huiusmodi falsis opinionibus immunes custodiant, neve in iis ullo modo conniveant. Si quis vero Confessarius aut animarum Pastor, quod Deus avertat, fideles sibi creditos aut in hos errores ipsemet induxerit, aut saltem sive approbando sive dolose tacendo in iis confirmant, sciat se Supremo ludici Deo de muneris proditione severam redditurum esse rationem, sibique dicta existimet Christi verba: « Caeci sunt, et duces i caecorum : caecus autem, si caeco ducatum praestet, ‹ ambo in foveam cadunt d. u

Causae vero, ob quas matrimonii malus usus defenditur. non raro, - ut de iis quae turpes sunt taceamus. - fictae aut exaggeratae proferuntur. Nihilominus XI pia Mater Ec/clesia optime intelligit atque persentit quae de matris sanitate, vitâ periclitantis, dicuntur. Ecquis nisi miserenti animo haec perpendere possit? Quis non summa afficiatur admiratione, si quando matrem cernat vix non certae sese morti, heroica fortitudine, offerentem, ut proli semel conceptae vitam conservet? Quod ipsa fuerit perpessa ut naturae officium plene Impleret, id unus Deus ditissimus et miserentissimus retribuere poterit, dabitque profecto mensuram non tantum confertam sed supereffluentem. °

Optime etiam novit Sancta Ecclesia, non raro alterum ex coniugibus pati potius quam patrare peccatum, cum ob gravem omnino causam perversionem recti ordims permittit, quam ipse non vult, eumque ideo sine culpa esse, modo etiam tunc caritatis legem meminerit et alterum a peccando arcere et removere ne negligat. Neque contra naturae ordinem agere ii dicendi sunt coniuges. qui iure suo recta et naturali ratione utuntur, etsi ob naturales sive temporis sive quorundam defectuum causas nova inde vita oriri non possit. Habentur enim tam in ipso matrimonio quam in coniugalis iuris usu etiam secundarii fines, ut sunt mutuum adiutorium mutuusque fovendus amor et concupiscentiae sedatio, quos intendere coniuges minime vetantur, dummodo salva semper sit intrinseca illius actus natura Ldeoque eius ad primarium finem debita ordinatio.

Vehementer item Nos percellunt illorum coniugum gemitus, qui. dura egestate oppressi, gravissimam in alendis liberis difficultatem patiuntur.

At cavendum omnino est ne funestae externarum rerum conditiones multo funestiori errori occasionem praebeant Nullae enim exsurgere possunt difficultates quae mandatorum Dei, actus, ex interiore natura sua malos, vetantium, obligationi derogare queant; in omnibus vero rerum adiunctis semper possunt coniuges, gratia Dei roborati, suo munere fideliter fungi et castitatem a turpi hac macula illi batam in coniugio conservare; nam stat fidei Christianae veritas, Synodi Tridentinae magisterio expressa: ‹ Nemo temeraria illa et a « Patribus sub anathemate prohibita voce uti [debet], « Dei praecepta homini iustificato ad observandum « esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet « sed iubendo monet et facere quod possis, et petere « quod non possis, et adiuvat ut possis ».53 Eademque doctrina iterum sollemniterque praecepta est ab Ecclesia et confirmata in damnatione haeresis iansenianae. quae contra Dei bonitatem haec blasphemare erat ausa: ‹ Aliqua Dei praecepta hominibus iustis volentibus et conantibus, secundum praesentes, quas habent, vires, « sunt impossibilia: deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant ».Sl 562

Sed aliud, etiam. Venerabiles Fratres, gravissimum commemorandum est facinus, quo vita prolis, in sinu materno reconditae, attentatur. Id autem permissum volunt alii et matris patrisve beneplacito relictum; alii tamen illicitum dicunt, nisi pergraves accedant causae, quas medicae, socialis, eugenicae indicationis nomine appellant. Hi omnes quod ad poenales reipublicae leges attinet, quibus genitae necdum natae prolis peremptio prohibetur, exigunt, ut quam singuli, alii aliam, defendunt indicationem, eandem etiam leges publicae agnoscant et ab omni poena liberam declarent Immo nec desunt qui postulent ut ad has letiferas sectiones magistratus publici praebeant auxiliatrices manus; id quod, proh dolor!, alicubi quam frequentissime fieri omnibus notum est

Quod vero attinet ad « indicationem medicam et therapeuticam » - ut eorum verbis utamur - iam diximus, Venerabiles Fratres, quantopere Nos misereat matris, cui ex naturae officio gravia imminent sanitatis, immo ipsius vitae pericula: at quae possit umquam causa valere ad ullo/ modo excusandam directam innocentis necem? De hac enim hoc loco agitur. Sive ea matri infertur sive proli, contra Dei praeceptum est vocemque naturae: ‹ Non occides! ».n Res enim aeque sacra utriusque vita, cuius opprimendae nulla esse unquam poterit ne publicae quidem auctoritati facultas. Ineptissime autem haec contra innocentes repetitur e iure gladii, quod in solos reos valet; neque ullum viget hic cruentae defensionis ius contra iniustum aggressorem (nam quis innocentem parvulum iniustum aggressorem vocet?); neque ullum adest ‹ extremae necessitatis ius » quod vocant, quodque usque ad innocentis directam occisionem pervenire possit. In utraque igitur et matris et prolis vita tuenda ac servanda probi expertique medici cum laude enituntur; contra, nobili medicorum nomine et laude indignissimos se ii probarent. quotquot alterutri, per speciem medicandi, vel falsa misericordia moti, ad mortem insidiarentur. 563

Quae quidem plane severis consonant verbis quibus Episcopus Hipponensis in coniuges depravatos invehitur. qui proli quidem praecavere student, at, si nullo exitu, nefarie eam interimere non verentur: ‹ Ali« quando eo usque, inquit, pervenit haec libidinosa cru« delitas vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena ‹ procuret, et si nihil valuerit, conceptos fetus aliquo « modo intra viscera exstinguat ac fundat, volendo « suam prolem prius interire quam vivere, aut si in « utero iam vivebat, occidi antequam nasci. Prorsus, si « ambo tales sunt, coniuges non sunt: et si ab initio ‹ tales fuerunt, non sibi per connubium sed per stuprum ‹ potius convenerunt; si autem non ambo sunt tales. ‹ audeo dicere: aut illa est quodammodo meretrix « mariti, aut ille adulter uxoris ».3

Quae autem afferuntur pro sociali et eugenica tndicatione, licitis honestisque modis et intra debitos limites./ earum quidem rerum ratio haberi potest et debet; at necessitatibus, quibus eae innituntur, per occisionem innocentium providere velle absonum est praeceptoque divino contrarium, apostolicis etiam verbis promulgato : Non esse facienda mala ut eveniant bona. M

Iis denique, qui apud nationes principatum tenent feruntve leges, oblivioni dare non licet auctoritatis publicae esse, congruis legibus poenisque. innocentium vitam defendere, idque eo magis, quo minus ii. quorum vita periclitatur et impugnatur, se ipsi defendere va-

• *Ephn., V, 3.* *r S.* August., De coniup. *adult.,* 1R>. П. n. 12; *ct:. Grr.* . XXXVIII. 8-I0; S. Poenltent., 3 April.. 3 Iun. 1314. « Matth., XV. 14; S. Offlc.. 22 Nor. 1922. * Lue .

VI. 38. - Ccmril. Trident, VI. cap. IL n €on Apos? Cum ocouione. 31 Midi 1653. prop. 1. ˆ u Erod.. XX. 13; cfr. Decr. S. Offlc 4 Mall 1SS3. 34 Iulil 1ÎM. 31 Mail 1?S4 n S. Aujust . Dr «.pt, rt coneupOc., eap. XV * Cfr

test, inter quos primum sane locum tenent infantes in visceribus maternis abditi. Quod si publici magistratus parvulos illos non solum non tueantur, sed legibus suisque ordinationibus, permittant atque adeo tradant medicorum aliorumve manibus occidendos, meminerint Deum iudicem esse et vindicem sanguinis innocentis, qui dc terra clamat ad caelum.3

Reprobetur denique oportet perniciosus ille usus, qui proxime quidem naturale hominis Ius ad matrimonium ineundum spectat, sed ad prolis quoque bonum vera quadam ratione pertinet Sunt enim qui, de finibus *tugnicis* nimium solliciti, non solum salubria quaedam dent consdla ad futurae prolis valetudinem ac robur luttas procurandum - quod rectae rationi utique contrarium non est - sed cuilibet alii etiam altioris ordinis fini anteponant, et coniugio auctoritate publica prohiberi velint eos omnes ex quibus, secundum disciplinae suae normas et conjecturas, propter hereditariam transmissionem, mancam vitiosamque prolem generatam iri censent, etiamsi udem sint ad matrimonium Ineundum per se apti. Quin immo naturali illa facultate, ex lege, eos, vel invitos medicorum opera privari volunt; neque id ad cruentam sceleris commissi poenam pu blica auctoritate repetendam, vel ad futura eorum crimina praecavenda, licebit, scilicet contra omne Jus e: fas ea magistratibus civilibus arrogata facultate, quam numquam habuerunt nec legitime habere potsunt

Quicumque ita agunt, perperam dant oblivioni sanctiorem esse familiam Statu, hominesque in primis non terrae et tempori, sed caelo et aeternitati generari. Et fas profecto non est homines, matrimonii ceteroqui capaces, quos, adhibita etiam omni cura et diligentia, nonnisi mancam genituros *esse* prolem conlcitur, ob eam causam gravi culpo onerare si coniugium contrahant, quamquam saepe matrimonium fis dissuadendum est

Publici vero magistratus in subditorum membra directam potestatem habent nullam; ipsam igitur corporis integritatem, ubi nulla intercesserit culpa nullaque adsit cruentae poenae causa, directo laedere et attingere nec eupcucu nec ullis aliis de causis possunt unquam. Idem docet Sanctus Thomas Aquinas, cum. inquirens num humani indices ad futura mala praecavenda hominem pcwsint mato quodam plectere, id quidem concedit quod ad quaedam alia mala, sed iure meritoque negat quod ad corporis laesionem: ‹ Numquam secun- t dum humanum judicium aliquis debet puniri, sine « culpa, poena flagelli, ut occidatur, vcl mutiletur vel ‹ verberetur ⁕.

Ceterum, quod ipsi privati homines in sui corporis membra dominatum alium non habeant quam qui ad eorum naturales fines pertineat, nec possint ea destruere aut mutilare aut alia via ad naturales functiones se Ineptos reddere, nisi quando bono totius corporis aliter provideri nequeat, id Christiana doctrina statuit atque ex ipso humanae rationis lumine omnino constat

lam ut ad alterum caput errorum, quod fidem conjugii respicit, vernamus, quideumque in prolem peccatur. consc quens est in fidem quoque comugii peccari quodammodo. cum alterum alteri sit connexum matri- : totidem praeterea contra coniugii fidem ringillatim enumeranda sunt errorum et corruptelarum capita, quot eadem fides complectitur domesticas Tiriutes: rastam scilicet utriusque coniugis fidelitatem, uxoris honestatem viro obtemperationem, firmam denique germanarrque inter utrumque caritatem.

FideliUtem igitur primo corrumpunt, qui huius temporii oplr.xmbus ac moribus dc falsa quadam nec Innocua amicit a cum extraneis indulgendum putant, et maiorem quandam in mutuis hisce rationibus sentiendi atque igendl licentiam conlugibus concedendam esse awnint. Idque eo magis quod (ut autumant) non pauci habeant congenitam indolem sexualem, cui intra angustos connubii monogamie! limites satisfacere non powdnt Quapropter honestorum coniugum rigidum illum animi habitum, qui omnem cum extraneis Ubidinosum affectum et actum damnat ct recusat, absoletam quandam «ise censent mentis animique debilitatem, aut abiectam ct vilem obtrectationem seu zelotypiam; ♦d ideo, qusecumquv de fide conjugali retinenda latae fuerint poenales reipublicae leges, eas irritas esse volunt. aut certe irritandas.

Nobilis quidem castorum coniugum animus commenta hate, ve) sola natura duce, ut vana et turpia respuit profecto atque contemnit; et hanc naturae vocem approbat sane atque confirmat cum Dei mandatum ‹ Non moechaberis »,57 tum illud Christi: ‹ Omnis, qui vide- « rit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus « est eam in corde suo ».a Nullae autem humanae consuetudines vel exempla prava, nullaque progressae humanitatis species poterunt unquam huius divini praecepti vim infirmare. Nam quemadmodum unus idemque ‹ lesus Christus heri et ho die ipse et in saecula », ∎ da una eademque Christi doctrina permanet, ex qua ne unus quidem apex praeteribit, donec omnia fiant.·· 5$

Quicumque vero nuptialis fidei et castimoniae nitorem scribendo dicendoque obscurant, iidem errorum magistri fidam honestamque mulieris viro obtemperationem facile labefactant Audacius etiam complures ex iis indignam illam esse alterius coniugis erga alterum servitutem effutiunt; aequalia inter coniuges omnia esse iura; quae cum unius servitute violentur, quandam mulieris *emancipationem* superbissime praedicant peractam esse vel peragendam. Hanc autem triplicem, sive in domestica societate regenda, sive in re familiari administranda, sive in prolis vita arcenda vel perimenda, statuunt, et *socialem, oeconomicam, physiologicam* vocant: physiologicam quidem, quatenus mulieres ab oneribus uxoris, sive coniugahbus, sive maternis, pro sua libera voluntate solutas aut solvendas volunt (hanc autem non emancipationem, sed nequam facinus esse iam satis diximus); oeconomicam vero, qua volunt mulierem. etiam inscio et repugnante viro libere posse sua sibi negotia habere, gerere, administrare, liberis, marito familiaque tota posthabitis; socialem denique, quatenus ab uxore curas domesticas sive liberorum sive familiae removent, ut, iis neglectis, suo ingenio indulgere valeat, et negotiis officiisque etiam publicis addicatur.

At ne haec quidem est vera mulieris emancipatio neque illa rationi congruens et dignissima libertas, quae Christianae nobilisque mulieris et uxoris muneri debetur; potius est muliebris ingenii et maternae dignitate corruptio et totius familiae perversio, qua maritus privatur uxore, proles matre, domus familiaque tota vigili semper custode. Quin immo in ipsius mulieris perniciem vertitur haec falsa libertas et non naturalis cum viro aequalitas; nam si mulier/ ab regia illa cescenoit sede, $ ad quam per Evangelium intra domesticos parietes evecta est. brevi in veterem servitutem (sin minus specie. re tamen vera) redigetur, fietque, ut apud ethnicos erat, merum viri instrumentum.

Aequalitas autem illa iurium. quae tantopere exaggeratur et praetenditur, in iis quidem agnosci debet, quae propria sunt personae ac dignitatis humanae, quaeque nuptialem pactionem consequuntur et coniugio sunt insita; in iisque profecto uterque coniux eodem omnino iure gaudet eodemque debito tenetur; in ceteris, inaequalitas quaedam et temperatio adesse debet, quam familiae bonum ac debita domesticae societatis et ordinis unitas firmitasque postulant

Sicubi tamen sociales et oeconomicae condiciones mulieris nuptae, ob mutatos conversationum humanarum modos et usus, aliquo pacto mutari debent auctoritatis publicae est. civilia uxoris iura ad huius temporis necessitates et indigentias aptare, habita quidem ratione eorum, quae exigunt diversa sexus feminei indoles naturalis, morum honestas. commune familiae bonum, modo etiam essentialis ordo societatis demestlcae incolumis maneat, qui altiore quam humana, id est divina auctoritate atque sapientia conditus est» et nec legibus publicis nec privatis beneplacitis mutari potest

Sed ulterius etiam progrediuntur recentiores coniugii osores, eo quod germano solidoque amori, coniugalls felicitatis et intimae dulcedinis fundamento, caecam quandam sufficiunt indolis convenientiam consensionemque ingenii, quam sympathiam vocant; qua cessante. relaxari vinculum docent quo solo uniuntur animi. ac plene dissolvi. Quid hoc erit aliud nisi domum super arenam aedificare? Quam, cum primum obiecta fuerit adversitatum fluctibus, ait Christus Dominus labefactandam esse continuo et collapsuram: « Et flaverunt venti ct irruerunt in domum illam, et ceci/dit et « fuit ruina illius magna ».u At contra, quae supra petram constituta fuerit domus, mutua nempe Inter coniuges caritate, et deliberata ac constanti animorum coniunctione solidata, nulla concutietur adversitate, nedum evertatur.

Moti HI. 1. ” Cfr. Gr». IIГ. 10. · *Svmm. Lhtulog.*, 1.· 2.· q. 108 a. 4 nd 2«. 17 Erod., XX. 14. a Matth.. V 28 ” Hebr.. XIII.. 8. ·∎ Cir. Matth.. V. 18. « Matth.

1ÎI!)

Praestantissima quidem hactenus duo priora christiani coniugii bona vindicavimus. Venerabiles Fratres, quibus hodierni societatis eversores insidiantur. Sed sicut haec bona tertium, quod *sacramenti* est, longe antecellit, ita nil mirum quod hanc imprimis excellentiam multo acrius videmus ab iisdem oppugnari. Et primum quidem tradunt, matrimonium rem esse omnino profanam mereque civilem, nec ullo modo religiosae societati. Ecclesiae Christi, sed uni societati civili committendam; tum vero addunt a quovis indissolubili vinculo nuptiale foedus esse liberandum, coniugum secessionibus seu divortiis non modo toleratis, sed lege sancitis; ex quo denique fiet ut, omni spoliatum sanctitate, coniugium ia rerum profanarum ac civilium numero iaceat.

Primum illud in eo statuunt, quod actus ipse civilis sit pro vero contractu nuptiali habendus *(matrimonium* cirtle id vocitant); actus religiosus autem sit additum quiddam, vcl ad summum, plebi superstitiosiori permittendum. Deinde, sine ulla reprehensione volunt ut liceat connubia a catholicis hominibus cum acatholicis misceri, nuUa religionis habita ratione neque quaesito religiosae auctoritatis consensu. Alterum, quod sequitur, in perfectis divortiis excusandis ponitur, et in legibus iis civilibus laudandis ac provehendis, quae ipsius vinculi solutioni favent.

Quod ad religiosam cuiusvis coniugii et multo magis Christiani matrimonii et sacramenti indolem attinet, cum quae de hac re notanda sunt. Leonis XIII Litteris
Π0 En cyclicis, quas saepe commemoravimus quasque Nostras quoque diserte iam fecimus, fusius tractentur gravibusque fulciantur argumentis, ad eas hinc remittimus πκ nisi perpauca nunc Nobis repetenda ducimus.

Vel solo rationis lumine, maxime si vetusta historiae monumenta investigentur, si constans populorum conscientia interrogetur, si omnium gentium instituta et mores consulantur, satis constat sacrum quiddam ac religiosum inesse in ipso naturali coniugio, α non ad-
I ventitium sed ingenitum, non ab hominibus acceptum, c sed natura insitum », cum ‹ habeat Deum auctorem, ‹ fueritque vel a principio quaedam Incarnationis Ver‹ bi Dei adumbratio ». α Consurgit enim sacra coniugii ratio, quae intime cum religione et sacrarum rerum ordine coniuncta est, cum ex origine illa divina, quam supra commemoravimus, tum ex fine ad ingenerandam educandamque Deo subolem, ac Deo item coniuges Christiano amore mutuoque adiumento addicendos; tum denique ex eiusdem naturali coniugii officio, providentissima Dei Conditoris mente instituto, ut quoddam sit transvehendae vitae quasi vehiculum, quo parentes divinae omnipotentiae velut administri inserviunt Ad haec accedit nova dignitatis ratio ex Sacramento petita, qua matrimonium Christianorum evasit longe nobilissimum atque ad tantam excellentiam provectum, ut ‹ mysterium magnum », ‹ honorabile ... in omnibus ». apparuerit Apostolo.43

Quae religiosa matrimonii indoles, celsaque eius gratiae ct coniunctionis Christum inter et Ecclesiam significatio, sanctam ab sponsis postulat erga Christianum connubium reverentiam sanctumque studium, ut matrimonium quod ipsi inituri sunt, ad archetypum illud ipsum quam proxime accedat.

At multum in hoc deficiunt, et aliquando non sine/ alutis aeternae periculo, qui temere mixtas ineunt nuptias, a quibus maternus Ecclesiae amor et providentia, gravissimis de causis, retrahit suos, quemadmodum ex multis apparet documentis, illo Codicis canone comprehensis, qui haec decernit: « Severissime Ecclesia ‹ ubique prohibet, ne matrimonium ineatur inter duas ‹ personas baptizatas quarum altera sit catholica, altera ‹ vero sectae haereticae seu schismaticae adscripts; ‹ quod si adsit perversionis periculum coniugis catholi-
I o et prolis, coniugium ipsa etiam lege divina veta<tur>.H Quod si Ecclesia interdum, pro temporum, rerum, personarum rationibus, a severioribus his praescriptis <salvo iure divino, et per opportunas cautiones remoto, quantum fieri potest, perversionis periculo) dispensationem non recusat, difficulter tamen fieri potest ut coniux catholicus nonnihil detrimenti ex istis nuptiis non capiat

Unde in prognatos haud raro derivatur lugenda a religione defectio vel saltem praeceps decursus in religiosam illam negligentiam seu. quam vocant, indifferentiam. infidelitati impietatique proximam. Illud etiam accedit quod in mixtis nuptiis multo difficilior reddatur viva illa animorum conformatio, mysterium, quod diximus. arcanam nimirum Ecclesiae cum Christo coniunctionem, imitatura.

Facile enim deficiet arctior animorum communio, quae sicuti est Ecclesiae Christi signum et nota, ita christiani coniugii signum sit oportet, decus et ornamentum. Nam distrahi solet aut saltem relaxari animorum vinculum, ubi in rebus ultimis et summis, quas homo veneratur, idest in religionis veritatibus et sensibus, dissimilitudo mentium habetur et voluntatum intercedit diversitas. Ex quo periculum est, ne langueat inter coniuges caritas, itemque labefactetur domesticae societatis pax ct felicitas, quae ex cordium potissimum unitate proficiscitur. Nam, ut iam ante tot saecula antiquum Ius Romanum definierat: ‹ Nuptiae/ sunt con- 572
‹ iunctio maris ct feminae ct consortium omnis vitae « divini et humani iuris communicatio ».°

At maxime, ut iam monuimus. Venerabiles Fratres, restitutionem istam perfectionemque matrimonii a Christo Redemptore statutam augescens in dies divortiorum facilitas impedit. Quin immo neopaganismi fautores. tristi rerum usu nihil edocti, in sacram coniugii indissolubilitatcm, legesque eam iuvantes, acrius in dies invehi pergunt, ac licere divortia decernendum esse contendunt, ut alia scilicet, eaque humanior, lex obsoletis legibus sufficiatur.

Divortiorum autem causas ii quidem multas in medium proferunt et varias; e personarum vitio seu culpa alias profectas, alias in rebus positas (subiectivas illas, has obiectivas appellant); quaecumque denique individuam vitae societatem asperiorem efficiunt atque ingratam. Has porro causas ac leges multiplici cx capite probari volunt: ex utriusque bono coniugis in primis, sive alter innocens est atque a reo propterca secedendi suo iure gaudens, sive sceleribus obnoxius, eaque de causa ab ingrata et coacta coniunctione seiungendus; deinde e bono prolis, quae recta institutione destituitur vel eiusdem fructus amittit, cum nimis facile, e parentum discordiis aliisque male factis offensionem passa, a virtutis via abstrahatur; denique ex communi bono societatis, quod postulet, primo ut ea matrimonia exstinguantur penitus, quae iam nihil valeant ad id assequendum quod natura spectat; dein ut coniugibus discedendi potestas fiat lege, cum ut avertantur crimina quae cx eorumdem coniugum convictu vel consociatione facile essent pertimescenda, tum ne magis in dies ludibrio habeatur iudiciale forum ct legum auctoritas, eo quod coniuges, ad exoptatam divortii sententiam impetrandam, aut crimina, ob quae iudex ad normam legis solvere valeat vinculum, consulto committant, aut eadem se commisisse, coram iudice, licet rerum condicionem clare ipse perspiciat,/ insolenter mentiantur atque peiu- 573
rent. Quamobrem blateratur, leges omnibus his necessitatibus, mutatisque temporum condicionibus, hominum opinionibus, civitatum institutis ac moribus esse omnino conformandas: quae vcl singula, maxime vero omnia in unum collecta, facultatem divortiorum certis de causis concedendam prorsus esse luculentissime testentur.

Alii, ulterius mira procacitate progressi, matrimonium utpote contractum mere privatum, consensui item arbitrioque privato utriusque contrahentis, ut fit in ceteris privatis contractibus, prorsus esse relinquendum opinantur, quavis propterca de causa dissolvendum.

Verum, contra has quoque insanias omnes stat. Venerabiles Fratres, una lex Dei certissima, a Christo amplissime confirmata, nullis hominum decretis vcl scitis populorum, nulla legumlatorum voluntate debilitanda: s Quod Deus coniunxit, homo non separet ⁑. Quod quidem si iniuriâ homo separaverit, irritum id prorsus fuerit; iure propterca, ut plus semel vidimus. Christus ipse asseveravit: « Omnis qui dimittit uxorem suam et c alteram ducit, moechatur; ct qui dimissam a viro duc cit, moechatur ». ·' Et haec Christi verba quodcumque respiciunt matrimonium, etiam naturale tantum et legitimum; omni enim vero matrimonio convenit illa indissolubilitas. qua illud partium beneplacito et omni saeculari potestati, ad vinculi solutionem quod pertinet est omnino subtractum.

Memoria item renovanda est sollemnis iudicii, quo Concilium Tridentinum sub poena anathematis haec reprobavit: ‹ Si quis dixerit propter haeresim aut moc lestam cohabitationem aut affectatam absentiam a « coniuge dissolvi posse matrimonii vinculum: anathe-

III. 27. ° Leo XIII. Utt. Encycl. *Arccmrm.* 10 Febr. ISSO
·› Cfr. *Ephes.,* V. 32: *Hcbr.,* XΓΠ, 4. * *Cod. iur. amc..*
c. ICttO. « Modestinus (in Dig.. Mb. XXIIT. II: De *tisrum). lib.* I. ResuJanim – Matth . XIX. 6

‹ ma sit >; · et: ‹ Si quis dixerit. Ecclesiam errare,
574 ‹ cum docuit et docet iuxta evangelism et apostoli-
c eam doctrinam propter adulterium alterius coniugum
‹ matrimonii vinculum non passe dissolvi, et utrumque,
‹ vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit,
« non posse, altero coniuge vivente, aliud matrimonium
‹ contrahere, moecharique eum, qui, dimissa adultera.
‹ alism duxerit et eam. quae, dimisso adultero, alii
‹ nupserit: anathema sit ».·

Quod si non erravit neque errat Ecclesia, cum haec docuit et docet, ideoque certum omnino est matrimonii vinculum ne ob adulterium quidem dissolvi posse, in comperto «t reliquas tanto debiliores, quae afferri solent. divortiorum causas multo minus valere nihilique prorsus esse faciendas.

Ceterum quae supra contra vinculi firmitatem e triplici illo capite obiiciunt, ea facile dissolvuntur. Incommoda enim illa omnia arcentur ac pericula propulsantur. si quando, in extremis illis adiunctis, discessio permittatur coniugum imperfecta, id est incolumi atque integro vinculo, quam lex ipsa Ecclesiae concedit claris verbis, quae de separatione tori et mensae et habitationis decernunt' Iam secessionis huiusmodi causas, conditiones, modum simul et cautelas, quibus et liberorum institutioni et familiae incolumitati fiat satis, atque incommoda item omnia, sive ea coniugi, sive proli sive ipsi civili communitati impendent, quoad poterit, praecaveantur, legum erit sacrarum statuere, et ex parte saltem, etiam civilium legum, pro civilibus sdlket rationibus atque effectibus.

Quaccumque autem ad firmitatem coniugii indissolubilem asserendam afferri solent et supra attigimus, corXat eadem codemque iure valere sive ad necessitatem facultatemque divortiorum excludendam, sive ad potestatem ea concedendi cuilibet magistratui negandam; quot item pro priore illa stant praeclara emolu-
515 menta, totidem contra ap'parent in altera parte detrimenta, cum singulis tum universae hominum societati pemkiosùsima.

Atque, ut iterum sententiam decessoris Nostri afferamus, quantam materiam bonorum in se coniugii indissolubilis firmitas contineat, tantam malorum segetem divnrta complecti vix attinet dicere. Hinc videlicet, incolumi vinculo, tuta ac secura matrimonia conspicimus. illinc. coniugum secessionibus propositis vel ipsis divortiorum periculis obiectis. ipsa foedera nuptialia rutabilia aut certe anxiis obnoxia fieri suspicionibus. Hinc mutua benevolentia consociatioque bonorum confirmata mirifice; illinc, ex ipsa secessionis facta potestate. extenuata miserrime. Hinc coniugum castae fidei addita peropportuna praesidia; illinc infidelitati perniciosa incitamenta suppeditata. Hinc liberorum susceptio, tuitio, educatio provecta efficaciter; illinc gravioribus urque detrimentis affecta. Hinc inter familias cognatqsque discordiis multiplex praeclusus aditus; illinc discord arum occasio oblata frequentius. Hinc facilius oppressa, illinc lacta copiosius multoque latius semina simultatum Hinc potissimum dignitas officiumque mulierum. in societate sive domestica sive civili, redintegrata frixiter ac restituta; illinc indigne depressa, siquidem in pcr.culum conlcluntur uxores « ne cum libidini virorum inservierint, pro derelictis habeantur ».n

Et quoniam Ad perdendas familias, ut iam Leonis XIII gravissimi? verbis concludamus, ‹ frangendasque
‹ regnorum opes nihil tam valet, quam corruptela mo-
« rum; facile perspicitur, prosperitati familiarum ac
i civitatum maxime inimica esse divortia, quae a de-
‹ pravatls populorum moribus nascuntur, ac, teste re-
« rum uju. ad vitiosiores vitae privatae et publicae
t consuetudines aditum lanuamque patefaciunt Multo-
‹ que esse graviora haec mala constabit si consideretur,
« trrnoi nullos futuros tantos qui concessam semel
516 « divortiorum facultatem valeant intra certos, aut ' ante
‹ prov limites coercere. Magna prorsus est vis
‹ exemplorum, maior cupiditatum: hisce Incitamentis
‹ fleri debet, ut divortiorum libido latius quotidie ser-
• pens, plurimorum animos invadat, quasi morbus con-
« tagiooe vulgatus, aut agmen aquarum, superatis agge-
« nbuj. exundans ».α

Ideoque, ut in iisdem Litteris legitur. « nisi consilia « mutentur. perpetuo sibi metuere familiae et societas • humant debebunt, ne miserrime coniclantur in ... rc-

« rum omnium certamen atque discrimen ».n Quae quidem omnia quam vere ante quinquaginta annos praenuntiata fuerint, abunde confirmat crescens in dies morum corruptio et inaudita familiae depravatio in iis regionibus, ubi Communismus plene dominatur.

III.

Quid sapientissimus nostri generis Creator ac Redemptor de humano coniugio statuerit. Venerabiles Fratres, huc usque venerabundi admirati sumus, simulquc doluimus tam pium divinae Bonitatis consilium ab humanis cupiditatibus, erroribus, vitiis frustrari conculcarique nunc passim. Consentaneum igitur est ut animum Nostrum paterna quadam cum sollicitudine ad opportuna invenienda remedia convertamus, quibus perniciosissimi quos recensuimus abusus tollantur et debita matrimonio reverentia ubique restituatur.

Ad quod in primis iuvat certissimum illud in memoriam revocare, quod in sana philosophia atque adeo in sacra theologia sollemne est: quaecumque nimirum a recto ordine declinarunt, non posse ea in pristinum ac suae naturae congruentem statum alia via reduci, quam ad divinam rationem, quae (ut docet Angelicus)omnis rectitu'dinis exemplar est. revertendo. Quae quidem fel. 577
rec. decessor Noster Leo XIII contra Naturalistas gravissimis hisce verbis iure urgebat: « Lex est provisa
‹ divinitus, ut quae a Deo et natura auctoribus insti-
‹ tuta sunt, ea tanto plus utilia ac salutaria experiamur,
« quanto magis statu nativo manent, integra atque in-
« commutabilia, quandoquidem procreator rerum om-
‹ nium Deus probe novit quid singularum Institutioni
f et conservationi expediret, cunctasque voluntate et
‹ mente sua sic ordinavit, ut suum unaquaeque exitum
« convenienter habitura sit. At si rerum ordinem pro-
‹ videntissime constitutum immutare et perturbare ho-
‹ minum temeritas aut improbitas velit, tum vero
‹ etiam sapientissime atque utilissime instituta aut
‹ obesse incipiunt, aut prodesse desinunt, vel quod vim
‹ iuvandi mutatione amiserint vel quod tales Deus ipse
« poenas malit de mortalium superbia atque audacia
« sumere ».71

Oportet igitur ad rectum ordinem in re coniugali restituendum, ut omnes divinam de matrimonio rationem contemplentur ad eamque se conformare studeant

Verum, cum huic studio indomitae praesertim concupiscentiae vis obsistat, quae sane potissima est causa cur contra sanctas matrimonii leges peccetur, cumque homo cupiditates suas sibi subditas habere non possit, nisi prius se subiciat Deo, hoc primum curandum erit secundum ordinem divinitus statutum. Nam firma lex est. ut quicumque se Deo subiecerit, gaudeat ille subici sibi, divina gratia opitulante, concupiscentiam animique sui motus, qui vero rebellis Deo fuerit, illatum sibi a violentis cupiditatibus intestinum bellum experiatur ac doleat. Quod quam sapienter decretum sit, ita exponit S. Augustinus: « Hoc enim expedit: inferius su-
« bici superiori; ut et ille qui sibi subici vult quod est
« inferius se, subiciatur superiori se. Agnosce ordinem.
‹ quaere pacem! Tu Deo; tibi caro. Quid/ iustius? quid 513
« pulchrius? Tu maiori, minor tibi: servi tu ei. qui
« fecit te, ut tibi serviat quod factum est propter te.
‹ Non enim hunc ordinem novimus, neque hunc ordi-
‹ nem commendamus: Tibi caro, et fu Deo' sed: Tu
« Deo. et tibi caro! Si autem contemnis, Tu Deo. num-
« quaere pacem! Tu *Deo;* tibi caro. Quid/ iustius? quid
‹ mino, torqueris a servo ». *

Quem divinae Sapientiae ordinem ipse beatissimus Doctor Gentium, afflante Spiritu Sancto, testatur; cum enim veterum sapientum meminisset, qui cognitum a se et exploratum omnium rerum Conditorem adorare et revereri renuissent: « Propterea, inquit, tradidit
‹ illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam,
« ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis »; et iterum: ‹ propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae ». " « Deus (enim) superbis resistit, humi-
▮ libus autem dat gratiam ».71 sine qua. quemadmodum idem Doctor Gentium monet, homo nequit rebellem coercere concupiscentiam. ”

Quonlam igitur huius indomiti impetus nequaquam, ut requiritur, temperari poterunt, nisi prius animus ipse demissum pietatis ct reverentiae obsequium Conditori suo praestiterit, prae ceteris id est necessarium,

XVI. ti – Coertf. Trtd. ** XXIV. c. 5 “ Coftrtl. Tmf. XXIV. e. 7. * Cod tur «t, CC. II» sqq.
‘ Uo XIII Utt Itonel 10 Prbr. ŧK ; Utt Frrytl 10 Frbr 1». ” Utt. Encyri. Arranum, 10 Febr. IfiSO. S. Thom. Aquin, *Summ. thcolog.*, I.·-2M
η. 91. n. 17. » Utt. Encyd. Arramim. 10 Febr. IMO
' S. August.. *E^arrut* H Ps. 143. II Rom.. I. 24. 28.
'· Uc . IV. 6. * Cfr *Rom,,* VU. VIU. ″ *Cone, Vai.* sew.

at eos. qui se sacro coniugii vinculo nectunt, intima et germana pervadat totos erga Deum pietas, quae universam eorum vitam informet, mentem et voluntatem summa erga Dei Maiestatem impleat reverentia.

Rectissime igitur et ad absolutissimam Christian! sessus normam faciunt illi animarum Pastores qui con-:uges. nc in matrimonio a Dei lege desciscant, in primis ad pietatis et religionis exercitia hortantur, ut Deo « totos tradant, eius auxilium assidue implorent, Sa-
53 cnmeota frequen tent, piam semper et in omnibus devotam erga Deum voluntatem foveant atque servent.

Falluntur vero vehementer qui, posthabitis aut neglectis his, quae naturam excedunt, rationibus, naturalium scientiarum usu et inventis (biologiae scilicet, idefltiae transmissionis hereditariae, aliarumque id genus) homines inducere posse putant, ut carnis desideriis frenos iniciant. Quae non ita dicta volumus, perinde ac d res naturales, quae inhonestae non sint, parvi sint hciendac; unus est enim auctor et naturae et gratiae, Deus, qui utriusque ordinis bona in usum et utilitatem becninum contulit luvari igitur possunt et debent fideles naturalibus quoque artibus; sed errant qui has fffficere opinentur ad foederis nuptialis castitatem stabiliendam, aut iis maiorem vim inesse putent, quam gratiae supernaturalis auxilio.

Haec autem coniugii et morum ad divinas de matrimonio leges conformatio, sine qua eius instauratio efficax esse non potest, postulat ut ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore quaenam sint eiusmodi leges dignosci possit. At nemo non videt, quot fallaciis aditus aperiretur et quanti errores admiscerentur veritati, si res singulis relinqueretur solo rationis lumine exploranda, aut si privata veritatis revelatae interpretatione investigaretur. Quod quidem si in multis aliis ordinis moralis veritatibus locum habet, id tamen potissimum in his, quae ad coniugium pertinent, attendi debet, ubi voluptatis libido irrumpere in fragilem humani generis naturam eamque decipere et corrumpere facile possit; idque eo magis, quod ad legis divisae observationem, ardua interdum, eademque diu coniugibus experiunda sunt, quibus, ut rerum usu docemur, debilis homo quasi totidem utitur argumentis, et a lege divina servanda sese eximat.

Quapropter ut legis divinae non fictio aliqua aut corruptio, sed vera germanaque cognitio humanas mentes collustret hominumque mores dirigat, pietati erga Deum eique obsequendi studio sincera atque humilis erga Ecclesiam oboedientia adiungatur oportet. Ecclexam enim constituit ipse Christus Dominus magistram veritatis, in his etiam quae ad mores pertinent regendos ardinandosque, etsi in his multa humanae rationi per r impervia non sunt. Deus enim, quemadmodum ad natarales religionis et morum veritates quod pertinet, rationis lumini revelationem addidit ut, quae recta et vera sunt, < in praesenti quoque generis humani con- c ditione ab omnibus expedite, firma certitudine et < nullo admixto errore cognosci possint ».* ita Ecclesam in eundem finem constituit totius de religione et naribus veritatis custodem et magistram; cui propterca fideles, ut a mentis errore et a morum corruptione immunes serventur, oboediant, et mentem animumque sabidant Et ne auxilio a Deo tam liberali benignitate collate se ipsi privent, necessario hanc oboedientiam praestare debent non solum sollemnioribus Ecclesiae definitionibus, verum etiam, servato modo, ceteris Constitutionibus et Decretis, quibus opiniones aliquae ut periculosae aut pravae proscribuntur et condemnantur. °

Quocirca christifideles caveant in his etiam, quae nocte de matrimonio circumferuntur, quaestionibus, ne sao se iudicio nimis committant neve falsa rationis humanae libertate, seu < autonomia » quam vocant, allici se sinant. Alienissimum enim est ab omni veri nominis chnstiano, suo ingenio ita superbe fidere, ut iis solum, quae ipse ex interioribus rerum visceribus cognoverit, issentiri velit, et Ecclesiam, ad omnes gentes docendas regendasque a Deo missam, rerum et adiunctorum recentium minus gnaram existimare, vel etiam iis tantam. quae per soUemniores quas diximus definitiones ea miserit, assensum et oboedientiam praestare, perinde ac si opinari prudenter liceat cetera eius decreta
Î3 ast falso laborare aut veritatis honestatisque! causâ niti son satis. Est proprium, contra, veri omnis christifidtlis. sive doctus hic est sive indoctus, in omnibus quae ad fidem et mores pertinent se regi et duci sinere

ΣΠ. cap. 3. u Cfr. *Conc. Vat., sess.* IIT, cap. 4; *Cod. iur.*

a Sancta Del Ecclesia, per eius Supremum Pastorem Romanum Pontificem, qui regitur ipse a lesu Christo Domino Nostro.

Cum ergo omnia ad Dei legem et mentem reducenda sint, ut in universum et perpetuo matrimonii instauratio peragatur, summi sane momenti est, fideles bene de matrimonio edoceri: verbo et scripto, non semel nec leviter, sed saepe et solide, claris gravibusque argumentis, ut eiusmodi veritates intellectum percellant animumque permoveant. Sciant iidem assidueque recogitent quantam Deus sapientiam, sanctitatem, bonitatem erga humanum genus ostenderit, matrimonium instituendo, sacris legibus illud fulciendo, multoque tum magis cum ad Sacramenti dignitatem mirifice evexit, per quam tam copiosus gratiarum fons Christianis coniugibus patet, ut nobilissimis connubii finibus caste fideliterque inservire queant in sui et liberorum, totiusque societatis civilis atque humanae consortionis bonum et salutem.

Profecto, si hodierni matrimonii eversores toti in eo sunt, ut sermonibus, scriptis, libris et libellis, aliisque innumeris moais mentes pervertant, animos corrumpant, coniugalem castimoniam ludibrio dent, turpissima quaeque vitia laudibus efferant, multo magis Vos, Venerabiles Fratres, quos « Spiritus Sanctus po- « suit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit « sanguine suo »'- toti in eo esse debetis, ut per vos ipsi et per sacerdotes vobis commissos, atque adeo per apte electos laicos Actionis *Catholicae* a Nobis tantopere exoptatae et commendatae, in apostolatus hierarchic! auxilium vocatos, omni qua par est via errori opponatis veritatem, turpi vitio splendorem castitatis, cupiditatum servituti libertatem filiorum Dei," iniquae di-/ 582
vortiorum facilitati perennitatem genuinae in matrimonio caritatis et ad mortem usque inviolatum datae fidei sacramentum.

Unde fiet, ut christifideles toto animo gratias Deo referant, quod eius mandato ligentur et suavi quadam vi cogantur ut quam longissime fugiant a quavis carnis idololatria et ab ignobili libidinis servitute; itemque ut magnopere absterreantur omnique studio sese avertant a nefariis illis commentis, quae, in dedecus sane dignitatis humanae, voce et scripto, sub nomine < perfecti matrimonii > nunc ipsum circumferuntur, quaeque scilicet perfectum istud matrimonium idem tandem esse faciunt ac « matrimonium depravatum », proutl etiam, iure meritoque. dictum est

Haec salubris de matrimonio Christiano instructio ac religiosa disciplina ab exaggerata illa institutione physiologica longe distabit, qua, his nostris temporibus, nonnulli, qui se coniugalis vitae emendatores iactant. servire coniugibus contendunt, plurima verba de physiologicis his rebus faciendo, quibus tamen ars potius discitur callide peccandi quam virtus caste vivendi.

Itaque, Venerabiles Fratres, Nostra toto animo facimus verba quibus decessor Noster fel. rec. Leo XIII in suis de matrimonio Christiano Litteris Encyclicis universi orbis Episcopos est allocutus: « Quantum conten- « tione assequi, quantum auctoritate potestis, date opo- i ram, ut apud gentes fidei Vestrae commendatas in- « tegra atque incorrupta doctrina retineatur quam « Christus Dominus ct coelestis voluntatis interpretes « Apostoli tradiderunt, quamque Ecclesia Catholica re^ « ligiose ipsa servavit, et a Christifidelibus servari « per omnes aetates iussit ».M

Verum, vel optima per Ecclesiam institutio sola non sufficit, ut matrimonii ad legem Dei conformatio rursus habeatur; quamvis enim coniuges de christiano matrimo/nio doctrinam calleant, accedat tamen oportet ex M3
parte eorum firmissima voluntas sanctas Dei et naturae de matrimonio leges servandi. Quidquid tandem verbo et scripto asseri et propagari velit, firmiter constanterque coniugibus sanctum ac sollemne esto: in omnibus quae ad matrimonium pertinent, sine ulla haesitatione Dei mandatis stare se velle: mutuo caritatis auxilio semper praestando, castitatis fide servanda, vinculi firmitate numquam violanda, iuribus per coniugium acquisitis non nisi Christiane semper et moderate adhibendis, primo praesertim coniugii tempore, ut. si quando postea rerum adiuncta continentiam postularint uterque iam assuctus continere, faciliore negotio, se queat.

Magnopere autem ipsos, ut hanc firmam voluntatem concipiant, retineant atque exsecutioni mandent, tuvn-

con.. c. 1324. « 4ct. XX. SS. <' Cfr fo.. VIII. 33 aqq : *GaL.* V. 13. M Utt. Etecycl Arotmtm. 10 Ffcbr. IMO.

bit frequens sui status consideratio atque operosa recepti Sacramenti memoria. Meminerint assidue, se ad sui status officia et dignitatem peculiari veluti consecratos et roboratos esse Sacramento, cuius efficax virtus. quamquam characterem non imprimit, perpetuo tamen perseverat Meditentur idcirco haec Sancti Cardinal^ Roberti Bellarmmo verba, solidi profecto solatii plena, qui cum aliis magnae notae theologis ita pie sentit et scribit: c Coniugii Sacramentum duobus modis considerari potest: uno modo, dum fit; altero modo, dum permanet postquam factum est. Est enim Sacramentum simile Eucharistiae, quae non solum dum fit, sed etiam dum permanet. Sacramentum est: dum enim coniuges vivunt, semper eorum societas i Sacramentum est Christi et Ecclesiae ·. °

Verum ut huius Sacramenti gratia vim suam totam exserat, coniugum opera, prout iam monuimus, accedere debet, eaque in hoc esse, ut, quantum contentione possunt, in officiis implendis suis studiose elaborent Quemadmodum enim tn naturae ordine, ut vires a Deo datae plenam suam edant efficacitatem, eae ab hominibus proprio labore atque industria adhibendae sunt quod si negligatur, nihil inde emolumenti colligitur, ita etiam vires gratiae, quae ex Sacramento in animum profluxere ibique manent ab hominibus proprio studio ei labore exercendae sunt Nolint ergo coniuges Sacramenti gratiam negligere, quae in ipsis est; * sed sedulam officiorum suorum observationem quamvis laboriosam aggress. ipsam illius gratiae vim efficaciorem in dies experientur. Et si quando condicionis suae vitaeque laboribus gravius se premi sentiant, ne animos despondeant, sed sibi quodammodo dictum existiment id quod Timotheo discipulo carissimo, laboribus et contumeliis vix non detecto, S. Paulus Apostolus de Ordinis Sacramento scribebat: Admoneo te ut resuscites grai tam Dei quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis et dilectionis ct sobrietatis >.p

Sed hacc omnia. Venerabiles Fratres, magnam partem a debita coniugum pendent tam remota quam proxima ad matrimonium praeparatione. Illud enim negari non potest, felicis coniugii firmum fundamentum, et infelicis ruinam, am pueritiae et Juventutis tempore in puerorum puellarumque animis instrui ac pont Nam qui ante coniugium in omnibus seipsos ct sua quaesiere, qui suis cupiditatibus indulgebant, timendum est. ne lidem in matrimonio tales futuri sint quales ante matrimonium fuerint; item id tandem metere debeant quod seminaverint" - intra domesticos nimirum parietes tristitiam, luctum, despectum mutuum, rixas, animi simultates, vitae communis taedium - neve. quod maximum est. seipsos cum suis indomitis cupiditatibus inveniant,/

Bene igitur animati paratique. sponsi ad statum coniugii ineundum accedant, ut possint ea qua par est ope sc mutuo luvarc in adversis vitae vicibus subeundis, multoque magis in aeterna salute procuranda et in interiore homine ad plenitudinem aetatis Christin conformando. Id etiam eo conferet, ut ipsi dilectae suboli tales revera sese praebeant quales Deus voluit parentes praestare se proli: ita videlicet ut pater vere pater sit, mater vera sit mater; per quorum pium amorem assiduasque curas, domestica sedes, etiam in magna rerum inopia mediaque in hac lacrimarum valle, evadat liberis quoddm illius iucundl paradisi vestigium, in quo primos homines Creator generis humani collocavit Hinc etiam sequetur ut filios facilius efficiant perfectos homines perfectosque Christianos, eos genuino Ecclesiae Catholicae sensu imbuant, itsdemque nobilem illam erga patriam caritatem iniiclant, ad quam pietatis gratique animi causâ tenemur.

Itaque, tam illi, qui iam de sancto hoc connubio aliquando ineundo cogitant, quam qui luventutis chriitianae educandae curam habent haec tanti faciant, ut bona praeparent, mala praecaveant, memoriamque renovent eorum quae in Nostris de educatione Litteris Encydide monuimus: A pueritia Igitur voluntatis inclinationes. si pravae, cohibendae, sin autem bonae, promovendae sunt, ac praesertim puerorum mens imbuatur doctrinis a Deo profectis ct animus divinae gratiae auxiliis roboretur oportet, quae ai defuerint, nec suis quisque moderari cupiditatibus poterit neque ad absolutionem perfectionemque disciplina atque informatio ab Ecclesia adduci, quam ideo Chri-

stus caelestibus doctrinis ac divinis Sacramentis instruxit, ut efficax omnium hominum esset magi-

Ad proximam vero boni matrimonii praeparationem maximopere pertinet eligendi confugis studium; nam plurimum inde pendet utrum matrimonium felix futurum sit necne, cum alter coniux alteri aut magno adfatorio ad vitam Christiano modo in coniugio ducendam, aut magno periculo atque impedimento esse queat Nt ergo inconsultae electionis poenas per totam vitam luere debeant, maturam sponsi deliberationem kutituant antequam personam seligant, quacum deinde perpetuo sibi degendum erit; in hac vero deliberatione ia primis rationem habeant Dei veraeque Christi religionis. deinde sui ipsius, alterius sponsi, futurae prolis bono consulant itemque societatis humanae et civilis, quae ex connubio tamquam cx suo fonte oritur. Petasi sedulo divinum auxilium, ut eligant secundum Christianam prudentiam, minime vero caeco et indomito cupiditatis impetu neque solo lucri desiderio above mass nobili impulsu ducti, sed vero rectoque amore et sincero erga futurum coniugem aifectu; praeterea eos fines in matrimonio quaerant propter quos illud est a Deo constitutum. Neque omittant denique, de eligenda altero coniuge prudens parentum consilium exquirere, illudque haud parvi faciant, ut, eorum maturiore humanarum rerum cognitione et usu, perniciosum hac ia re errorem praecaveant et divinam quarti mandati benedictionem. matrimonium inituri, copiosius assequantur: Honora patrem tuum et matrem tuam, (quod est c mandatum primum in promissione), ut bene sit tibi, c et sis longaevus super terram ».n

Et quoniam non raro perfecta mandatorum Dei observatio et coniugii honestas graves inde patiuntur difficultates, quod coniuges rei familiaris angustiis et magna bonorum temporalium penuria premantur, eorum necessitatibus, meliore qua fieri potest ratiore, subveniendum profecto est

Atque in primis est illud omni contentione enitendum ut, id quod iam sapientissime decessor Noster Leo XIII decreverat." in Societate civili rationes oeconomicae et socia les ita constituantur, ut omnes patres- & familias sibi, uxori, filiis pro dignitate et loco alendis necessaria mereri ac lucrari possint: « dignus est enim operarius mercede sua ». " Hanc negare aut aequo minorem facere gravis iniustitia est et Sacris Litteris inter maxima ponitur peccata; M neque fas est mercedes statui tam tenues, quae, pro rerum condicionibus, alendae familiae sint impares.

Curandum tamen est, ut vel ipsi coniuges. idque iam diu ante quam matrimonium ineant, futurae incommoda necessitatesque vitae praevertere aut saltem minuere studeant, et quomodo id efficaci simul et honesto modo facere possit, a peritis edoceantur. Providendum etiam ut. si sibi ipsi unis non sufficiunt, coniuncta similium opera conditisque privatis aut publicis sodaliciis. vitae necessitatibus succurrant.w

Quando vero haec, quae diximus, familiae, praesertim si grandior sit aut minus valeat, sumptus aequare non possunt, amor proximi Christianus requirit omnino, ut ea quae desunt indigentibus Christiana compenset caritas, ut divites praecipue tenuioribus opitulentur, neve qui superflua habent bona in vanos sumptus impendant aut prorsus dissipent, sed in sospitandam vitam et valetudinem eorum convertant, qui etiam necessariis carent. Qui Christo in pauperibus de suo dederint, ii a Domino, cum venerit iudicare saeculum, uberrimam recipient mercedem; qui contra fecerint, suas poenas luent. Non enim frustra monet Apostolus: « Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua « ab eo: quomodo caritas Dei manet in eo >?w

Quod si privata subsidia satis non sunt, auctoritatis publicae est supplere impares privatorum vires in re praé/sertim tanti momenti ad bonum commune, quanti est familiarum et coniugum condicio hominibus digna. SI enim familiis, iis in primis quibus est copiosa proles, apta desunt domicilia; si laboris victusquc acquirendi occasionem vir nancisci nequit; si ad quotidianos usus nisi exaggeratis pretiis res emi non possunt; si etiam matcrfamilias. haud exiguo domesticae rei nocumento.

3 Rob BeUannia . Dc anfrorcrtfU. tom III, Dc Ma!r,, con· tmrwn II 'ip « " Cfr. *I* Ttw.. IV. 14. » *II* Tim.. I. 47. · *Ctr M.* VI. 9 w Cfr. Eph,, IV, 13. » Uti. Encycl. Dfrini *tlltux Magistri.* 31 Dec. 1929. " Ep>^3.. VI. 2 3; rfr. Etoi.. XX, 12 "--Hltt. Encycl. *Rerum notcrum.* 15 Mali 1W1. « Luc.. X. 7. * Cfr. *Dcut.,* XXIV, 14. 15. n Ctr. Leo XIII, Utt. Encycl. *Rerum noearum,* 15 Mail 1891, * Matth., XXV. 34 eqq. " I Io., HI. 17. « Lilt.

necessitate et onere premitur pecuniae proprio labore hxnndae; si eadem in ordinariis vel etiam extraordiranls maternitatis laboribus, convomenti victu, medicir.entis, ope periti medici aliisque id genus caret: temo non videt, si quidem coniuges animo deficiant, q'mn difficilis eis reddatur convictus domesticus et Eundalorum Dei observatio, praetercaque quantum discnminls securitati publicae et saluti vitaeque ipsius erilis societatis inde obvenire queat, si tales homines eo desperationis redigantur, ut, cum iam nihil habeant qood sibi timeant auferendum, multa se fortasse assecuturas sperare audeant ex reipublicae rerumque omrian perturbatione.

Quapropter qui curam rei publicae et boni communas habent, tales coniugum familiarumque necessitates négligera non possunt, quin grave civitati et bono communi nocumentum afferant; in legibus igitur ferendis et in publicis expensis statuendis huic egenarum farrjbarum inopiae sublevandae sic prospiciant, ut eiusr.odi curam inter praecipuas suae potestatis partes habeant

Quo in genere non sine maerore animadvertimus, id nunc haud raro evenire, ut, recto ordine inverso, catn prolique illegitimae (cui equidem, etiam ad praecavenda maiora mala, succurrendum est) facile admodum suppeditetur praesens copiosumque subsidium, quod legitimae aut denegetur aut parce sic concedatur e quasi ab invitis videatur extortum.

Sed non solum. Venerabiles Fratres, auctoritatis pu-
a blicae plurimum interest, in his quae temporalia bona sunt matrimonium familiamque bene constitui, sed in ia etiam, quae bona animarum propria sunt dicenda: lejes videlicet ferri iustas et servari fideliter, quae ad castitatis fidem et mutuum coniugum auxilium pertineant, propterea quod, historia teste, salus reipublicae rt temporalis civium felicitas tuta esse et salva manere non potest, ubi fundamentum, quo ipsa innititur, rectus sclicet morum ordo, labefactetur et, vitio civium, obstruatur fons, ex quo civitas gignitur, matrimonium cjnirum et familia.

Ordini autem morali servando, neque externae civitatis vires et poenae sufficiunt nec virtutis pulchritudo et necessitas hominibus proposita, sed accedat oportet nctoritas religiosa quae mentem veritate illustret, vohntatem dirigat et humanam fragilitatem divinae gratae auxiliis confirmet, quaeque sola est Ecclesia a Christo Domino instituta. Quapropter ad concordiam et imicitiam cum hac Christi Ecclesia ineundam firmanteque omnes, qui supremam civilem potestatem habent vehementer in Domino hortamur, ut consociata eLriujque potestatis opera et diligentia, immania propulsentur damna, quae, ex irruentibus in matrimonium e*, familiam procacibus libertatibus, tam Ecclesiae quam .31 civili societati impendent

Summopere enim gravissimo huic Ecclesiae officio fcfes civiles favere possunt, si in praeceptis dandis rationem habeant eorum, quae lege divina et ecclesiastxa statuta sunt, et poenis animadvertant in eos qui peccaverint. Nam non desunt qui, quod leges civitatis permittunt aut certe poenis non prosequuntur, id quoque aut sibi secundum moralem legem licere putent, i-t vel conscientia renitente, id opere exsequantur, quia nec Deum timeant nec ab hominum legibus quidquam sibi metuendum cernant; unde haud raro sibi ipri et aliis bene multis pariunt ruinam.

Nec vero civitatis iuribus et integritati, ex hac cum Ecresia consociatione, quidquam aut periculi aut de-
5c Tmotio/nis accidet: inanis est enim et vana omnis eius=odi suspicio et timor: quoad iam Leo XIII luculenter ostenderat: « Nemo autem dubitat, inquit, quin Eccle-
c sae conditor lesus Christus potestatem sacram vo-
‹ luerit esse a civili distinctam, et ad suas utramque eres agendas liberam atque expeditam; hoc tamen
‹ adiuncto. quod utrique expedit, et quod interest om-
‹ rJum hominum, ut coniunctio inter eas et concordia
‹ intercederet... Si cum sacra Ecclesiae potestate civilis
‹ auctoritas amice congruat, magna utrique necesse
« est fiat utilitatis accessio. Alterius enim amplificatur
« ignitas, et religione praeeunte, numquam erit non
« :urium imperium : alteri vero adiumenta tutelae et
« defensionis in publicum fidelium bonum suppedi-
(tantur ». *

Atque ita. ut recens clarumque exemplum afferamus, secundum rectum ordinem et secundum Christi «em id prorsus evenit, quod, in sollemni Conventione inter Sanctam Sedem et Italiae Regnum feliciter inita, etiam quod ad matrimonia attineret, pacifica quaedam compositio et amica actio statuta est, ut gloriosam decebat Italicae gentis historiam ac vetustas eius sacrasque memorias. Et sane, haec in Lateranensibus Pactionibus decreta leguntur: e Civitas Italica, matrimonii
‹ instituto, quod est familiae fundamentum, eam digni-
‹ tatem restituere volens, quae populi sui traditionibus
‹ congruat, Sacramento matrimonii, quod iure canonico
« regitur, effectus civiles agnoscit >; ” cui normae ac fundamento ulteriora dein sociatae conventionis capita adiecta sunt.

Ea res omnibus exemplo esse potest et argumento, hac etiam nostra aetate (qua, pro dolor, civilis auctoritatis plenissima ab Ecclesia, immo vero ab omni religione separatio tam saepe praedicatur), posse alteram supremam potestatem cum altera sine ullo alterutrius iurium summaeque potestatis detrimento, mutua concordia et amico foe/dere, ad commune societatis utrius- 591
que bonum, coniungi et sociari, curamque de matrimonio ab utraque potestate haberi posse communem, que bonum, coniungi et sociari, curamque de matria coniugiis Christianis procul arceantur.

Quae omnia. Venerabiles Fratres, vobiscum, pastorali sollicitudine permoti, attente perpendimus, ea inter universos dilectos filios vestris curis proxime commissos, quotquot sunt e magna Christi familia, secundum Christianae prudentiae normam, large evulgentur atque illustrentur velimus, ut sanam de matrimonio doctrinam omnes plene noscant itemque pericula ab errorum praeconibus parata sedulo caveant, et maxime
‹ ut. abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et iuste et pie vivant in hoc saeculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri lesu Christi ».

Faxit ergo omnipotens Pater, « ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur »,w qui debiles corroborat et infirmis tlmidisque animum adicit; faxit Christus Dominus ac Redemptor, ‹ venerabilium Sacramentorum institutor atque perfector ».'~ qui matrimonium mysticam esse voluit effecitque imaginem suae ineffabilis cum Ecclesia coniunctionis; faxit Sanctus Spiritus, Deus Caritas, lumen cordium et robur mentis, ut, quae hisce Nos litteris de sancto matrimonii Sacramento, de mira Dei circa illud lege et voluntate, de erroribus et periculis quae imminent, de remediis quibus possit illis occurri, exposuimus, mente omnes percipiant. prompta voluntate assumant, Deique gratia iuvante in usum traducant, ut inde rursus florescat et vigeat in matrimoniis Christianis Deo dicata fecunditas,/ 592
fides illibata, inconcussa firmitas, sacramenti sanctitas et gratiarum plenitudo.

Quod ut Deus, auctor omnium gratiarum, a quo est omne *velle et perficere,*m secundum suam benignitatem et omnipotentiam efficiat et largiri dignetur, dum enixas ad eius gratiae Thronum preces demisso animo admovemus, eiusdem Omnipotentis Dei copiosae benedictionis pignus, vobis. Venerabiles Fratres, et clero populoque assiduis vigilantiae vestrae curis commisso Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxxi menris anno mdccccxxx. Pontificatus Nostri nono.—Pivs Pp. x i.

Apost. Sed.,
»« *Eph.,* **III**
П. 13.

Adn. Ph. MAROTO in Apoll. 4 (1931) 75-96: A. VERMEERSCH in PrM 20 (1931) 42-66.

1006

1930 DEC 31.-SC CAER.» DECR. AAS 23 (1931)

Ssfnus D. N. Pius Papa XI, eo consilio ut dignitas eorum, qui cum in Ecclesiae gubernatione, tum in ipsa Pontificis Maximi Domo principes habent partes, maiore cotidie in honore sit, Purpuratorum Patrum percontatus sententiam, qui sacris caerimoniis regundis praepositi sunt, die 11 mensis Decembris huius anni, arcessito viro hac m pagina subsignato, qui Sacrae Congregationi Caerimoniarum est n secretis, decrevit: *Excel·*

lentwe *Reverendissimae* titulum, praeter quam Patriarchis et Latinae et Orientalis Ecclesiae, praeter quam Praelatis qui a flocculis vulgo appellantur, praeter quam Nuntiis et Internuntiis Apostolicis, tribuendum quoque esse Archiepiscopis atque Episcopis sive residcntialibus sive Utularibus tantum, itemque Magistro Pontifici: cubiculi. Praelatis qui assident vel sunt a secretis in Sacris Romanis Congregationibus, Secretario Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, Praelato Decano Sacrae Romanae Rotae ac denique Substituto Secretariae Status. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Caerimonialis, die 31 Decembris 1930.—-I. Card. Grants Pignatelli di Belmonte, Ep. Ostiensis et Albanensb, *Praef.* B. Nardone, Secr.

Adn. J. C. in NrT 53 (1931) 258-259: ME 43 (1931) '« PrM 20 (1931) 131.

ANNUS 1931

FORMUU < EXTRA ORDINEM > FACULTATUM DECENNALIUM PRO DIOECESIBUS: SARAJEWO, BANJALCCA, MOSTAR. ANTIRARI, SCOPIA

Vigore poiejiatis sibi α *Ssmo D. N.* ... Diu. *Prov. PP. ... tributae, haec S. Congregatio Christiano Nomini Propagando Excrho Domino Ordinario sequentes facultates concedit ad ...*

Ai - Circa sacramenta rr sacros ritus

1. Permittendi celebrationem trium Missarum de ritu in nocte 5'atimtata D. N. I. C. in ecclesiis Religiosorum non comprehensis in can. 821. J 3. cum facultate pro adstanUbus Ad S. Synixim accedendi, ita umen ut dictae 1res Missae ib uno eodemque Sacerdote celebrentur

2. Permittendi celebrationem Ss. Mtaae Sacrificii Fena V m Cocna Domini, facta licentia personis habilualiter m Communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxi «'aam ad adimplendum praeceptum paschale.

3. Quando In Missa Hebdomadae Maioris dicitur *Passio* pro sacerdotibus qui. praehibita facultate, binas Musas rite celebrant, legendi in una Missa tantum ex Passione postremam pariem (Altera autem die. etc. praemissis; Munda cor mckw. etc. — Sequentia sancti Evangeln secundum (Mar IMtinQ.

4 Celebrandi Müsam *de* requie lectam semel in *Hebdonada* ao Ordinario In proprio Oratorio; dummodo non occurrat Festum ritus duplicis, primae aut secundae classis Dominica aut Festum de praecepto etiam suppresso, necnon Octava pnnleguta. Fena Quadragesimae. Quatuor Temporum. II Rogationum. Vigilia aut Feria in qua anticipanda rei pruno reponenda est Missa Dominicae: sen-alls de cetero Rubricis.

5 Reducendi Der quinquennium, ob diminutionem redituum. perpetua Musarum onrra ad rationem eleemosynae In dioecesi legitime vigentis, quoties nemo »t qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub '.ere ut de Missarum ita reductarum satisfactione a singuli» celebrantibus Curta dloecesana quovis anno legitime doceatur.

G Trini/crendi per quinquennium intra fines dioecesis onere Musarum m diei, ecclesias vel altaria alia a fundatione ttatuta. dummodo adsit vera necessitas nec divinus cult-Λ idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudieraM Inferatur, exceptis tamen legatis quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis ante Cuna dioccesana a singulis celebrantibus legitime docwtur.

1. Traatftfeedi per quinquennium exuberantia Missarum onera ϖn extra dioecerim. cauto tamen ut quam maximum Mivarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque kdamusim serventur praescripta Codice iuris canomei circa cauteta adhibendas in Missis committendis.

β. Permittendi Monialibus dcicenium tn ecclesiam, ut ipv«e rtm mv.on mUertla mundare ct decorare possint, exeuntibus pnux ab rtclnln extraneis omnibus, non exeeptto ips Confessario el .Monasterio insen tentibus et extra Llaurir· degentibus portae Ilinis claudantur et claves Superiori tradantur. Moniales vero semper binae sint et porta pc? quam editus interior nd ecclesiam patet, duplirt divi claudatur, quarum una a SupertnrLv«a. altera a «Lnelimcmt»!; ib Ordinario deputanda custodiatur ct non

aperiatur msj in casibus enunciatis et cum praescnpta cautelis.

9. *Deputandi* Vicarium Generalem vel alium sacerdotem, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad altaria fus et portarilui consecranda, servato ritu et forma Pontihcaks Romani.

10. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad *altaria fixa* et portahlii exsecrata consecranda, adhibita breviori *formula B* pro casibus can. 1200. f 2 C. I. C.: dum in casu can. 12C0. | L lam indulta fuit per ipsum canonem facultas et adhibendi est *formula A.*

11. Deputandi Vicarium Generalem vel alium sacerdotem, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad consecrandos calices ct *patenas;* servato ritu et forma Pontificalis Romani.

12. Dispensandi, etiam pro Religiosis exemptis, super defectu aetatis *canonicae* ad Sacrum Ordinem presbyteravos, scilicet:

a) super eiusdem defectu usque ad duodecim mer.scv dummodo ordinandi a suis Superioribus litteras dimisscrules acceperint et ceteras habeant qualitates a sacris csr» nibus requisitas ac praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam canonis 976. § 2. C. I. C.;

b) super eodem defectu etiam ultra duodecim mense at non ultra sexdecim, dummodo alumni ne gaudeant vel indigeant alia apostolica dispensatione, servatisque ceteris conditionibus, ut sub lit. a).

L Utrum quaedam lingua vernacula, sicut mos est hisce in regionibus, addere liceat absolutioni, praesente cadavere, post Missam de Requie peractae?

IL Si affirmative, utrum translatio in linguam vernaculam dumtaxat partium liturgicarum. id est: *Non i'.ircf* in *judicium — Libera me Domine* — et Orationis Dew cui *proprium est* etc. an et etiam alia, v. g. Epistola et Evangelium de Missa in die obitus permittantur?

IП. Si affirmative, utrum has preces in lingua vernacula inserere liceat inter Orationem Deus cui *propriam est misereri* etc. et antiphonam *In Paradisum?*

IV. Si negative ad tertium, ubinam dicendae erunt hae preces?

Et Sacra eadem Congregatio, audito Specialis Com-"irionis suffragio ad praepositas quaestiones respondeodum censuit:

Ad I. *Negative* ct *ad mentem.* Nimirum servatis omnibus quoad ordinem exequiarum in Rituali Romano praescriptis, funebris oratio haberi potest vel post Missam solemnem et ante absolutionem ad castrum doloris vel expletis exsequiis cum psalmo *De profundis* et adnexis precibus juxta Decretum S. R. Cong. N. 3790:

Ad II et III, *Negative.* Ad IV. *Provisum.*

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 29 Aprilis, 1931.—C. Card. Laurenti, S. *R. C. Praef.* A. Carino, S. *R. C. Secr.*

• Magistro Caeremoniarum Cathedralis Rotfensis: ER 86 (1932) 64-65. Adn. ER 86 (1932) 66-67.

1026

1931 MAI 10.-SC CONC., RESP. AAS 23 (1931) 235

S. IACOBI DE VENEZUELA et ALIARUM

DE VICARIO GENERALI AC CAPITULARI

In plenario conventu Emorum Patrum huius Sacrae Congregationis Concilii, die 9 Maii 1931 habito, proposita sunt, inter alia, dirimenda quae sequuntur dubia:

I. « An vi praecedentiae Vicario generali competant iura et officia, de quibus in canone 397;

II. « An vi praecedentiae Vicarius generalis canonicus eximatur a munere adsistendi Episcopo in Missis aliisque functionibus pontificalibus;

III. ‹ An Vicario capitulari, vi muneris, competat ius et officium peragendi functiones sacras in sollemnioribus anni festivitatibus, de quibus in canone 397, n. 1 ?*

Porro iidem Emi Patres ad tria relata dubia respondendum censuerunt: *Negative:*

Hanc autem resolutionem Ssfhus Dominus Pius Pp. XI in audientia diei 10 insequentis, infrascripto Secretario concessa, approbare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis. die 10 Maii 1931.—I. Card. Serafini, Praef. I. Bruno, *Secr.*

Adn. A. BENTLEY In CR 2 (1931) 181-182; 1. CREUSEN In NrT 58 (1931) 936; REGATILLO n. 167; S. ROMANI in Apoll. 4 (1931) 217-219; IP 11 (1931) 191-192; ME 43 (1931) 184-185,252-253; 44 (1932) 55-56; PrM 21 (1932) 25-26.

1027

1931 MAI 15.-PIUS XI, ENCYC. AAS 23 (1931) 177-228

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRLARCHAS, PRLMATES, ARCHIEPTSCOPOS, EPISCOPOS AL1OSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES ITEMQUE AD CHRISTIFIDELES CATHOLICI ORBIS UNIVERSOS

De ordine «oelall Instaurando et ad ěvens Hear 1« g|·» normam perficiendo, in nnnnni XI. ţ>o editas ! eonU XIII Litteras EncjrllcaB « Keram notarum *

PIUS PP. XI

Venerabiles fratres, dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem

« *Rerum Novarum* » [·] Quadragesimo anno expleto, ex quo fel. ree. Leonis XIII egregiae Litterae Rerum *novarum* prodiere, universus orbis catholicus grata recordatione perfunditur, easque digna celebratione commemorandas suscipit

Et sane, quamquam insigni illi pastoralis sollicitudinis documento viam quodammodo straverant eiusdem Decessoris Nostri Litterae sive de societatis humanae principio, quod est familia et venerandum matrimonii Sacramentum. · sive de origine civilis potestatis: eiusque ordinata cum Ecclesia colligatione. ' sive de praecipuis civium Christianorum officiis.4 sive adversus ‹ «0-

I· Hos sutrltulon praebet Ad nxarçlnem pcaitos. ip«e tertus *Actorum Apotioltca* Sed»].

' Litt Encycl. Arcana n. d. 10 Febr. 1W0 > IJlt. Eicyvl *Diuturnum,* d 29 Iunii 1831 » Ult. Ebcycl *Immortale Dei* d. 1 Nov. 1885. * Utt. Encyd. *Sapicziiae* cArttficnoe. d ID

l cta/listarum › placital et pravam de humana libertate doctrinam· aliaeque id genus, quae Leonis XIII mentem abunde expresserant. Encyclicae tamen Litterae Rerum xorcrum hoc peculiare habuerunt prae ceteris, quod universo humano generi ad arduam de humana consortione causam, quam c socialem quaestionem » appellant rite solvendam tutissimas statuerunt normas cum maxime id opportunum atque adeo necessarium ent

Oecurio Nam saeculo undevicesimo ad exitum properante. novum rei oeconomicae obortum genus novaque industriae incrementa in plerisque nationibus eo devenerant, ut hominum communitas magis magisque in duas classes dispertita appareret: quarum altera quidem numero exigua, vix non omnibus fruebatur commodis a modernis inventis tam copiose allatis; altera vero, ingentem complectens opificum multitudinem, calamitosa egestate pressa, frustra ex angustiis, in quibus versabatur, excedere contendebat

Herum condicionem facile profecto ferebant ii, qui, divitia abundantes, eam necessariis oeconomiae legibus inductam putabant, ideoque totam de miseris sublevanda curam uni caritati demandatam volebant, perinde quasi caritas justitiae violationem a legumlatoribus non modo toleratam, sed interdum sancitam, tegere debuisset Contra duriore fortuna conflictati aegerrime id tolerabant durissimoque iugo diutius colla supponere detrectabant opifices, quorum alii, malorum consiliorum aestu abrepti, omnium rerum perturbationem appetebant, alii, quos Christiana institutio a pravis huiusmodi conatibus absterreret, in ea tamen sententia perstabant, plurima hac in re prorsus et quam cito esse reformanda.

Nec aliter sentiebant complures illi catholici viri, sive sacerdotes sive laid, quos miranda sane caritas ad immeritam proletariorum inopiam sublevandam iam diu concitaverat, quique sibi persuadere nullatenus poterant tam ingens tamque iniquum in temporalium bonorum distributione discrimen cum Sapientissimi Creatoris consiliis revera congruere./

Profecto ad lugendam hanc rerum publicarum deordmationem praesens hi remedium, firmumque contra peiora pericula munimen sincere quaerebant; sed, quae est humanarum mentium vel optimarum imbecillitas, hinc ut perniciosi novatores repulsi. Illinc ab ipsis boni operis sociis aliorum consiliorum fautoribus impediti, inter varias opiniones incerti, quo sc verterent ancipites haerebant

In tanta igitur animorum conflictione, cum ultro citroque, nec semper pacifice exerceretur lis, ut saepe aras, omnium oculi ad Petri Cathedram adiiciebantur. ad sacrum hoc totius veritatis depositum, unde verba salutis in universum orbem effunduntur; atque ad pedes Christi m terris Vicarii insueta quadam frequentia confluentes, et rerum socialium periti, et operam conductores. et opifices ipsi, uno ore efflagitabant ut tandem sibi tutum indicaretur iter.

D.u haec omnia secum coram Deo perpendit prudentissimus Pontifex, peritissimos quosque in consilium accivit, rerum momenta hinc inde attente pensitavit; ac tandem. « Apostolici muneris conscientia » monente.' ne officium taciturnitate neglexisse ẅideretur. universam Christi Ecclesiam atque adeo humanum genus universum pro divino magisterio sibi credito alloqui statuti

Intonuit ergo die xv Mail anni mdcccxq vox illa diu expetita, eaque neque rei difficultate deterrita neque jtn.o debilitata, -ed experrecta virtute humanam familiam novas m re sociali docuit aggredi vias.

Summa capita Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii. ct optime calletis mirabilem doctrinam, quae Litteras Encyclical Rerum novarum ad temporum memoraro insignes fecit. In his optimus Pastor, tam magnam hominum partem dolens « in misera calamitosaque fortuna indigne venari, opificum causam, quos inhumanitati dominorum etfrenataeque competitorum cupiditati solitarios atque indefensos tempus tradiderat ».' n agno animo per se tuendam suscepit, nihil auxilii petens neque e/ bberahsmo neque a socialismo. quorum alter ad causam soc alem legitime dirimendam promis Impotentem sese probaverat, alter remedium proponens. quod malum ipsum longe superaret, humanam societatem in peiora pericula coniecisset.

Pontifex vero, iure suo plane usus atque probe tenens religionis custodiam dispensationemque earum rerum, quae cum illa arcto vinculo sociantur, sibi potissimum commissas fuisse, cum causa ageretur, ‹ cuius exitus probabilis quidem nullus, nisi advocata religione Ecclesiaque », reperiretur. w immutabilibus principiis ex rectae rationis ac divinae revelationis thesauro depromptis tantum innixus, « iura et officia, quibus locupletes et proletarios, eos qui rem et cos qui operam conferant, inter se oportet contineri »,ll atque etiam quid Ecclesia, quid rei publicae principes, quid ii ipsi quorum interest praestare debeant, confidenter et ‹ sicut potestatem habens » n indicavit atque proclamavit

Nec frustra intonuit Apostolica vox; quin immo, stupentes eam audivere, maximoque prosecuti sunt favore non modo oboedientes Ecclesiae filii, sed etiam complures a veritate aut ab unitate fidei longe aberrantes, ct vix non omnes quotquot de re sociali et oeconomica sive privato studio sive legibus ferendis solliciti deinceps fuere.

Sed maxime laetabundi Litteras illas exceperunt Christiani opifices, qui se a suprema in terris Auctoritate vindicatos et defensos senserunt, iique omnes generosi viri qui. de opificum levanda condicione iam diu solliciti, nihil fere adhuc invenerant nisi multorum incuriam atque adeo odiosas plurium suspiciones sin minus apertas hostilitates. Iure igitur hi omnes Apostolicas Litteras tantis deinceps honoribus semper honestarunt. ut passim soleant varia pro variis locis grati animi significatione illarum memoriam quotannis recolere.

In tanto animorum concentu non defuerunt tamen qui nonnihil commoverentur; quo factum est. ut tam nobilis et alta/ Leonis XIII doctrina mundanis auribus Ul prorsus nova, a quibusdam vel inter catholicos in suspicionem vocaretur, quosdam vero etiam offenderet Per eam enim liberalism! idola audacter impetita evertebantur, inveterata praeiudicia nihili fiebant tempora praeter spem praevertebantur, ita ut et tardi corde novam hanc philosophiam socialem ediscere aspernarentur, et animo pavidi fastigium illud ascendere pertimescerent. Fuerunt etiam qui hanc lucem quidem admirarentur, sed fictam quandam perfectionis speciem optandam magis quam expectandam reputarent.

Scopus praesentium Litterarum. Opportunum ergo ducimus. Venerabiles Fratres et dilecti Filii, dum sollemnis commemoratio quadragesimi anniversarii Litterarum Rerum *novarum* tanto animi fervore ab omnibus ubique, maxime vero ab opificibus catholicis undique in hanc Almam Urbem confluentibus, celebratur, hac uti occasione ut. quae magna ex iis in Ecclesiam catholicam atque adeo in humanam societatem universam redundarunt bona recolamus; tanti Magistri doctrinam de re sociali et oeconomica, a dubitationibus quibusdam vindicatam, enucleatius quoad quaedam capita evolvamus; denique oeconomia hodierna in iudicium vocata et socialism! cognita causa, radicem praesentis socialis turbationis detegamus simulque unam salutiferae instaurationis viam ostendamus. Christianam nempe morum reformationem. Haec omnia, quae tractanda suscipimus, tria constituent capita, in quibus exponendis praesentes hae Litterae totae versabuntur.

L - Quae ex r, n, profluxerint bénéficia

Atque, ut ab eo initium capiamus, quod primo loco dicendum proposuimus, temperare Nobis non possumus quin monitum secuti S. Ambrosii dicentis: ‹ Nullum referenda gratia maius esse officium »,u amplissimas Deo O. M. referamus grates ob ingentia quae ex Leonianis Litteris Ecclesiae et societati humanae beneficia obvenerunt. Quae quidem beneficia si vel cursim commemorare velimus, vix non solida horum qua/draginta annorum historia, ad rem socialem quod attinet, esset in memoriam revocanda. Ea tamen ad tria potissimum capita commode redigi possunt, secundum tria auxiliorum genera, quae Decessor Noster ad magnum suum instaurationis opus perficiendum exoptabat.

1. - Quid egerit Ecclesia. Et primum quidem, quid ab Ecclesia expectandum esset ipse Leo luculenter edixerat: ‹ Videlicet Ecclesia est, quae promit ex Evangelio doctrinas quarum virtute aut plane componi certamen potest, aut certe f.erl, detracta asperitate, mollius.

îin Utt Encycl Qwd epmfoUd mtmerli, d. 28 IX fr · Utt Encycl Libata». d M hrnll 1388. * UU. fWyel HdHcM t.twn. d. 15 Mail IW, n 1. ' Cfr. Utt. FrxTd «r-M'n notcrurj n 13 ' Utt. Encycl. Rcntm no·

varum. n. ? ” Cfr. Utt. Encycl. Rerum novarum, n. 13.
11 Utt Encycl. Rerum noverum. n. 1. 11 Matth.. VTT, 29.
” S. Ambros., De *messu fratns rui Satyri,* Ub.'1. «

eademque est, quae non instruere mentem tantummodo, sed regere vitam et mores singulorum praeceptis suis contendit; quae statum ipsum proletariorum ad meliora promovet pluribus utilissime institutis ».

In re doctrinali. Iamvero pretiosos hos latices Ecclesia inertes in sinu suo haerere nullatenus est passa, sed ad commune exoptatae pacis bonum copiose inde hausit. Quam enim doctrinam de re sociali et oeconomica Litterae *Rerum novarum* tradiderant, eam ipse Leo XIII eiusque Successores iterum iterumque qua voce qua scriptis proclamare et urgere ac rerum temporumque rationibus convenienter aptare pro re nata non destiterunt, paternam semper prae se ferentes caritatem et pastoralem constantiam, in pauperum maxime ac debilium defensione; u nec aliter se gesserunt tot Sacrorum Antistites, qui eandem doctrinam assidue ac scite interpretati, commentationibus illustrarunt atque ad diversarum regionum condiciones secundum Sanctae Sedis mentem et institutiones accommodandam curarunt.

Nil igitur mirum quod. Ecclesia duce et magistra,
12 complu/res docti viri, sive ecclesiastici sive laici, socialem et oeconomicam disciplinam secundum nostrae aetatis rationes evolvendam sint naviter aggressi, eo studio praecipue ducti, ut immutata prorsus atque immutabilis Ecclesiae doctrina novis necessitatibus efficacius occurreret

Atque ita. Leonianis illis Litteris viam demonstrantibus et lumen afferentibus, vera quaedam disciplina socialis catholica exorta est. quam cotidie impigra opera fovent ac ditant lecti illi viri, quos Ecclesiae adiutores appellavimus. Qui quidem non in eruditis umbraculis delitescere sinunt, sed in solem atque pulverem eam producunt, quemadmodum scholae apprime utiles atque celebratae, in Catholicis Universitatibus, Academiis, Seminariis institutae; sociales conventus, seu ‹ hebdomadae ›. saepius habiti laetisque cumulati fructibus, studiorum excitata coenacula ; opportuna denique et sana scripta quaquaversus et quacumque ratione vulgata, luculenter ostendunt.

Neque his tantum limitibus utilitas circumscribitur, quae ex Leoniano documento promanavit; siquidem doctrina Litteris *Rerum novarum* tradita sensim sine sensu in cos quoque irrepsit, qui catholicae unitatis exsortes. Ecclesiae potestatem non agnoscunt; quo factum, ut catholica de re sociali principia paulatim in totius humanae societatis patrimonium transierint, aeternasque veritates quas cl. mem. Decessor Noster tam alte proclamarat. non modo in acatholicis quoque ephemeridibus et libris, verum etiam in legumlatorum curiis aut tribunalium rostris crebro adductas atque vindicatas gratulemur.

Quid vero, quod post immane bellum potiorum nationum rectores pacem, renovatis ex integro socialibus conditionibus, redintegrantes, inter statutas normas quae opificum laborem ad ius et aequum moderarentur, plurima sanxerunt quae cum Leonianis principiis et monitis tam mirifice congruunt, ut ex iis data opera deducta videantur? Litterae nimirum *Rerum novarum* documentum exstiterunt memorandum, in casque iure converti possunt verba Isaiae: « Levabit signum in natio-
34 nes! >.17

In doctrina applicanda. Interea» dum scientificis investigationibus praeeuntibus, late in hominum mentes Leouiana praecepta diffunduntur, ad eorundem usum rectum est Atque in primis actuosa cum benevolentia sedulae curae collatae sunt ad eorum hominum classem erigendam, quae ob recentiora artium incrementa in immensum quidem aucta, aequum in humana consortione locum seu gradum nondum obtinuerat, propterea-que neglecta paene et despecta iacebat: opifices dicimus. quibus excolendis impigram statim ex utroque clero sacerdotes, quamvis aliis pastoralibus curis distenti. Episcopis praeeuntibus, manum admoverunt magno cum illarum animarum fructu. Qui quidem constans labor in opificum animos Christiano spiritu imbuendos susceptus, plurimum quoque iuvit, ad eos de sua vera dignitate conscios efficiendos habilesque reddendos, qui iuribus et officiis suae classis clare propositis, legitime et prospere progrederentur atque adeo reliquorum duces fierent.

Exinde uberiora vitae adiumenta tutius sunt comparata; nam non modo beneficentiae et caritatis opera, secundum Pontificis hortationes» multiplicari sunt coepta; sed praeterea ubique novae quoque et copiosiores in dies institutae consociationes, quibus Ecclesiae consilio ac plerumque Sacerdotum ductu, opifices, artifices, agricolae, mercenarii denique cuiusque generis mutuum auxilium mutuamque opem et praestant simul et accipiunt,

2. - *Quid egerit potestas* civilis. Ad civilem vero potestatem quod attinet, Leo XIII, fines a liberalism© impositos audacter transiliens, intrepide docet eam non meram esse habendam iurium reclique ordinis custodem, sed potius omni ope ei enitendum esse, ut « tota ratione legum atque institutorum,... ex ipsa conformatione atque institutione rei publicae ultro prosperitas tam communitatis quam privatorum efflorescat ».u Singulis sane cum civibus tum familiis iustam agendi libertatem permittendam; id tamen servato bono communi et remota cuiusquam iniuria. Rei pubheae autem moderatorum esse communitatem eiusque partes tueri;
sed in ipsis/ protegendis privatorum iuribus, praecipue 135
infirmorum atque inopum rationem esse habendam. ‹ Siquidem natio divitum, suis saepta praesidiis, minus eget tutela publica; miserum vulgus, nullis opibus suis tutum, in patrocinio reipublicae maxime innititur. Quocirca mercenarios, cum in multitudine egena numerentur, debet cura providentiaque singulari complecti respublica ».w

Non equidem negamus quosdam populorum moderatores iam ante Leonianas Litteras urgentioribus quibusdam opificum necessitatibus consuluisse atrociores-que iniurias contra eos illatas repressisse. Postquam vero a Petri Cathedra vox Apostolica in orbem universum personuit, gentium moderatores, tandem muneris plenius conscii, ad uberiorem politicam socialem promovendam animum cogitationemque adiecerunt.

Reapse Encyclicae Litterae *Rerum novarum,* labantibus liberalism! placitis, quae iam diu efficacem gubernantium operam impediebant, populos ipsos ad politicam quandam socialem verius impensiusque fovendam impulerunt, et optimos quosque catholicos viros ad utilem reipublicae rectoribus operam hac in re praestandam tantopere concitarunt, ut crebro novae huius politicae etiam in publicorum legatorum coetibus perillustres fautores exstiterint; quin ct ipsae recens conditae sociales leges haud raro a sacris Ecclesiae ministris Leoniana doctrina penitus imbutis popularium oratorum suffragiis propositae sunt earumque exsecutio vehementer exacta ac promota.

Ex hoc autem continenti atque indefesso laboro nova iuris disciplinae sectio superiori aetati prorsus ignota orta est, quae sacra opificum iura ab hominis christianique dignitate profluentia fortiter tuetur: animam, sanitatem, vires, familiam, domos, officinas» mercedem. laboris pericula, omnia demum quae ad mercenariorum condicionem pertinent, hae leges protegenda suscipiunt, maxime quod ad mulieres puerosque attinet Quod sl huiusmodi statuta cum Leonianis monitis non ubique nec in omnibus examussim conveniunt, negari tamen nequit in iis multa depre/hendi quae Litteras *Rerum* IBβ
novarum redolent, quibus plurimum est referendum si opificum condicio in melius fuit mutata.

3. - *Quid egerint ii quorum intererat.* Postremo providentissimus Pontifex ostendit dominos ipsosque opifices multa hac in causa posse. ‹ iis videlicet institutis, quorum ope et opportune subveniatur indigentibus, ct ordo alter propius accedat ad alterum ». Principem vero locum inter haec instituta tribuendum affirmat sodalitiis, quae sive solos opifices sive opifices simul et heros complecterentur; in quibus illustrandis et commendandis multus est, eorum natura, causa, opportunitate. iuribus, officiis, legibus mira prorsus sapientia declaratis.

Quae quidem documenta opportune prorsus edita sunt: ea quippe tempestate in nonnullis nationibus qui re! publicae gubernacula tractabant, liberalismo plane addicti, sodalitiis huiusmodi operariorum parum fave-

4 Utt. Encycl. *Rerum novarum.* n. 13. 15 Satis sit ali·
73 taztum eorum indicare: Leo XIII, Utt. Apostol. *Praec'^rz.* d 20 Iunii 1804; Utt. Encycl. Graves de *communi.* d !8 Ian 1901. — Pius X. Motu proprio *De Actione popslari Christiana,* d. 8 Dec. 1903. — Benedictus XV, Litt. Eneyd. *Ab beatissimi,* d. 1 Nov. 1914. — Plus XI. Litt. Encycl. *Cbt arcano.* d. 33 Dec 1922; Litt. Encycl. *Rite expiatis,* d. 30 *.X. 1925 '* Cfr. *La Hiérarchie catholique et le Problème soval depuis l'Encyclique ‹ Rerum novarum* ▮ — 1891-1931. pp. XVI E5: edidit · Union internationale d'Etudes Sociales fondée à Ma Lces. en 1920. sous ta présidence du Card. Mercier. » — Parts, tôiicGs ‹ Spes », 1931. »' Is.. XI. 12. u Encycl.

Kcrxj» n. 25. ” Utt Encycl *Return novarum.* n
29 Enrycl. *Rerum novarum,* n. 38. » Utt Encycl

bant, immo aperte adversabantur; similisque aliarum hominum classium consociationes ultro agnoscentes patrocinioquc sospitantes, nefaria iniuria nativum in soc elatem coeundi ius *iis* denegabant quibus maxime opus erat, ut a potcntiorwn vexationibus sese defenderent; neque inter ipsos catholicos deerant, qui operariorum conatus ad huiusmodi sodalitia ineunda obliquis ÔCulis aspicerent ac si quondam socialisticum aut seditionum spiritum sapèrent

bodohna *opificum.* Maxima igitur commendatione normae a Leone X1H pro sua auctoritate traditae dignae habentur, quae has oppositiones infringere et suxpxioaes disjicere potuerint; sed praestantiores quoque ruat factae, quod Christianos opifices ad mutuas secundum varia artium genera consociationes instituendas hortatae sunt modumque id praestandi eos docuerunt. eorumque bene multos in officii via valde confirmarunt. quos socialistarum consociationes, seipsas ut unicum humilium ac oppressorum praesidium et vindices venditantes, vehementer alliciebant

Peropportune autem declarabant Encyclicae Litterae Rerum xororum m condendis hisce consociationibus ‹ ita constitui itaque gubernari opificum collegia oportere, ut instrumenta suppeditent aptissima maximeque 1J7 expedita ad id. quod est propositum, quodque in eo consistit ut singuli e societate incrementum bonorum corporis, animi, rei familiaris, quoad potest, assequantur i; perspicuum vero esse, ‹ ad perfectionem pietatis et morum Unqtiam ad causam praecipuam spectari oportere: eaquo potissimum causa disciplinam socialem penitus dirigendam ».3 Etenim ‹ socialium legum posito in religione fundamento, pronum est iter ad stabilienda sociorum rationes mutuas, ut convictus quietus ac res florentes consequantur ». °

His autem sodalitiis instituendis laudabili sane sedulitate sese devoverunt ubique cum clerus tum laici complurefs integrum Leonis XIII propositum exsequi revere cupientes. Atque ita huiusmodi consociationes finxerunt opifices vere Christianos, qui, diligens suae artis exercitium cum salutaribus religionis praeceptis amice sociantes, propria temporalia negotia ac lura efficaciter ac firmiter defenderent, servato debito iustitiae obsequio et sincero cum aliis societatis classibus collaborandi studio, ad Christianam totius vitae socialis renovationem.

Quae Leonis XIII consilia ac monita alii aliter secandum varias locorum ratior.es ad effectum adduxerunt Etenim in quibusdam regionibus una cademque eoocochtlo omnes a Pontifice praestitutos fines persequendos suscepit; in aliis vero, rerum adiunctis id suadentibus vel postulantibus, ad quandam operae divisionem deventum est. distmetaeque sunt conditae consociationes, quarum aliae ad sodalium iura atque legitima commodi in operae mercatu defendenda incumberent. aliae mutuum in rebus oeconomicis adiutorium praestandum curarent, aliae denique religiosis ac moralibus officii» aliisque id genus muneribus adimplendis omnem operam conferrent suam.

Altera haec via ibi potissimum inita est. ubi sive patriae leges, sive certa quaedam oeconomica instituta, sive lugenda illa in hodierna societate tam late patens anlrr.oncn et cordium dissensio atque urgens contra *M* *cerdrrta* novarum rerum moli lorum agmina studiis vlhbusque comunctis resistendi necessitas, impedimento erT, qummus catholici catholicos syndentus condere poetent. In ca enfan rerum condicione vix non cogi vier.· tur jrrn-timlibuv neutris sc adseriberr. qui tamen temper lusttiam ct aequitatem profiteantur ct sociis catholicis plenam suae conscientiae providendi atque Eccles * mnn‹all« obtemperandi libertatem faciant ti seopooim «ane est. ubi has consociationes cx rerum viundts nctesMirtas neque religioni periculosas noverint. ;»pp obarc ut eb adhaereant catholici opifice?, habile tamen prae oculis principii et cautionibus, quas »anc!a· memoriae Dece«sor Noster Pius X commendant; ›' quarum quidem cautionum prima et praecipua haec est. ut omul cum illis syndlcatibu semper adsint Mk aliU·, quae religionis ac morum disciplina socios imbuere et formare rtudlose satagant, ut hi deinde syndicales consortiones eo bono spiritu permeare valeant, quo in tota «ua agendi ratione dirigi debent: quo fiet ut indftbt n haec et am ultra suorum asseclarum ambitum fructus conferant optimos.

n ‹l ·' Utt Enrrcl *Rtwi* notwnm, n. O. » Pt® X. Utt Hryti Snyaiczi qeedcm, d. 24 Sept.

Itaque, Leonianis Litteris id acceptum referendum est, quod hae opificum consociationes ubique ita efflоruerint. ut iam nunc, quamquam socialistarum et communistarum sodalitiis adhuc — proh dolor — superantur numero, permagnam cogant opificum multitudinem, et valide possint tam intra cuiusque nationis fines quam in conventibus amplioribus iura et legitima catholicorum opificum postulata vindicare atque adeo salutifera Christiana de societate principia urgere.

Sodalitia in aliis classibus. Accedit praeterea quod, quae de nativo sese consociandi iure Leo XIII tam scite disseruit ac valide propugnavit, ea ad alia quoque, eaque non tantum operariorum, sodalitia facile applicari coepta sunt; quare, iisdem Leonianis Litteris haud exigua ex parte tribuendum videtur, quod etiam inter agricolas aliosque mediae condicionis homines tantopere florere et augeri in dies cernuntur utilissimae huiusmodi consociationes, aliaque id genus instituta, quibus cum oeconomico emolumento animorum cultus feliciter copulatur./

Sodalitia herorum. Quod si idem affirmari nequit de sodalitiis, quae inter operum conductores et industriae rectores ab eodem Decessore Nostro vehementer instituenda exoptabantur, quaeque profecto sat pauca esse dolemus, id non penitus hominum voluntati tribuendum est. sed difficultatibus longe gravioribus quae huiusmodi sodalitiis obsistunt, quasque Nos optime scimus et debita ratione pensamus. Firma autem affulget spes brevi fore ut haec quoque impedimenta dirimantur, atque intimo animi Nostri gaudio iam nunc salutamus quaedam nec inania hac in re tentamina, quorum uberes fructus uberiores in futurum colligendos promittunt. 34

Conclusio: R. N. Magna socialis ordinis Charta. Haec autem omnia. Venerabiles Fratres dilectique Filii, Leonianarum Litterarum beneficia, quae delibando potius quam describendo commemoravimus, tot tantaque sunt, ut plane ostendant immortali illo documento non commenticiam utut pulcherrimam humanae societatis speciem exhiberi; at potius Decessorem Nostrum ex Evangelio. ideoque ex fonte semper vivo et vitali, hausisse doctrinas, quae exitiale illud et intestinum humanam familiam dilacerans certamen, sin minus statim componere. valde tamen mitigare queat. Huius vero boni seminis, ante quadraginta annos tam copiose sati, partem in terram bonam cecidisse laetae testantur fruges, quae Christi Ecclesia atque humanum genus universum. Deo favente, ince collegit ad salutem. Nec temere dici potest Leonianas Litteras, longinqui temporis usu. 3fn-*gnam Chartam* sese probasse, in qua tota Christiana In re sociali activitas tanquam fundamento nitatur oporteat. Qui autem easdem Pontificias Litteras earumque commemorationem parvipendere videntur, ii vel quod ignorant blasphemant, vel de iis, quae utcumque norunt, nihil intellegunt, vel. si intellegunt, iniuriae et ingratitudinis sollemniter redarguuntur.

Verum, cum. hoc eodem annorum fluxu, et dubia quaedam, de nonnullis Leonianarum Litterarum partibus recte interpretandis aut de consectariis inde deducendis prodierint, quae inter ipsos catholicos non semper quietis controversiis ansam dederunt; et ex altera parte novae nostrae aetatis necessitates mutataeque/ rerum condiciones accuratiorem Leonianae doc- 1W trinae applicationem vel etiam additamenta quaedam necessaria reddiderint, opportunam perlibenter arripimus occasionem, his dubiis hisque hodiernae aetatis postulationibus pro munere Nostro Apostolico. quo omnibus debitores sumus.s quantum in Nobis est, faciendi satis.

IL - ECCLESIAE AUCTORITAS IN RE SOCIALI ET OECONOMICA

Sed ante quam ad haec explananda accedamus, illud praestituendum est. quod iampridem Leo XIII luculenter confirmavit, us officiumque Nobis messe de rebus istis socialibus et oeconomicis suprema auctoritate ludicandi. * Profecto Ecclesiae non haec fuit demandata provincia, homines ad fluxam solum et caducam felicitatem dirigendi, sed ad aeternam; immo « terrenis hisce negotiis sine ratione se immiscere nefas putat Ecclesia ».r Ast renuntiare nullatenus potest muneri sibi a Deo concredito, ut auctoritatem interponat suam non iis quidem, quae artis sunt, ad quae neque mediis aptis est instructa nec officio praedita; sed in iis omni-

15Π. · Cfr. Epist. Sacror Con;r. Concilii ad Epbcopum (nwlwwem. 5 Iunii 1929. (LE 903]. » Cfr. Rom.. I. IL
* Cfr. U:i. Er.cycl. Rerum nopantra. n. 13. Lltt. Encycl.

bus quae ad regulam morum referuntur. Quantum enim ad haec attinet, depositum veritatis Nobis a Deo commissum gravissimumque munus legis moralis universae divulgandae, interpretandae atque etiam opportune importune urgendae, supremo Nostro iudicio cum socialium ordinem rerum, tum res ipsas oeconomicas subiicit et subdit

Nam, etsi oeconomica res et moralis disciplina in $u> quaeque ambitu suis utuntur principiis, error tamen est oeconomicum ordinem et moralem ita dissitos ac inter se alienos dicere, ut ex hoc ille nulla ratione pendeat. Sane oeconomicae quae dicuntur leges, ex ipsis rerum naturis et humani corporis animique indole profectae, statuunt quidem quosnam fines hominis efficientia non possit, quosnam possit quibusque adhi-
B1 bitis mediis in campo/ oeconomico persequi; ipsa vero rato ex rerum et hominis individua socialique natura finem rei oeconomicae universae a Deo Creatore praeicriptum aperte manifestat.

Una autem est lex moralis, qua iubemur, quemadmodum in omni nostra agendi ratione finem nostrum supremum et ultimum, ita in singulis quoque generibus eos fines recta quaerere, quos a natura seu potius ab auctore naturae Deo huic rerum agendarum ordini propositos esse intelligimus, ordinataque colligatione hos i substernere. Cui legi si fideliter obtemperabimus, fiet ut peculiares fines, cum individuales tum sociales, in re oeconomica quaesiti, in universum finium ordinem apte inserantur nosque per eos, quasi per gradus, accendentes finem omnium rerum ultimum assequamur, Deum scilicet. Sibi et nobis summum et inexhaustum bonum.

1. - De dominio seu iure *proprietatis*. Iam ut ad singula descendamus, initium facimus a dominio seu iure proprietatis. Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, felicis recordationis Praedecessorem Nostrum contra sociabrtarum suae aetatis placita fortiter ius proprietatis defendisse, cum ostenderet privati dominii eversionem con in commodum sed in extremam opificum classis perniciem esse cessuram. Cum vero sint qui Summum Pontificem atque ipsam Ecclesiam, quasi locupletium partes contra proletarios egisset et adhuc agat, calumnientur, quo nihil sane est iniuriosius. dissideantque catholici inter se de vera germanaque Leonis sententia, rjum est eam. id est catholicam de hac re doctrinam, et a calumniis vindicare et a falsis interpretationibus tueri.

Indoles et tndividualis *et socialis*. Primo igitur pro comperto et explorato habeatur neque Leonem neque eos qui. Ecclesia duce et magistra, docuere theologos, cegasse unquam vel in dubium vocasse duplicem dominii rationem, quam individualem vocant et socialem, prout singulos respicit vel ad bonum spectat commune; sed semper uno ore affirmasse a natura seu a Creatore ipso ius dominii privati hominibus esse tributum, cum ut sibi familiaeque singuli providere possint, tum ut. huius instituti ope, bona, quae Creator universae hominum familiae destinavit, huic fini vere inserviant,
æ quae omnia obtineri nullo modo possunt nisi certo et determinato ordine servato.

Itaque duplex in quem impingi potest scopulus naviter cavendus est. Nam, sicut ex negata vel extenuata iuris proprietatis indole sociali et publica, in « individualtamnn » quem dicunt ruitur aut ad eum acceditur; ita privata ac individual! eiusdem iuris indole repulsa vel attenuata, in c collectivismum » properetur vel saltem eiusdem placita attingantur necesse est Nisi haec prae oculis habeantur, prono itinere in modernismi moralis. juridici ac socialis syrtes abrumpendum est. quas Litteris initio Pontificatus Nostri datis-l denuntiavimus; idque potissimum noverint ii. qui novis rebus studentes, probrosis calumniis Ecclesiam criminari non verentur, quasi permiserit in theologorum doctrinam dominii conceptum ethnicum irrepere, cui alius sit prorsus sufficiendus, quem mira inscita « Christianum » appellant

Obligationes dominio inhaerentes. Ut autem controversis, quae de dominio officiisque eidem inhaerentibus agitari coeperunt, certos limites ponamus, fundamenti instar praemittendum est. quod Leo XIII constituit, ius nempe proprietatis ab cius usu distingui.a Etenim possessionum divisionem sancte servare neque, proprii dominii limites excedendo, alienum ius invadere iustitia illa iubet, quae commutativa audit; dominos autem re sua non uti nisi honeste, non huius est iustitiae, sed aliarum virtutum, quarum officia < lege agendo petere ius non est ».M Quare immerito pronuntiant quidam dominium honestumque eius usum iisdem contineri limitibus; multoque magis a veritate abhorret, ipso abusu vel nonusu ius proprietatis perimi aut amitti.

Quapropter, ut salutare et omni laude dignum opus agunt quicumque, salva animorum concordia et doctrinae integritate, quam semper tradidit Ecclesia, intimam horum officiorum naturam atque limites definire conantur, quibus vel ipsum ius proprietatis vel usus seu exercitium dominiorum sint a socialis/ convictus neces- 193
sitatibus circumscripta; sic contra falluntur et errant, qui indolem dominii individualem adeo extenuare contendunt, ut eam de facto destruant.

Quid res publica possit. Re vera hominibus hac in re non solum sui proprii commodi, sed etiam communis boni esse rationem habendam, ex ipsa dominii quam diximus indole individual! simul et sociali deducitur. Officia vero haec smgillatim definire, ubi id necessitas postulaverit neque ipsa lex naturalis praestiterit, eorum est qui rei publicae praesunt. Quapropter quid, considerata boni communis vera necessitate, eis qui possident liceat, quid illicitum sit in suorum bonorum usu, publica auctoritas, lege naturali et divina semper praelucente. sciscere potest accuratius. Immo vero Leo XIII sapienter docuerat c industriae hominum institutisque populorum esse a Deo permissam privatarum possessionum descriptionem ».ll Etenim, ut cetera socialis vitae elementa, ita dominium non esse plane immobile historia teste comprobari» Nos ipsi aliquando hisce verbis declaravimus: < Quam diversas formas induit proprietas a primaeva illa, rudium et agrestium gentium, quam etiam nostro tempore alicubi est cernere. ad possessionis formam aevi patriarchalis, atque ita deinceps ad varias tyrannicas (quod vocabulum vi sua classica adhibemus), deinde per feudales, per monarchicas usque ad varias aetatis recentioris species ».K Reipublicae tamen suo munere pro arbitrio fungi non licere in aperto est Semper enim ipsum naturale ius et possidendi privatim ct hereditate transmittendi bona intactum inviolalumque maneat oportet, quippe quod respublica auferre nequeat; « est enim homo quam res publica senior »»" atque etiam « convictus domesticus et cogitatione ct re prior quam civilis coniunctio ».M Unde iam sapientissimus Pontifex edixerat nefas esse reipublicae privatos census immanitate tributorum et vectigalium exhaurire. < Ius enim possidendi privatim bona cum non sit lege hominum/ 194
sed natura datum, non ipsum abolere, sed tantummodo ipsius usum temperare et cum communi bono componere auctoritas publica potest ». " Cum vero res publica dominia cum boni communis necessitatibus componit, non heris privatis inimicam sed amicam operam praestat; etenim hac ratione valido obstat, quominus privata bonorum possessio, quam ad vitae humanae subsidium providentissimus naturae Auctor decrevit, intolerabilia gignat incommoda, atque ita in exitium ruat: neque possessiones privatas elidit, sed tuetur; privataque dominia non debilitat, sed roborat.

Obliffationes circa reditus liberos. Neque omnimodo hominis arbitrio reditus eius liberi relinquuntur; ii scilicet quibus ad vitam convenienter atque decore sustentandam non eget: quin immo gravissimo divites teneri praecepto eleemosynae, beneficentiae, magnificentiae exercendae. Sacra Scriptura Sanctique Ecclesiae Patres apertissimis verbis assidue denuntiant.

Largiores autem impendere proventus, ut quaestuosae operae commoditas abunde fiat, modo ea opera ad bona vere utilia comparanda insumatur, illustre ac temporum necessitatibus apprime aptum opus virtutis magnificentiae esse censendum, ex Angelici Doctoris principiis argumentando colligimus. *

Tituli dominii acquirendi. Acquiri autem dominium primitus et occupatione rei nullius et industria seu specificatione quam vocant, cum omnium temporum traditio. tum Leonis Decessoris Nostri doctrina luculenter testantur. Neque enim ulla fit cuiquam iniuria. quidquid in contrarium nonnulli effutiunt, cum rrs in medio posita, seu quae nullius sit. occupatur; Industria vero quae nb homine proprio nomine exerceatur, cuiusque

ΓN *creaxo* d. ?3 Dcc. 1929. a Utt. Encycl. *Ubi arcano d.* 23 Dec. 1122. * Utt. Encycl. *Rerum norarum.* n. 19. » Cfr. **Utt. Encycl.** *Rerum noveram.* **n.** »« **utt. Encycl** *Rr run* **ηοτσηιη. η 7.** » **AUncutk) Corrrmtum Art OUh per Italians, d. Ifi Mall 1934.** » **Utt. Encycl.** *Return* **mxc non. n. 6** M **Utt. Encycl.** *Rerum norsrum.* **n 10.** « **Utt Encycl.** *Rerum novamm.* **n 35.** «· **Cfr. S Thom . iβ'ητ»**

ope nova species aut augmentum rei accesserit, ea una est quae hos fructus laboranti addicit.

1 - Res (· *capitale* ›) et *opera.* Longe alia est ratio operae, quae aliis locata in re aliena exercetur. Cui quidem id maxime congruit, quod ‹ verissimum » esse Leo XIII inquit, ‹ non aliunde nisi ex opificum labore gigni divitias civitatum ».r Nonne enim oculis cemi-
15? mus ingentia/ illa bona, quibus hominum opes constant, procreari et prodire ex operariorum manibus, quae vel solae operantur, vel instrumentis sive machinis instructae eitcientiam suam mirum in modum producunt? Immo vero nemo est qui ignoret nullum umquam populum ex inopia et egestate meliorem celsioremque fortunam attigisse, nisi ingenti collate labore omnium popularium - et eorum qui opera dirigunt et eorum qui jussa exsequuntur. Sed non minus patet summos illos conatus irritos futuros fuisse vanosque. immo vero ne tentari quidem potuisse, nisi Creator omnium Deus pro ‹ua bonitate divitias et supellectilem naturalem, opes ac vires naturae, prius fuisset largitus. Quid enim aliud est operari quam animorum corporumque vires in his ipsis aut per haec ipsa adhibere vel exercere? Postulat autem lex naturae seu Dei voluntas per eam promulgata, ut rectus ordo servetur in naturali supellectili humanis usibus applicanda; hic autem ordo in eo stat, ut suum quaeque res habeat dominum.

Neutra rine altera quidquam e/ficere raleL Hinc fit, ut nisi quis in re sua laborem exerceat, cum opera alterius tum res alterius consociari debeant; neutra enim sine altera quidquam efficit Quod sane respexit Leo XIII scribens: « Non res sine opera nec sine re potest opera consistere ». Quocirca falsum prorsus est sive uni rei sive uni operae quidquid ex earundem collate efficientia obtentum est, adseribere; iniustumque omnino, alterutrum. alterius efficacitate negata, quidquid effectum est sibi arrogare.

Iniwtae rindicationw ‹ capitalis ›. Diu profecto res seu i capitale › praeripere sibi nimium potuit Quaecumque procreata erant, quicumque redibant fructus, capitale sibi vindicabat, vix operario relictis, quae viribus reficiendis atque recreandis sufficerent Nam lege quadam oeconomica plane invincibili coacervationem omnem capitalis fortunatis cedere, cademque lege operarios perpetuae ir.oprae seu tenuissimae vitae addictos et obstrictos praedicabant Verum quidem est cum eiusmod! placito liberalium. qui a Manchester vulgo dicuntur. actionem rerum non semper et ubique consensisse: negari tamen nequit ad id constanti conatu instituta
135 oeconomico-socialia incli/nasse. Has falsas sententias, haec fallacia postulata vehementer impugnata fuisse, nec ab eis solum, qui per ea nativo iure melioris adipiscendae fortunae privabantur, profecto nemo mirabitur.

Iniujlae rindicationei operae. Ideo operariis lacessitis accessere, qui ‹ intellectuales › appellati sunt, commentitiae legi morale principium aeque commentitium opponentes: quaecumque scilicet aut progignuntur aut redeunt, iis tantum demptis, quae capitali reficiendo et recreando sint satis, ea omnia iure ipso opificibus cedere. Qui error, quo fucatior quam socialistarum quorundam affirmantium quaecumque bonis conficiendis inserviunt, ea in rerq publicam transferenda seu. ut aiunt, c socializanda › esse, eo periculosior est et ad incautos fallendos aptior: blandum venenum. quod multi avide hausere, quos apertus socialismus decipere non potuerat

Pnncipium dtrecticum iustae attributionis. Dubio procul ne falsis hisce placitis aditum ad iustitiam et ad pacem sibi intercluderent utrique praemoneri debuerunt Decessoris Nostri sapientissimis verbis: ‹ Utcumque inter privatos distributa, inservire omnium utilitati terra non cessat ». Idem et Nos ipsi docuimus paulo ante, cum ediximus, ut eam utilitatem res creatae certe flrmoque ordine parere possint hominibus, bonorum partitionem, quae per dominia privata fiat, ab ipsa natura esse stabilitam. Id quod, ne a recto veritatis tramite aberretur, continenter prae oculis habeatur oportet

lam vero non omnis rerum opumve distributio inter homines apta est per quam finis a Deo intentus aut omnino aut ea qua par est perfectione obtineatur. Quamobrem divitiae, quae per incrementa oeconomico-sealia lugiter amplificantur, singulis personis et hominum classibus ita attribuantur oportet, ut salva sit illa.)

quam Leo XIII laudat communis omnium utilitas seu, aliis verbis, ut immune servetur societatis universae commune bonum. Hac iustitiae socialis lege, altera classis alteram ab emolumentorum participatione excludere vetatur. Non minus igitur illam violat locupletium classis, cum veluti curarum expers in suis fortunis aequum rerum ordinem illum putat, quo sibi/ totum, ir operario nihil obveniat; quam proletaria classis, cum propter laesam iustitiam vehementer incensa ct ln unum suum ius, cuius est conscia, male vindicandum nimis prona, omnia utpote suis manibus effecta sibi flagitat, ideoque dominium ac reditus scu proventus, qui labore non sint quaesiti, cuiuscumque generis ii sunt, aut cuiuscumque muneris in humano convictu vicem praestant, non aliam ob causam, nisi quia talia sunt, impugnat et abolere contendit. Nec praetereundum est hac in re inepte aeque ac immerito a quibusdam Apostolum appellari dicentem: « Si quis non vult operari, nec manducet »; * sententiam enim Apostolus fert in eos, qui ab opere abstinent, etsi laborare possunt et debent, monetque, tempore ac viribus sive corporis sive animi sedulo utendum neque alios gravandos, cum ipsi nobis providere possimus. Laborem autem unicum esse titulum recipiendi victum aut proventus haudquaquam Apostolus docet. '

Sua igitur cuique pars bonorum attribuenda est: efficiendumque, ut ad boni communis seu socialis iustitiae normas revocetur et conformetur partitio bonorum creatorum, quam hodie ob ingens discrimen inter paucos praedivites et innumeros rerum inopes gravissimo laborare incommodo cordatus quisque novit.

3. - *Redemptio proletariorum.* Est autem hic ille, quem Decessor Noster necessario quaerendum finem edixit: redemptionem proletariorum. Idque ideo asserendum pressius et repetendum instantius, quod non raro tam salutaria Pontificis iussa oblivioni data fuerunt, sive quod de industria silentio premebantur, sive quia factu nefas putabantur, cum tamen fieri et possint et debeant. Neque, quia minus late grassetur ‹ pauperismus › ille, quem Leo XIII tam horrendum conspiciebat, pro nostra hac aetate vim et sapientiam amisere suam. In melius sane restituta est atque aequior facta operariorum condicio, praesertim in cultioribus et amplioribus civitatibus, in quibus opifices iam non possunt omnes ad unum pro miseria afflictis et inopia vitae laborantibus haberi. Sed postquam artes mechanicae humanaeque industriae quam celerrime innu/meras regio- 19
nes. cum novas quas vocamus terras, tum ab antiquo exculta Orientis remoti regna pervasere et occupavere, in immensum excrevit proletariorum inopum numerus, quorum gemitus clamant ad Deum de terra: hisque accedit ingens ruralium mercenariorum exercitus ad infimam vitae condicionem depressus omnique spe de-
42 stitutus « quippiam quod solo contineatur a unquam obtinendi; proindeque. nisi consentanea atque efficacia remedia adhibeantur, proletariae condicioni perpetuo obnoxius.

At licet verissimum sit proletariam condicionem a pauperismo esse probe discernendam, ipsa tamen immanis multitudo proletariorum ex altera parte, ex altera vero quorundam praedivitum ingentissimae opes argumento sunt omni exceptione maiori, divitias hac nostra, quam vocant « industrialism! », aetate tam copiose partas, haud recte esse distributas diversisque hominum classibus haud aeque applicatas.

Proletaria condicio *superanda* eo, quod ad *rem jamiliarem proletarii perveniant.* Quare omni vi ac contentione enitendum est, ut saltem in posterum partae rerum copiae aequa proportione coacerventur apud eos, qui opibus valent, satisque ample profundantur ln eos, qui operam conferunt, non ut in labore remissi flant, - natus est enim homo ad laborem sicut avis ad volatum, - sed ut rem familiarem parsimonia augeant; auctam sapienter administrando facilius ac securius familiae onera sustineant; atque emersi ex incerta vitae sorte, cuius varietate iactantur proletarii, non solum vicissitudinibus vitae perferendis sint pares, sed etiam post huius vitae exitum iis, quos post se relinquunt, quodammodo provisum fore confidant.

Haec omnia a Decessore Nostro non solum insinuata, sed clare et aperte proclamata, hisce Nostris Litteris etiam atque etiam inculcamus; quae nisi pro virili ac nulla interposita mora suscipiantur ad effectum deducenda, ordinem publicum, pacem et tranquillitatem so-

Thenl. Π Π. q 134 ” **Lttt. Encycl.** *Rerum novarum.* **η. 27.**
• **Utt Encycl.** *Rerum novarum,* **n. 15.** ” **Utt. Encycl.** *Rerum novarum,* **n. 7** . « *II Thess.,* **m. 10.** 41 **Cfr.** *I!* **Thesi.. III, B-10.** « **Utt. Encycl.** *Rerum novarum,* **n. 35.**

cietatis humanae contra novarum rerum concitatores efficaciter defendi posse nemo sibi persuadeat.

4. - *Iustum salarium.* Deduci autem ad effectum non poterunt, nisi sollertia et parsimonia ad modicum aliquem censum proletarii provehantur,/ quemadmodum
' Iam, Decessoris Nostri vestigiis insistentes, innuimus. Unde vero nisi ex operae merccde poterit, parce vivendo, quidquam sibi seponere, qui nihil aliud habeat nis operam, qua sibi victum et vitae necessaria comparet! Hanc igitur de salario, quam Leo XIII ‹ sat magni momenti b ° dixit, quaestionem ineamus, illius doctrinam et praecepta, ubi opus fuerit, declarando et evolvendo.

Salariatus non vi *sua iniustus.* Ac primum quidem, qui operae conducendae locandaeque contractum, vi sua iniustum ac proinde in eius locum societatis contactum sufficiendum esse pronuntiant, absona profecto dicunt et prave calumniantur Decessorem Nostrum, cuius Litterae Encyclicae « salariatum › non solum reepiunt, sed in eo ad normas iustitiae regendo diutius versantur.

Hodiernis tamen humanae consortionis condicionibus consultius fore reputamus si, quoad eius fieri possit, contractus operae per societatis contractum aliquantum temperetur, quemadmodum diversis modis fieri nm coepit, haud exiguo operariorum et possessorum emolumento. Ita operarii officialesque consortes fiunt dominii vel curationis, aut de lucris perceptis aliqua ratione participant.

Mercedis vero iustam portionem non ex uno, sed ex pluribus nominibus esse aestimandam iam sapienter Leo XIII edixerat illis verbis: ‹ Ut mercedis statuatur α aequitate modus, causae sunt considerandae plures ›.“

Qua sententia plane refellit levitatem eorum, qui ficrli negotio, unica regula seu mensura adhibita, eaque α vero longe aliena, gravissimam hanc rem expediri arbitrantur.

Namque egregie falluntur, qui illud principium vulgare non dubitant, tanti operam valere et tantidem esse remunerandam, quanti fructus aestimantur ex ea parti, idcoque ius inesse operam locanti totum id reposcendi. quod ex eius labore sit effectum ; quod quantum a veritate absit, vel ex his patet, quae de re et epera agentes exposuimus.

Operae *indoles ct individualis et socialis.* Iam vero, sicut dominii, ita operae, eius praecipue quae alteri
2X beatur, praeter personalem seu individualem, socialem/ quoque rationem esse considerandam liquido deprehenditur: nisi enim corpus vere sociale et organicum constet, nisi socialis et iuridicus ordo operae exercitium tueatur, nisi variae artes, quarum aliae ab aliis dependent, inter se conspirent ac mutuo compleant, nisi, quod maius est, consocientur ac quasi in unum conveniant intellectus, res, opera, nequit fructus suos gignere efficientia hominum. Haec ergo nec iuste aestimari neque ad aequalitatem rependi poterit, eius natura sociali et Individual! posthabita.

Tria capita respicienda: Ex hac autem duplici nota, quae operae humanae insita naturâ est, gravissima emanant consectaria, quibus salarium regi et determinari debet

a) *Operarii eiusque familiae sustentatio.* Ac primum quidem merces operario suppeditanda est, quae ad illius eiusque familiae sustentationem par sit. ° Aequum sane est reliquam quoque familiam pro viribus suis ad communem omnium sustentationem conferre, ut videre est in agricolarum praesertim, sed etiam in multis artificum et minorum mercatorum familiis: ast nefas est infantili aetate feminaeque debilitate abuti. Domi potissimum vel in iis, quae domui adjacent, matresfamiLas operam navent suam, in domesticas curas incumbendo. Pessimus vero est abusus et omni conatu auferendus, quod matresfamilias ob patris salarii tenuitatem extra domesticos parietes quaestuosam artem exercere cogantur, curis officiisque peculiaribus ac praesertim infantium institutione neglectis. Omni igitur ope enitendum est, ut mercedem patresfamilias percipiant sat amplam, quae communibus domesticis necessitatibus convenienter subveniat. Quod si in praesentibus rerum adiunctis non semper id praestari poterit, postulat iustita socialis, ut eae mutationes quamprimum inducantur qtfibus cuivis adulto operario eiusmodi salaria firmentur. — Non abs re erit hic merita laude prosequi eos omnes, qui sapientissimo utilissimoque consilio varias experti sunt atque tentaverunt vias, quibus merces laboris ita oneribus familiae accommodetur, ut his auctis, amplior illa numeretur; immo, si id obtingat, extraordinariis necessitatibus fiat sati£/ 201

b) *Officinae condicio.* Officinae etiam eiusque susceptoris ratio habenda est in mercedis magnitudine statuenda; iniuste enim immodica salaria exquirerentur, quae absque sui exitio atque ex eo consecutura operariorum calamitate, officina tolerare non potest Quamquam si ob segnitiem vel ignaviam, aut technici et oeconomici progressus incuriam minus lucrum facit non haec iusta reputanda est causa mercedis operariis minuendae. Quod si ipsi officinae non tanta vis pecuniae redit, quanta aequae mercedi operariis solvendae sit satis, quia aut oneribus iniustis opprimitur aut opus artificio partum minoris quam iustum est cogitur vendere, qui eam sic vexant, gravis piaculi rei sunt; iusta enim mercede hi privant operarios, qui necessitate adstricti, aequa minorem accipere compelluntur.

Coniunctis igitur viribus et consiliis enitantur omnes. et opifices et moderatores, rerum difficultates et obstacula superare, eisque in tam salutifero opere auctoritatis publicae sapiens opituletur providentia. Si vero res ad summas angustias deducta fuerit, tunc demum deliberandum erit, utrum officina in incepto perstare possit an alia aliqua ratione operariis sit consulendum. Quo in negotio, sane gravissimo, necessitudo quaedam et Christiana animorum concordia Inter moderatores et operarios vigeat atque efficaciter operetur oportet.

c) *Communis boni necessitas.* Denique publico bono oeconomico mercedis magnitudo attemperanda est Quantopere ad hoc commune bonum conferat, operarios officialesque, mercedis aliqua parte, quae necessariis sumptibus supersit, seposita, ad modicum censum paulatim pervenire, superius iam exposuimus; sed aliud praetereundum non est vix minoris momenti, nostrisque temporibus apprime necessarium, ut iis nempe, qui laborare et valent et volunt, laborandi opportunitas praebeatur. Hoc autem a salarii determinatione haud parum pendet; quae, sicut iuvare, ubi rectis finibus contineatur, vicissim, si hos excedat, obsistere potest. Quis enim nesciat salaria nimis extenuata vel praeter modum aucta, in causa fuisse, cur operarii ab opera locanda arcerentur? Quod quidem incommodum, cum praesertim Pontificatus Nostri temporibus productum videamus plurimosque vexaverit, operarios in miseriam et tentationes/ coniecit, prosperitatem civitatum pessum dedit, ac publicum ordinem, pacem et tranquillitatem totius orbis terrarum in discrimen adduxit. Alienum est igitur a iustitia sociali, ut proprii emolumenti gratia et posthabita boni communis ratione opificum salaria nimis deprimantur aut extollantur: eademque postulat, ut consiliorum et voluntatum consensione, quantum fieri potest, salaria ita regantur, ut quam plurimi operam locare convenientesque fructus ad vitae sustentationem percipere possint 202

Apposite etiam ad rem facit recta inter salaria proportio: quacum arcte cohaeret recta proportio pretiorum, quibus illa veneunt, quae a diversis artibus progignuntur, qualia habentur agricultura, ars industrialis, alia. Haec omnia si congruenter serventur, diversae artes in unum veluti corpus coagmentabuntur et coalescent, membrorumque instar, mutuam sibi opem perfectionemque afferent Etenim tum demum res oeconimico-socialis et vere constabit et suos fines obtinebit, si omnibus et singulis bona omnia suppeditata fuerint quae opibus et subsidiis naturae, arte technica, sociali rei oeconomicae constitutione praestari possunt; quae quidem bona tot esse debent, quot necessaria sunt et ad necessitatibus honestisque commodis satisfaciendum, et ad homines provehendos ad feliciorem illum vitae cultum, qui, modo prudenter res geratur, virtuti non solum non obest, sed magnopere prodest*

5. - *Societatis ordo instaurandus.* Quae de partitione aequa bonorum et dc iustis salariis hucusque enuntiavimus, singulares personas respiciunt nec nisi oblique socialem ordinem attingunt, in quem ad sanae philosophiae principia instaurandum atque ad Evangelicac legis altissima praecepta perficiendum. Decessor Noster Leo XIII omnem curam cogitationemque contulit suam

Attamen ut eius feliciter incepta stabiliantur, perficianturque reliqua, atque uberiora adhuc ct laetiora

• LitL Encycl. *Rerum norarum.* n. 34. ** Lltt. Encycl. *Rerin notarum.* n. 17. ° Cfr. Lltt. Encycl. *Casti connubii,* d. 31 Dec. 1330. (LE 1005). - Cfr. S Tbomw. De *rumine princi-*

in humanam familiam redundent emolumenta, duo necessaria maxime sunt: institutionum reformatio atque
203 emendatio morum/

Ac reformationem quidem institutionum cum commemoramus, res publica praecipue menti obversatur, non quasi ab eius opera universa salus sit exspectanda, sed quj) ob < individualism! > quem diximus vitium eo res sunt redactae, ut prostrata ac paene exstincta locuplete illa et quondam per diversi generis consociationes composite evoluta vita sociali, fere soli remanserint singulares homines et res publica, haud parvo ipsius rei publicae detrimento, quae, amissa forma regiminis socialis yjsceptisquc oneribus omnibus, quae deletae illae consociationes antea perferebant, negotiis et officiis propemodum infinitis obruta est atque oppressa.

Nam etsi verum est, idque historia luculenter ostendit. ob mutatas rerum condiciones multa nunc non nisi a magius consociationibus posse praestari, quae superiore aetate a parvis etiam praebebantur, fixum tamen immotur.que manet m philosophia sociali gravissimum illud princ.p;um quod neque moveri neque mulari potest: sicut quae a singularibus hominibus proprio marte et propria industria possunt perfici, nefas est eisdem eripere et communitati demandare, ita quae a minoribus et inferioribus communitatibus effici praestarique possunt, ea ad maiorem et alliorem societatem avocare iniura est simukjue grave damnum ac recti ordinis perturbatio; cum socialis quaevis opera vi naturaque sua subsidium afferre membris corporis socialis debeat, numquam vero eadem destruere ct absorbere.

Mireris igitur momenti negotia et curas, quibus alioquin maxime distineretur, inferioribus coetibus expedienda permittat suprema rei publicae auctoritas oportet; quo fiet» ut liberius, fortius et efficacius ea omnia exsequatur, quae ad ipsam solam spectant, utpote quae sola ipsa praestare possit: dirigendo, vigilando, urgendo. coercendo, prout casus fert et necessitas postulat. Quare sibi animo persuasum habeant, qui rerum potiuntur: quo perfectius, servato hoc c subsidiarii » officii principio, hierarchicus inter diversas consociationes ordo viguerit, eo praestantiorem fore socialem et auctoritatem ct efficientiam, eoque feliciorem laetioremque rei publicae statum./

< Ordinum » mutua conspiratio. Id autem in primis spectare, in id intendere et res publica et optimus quisque civis debent, ut < classium > oppositarum disceptatione superata, concors « ordinum » conspiratio excitetur et provehatur.

In reficiendos igitur « ordines > ars politica socialis incumbat necesse est. Reapse violenta adhuc perseverat et hac de causa instabilis ac nutans humanae societatis condicio, quippe quae · classibus » innitatur diversa appetentibus et ideo oppositis, proptereaque ad inimicitias dimicationesque pronis.

Etenim· quamquam opera, ut luculenter explanat Decessor Noster in suis Litteris.r non est vilis merx, sed operarii dignitas humana in ea agnoscatur oportet, ic pro.nde nequit mercis cuiuslibet instar emi vendique. tamen, quae nunc est rerum condicio, operae conductio ac locatio homines in mercatu quem dicunt laboris in duas partes ceu acies dispescit; harum autem partium disceptatio ipsum operae mercatum quasi m campum vertit, ubi adversis frontibus acriter illae acies dunicant Huic pessimo malo, quo tota humana societas m exitium abripitur, quam citissime esse medendum nemo est qui non intellegat. Ast perfecta sanatio tum lanium cflorescet, cum. oppositione illa e medio sublata. socialis corporis membra bene instructa constituentur: < ordines » nimirum, quibus inserantur homines non pro munere, quod quis in mercatu laboris habeat, sed pro diversis partibus socialibus, quas singuli exerceant. Natura enim duce fit, ut, sicut qui loci vicinitate comuncti sunt municipia constituunt, ita qui in eandem artem vel professionem incumbunt, — sive oeconomica e<t sive alterius generis. — collegia seu corpora quaedam efficiant. adeo ut haec consortia iure proprio utentia a multis, sin minus essentialia societati civili, at saltem naturalia dici consueverint

Cum vero ordo, ut egregie disserit S. Thomas." unum sit ex plurium accommodata dispositione oriens,
id venu ac genuinus socialis ordo postulat, ut varia societalk n.cmbra firmo aliquo/ vinculo in unum copulentur. Adori autem haec conlugendl vis cum in ipsis bonis producendis aut officiis praestandis, ln quae eiusdem

« ordinis » conductores et locatores sociato studio adborant, tum in bono illo communi, in quod omnes simul « ordines », pro sua quisque parte, amice conspirare debent. Quae quidem unio eo erit validior et efficacia:, quo fidelius singuli homines ipsique « ordines » professionem suam exercere in eaque excellere sategerint

Ex quo facile deducitur, in illis collegiis ea. quae totius « ordinis » sunt communia, longe primas ferre, inter quae eminet uniuscuiusque artis ad bonum commune civitatis conspiratio quam maxime fovenda. D negotiis autem, in quibus peculiaria commoda vel incommoda herorum opificumve speciali indigeant cura et tutela si quando occurrunt, seorsim utrique deliberare vel. prout res fert, decernere poterunt.

Vix est necesse commemorare, quod Leo XIII de politici regiminis forma docuit, idem, servata proportione, professionum quoque collegiis seu corporibus aeque applicari: nimirum integrum esse hominibus quam maluerint formam eligere, dummodo et iustitiae et boc: communis necessitatibus sit ℭonsultum. '

Iam vero, quemadmodum municipii incolae ad fines maxime varios consociationes condere solent, quibus nomen dandi aut secus unicuique est ampla potestas, ita qui in eadem arte versantur, consociationes pariter ll· beras alii cum aliis inibunt ad fines aliqua ratione cum ipsa arte exercenda connexos. Cum liberae hae consociationes a cl. mem. Decessore Nostro distincte ac dilucide explanentur, satis habemus, id unum inculcare: liberam esso homini facultatem, non solum has consociationes condendi, quae iuris et ordinis sunt privati, sed etiam eam in iis < libere optandi disciplinam, easque leges, quae maxime conducere ad id. quod propositum est, ludicentur >.Λ Eadem affirmanda est libertas consociationes instituendi, quae singularum-' ar- r-tium limites excedant. Quae autem iam florent ac salutaribus laetantur fructibus liberae associationes, collegiis iis praestantioribus seu « ordinibus ». de quibus supra mentionem facimus, ad mentem doctrinae sodalis Christianae viam parare sibi praestituant et pro virili parte exsequantur!

Directicum oeconomiae principium instaurandum. Aliud praeterea est curandum, valde cum priore cohaerens. Quemadmodum unitas societatis humanae inniti non potest oppositione « clasium », ita rei oeconomicae rectus ordo non potest permitti libero virium certamini- Ex hoc enim capite, tamquam ex inquinato fonte omnes errores disciplinae oeconomiae < individualisticae » dimanarunt; quae, oblivione aut inscitia socialem ac moralem indolem rei oeconomicae delens, hanc existimavit ab auctoritate publica ut solutam prorsus ac liberam ludicandam esse et tractandam, propterea quod in mercatu seu libero competitorum certamine principium sui ipsius directivum haberet, quo multo perfectius quam ullo intellectu creato interveniente regeretur. At liberum certamen, quamquam dum certis finibus contineatur, aequum sit et sane utile, rem oeconomicam dirigere plane nequit; id quod eventus satis superque comprobavit, postquam pravi Individualistic! spiritus placita exsecutioni sunt mandata. Perquam necessarium igitur est rem oeconomicam vero atque efficaci principio directive iterum subdi et subiici. Cuius quidem muneris vices oeconomicus potentatus, qui liberum certamen nuper excepit» multo minus gerere potest, cum hic praeceps quaedam vis et potentia vehemens sit. quae ut salutaris hominibus evadat, frenari debet fortiter et regi sapienter: frenari autem et regi non potest a se ipso. Altiora igitur et nobiliora exquirenda sunt, quibus hic potentatus severe integreque gubernetur: socialis nimirum Justitia et caritas socialis. Quapropter ipsa populorum atque adeo socialis vitae totius instituta ea iustitia imbuantur oportet maximeque necessarium est. ut vere efficiens evadat seu ordinem iuridicum et socialem constituat, quo oeconomia tota veluti Informetur. Caritas vero socialis quasi anima esse debet huius ordinis; ad quem efficienter tuendum et vindicandum auctoritas publica alacris incumbat oportet; id quod minus difficulter praestare poterit, si ea onera a se excusserit, quae ei non esse propria ante declaravimus.

Immo vero consociatis studiis laboribusque variae nationes id enitantur decet, ut. quoniam in genere oeconomico plurium inter se pendent ac mutua ope indigent. faustam quandam et felicem in re oeconomica

m t 15 – Lh Ennri. *Perum tOttram.* n *71.* r Utt. Erxyrl Rmm wmr«m. n W. ll Cfr S. Thorn.. *Contra Gent.,* III. 7V. cfr. Sttmm. *ThcoL,* I. q. 65. a. 2. i. c. n Cfr. Utt Encyl *Immortale Dei,* d. I Nov. 1835. » Cfr. Utt. Encycl R*

populorum conspirationem sapientibus pactionibus atque institutis promoveant.

Membra igitur socialis corporis, si. ut dictum est, reficiantur, atque rei oeconomico-socialis directiyum principium si restituatur, etiam de hoc corpore aliqua ntione dici poterit, quod de Christi corpore mystico ait Apostolus: < Totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate >.a

Recens, ut omnes norunt, singularis inita est syndicatuum atque artium collegiorum ratio, quae, pro haram Litterarum argumento, breviter videtur hic adumbranda, opportunis quibusdam adiectis animadversionibus.

Ipsa civilis potestas syndicatum ita constituit in persocam iuridicam, ut simul quoddam monopolii privilegium ei conferat, cum ille solus, sic approbatus, opifxum herorumve (pro syndicatus specie) iura vindicare, ille solus de opera locanda et conducenda pacisci atque laboris foedera, quae dicuntur, firmare possit. Syndicatui nomen dare necne integrum cuique est, atque inter hos tantum limites huiusmodi syndicatus liber dici potest; nam et syndicalis collecta et peculiaria quaedam tributa ab omnibus prorsus certae cuiusque artis seu professionis membris, sive opifices hi sunt sive heri, exiguntur, quemadmodum operum pactionibus a juridico syndicatu initis omnes ligantur. Verum tamen est ex officio esse declaratum hunc iuridicum •ynnicatum non officere, quominus exsistant aliae eluscem professionis asseclarum consociationes, non tamen
23 iure agnitae,/

Collegia seu corpora constituuntur ex delegatis utriusque syndicatus (operariorum nimirum et herorum) eiusdem artis seu professionis et, tamquam vera ac propria Status instrumenta atque instituta, syndicatus ipsos dirigunt eosque in rebus communibus ad unum idemque coordinant.

Cessationes operae vetantur; si partes litem componere nequeant, adest magistratus.

lamvero. huius, quam summation descripsimus, institutionis quaenam sint commoda, quicumque vel parum rem perpenderit, facile perspiciet: diversarum classium opera pacifice sociata, socialistarum repressa sodalitia. molimina cohibita, peculiaris magistratus moderatricem auctoritatem exercens. Ne tamen in re tanti -omenti quidpiam neglegamus, utque omnia, quae sive cum principiis generalioribus, quae supra in memoriam redegimus, sive cum iis. quae mox sumus addituri, apte colligentur, fateri cogimur compertum Nos habere non deeæe qui vereantur ne res publica, cui satis esse deberet ut necessarium et sufficiens auxilium praestaret, liberae activitati se substituat, neve syndicalis ille et corporativus novus ordo complexam administrationem et politicam nimis sapiat, neve (generalioribus illis commodis ultro equidem admissis) particularibus polita «copis potius inserviat quam ad meliorem socialem ordinem instaurandum promovendumque conducat.

Ad hunc alterum autem nobilissimum finem assequendum et commune bonum vera ac stabili ratione naxime Juvandum, id in primis et ante omnia prorsus tttessarium putamus, ut Deus propitius adsit, utque dein omnes qui bonam gerunt voluntatem sociata opera ii illum scopum adlaborent. Persuasum praeterea habentis, id quod ex priore colligimus, illum finem eo certus obtentum iri quo copiosior sit eorum numerus, qu: technicam et professionalem et socialem peritiam «am ad id conferre sint parati, atque etiam (quod pluria est) quo copiosius erit tributum ex principiis catholicis eorumque usu ad id collatum, non quidem ab Actione Catholica (quae activam vim proprie syndica-
ts !«r. vel politicam sibi interdicit), sed ab iis filiis/ Nostris, quos ipsa Actio Catholica illis principiis imbuit quosque instituit ad apostolatum exercendum. Ecclesia dure ac magistra ; Ecclesiam dicimus, quae etiam in hoc. quem adumbravimus, campo, sicut ubicumque de rebus moralibus quaestio est ac disceptatio, vigilantiae et magisterii mandatum sibi divinitus impositum oblivioni dare vel incuria praeterire non potest unquam.

Quae autem de sociali ordine instaurando et perfieiendo docuimus, ea profecto effici nullatenus posse sine morum reformatione vel ipsa rerum gestarum documenta aperte demonstrant. Fuit enim aliquando ordo quidam socialis, qui etsi perfectus quidem et omnibus numeris absolutus non erat, pro temporum tamen condicione ct necessitatibus rectae rationi quadantenus congruebat. Quod si periit ille ordo iam dudum, sane non id accidit, quia mutatis rerum condicionibus et necessitatibus ipse accomodari se evolvendo et quodammodo dilatari non potuit; sed ideo potius, quia homines aut nimio sui amore obdurati eius ordinis gremium pandere. ut oportuisset, crescenti numero multitudinis renuerunt, aut quia falsae libertatis specie aliisque erroribus illecti cuiusvis potestatis impatientes, omne detrectare imperium conati sunt

Reliquum igitur est ut, ea quae nunc viget rei oeconomicae ratione, et socialismo, acerrimo eius accusatore, iterum ln iudicium vocatis atque aperta de illis iustaque lata sententia, tot malorum, radicem penitius investigemus et primum maximeque necessarium remedium in moribus reformandis indicemus.

III. - Res inde a leoniana aetate plurimum mutatae

Graves sane mutationes cum rei oeconomicae ratio tum socialismus inde a Leonis XIII aetate subiere.

Ac primum quidem oeconomiae speciem vehementer commutatam esse, in oculis est omnium. Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, feL rec. Decessorem Nostrum suis Litteris eam vel maxime oeconomiae rationem spectasse, qua generatim ad commune rei oeconomicae exercitium ab aliis res, ab aliis opera/ praestaretur. quemadmodum, felici verborum complexu usus, eam definiebat: c Non res sine opera nec sine re potest opera consistere

1. - *Rei oeconomicae species mutata.* Hanc autem oeconomiae rationem ad recti ordinis normam componere Leo XIII totis viribus contendit: unde patet per se ipsam non esse damnandam. Et sane suapte natura vitiosa non est: sed tunc rectum ordinem violat, quando res operarios seu proletariam classem eo fine, caque condicione conducit, ut negotia atque adeo res oeconomica tota ad sui ipsius nutum et commodum vertantur, humana operariorum dignitate, sociali oeconomiae indole ipsaque iustitia sociali ac bono communi contemptis

Verum est ne hodie quidem solam hanc oeconomiae rationem ubique vigere: est enim et alia ratio, cui addicta est adhuc ingens et numero et pondere valens hominum multitudo, ut v. gr. ordo agricolarum, in quo maior generis humani pars honeste ac probe, quae ad victum cultumque pertinent, sibi comparat. Suis etiam haec angustiis premitur et difficultatibus, quas et respicit Decessor Noster non paucis Litterarum suarum locis, et Nos hisce Nostris non semel attigimus.

Ast < capitalisticum » oeconomiae regimen, cum industriae usus toto orbe terrarum dilatatus sit, plurimum et ipsum post Leonis XIII Encyclicas Litteras datas quaquaversus est dilapsum adeo, ut etiam eorum, qui extra eius ambitum versantur, oeconomicam et socialem condicionem invaserit et pervaserit, eamque suis sive commodis sive incommodis et vitiis» vere afficiat ct quodammodo informet.

Itaque non eorum solum, qui regiones incolunt « capitali » et industriae addictas, sed omnium prorsus hominum bono consulimus, cum ad mutationes praesertim, quas capitalistica oeconomiae ratio inde a Leonis tempore passa est, animos convertimus.

Potentatus successit liberae competitioni. Atque in primis omnium oculos percellit, nostris temporibus non modo coacervari opes, sed immanem accumulari potentiam et despoticum potentatum oeconomicum penes paucos, qui ple 'rumque non domini, ĕd depositae rei 211
custodes tantum et administratores sunt eamque nutu suo arbitrioque regunt.

Qui potentatus ab iis vehementissime exercetur, qui. cum pecunias teneant et in eis dominentur. potiuntur etiam fenebris f dei et in credenda pecunia regnant, eamque ob causam velutl sanguinem administrant, quo vivit tota res oeconomica, et manibus suis quasi animam rei oeconomicae ita versant, ut contra eorum nutum respirare nemo possit.

Haec potentiae et virium accumulatio, recentissimae oeconomiae quasi nativa nota, fructus est quem naturà suâ protulit infinita competitorum certandi libertas, quae cos tantum superstites relinquit qui plurimum valeant, quod saepe idem est ac dicere, qui omnium violentissime dimicant, qui minime animi conscientiam cu-

•wi *xmn.* r.. 42. « ΕρΛ.. IV, 18. n Utt. Encycl. *Rerum*

Ea vicissim virium et potentiae acervatio tria gignit concertationum genera: contenditur enim primum de ipso oeconomico potentatu, tum acriter decertatur de potentatu in rempublicam capessendo, ut eius viribus atque potestate ad oeconomicas congressiones liceat abuti; inter ipsas denique respublicas dimicatur, cum quod nationes, ad suorum quaeque civium oeconomica commoda promovenda, vim et politicam suam adhibent, tum quod potentatu et viribus suis oeconomicis adhibitis, politicas controversias inter nationes ortas dirimere contendunt.

Funestae sequelae. Individualistici profecto in re oeconomica spiritus ultima consectaria sunt ea, quae vos ipsi. Venerabiles Fratres dilectique Filii, et perspicitis et doletis: liberum virium certamen ipsum se interemit; libero mercatui oeconomicus potentatus suffectus est; lucri cupiditati proinde effrenata potentatus ambitio successit; tota oeconomia horrendum in modum dura, immitis, atrox est facta. Huc accedunt quae ex publicae potestatis et ipsius oeconomiae muneribus officiisque permixtis et foede confusis orta sunt gravissima damna: quale, unum ex summis, abiectio quaedam reipublicae maiestatis. quae cum ab omni studio partium libera et uni bono communi iustitiaeque Intenta, veluti regina et suprema arbitra rerum, alte
212 sedere deberet,/ serva fit, hominum libidini et cupiditatibus tradita et mancipata. Quod autem ad nationes attinet inter se agentes, ex uno capite duplex effluxit diversum flumen: hinc « nationalisms » emanat aut etiam ‹ imperialismus » oeconomicus, illinc vero non minus funestus et exsecrandus rei nummariae ‹ internationalismus » seu ‹ imperialismus internationalis » cui, ubi bene, ibi patria est

Remedia. Quae tantis his malis mederi possint, ea in parte altera harum Litterarum exposuimus ubi doctrinam data opera tradidimus, ita ut hoc loco breviter illa in memoriam redigere satis habeamus. Quandoquidem re et operâ maxime innititur praesens oeconomiae ratio. rectae rationis seu Christianae philosophiae socialis principia circa rem, operam earumque consociationem et mente agnoscantur et opere ad effectum deducantur necesse est Duplex imprimis et rei seu dominii et operae seu laboris ratio, id est individualis ct socialis, aeque e! rite pensanda est, ut et individualism! et collectivism! scopuli vitentur. Mutuae utrorumque relationes ad strictissimae lustitiae leges, quam commutativam vocant. exigi debent, Christiana caritate adminiculante. Liberum certamen certis ac debitis limitibus saeptum, magis etiam oeconomicus potentatus publicae auctoritati in tis, quae ad eius munus spectant, efficaciter subdantur oportet Ipsa vero populorum publica instituta ad boni communis necessitatis seu ad iustitiae socialis normam totam humanam consortionem conformare debent: quo fieri nequit quin etiam gravissima illa vitae socialis pars, quae est res oeconomica, ad rectum et sanum ordinem redeat

2. - Sociahsmtw *mutatus.* Haud minus profunde quam oeconomiae species inde a Leonis aetate mutatus est ipse socialismus. quocum fuit maxime Decessori Nostro certandum. Qui enim tunc unus fere dici poterat et doctrinae capita propugnabat definita eaque in unum corpus compacta, hi exinde in duas praecipue partes invicem plerumque adversantes atque adeo intensissimas discissus est. ita tamen ut a fundamento fidei Christianae contrario, quod socialismo proprium erat, neutra
313 discesserit./

α) Ραπ tv.olentior seu communtsmus. Altera enim socialism! pars eandem fere subiit mutationem, quam oeconomiam capitalisticam subiIsse supra explicuimus, ct In « communismum » ruit, qui bina docet ac persequitur, neque id occulte aut per cuniculos, sed palam, aperte, omnibus mediis etiam violentissimis quibusque adhibitu: acerrimam inter classes luctationem, plenamque domini! privati exstinctionem. In quibus persequendis. nihil est quod non audeat, nihil quod vereatur; rerum vero potitus, incredibile ac portento simile est quam xe atrocem, quam inhumanum ostendat. Testantur id exitiosae illae strages et ruinae, quibus vastissimas Europae orientalis atque Astae ditiones constravit: Sanctae vero Ecclesiae ipslque Deo quam sit Inimicus ft apertu» hostis, nimis, proh dolor' nimis est factis comprobatum et omnibus apprime notum. Ideo, quamquam probos quidem ac fideles Ecclesiae filios de impia et iniqua communism! natura monere supervacandum existimamus, tamen sine profundo dolore contemplari non possumus incuriam eorum, qui imminentia haec pericula conlemmcrc videntur, et inerti quadam desidia patiuntur propagari quaquaversus ea, quibus per vim, per caedem, tota societas contrucidetur; coque gravius condemnanda est socordia eorum, qui auferre aut mutare neglegunt eas rerum conditiones, quibus populorum animi exasperantur atque via munitur ad societatem subvertendam et profligandam.

b) *Pars mitior quae socialisms nomen retinuit.* Mitior sane est altera pars, quae « socialism! › nomen retinuit, qui non solum a vi adhibenda abstinendum profitetur, sed ipsam classium pugnam et privatae possessionis exstinctionem, si minus abiicit, aliqua ratione mitigat et temperat Suis principiis et consectariis inde a communismo deductis exterritum, socialismum ad veritates, quas Christiana traditio semper sollemnes habuit, vergere et quodammodo accedere diceres: negari enim nequit ad ea quae Christiani societatis reformatores iure postulant, horum placita interdum valde appropinquare.

A pugna classium dominiique exstinctione aliquantum recedit. Classium enim pugna, modo ab inimicitiis mutuoque odio abstineat, paulatim transit in honestam quamdam disceptationem, iustitiae studio fundatam, quae, etsi non est illa beata pax socialis quam omnes appetimus, principium esse potest et debet/ unde ad 214
mutuam ‹ ordinum › cooperationem deveniatur. Bellum etiam dominiis privatis inductum, magis magisque sedatum, restringitur ita. ut tandem aliquando non ipsa possessio impetatur earum rerum, quae producendis bonis inserviant» sed imperium quoddam sociale, quod contra omne ius dominium arripuit et usurpavit Re enim vera tale imperium non ipsis dominis, sed publicae potestati est proprium. Quod si fiat» eo perveniri potest, ut sensim sine sensu haec mitioris socialism! placita a votis et postulatis eorum qui. Christianis principiis innixi, humanam societatem reformare student iam non dissideant. Etenim certa quaedam bonorum genera rei publicae reservanda merito contenditur, cum tam magnum secum ferant potentatum, quantus privatis hominibus, salva re publica, permitti non possit

Huiusmodi iusta postulata et desideria iam nil habent, quod a Christiana veritate abhorreat, multoque minus socialism© sunt propria. Quapropter, qui haec tantummodo persequuntur, non habent cur socialisme se aggregent.

Num media via iniri possit? Neque tamen existimet quisquam eas sectas seu factiones socialisticas, quae non sunt communisticae. ad unam omnes sive re sive nomine eo usque resipuisse. Ut plurimum sive classium pugnam sive dominii exstinctionem non abiiciunt, sed solummodo aliqua ratione temperant. lamvero, si ita falsa principia mitigantur et aliqua ratione oblitterantur, oritur, seu potius immerito a quibusdam movetur quaestio, num forte etiam christianae veritatis principia aliqua ratione aut mitigari aut temperari possint ita. ut socialism© eatur obviam et media quasi via cum eo conveniatur. Sunt, qui inani spe illiciantur fore, ut hac ratione socialistae ad nos pertrahantur. Vana tamen spes! Qui enim apostoli esse volunt inter socialistas» Christianam veritatem plenam atque integram aperte et sincere profiteantur oportet, neque ulla ratione erroribus conniveant. Id imprimis satagant» sl vere Evangelii praecones esse velint, ut socialises ostendant eorum postulata, quatenus iusta sint, ex principiis christianae fidei multo validius defendi et ex viribus christianae caritatis multo efficacius provehi./ 215

Sed quid, si ad pugnam classium et dominia privata quod attinet, socialismus re vera ita sit temperatus atque emendatus, ut circa haec iam nihil in eo sit re; prehendendum? Numquid illico natura sua religioni christianae contraria abdicavit? Est haec quaestio, quae multorum animos suspensos tenet. Et plurimi sunt catholici homines, qui, cum plane perspectum habeant Christiana principia nec missa fieri nec abradi unquam posse, oculos in hanc Sanctam Sedem intendere et enixe efflagitare videntur, ut decernamus, num hic socialismus a doctrinis falsis adeo resipuerit, ut sine cuiusquam principii christiani iactura admitti et quodammodo baptizari possit. Quibus ut pro paterna Nostra sollicitudine faciamus satis, haec edicimus: sive ut doctrina, sive ut factum historicum, sive ut ‹ actio » consideretur socialismus, si vere manet socialismus, etiam postquam veritati et iustitiae in his. quae diximus, concessit, componi cum Ecclesiae catholicae dogmatibus non potest: siquidem ipsam societatem fingit a Christiana veritate quam maxime alienam.

Societatem atque hominis indolem socialem *fingit alienissima* a Christiana veritate. Nam secundum chri-

ΛΗΚüli UNiVi CLEVELAND. 04

jt^nam doctrinam homo, sociali natura praeditus, in his terris collocatur, ut in societate et sub auctoritate i Deo ordinata.u vitam ducens, omnes suas facultates in laudem ct gloriam Creatoris sui plene excolat evolntque, atque artis aliusve vocationis suae munere fideliter fungendo temporalem simul et aeternam sibi comparet felicitatem. Socialismus autem, sublimis huius, cum hominis tum societatis, finis penitus ignarus et incuriosus. solius commodi causa humanam consortionem autumat esse institutam.

Ex eo enim, quod apta operum divisione efficacius quam dispertitis singulorum conatibus bona progignantur, socialistae inferunt oeconomicam efficientiam, cuius jcb materialia obiecta mentibus observantur, socialiter α necessitate procedere debere. Qua necessitate, ut totos societati se dedant subdantque, ad bonorum effectionem quod attinet, homines adstringi existimant Immo quam amplissimam possidere copiam rerum, quae huius vitae commodis inserviant, tanti fit, ut altiora
Si bxninis bona»/ ipsa libertate minime excepta, sint posthabenda atque etiam immolanda exigentiis efficacasimae bonorum effectionis. Hanc vero humanae dipitatis iacturam in « socia lizato » productionis processu subeundam, facile repensum iri autumant abundir.ua bonorum socialiter procreatorum, quae ad smgulos profundantur, ut pro suo beneplacito commodis et cultui vitae libere ea applicare valeant. Societas ergo qualem socialismus fingit, altera ex parte absque vi plane nimia nec esse nec concipi potest, ex altera parte haud minus falsae libertati indulget, vera sociali auctoritate ab ea exsulante, quippe quae non in temporalibus ac materialibus commodis innitatur, sed a sok) Deo. rerum omnium Creatore atque ultimo fine descendat[54]

Catholicus et socialista pugnantia dicunt, Quodsi sodalismus, ut omnes errores, aliquid In se veritatis adnisit (quod quidem Summi Pontifices numquam sunt cficiati), nititur tamen doctrina de humana societate, Φ& propria, a vero christianismo absona. Socialismus religiosus, socialismus Christianus pugnantia dicunt: neo potest simul catholicus probus esse et veri nominis socialista.

Socialismus mores cultumque pervadens. Quae quidem omnia, a Nobis sollemni auctoritate Innovata et ao potest simul catholicus probus esse et veri nominis codmnata, pari modo applicanda sunt novo cuidam wcialistico procedendi modo, hactenus quidem minus roto, nunc vero ad plures socialism! sectas propagato h animos moresque instituendos, imprimis incumbit: praecipue quidem infantes ipsos teneros amicitiae specie sibi allicit secumque trahit, sed totam etiam homi-Bnp multitudinem complectitur, ut homines tandem jocalistici formentur, qui humanum convictum ad socalicni placita conforment-

Cum in Nostris Encyclicis Litteris *Divini illius Maciitri* ouibus principiis insistat, quos fines persequatur raedagogia Christiana docuerimus abunde.” quam eis reeugnent quae facit et ouaerit hic socialismus mores caltumoue pervadens, tam perspicuum est et evidens, nt declaratione non indigeat Gravissima vero quae se-
O ram fert pericula videntur ii aut ignorare/ aut minus wnderare. qui nihil pensi habent eis pro rerum gra-^tate fortiter naviteroue resistere. Hos de imminenti ravissimo damno commonefacere Nostri pastoralis offlcfl est: meminerint omnes, huius socialism! mores 'altumaue pervadentis parentem quidem liberalismum hüsse. heredem vero < bolscevismum > futurum.

*Catholici transfugae in castris socialism^* Quae cum ita sint Venerabiles Fratres, intelligere potestis quanto rnm dolore cernamus, in quibusdam praesertim restionibus. filios Nostros non paucos, quos veram fidem ĕtamoue voluntatem deposuisse persuadere Nobis non ^sumus. ab Ecclesiae castris transfugisse et ad socialism! acies convolasse : quorum alii ut aperte socialista-**ra** nomine glorientur et dogmata ipsa socialistica proflantur. alii vel socordes vel etiam quasi inviti ut associationibus adhaereant, quae professione aut factis Rmt ŝŏcialistica

Nos autem, paterna sollicitudine anxii, animo revolrâus et perscrutari conamur, qui fieri potuerit ut eo csoue aberraverint, et audire Nobis videmur, quae salti ex eis respondent et causantur: ab Ecclesia et eis qui Ecclesiae addictos se proclamant, locupletibus fa-

veri, operarios neglegi, curam horum haberi nullam: eam ob causam se, ut sibi consulerent, in acies socialism! instrui et inseri debuisse.

Deflendum sane est, Venerabiles Fratres, fuisse, immo etiam nunc esse, qui cum catholicos se profiteantur, sublimis illius iustitiae et caritatis legis, qua non solum, quod suum est cuique reddere, sed fratribus egentibus ut ipsi Christo Domino succurrere tenemur,[54] fere immemores sunt, quodque gravius, ob lucri cupiditatem operarios vexare non verentur. Immo vero, non desunt qui religione ipsa abutantur, eiusque nomine iniustas exactiones velare conentur, ut a iustis plane operariorum expostulationibus se tutentur. Quorum agendi rationem graviter arguere nunquam desistemus. Ipsi enim in causa sunt, cur Ecclesia, etsi immerito, videri potuerit et insimularetur partes agere locupletium, eorum autem, qui quasi naturali sua hereditate privati erant, necessitatibus et angustiis minime commoveri. Immerito et iniu/ria haec videri et dici, totius Ecclesiae 218
historia clare demonstrat; ipsaeque Encyclicae Litterae, quarum anniversarium festum celebramus, luculentissimum testimonium sunt in Ecclesiam eiusque doctrinam nonnisi iniustissime has calumnias et contumelias coniici.

Ut redeant invitantur. Verumtamen tantum abest ut, iniuria lacessiti aut paterno dolore deiecti. filios misere deceptos et tam longe a vero et salute digressos repellamus aut reiiciamus, ut effici non possit, quin omni qua possumus sollicitudine, ad maternum Ecclesiae sinum, ut revertantur, invitemus. Utinam voci Nostrae pronas praebeant aures! Utinam unde exiere, eo redeant, domum nimirum paternam, ibique consistant, ubi proprius eorum locus est, in eorum videlicet ordinibus, qui monita a Leone promulgata et a Nobis sollemniter innovata studiose secuti, societatem ad mentem Ecclesiae, sociali iustitia socialique caritate firmatis, instaurare nituntur. Sibique persuadeant nullibi se posse etiam m terris pleniorem invenire beatitudinem. nisi apud Eum, qui propter nos egenus est factus, cum esset dives, ut Illius inopia nos divites essemus.” qui pauper fuit et in laboribus a iuventute sua. qui omnes laborantes et oneratos ad Se invitat ut eos in Caritate Cordis Sui plene reficiat,[5] qui denique sine ulla personarum acceptione, plus exiget ab iis quibus plus datum est,[5*] et « reddet unicuique secundum opera eius >. *

3. - *Morum renovatio.* Verum, si rem diligentius penitiusque inspiciamus, liquido deprehendemus, hanc optatissimam instaurationem socialem spiritus Christiani renovatio, a quo misere passim defecerunt tot homines rei oeconomicae addicti, praecedat oportere, ne tot conatus incassum cadant, aedificiumque struatur non super petram sed super mobilem arenam."

Et sane, hodiernam oeconomiam conspeximus. Venerabiles Fratres dilectique Filii, eamque gravissimis vi-
tiis laborantem/ agnovimus. Communismum quoque et 21·
socialismum rursus in indicium vocavimus, eorumque omnes vel mitigatas species ab Evangelii praeceptis longe aberrare deprehendimus.

« Quare — ut Decessoris Nostri verbis utamur, — si societati generis humani medendum est, revocatio vitae institutorumque Christianorum sola medebitur ».u Nam haec una nimiae de caducis rebus sollicitudini, quae omnium est vitiorum origo, efficax remedium afferre, haec una fascinatos hominum oculos, in fluxis huius mundi rebus plane defixos, inde avellere et ad caelum attollere potest. Quo quidem remedio nunc humanam consortionem maxime indigere quis neget?

Praecipua hodierni regiminis deordinatio: damnum animarum. Etenim omnium animi temporalibus perturbationibus, cladibus, ruinis fere unice afficiuntur. Sed quid, si Christianis oculis, prout decet, res perpendimus, haec omnia sunt, si cum animarum ruina conferantur? Nihilominus haud temere dici potest eas nunc esse socialis atque oeconomicae vitae rationes» ut Ingenti hominum numero maxima impedimenta creent quominus unum illud necessarium, aeternam nempe salutem, curent

Innumerabilium equidem harum ovium Pastor et Tutor a Pastorum Principe, qui eas Sanguine Suo redemit constituti, hoc maximum earum periculum siccis oculis contemplari non possumus; quin potius, pastoralis officii memores, paterna sollicitudine et quomodo eis opitulari possimus continenter meditamur, aliorum

tenm. n. 15. 23 Cfr. *Rom.. X1U.* 1. 54 Cfr. Utt. EncrcL *Zatiram d* 29 Iunii 1881. s Utt. Encycl. Dirtrri *Illius* Afojuin, d. 31 Dec. 1929. (LE 939). 54 Cfr. *Epist.* S. Iacobl. c. 3.

« II *Cor.,* Vm. 9. M M»Uh.. 23 » Cfr Luc.. XII. – Matth.. XVI. 27. « Cfr. Matth. VII. >4 jqq.
ω Utt. oneycl. *Rerum novarum,* η. 33 ‘ ⊃ Cfr Matth XVI

quoque, quorum ex iustitia aut caritate interest, indefesso studio advocato. Quid enim proderit hominibus sapientiore divitiarum usu vel ad universum mundum lucrandum aptiores fieri, si inde animae suae detrimentum patiantur?" Quid, eos tuta de re oeconomica principia docere, si effrena cupiditate et sordida, suarum rerum studio ita abripi se sinant, ut. ‹ audientes mandata Domini, omnia faciant contraria? »44

Huius *damni causae.* Huius vero a Christiana lege in re sociali ct oeconomica defectionis, et inde profluentis
220 plurimorum opificum a fide catho/lica apostasiae radix et fons sunt inordinatae animi affectiones, triste consectarium primaevae labis, quae miram humanarum facultatum concordiam ita disiunxit, ut homo pravis cupiditatibus facile abstractus ad caduca huius mundi bona caelestibus et firmis anteponenda vehementer incitetur. Hinc inexplebilis illa divitiarum et temporalium bonorum sitis, quae homines ad Dei leges infringendas et proximorum iura conculcanda omnibus quidem temporibus impulit, sed per hodiernam rei oeconomicae rationem humanae fragilitati longe plures parat laqueos. Etenim cum incertus status rei oeconomicae ac praesertim eiusdem complexionis summam assiduamque postulet eorum qui illi se dedunt virium contentionem, nonnulli conscientiae stimulis ita obdurueruntut in eam devenerint sententiam sibi licitum esse et lucra sua quoquo modo augere, ct opes magno conatu studioque partas per fas et nefas contra repentinos fortunae casus tueri. Facilia emolumenta, quae cuilibet in mercatu omni lege soluto obveniunt, permultos ad merces permutandas distrahendasque alliciunt, qui. id unum inhiantes, ut minimo interiecto labore expedita sibi lucra comparent, effrena negotiatione, mercium pretia pro arbitrio ct aviditate tam crebro augent vel minuunt, ut prudentes fabricatorum provisiones pessum dent Quae lege sunt statuta ad foederatos quaestus provehendos, dum rerum agendarum periculum dividunt ac finiunt, foedissimae licentiae ansam praebuerunt. Cernimus enim ab hac extenuata rationum reddendarum obligatione animos modice tangi; insuper in tutamine communis cuiusdam nominis delitescendo, pessimas perpetrari iniurias et circumscriptiones; tandem oeconomicarum consociationum curatores, muneris sui oblitos, eorum prodere iura. quorum compendia administranda susceperant Neque postremo omittendi sunt callidi illi viri, qui de honesta artificii sui utilitate minime solliciti, hominum cupiditatibus stimulos subiicere haud verentur. eisque excitatis ad proprium lucrum utuntur.

Gravissima haec incommoda propulsare, vel etiam antevertere, potuisset severa ac tuta morum disciplina a rei publicae moderatoribus strenue exacta: haec tamen
221 nimis saepe misere' defecit. Nam. cum novae oeconomiae rationis germina tunc primum erumperent, quando rationalism! placita in plurium mentibus insederant radicesque egerant, brevi oeconomica quaedam doctrina a vera lege morali remota est orta, quo factum est ut humanis cupiditatibus habenae prorsus laxarentur.

Itaque evenit, ut multo quam antea plures nihil nisi de divitiis quacumque ratione augendis solliciti essent; seque super omnia et prae omnibus quaerentes, nihil, ne maxima quidem in alios delicia, sibi religioni verterent. Qui primi vero hanc spatiosam viam, quae ducit ad perditionem.* sunt ingressi, ii facile sive apparentis sui ſuccessu exemplo, sive insolenti suarum divitiarum pompa, sive aliorum conscientiam quasi inanibus anxietatibus exagitatam deridendo, sive demum timoratiores competitores conculcando, plurimos iniquitatis suae imitatores nacti sunt.

Pronum vero fuit, ut rei oeconomicae moderatoribus h rectn tramite deviis euntibus, operariorum quoque vulgus in Idem barathrum passim rueret praeceps; idque eo magte quod plurimi ex praefectis artificum suis operarii» ut meri® Instrumentis usi sunt, nihil proreus de corurn anima solliciti. immo de supernis rebus nc €ogitante quidem. Et sane. horrescit animus, si gravissima perpendatur pericula, quibus in modernis officinis obliduntur operariorum ciumorum praesertim) mores et puellarum aliarumquc mulierum pudicitia: si mente recolamus quam saepe hodiernum rei oeconomicae genus et praesertim absona habitandi ratio familiari vinculn fiimiliarique vitae consuetudini obstacula creet; † memor.a repetamus quot quantaque festis diebus rite sanctificandis inferuntur impedimenta; si universalem considrremu· cxtcnuatlonvm sensus illius vere Christiani, quo vel ſude et indocti homines tam alta sapere consueverant, eius loco suffecta de quotidiano victu utcumque comparando unica sollicitudine. Atque ita labor corporalis, quem divina Providentia etiam post originale peccatum in humani corporis simul et animi bonum statuerat exercendum, in perversionis instru-
mentum pas/sim convertitur: iners scilicet materia ex 22
officina nobilitata egreditur, homines vero ibidem¡ corrumpuntur et viliores fiunt.

Remedia, a) Christiana ratione informetur vita *oeconomica.* Huic tam lugendae animarum cladi, qua perdurante omne societatis regenerandae studium irritum erit, nullum validum remedium afferri potest nisi ad evangelicam doctrinam aperte et sincere redeant homines, ad Illius nimirum praecepta, qui unus verte vitae aeternae habet.M talia videlicet verba, quae caelis et terra transeuntibus, nunquam praeteribunt4ǂ Siquidem, quotquot sunt in re sociali vere periti, enixe expetunt compositionem ad normas rationis exactam, quae vitam oeconomicam ad sanum rectumque ordinem reducat. Sed hic ordo, quem Nos ipsi vehementer exoptamus impensoque fovemus studio, mancus omnino et imperfectus erit, nisi omnes humanae efficientiae ad miram divini consilii unitatem imitandam et, quantum humanis viribus datum est assequendam amice conspirent: perfectum dicimus Ulum ordinem, quem magna vi ct contentione proclamat Ecclesia, quem recta ipso expostulat humana ratio: ut nimirum ad Deum tamquam ad primum ac supremum totius creatae efficientiae terminum omnia dirigantur, et sub Deo creata quaelibet bona ut mera instrumenta habeantur, quibus tantum utendum sit quantum ad supremum finem attingendum ducant. Neque putandum est per hoc minoris fieri aut minus dignitati humanae consonas aestimari quaestuosas artes; quin immo in iis apertam divini Conditoris voluntatem venerabundi agnoscere docemur, qui posuit hominem in terra ut operaretur illam, eaque ad suas necessitates multifariam uteretur. Fortunam autem suam rite et iuste amplificare non prohibentur quicumque ad bona progignenda dant operam, immo aequum est. ut qui communitati deservit eamque reddit ditiorem, ex auctis communitatis bonis ipse quoque pro sua condicione r tior fiat, dummodo haec omnia cum debito erga Dei leges obsequio et illaesis aliorum iuribus quaerantur et secundum fidei et rectae rationis ordinem adhibeantur. Quae si ab omnibus, si ubique, si semper serventur, non modo rerum con/fectio et aequi- 23
sitio, sed divitiarum quoque usus, qui nunc saepe tam inordinatus cernitur, brevi intra aequitatis et iustae distributionis limites revocabitur: atque sordido propriarum dumtaxat rerum studio, quod nostrae aetatis est dedecus et grande peccatum, re et factis opponetur suavissima at simul validissima Christianae moderationis lex, qua homo iubetur quaerere primum regnum Dei et iustitiam eius, certo sciens bona quoque temporalia ex divina libcralitate certaque promissione sibi quantum opus fuerit adiectum iri.*

b) Caritatis *partes.* Verum, in his omnibus praestandis. potiores partes semper lex caritatis teneat oportet. ‹ quod est vinculum perfectionis ».'' Quam ergo falluntur Incauti illi reformatores, qui solam iustitiam eamque commutativam servandam curantes, caritatis auxilium superbe reiiciunt! Profecto iustitiae ex officio debitae et inique denegatae caritas vicaria succedere nequit At, etsi omnia sibi debita quisque hominum supponatur tandem adepturus, amplissimus caritati semper patebit campus: sola enim iustitia. vel fidelissime exhibita, socialium certaminum causas quidem removere, nunquam tamen corda unire animosque copulare poterit Iam vero quaecumque ad pacem firmandam mutuumque inter homines auxilium promovendum sunt instituta, quantumvis perfecta videantur, in mutuo animorum vinculo, quo sodales invicem uniantur, potissimum habent suae firmitatis fundamentum, quo deficiente, ut saepius experiendo didicimus, optima quaeque praescripta irrita evadunt. Itaque tunc solum vera omnium In unum commune bonum conspiratio haberi poterit, cum societatis partes intime sentiant se unius esse magnae famil ae membra eiusdemque caelestis Patris filios, immo se unum corpus in Christo. « singuli autem alter alterius membra ».* ita ut ‹ si quid patitur unum membrum. compatiantur omnia membra ».n Tunc enim divites aliique proceres, pristinam suam erga pauperiores fra/tres incuriam in sollicitam et operosam dilectionem mutabunt, eorum iusta postulata aperto corde excipient.

• Cfr *ludîc*, ft. Π ** Cfr. Màtth., VU. 13.

* Cfr. To.. VT. 70. «· Cfr. Matth.. XXIV. 35. ᶜᶜCfr Matth. VI. 33 *· Coto».. TU. 14. ″ *Rom.*. XIÎ. 5. ' *i* C‹k.. XII, »6. n Cfr. Ult. Encycl. *Ubi arcano.* ‹L 33

eorumque forte culpis et erroribus libenter parcent. Operarii vero, quovis odii invidiaeque sensu, quo socialis certaminis fautores tam callide abutuntur, sincere restincto, locum sibi a divina Providentia in humana societate assignatum non solum non fastidient, sed magni facient, utpote bene sibi conscii, ad commune bonum pro suo quemque munere et officio vere utiliter et honorifice adlaborare eiusque vestigia pressius sequi, qui cum in forma Dei esset, faber inter homines esse et fabri filius haben voluit.

Opus adstat sane arduum. Ex hac igitur nova in r.uncurn diffusione Evangelic! spiritus, qui Christianae aoderationis et universalis caritatis spiritus est. optatissimam illam ac plenam humanae societatis instaurationem in Christo illamque « Pacem Christi in Regno Christi » futuram confidimus, in quam ab ipso Pontificatus Nostri exordio, omnes curas Nostras omnemque pastoralem sollicitudinem intendere decrevimus firmikrque apud Nos statuimus; 72 Vosque, Venerabiles Fratres. qui Ecclesiam Dei, Spiritu Sancto mandante, Xobiscum regitis,22 ad eundem hunc praecipuum et in praesens maxime necessarium finem, in omnibus orbis partibus, etiam in regionibus sacrarum ad infideles Missionum. laudabili admodum zelo impense adlaboratis. Vobis sint merita laudationum praeconia, simulque iis omnibus sive clericis sive laicis, quos eiusdem magni operis cotidianos participes atque validos adiutores laeti conspicimus, dilectos Filios Nostros Actioni Catholicae addictos, qui peculiari studio de re sociali curam, quatenus haec Ecclesiae ex ipsa sua divina institutione competit et incumbit, Nobiscum suscipiunt. Hos omnes etiam atque etiam in Domino hortamur, ut nullis parcant hboribus, nullis vincantur difficultatibus, sed magis manque in dies confortentur et sint robusti.74 Arduum sane Ipsis aggrediendum proponimus opus: probe enim wvimus utrinque, sive inter superiores, sive inter in-
25 feriores societatis classes, obstacula et impe/dimenta, quae vinci debeant, exstare plurima. Ne tamen animos despondeant: asperis certaminibus se obiicere christiacorum est; graves autem exantlare labores, eorum qui ct boni Christi milites " eum propius sequuntur.

Omnipotenti ergo auxilio unice confisi Illius, qui ‹ omnes homines vult salvos fieri »,7' miseras illas animis a Deo aversas totis viribus iuvare contendamus easque a temporalibus curis abstrahentes, quibus nimis znplicantur, ad aeterna fidenter aspirare doceamus- Id autem quandoque facilius obtinebitur, quam prima fronte sperandum forte videbatur. Etenim, si etiam in latebris vel perditissimi hominis latent, ceu igniculi sub cinere, mirae spirituales vires, testimonia haud dubia illius animae naturaliter Christianae, quanto magis in cordibus eorum quam plurimorum, qui potius per ignorantiam vel externa rerum adiuncta in errorem inducti sunt!

Ceterum, laeta quaedam socialis restaurationis signa ;psa opificum agmina iam portendunt, in quibus magno animi Nostri gaudio confertos cernimus etiam globos juniorum operariorum, qui et secundis auribus divinae K? consilia excipiunt et miro zelo socios suos Christo cere student Nec minori laude prosequendi sunt opificum coetuum duces qui, propriis commodis posthabits et unice de sodalium suorum bono solliciti, aequas «rum expostulationes cum totius artificii prosperitate prudenter componere et promovere satagunt, neque ab eximio hoc munere se deterrere sinunt ullis sive impedimentis sive suspicionibus. Quin et complures iuvenes. mox Inter societatis proceres sive ob ingenium sive ob divitias clarum locum habituros, intensiore studio sociales res excolentes est cernere, qui sociali instaurationi totos se reapse dedituros laetam spem faciunt.

Qua vta procedendum. Itaque praesentes rerum rationes qua via. Venerabiles Fratres, incedendum sit clare demonstrant. Nobis enim nunc, ut alias non semel in Ecclesiae historia, mundus obiicitur magna ex parte in paganismum fere relapsus. Ut integrae hae hominum classes ad Christum, quem negarunt, reducantur, ex iis
3 ipsis' seligendi sunt et formandi auxiliares Ecclesiae milites, qui illos iliorumque mentes et optata bene norint, qui in eorum corda suavi quadam fraterna caritate penetrare possint. Primi et proximi nimirum opificum apostoli, opifices sint oportet; apostoli vero inter artificii commcrciique asseclas, ex iisdem hominibus «se debent.

Hos laicos cum opificum tum herorum apostolos studiose quaerere, prudenter eligere, apte excolere et instituere Vestrum. Venerabiles Fratres, vestrique cleri potissimum est Difficilis sane provincia sacerdotibus imponitur, ad quam obeundam acri de re sociali studio rite parandi sunt quicumque in spem Ecclesiae adolescunt; sed maxime necesse est ut. quos peculiari ratione ad hoc munus deputaturi estis, tales se exhibeant, qui exquisitissimo iustitiae sensu praediti, cuiuscumque iniqua expostulanti aut iniuste agenti, virili prorsus constantia obsistant; qui prudentia et discretione a quovis extremo aliena excellant; quos praesertim caritas Christi intime pervaserit, quae una valet hominum corda et voluntates iustitiae aequitatisque legibus fortiter simul ct suaviter subigere. Hac via, quam felix rerum usus non semel comprobavit, omni alacritate incedendum esse non est cur ambigamus.

Hos autem dilectos Filios Nostros ad tantum opus electos enixe in Domino hortamur, ut excolendis viris sibi commissis totos se dedant, in eoque officio apprime sacerdotali et apostolico adimplendo Christianae institutionis vi opportune utantur, iuvenes docendo, Christiana sodalitia instituendo, studiorum coenacula condendo ad normam fidei excolendorum. In primis autem magni faciant et in bonum suorum alumnorum assidue adhibeant pretiosissimum cum privatae tum socialis instaurationis instrumentum, quod Litteris Nostris Encyclicis *Mens Nostra*ll in Exercitiis spiritualibus positum esse edocuimus; quibus Litteris cum Exercitia pro laicis quibuscumquc, tum etiam utilissimos opificum Secessus aperte commemoravimus vehementerque commendavimus: in illa enim spiritus schola non modo optimi excoluntur Christiani, sed/ veri quoque apostoli pro quavis 227
vitae condicione instituuntur, et igne Cordis Christi inflammantur. Ex hac schola, ut Apostoli e Coenaculo Hierosolymitano, prodibunt in fide fortissimi, invicta in insectationibus constantia firmati, zelo flagrantes, de Regno Christi quaquaversus propagando solum solliciti.

Et sane, talibus nunc maxime opus est robustis Christi militibus, qui totis viribus adlaborent ad humanam familiam incolumem servandum ab immani prorsus exitio, in quod rueret si, spretis evangelicis doctrinis, ille rerum ordo praevalere permitteretur, qui non minus leges naturae quam divinas conculcat. Ecclesia Christi super inconcussam petram constituta nihil habet cur sibi timeat, cum pro certo sciat nunquam fore ut portae inferi contra ipsam praevaleant: '· quin immo tot saeculorum usu compertum habet se e maximis procellis fortiorem egredi solere novisque ornatam triumphis. Sed materna eius viscera nequeunt non commoveri ob innumera mala, quibus inter huiusmodi procellas tot hominum milia vexarentur, atque potissimum ob gravissima spiritualia damna inde secutura, quae tot animas Christi Sanguine redemptas ad aeternam agerent ruinam.

Nihil igitur intentatum relinqui debet ad tanta mala ab humana societate avertenda: huc labores, huc industriae omnes, huc assiduae fervidacque ad Deum preces vergant Etenim, divina adiuvante gratia, humanae familiae sortes in manibus nostris sunt.

Ne sinamus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, ut filii huius saeculi in generatione sua nobis prudentiores videantur, qui ex divina bonitate filii lucis sumus.Λ Illos siquidem deprehendimus summa sagacitate strenuos asseclas sibi seligere et instituere, qui errores suos per omnes hominum ordines totiusque orbis terrarum plagas in dies latius diffundant. Quandocumque autem Ecclesiam Christi vehementius impugnare suscipiunt, videmus eos intestinis dissentionlbus sepositis in unam aciem magna concordia cogi et ad communem finem assequendum viribus prorsus unitis adlaborare./ 228

Arcta commendatur unio et conspiratio. Iam vero, quot quantaque indefessus catholicorum zelus, cum ad bonum sociale et oeconomicum, tum in re scholari et religiosa ubique moliatur, nemo profecto est qui ignoret. Sed mira haec et laboriosa actio haud raro minus efficax evadit ob vires nimis in diversa distractas. Uniantur igitur omnes bonae voluntatis viri, quotquot sub Ecclesiae Pastoribus hoc bonum ac pacificum Christi certamen certare volunt; omnesque. Ecclesia duce ae magistra, in Christianam humanae consortionis restaurationem, quam Leo XIII per immortales Litteras *Rerum novarum* auspicatus est, pro cuiusque ingenio viribus. condicione, aliquid conferre nitantur; non se nec sua quaerentes, sed quae sunt lesu Christi; · non

Ð 1022 ” Cfr. *Act* *Cfr Defter,* XXXI, Encyti. Vcxs *Nostra.* d. 20 Dec 19» : Cfr. Matth. XVI
7. » Cfr. *II Tin..* II 3. *η.* П. 4. 27 Utt 13 * Cfr Lue.. XVI. 8 * Cfr. *Philip?.,* П. 21

propria consilia omnino urgere contendentes, sed ea vel optima remittere parati, si maius commune bonum id requirere videatur: ut in omnibus et super omnia Christus regnet, Christus imperet, cui c honor et gloria et potestas in saecula ». "

Quod ut fiat feliciter. Vobis omnibus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, quotquot permagnae Catholicae familiae Nobis commissae estis membra, at peculiari quadam cordis Nostri dilectione opificibus aliisque manualium artium operariis a divina Providentia vehementius Nobis commendatis necnon Christianis heris operumque curatoribus, paterno ex animo Apostolicam Benedictionem impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Mail, anno mdccccxxxi, Pontificatus Nostri anno decimo.—Pius Pp. xt.

» Xpoc., V, 13.

Ado. R. BOIGELOT in NrT 61 (1934) 804-823; 62 (1935) 337-371; A. VERMEERSCH In PrM 20 (1931) 211-239.

1028

1931 MAI 20.-SC S. OFF. et PR. FIDE, RESP. PART.·

Dispensatio impedimenti disparttatis cultus non fert SECUM DISPENSATIONEM AB ALUS IMPEDIMENTIS

Romae. 20 mail 1931

Excellentissime Domine, Excellentia Tua mense januario 1931 Pontificiae Commissioni pro interpretatione Codicis Iuris Canonici sequens transmisit dubium: c Utrum post Codicis promulgationem adhuc sustineatur principium a Congregatione Sancti Officii emissum in instructione Archiepiscopo Quebecen. die 16 Septembris 1824 (CICF n. 866) tradita: Ecclesia dispensando cum parte catholica super disparitate cultus, ut cum infideli contrahat, dispensare intelligitur ab iis etiam impedimentis, a quibus exempta est pars infidelis, ut inde huius exemptio, propter contractus individuitatem, communicata remaneat et alteri ».

Suprema S. Congregatio S. Officii, ad quam pro competentia praedictum dubium deductum fuit, sequens super eodem tulit responsum: ‹ *Negative,* L e. Sancta Sedes, dispensando super impedimento disparitatis cultus, non intelligitur dispensare ab impedimentis, a quibus exempta est pars acatholica ».

Quam sententiam SS.mus Pontifex adprobavit.

Interim occasionem libenter nanciscor me profitendi Excellentiae Tuae addictissimum in Domino.—A. GL Cardinalis v. Rossum, *Praef.* Carlo Salotti. Archiep. til - *Secr.*

• Ordinario DistrktiH centnlij Promontorii Bonae Spei. Prot. N. 1769 31: Sylloj· n. 157. Adn. REGATILLO n. 519; PrM 21 (1932) 11-1B.

1029

1931 MAI 22.-SC S. OFF., NOTIF. AAS 23 (1931) 233

Circa opus: ‹ a padre pio di pietralcina... »

È stato pubblicato in questi giorni il libro:
Alberto Del Fante: *A Padre Pio* di Pietralcina, l'Araldo *del Signore.* Bologna, Galleri editore, 1931 (pagine 513 con illustrazioni).

Per norma dei fedeli. la Suprema Sacra Congregazione del S. Officio dichiara e fa noto che la detta pubbllcazione, tmttando anche di pretesi miracoli e di altri fattk straordinari, ä termini dei canone 1399, 5° dei Codice di diritto canonico, è ipso iure proibita; e cade quindi senz'altro sotto il disposto dei precedente canone IM t 1. di modo che non puô né stampers!, né leggersi, né ritenersi, né venders», né tradursl in altre lingue, né comunque comunicarsi con altri.

In questa occasione, la medesima Suprema Sacra Congregazione crede opportuno dl richiamare alla memoria dei fedeli le procedenti sue dichiarazioni ed bitruzioni relative al sunnomlnato Padre, che si trovano pubblicate nel Bollettino Ufficiale délia Santa Sede, Actu *Apostolicae Sedis* volume XV (pag. 356) c volume XVI (pag. 368), perché i fedeli sappiano essere loro dovere di astenersi dalTandar a visitarlo, o mantenere con lui relazioni anche semplicemente epistolari.

Dato a Roma dal Palazzo del S. Offizio, 22 Maggio 1931.—A. Subrizi, *Notaro della Suprema Sacra Cong. del S. Offizio.*

1030

1931 MAI 24.-PIUS XI, CONST. AAS 23 (1931) 241-262

DE UNIVERSITATIBUS ET FACULTATIBUS STUDIORUM ECCLESIASTICORUM

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Deus scientiarum Dominus,l cum Ecclesiae suae divinum commiserit mandatum docendi omnes gentes,l eam sine dubio magistram constituit divinae veritatis falli nesciam atque adeo praecipuam totius humanae doctrinae patronam atque altricem. Ecclesiae enim est sacra omnibus hominibus praecepta tradere, quae ipsamet a Dei Revelatione repetit atque deducit: quoniam autem fides et humana ratio non solum ‹ inter se dissidere nunquam possunt », sed, perspectâ eorum omnimodà concordiâ, « opem quoque sibi mutuam ferunt ›. nullo non tempore Ecclesia Christi sui officii esse duxit humanarum artium et disciplinarum culturam iuvare atque promovere; l quod sane bene multa ac luculentissima testantur litterarum monumenta. Etenim, post primam Ecclesiae aetatem, in qua Spiritus Sanctus ipse per se, charismatum suorum abundantia, eam christifidelibus/ doctrinam suppeditabat, quae in iis forte desi- 242
deraretur, secundo post Christum natum saeculo praeclarae iam Smyrnae. Romae. Alexandriae. Edessae Christianae sapientiae domicilia floruere. Quo saeculo exeunte atque vertente tertio, illustria illa Alexandriae, Caesareae. Antiochiae *didascaleia* exorta sunt, ex quibus suam hauserunt scientiam, ut praestantiores tantummodo nominemus. Clemens Alexandrinus. Origenes, S. Dionysius Magnus. Eusebius Caesariensis, S. Athanasius, Didymus Caecus, S. Basilius Magnus, S. Gregorius Nazianzenus. S. Gregorius Nyssenus, S. Cyrillus Alexandrinus, S. loannes Chrysostomus, Theodoretus. Qui Patres et Scriptores Ecclesiastici, una cum S. Ephraem, S. Hilario Pictaviensi, S. Ambrosio, S. Hieronymo, S. Augustino, aliisque illius aetatis fere innumeris Ecclesiae doctoribus et magistris, in civili hominum consortione, veluti scientiarum optimates ab omnibus habebantur. Exacta vero magnorum Patrum aetate, sollerti potissimum monachorum Episcoporumque opera, scholae non paucae conditae sunt, opitulantibus quidem iis qui rem publicam tunc temporis moderabantur. Ac sine dubio civilis omnium cultus et ecclesiastica doctrina. hoc saeculorum intervallo, idem veluti unum efficiebant, quod e litterariis ludis, — prope cathédrales aedes atque coenobia constitutis — in commune bonum copiose profluebat.

In ea namque mediae aetatis parte, quae obscurissima dici solet, cum litteras ingenuasque artes novi barbarorum incursus permiscere ac submergere minitarentur. hae. ab omnibus derelictae ac misere pessumdatae, apud Catholicae Religionis templa atque monasteria. in unum scilicet, quod daretur, perfugium atque asylum, tuto se receperunt. Atque Concilia annis dcccxxvi et dccclhi Romae habita cam sanciebant legem, quasi lucem in tenebris, qua « in universis episcopiis, subiectisque plebibus, et aliis locis in quibus necessitas occurrisset, omnis cura et diligentia habere-
tur. ut magistri et doctores constituerentur, qui studia litterarum liberahumque artium assidue docerent ».

Quod si Romana Ecclesia, hac procellosa aetate, prisca humani cultus documenta neutiquam tutata esset, haud dubie hominum/ genus eos in perpetuum lit- 243
terarum thesauros amisisset, quos antiqua tradiderant tempora.

Studiorum autem Universitas, gloriosum illud mediae aetatis institutum, quod eo tempore « Studium » vel « Generale Studium » vocabatur. Ecclesiam habet iam inde ab initio liberalissimam matrem atque patro-

1 / Sam.. П. 3. › Matt., XXVin, 19; Marc., XVI. 15. ' Cone. Vatic. Constlt. De /ide *catholica,* cap. 4. 4 *Ad*

nam. Etenim, si non omnes ab Ecclesia Catholica suum duxerunt exordium Universitates, nihilo setius exploratum omnino est fere omnia antiquitatis Athenaea Romanos Pontifices aut conditores, aut saltem habuisse fiutores atque duces.

Qua de re. id certo omnibus admirationem movet quantum Apostolica haec Sedes ad sacrae profanaeque doctrinae profectum contulerit, etiamsi unum saeculum consideretur. In quinquaginta et duabus Universitatibus tnte annum mcccc per litteras conditis, haud minus riginti novem per Romanos tantummodo Pontifices, ac praeterea per Imperatoris vel Principum documenta simulque per Apostolicas Constitutiones creatae fuere. Celeberrima autem Athenaea, quae, ut alia praetereamus. Bononiae. Parisiis, Oxoniae, Salmanticae, Tolosae, Romae. Patavii, Cantabrigae, Pisis, Perusii, Florentiae, Papiae, Olisipone, Senis, Gratianopoli, Prape. Vindobonae. Coloniae, Heidelbergae, Lipsiae, Monte Pessulano. Ferrariae, Lovanii, Basileae. Cracoviae, Vilnae. Graccii, Vallisoleti, Mexici, Compluti, Manilae, Sanctae Fidei, Quiti, Limae, Guatimalae. Calari, Léopoli atque Varsaviae constitutae sunt, ab hac Almae Urbis Ecclesia principium vel certe incrementum ceperant

Haud raro quidem rei publicae moderatores Ecclesiae regimini atque tutelae Universitates scholasque wn paucas pedetentim subduxerunt, attamen Ecclesia, quamquam sua expers libertate omniumque rerum, quibas affluebat, copia, nihilominus, pro sibi insita natura, eiusmodi sapientiae veluti coenacula docendique instituta condere atque fovere nunquam destitit. Ob huiusrodi nempe munus, quod Ecclesia divinitus obtinet. Catholicae Religionis praecones omni prorsus ope contendunt ut prope ea. quae in barbaris regionibus con-
st struunt sacella, scholae etiam ape/riantur; atque inibi con modo sacras, sed profanas quoque disciplinas pro viribus tradunt, itemque peculiaria scientiae civilisque cultus adiumenta invehunt, ad rudes illas gentes prinis litterarum elementis agrorumque colendorum arte imbuendas. Quod si aliquando commenticiae cuiusdam progressionis iactatores, ad regiones illas penetrantes, quas lesu Christi legati cruce et aratro nobilitarunt, conditas ibi scholas Christianis principiis praeceptisque exuere enitentur, lidem infitiari haud poterunt Ecclesiam violatas a se litterarum sedes primum constituisse.

Neque solum in sacrarum Missionum regionibus hominum cultum promovet Ecclesia, sed etiam, immo impensius, in iis nationibus, in quibus plus semel ipsa beneficentiae suo patrimonio despoliata est. Videre igitur est eius opera prosperas studiorum Universitates nostro quoque tempore exoriri, ut ea quae Mediolani Sacro lesu Cordi dicata est. ut Parisiensis, Insulensis, Ar.degavensis, Lugdunensis, Tolosana in Gallia, ut Nor.omagensis in Hollandia, Lublinensis in Polonia, Berytensis in Syria, Vashingtoniensis in Foederatis Arnericae Civitatibus, Quebeccnsis. Marianopolitana, Octaviensis in Canadensi regione, S. lacobi in Chilensi Republka. Sciangaiensis et Pekinensis in Sinis, Tokiensis m laponia, aliaeque non paucae.

IDud praeterea luculenter ostendit Ecclesiam hoinum cultum atque doctrinam impense fovisse, quod rjgnam semper oe bibliothecis condendis asservandisqze curam habuit. A Caesariensi enim Bibliotheca ad Amhrosianam usque et Vaticanam quot manu scriptos codices, quot libros typis impressos haec sancta mater Ecclesia summa cum industria collegerit nemo sane enumerare poterit Atque in comperto est prima iam Christiani nominis aetate sacros pastores, ingruente percolo, bonorum suorum iacturam aequo animo passos esse, sed una cum sacrificalibus vasis scientiae volumina diligentissime servasse. Quapropter omni prorsus fundamento destituitur falsa ea quorundam criminatio. Ecclesiam hominum mentibus ignorantiae caliginem of-
X fundere; quandoquidem Catholica Religio non insectalores metuit, qui eam martyrii gloria redi/mire possint, asa haereses, quae suum sacrae doctrinae depositum vcuratius illustrari iubeant, sed id unum timet: veritatis ignorationem ; cum pro certo habeat adversarios, temodo eius praeceptis atque rationibus, alieno a ;raeiudicatis opinionibus animo, diligenter studeant, ninime eam esse malevola simultate prosecuturos, quemadmodum secundo iam saeculo de Christiani nomi-Uosoribus Tertullianus asseverabat: ‹ Desinunt odisse qui desinunt ignorare ».4

At si Decessores Nostri, vertentibus saeculis, neque curis pepercerunt neque laboribus, ut disciplinarum studia liberalesque artes alerentur quam maxime, utque omne genus magisteria multis locis instituerentur, peculiarem tamen voluntatem studiumque praecipuum in divinae doctrinae incrementum contulerunt, quippe quae ad caussam sibi divinitus creditam potissimum conducat.' lamvero Nos, gravissimi a Deo Nobis demandati muneris probe conscii, actuosissime ad sacras praesertim disciplinas animum adiecimus Nostrum, pro viribus contendentes, ut ecclesiasticae Universitates Facultatesque, sicut praecipua dignitate sua, ita etiam studiorum subtilitate scientiarumque splendore inter cetera omnia Athenaea in primis eniteant Siquidem, vixdum ad supremi Pontificatus cathedram evecti, officii Nostri duximus eam apparare legem, qua altioris huiusmodi disciplinae Institutis, plus centum ubique gentium conditis, finis assequendus clarius proponeretur, docendi methodus accuratius praescriberetur, unius denique formae constitutio definiretur, minime tamen peculiaribus posthabitis rerum locorumque rationibus, ita quidem ut eadem praesentibus necessitatibus omnino respondere valeant.

Omne genus errores, nostris potissimum temporibus, sapientiae specie fucari solent, quo magis ab omnibus credantur, cum doctrinae lumen plurimum possit multorum animos allicere. Pernecesse igitur est eos christifideles, qui scientiarum pervestigationi aptiores se praebeant, ac potissimum/ delectos sacrorum alumnos, 246
fusis ad Patrem luminum precibus memoresque illius sententiae ‹ in malevolam animam non introibit sapientia »,7 penitus in sacras disciplinas et in eas, quae quomodocumque cum iisdem cohaereant, animum intendere atque ita id omne adipisci, ut possint, occasione data, catholicam veritatem rite docere et contra adversariorum incursus ac fallacias strenuissime tutari.

Equidem, pro Nostra parte pro Nostraque facultate, nihil Nobis reliqui faciemus, ut sacrae disciplinae, sicut olim in publicis studiorum Universitatibus primas ferebant, ita nunc quoque, potiorem locum teneant, cum id ditissimus postulet, quem impertiuntur, ventatis thesaurus, et salutaris ille impulsus, quem in catholica confirmanda fide, in errorum tenebris profligandis, in omnium moribus ad evangelica praecepta conformandis pro natura sua exercent. Ita enim auspicato contínget. ut omnes homines, de tenebris in admirabile lumen fidei vocati,l ad agnitionem veritatis veniant,' et omnis intellectus, adiuvante Dei gratia, in captivitatem redigatur in obsequium Christi. “

Quibus Nos propositis rationibusque permoti, prope Sacram Seminariorum Studiorumque Universitatum Congregationem peculiare constitutum voluimus Consilium ex viris rerum intellegentia et usu praestantibus, cui quidem incumberet rebus omnibus studere atque consulere, quae ad studiorum ecclesiasticorum Universitates et Facultates ordinandas perficiendasque pertinerent — missis interim quae postea cum de aliis institutionibus tum praesertim de Pontificia Romana a S. Thoma Aquinate Academia, quam peculiari prosequimur cura, magis magisque promovenda adiungere opportunum videbitur.

Quod quidem Consilium, post diuturnam diligentemque operam, adiutum sane a lectissimis variarum nationum doctoribus,/ laudabili omnino sollertia concre- 347
ditum sibi munus, sub auspicio ac ductu Nostro, feliciter explevit Quapropter Nos, optata Nostra tandem ad effectum adducentes, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine has. quae sequuntur. leges et normas decernimus atque statuimus, easdemque ab omnibus, ad quos pertinent observari iubemus.

Tit. I - Normae generales

Art 1. Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum eae sunt quae auctoritate Sanctae Sedis ad disciplinas sacras vel cum sacris conexas tradendas et excolendas instituuntur, cum iure conferendi gradus academicos.

Art. 2. Universitatum et Facultatum studiorum ecclesiasticorum finis est: auditores disciplinis, quae sacrae vel cum sacris conexae sunt, secundum doctrinam catholicam altius instituere; eos ad fontium cognitio-

• lac.. I, 17. 7 *Sap.*. I, 4. • *I Petr.*. Π. 9. *Ttm.*, Π. 4. « *Π Cor.*. X, 5.

Mmo, *I, 1.* › S. Thomas *Summa Theol.* P. L Q- L * δ.

nem, ad investigationis laborisque scientific! usum atque ad magisterium exercendum instruere: denique iisdem disciplinis excolendis provehendisque quam maxime consulere.

Art. 3. § 1. - Facultates studiorum ecclesiasticorum censentur: Theologicae, luridicae. Philosophicae, aliae denique omnes, quae ad finem, de quo in art 2, a Sancta Sede instituantur.

i 2. - Nomine Universitatum vel Facultatum comprehenduntur etiam haec Instituta a Sancta Sede in Urbe erecta:

Pontificium Institutum Biblicum, Pontificium Institutum Studiorum Orientalium, Pontificium Institutum Utriusque Iuris, Pontificium Institutum Archaeologiae
24i Christianae, Pontificium Institutum Musicae Sacrae.

Art. 4. Canonica erectio et suprema moderatio cuiusvis Universitatis et Facultatis studiorum ecclesiasticorum. in locis quooue et Institutis quae Sacris Congregationibus pro Ecclesia Orientali et de Propaganda Fide subiecta sunt, atque etiam Facultatum quae sunt pro Religiosis Familiis quibuslibet, reservantur Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. 5. Statuta una cum Ratione studiorum uniuscuiusque Universitatis vel Facultatis indigent approbatione Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art 6. Solis Universitatibus vel Facultatibus canonice erectis et ad normam huius Constitutionis approbatis ius est conferendi gradus academicos qui effectus canonicos habeant, salvo praescripto art. 36 § 2.

Art. 7. 5 1. - Gradus academici tres sunt: Baccalaureatus. Licentia seu Prolytatus, Laurea seu Doctorstus.

5 2. - Quaevis Facultas confert Licentiam et Lauream; liberum est singulis Facultatibus conferre etiam Baccabureatum.

I 3. - Gradus acadcmici e disciplinis praecipuis Universitatum vel Facultatum, in quibus conferuntur, appellationem trahunt.

Art. 8. Baccalaureatus est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctr.nae specimen dedisse, ut idoneus censeatur ad curriculum persequendum pro gradibus academicis superioribus.

Art. 9. Licentia est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur praestitutum studiorum curriculum absolvisse et tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit ad docen-
W dum in scholis quae gradus academicos non conferunt/

Art 10. 5 1·- Laurea est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae et peritiae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit, ralvo praescripto art. 21. ad docendum etiam in Universitate vel Facultate.

I 2. - Laurea peculiaria iura confert, quae in can. 1378 C. I. C. recensentur.

5 3. - Laurea in Re biblica. apud Pontificiam Comxiissionem Biblicam vel Pontificium Institutum Biblicum acquisita, eadem clericis parit iura cosdemque canonicos effectus ac Laurea in sacra Theologia.

Art. IL Ad hanc Constitutionem accommodandae sunt etiam Facultates studiorum ecclesiasticorum in civilibus Universitatibus erectae, ratione habita Conventionum quae a Sancta Sede cum variis nationibus initie sunt et adhuc vigent.

Art 12. Ad hanc Constitutionem rite exsequendam serventur Ordinationes Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Trr. II - De personis et regimine

1. - Auctoritatei Academicae - Officiales

Art 13. 5 L - Universitatis vel Facultatis regimen exercent Auctoritates Academicae, quarum praecipuae sunt: Magnus Cancellarius. Rector Magnificus vel Praeses. Facultatum Decani.

5 2.- Auctoritates Academicas in Universitate vel Facultate regenda et administranda adiuvant Offi-
250 cialexJ

Art. 14. |1.— Universitati vel Facultati praeest Magnus Cancellarius, qui nomine Sanctae Sedis rebus omnibus. quae ad regimen ac studia pertinent invigilat.

§ 2. - Magnus Cancellarius est Praelatus Ordinarily a quo Universitas vel Facultas iure pendet, nisi Sancta Sedes expresse alium constituerit.

Art. 15. Universitas regitur a Rectore Magnifico, singulae eius Facultates a Decanis. Facultas vero quae una sit a Praeside. His autem Auctoritatibus, pro locorum consuetudine et singularum Universitatum vel Facultatum natura, ad res scientificas, disciplinares, oeconomicas administrandas unum vel plura adsunt Consilia.

Art. 16. Rector et Praeses a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus nominantur aut saltem, sicubi ex iure peculiari ad alios eorum nominatio pertineat, eiusdem Sacrae Congregationis confirmatione indigent

Art 17. Universitatis vel Facultatis Statuta definiant: num, praeter Magnum Cancellarium. Rectorem Magnificum vel Praesidem, Facultatum Decanos, habeantur aliae Auctoritates: quomodo hae et praeterea quomodo Decani Facultatum, Consilia, Officiales constituantur et quamdiu munere fungantur; quae singulorum sint officia ac iura.

Art 18. Si Universitas vel Facultas cum clericorum Seminario vel Collegio coniuncta sit. Statuta clare et efficaciter provideant, ut illius rectio academics ab huius vita et disciplina rite distinguatur.

2. - *Professores*

Art 19. $ 1. - In unaquaque Universitate vel Facultate :ustus sit Professorum numerus. Habeantur in primis Professores ordinarii, seu qui pleno ac firmo iure in Professorum Collegium sunt cooptati./ 251

§ 2. - Praeter Professores ordinarios sint quoque extraordinarii. seu qui. etsi debitis dotibus ornati, nondum omni ac pleno iure gaudent.

5 3.- Pro opportunitate etiam alii assumi possunt Professores, qui ad certum tempus munere fungantur tradendi aliquam disciplinam.

Art. 20. Statuta Universitatis vel Facultatis decernant:

a) quot, saltem, pro numero et momento disciplinarum debeant esse Professores et quot ex iis ordinarii;

b) quot sint Professorum ordines et quae cuiusque ordinis officia et iura, ratione habita iustarum consuetudinum et traditionum:

c) a quibus, quomodo, quibus condicionibus Professores cuiusque ordinis nominentur ac promoveantur.

Art. 21. Ut quis in Professorum Collegium legitime cooptetur, requiritur ut:

1® doctrinae copia et bonis moribus et prudentia praefulgeat;

2° Laurea congruenti praeditus sit;

3· certis documentis, praesertim libris vel dissertationibus scriptis, se ad docendum idoneum probaverit:

4® professionem Fidei emiserit secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 5 1. 8 C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918 ILE 801;

5° missionem canonicam docendi, post impetratum *Nihil obstat* Sanctae Sedis, a Magno Cancellario acceperit.

Art 22. Si quis Professor vel doctrinam catholicam laeserit vel a vitae integritate defecerit, pro gravitate culpae ad normam Statutorum puniatur et, sl res ferat, missione canonica docendi a Magno Cancellario privetur./ 2®

3. - *Auditores*

Art. 23. Auditores dividuntur in eos qui ad gradus academicos contendunt et eos qui ad gradus academicos non contendunt

Art. 24. Ut quis in Universitatem vel Facultatem ascribi possit, exhibeat oportet,

si sit clericus: litteras commendatitias Praelati sw Ordinarii, servatis ceteris praescriptionibus ecclesiasticis quae forte sint;

fi jit laicus.· competentis Auctoritatis ecclesiasticae litteras testimoniales de vita et moribus.

Art. 25. Ut quis in Universitatem vel Facultatem ad gradus academicos adipiscendos ascribi possit, afferre

debet, praeter ea quae in art. 24 praecipiuntur, authentica testimonia, ex quibus appareat cum :

1· curriculum medium studiorum classicorum rite absolvisse ;

fra) pro Facultate Theologica: studiis mediis classicis rite peractis, saltem per biennium universae Philosophiae scholasticae studuisse et praescripta examina superasse;

b) pro Pontificio Instituto Biblico: consecutum esse Licentiam in sacra Theologia ;

c) si sit clericus, pro Facultate Iuris Canonici, Ponrixio Instituto Studiorum Orientalium, Pontificio Instituto Utriusque Iuris, Pontificio Instituto Archaelogje Christianae, Pontificio Instituto Musicae Sacrae: cursum philosophico-theologicum ad normam can. 1365 C. L C. complevisse.

Art 26. Nemo simul ascribi potest in plures Facul-
•3 tates ad gradus academicos in illis assequendos./

Art 27. Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transire licet, servatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art 28. Auditor qui aliqua ratione deliquerit, meritu poenis ad normam Statutorum puniatur et in casibus gravioribus ab Universitate vel Facultate excludatur.

Trr. III - De ratione studiorum

1. - *Methodus generalis docendi*

Art. 29. Methodus in singulis Universitatibus vel Facultatibus talis adhibeatur, sive in disciplinis seligenda et ordinandis sive in argumentis proponendis et explicandis, qualis requiritur ut auditorum mentes ad finem. iisdem Universitatibus vel Facultatibus propostum. cohaerenter excolantur.

Nominatim:

a) In *Facultate Theologica* principem locum teneat sacra Theologia. Haec autem disciplina methodo cum positiva tum scholastica tradenda est; ideo veritatibus fidei expositis et ex sacra Scriptura et Traditione demonstratis. earum veritatum natura et intima ratio ad principia et doctrinam S. Thomae Aquinatis investigentur et illustrentur.

b» In *Facultate Iuris Canonici* tam historia et textus legum ecclesiasticarum quam earundem ratio et nexus modo scientifico exponantur.

c) In *Facultate Philosophica* Philosophia scholastica tradatur, eaque ita ut auditores plena cohaerentique synthesi doctrinae ad methodum et principia S. Thomae Aquinatis instituantur. Ex hac autem doctrina diversa
S philosophorum systemata examinentur et diiudicentur./

d) In *Pontificio Instituto Biblico* disciplinae, quaeri sacram Scripturam utcumque illustrandam conducunt, ita tradantur, ut sacrarum Litterarum auctoritas cum humana tum divina vindicetur, atque sensus verbi divinitus inspirati ad mentem Ecclesiae indagetur et explicetur.

t) In *Pontificio Instituto Studiorum Orientalium* duriplir.ae, quae ad intellegendas condiciones religiosas totius ricini Orientis conducunt, ita ex ipsis fontibus Sustrentur, ut auditores etiam non catholici plenam veritatem de unius Catholicae Ecclesiae missione divina percipiant.

/) In *Pontificio Instituto Utriusque luris,* fontibus evestigatis, iuridico apparatu adhibito atque legibus ater *se* collatis, sive in Iure canonico sive in Iure civili, cum romano tum vigenti, solida tradatur institutio.

p) In *Pontificio Instituto Archaeologtae Christia-* ita in antiqua monumenta Christiana studio historico-critico inquiratur, ut auditores ad doctrinam, . rtituta, vitam pristinae Ecclesiae per tutam certioreque illorum monumentorum interpretationem illurtranda idonei efficiantur.

h) In *Pontificio Instituto Musicae Sacrae* discipline methodo historico-critica et theoretlco-practica Ita •radantur, ut auditores, secundum normas Motu Proprio Pii Pp. X *De Musica Sacra* d. d. 22 Novembris 1903 (ASS 36 (1903-04) 329-339], et Constitutione Pii Pp. XI *Divini Cultus Sanctitatem* d. d. 20 Decembris^ 1923 ILE 868] editas, historia, scientia, peritia sive cantus gregoriani sive compositionis sacrorum conccntuum sive organi pulsandi, in usum maxime et decus aerae Liturgiae. instituantur.

Art. 30. § 1. - In singulis Facultatibus, praeter lectiones. fiant exercitationes, quibus auditores scientificam investigandi methodum et artem proponendi etiam scriptis ea quae studio assecuti sint, sub Professorum ductu addiscant.

§ 2. - In Facultate Theologica et Philosophica habeantur disputationes scholasticae, quibus auditores doctrinam penitus cognoscere, dilucide exponere, efficaciter tueri assuescant/

2. - *Studiorum curriculum*

Art. 31. Studiorum curriculum absolvitur:

a) in Facultate Theologica annis quinque

b) in Facultate luris Canonici annis tribus

c) in Facultate Philosophica annis quattuor

d) in Pontificio Instituto Biblico annis tribus ;

e) in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium annis tribus;

f) in Pontificio Instituto Utriusque Iuris annis quattuor;

g) in Pontificio Instituto Archaelogiae Christianae annis tribus;

h) in Pontificii Instituti Musicae Sacrae *sectione* Cantus gregoriani annis tribus, *sectione* Compositionis sacrorum concentuum annis quinque, *sectioni* Organi annis quattuor.

Art. 32. Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quae ratio habenda sit graduum academicorum qui in aliis disciplinis acquisiti sint, atque studiorum alibi, praesertim in clericorum Seminariis vel Collegiis, peractorum ad curriculum opportune contrahendum, spectatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

3. - *Disciplinae tradendae* et *examina*

Art. 33. § 1. - Disciplinae dividuntur in:

principales, quae essentialiter requiruntur ad finem Facultatis assequendum;

auxiliares, quae ad principales bene tractandas necessariae sunt;

speciales, quae disciplinas, sive principales sive auxiliares, complent quodammodo atque perficiunt/

§ 2. - In singulis Facultatibus, pro suis cuiusque peculiaribus traditionibus et pro locorum rationibus, praeter disciplinas principales et auxiliares, etiam aliquot ex specialibus tradantur vel peculiares cursus de quaestionibus maioris momenti ex disciplinis sive principalibus sive auxiliaribus instituantur. Quae speciales disciplinae vel peculiares cursus apte in sectione distribui possunt.

δ 3. - Auditoribus ad gradus academicos contendentibus praescribuntur omnes disciplinae principales et auxiliares ac praeterea una alterave ex specialibus aut aliquot cursus peculiares, ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis.

Art. 34. Ad validitatem graduum academicorum examina subeunda sunt de omnibus et singulis disciplinis ad normam art 33 § 3 praescriptis.

Trr. IV - De collatione graduum academicorum

Art. 35. Gradus acadcmici in Universitatibus vel Facultatibus studiorum ecclesiasticorum nomine Summi Pontificis regnantis et. Sede vacante, nomine Sanctae Sedis conferuntur.

Art. 36. 5 1.- Gradus acadcmici ab Academils vel Collegiis vel Institutis cuiuscumque generis quae scholas proprias non habent, conferri nequeunt, salvo praescripto § 2.

5 2.- Pontificia Commissio de Re Biblica. ex Litteris Apostolicis Pii Pp. X Scripturae Sanctae d. d. 23 Februarii 1904 (ASS 36 1903-04) 530-532]. Licentiam ct Lauream in Re biblica conferre potest, ad normam tamen, congrua congruis referendo, praescriptorum art. 24, 25 1·. *2o* b>. 26, 38. 39. 40. 43 d). 44. 45 d). 46. 52 /

Art 37. Firmis praescriptis art. 24. 25. 26. 32. 36. ut quis ad gradus academicos consequendos admitti possit, necesse est scholas de omnibus disciplinis, ad normam art 33 5 3 praescriptis, rite frequentaverit in Facultate canonice erecta et approbata.

Art 38. Qui gradibus aeademicis donandi sunt profesionem fidei emittant secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 3 1. 8° C. I. C.

et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918.

Art 39. Nemo Laurea donetur, nisi Licentiam antea consecutus sit

Art 40. Universitates vel Facultates Lauream ad *honorem* conferre nequeunt nisi ex peculiari concessione singulis in casibus a Sancta Sede impetranda.

1. - *Baccalaureatus*

Art. 41. Baccalaureatus conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum secundum ab incepto studiorum curriculo;

b) in Iure canonico ante expletum annum primum;

c) in Philosophia ante expletum annum secundum:

d) in Re biblica ante expletum annum primum;

e) in Studiis orientalibus ante expletum annum primum;

/) in utroque Iure ante expletum annum secundum:

g) in Archaeologia Christiana ante expletum annum primum;

h) in Cantu gregoriano ante expletum annum primum, in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum tertium, in Organo ante expletum annum secundum./ 25fi

Art 42. Firmo praescripto art 37. qui ad Baccalaureatum contendit talibus examinibus de disciplinis superiore tempore traditis subiciatur, ut liqueat num ad curriculum persequendum ad normam art 8 idoneus sit

2. - *Licentia*

Art 43. Licentia conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum quartum ab incepto studiorum curriculo;

b) in Iure canonico ante expletum annum secundum;

c) in Philosophia ante expletum annum tertium;

d) in Re biblica ante expletum annum secundum;

e) in Studiis orientalibus ante expletum annum secundum;

f) in utroque Iure ante expletum annum tertium;

g) in Archaeologia Christiana ante expletum annum secundum;

h) in Cantu gregoriano ante expletum annum secundum, in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum quartum, in Organo ante expletum annum tertium.

Art. 44. Firmo praescripto art 37, qui ad Licentiam contendit, subiciatur examini peculiari, ex quo appareat eum sibi comparasse doctrinam ad normam art. 9.

3. - *Laurea*

Art. 45. Laurea conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum quintum ab incepto studiorum curriculo;

b) ln Iure canonico ante expletum annum tertium;/ 259

c) In Philosophia ante expletum annum quartum;

d) in Re biblica ante expletum biennium post Licentiam;

e) in Studiis orientalibus ante expletum annum tertium;

D in utroque Iure ante expletum annum quartum;

g) in Archaeologia Christiana ante expletum annum tertium;

h) in Cantu gregoriano ante expletum annum tertium. in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum quintum, in Organo ante expletum annum quartum.

Art. 46. f 1. · Candidatus, omnibus praemittendis examinibus superatis et opera exercitationibus ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis data, ut Lauream assequi possit, debet praeterea:

1· exhibere dissertationem scriptam, quae eum investigationibus scientificis aptum esse demonstret et ad scientiae profectum conducat quaeque saltem cx parte, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis, typis edatur;

2° hanc ipsam dissertationem coram Auctoritatibus Academicis et Professoribus Universitatis vel Facultatis palam defendere.

§ 2. - Universitas vel Facultas, praeter dissertationem et dissertationis defensionem, aliquod aliud statuat experimentum a candidato coram dandum.

Trr. V - De rebus didacticis et oeconomicis

1. - *Aedificium*

Art 47. Quaevis Universitas vel Facultas auditoria habeat non solum scholis et exercitationibus unice destinata, sed etiam, tam amplitudine quam numero, disciplinis tradendis atque auditorum frequentiae respondentia./ M

2. - *Bibliotheca et adiumenta scientifica*

Art. 48. In unaquaque Universitate vel Facultate bibliotheca adsit ad Professorum auditorumque usum accommodata, in ordinem redacta, opportunis catalogis instructa, quae Universitatis vel Facultatis disciplinis tam tradendis quam discendis atque exercitationibus servire possit.

Art. 49. Universitas vel Facultas, pro peculiari suo fine, institutis et laboratoriis scientificis ac rebus omnibus quae pro scholis requiruntur praedita siL

X - *Professorum* et *Officialium honoraria atque auditorum tributa*

Art 50. § 1. - Professoribus honoraria pendantur vitae honeste, pro amplisimi muneris dignitate, sustentandae et sui status necessitatibus consentanea.

§ 2. - Officialibus digna remuneratio concedatur.

Art. 51. Omnibus qui Universitati vel Facultati stabiliter servierint, cum a munere, iusta de causa, cessaverint, honoraria emerita ita statuantur, ut vitam decenter agere possint

Art 52. Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quid auditores pro admissione, ascriptione annua, examinibus, diplomate persolvere debeant/ 2£1

Tit. VI - Normae transitoriae

Art 53. Universa haec Constitutio valere incipiet a primo die anni academici 1932-1933; articuli vero 4. 35, 36. 38. 39, 40 a primo die anni academici 1931-1932.

Art. 54. Studia et examina, quae in Universitathus vel Facultatibus ad gradus academicos consequendos ante annum academicum 1932-1933 secundum leges usque adhuc vigentes facta sint, valida habentur. Reliqua vero studia et examina a primo die anni academic! 1932-1933, etiam auditoribus qui curriculum iam antea inceperint facienda sunt ad normam huius Constitutionis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationum.

Art 55. Facultates Theologicae canonice erectae pro iis qui. curriculo philosophico-theologico ad normam can. 1365 C. I. C. expleto, aliquas disciplinas theologicas altius pleniusque excolere intendunt, manere permittuntur, donec Sanctae Sedi aliud visum fuerit; interim tamen Statuta sua. quantum salvo peculiari earum fine fieri potest, ad hanc Constitutionem ct Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accommodare debent

Art. 56. Omnes Universitates vel Facultates studiorum ecclesiasticorum a Sancta Sede iam erectae et approbatae, comprehensis his de quibus in art 55, Statuta sua, ad hanc Constitutionem et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accommodata, ante diem trigesimum mensis Iunii anni 1932 eidem Sacrae Congregationi exhibere debent simul cum relatione de vita academica et oeconomica superioris triennii./ S3

Art 57. Si qua Universitas vel Facultas praescripto art. 56 non obtemperaverit, ius vel privilegium gradus academicos conferendi ipso facto amittet

Art. 58. Vigentes in praesenti contra hanc Constitutionem leges vel consuetudines, sive universales sive particulares, etiam specialissima et individua mentione dignae, abrogantur. Item privilegia a Sancta Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, quae eiusdem Constitutionis praescriptis contraria sint, omnino revocantur.

Volumus denique ut praesentium Litterarum exemplis etiam impressis, sigillo viri in ecclesiastica digni-

tate vel in officio constituti munitis et nomine alicuius notarii publici subscripto, eadem prorsus adhibeatur Mes, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibrtae vel ostensae forent

Quae autem per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus, mandavimus, rata omnia et firma consistere ac permanere auctoritate Nostra volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo primo, die vicesima quarta mensis Maii. in Festo Pentecostes, Pontificatus Nostri anno decimo.—Fr. Andreas Card. Fr Ühwirth, Cncellarivs S. *R. E.* Caietanus Card. Bisleti. *Sacrae Ctrgng. de Seminariis et Studiorum Universitatibus Praefectus,* loseph Wilpert, *Decanus Collegii Protono-Uhorum* Apost. Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protono-*Unus Apostolicus.

Ada. A. BENTLEY in CR *2* (1931) 368-372; G BOYER ln hU 20 (1931) 298-312; J. dc CHELLINCK in NrT 58 (1931) 763-735: Ph. MAROTO in CpR 12 (1931) 212-228 et In Apoll. 4 (1931) 270 286.386-396,537-545; SPECTATOR in IP 11 (1931) ‡18; ME 43 (1931) 290-299.

1031

1931 IUN 9.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

Matrimonium civiliter initum anno 1922 inter **CATHOLICAM ET ACATHOLICUM BAPTIZATUM DECLARATUR VALIDUM**

Dubium - *Eminentissime ac Reverendissime Domine:* Sophia Carolina Iones, die 24 maii 1892, in urbe Chicago nata est ex *matre catholica* et patre acatholico in natrimonio mixto apud iudicem civilem in urbe Chicago inito, et die 22 januarii, 1893. in ecclesia Sancti Henrici. in urbe Sancti Ludovici. matre annuente, patre csdo, baptizata est. Mater, anno 1895 a sponso acatholico orbata, tres filias in orphanotrophio catholico in orbe Chicago ponere conata est, sed cum pauper esset et nihil pro sustentatione earum solvere posset, qui orphanotrophio praeerant illas recipere recusaverunt. Mater deinde, ira incensa et paupertate laborans, paulo post in urbem Sancti Ludovici in qua nata erat rediit, et tres filias in domo quadam industriali protestantica posuit, ct ab hoc tempore religionem suam catholicam neglexit, immo odio habuit. Anno 1898 vel 1899, mater alas nuptias contraxit cum viro acatholico qui ecclesiam catholicam in odio habuit, et filias e domo protesUntica ad novum domicilium conduxit. Sed ƿauper tatis ratione Sophia nostra debuit vivere cum vicinis et hborare in eorum domibus sine ulla educatione saecuhri vel religiosa.

Cognovit matrem suam esse ex familia catholica ortam. sed nescivit seipsam esse baptizatam in ecclesia catholica. Post aliquot annos, vitrico mortuo. Sophia adolevit apud matrem quam, nullatenus quoad religionem instructa, postea reliquit

Mater Sophiae circa annum 1915, postquam ad religionem suam catholicam rediit, viro catholico coram ecclesia nupsit Duobus autem annis abhinc, suadente Euliere protestantica quae cum ea habitabat, sectae cudam protestanticae adscripta, huic sectae adhuc adhaeret

Sophia Carolina, die 15 martii 1922, coram iudice cirtti nupsit lacobo lamison, viro lutherano, qui postquam Sophia divortium civile die 23 aprilis 1926, obtinuit ad alâs nuptias convolavit. Duobus annis abhinc. Sophia Carolina viro catholico nuptura existimansque se non esc baptizatam. sacerdotem catholicum rogavit ut in fide catholica instrueretur. Investigatione peracta, compertum est Sophiam fuisse in ecclesia catholica baptintam in infantili aetate, sed sine ulla religione adoleV4se. Sophia tunc recursum habuit ad hanc curiam matnsxmialem ut declarationem nullitatis matrimonii sui cum lacobo lamison obtineret Quod matrimonium haec «ria, freta sententiis DD. De Smet, Vlaming. Blat, Wernz-VidaL Cappello, Vermeersch-Creusen, certe nullum esse declaravisset, nisi intervenisset authenticum responsum Pontificiae Commissionis ad interpretandum Codicem, diei 20 iulii 1929 [LE 9181, declarans < ab acatholids nati » includere natos ab alterutro parente acatholico. Tandem haec curia, cum anceps dubitans num hoc responsum esset retroactivum necne, die 22 februarii 1930 misisset hoc dubium, visum et approbatum. ad Commissionem Pontificiam, anno elapso et nullo responso accepto, nunc petit solutionem casus ab Eminentia Vestra, ut Sophia, adhuc sub instructione in fide catholica, tandem aliquando certior fiat an viro catholico nubere possit.

Cum summae venerationis sensu subscribo, Joannes Lyons, Officialis Curiae Matrimonialis Archidioecesis Sancti Ludovici.

Resp. - *Excellentia Rev.ma,* Litteris ad S. Officium die 22 Ianuarii nuper elapsi datis. Excellentia Tua Revjna expostulabat utrum invalidum ex defectu formae declarandum esset matrimonium solo civili actu contractum anno 1922 a Sophia C. Jones (nata ex matrimonio mixto, catholice baptizata sed absque ulla religione inde ab infantia educata) cum acatholico Jacobo Jamison.

Haec Suprema Sacra Congregatio, re diligenter considerata, respondendum mandavit:

Matrimonium in casu, juxta exposita, fuisse validum.

Maximam meam observantiam Tibi obtestor ac permaneo Addictissimus.—F. Card. Sbarretti, Episcopus Sabinensis et Mandelensis, *Secr.*

• Ordinario S. Ludovici. Prot. N. 481-31; PrM 21 (1932) 14-16 Adn. PrM 21 (1932) 16.

1032

1931 IUN 9.-SC SACR. NORMAE. AAS 23(1931)457-492

Regulae servandae in processibus super nullitate **SACRAE ORDINATIONIS VEL ONERUM SACRIS ORDINIBUS INHAERENTIUM A SACRA CONGREGATIONE DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM EDITAE**

DECRETUM

Ut locorum Ordinarii in causarum instructione super nullitate sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium tutius et expeditius, ad tramitem iuris communis, procedant, sequentes regulae praestitutae sunt, quae, congrua congruis referendo, etiam pro causarum matrimonialium processibus conficiendis in plenariis Comitiis diei 27 Aprilis 1923 ab EE. PP. adprobatae fuerunt; uti praescribit ipse can. 1995, et iampridem iusserat Benedictus XIV in Const Si *datam,* 4 Mart. 1748 [CICF n. 385]. Cum itaque eaedem regulae ab EE. PP. huius sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum fuissent maturo examine expensae» in plenariis Comitiis diei 29 Maii 1931 iidem ipsas probarunt, et publici iuris fieri, si Ssmo placuerit, rescripserunt. Ssmus autem D. N. Pius divina/ Providentia Papa 458
XI, in audientia die 9 Iunii huius anni ab infrascripto S. C. Secretario habita, sententiam EE PP. approbare et confirmare dignatus est, atque ut istae regulae ab omnibus ad quos spectat rite et religiose serventur, eas iussit edi in officiali Commentario Acfa Apostolicae *Sedis.*

Cap. I - De foro competenti

1. - Ad Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum spectat cognoscere de causis contra ipsam validitatem sacrae ordinationis, vel de causis quibus impugnantur obligationes ex sacra ordinatione dimanantes (can. 249 § 3), salva competentia Supremae S. C. S. Officii (can. 1993).

2. - Nullus iudex inferior potest processum in hisce causis instruere, nisi Sedes Apostolica eidem facultatem fecerit

Cap. II - De supplici libello ad petendam sacrae ordinationis aut onerum eidem adnexorum declarationem nullitatis

3. - < Validitatem sacrae ordinationis accusare valet clericus peraeque ac Ordinarius cui clericus subsit vel in cuius dioecesi ordinatus sit Solus clericus, qui existimet se ex sacra ordinatione obligationes ordini adnexas non contraxisse, potest declarationem nullitatis onerum petere » (can. 1994 §5 1. 2).

4. - § 1. Supplex libellus, qui semper Romano Pontifici erit inscribendus, et ad Sacram Congregationem de Sacramentis transmittendus, referat plenam et accura-

tam totius facti speciem et causas omnes, quae ad obtinendam petitam declarationem conducere possunt; appositis etiam die, mense et anno exhibiti libelli, nec non dioecesi originis, vel ea in qua actor actu commoratur.

5 2. Curandum est ut libellus referat genuinam factorum narrationem, ab ipso actore exaratam et subscriptam (cf. m Appendice n. ID.

5 3. Quamvis eidem actori integrum sit libellum ad Sanctam Sedem transmittere, expedit tamen, et semper suadendum est, ut id per proprium Ordinarium fiat, qui suam addere debet informationem.

5. - Ordinarius proprius est Ordinarius dioecesis, cui actor adseriptus est, et si agatur de religiosis dimissis,
453 est Ordinarius dioecesis originis vel domicilii. '

Cap. Ill - De praevia inquisitione

6. - 5 1. Receptis actoris precibus, Sacra Congregatio Ordinario scribit, ut super assertis ab actore, inquisitionem extraiudicialem peragat, qua pateat utrum preces probabili fundamento innitantur, eamque ad ipsam mittat una cum suo voto et documentis.

δ 2. Praevia inquisitio in illud intendere debet ut de circumstantiis antecc/mlibus, concomitantibus et subsequentibus assertam ab actore coactionem aut aliam causam consensum afficientem, cognoscatur, quibus pateat utrum preces probabili fundamento innitantur.

f 1 Excepto casu quo Ordinario constet revera preces haud spernendo fundamento inniti, praevia rei cognitio erit haurienda ex interrogationibus faciendis ipsi actori et testibus, modo tamen extraiudiciali, seu non praemissa formali citatione et non delato iureiurando

5 4. Quae per extraiudicialem Inquisitionem erunt collecta in actis referri et una cum Episcopi voto ad S. C. transmitti debebunt

1 5. Si. attenta eadem extraiudiciali inquisitione, haec Sacra Congregatio censuerit preces non spernendis niti rationibus, solet ipsi Ordinario loci dare litteras delegationis pro causa instruenda, iuxta sequentes regulas et cum clausulis opportunis.

Cap. IV - De tribunali constituendo

7. - Ordinarius, facta sibi facultate a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum conficiendi processum super asserta nullitate sacrae ordinationis, vel onerum eidem adnexorum, curabit tribunal, cum primum poterit, constituere, ad Id adhibens ministros in sua Curia constitutos, vel alios etiam, quoscumque maluerit. eligens, servatis normis can. 1995 et seq., nisi aliud In rescripto delegationis cautum sit. dummodo isti iis praediti sint qualitatibus, quae a iure pro singulorum munere praescriptae sunt (can. 1607 § 1). Atque in primis erit deputandus a iudice defensor sacrae ordinationis. qui ad omnes et singulos actus citari atque audiri debebit. Erit etiam eligendus actuarius pro actis conscribendis ad normam can. 1585.

Ordinarius, quatenus utatur facultate subdelegandi, netum subdelegalionis scripto redigat, facta mentione delegationis ab Apostolica Sede tributae cum addita
450 potestate subdelegandi /

8. - 5 1. Ordinarius, etsi delegatus a Sede Apostolica ad causam instruendam, vel iudex subdelegatus, eam ne suscipiat, m qua. ratione consanguinitatis vel affinitatis, vel ratione tutelae aut curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit, iuxta praescriptum can. 1613 5 1.

I 2. Iisdem in adiunctis a suscipiendo munere abstinere debet defensor sacrae ordinationis (can. 1613 § 2).

9. - 5 1. Ordinarius qui. ob legitimam suspicionis exceptionem. causam instruendam non susceperit, debet vel iudlcem subdelcgare, si haec facultas ei competat, vel rem ad Sacram Congregationem remittere.

I 2. Si exceptio suspicionis adversus iudicem subdekiptum proponatur. Ordinarius vel obiectam suspicionem defm·!. v<·1 alium Iudicem subdvlegat. si hac potestate polleat, vel rem ad H, S. C. remittit (can. 1614
H 1. 2»

10 - In Ipsa tribunalia constitutione, vel in toto cau-<ar cursu. Ordinarius vel iudex. alios viros aeque idoeligere poterit qui iudicis et aliorum officialium vices gerant pro rasu, quo primi electi fuerint impediti, v»4 uti %u<pect·. legitime habiti. Cum eorum opera In cauxae dreursu occurrerit, de subrogatione secuta et de subrogationis motivo in actis mentio fiat; et opportunum erit ut hi cum dictione substituti subscribant aut denotentur in actorum textu.

11. - Excepto Episcopo, quando ipse per se iudicis instructoris munere fungitur, omnes qui tribunal constituunt, in prima sessione iusiurandum de officio nte ac fideliter implendo et de secreto servando praestare debent

Cap. V - De officio iudicis et tribunalis ministrorum

12. - Iudicis erit, postquam ei legitime commissa fuerit processus instructio, inquisitionem iudlcialem instituere super asserta nullitate sacrae ordinationis, vel onerum adnexorum iuxta regulas heie traditas. Inquisitio versari debet circa omnia, quae eamdem nullitatea ob intentionis defectum vel coactionem aut metum aut aliud consensus vitium probant, vel huius modi accusationi contradicunt Argumenta autem ad detegendam veritatem in his causis praecipue sunt: a) actoris furata confessio; b) testes parentes ipsius et Seminarii moderatores; c) testes ex officio inducti, vel etiam ad instantiam actoris, prouti res ferat; d) authentica documenta etiam extraiudicialia, cuiuscumque generis» veluti litterae, ct alia quae ad rem faciant; e) indicia et praesumptiones.

13. - Iudex m primis moderator est actorum. Ipsius itaque erit tribunal convocare et sessiones indicere; sacrae ordinationis defensorem, partem et/ testes citare. 4Q
ut in iudicium comparcant; actorem et testes audire propositis interrogationibus a sacrae ordinationis defensore confectis tum ex officio exaratis, atque ea omnia statuere, quae eius prudentiae et sagacitati aptiora videbuntur ad factorum veritatem eruendam.

14. - Si quando actor aut testes examinandi sint alienae dioecesis, vel sint extra diocesim degentes, et hi sine gravi incommodo ad tribunalis sedem, ubi causa instruitur, accedere nequeant, iudex Ordinarium illius dioecesis rogabit, ut, constituto tribunali, actorem ac testes citet, examinet, et ab eis documenta requirat, iuxta interrogationes a defensore sacrae ordinationis, mandato iudicis instructoris, confectas et ab ipso iudice transmissas, additis instructionibus opportunis, si casus ferat (can. 1570 5 2; 1770 5 2 n. 3). Ordinarius hac de re requisitus, servatis iuris praescriptionibus, acta per se vel per alium confecta, ad iudicem remittat

15. - ? 1. Actor vel testes, qui in dioecesi quidem commorantur, sed in locis, ob dioecesis vastitatem ct asperitatem aut defectum viarum, ita dissitis a tribunalis sede, ut sine magna temporis iactura et gravibus impensis neque ipsi iudicem adire, neque iudex instructor. defensor sacrae ordinationis et actuarius eos adire possint. Interrogari debent per parochum, si fieri potest, vel alias per sacerdotem dignum et idoneum, ad hoc a iudice instructore delegatum, qui ipsi actori vel testi propior sit (can. 1770 § 2 n. 4).

§ 2. Huic, cum litteris delegationis, transmitti debent interrogationes faciendae et instructiones ad rem opportunae. Delegati autem erit, pro facultate ln litteris expresse facta, sibi adsciscere alium, qui defensoris sacrae ordinationis munere fungatur, et hic sacerdos esse debet, et alterum, qui actuarii munus expleat.

5 3. Sacerdos delegatus iusiurandum de officio rite et fideliter adimplendo ac de secreto servando coram defensore praestare debet, et defensor sacrae ordinationis atque actuarius coram delegato: et de hoc mentio fiat in actis.

§ 4. Si delegatus haud possit habere sacerdotem quem sibi adsciscat in munere defensoris, id referat in actis, et ipse ex officio faciat interrogationes: itemque si desit, in regionibus parum vel nullimode excultis, qui actuarii munus expleat, facta debita adnotatione in actis, ipse iudex delegatus actum receptae attestationis, cum debitis notis, redigat.

16. Iudex, ut aeque aestimari possit uniuscuiusque attestationis pondus, de *singulorum in iudicium* vocatorum aut *vocandorum probitate* et credibilitafe nunquam inquirere praetermitat, ct ad hoc curabit ut ab eorum parochis litterae testimoniales exhibeantur, quae, si haberi non possint, erunt a Curia alia documenta perquirenda; ct hacc omnia sedulo in actis referantur (cf. in Appendice η. X et seq.)./ «a

17. - Si acciderit actorem vel testem inductum ab eo aut ex officio vocatum in iudicium non venire, de non secuta comparitione in iudicium et de causa saltem

probabili non accessus, an ex. gr. agatur de impossibili-Ule vel de inobedientia seu de contumacia, in actis mentio liat Et si de actoris contumacia agatur, haec declaretur (can. 1843), atque instantia perempta habeatur ad normam can. 1850. nisi intersit rei publicae nullibtem declarare, uti si ageretur de casu amentiae, et in ictis apposita documenta referantur ad H. S. C. transmittenda.

18. - I 1. In processu eiusmodi, cum requiratur praesenta sacrae ordinationis defensoris, eo non citato, acta irrita sunt, nisi ipse, etsi non citatus, revera interfuerit (can. 1587 § 1),

Î 2. Si legitime citatus aliquibus actis non adfuerit, icta quidem valent, verum postea sacrae ordinationis defensoris examini subiicienda omnino erunt, ut ea omnia, sive voce sive scriptis, possit animadvertere et proponere, quae necessaria aut opportuna judicaverit ican. 1587 § 2).

19. - Defensoris sacrae ordinationis ius et officium est: 1) examini actoris et testium adesse; exhibere iudici interrogatoria clausa et obsignata, in actu examinis a iudice aperienda, et actori ac testibus proponenda; novasque interrogationes ab examine emergentes iudici suggerere; ac praesertim contestationes, quae actori vel eius testibus super deprehensis contradictionibus erunt faciendae; 2) articulos ab actore propositos perpendere, eisque, quatenus opus sit, contradicere; documenta exhibita recognoscere; 3) animadversiones circa assertum intentionis defectum vel coactionem aut aliud vitium consensus scribere et allegare, eaque om-r.ia deducere, quae ad sacram ordinationem tuendam utilia censuerit (can. 1968).

20. - Defensori sacrae ordinationis ius esto: 1) semper et quolibet causae momento acta processus inviare; novos terminos ad acta perficienda flagitare, prudenti iudicis arbitrio prorogandos; 2) de omnibus probationibus vel allegationibus ita se certiorem facere, ut contradicendi facultate uti possit: 3) petere ut alii testes inducantur, vel iidem iterum examini subiciantur, processu etiam absoluto et clauso; novasque animadvernones edere; 4) exigere ut alia acta, quae ipse suggesrrit» conficiantur, nisi iudex dissentiat, et hoc in casu, n ludex non sit ipsemet Ordinarius, ad hunc recurrere (can. 1969).

21. - Actuarii, qui notarii seu cancellarii in processu partes explet, praecipuum munus erit legitime artis conficiendis incumbere, acta fideliter custodire ce cuipiam extraneo pateant, transumpta conficere et de eorum authenticitate testari.

22. - Tam iudex instructor quam defensor sacrae ordinationis curent ut pars, vel testis vel peritus interrogationi ipsi delatae respondeat quoad/ omnes partes n quas dividitur. Si quandoque actori aut testi difficile j.t memoria totam interrogationem retinere, ei per paries illa proponatur, quo facilior et plenior responsio evadat

23. - Fas erit iudici, audito sacrae ordinationis defensore, actuario assignare adiutorem. qui eum adiuvet in scriptione actorum et in transumptis conficiendis. Is, sicuti ceteri ministri tribunalis, ex momento quo assumitur, iusiurandum praestet de munere fideliter obeundo et de secreto servando.

Cap. VI. - De initio processus et de citationibus FACIENDIS

24. - § 1. Si omnia expleri non possint unica ses-r.one, processus in sessiones dividatur; videlicet, quotes tribunal a iudice legitime convocatur ad processus arta explenda, sessio habeatur.

5 2. De decreto iudicis, quo sessio clauditur et alia quae tunc indicitur, vel erit opportuno tempore indicenda. mentio in actis facienda est» nisi instructio causae sit absoluta.

25. 5 1. In prima sessione tribunal coadunatur et etiam completur, si aliqui desint administri. Siquidem tn ea iudex communicat: a) litteras Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, quibus processus instructio Ordinario committitur; b) litteras Ordinarii, nisi :pse per se praesit, quibus iudicis officium subdelegat; c) deputationem defensoris sacrae ordinationis et actuarii iam ab Ordinario peractam, vel ab ipso iudice, vi specialis delegationis, iam factam vel in hac sessione faciendam; d) electionem officialium substitutorum; e) supplicem libellum actoris pro inquisitione ineunda: f) denique praestandum esse iusiurandum (cf. in Appendice, nn. VH-VHD.

§ 2. Ista propria sunt primae sessionis, in qua tamen et alia expleri possunt acta vel ipsa instructio absolvi, si ita res patiatur; quod non solet contingere: quare in reliquis habetur conventus personarum tribunal constituentium ad certa processus acta conficienda. Conventus autem habeatur die et loco determinatis in superiore proxima sessione, nisi iudex maluerit statuere ut sessio peragatur die et loco dein determinandis et indicendis.

26. - Aliquot diebus antequam tribunal congregatur, iudex citat eum, qui examini est subiiciendus, itemque defensorem sacrae ordinationis et actuarium, nisi hi iam in superiore sessione invitationem exceperint.

27. - Citatio parti et testi fiat per litteras quae contineant: a) praeceptum iudicis ad comparcndum; b) nomen, cognomen et domicilium illius,/ qu! in .us vocatur; c) iudicem coram quo comparere Jubetur; d) locum et horam audientiae; e) causam, ob quam convenitur, satis significatam, seu saltem generalibus verbis indicatam (can. 1715 § 1); f) iudicis et actuarii subscriptionem et tribunalis sigillum (cf. in Appendice η. IX).

28. - Citationis scheda clausa Curiae cursori, ne evulgationi ansa praebeatur, tradetur; et per eundem cursorem erit private et personaliter remittenda. Altera citationis scheda asservatur in actis (can. 1716). Si ob distantiam vel aliam causam, per cursorem fieri non possit intimatio, scheda citationis» iussu iudicis, transmitti poterit per tabellarios publicos, dummodo commendata et cum syngrapha receptionis, vel alio modo, qui, secundum locorum leges et conditiones, tutissimus sit (can. 1719). Cursor si per se intimationem peregerit, de ea in scriptis, ad calcem schedae in actis asservatae, manu propria subsignatis ad iuoicem referat (cf. in Appendice n. XV); si vero intimatio facta fuerit per publicum tabellariorum officium, in actis adservetur attestatio eiusdem officii.

29. - § 1. Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoretur ubi degat actor aut etiam testis, si rei gravitas postulet, locus est citationi per edictum. Haec autem fit affigendo per cursorem ad fores Curiae schedam citationis ad modum edicti, per tempus prudenti iudicis arbitrio determinandum, et in aliqua publica ephemeride eam inserendo. Si vero utrumque fieri nequeat, alterutrum sufficiet (can. 1720).

§ 2. Si citatus praecepto comparcndi obtemperare renuerit, videat iudex utrum renovanda sit citatio (can. 1843 § 2), an aliis modis magis opportunis et efficacibus uti expediat, prouti foret interventus personae amicae vel auctoritate gravis. A remediis coercitivis, ut flectatur contumacia, abstinere ut plurimum prudens erit.

5 3. Iudex videat etiam an actoris vel testis non comparitio seu contumacia per alios testes, de re circa quam illi interrogati fuissent, edoctos» suppleri possit

Cap. VII. - De iureiurando ab actore. TESTIBUS ET PERITIS PRAESTANDO DE VERITATE DICENDA. ET DE INTERROGATIONIBUS IISDEM FACIENDIS

30. - Iudex, antequam cuipiam in ius vocato interrogationes deferat, exquirat iusiurandum de veritate dicenda, tacto sacrorum Evangeliorum libro (cf. in Appendice η. XVII). Si citatus suas attestationes sub lureiurando reddere renuat, et iudex instructor censeat cius attestationes esse utiles ad veritatem detegendam, potest eas excipere, foeta tamen in actis mentione dc iurisiurandi recusatione eiusque causa./

31. - Iudex actorem et testem ad iusiurandum recipiens, eos, prouti casus ferat, commonefaciat dc sanctitate actus et de gravissimo delicto, quod patrant pcieratores, adnotando peculiarem gravitatem iurisiurandi in subiccta materia, et periurii funestissimos effectus; item si pro qualitate personarum opportunum hoc videatur, moneat de poenis quibus obnoxii fiunt in foro Ecclesiae, qui falsum in iudicio iurati affirmant.

Poenae contra iurisiurandi violatores sunt: 1) interdictum personale, si periurus sit laicus: 2) suspensio, si clericus (can. 1743 5 3).

Has tamen poenas iudex ne ferat inconsulto Ordinario.

32. - Examen faciendum est a iudice, cui adsistant oportet defensor sacrae ordinationis ct notarius seu actuarius. In examine interrogationes non ab alio quam a iudice. ve! ab eo qui eius locum tenet, deferendae sunt Quapropter si a defensore sacrae ordinationis novae interrogationes parti aut testi faciendae sint, has non ipse eisdem intimet, sed iudici, vel eius vicem gerenti.

proponat, ut is eas actori aut testi deferat (can. 1773 II 1. 2).

33. - Interrogationes proponendae dividuntur m generales et *particulares: priores* ordinantur ad exquirendum de generalibus personae adiunctis, hoc est de nomine, cognomine, parentibus, aetate, religione, conditione, domicilio et necessitudine cum parte in causa; hae semper et omnibus aeque sunt deferendae, nisi iudex exsistimet unam vel alteram esse in casu particulari omittendam. Posteriores ordinantur ad veritatem eruendam circa assertam coactionem aut etiam assertam nullitatis sacrae ordinationis causam. Praeterea a teste semper exquirenda erit scientiae causa, nempe unde, quando ct quomodo ea quae asserit habeat cognita (can. 1774).

34. - § 1. Interrogationes sint breves, non suggestivae, uti vulgo appellantur, non plura complectentes, pertinentes ad causam de qua agitur, testis intellegentiae accommodatae et vulgari sermone expressae (can. 1775).

5 2. Actor et testes oretenus responsiones reddant Non praemoneantur de interrogationibus faciendis, nec eis permittatur depositionem legere, nisi, in aliquo casu particulari, iudex opportunum censeat sinere ut pars interrogata aliquod grave documentum legat, quod eius dicta comprobare vel eius memoriam adiuvare valeat (can. 1776. 1777).

35. - § L Actoris aut testis responsio ex continenti redigenda est scripto ab actuario, non solum quod ad substantiam spectat, sed etiam quod attinet ad editi testimonii verba (can. 1778).

§ 2. Si verba referri non possunt, vel quia nimis praecipitanter prolata, vel quia impropria et inter se non logice connexa, iudex dictabit responsionem in actis
466 redigendam./

I 3. Actuarius interrogationes iam in scriptis exaratas non referet; sed responsiones ex ordine designabit eodem numero, quo notantur relativae quaestiones; interrogationes vero *ex officio* additas ad verbum describat

36. - Actuarius in actis accurate singulis vicibus adnotet iusiurandum peractum, et generaliter omnia memoria digna, quae forte acciderint cum examina explentur (can. 1779).

37. - Actori et testi antequam ab auditorio discedant, debent legi quae actuarius de iis, quae viva voce quisque testatus est, scripto redegit, data eidem et testi facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi. Cum autem is responderit se nihil amplius habere quod dicat aut mutet, iterum iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando emittat, quod ab actuario in actis adnotandum erit, et deinde depositioni subscribere iubeatur, et post eum subscribant iudex. defensor sacrae ordinationis et actuarius (can. 1780 §5 1, 2).

38. - i 1. Actor poterit iterum ad examen vocari vel ad eius instantiam, vel exquirente defensore sacrae ordinationis, vel *ex officio* a iudice. audito eodem defensore; et pars atque testes etiam poterunt inter se con/erri (italice *confrontere),* si expediat et omne rixae aut scandali sit remotum periculum.

5 2. Item testes poterunt, parte aut defensore sacrae ordinationis Id postulante, vel id statuente iudice *ex officio,* et audito eodem defensore, denuo ad examen vocari, et circa ea quae iam testati sunt, vel circa nova facta vel quaestiones ex processu emergentes, interrogari (can. 1772 H 2, 3).

§ 3. Quoties id expostuletur, iudicis est suo decreto, audito sacrae ordinationis defensore, eiusmodi postulationem reiicere vel admittere, cauto potissimum, si admittat, ut omnis collusionis aut corruptelae periculum absit (can. 1781).

I 4. Cum actor vel testis novo examini submittitur, eadem serventur, congrua congruis referendo, quae de partis et testium examine infra edicuntur.

39. - In conficiendis actis, seu in relatione scriptis redacta de iis quae fiunt aut decernuntur in sessionibus tribunalis, lingua latina adhibeatur; citationes vero. iusiurandum ab actore et a testibus praestandum. interrogationes et responsiones, nec non relationes et vota peritorum, lingua vernacula exprimi possunt, dein in latinam vertenda.

40 - Documenta, quae lingua latina, italics aut gallica exarata non sint, latine reddantur ad verbum. Unde interrogationes et responsiones, quae lingua latina, italica aut gallica redactae non sint, in unam Unguam latinam authentice atque cx integro vertantur. Si ad versionem faciendam interpres foret adhibendus, U a iudice, audito sacrae ordinationis/ defensore, eligatur, 4C eique, sicuti aliis tribunalis ministris, duplex iusiurandum erit deferendum, nempe de munere fideliter obeundo et de secreto servando (cf. in Appendice η. XX).

Cap. VIII. - De examine actoris

41. - Primo actor audiendus, qui validitatem sacrae ordinationis aut onerum ei adnexorum impetit ludex eidem, praemisso iureiurando, interrogationes deferat a defensore sacrae ordinationis concinnatas et clausas sibi traditas. Alias addat *ex officio,* si necessarium aut utile putaverit ad veritatem accuratius depromendam: in interrogationibus conficiendis et proponendis, subiecta in Appendice specimina prae oculis habeantur.

42. - Actori post interrogationes generales, interrogationes speciales, prudenter pro adiunctis variandae, deferantur, iuxta formulam in Appendice sub η. XVIII relatam.

43. - Quoties rei gravitas postulet, iudicis est, audito sacrae ordinationis defensore, ex *officio* actorem ad novum examen vocare iuxta praescriptum n. 38, in quo novae interrogationes seu contestationes proponentur.

44. - 5 1. Iudex nunquam omittat interrogare actorem circa exsistentiam et factorum adiuncta, quibus innititur in sua actione instituenda.

§ 2. Huiusmodi interrogationem iudex etiam faciat testibus, qui de re edocti verosimiliter praesumantur.

45. - § 1. Antequam perficiatur examen et praestentur. quae statuuntur n. 38, iudex ab actore petat ut exhibeat testes, si quos habeat, qui de intentionis defectu vel de illata coactione aut de alio vitio consensum afficiente referre possint.

§ 2. Sedulo quaerendum est ab actore ut indicare velit testes, qui cum sint de istius familia aut vicinia, aut eius res domesticas cognoscant, vel sint Seminarii contubernales aut moderatores, probabiliter utile testimonium praestare valent.

Cap. IX. De testibus aliisque probationibus NDIS

46. - § 1. In his causis testes fidem facere debent de probitate et praesertim de voracitate partis circa rem deductam in controversiam (can. 1975 § 1).

§ 2. Testes eo maiorem sibi conciliant fidem, quo potiora habent documenta de sua probitate. Habendi sunt autem quasi testes *de scientia, et/* hinc maximam 4® faciunt fidem, cum referunt se ex actore aut ex proximioribus parentibus, tempore non suspecto (ut infra, n. 54), didicisse ipsum caruisse voluntate sacros suscipiendi ordines, et, quod magis interest, ipsum sacram ordinationem vel onerum susceptionem explicite exclusisse.

5 3. Testibus hisce iudex alios testes *ex officio* adiungere potest, imo debet, quando scilicet testes ab actore inducti, tres tantum aut quatuor sint; vel ad rei veritatem illustrandam, etsi plures, insufficientes sint

47. - Inductio testium *ex officio* non est praetermittenda. cum ex actorum instructione ediscitur alias adesse personas de re controversa edoctas, vel quae alio modo utilem attestationem reddere valeant.

48. - § 1. Si actor petat sibi pandi nomina testium *ex officio* productorum, iudex. audito sacrae ordinationis defensore, excluso quovis periculo corruptionis aut collusionis, et nisi aliquod obstet impedimentum, id indulgere valet suo decreto, quod in actis referri debet

§ 2. Iudicis tamen est differre, prouti casus ferat nominum publicationem, quoadusque testes suam reddiderint attestationem.

Cap. X. - De examine testium

49. - Inchoatur horum testium examen ab iis, qui inducti sunt ab actore, et quidem a parentibus proximioribus, qui praesumuntur magis instructi (cf. in Appendice n. XXI); postea audiantur extranei, si qui sint Hic ordo tamen in auditione testium non est necessario servandus, et integrum est iudici unum alteri praeferre. Si quis testis inductus obierit, vel in iudicium non comparuerit, in actis notetur; si vero eo, ubi tribunal cogitur, se conferre non possit, audiatur iuxta normas nn. 15 et 16 statutas.

50. - In testibus examinandis iudex, delatis iure-

iurando ct Interrogationibus generalibus, testi proponat interrogationes, sibi a sacrae ordinationis defensore tradendas clausas et obsignatas, quae esse poterunt uti habentur in specimine Appendicis η. XXIII et XXIV.

51. - 5 1. Antequam testis dimittatur, ei legendae sunt responsiones factae ab actore, qui eum uti testem produxit, ut dicat utrum asserta in cius attestatione veritati respondere censeat et fide digna habeat

§ 2. Si iudici non videatur opportunum aut non expedire integram depositionem legere, vel quia ea refert quae verosimiliter actor non vult testibus nota fieri, vel quia periculum subesse potest collusionis, tunc quaedam tantum legere valet, vel etiam nullimode legere, salva eiusdem iudicis facultate proponendi appositas interrogationes ex *officio,* vel curandi/ ut a defensore sacrae ordinationis opportunae contestationes fiant in interrogatorio ab eodem de more concinnando, firmo praescripto n. 38.

52. - Expleto examine, legitur testi integra depositio: exinde rogatur an menti suae plene respondeat: postea, vel habito responso affirmante vel factis expetitis emendationibus aut additamentis, et praestito duplici iureiurando, iuxta n. 37, subscribit ipse, et cum eo subscribunt iudex, defensor sacrae ordinationis et actuarius.

51 - In his testibus excutiendis maxime curandum est. ut, si quid protulerint causae meritum directe attingens, semper ab eis exquiratur *unde, quomodo, quando* id didicerint, ut pateat an tempore non suspecto idem cognitum habuerint (can. 1774). Causam enim valde iuvant confessiones extraiudiciales tempore non suspecto prolatae.

54. - Attestationes seu documenta respicere intelkguntur *tempus non suspectum,* cum exhibentur quando de hac quaestione introducenda ne cogitabatur quidem, nec aliae suberant rationes veritatem occultandi aut falsum proferendi.

Cap. XI. - De testibus, praeter illos ab actore inductos, ex officio a iudice inducendis

55. - § 1. Quoties alios testes inducere praestat ad complendam probationem, hi de scientia magis quam de credibilitate sint oportet.

Î 2. Hi producuntur vel cx *officio* a iudice. audito sacrae ordinationis defensore, aut hoc instante, vel ad instantiam actoris.

56. - Testes ex *officio* erunt inducendi quoties prudenter dubitetur adesse collusionem inter actorem et parentes, aut inter testes et ipsum, vel ipsum testimonium insufficiens habeatur, nisi aliis argumentis aliunde depromptis veritas evinci possit.

57. - Interrogationes his non minus ac aliis testibus faciendae, erunt a defensore sacrae ordinationis concinnandae, ac iudici exhibendae modo et ratione supra determinatis; iudici non minus fas est alias interrogationes ex *officio* proponere.

Cap. XII. - De documentis

58. - Inter documenta sunt accensendae medicorum attestationes de morbo aliquo, quem hereditarium vel atavicum vocant, si eo actor, praesertim ante susceptos sacros ordines, laboraverit/

Documenta autem privata communiter sunt epistolae ab actore scriptae ad parentes vel ad alios, scilicet ad praepositos et ad amicos ante sacram ordinationem.

59. - Utriusque generis documenta aliquando actor sponte exhibet, sed aliquando iudicis erit ea auctoritate ma perquirere, et super iis actorem vel testes in examine interrogare. Si actor aut testis documentum exhibere recuset, iudex. audito sacrae ordinationis defensore. vel eo postulante, decreto suo statuat an et quomodo eiusdem documenti traditio facienda sit (can. 1824).

60. - § 1. Documenta quaecumque fidem non faciunt, nisi constet esse authentica et genuina.

1 2. Documentum privatum, uti epistola, etc., probat pro vel contra suum auctorem perinde ac attestatio seu confessio extraiudicialis, cuius pondus ex circumstantiis desumitur, et in genere haec documenta aestimantur maxime a tempore quo prolata fuerunt, ad normam

61. - Si documentum alicuius momenti in causa exhibeatur carens debitis formis pro fide facienda, iudicis erit curare *ex officio,* aut ad instantiam defensoris sacrae ordinationis aut actoris, ut quae necessaria sunt compleantur, ne causa tali adiumento privetur.

Cap. XIII - De indiciis et praesumptionibus

62 - 5 1. Sacra ordinatio praesumitur valide recepta, nisi contrarium probetur.

§ 2. Ad declarandam vero nullitatem sacrorum ordinum in casu de quo agitur, requiritur ut defectum intentionis adfuisse probetur.

63. - Iudicis et defensoris sacrae ordinationis officium erit aptis interrogationibus e testium ore colligere nullitatis sacrae ordinationis probationes, et, si agatur de onerum nullitate, cuinam asserta coactio tribuenda sit, quod est res magni momenti, et praeterea facta et circumstantias inquirere, quae vim vel metum indicant ac determinant

64. - Externa vitae clerici ratio et circumstantiae, ex quibus ad defectum intentionis vel voluntatis adstruendum argumentari fas est, illud probationis genus constituunt, quod *ex indiciis et praesumptionibus* appellatur. Indicia et praesumptiones possunt esse levia, gravia et *gravissima,* pro minore vel maiore necessitudine cum nullitatis sacrae ordinationis vel onerum causa./

Cap. XIV. - De ratihabitionis depectu comprobando

65. - Intentio accusatoris erit per sententiam excludenda non solum quando probationes desint circa assertum defectum intentionis aut circa illatam coactionem alteriusve vitii exsistentiam consensum afficientis; verum etiam, si lis tantummodo super nullitate onerum versetur, metu aut alio consensus vitio exsistente, quando ex actis et allatis praesumptio oriatur seu probatio, adfuisse in casu recepti ordinis ratihabitionem (can. 214). Haec quidem habetur cum quis, cessante metu aut alio vitio consensum afficiente, ratam habet sacram ordinationoem cum adnexis oneribus, intendens, etiam tacite per exercitium sacri ordinis, se obligationibus clericalibus subiicere, quas non suscepisse saltem confuse percepit.

66. - Ratihabitio non praesumitur pendente causa nullitatis; attamen, hac judicialiter definita per sententiam, quae declarationi nullitatis refragetur, aut per non interpositam appellationem aut per absolutam appellationis instantiam, ipsius ratihabitionis praesumptio exsurgit, si clericus vel sponte et libenter resumat sacri ordinis exercitium, vel in eo rite exercendo perseveret, quin suam libertatem acquirere conetur, cum id assequi ei haud difficile foret, ex eo quod non obstent impedimenta seu incommoda.

67. - Sed haec quoque praesumptio destrui potest contrariis indiciis aut probationibus, quae clare manifestent ratihabitionis voluntatem nullimode adfuisse, non obstante externa quadam factorum seu circumstantiarum specie.

Cap. XV. - De examine physico actoris

68. - Ad explorandum actorem physice, si casus ferat, duo periti medici *ex officio* deputari debent (can. 1979 § 1) qui. praestito iureiurando, de munere fideliter implendo et de secreto servando monendi erunt, ut artis praesidiis utantur ad dignoscendum statum actoris, et referant, iuxta medicinalis doctrinae placita, indicia seu argumenta, quae sacrorum ordinum vel onerum validitatem ex defectu mentis in actore adstruere aut excludere videantur.

Cap. XVI. - De processus conclusione

69. - § 1. Iudex processum clausum ne decernat, nisi prius sacrae ordinationis defensor declaraverit sibi nihil inquirendum superesse, et etiam ad hoc audito actore./

§ 2. Antequam decretum conclusionis edat, iudex acta attente perpendat, actoris ac testium depositiones inter se et cum ceteris e processu emergentibus conferat, ct videat an sint quaedam haud absoluta aut contradictoria aut ambigua. Si quae huius generis repererit, audito sacrae ordinationis defensore, actorem aut testes, prout opus fuerint, iterum citet et. appositis interrogationibus, quae vel supplenda vel declaranda sunt, exquirat, aut etiam per testes ex officio inductos, suppleri vel declarari satagat.

§ 3. Item antequam conclusioni annuat, sacrae ordinationis defensor actorum examen instituat, ut expendat utrum ea sint ulterius complenda ad normam harum regularum (cf. in Appendice η. XXV).

70. - § 1. Clauso processu, sacrae ordinationis dc-

fensori acta omnia tradantur, qui suas animadversiones conficere debet, in primis animadvertens an regulae hucusque traditae in processus instructione observatae fuerint, necne.

5 2. Deinde iudex, Iuxta can. 1993 5 1, ad *disciplinae tramitem,* proferat sententiam de sacrae ordinationis vel saltem onerum eidem inhaerentium validitate aut nullitate, prae oculis habito in hoc secundo casu canone 214; et quidem, non constituto trium iudicum tribunali collegiali requisito a can. 1576 § 1 n. 1 in processibus judicialibus, ipse, qui processum instruxit, pronunciet dc mento petitionis actoris, expositis rationibus tum iuris tum facti.

Praeterea, si non ipse Episcopus sed alius vices gerens processum instruxerit, hic det suum votum circa meritum quaestionis, quod votum addendum erit processui

§ 3. Neque iudex addere omittat parochorum attestationes de honestate, religiositate et veridicitate testium ; itemque per se de testibus sacerdotibus sacram Congregationem edoceat Quo vero ad porochorum attestationes. si quid habeat quod animadvertat, referat.

§ 4. Demum acta omnia una cum voto scripto Episcopi (can. 1985), vel. sede vacante. Vicarii Capitularis vel Administratoris Apostolici, vel alterius legitime Episcop: vices gerentis lean. 429 et 431), et defensoris sacrae ordinationis, transmittantur ad H. S. Congregationem.

71. - Praesentes regulae in instruendis eiusmodi processibus semper erunt adamussim observandae, et si quando ab eis aequa ratio suadeat esse recedendum, iudex de hac re rationem reddat in actis, ut constet de inobservantiae causa.

72. - His regulis obtemperatio Ordinariis potissimum committitur, et ad eos spectat a seipsis constituta tribunalia vigilare, ne ab iis deflectant Ipsis propterea integrum erit, pro sua prudentia, quovis processus momento, acta examinare, consilia et monitiones offi-
473 cialibus dare, et eos, gravi de/ causa, ipso iudice subdelegato non excluso, audito sacrae ordinationis defensore, removere. Si quando his remediis fuerit locus, vel aliud secutum sit inconveniens, cum acta transmittuntur. dc rc Apostolica Sedes certior reddatur.

73. - § 1. Acta iudicialia, sive acta causae, sive *acta* processus (cf. can. 1642) transmittantur ad H. S. C. in authentico exemplari, cum indice omnium actorum et documentorum, ad normam can. 1644.

§ 2. Quod si valde grave sit. sive ob necessarias expensas, sive alia de causa, exemplar authenticum ad H. S. C. transmittere, Curiae fas erit exhibere ipsa acta originalia, dummodo fuerint exarata latino, vel gallico, vel Italo sermone, atque iis cautionibus adhibitis, quae pro locorum conditionibus suppetunt ad tutam documentorum transmissionem.

74. - 5 1. Probe sciant *et animadvertant Rrii locorum Ordinarii huiusmodi causas* ‹ ex *officio* » pertractari tum penes dioecesanam Curiam, cum apud H. S. C., quae *procedit iuxta proprium stylum praehabitis* solummodo Reorum Consultorum rotis.

1 2. fidem *locorum Ordinarii praeterea moneant actorem* aliquam summam, ad *minus quingentarum* libellarum, deponendam esse in arca ipsius S. C. *pro* expensis solvendis, antequam eidem transmittantur *acta processus.*

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 9 Iunii 1931,—M. Card. Lega. Ep. Tusculan., *Praef.* D. Jorio, *Secr.*

APPENDIX SEU FORMULAE'

Praecipuorum actorum utiliter atque opportune **HIS Di CAUSIS ADHIBENDAE**

I

MONITUM

illud alte invidere debet tn animo iudicls et testium ac praesertim partis declarationem nulhtatis sacrae ordinntionki vel onerum cldrm Inhaerentium postulantis, videlicet,
<74 w re< aliter ĕ habeat ,t»c ab actore asseritur./ idest. si ăcra ordinatio aut onera eidem adnexa in »uo robore nc firmitate consistant, rt veritas in proccwu non detegatur vel ex culpa aut eicilanUa tribunali». vel ex fraude aut desidia partit et UMium. declarationem nullitatU .«‹»rte pronunciatam. utpete tuo fundamento destitutam, nullius cue valoris:

• D»r 'imroia In har ApprrZLKe tn*um moderantur ■. ordiris pf*sbyt»r>t!is·, <*d. ronfrm congrils rpfrrrodo. eadem valer* rtlrerdum «n elUm pro «teri» cacrts ordinibus.

quodsi nihilominus actor audeat sc sacro vinculo solutum existimare atque ad saecularia vota transire, bene perspectum habeat se sacrilegiorum ac censurarum paene inextricabilibus vinculis Implicari. Hoc proinde est sollemniter praemonendum *ab ipso Ermo Episcopo* (si *ipse processum peragat, secus a ludiee instructore)* antequam indurandum praestetur, et animo reputandum ab omnibus, qui in ha causis partem habent, praecipue eo momento quo a parte, a testibus, a peritis, respective, redduntur iuratae responsiones. attestationes, relationes.

H

SUTTLEX LTEELLUS ACTORIS

Bealissime Pater,

N. N., filius.., conditione..., e dioecesi . natus die... domicilium habens , et munus modo exercens . ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus, quae sequuntur exponit.

Annum agens .. in Seminario collocatus fuit, ut rtudia perageret. Ibi manens, assiduis suasionibus, instigationibus contra suam voluntatem, ut studia conficeret sacra, a parentibus impulsus fuit, ea ratione ut sacrum exinde susciperet presbyteratus ordinem. Quamvis ipse omnem moverit lapidem ut sacros ordines declinaret ., importunis tamen precibus, suasionibus, instigationibus et minis... id eosdem sacros ordines suscipiendos coactus, hos suscepit invitus, quin coactioni obsistere potuerit.

lisdem initis ordinibus, per annos... ipsos exercuit, munus gerens... quin Limen onerum susceptionem ratam habuerit uti par esset, bonumque exemplum praebuerit Exinde sentiens se nullimode oneribus In sacra ordinatione susceptis satisfacere posse, de petenda declaratione nullitatls sacrae ordinationis vel onerum sacris ordinibus adnexorum ob allatas causas cogitavit. Ad hanc autem nullitatem demonstrandam testium elenchum exhibet .** — [Hunc libellum, a S. C. ad Ordinarium exinde transmittendum, actor particularibus circumstantiis, si opus fuerit. additK fusius, nec tamen sobrietate posthabita, conficere potent).

Et Deus. etc.

Datum ... die... mense «. anno...

N. N. (Subscriptio facienda manu Ipsius actoris) / 4-5

III

Lfttterae ordinarii ad **s. c.** de disciplina sacramentorum **post PERACTAM HUIUS IUS5U PRAEVIAM INQUISITIONEM CUM SUO 1010**

Effio ac Rffie Domine.

Transmitto ad Em. Vestram Rcvffiam adnexum libellum et documenta ex praevia inquisitione habita circa petitlonem sacerdotis N N. Beatissimo Patri exhibitam, et fidem facio testes extraiudiclaliter auditos fidem mereri. Mihi videtur easdem oratoris preces probabili fundamento inniti, saltem quod spectat onerum nullitatem, attentis circumstantiis antecedentibus concomitantibus ct subsequentibus . asertam actoris coactionem in susceptis sacris ordinibus et ratihabitionis defectu. Mea proinde opinio haec est...

Interim sacram Purpuram reverenter deosculor.

Datum... ex Curia... die... N. N.

[Hisce Ordinarii litteris receptis. S. C. eidem praebere solet facultatem conficiendi Judiciali forma processum, sive etiam oeconomica forma, prouti circumstantiae requirunt iuxta canonem 1993].

IV

Actus **suEDTi-EGATioxir.** ρρη‹γτ*ε «b ordinario et DEPVTATIONIS OI»I< LILIUM

Cum Effius ac RcvÆus Dominu .. S. R. E. Card. Praefectus S. C. de disciplina Sacramentorum, litteris datis die . Nos instructos fecisset de mandato ab eadem S. C. Nobis commisso, ut processum conficiendum curemus ad normam Iuris. Fervatis normis can. 1995 et seq.. et Instructione a Sacra Congregatione d.c 9 Iunii 1931 edita pro inserta ab actore coactione in susceptis sacris ordinibus, expresse addita potestate subdelegandi: Nos per praebentes litteras ad eiusmodi processum conficiendum judicem subdelegamus Revflium D. N.. qui sese gerat In omnibus ad tramitem Codicis iuris canonici ct iuxta citatam Instructionem. necnon iuxta peculiares normas pro hac causa daLis ab eadem S. C. Simul autem eligimus ac deputamus:

Defensorem sacrae ordinationis R. D. N.

Actuarium R. D. N. ...

Datum ex aedibus Nostris, die... mense... anno...

N.. Episcopus.

N.. Cancellarius.

(SI gravitas causae vel alia difficultas id suadeat, eodem decreto, vel in causae decursu, simili forma eliguntur, qui vico ludicis subdelegatl fungatur, necnon defensor sacrae ordinationis ct actuarius substituti].

V

Tribunalis constitutio

Dioecesis N.

Nsllitotif sacrae ordinationis vel *onerum* et *adnexorum*

Sessio I

Anno Domini.,., mense..., die.... hora. in urbe..., in aedibus . adsunt:

Iudex subdelegatus RevffiUS D. N.

Defensor sacrae ordinationis Rev D. N.

Actuarius Rev. D. N.

RevAus Iudex communicat:

1) Litteras S. C. de disciplina Sacr.. datas dic , quitus Ordinario N. committitur instructio processus m causa Eullitatis sacrae ordinationis, vel onerum in sacra ordinatu:r.e susceptorum a sacerdote N. N

2) Litteras Revffii Ordinarii datas dic..., quibus (nisi ipse per jc perat suum munus) «ubdelegat officium rjJicis eidem Revffio D. N.; nec non deputat alios *oiiitXes* supra scriptos videlicet ut defensorem sacrae ordl·titionis Hev. D. N..., et ut actuarium, Rev. D. N.

3) Supplicem libellum N., pro instituendo processu.

Tunc Iudex instructor (nisi sit ipse *Episcopus»* cf. Rcpulcj, n. 11) ac singuli ministri tribunalis iusiurandum praejunt dc suo cuiusque officio rite ac fideliter adimplendo e: de secreto servando, formulis adhibitis quae exstant in Appendice *Regularum* S. C. (v. infra nn. VI, VII et VITI).

Quibus peractis, Iudex decernit ut exemplar libelli alle-«tur actis inquisitionis, prout etiam praefatae litterae S C. et litterae subdelegationis Revffii Ordinarii.

Item Iudex constituit mensem... diem ... horam..., et ied« . pro tribunalis proximo conventu, in quo actor examini subilcietur, mandans ut idem citetur; ac D. N. deputat ut cursorem, qui schedas citationis deferat.

De hisce omnibus redacta est praesens relatio, quae subscribitur a Revffio Iudiee subdelegato et a ministris tribunalis.

Loco, die, mense et anno ut supra.

N., Iudex subdelegatus.
N.» Defensor sacrae ordinationis
N., Actuarius./

VI

ICSIURANDUN PRAESTANDUM A TUDICE SUTDELEGATO

Ero X.» a Revffio Dno Ordinario N.. subdelegatus iudex IsSrector (wl *deputatus ut vices geram iudicls instructoris)* in processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum a sacerdote N. susceptorum, iuro me officium iudicls inductoris rite ac fideliter impleturum, servatis, quantum pit me fieri potent, praescriptionibus Cod. iur. can., ac um Regulis a S. C. de disciplina Sacramentorum editis, quavis personarum acceptatione posthabita, et secretam servaturum. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Del Enngelia. quae manibus meis tango,

VTI

IüSIÜRANDUM DEFENSORIS SACRAE ORDINATIONIS

Ero a Revffio Domino Ordinario N. defensor sacrae cr±nationis legitime deputatus (vel *defensor* substitutus), pm instruendo processu super nùllitate sacrae ordinationis tel onerum ei inhaerentium sac. N. N., lum me munus Eώi collatum diligenter et incorrupte expleturum, iuxta praescriptiones Cod iur. can. ct *Regulas* a S. C. de disciplfcsa Sacramentorum editas; ct omnia voce ac scriptis prolaturum, quae ad validitatem sacrae ordinationis huiusque cnera tuenda, conferri poterunt, posthabito omni humano respectu, atque officii mei secretum religiose servatuum Sic me Deus adiuvet. etc.

VIII

ICSTURANDUM AB ALEIS OFFICIALIBUS PRAESTANDUM

Eco N., iuro me munus actuarii (seu actuarii substituti) h processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum ei inhaerentium ?ac. N. N. mihi ab niffio et Revffio Domino Ordinario .V. commissum, rite ac fideliter, iuxta praescriptiones Cod. iur. can. atque *Regulas* S C. de disciplina Sacramentorum. in omnibus expleturum, ct de rebus. quas ntiene mei officii cognovero, secretum omnimode servatunxm. Sic me Deus adiuvet. etc.

IX

DECRETUM PRO CITATIONE ACTORIS

Anno Domini. . die mensis.. . In aedibus palatii epiwrpalrt .. coram Revffio D. *N.* Iudiee . Rev. D. N. defenvre sacrae ordinationis, meque infrascripto actuario:/

Visis litteris Sacr. Congr. de disciplina Sacramentorum d .. quibus Rffio Ordinario facultas tribuitur conftrerxii processum super nullitate sacrae ordinationis N. *N.* rei onerum in sacra ordinatione susceptorum;

Attentis litteris Revffii Ordinarii... diei. .. quibus Revffium *N.* subdelegat ad eiusmodi processum instruendum;

Idem Iudex subdelegatus. audito sacrae ordinationis defensore, ad examen actoris procedendum esse decrevit; ideoque dictum actorem citari mandat, ut comparcat coram praefato Iudiee, in aula sessionum huius sacri Tnbunalis. in via..., num..., anno..., mense..., die.. , hora. , ut examen subeat In causa a se intenta.

Simul nuncium dat defensori sacrae ordinationis ut ante praedictum diem exhibeat interrogatoria clausa et obsignata actori proponenda; atque ut examini loco, dic et hora ut supra, intersit.

Loco, die, mense et anno ut supra.

N.. Iudex instructor.
N, Actuarius.

[De his quae mandat et iubet iudex. in actis actuarius referat; et hoc semel pro semper advertisse sufficiat.

Similiter, mutatis mutandis, conficitur decretum pro citationibus testium.

Insuper iudex mandat, ut interea a parocho actoris, ac testium qui sunt excutiendi, sin minus a Curia, exquirantur litterae testimoniales seu documenta, quibus, accuratiore, quo fieri possit, modo et sub secreto, significentur notae de honestate, religione et veraciute ipsius actoris ac testium. necnon alia referantur, quae necessaria et opportuna od eorumdem depositiones aestimandas videantur].

X

Litierae iudicis ad parochum actoria pro informaiioj«e SUPER PROBITATE ET CREDIBIUTAIE IPSIUS ET TESIIUM

(Sub secreto)

Cum cx facultate S. C. de disciplina Sacramentorum diei..., mensis... atque annL. et ex subdelegatione Revffii Ordinarii huius dioecesis, in hoc Tribunali instruatur causa super nullitate sacrae ordinationis vel onerum in sacre ordinatione susceptorum a sac. N. N., necesse est. ad normam *Regularum* eiusdem S. C. diei 9 Iunii 1931. ut sedulo investigetur et legitimum testimonium praebeatur de eiusdem ac testium qui inducuntur credibilitatcy 479

Quapropter infrascriptus Iudex instructor In eadem causa. praesentibus mandat R. D. N. parocho, ut pro pastoralis sui officii sanctitate ct sollicitudine, ad rem accurate inquirat. et distincte huic Tribunali significet notas de religione et honestate dicti sacerdotis ac testium qui inducuntur. videlicet...: an praecepta religionis adimpleant, an bonis moribus sint imbuti, qua fama gnude.mt. et an eis credi debeat, etiam cum deponunt de rebus, quae ipsorum intersunt

Insuper, pro sua prudentia, idem parochus referre velit de omnibus aliis, quae ad ipsius actoris ac testium depositiones rite aestimandas necessaria ct opportuna videantur, ita ut plenum testimonium ad praefatam Sacram Congregationem transmitti possit, circa rem de qua iudicium instituitur.

Quod si testes vel aliqui eorum non fuerint cogniti, opportunas inquisitiones pcrag.it. ope sacerdotum ecclesiae paroeciali addictorum, vel alius prudentis personae sibi oene visae, ct quidem sub secreto, sed Ita. ut congruae et certae notitiae colligantur.

Datum ex aedibus... dic mense anno...

Actuarius.
Λ'., Iudex instructor.

[Si testes ct actor In diversis paroeciis commoremur, horum parochi sunt rogandi.

Quod si actor ac testes, potiusquam ubi in praesentiarum degunt, alia in paroecia magis cogniti fuerint. Informationes ab illo parocho opus est exquirere, vel etiam ab utroque parocho utriusque commorationis.

Quod etiam peritos, si quidem eis opus erit, ct ipsi probitatem quidem et credibilitatem praeseferre debent ac proinde etiam testimonium erit exquirendum dc fide eis praestanda].

XI

Informatio earochi

(Specimen responsionis a parocho dandae, si informationes sint respective actori aut testibus favorabile facti? in textu litterarum necessariis mutationibus, pro ?ubivcta materia).

Quod attinet ad informationes a Revffio Iudiee instructore in causa expetitas litteris diei , In'rascripttis parochus Ecclesiae N pro suo munere respondet, se N actorem. in finibus huius paroeciae commorantem» pluribu abhinc annis cognitum habere; ac praesentibua litteris (quatenus sibi constiterit), spondet eumdem religione ct honestis moribus imbutum esse, ac bona existimatione raudere. ita ut de veritate in testimonio per/hibendo dubitari 4.^ nequeat [vel etiam, iis dotibus deficientibus, talts «it. ut mendacio haud obnoxius existimetur) Quibus attentis, actor incapax periurii putatur, ei ŕredihdi apparet quoad assertiones suas. Ceterum cum Idem parochus. ρ γο *« ι‹χ μ porrecti libelli pro huius causae introductione, ŕoratu a Revffio Ordinario, investigationes peregerit, et cum prae-

fato sacerdote coUoquutus fuerit, censuit euir.dem sincerum ct veridicum esse.

In fidem.

Ex paroecia , die... mense., anno...

N., Parochus.

[Ex adverso, si informationes non sint favorabiles, parochus ns utatur verbis, quae a veritate minime deflectant, quaeque prudentia pro diversis casibus suggeret.

Si parochus actorem vel testes vel peritos non probe noverit, neque certas de iisdem informationes aliunde, pro sua conscientia, colligere queat, idipsum iudicem in sua responsione, adductis rationibus, aperte doceat.

Iudex autem tunc alias personas probas et apprime instructas, per se rogabit, vel, si ita censuerit, per Ordinarium informationes ad rem exquiretJ,

XII

Litterae iudicis ad ordinarium (quoties hic non srr IUDEX, ET HUS OPERA UTILITER POSTULETUR) PRO EXQUIRENDIS IN1ORSUTIONIDUS

Illlfie ac Revffie Domine,

In causa nullitatis sacrae ordinationis vel onerum eidem adnexorum N. N., quae ex subdelegatione facta ab A. T die , in hoc Tribunali instruitur, cum parochus actoris (vel testium. ccl peritorum...) apposite rogatus, responderit se eum tvel testes,., ucl peritos...) haud bene cognitum sibi habere, neque informationes tuto haurire aliunde posse, et hoc Tribunali eiusmodi informationes ex alus fontibus excipere non potuerit; A. T., pro sua ampliore auctoritate et rerum ac personarum cognitione, dignetur directe inquirere de religione, honestate et veracitate actoris (vel testium vel peritorum), ita ut depositiones seu relationes tuto aestimari valeant.

Interim, etc.

Datum ... die... mense anno... Addictissimus famulus

N., Iudex subdelegatus
N., Actuarius/

XIII

Litterae ordinarii ad alienae dioecesis iudicem ut EXTRAORDINARIAE INFORMATIONES COLLIGANTUR

(Sub secreto)

Illifie ac Revffie Domine,

Cum ex facultate S. Congr. de disciplina Sacramentorum, in hoc dioecesano Tribunali, ad instantiam sacerdotis N., instruatur causa super nullitate eius sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium, cumque Nobis non satis constiterit de religione et probitate vitae, nec non de personarum ac rerum adiunctis, et contra noverimus tibi praefatum sacerdotem (vel testis aut periti personam) cognitum e«e, praesentibus te litteris rogamus ut, pro caritate et obsequio, quibus erga Ecclesiam praestas, velis Nobis accuratas et distinctas praebere notitias, secreti lege quidem Interposita, de religiositate, honestate et veracitate dicti sacerdotis (rcl testis vel periti», praesertim in ludiciali et iurata relatione circa assertum (v. g.) metum, ita ut dignoscatur utrum in re tanti momenti fide dignus habendus fit necne.

Interim etc.

Datum ... die mense... anno...

N., Ordinarius.
N.. Cancellarius

XIV

Citatio actoris

De mandato Revffli Iudicis instructoris in processu de nullitate sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium. actor N. N. In causa, personaliter comparent coram praefato Iudice, in aula sessionum huius s. Tribunalis, m via . num anno ... mense ... die.. . hora..., ut luratum examen subeat in causa a se intenta.

Datum ex aedibus. .. die... mense anno...

N., Iudex.
N., Actuarius.

(Eiusnodi citationis fiunt duo exemplaria, quorum unum traditur rorsori remittendum actori. Iuxta praescriptum can. 1717. «Herum asservatur In actis et in calce eiusdem cur-5dt refert ea quae peregit 1./

XV

RIUTIO INTIMATIONIS A CURSORE PERACTAE *7*ACIENDA IN EXEMPLARI IN ACTIS A.SSTR7AÎO

Refero me Infrascriptum deputatum cursorem Revrtlae Curiae Episcopalis N . hodie intimasse et reliquisse authentii utn exemplar citationis sacerdoti N N., in ipsius domicilio. vin , num . tradendo praefatum exemplar manibus eiusdem (vel personae de eius familia aut famulatu) et ad normam can 1721.

tn fidem, etc. Die mense... anno

N„ Cursor deputatus.

[Similiter exaratur scheda citatoria et fit relatio intimationis pro aliis in ius vocandis}.

XVI

Defensor s. ordinationes exhibet interrogatoria ACTORI PROPONENDA

Infrascriptus N., tn causa nullitatis sacrae ordinationis vel onerum eidem Inhaerentium, defensor vinculi legitime deputatus, exhibet sequentia interrogatoria, clausa et obsignata et nonnisi in actu examinis a Iudice aperienda, atque instat ut super iisdem examinetur actor N., in caus» a se intenta, servata forma a iure statuta: allequin protestatur. etc.

Haec cum facultate alia addendi, delendi, corrigendi, etc

Datum ... die .. mense... anno...

N., Defensor sacrae ordinationis.

(Item exhibentur interrogatoria pro examine testium ac peritorum).

xvn

Iusiurandum praestandum ad actore ac testibus DE VERITATE DICENDA

[Iudex gravibus verbis actorem ac testes antea moneat de sanctitate iusiurandi et de gravissimo delicto quod admittunt peieratores ostendens peculiarem qualitatem lurisiurandi in subiecta materia, et periurii funestissimos effectus, et, prout personae qualitas ferat, si ipse opportunum ducat, commonefaciat de poenis, quibus periurii noxii fiunt in foro Ecclesiae, quaeque recoluntur in cap. VII Regularum sub n. 31].

[Deinceps iudex actorem vel testem alloquitur):/ «3

Velis invocare Nomen divinum in testem veritatis, tactis sanctis Evangeliis, sequenti formula:

Ego N, Iuro me totam ac solam veritatem dicturum, tam super articulis, quam super re universa, prout eamdem veritatem coram Deo et conscientia compertam habeo, et plene ac fideliter ipsam expositurum, quin aliquid addam, omittam vel immutem. Sic me Deus adiuvet, etc.

XVIII

Examen actoris

Sessio...

In Dei nomine. Arnen

Anno Domini ... mense.... die..., hora..., in urbe..., m aedibus ... coram. R. D. N., Iudice subdelegato, adstantibus R, D. N., defensore sacrae ordinationis, et infrascripto actuario, comparuit D. N., actor in causa receptae sacrae ordinationis, pro hac die et hora rite citatus.

Iudex eumdem in primis monet, quod In re tanti ponderis. quoties ea quae adducuntur haud veritati sunt consentanea. declaratio nullitatis sacrae ordinationis vel onerum huic adnexorum taliter obtenta, nullum sortitur effectum (iuxta Monitum in Appendice relatum n. D: deinde iusiurandum ab actore petit et accipit iuxta modum et formulam praescriptam *(wrout* sub n. XVID.

Deinceps, postulante defensore sacrae ordinationis, Iudex schedam, quam idem defensor clausam exhibuerat, continentem interrogatoria oratori proponenda, reserat, et statim procedit, iuxta eadem interrogatoria, ad examen actoris. qui ad singulas quaestiones respondet ex ordine, ut sequitur.

Interrogationes generales

Iudex actorem interroget circa suum nomen, cognomen, nomen parentum, aetatem, conditionem familiae, dioecesim. cui inscriptus est. domicilium (urbem, viam, paroeciam), et locum hodiernae commorationis.

Tum Iudex mandat actuario ut legat, pro norma actoris, nomina iudicis et ministrorum tribunalis.

Deinde prosequitur:

Interrogationes particulares actori faciendae

1. Utrum confirmet necne supplicem exhibitum libellum in singulis partibus?

2 Ubinam studia peregerit, et an in Seminarium Ingressus sit libera/ voluntate : qua aetate, quo tempore, quamdiu In ipso permanserit, et an propositum revera haud habuerit statum clericalem ineundi.

3. Quaenam fuent causa incitamentorum, saevitiarum, vel coactionis, pro eodem clericali amplectendo statu, et a quibus incitamenta, saevitias, vel coactionem passus sit

4. Quinam fuerint specifici actus eorumdem Incitamentorum et coactionis, praesertim tempore proximo sacrae ordinationi.

5. Quaenam Indoles parentum et sua.

6 Quaenam Ipse peregerit ut coactionem vitaret per se. et an opera aliorum ad hunc finem sit usus, et quinam isti.

7. Num in Seminario degens, studiis theologalibus libenter operam dederit et an fuerit impeditus quominus alia studia perageret, et a quibus.

L Num sive in Seminario sive extra defectum suae voluntatis pro suscipiendis sacris ordinibus, vel aversionem patefecerit, quando et quibus.

9. An ipse, deficiente voluntate sacros suscipiendi ordines. id Seminarii Superioribus. Ordinario, vel spiritus moderatori (qui tamen cius confcssarius non fuerit) manifestaveriU ct quatenus negative, cur suam contrariam voluntatem ei non significaverit: quinam iste fuerit.

W. Quando accesserit ad sacrum ordinem subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus; qualem revera iutcrius habuerit animum in actu sacrae ordinationis; et an communis jucunditatis tunc particeps fuerit.

11. An officium recitaverit divinum, et Missam celebrarent. vel etiam alio modo sacrum ministerium exercuerit.

11 Num contentiones adfuerint, et quales in specie, inter ipsum et parentes, aliosque. qui eum impellere potuerint id suscipiendos sacros ordines, et num notae in loco ubi idem degebat, et quinam sint qui eas confirmare valeant

11 Num ipsi etiam nota fuerint ante sacrorum ordinum fusceptionem onera eis inhaerentia, ac praecipue quae coelibatus lex exigat.

14. Quomodo sese gesserit post sacerdotium initum, et quae ministerii officia peregerit, quoties, quomodo, quanto tempore» et quibus in locis.

15. Num sacri ministerii exercitio rata habere sacrae ordicationis onera intenderit. An sibi praesto sint documenta exhibenda, uti litterae a parentibus vel ab aliis scriptae tnU su-c^ptos sacros ordines, ad confirmandam illatam reactionem.

15. Quosnam alios testes ipse praeter exhibitos in elencho L-ducat sive consanguineos, sive affines, sive familiares, vel extraneos, qui dc cunctis circumstantiis certiores facti,
g plaie et sincere referre possint./

17. An unquam contra sacram ordinationem et huius adnexa onera reclamaverit; et unde factum sit ut causae Introductionem aut continuationem ad haec usque tempora distulerit

[Exinde contestationes peragendae, si opus erit, inter ea qiue actor asseruit, atque illa quae ipse in supplici libello retulit].

Absoluto examine, de mandato Iudicis integra depositio dara voce legitur actori, et Iudex eumdem interrogat:

An habeat aliquid addendum, supprimendum, corrigendum. variandum?

Dein petitur ut praestetur iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando, iuxta formam (cf. infra n. XDQ.

Ac. praestito iureiurando. subscribunt actor, iudex, defenwr vinculi et actuarius.

N., Actor.
N., Iudex instructor.
N., Defensor sacrae ordinationis.
N., Actuanus.

(Adnotatio. - Quoties alicuius sacerdotis sacra peracta Rt ordinatio post instructionem, quae a Sacra Congregatione de Sacramentis edita fuit 27 Decembris 1930. idemque ccntendat se gravi coactum metu sacros suscepisse ordines, ei ordinato erunt obiicicnda, quae de pandita ab ipso voluntate jurata et scripta declaratione confirmavit. Ii pariter erunt interrogandi, qui examinibus adfuere, ludiciumque pro sacra actoris ordinatione emiserunt].

XIX

iTfIURANDUM DE VERITATE DICTORUM ET DE SECRETO SERVANDO

Ego N. iuro me solam ac totam veritatem dixisse, et rdr.quim, antequam praesens causa penitus absolvatur, evulgaturum sive propositas interrogationes, sive responsiones datas. Sic me Deus adiuvet. etc.

XX

Iusiurandum ab interprete praestandum

Ego ?<„ a Revffio Iudice in processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium sacer-
çî dotis N. *N.* deputatus interpres, iuro me dictum munus tdelixer impleturum, acta et documenta processus de verbo id verbum diligenter et adamussim reddendo, ac simul secretum de omnibus quae in processu acceperim, servatunzn. Sic me Deus adiuvet, etc./

XXI

ICDICIALE EXAMEN PARENTUM ACTORIS

[Cum praeterea super lis. quae actor in suo examine deposuit, sit ex testibus, quos iudex satis instructos repuUwrft, percontandum, ut exinde illius assertiones aut confirment, aut corrigant, aut respuant, referantque utrum lacta asserta sibi sint nota, formali examini, adstante sacrae ordinationis defensore, erunt ipsi sublidendi, atque « primis parentes et *affines actoris,* a quibus haec erunt exquirenda. praehabito iuramento ac delato monito, de çuo tn Appendice η. I].

1. Interrogandus pater, vel mater, circa nomen, cognomen. originem, aetatem, religionem, conditionem familiae, et domicilium,

2. Quot filios et filias genuerint: quae fuerit indoles actoris et quae exstiterit cius propensio ad clericalem Ineundam vitam.

3. Num ipsi eum impulerint ad eumdem finem ut Seminarium ingrederetur, quamvis contrariam suam voluntatem patefecerit

4. Quomodo ipsum illexerint ut sacrae theologiae studiis incumberet, et ad sacros ordines accederet.

5. Quaenam fuerint adhibitae ab ipsis sollicitationes, instigationes, vel minae, et quoties: an istae usque ad sacram ordinationem fuerint productae.

6. Num ipsi aliorum etiam operam adhibuerint ad flectendam filii voluntatem pro ineundo sacerdotio; quinam exstent; et quaenam ad hunc finem experti sint.

7. Num certiores facti fuerint ab aliquo de voluntatis defectu filii, et quinam hi sint: an pertinaciter impulerint eum; an a filio scriptis de voluntatis carentia edocti fuerint ; an eadem servent, quo casu ea exhibeant

8. Num ipsi Seminarii superiores, vel ipsum Episcopum sollicitare studuerint et quomodo, ut filius in sacerdotium reciperetur; et an sciant excommunicatione ipso facto plecti cos. qui quoque medo filios ad sacros ordines suscipiendos cogant iuxta can. 2352,

9. Num sacra properante ordinatione filius contrariam suam voluntatem manifestaverit et quomodo.

10. Num eidem renuenti ad sacros ordines accedere restiterint et quomodo.

11. Quaenam ipse in sacra ordinatione signa praebuerit, an scilicet laetitiae vel displicentiae; et quacnam indicia pariter ostenderit post peracta primitus solemnia. laetantibus aliis.

12. Num ipse postea, susceptis sacris ordinibus, acquieverit. vel negligens in sacro ministerio exercendo exstiterit. Missam litare vel officium recitare omittens, atque aversionem in his ostenderit./ 487

13. Num profano more vitam degere coeperit, aliisque studiis incubuerit.

14. Num ipsi minas eidem ante sacrorum ordinum susceptionem illatas, videlicet exheredationis, derelictionis, eiectionis e domo et eiusmodi. exsecutioni mandaverint vel exsecutioni mandare intenderint.

15. Num pravam aliquam consuetudinem fovere coepent ordinatus sive ante sive post sacram ordinationem susceptam. ct usque dum in sacerdotio permanserit

16. Num sacrum ministerium exercuerit timore Ipsorum pressus, quomodo, et quanto tempore.

17. An in familia infirmitatis alicuius indicia sive mentis sive pravorum morum adfuerint, atque an aliquid adsit quod atavismum redoleat

18. [Heic contestationes, si opus fuerit, peragendae erunt Inter ea quae actor asseruit, ntque Illa quae a parentibus fuere prolata, si dissona ipsorum testimonia appareant].

19. An ordinum sacrorum exercitio ratam ipse habere intenderit sacram ordinationem; et cur in eodem exercitio perrexerit

20. His absolutis interrogationibus, ad plene suum absolvendum munus, alias Iudex ex officio interrogationes peragat. ab expletis responsionibus eruendas.

Absoluto examine, etc. uti ln n. XWII.

XXII

Decretum citationis testxvm ab actore inductorum

Revffius *N.*. Iudex instructor in causa . audito sacrae ordinationis defensore, testes ab actore inductos, examini Judiciali sublici mandat, et ideo ad rem citari videlicet:

1. N. (patrem eiusdem actoris).
2. *N.* (matrem, etc).
X ...

5. ...
6. ...
7. ...

Datum die... mense anno...

N.. Iudex Instructor
N.. Actuarius.

(Praeter autem testes ab actore inductos, necesse prorsus est alios ex officio induci/ 483

Alligentur litterae testimoniales, aune obtenue sint circi testium excutiendorum fidem et probitatem.

Fiant schedae citatoriae. uti in causis matrimonialibus, mutatis mutandis, et similiter fiat intimatio].

XXIII

IUDICIALE EXAMEN TESTIS N-, AB ACTORE INDUCTI

Sessio...

Servantur formae ut pro examine actoris. Iudex testi

defert monitum, de quo in Appendice η. I. ac lusiurandum. iuxta formulam sub h. XVII. et reserat schedam exhibitam clausam a defensore, et continentem interrogatoria, quae deinde proponit

Ad *generalia: 1.* Testis interrogatur circa nomen, cognomen. nomen parentum, originem, aetatem, religionem, conditionem. domicilium (urbem, viam, paroeciam), locum hodiernae commorationis.

1 An sit consanguineus vel affinis actoris, et quo gradu

3. Quo ex tempore, qua occasione et quomodo noverit actorem.

4. Quaenam sit Ipsius indoles et an mercatur fidem In ixs quae ipse protulit.

5. Quinam fuerint mores eiusdem et propensiones ad studia.

6. Num ab eo edoctus fuerit, et quando, ipsum coactionem a parentibus ve! ab aliis passum esse.

7. An parentes ipsas testis noverit, horum conditionem, artem quam exercent et exploratam habuerit eorum indolem et agendi rationem erga actorem.

8. An in Seminario degens actor, pietatis indicia exhibuerit et ad sacram confessionem et sacram Synaxim saepe ct devote accesserit

9. Num ad sacros peragendos ritus se proclivem exhibuerit

10. Quibus potissimum studiis in Seminario fuerit deditus: num inhonestos sermones proferre solitus fuerit.

11. Num ad sacra exercenda ministeria alienum se praebuerit. et contrariam voluntatem ostenderit in suscipiendis sacris ordinibus.

12. Quaenam ipse peregerit ut cos vitaret.

13. Num in Seminario commorans demissionem et obsequtum superioribus exhibuerit.

14. Num familiaritates inhonestas foverit, scripta exaraverit minus honestati consona, et clericalem habitum invite gestare visus sit.

15. Num pravis perlegendis libris fuerit deditus, sacra-
48S que studia neglexerit seu fastidiverit./

16. Num. in loquendo, de Ecclesia eiusque doctrina *ac* de ipsius rectoribus detraxerit

17. Num in Semin irio punitionibus ob pravam ipsius agendi rationem fuerit affectus: vel alios ad prava illexerit.

18. Num ad profana capierda oblectamenta se pronum manifestaverit, iis posthabitis, quae ad pietatem fovendam inserviunt.

19 Quarnam sit publica de ipsius vocatione opinio.

20 Num per se vel ab aliis testis sciverit parentes eum ad sacerdotium ineundum coegisse, quando, quanam de causa, ct quinam hi sint.

21. An circumstantias noscat de Piata coactione et quaenam fuerint.

12. An revera parentes talis fuerint severitatis, ut merito timeri posset ipsos minas esse exsecuturos, et an actor indolis adeo Umidae et pusillanimis exstiterit, ut eiu____ minis Iut saevitiis deterritus, ad sacros ordines, gravi metu coactus, accesserit, quin eas vitare potuerit.

23 An ordinationis sacrae tempore ipsum moerentem aspexerit et quomodo.

24 An ex ipso sciverit ante sacram ordinationem eundem fore huic consensum suum denegaturum.

25. An In sacra ordinatione vel ea expleta, lucur.ditatis vel moertitiae indicia praebuerit.

26. An testis quaedam habeat documenta scripta eiuimodi coactionem oncrumque ratihabitionem confirmantia et an sciat revera ociorem per exercitium ordinis tacite voluisse obligationibus clericalibus se suhiicere.

27. Quaenam sit medo agendi ratio actoris.

Exinde ludex integram depositionem peractam ab actore, qui testem induxit, eidem testi legi Jubeat ac petat:

28 An asaeria in ea depositione veritati respondere in omnious censeat, utrum cariem ex scientia propria perspecta hsteal, an potius ex suggestione actoris ct utrum fa ta ab m asserta mnt nota alus, et quinam hi «int.

29. An testis habeat aliquid addendum, supprimendum, corrigendum, variandum.

30 Iudex testi alias interrogationes praeter supra allatas proponere potent, si rerum adiuncta id requirant.

Qucd 11 ludici non videitur cpp rtunum integram legi a 'toris depositionem, se rerit iuxta *Reculas* n. 51 J 2.

Dem treti leguntur depositiones ab ipso viva voce pre-Utee. quii ectu irius scripto redegit, nc ulterius rogatur.

31 An haec relatio responsiones redditas plene com·
490 plectatur /

*? Petitur ut proMtetur tu-iur -dum de veritate dictorum è d·· Brrrrtn «nrvitndn. iuxta formam (cf. supra n XIX».

Ai· ptn·e lurelurnrdo. subscribunt testis, iudex. defensor «aer·«» ordination» et actuarius

N . Testis.

N . Iudex instructor

N., Defensor sacrae ordinationi

N., Actuarius.

[Simili modo agendum est quoad ceteros testes qui producuntur vel ad instantiam actoris, vel ex *officio*, praesertim si in instructione processus appareat adesse aliquem vel aliquos de re bene edoctos: tunc entm ludex eos citan curabit ut examini subbiciantur. eadem servata methodo)

XXIV

Oral e examen per it i

Anno, etc., coram ludice. etc., adstantibus etc,, comparait D. N., etc. (ut in alus sessionibus).

Iudex instructor, perito defert monitum, de quo m Appendice η. I. lusiurandum de veritate dicenda et de secreto servando, ac dein reserat schedam obsignatam, uti continentur articuli concinnati a defensore sacrae ordinationis. quos iste praesertim eruerit cx relationibus ab iisdem peritis scripto antea exhibitis, iuxta generales et peculiar» circumstantias et difficultates, quae in actu inspccticnu sunt quidem animadvertendae.

Praemissis interrogationibus generalibus, iudex articulos perito defert, qui esse poterunt ut infra, quibus cx o/-*ficio* alios, prout casus ferat, adiicere debet, attentis etiam dubiis et ambiguitatibus, quae ex ipso interrogatorio emerserint

1. An perito aliqua sit necessitudo cum actore.

2. Quonam tempore et quemodo eum noverit.

3. An confirmet per omnes partes relationem, quam de medicali examine scripto exaravit.

4. An in eadem relatione aliquid addendum habeat, vel corrigendum, vel mutandum.

5. An peritus tum physicum examen tum etiam relationem seorsim ab altero perito, sl exstet, confecerit

6. Quanam via et ratione peritus in peragendo medicali examine processerit/ til

7. An actor aliquo morbo hereditario vel defectu laboraverit. qui influxum habere potuerit m errata electione sutus: ct utrum curari queat, an non.

8. Quidnam peritus perspexerit de actoris temperamento et de sutu psychico.

9. (Si casus *ferat):* Quomodo conciliari possit sententia periti cum contraria opinione alterius periti vel doctors

[Nota. Relationes a medicis confectas iudex alterius peritioris examini subiicerc poterit, si id opportunum existimaverit].

10. An. praemisa lectione depositionis, peritus aliquid habeat addendum, demendum, corrigendum, vel mutandum.

Praestito iureiurando de veritate dictorum et de secreto servando, sequuntur subscriptiones, ut de more.

Absoluta processus instructione, iudex. nisi opportunum duxerit actorem vel alium e testibus ad novum examen revocare contestationes peragendi causa, alliget in processu informationes parochi aut alterius idoneae personae attestationem de fide, quam actor et singuli testes merentur.

XXV

Conclusio instructionis processus

In processu super nullitatc sacrae ordinationis vel onerum sacris ordinibus inhaerentium sacerdotis N. N.»

Interrogatis tum actore tum testibus, qui responderunt se nihil aliud habere quod deducant; tum defensore sacrae ordinationis, qui declaravit sibi nihil amplius inquirendum superesse :

Perpensis omnibus actis ; partium, testium ac peritorum depositionibus, relationibus et adnexis documentis:

Cum causa, attentis personarum ac rerum adlunctis, satis instructa sit. Iudex decernit clausam esse instructionem processus, ct omnia acta, in authentico exemplari, una cum *voto scripto* Ermi *ac Revmi Episcopi,* et *defensoris* sacrae ordinationis animadversionibus ac sententia, transmittenda esse ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum.

Ex aedibus . die

Iudex.

N.. Actuarius/ 19C

XXVI

Testificatio de authxnticitzte exemplaris actorum

Facta collatione praesentis actorum exemplaris cum omribus actis ct documentis originalibus exsistentibus in archivo huius Tribunalis, testor ego infrascriptus constare de fideli transcriptione et integritate eiusdem exemplant, quod transmittitur ad S. C. de disciplina Sacramentorum

Datum .. dic . In fidem, etc.

N.. Iudex.

N.. Actuarius

ADNOTANDA

Curent Revffil Ordinarii ne sive praevia inquisitio, quae an hac Sacra Congregatione expeti primum solet, sive con-

fectio processus canonici, qui ab ca In his causis exinde jubetur, diutius differantur. Saepe enim contingere solet, ut ob nimiam in eodem praesertim peragendo processu cunctationem, testes diem obeant supremum, ac proinde nugm momenti probationes deliciant, maximo cum detrimento causae: etenim actori ipso naturali iure competit, argumentis, quae proferre potest assertum ab eo intentionis defectum aut Illatam coactionem aliudve vitium consensum illiciens in susceptis sacris ordinibus probare, ut ab onenbus hisce adnexis solvatur. - In transmittendis autem ad hanc Sacram Congregationem processus actis, haud profecto necesse erit omnia et singula transcribere, quae in originalibus actis fuere iuxta traditas regulas inserta, cum sufficiat ut Revmi Ordinarii In exhibenda scripta relatione seu volo, referant de rite constituto tribunali iuxta praestitutas nonnas, de citationibus rite peractis, de praestito ab effcnnanlibus tribunal atque a parte et testibus iuramento, et de fide istis praestanda: quin proinde singula, quae in rmguhs sessionibus habita fuere, in exemplari transerituatur actorum, ne tempus inutiliter teratur, impensaeque augeantur, modo interrogatoria ct testimonia integre sint transcripta, aliaque documenta causam attingentia referantur. addito indice actorum. Nec ab Actuario ipse scribendi modus negligatur, iuxta can. 1644 § 3. ut facile in actis adducta legi possint — quin proinde plus aequo in iisdem perlegendis ob deformes litteras, tempus insumatur, neve ambiguitatibus locus fiat — atque ideo ab adeuntibus S. Sedem honor huic debitus etiam in scribendo servetur.

Ada J. CREUSEN in NrT 59 (1932) 167-168·. S ROMANI In ME 44 (1932) 49-52: 1P 12 (1932) 173; PrM 21 (1932) 146.

1033

1331 IUN 12.-SC STUD. INSTR. AAS 23 (1931) 263-234

ORDINATIONES

AO CONSTITUTIONEM APOSTOLICAM « DEUS SCIENTIARUM DOMINUS > DE UNIVERSITATIBUS ET FACULTATIBUS STUDIORUM ECCLESIASTICORUM RITE EXSEQUENDAM

Sacra Congregatio Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposita, ad normam art. 12 Constitutionis Apostolicae « *Deus scientiarum Dominus* > d. xxiv Maii inno mdcccxxxi datae [LE 10301. Ordinationes quae sequuntur Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum tradit easdemque religiose servandas praescribit

Tit. I - Normae generales
(Corut. Apojt., art. 1-12)

Art. 1. Cum a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus petitur ut Universitas vel Facultas canonice erigatur cum iure conferendi gradus Academicos,

1· ostendatur ob locorum et temporis rationes opportunum esse novam Universitatem vel Facultatem erigi et spem certam fore, ut erigenda Universitas vel Facultas veram afferat utilitatem;

2e demonstretur haberi posse omnia quae requiruntur, ut Universitas vel Facultas vitâ scientificâ floreat:

a) iustum Professorum numerum ad normam art, 19 Constitutionis Apostolicae,

b) auditoria, bibliothecam, supellectilem, sicut in art 47-49 Constitutionis Apostolicae et in art 44-46 harum Ordinationum praescribitur,

c) pecuniae summam quae necessitatibus Universitatis vel Facultatis sufficiat;/

3' exhibeantur:

a) *Statuta* cum *Ratione Studiorum* Constitutioni Apostolicae et his Ordinationibus congruentia.

b) aedium descriptio.

c) accepti et expensi annui accurata propositio.

Art 2. Sacra Congregatio ius conferendi gradus academicos non ante concedet, quam ea quae requiruntur ad effectum perducta sint; neque ius iUud in modum stabilem confirmavit, nisi nova Universitas vel Facultas vitae suae academicae Constitutioni Apostolicae et ha Ordinationibus congruentis per aliquot annos experimentum dederit.

Art 1 Ad Statuta conficienda ante oculos habeantur Nonnae quae *Appendice II,* his Ordinationibus adiuncta. continentur.

Art 4. S.ngulae Universitates vel Facultates canonice erectae et approbatae tertio quoque anno ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus relationem de statu suo tam academico quam oeconomico, secundum Normas his Ordinationibus *Appendice III* adiunctas, mittere debent.

Trr. II - De personis et regimine
(Const. Apost., ari. 13-28)

1. - *Auctoritates Academicae - Officiales*
(Const. Apost., ari. 13-18.)

Art. 5. *Magnus Cancellarius*

1° doctrinae orthodoxiam tutatur:

2° providet ut praescripta Sanctae Sedis fideliter observentur;

3° Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus nomina proponit eorum qui ad Rectoris vel Praesidis officium exercendum apti habeantur, aut ab eadem confirmationem petit cius qui Rector vel Praeses ad normam art. 16 Constitutionis Apostolicae ab aliis nominatus sit;

4° professionem fidei Rectoris vel Praesidis, secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam art. 1406 § 1, 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d d. 22 Martii 1918 (LE 80], accipit;/

5° professoribus legitime nominatis missionem canonicam confert eosdemque hac missione ad normam art. 22 Constitutionis Apostolicae privare potest;

6° examinibus ad Lauream consequendam, de quibus in art. 46 § 1, 2° et § 2 Constitutionis Apostolicae. de iure praesidet;

7° documentis authenticis Licentiae et Laureae primo loco subscribit vel suo nomine ab alio subscribendum curat;

8° Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus de rebus gravioribus, quae ad Universitatem vel Facultatem pertinent, certiorem facit, eique tertio quoque anno accuratam relationem, de qua in art. 4 harum Ordinationum, exhibet.

Art. 6. *Rector* vel *Praeses*

1° exsequitur praescripta Sanctae Sedis et Statuta Universitatis vel Facultatis;

2° accipit professionem fidei secundum formulam a Sancta Sede approbatam omnium Professorum Universitatis vel Facultatis, ad normam can. 1406 § 1 η. 8° C. L C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918, itemque eorum qui. examine superato, acadcmlcis gradibus donandi sunt;

3« curat ut Professores in docendo Rationem Studiorum rite approbatam accurate sequantur;

4° convocat Universitatis vel Facultatis Consilia, eisque praesidet;

5° auditores ad Universitatem vel Facultatem admittit. eorum studiis et moribus prospicit eosque. si quid culpae commiserint, meritis poenis ad normam art. 28 Constitutionis Apostolicae plectit;

6° examinibus, ad normam art 42 et 44 Constitutionis Apostolicae subeundis, sl intersit, praesidet;

7° documentis authenticis Bacca laureatus primo loco et ceterorum graduum academicorum secundo loco subscribit;

8° ad Magnum Cancellarium de studiis, disciplina, rebus pecuniariis refert;

9° quotannis ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus summaria ad rem staiisticam pertinentia, secundum schemata ab eadem Sacra Congregatione redigenda, mittit.

Art 7. *Facultatis Decanus*

1° vigilanter custodit doctrinam in propria Facultate tradendam ;

2° praeest conventibus Facultatis, nisi ipse Rector intersit ;/

3° refert ad Rectorem quae a Facultate proponuntur;

4° quae ab Auctoritatibus superioribus statuuntur, in Facultate exsequenda curat;

5° de iure praeest examinibus de quibus in art. 34 Constitutionis Apostolicae. salvis art. 5. 6· et art. 6. 6· harum Ordinationum.

Art 8. *Officiales* pro muneris sui gravitate in maiores et minores dividuntur.

Art 9. Rector Magnificus, Praeses. Decani in rebus, quae maioris momenti sunt, sua cuiusque Consilia interrogare debent.

2. - *Professores*
(Conrt. Apost.. ort. 19-22)

Art. 10. Qui praesunt Universitati vel Facultati caveant. ne cui Professori munus concredant tradendi disciplinas inter se dispares, neve quemquam numero scholarum ita onerent, ut a debita earum praeparatione et a labore scientifico prohibeatur.

Art 11. Professoribus non licet onera vel officia obire, quibus a munere docendi rite implendo impediantur.

3. - *Auditores*
(Const. Apost., art. 23-28)

Art. 12. Universitatis vel Facultatis auditores, qui quacumque de causa ad gradus aeademicos non contendunt, admitti possunt sive ad omnes scholas frequentandas sive ad aliquas tantum, quas sibi elegerint, firmo tamen praescripto art 24 Constitutionis Apostolicae.

Art. 13. Curriculum medium studiorum classicorum, de quo in art. 25. 1° Constitutionis Apostolicae, praeter convenientem institutionem religiosam et linguas litterasque latinas, graecas, patrias, quae disciplinae praecipuae sunt, complecti debet etiam Historiam naturalem. Mathesim, Physicam. Chimiam, Geographiam. Historiam civilem, et quidem tantum quantum in eo qui ad studia academica accedit requiri solet, secundum normas Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus./

287

Art. 14. Curriculum medium studiorum classicorum rite peractum esse documentis authenticis Auctoritatis ecclesiasticae vel civilis probari debet, firmo iure Universitatis vel Facultatis imponendi examen, quandocumque documenta allata non sufficere censeantur.

Art 15. Si quis alumnus e schola media sive civili sive ecclesiastica venerit, in qua una vel plures disciplinae, de quibus in art. 13. omnino non sint aut saltem non satis sint traditae, earum studium supplere atque in examine satisfacere debet, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis.

Art. 16. t 1. - Biennium Philosophiae scholasticae, quod ex art. 25. 2° α) Constitutionis Apostolicae prorsus requiritur ut quis in Facultate Theologica gradus academicos appetere possit, complectitur studium Logicae. Cosmologiae. Psychologiac, Criticae seu Criteriolog.ae, Ontologiae, Thoolog;ae naturalis. Ethicae et luris naturalia. Historiae philosophiae.

I 2. - Biennium, de quo in δ 1. rite absolvi debet, curriculo medio studiorum classicorum confecto, in Facukate Philosophica vel in aliqua schola superiore ad Philosophiam scholasticam docendam destinata et ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata.

5 **1** – Qui legitimis documentis probaverit sc cursum Philosophiae scholasticae aliter ac in Ü 2 praescribitur absolvisse, in Facultatem Theologicam ascribi non potest. nisi in illius disciplinae studium saltem per annum in Facultate Philosophica vel in schola, de qua in eadem I 2. incubuerit ct in examine ce omnibus Philosophiae scholasticae partibus satisfecerit

Art 17. t 1. - Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transire licet etiam ad eadem studia contlnuanca. ea temrn condxc.onc ut nemo ad Licentiam admittatur, quin tempore curriculi peracti omnes disciplinas ad normam art. 33 5 3 Constitutionis Apostolicae praescriptas rite absolverit

t 2. - Transitus, de quo In I L fieri potest tantum initio anni academic! aut. ubi annus acndemicus in semestria dividitur, inito singulorum semestrium; ne fiat tamen nisi iusta de causa.

t 3. · Firmis praescriptis 1 1 et I 2. Universitatibus vel Facultatibus ℔u est I» qut ab nilis ad se transierint ỹ rationem et ordinem studiorum statuendi '

Tyt. III - De ratione studiorum
(Consi. Aport., ort. 29-34)

1. - *Methodus generalis docendi*
(Const. Apost., art. 29-30)

Art. 18. § 1. - Quae in art 29 α) et c) Constitutionis Apostolicae de institutione ad Angelici Doctoris rationem, principia, doctrinam statuuntur sancte serventur, ad normam Litterarum Encyclicarum Leonis Pp. XIII Aeterni *Patris* d. d. 4 Augusti 1879 [CICF n. 5781 et Pii Pp. XI *Studiorum Ducem* d. d. 29 Iunii 1923 (AAS 15 (1923) 3Û9-326J.

§ 2. - In parte disciplinarum *positiva* auditores ita instituantur, ut non solum ipsam doctrinam probe addiscant, sed etiam fontes singulis disciplinis proprios legesque eosdem interpretandi cognoscant atque laboris scientific! subsidia et adiumenta cum fructu adhibere assuescant

§ 3. - In quaestionibus *speculativis* sive Theologiae sive Philosophiae adhibeatur methodus quam scholasticam vocant, non neglecta, tam in proponendis argumentis quam in afferendis, disputandis, solvendis difficultatibus, forma *syllogistica.* Hac autem methodo auditorum mentes ita excolantur, ut apti paratique efficiantur non solum ad falsa systemata erroresque antehac exortos diiudicandos et refutandos, sed etiam ad discernendas et ex veritate aestimandas sententias novas quae forte in disciplinis theologicis vel philosophicis exoriantur.

Art. 19. Disciplinarum principalium, quae Universitatis vel Facultatis veluti summam constituunt, gravitas et excellentia etiam ex numero lectionum et professorum eluceant.

Art. 20. In Facultate Theologica. Iuris Canonici. Philosophica disciplinae principales totae tradendae sur.t in scholis.

Art 21. Sacra Scriptura. Theologia dogmatica, Theologia moralis. Philosophia scholastica. Codex iuris canonici et Ius romanum tradantur lingua latina. Professores autem operam dent ut auditores vim locutionum *technicorum* plene et accurate intellegant/

Art. 22. In exercitationibus, de quibus in art 30 § 1 Constitutionis Apostolicae. professoris est principia methodica propriae scientiae exponere, nisi id in cursu peculiari fiat, et eorundem rectae applicationi invigilare. ita ut singuli discipuli ad legendos et interpretandos fontes, ad tractandas et diiudicandas quaestiones peculiares et praesertim ad scribendum, etiam in lingua vernacula, de selectis scientiae argumentis instituantur.

Art. 23. Exercitationes initium sumere debent: m Facultate Theologica et Philosophica saltem a tertio curriculi anno, in Facultate Iuris Canonici saltem a *secundo,* in Pontificio Instituto Utriusque Iuris a secundo. in Pontificio Instituto Biblico, in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium, in Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae, in Pontificio Instituto Musicae Sacrae iam inde ab anno primo.

Art. 24. In disputationibus scholasticis, de quibus in art. 30 § 2 Constitutionis Apostol.cae, aliquis ex auditoribus thesim a Professore indicatam, codemque vel alio Professore moderante, exponet, demostrabit atque vindicabit a difficultatibus, quas condiscipuli antea designati. et post hos. pro opportunitate, etiam alii opposuerint.

Art. 25. Ultimo curriculi anno scholae paucae sint: exercitationes autem continuentur quidem, ita tamen ut amplum temporis spat urn dissertationi pro Laurea praeparandae relinquatur.

2. - *Studiorum curriculum*
(Conti. Apart.. art. 31-32)

Art. 20. Ut studiorum curriculum ad normam art 32 Constitutionis Apostolicae contrahatur, haec quae sequuntur in primis serventur:

1® In Facuitate *Theologica:*

qui. studiis mediis classicis rite peractis. Philosophiae scholasticae per biennium operam dederint ad nonnam art. 16 harum Ordinationum et deinde quadriennium theologicum ad normam can. 1365 C. I. C rite absolverint, ad quartum curriculi annum, praemisso examine, admitti possunt /

CLEVEI AND. OHi< UHWlaaHY m-

20 In *Facultate Iuris Canonici:*

a> qui quadriennium theologicum in aliqua Facultate Theologica canonice erecta et approbata rite peregerint. admitti possunt, nullo facto examine, in primum curriculi annum;

b) qui quadriennium theologicum extra Facultatem Theologicam rite absolverint, ut in Facultatem luris Canonici ascribi possint, superare debent examen de Institutionibus iuris canonici;

c) qui quadriennium theologicum, de quo sub litt. a) et b), non peregerint, in Facultatem luris Canonici ascribi non possunt, nisi in examine de principiis Philosophiae moralis, luris naturalis, Theologiae fundamentalis ac de Institutionibus iuris canonici rite satisfecerint;

d) qui lauream in Iure civili consecuti fuerint, curriculum Facultatis Iuris Canonici biennio conficere possunt» firma pro laicis obligatione examinis praescripti sub Utt c).

30 In *Facultate Philosophica:*

a) qui, studiis mediis classicis rite peractis, biennium philosophicum absolverint in schola superiore Philosophiae scholasticae, ab Auctoritate ecclesiastica id hoc approbata, cui tamen non sit ius conferendi gradus academicos, recipi possunt» facto examine, in tertium annum Facultatis Philosophicae;

b) qui cursum Philosophiae scholasticae extra scholam» de qua sub litt. a), peregerint, curriculum Facultati Philosophicae triennio conficere possunt.

3. - Disciplinae *tradendae et examina*
(Const. Apost., ort. 33-34)

Art 27. Disciplinae principales et auxiliares ab omnibus Universitatibus et Facultatibus tradendae hic subiciuntur, facta singulis Universitatibus et Facultatibus potestate aliquot alias disciplinas omnibus auditoribus praescribendi.

Pro Facultate Theologica, Iuris Canonici, Philosophica in *Appendice I,* his Ordinationibus adiuncta, recensetur, in modum exempli, complures disciplinae speciales et cursus peculiares atque indicantur aliquot eorum sectiones ad normam art. 33 § 2 Constitutionis Apostolicae.

I. - Facultas Theologica

1. - *Disciplinae principales:*

a) Theologia fundamentalis;

b) Theologia dogmatica;/

c) Theologia moralis;

d) Scriptura sacra (i. e. Introductio et Exegesis Veteris ct Novi Testamenti);

e) Historia ecclesiastica, Patrologia, Archaeologia Christiana;

f) Institutiones iuris canonici.

1 - *Disciplinae auxiliares:*

c) Lingua hebraica et graeco-biblica;

b) Institutiones systematico-historicae Liturgiae;

c) Ascetica;

di Quaestiones theologicae ad Orientales maxime spectantes.

3. - Disciplinarum specialium ct *cursuum peculia*rhm exempla vid. in *App. I, n. 1.*

11. - Facultas luris Canonici

I. - *Disciplinae principales:*

fl» Introductio in scientias iuridicas (Ius naturale. Philosophia iuris);

b» Nonnae Generales - Liber I *Codicis I. C.;*

c» De Personis - Liber *II Codicis I. C.;*

d> De Rebus - Liber *III Codicis I. C.;*

e> De Processibus - Liber *IV Codicis I. C.;*

f) Dc Delictis et Poenis - *Liber* V Codicis L *C4*

Ius publicum ecclesiasticum.

1 - *Disciplinae auxiliares:*

a» Institutiones iuris romani;

bl Ius concordata rium (ubi *viget Concordatum);*

c> Elementa iuris civilis vigentis;

d) Historia iuris canonici (fontes, instituta, scientia).

3. - *Disciplinarum specialium* et *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App. I,* n. 2.

III. - Facultas Philosophica

1. - Disciplinae principales:

a) Phlosophia scholastica, exponenda secundum omnes suas partes (Logica, Cosmologia. Psychologia. Critica seu Criteriologia, Ontologia, Theologia naturalis. Ethica et Ius naturale), praemissa Introductione generali;/ 272

b) Historia philosophiae.

2. - Disciplinae auxiliares:

a) Psychologia experimentalis;

b) Quaestiones scientificae cum Philosophia coniunctae ex

Biologia,

Anthropologia,

Mathesi,

Physica,

Chimia;

c) Interpretatio textuum selectorum ex Aristotele et S. Thoma Aquinate.

3. - *Disciplinarum specialium* et *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App.* I, n. *3.*

IV. - Pontificium Institutum Rlbllcum

1. - *Disciplinae principales:*

a) Quaestiones graviores Introductionis generalis et specialis in sacram Scripturam;

b) Exegesis pericoparum selectarum ex sacris Litteris;

c) Theologia biblica;

d) Cursus altiores de linguis biblicis (hebraica. aramaica, graeco-hellenistica);

e) Lingua aliqua orientalis (praeter hebraicam et aramaicam). Linguae autem inter quas selectio fieri potest, in primis sunt hae: syriaca, accadica et sumerica, arabica, aegyptiaca antiqua.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Historia biblica;

b) Geographia biblica;

c) Archaeologia biblica.

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

V. - Pontificium Institutum Studiorum Orientalium

1. - *Disciplinae principales:*

a) Theologia fundamentalis et dogmatica cum doctrinis Orientalium dissidentium comparata;

b) Patrologia orientalis;/ 273

c) Liturgiae orientales;

d) Historia ecclesiastica orientalium;

e) Ius canonicum orientale.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Introductio in studia orientalia christiar.a;

b) Archaeologia Orientis christiani;

c) Una ex his linguis: aethiopica. arabica, armena. coptica, georgiana. graeca antiqua ct recentior, palaeoslavica, ramena, russica, syriaca, turcica.

3. - *Disciplinae speciales* et cursus peculiares in propriis Statutis recensentur.

Vf. - Pontificium Institutum l IrluMiue Iuri

Praeter disciplinas Facultatis Iuris Canonici proprias

1. - *Disciplinae principales:*

a) Ius romanum;

b) Ius publicum internum comparatum;

c) Ius poenale comparatum:

d) Ius proccssualc comparatum;

c) Ius privatum comparatum;

D Ius internationale.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Oeconomia socialis;

b) Notiones statlsticae;

c) Medicina legalis;

d) Historia iuris romani;

e) Historia iuris civilis, praesertim iuris communis.

3. - *Disciplinae speciales* et cursus *peculiares* in propriis Statutis recensentur.

VII. - rootlflclom ln<tllutum Archaeloghe Christianae

1. - *Disciplinae principales:*

a) Historia, Liturgia, Hagiographis Ecclesiae antiquae;

b) Architectura et Historia aedificiorum sacrorum Ecclesiae antiquae;

Recursum esse reiiciendum, et ad mentem Mens est ut, praeter sepulturam gentilitiam ad tramitem canonis 1229, salva fiat sepultura legitime electa ad normam canonis 1226, collati cum canone 1222 Codicis I. C.

Facta autem de his Ssmo Dno Nostro div. Prov. Pio Pp. XI relatione per subscriptum Secretarium huius Sacrae Congregationis in Audientia diei 15 Iulii 1931. Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est—I. Bruno, *Secr.*

Adn. A. BENTLEY in CR 6 (1933) 501-502; L OŒU5EN in NrT 60 (1933) 729; Ph. MAROTO in ApolL 6 (1933) 292-293; *IP 13* (1933) 196; ME 45 (1933) 293; PrM 23 (1934) 5-6.

1041

1931 IUL 13.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

MIS N E N.

Facultas utendi formula benedictionis nuptialis extra **MISSAM QUOTIES BENEDICTIO NUPTIALIS NON PERMITTITUR**

Hodiernus Revffius Ordinarius dtocceseos Mlsnensis a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI humillime effla- Stavit ut tn sua Dioecesi liceat duabus uti formulis approitis pro Benedictione Nuptiali extra Missam, et pro precibus recitandis extra Missam super confuges. quando Benedictio Nuptialis non permittitur

Sacra porro Rituum Congregatio. vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum. benigne annuit pro gratia iuxta preces, tribuendo Revmo Ordinario Misncnsl facultates necessarias et opportunas, prout: *Ipse* in Domino judicaverit, subdelcgand: ad proximum quinquennium parochos vel alios sacerdotes, pro adhibendo ritu et respectiva formula In Matrimoniis extra Missam benedicendis vel tantum pro recitandis precibus extra Missam super coniuges, quando benedictio nuptialis non est permissa. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 13 Julii 1931.—Caiu» Laurenti. S. R. C. *Praef. A.* Carincl. Λ R. *C. Secr.*

• Ordinato Mhncmi. Pro» N. M 55931: AKKR 112 (1932) 160-161.

1042

1931 IUL 16.-SC REL., NORMAE. PART.·

Statuta a sororibus externis monasteriorum **MONIALIUM CUIUSQUE ORDINIS SERVANDA .APPROBANTUR**

I

STATUTA

Cap. L - De sororum externarum fine ac statu

1. Sorores externae monasteriorum Monialium cuiuscumque Ordinis, quibus Apostolica Sedes specialem facultatem ad illas instituendas concesserit, regi et gubernari debent ad normam Statutorum, quae sequuntur.

2. Sorores illae externae finem generalem intendunt propriae sanctificationis consequendae per exactam observant am trium votorum simplicium religionis, necnon Regulae sui cuiusque monasterii et praesentium Statutorum.

3. Finis autem illarum specialis est suo quaeque monasterio et adnexae ecclesiae pro quibusvis externis muniis ne necessitatibus inservire, quae ipsis liceant atque conveniant; non autem ad interiora monasterii, nhi interdum et ad tempus quo fieri poterit brevius, earum opera censeatur Ibi necessaria. Impetrata prius «altem habituali approbatione ab ordinario loci.

4 Utpote membra Communitatis cui inserviunt. Sorores externae eorundem ac Moniales spiritualium bonorum «unt participes. Inde gaudent indulgentiis ac privilegiis omnibus, quorum sint capaces.

5. Satagant autem Sorores, ut eodem quoque peculiari Ordinis r.piritu apprime imbuantur, atque ipsius Regulam profiteantur ct exacte observent in omnibus quae hisce Statutis non adversentur.

Cap. II. - De sororum habitatione et regimine

6. Sorores externae suam habeant domum monasterio adnexam, cuius pars ita ipsis reservetur, ut in eam nemo alterius sexus admittatur, nisi ii quos ex iustis et rationabilibus causis Antistita monasterii admitti pose censueriL

7. Non licet Sororibus externis clausuram ingredi monasterii, nisi ad novitiatum canonicum ibi peragendum et in casibus praevisis sub articulis 3 et 107 horum Statutorum. Postulantes autem nunquam clausuram ingrediantur.

8. Sorores externae, non secus ac Moniales. Superiorissae monasterii subduntur in omnibus, sive quoad religiosam disciplinam sive quoad servitium ab ipsis praestandum.

9. Superiorissae est quotidianum ordinem exercitiorum Sororibus praescribere; ad religiosam perfectionem eas informare, sive Christianae catechesis instructionibus sive piis exhortationibus, per se vel per aliam idoneam Monialem. ad crates habitis bis saltem in mense, in quibus etiam, si opus fuerit, defectus et culpae externae corripiantur, et salutares imponantur poenitentiae; quidquid necessarium sit ad illarum vitam, sive communem sive individuam, materna cura providere; sedulo tandem invigilare, ne quid per eas cum saecularibus accidat, quod animarum profectui vel bono religionis nomini officiat.

10. Deputet Superiorissa unam e Sororibus externis, prudentia et aetate provectam votorumque perpetuorum professam, cui munus sit ceteras dirigendi, ut omnia. quae ad disciplinam et servitium spectant, ordinate iuxta ipsius Antistitae mandata procedant; ad Antistitam vero Soror illa prudenter cuncta referat, quae animadversione vel correptione digna videantur.

11. Ordinariis ius est et officium per se vel per alium Sorores quoque externas earumque domum visitandi quoties canonicam monasterii visitationem instituit

Cap. Ill - De sororum externarum cooptatione

§ 1. - De requisitis pro *admissione.*

12. Quaelibet catholica inter Sorores externas monasterium admitti potest, quae nullo detineatur impedimento rectaque intentione moveatur, et ad religionis onera ferenda sit idonea.

13. Invalide ad novitiatum admittuntur:

a) quae, a catholica fide deficientes, sectae acatholicae adhaeserunt;

b) quae aetatem ad novitiatum requisitam non habent ad normam art. 15 horum Statutorum:

c) quae religionem ingrediuntur vi, metu gravi aut dolo inductae, vel quas Superiorissa eodem modo inducta recipit:

d) coniux durante matrimonio:

e) quae obstringuntur vel obstrictae fuerunt vinculo professionis religiosae;

p hae quibus imminet poena ob grave delictum commissum, de quo accusatae sunt vel accusari possunt

14. Illicite, quamvis valide, admittuntur:

a) aere alieno gravatae, quae solvendo pares non sint;

b) reddendae rationi obnoxiae aut aliis saecularibus negotiis implicatae, ex quibus lites et molestias religio timere possit;

c) filiae quae parentibus, idest patri vel matri, avio vel aviae, in gravi necessitate constitutis, opitulari debent. ct matres quorum opera sit ad liberos alendos vel educandos necessaria;

d) quae sunt ritus orientalis, sine venia scripto data Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali.

15. Pro valida admissione ad novitiatum inter Sorores externas monasteriorum requiritur, ut postulans octodecimum aetatis annum compleverit.

16. Adspirantes sint constitutionis physicae sanae ac robustae, cum ad laborem destinentur; honestae insuper conditionis ct familiae, atque vitae exemplaris; nihil aliud quaerentes quam a saeculo segregari et soli Deo servire. Ne igitur recipiantur, nisi praemissis accuratis investigationibus circa earum indolem ct mores.

17. Antequam admittantur, exhibere debent testimonium recepti baptismatis et confirmationis. De omnibus

insuper requisitis, sicut et de statu libero adspirantis, constare debet c scripto testimonio respective Ordinarii loci vel parochi vel alius sacerdotis, excluso proprio confessore, et probi medici.

18. Si agatur de admittendis illis, quae in alius religionis postulatu aut novitiatu fuerunt, requiruntur praeterea litterae testimoniales, datae et quidem iuramento firmatae, a maiore illius religionis Superiorissa. In hisce litteris declarandum est quanam de causa ipsae adspirantes e postulatu vel novitiatu alius religionis dimissae sint vel discesserint

19. Ius admittendi ad postulatum, ad novitiatum et ad annuales votorum renovationes pertinet ad Superiohssam monasterii cum consensu sui Consilii; ius autem admittendi ad primam professionem temporariam necton ad perpetuam, pertinet ad eamdem Superiorissam cum consensu Superioris regularis, si monasterium sit regularibus obnoxium, et cum suffragio Capituli ipsius monasterii; quod suffragium erit deliberativum pro pruna professione temporaria, pro professione vero perpetua consultivum tantum.

20. Antistita debet Ordinarium loci, duobus saltem mensibus ante, certiorem facere de proxima admissione ad novitiatum et ad professionem, tam temporariam quam perpetuam, ut ipse Ordinarius vel sacerdos ab eodem deputatus adspirantis voluntatem exploret.

§ 2. - De *postulatu.*

21. Omnes adspirantes, antequam ad novitiatum admittantur, postulatum ad annum integrum peragant; quod tempus Superiorissa, audito suo Consilio, potest prorogare non tamen ultra semestre.

22. Postulatus peragi debet in domo propria Sororum externarum, sub veste modesta ac diversa a veste novitiarum.

21 Postulantes communibus Sororum externarum exercitiis intersint atque in domesticis officiis exerceantur, neque ad civitatem oppidumve exeant, nisi inevitabilis id postulet necessitas, ac nonnisi comitante probata Sorore professa.

24. Postulantes, antequam novitiatum incipiant, exercitiis spiritualibus vacent per octo saltem integros dies; et, iuxta prudens confessarii iudicium, praemittant generalem anteactae vitae confessionem.

§ 3. - De *novitiatu.*

25. Novitiatus incipit susceptione habitus, quae iuxta ritum fiat pro Monialibus sui cuiusque Ordinis approbatum, mutatis quae mutari debeant cum approbatione Ordinarii. Dies autem vestitionis in anno canonico novitiatus ne computetur.

25. Sororum externarum habitus idem erit ac Monialium conversarum ipsius monasterii, ad finem tamen externi servitii pro rerum et locorum adiunctis convenienter aptatus, audito Ordinario loci.

27. Novitiatus duos annos durabit, quorum primus erit stricte canonicus. Hic, ut valeat, debet esse integer et continuus, intra claustra monasterii peragendus.

28. Novitiatus pro Sororibus externis peractus, pro Monialibus tum choristis tum conversis non valet, neque e contrario valet pro Sororibus externis novitiatus peractus pro Monialibus.

29. Novitiatus debet hoc habere propositum, ut informetur alumnae animus studio Regulae horumque Statutorum, piis meditationibus assiduaque prece, iis perdiscendis quae ad vota et ad virtutes pertinent, exercitationibus opportunis ad vitiorum semina radicitus extirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas.

30. Novitiae praeterea diligenter in Christiana doctrina instituantur, speciali collatione ad eas habita semel saltem in hebdomada, neque ad vota nuncupanda admittantur, nisi constiterit eas doctrinam Christianam bene callere.

31. Annus canonicus novitiatus peragi debet intra claustra monasterii, loco novitiis conversis reservato. :ta ut, sine speciali causa ac Antistitae vel Magistrae Urentia, novitiae nullam habeant communicationem cum professis, neque professae cum novitiis; quo tempore. hae quoque novitiae clausurae lege tenentur.

32. Uni Magistrae ius est et officium consulendi institutioni harum quoque novitiarum; quae potestati ipsius Magistrae necnon et Antistitae subsunt, eisque obedire tenentur.

33. Eatenus tantum hae novitiae fungi possunt in monasterio officiis conversarum (non autem uti primariae officiales), quatenus ab exercitiis novitiatus pro ipsis constitutis non praepediantur.

34. Secundus novitiatus annus peragi debet in propria Sororum externarum habitatione sub speciali vigilantia Sororis ad hoc deputatae; instructionis vero et culparum correctiones» ad normam articulorum 29-30. a Magistra novitiarum habeantur ad crates.

35. Etiam secundo novitiatus anno perdurante, ante omnia quaelibet munia, disciplina spiritualis vitae apprime curetur. Fas tamen esto committi novitiis» ad earum instructionem, nonnulla quidem servitia extra domum, sed prudenter et moderate, cautoque ut foris eas comitetur Soror aliqua professa, quae verbo doceat exemploque praecurrat.

36. Duobus ante professionem mensibus, novitiae a servitio externo omnino obsüneant et intra claustra redeant monasterii, ut ibi quietius ad professionem se praeparare valeant

37. Etiam novitiae privilegiis omnibus ac spiritualibus gratiis monasterio concessis gaudent ad normam art. 4; et si morte praeveniantur, ad eadem suffragia ius habent quae pro professis praescripta sunt

38. Si qua novitia medici iudicio graviter aegrotet, adeo ut mortis articulo constituta existimetur, ad professionem iuxta propria Statuta admitti potest ab Antistita, quamvis tempus novitiatus nondum expleverit. Si tamen convalescit antequam tempus novitiatus expiret, in eadem omnino conditione versatur ac si nullam professionem emiserit.

39. In novitiatus decursu, si suis bonis quovis modo novitia renuntiaverit eademve obligaverit, renuntiatio vel obligatio non solum illicita, sed ipso iure irrita est

40. Novitia potest religionem libere deserere, aut a Capitulo monasterii vel ab Antistita de sui Consilii consensu, iuxta Constitutiones uniuscuiusque monasterii, quavis iusta causa dimitti, quin Antistita vel Capitulum teneantur dimissionis causam dimissae patefacere.

41. Exacto novitiatu, si iudicetur idonea, novitia ad professionem admittatur, secus dimittatur; si dubium supersit sitne idonea, potest ab Antistita, audito suo Consilio, probationis tempus, non autem ultra sex menses, prorogari.

42. Votis nuncupandis, sive in prima professione temporaria sive in professione perpetua, spiritualia exercitia praemittantur per octo solidos dies; annualibus vero professionis temporariae renovationibus, per triduum integrum tantum.

§ 4. - *De professione.*

43. Ad validitatem cuiusvis religiosae professionis requiritur ut:

a) quae eam emissura est, legitimam aetatem habeat, scilicet viginti saltem annos compleverit pro prima professione, viginti et sex pro professione perpetua;

b) eam ad professionem admittat Superiorissa monasterii, ad normam art 19;

c) novitiatus validus ad normam art. 27 praecesserit;

f) professio sine vi aut metu gravi aut dolo emittatur;

p> sit expressa;

h) ab Antistita monasterii per se vel per aliam religiosam recipiatur.

Ad validitatem vero professionis perpetuae requiritur insuper, ut praecesserit professio temporaria, ad normam art 44.

44. Quaelibet novitia post expictum novitiatum. apud ipsum monasterium debet votis perpetuis praemittere votorum simplicium professionem per sex annos, quovis tamen anno renovandam. Superiorissa monasterii potest, ob iustas ac rationabiles causas, auditoque suo Consilio, hoc tempus prorogare, renovata a Sorore temporaria professione, non tamen ultra sex menses.

45. Expleto professionis temporariae tempore. Soror aut professionem renovet vel. si res ferat, perpetuam emittat, aut ad saeculum redeat; sed ĕt. am durante tempore professionis temporariae potest, ai digna non habeatur quae vota renovet aut perpetua nuncupet, dimitti ad normam art. 117.

46. Elapso tempore ad quod vota sunt nuncupata, renovationi votorum nulla est interponenda mora. Superiorissae tamen facultas est, ex iusta causa suisque auditis Consiliariis, permittendi ut renovatio votorum temporariorum per aliquod tempus, sed non ultra mensem, anticipetur; ita tamen ut nunquam ante sexennium votorum temporariorum expletum vota perpetua nuncupentur.

47. In emittenda professione servetur ritus sui cuiusque monasterii, mutatis quae mutari debeant. Prima professio religiosa, quae novitiatum sequitur, emitti potest a Sororibus externis intra clausuram monasterii; renovationes autem votorum, sicut et professio perpetua, fiant extra clausuram ad crates chori Monialium. Formula professionis eadem sit ac pro Monialibus, cum necessariis additionibus et mutationibus; quaelibet enim huiusmodi Sororum professio emitti debet c in qualitate Sororis externo servitio huius monasterii addictae, secundum Regulam ipsius monasterii et apposita Statuta ab Apostolica Sede approbata »; professio autem temporaria fit vel renovatur c ad annum », sed ultima professio fit ‹ votorum simplicium perpetuorum » scilicet ‹ ad finem usque vitae ».

48. Documentum emissae professionis et cuiusvis renovationis, ab ipsa professa, ab Antistita vel eius delegata quae professionem vel renovationem excepit, et a Magistra novitiarum subscriptum, servetur in tabulario monasterii.

49. Professae a votis temporariis iisdem fruuntur indulgentiis, privilegiis et spiritualibus gratiis, quibus gaudent professae a votis perpetuis; eadem tenentur obligatione observandi Regulam et propria Statuta; unquam vero ipsae, nec votorum perpetuorum professae, ius acquirunt vocis activae et passivae ad quaelibet officia sive interna sive externa monasterii.

50. Votorum renovatio ex devotione iuxta morem fiat proprii Ordinis ac monasterii.

1 5. - *De cessione administrationis, de fructuum dispositione et de testamento.*

51. Pro Sororibus externis nulla dos exigitur; sed [uaelibet adspirans supellectilem seu vestes secum aient, iuxta normas ab Antistita monasterii traditas.

52. Ante primam professionem votorum temporariorum novitia debet, ad totum tempus quo simplicibus votis adstringetur, bonorum suorum administrationem cedere cui maluerit, et de eorumdem usu et usufructu libere disponere.

53. Ea cessio ac dispositio, si praetermissa fuerit ob defectum bonorum et haec postea supervenerint, aut si facta fuerit et postea alia bona quovis titulo obvenerint, fiat aut iteretur secundum normas in praecedenti articulo statutas, non obstante simplici professione emissa.

54. Novitia insuper ante professionem votorum temporariorum testamentum de bonis praesentibus vel forte obventuris libere condat.

55. Superiorlssa monasterii nihil exigere poterit a postulantibus vel novitiis pro impensis postulatus vel novitiatus.

56. Quae adspirans attulerit et usu consumpta non fuerint, si e religione, non emissa professione, egrediatur, el restituantur.

Cap. IV - Dr votis et virtutibus respectivis

§ 1. - *De obedientia.*

57. Per votum obedientiae quaecumque Soror obligationem contrahit obediendi praecepto legitimi Superioris in iis quae, directe vel indirecte, ad votorum horumque Statutorum observantiam pertinent.

58. Tunc solum Soror vi voti obedire tenetur, cum legitimus Superior expresse praecipiat in virtute sanctae obedientiae. vel sub formali praecepto, aut aliis verbis aequipolientibus.

59. Raro, caute ac prudenter, et nonnisi ex gravi causa. Antistita praeceptum huiusmodi Sororibus Imponat; expedit autem ut imponatur in scriptis, vel saltem coram duobus testibus.

60. Ex virtute obedientiae Sorores obligatione tenentur implendi tum Statutorum tum Superiorum dispositiones. Studeant autem, ut quam perfecte id praestent, suum quoque iudicium ac voluntatem omni cum docilitate submittentes.

§ 2. - De *castitate.*

61. Per votum castitatis quaelibet Soror se adstringH ad caelibatum servandum, et insuper novo titulo, idest ipsius voti, ad abstinendum a quocumque actu, sive interno sive externo, castitati opposito.

62. Ad virtutem autem castitatis hoc etiam pertinet, ut Soror diligenter studeat tum ea devitare quae castitatem vel minimum laedere possunt, tum media adhibere ad eam perfecte custodiendam.

63. Quapropter Sorores qua maiore sedulitate modestiam servent sensuumque mortificationem, praesertim extra domum, atque omnem effugiant cum saecularibus, maxime si alterius sexus, familiaritatem.

§ 3. - De *paupertate.*

64. Per votum simplex paupertatis quaevis Soror renuntiat iuri licite disponendi de quacumque re tempo, rali pretio aestimabili, sine legitimi Superioris venia.

65. Paupertas autem spiritu hoc etiam importat, ut Sorores omni se exuant inordinato affectu erga res eiusmodi temporales, atque earum privationem, si accidat, alacri et forti animo sustineant

66. Quaecumque Soror a votis tum perpetuis tum temporariis conservat proprietatem bonorum suorum et capacitatem alia bona acquirendi; quorum tamen administrationem aut liberum usum et usumfructum servare nequit

67. Cessionem vel dispositionem, de qua in articulis 52-53, professa mutare potest non quidem proprio arbitrio, sed de licentia Ordinarii loci et, si monasterium Regularibus obnoxium sit,. Superioris regularis, dummodo mutatio, saltem de notabili bonorum parte, non fiat in favorem monasterii; per discessum autem a monasterio eiusmodi cessio ac dispositio habere vim desinit

68. Quidquid Soror industria sua vel intuitu monasterii acquirit, monasterio acquirit.

69. Sororibus non licet:

a) Per actum inter vivos proprietatem bonorum suorum titulo gratioso abdicare;

b) Testamentum conditum ad normam art 54 mutare sine licentia Sanctae Sedis, vel, si res urgeat nec tempus suppetat ad eam recurrendi, sine licentia Ordinarii aut, si nec ille adiri possit, Superiorissae monasterii.

70. Nullam rem, etsi minimam, dare aut recipere aut commutare valeant Sorores absque venia Antistitae.

71. De omnibus autem, quae ad usum habeant vel eis commissa fuerint, exactam curam gerent

Cap. V - De confessione et communions

72. Sorores ad sacramentum Poenitentiae semel saltem in hebdomada accedant

73. Confessarius Monialium ordinarius etiam Sororum externarum confessiones excipiat, nisi ex iusta causa alius confessarius pro ipsis Sororibus designatus fuerit

74. Si qua Soror, ad animi sui quietem et ad maiorem in via Dei progressum, aliquem specialem confessarium vel moderatorem spiritualem desiderat illum postulet ab Ordinario loci; ad quem spectat decernere quod magis expedire censuerit

75. Sorores externae eodem ac Moniales utantur confessorio extraordinario, quater saltem in anno ad monasterium accessuro; cui omnes se sistere debent saltem benedictionem recepturae.

76. Illos quoque sacerdotes adire possunt Sorores, qui ab Ordinario loci pro eo monasterio designati sunt ut ad illos religiosae pro sacramento Poenitentiae in casibus particularibus facile recurrere possint, quin necessarium sit ipsum Ordinarium toties quoties adire. Si qua autem Soror aliquem ex iis confessariis expetat Antistitae non licet nec per se nec per alios, neque directe neque indirecte, petitionis rationem inquirere, petitioni verbis aut factis refragari, aut quavis ratione ostendere se id aegre ferre.

77. Si non obstante praescripto praecedentium articulorum. aliqua Soror, ad suae consicentiae tranquillitatem, confessarium adeat ab Ordinario loci pro mulieribus vel religiosis approbatum, confessio peracta in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semipublico vel alio loco ad confessiones mulierum vel religiosarum

excipiendas legitime designato, valida et licita est; neque Antistita id prohibere potest aut de ea re inquirere, ne indirecte quidem; et Sorores nihil Antistitae referre tenentur.

78. Sorores omnes, cum graviter aegrotant, licet mortis periculum absit, quemlibet sacerdotem ad mulierum confessiones excipiendas approbatum, etsi non destinatum religiosis, arcessere possunt eique, perdurante gravi infirmitate, quoties voluerint, confiteri, nec Antistita potest eas sive directe sive indirecte prohibere.

79. Omnes religiosi Superiores ac Superiorissae districte vetantur personas sibi subditas quoquo modo inducere ad conscientiae manifestationem sibi peragendam. Non tamen prohibentur subditae quominus libere ac ultro aperire animum suum Superioribus vel Antistitis valeant.

80. Frequens, imo etiam quotidianus accessus ad sanctissimam Eucharistiam Sororibus rite dispositis libere pateat, ac suadendus est

81. Si autem post ultimam sacramentalem confessionem Soror Communitati gravi scandalo fuerit aut gravem et externam culpam patraverit^ donec ad Poenitentiae sacramentum denuo accesserit. Antistita potest eam, ne ad sacrani Communionem accedat, prohibere.

82. Opportunum tempus Sororibus concedatur, ut quiete ac devote se ad sacram Communionem praeparare atque, Pane angelico refectae, debitas gratias persolvere valeant.

Cap. VI - De aliis putatis officiis

83. Sorores quotidie Sacrificio Missae intersint, nisi legitime impediantur.

84. Singulis diebus bis, mane scilicet et vespere, per dimidiam circiter horam orationi mentali vacent.

85. Quotidie insuper, tum ante prandium cum antequam cubitum eant, suam quaeque conscientiam examinent

86. Loco Officii divini quod a Monialibus choristis persolvitur. Sorores externae easdem preces quotidie solvant quas Moniales conversae sui monasterii recitare tenentur.

87. Quotannis spiritualibus exercitiis vacent saltem per quinque dies.

Cap. VII - De quibusdam ad religiosam disciplinam SPECTANTIBUS

j 1. · De *vita communi.*

88. Vita communis accurate a Soribus servetur, etiam in iis quae ad victum, ad vestitum et ad supellectilem pertinent.

89. Nullam pecuniam Sorores apud se retineant, nisi quae ipsis tradita sit ad expensas faciendas. Quidquid autem a Sororibus acquiritur. Antistitae vel Moniali ad hoc designatae tradant.

90. Sororum supellex paupertati conveniat quam professae sunt

91. Pietatis officia de quibus in superioribus articulis 83-87, communiter, quantum fieri potest, a Sororibus compleantur.

92. In communi etiam Sorores se reficiant simulque recreentur.

§ 2. - *De abstinentia et ieiunio.*

93. Abstinentias atque ieiunia ab Ecclesia praecepta aorores religiose observent; attamen induitis, ab Ordinario loci legitime concessis, et ipsae fruuntur.

94. Abstinentias quoque et ieiunia observent, quibus Moniales sui monasterii obstringuntur, nisi harum obligationum severitas pro Sororibus externis relaxari debeat iuxta modum ab Antistita, audito Ordinario et Supenore regulari si adsit, praescribendum.

§ 3. - De *silentio ac labore.*

95. Caveant Sorores a multiloquio, ne cadant in lingua sua.

96. Quare silentium teneant iisdem horis ac Moniales; si quid vero tunc, cogente necessitate, dicendum venerit, aut signis aut quam paucioribus verbis communicent

97. Antistita serio advigilare debet ne, alienis invisentibus. inutili collocutione disciplina perturbetur et spiritus religiosus detrimentum patiatur.

98. Singulae Sorores officium sibi commissum omni fidelitate ac sedulitate perficiant; nec unquam otio indulgeant, ne diabolus inveniat aditum ad earum animas capiendas.

§ 4. - De exitu e *monasterio et de litterarum commercio.*

99. Domi maneant Sorores, neque foris exeant nisi ad servitia monasterii explenda aliave rationabili causa, de Superiorissae expressa venia; nunquam vero, citra casum necessitatis, singulae extra domum pergant

100. Antistitae fas non est permittere ut Sorores extra propriam domum degant, nisi gravi et iusta de causa atque ad tempus quo fieri potest brevius; pro absentia vero quae mensem excedat semper Ordinarii loci, et quae sex menses Apostolicae Sedis venia requiritur.

101. Sorores omnes habitum religionis proprium deferant tum intra tum extra domum, nisi gravis causa excuset, iudicio Ordinarii aut, urgente necessitate, monasterii Antistitae.

102. Cunctas litteras sive ab extraneis sibi directas, antequam aperiantur, sive quas ipsae mittere velint, priusquam obsignentur, semper Sorores tradant Antistitae pro eiusdem prudentia inspiciendas.

103. Attamen Sorores libere possunt mittere litteras, nulli obnoxias inspectioni, ad Sanctam Sedem eiusque in natione Legatum, ad Cardinalem Protectorem monasterii, si habeatur, ad Ordinarium loci cui sublectae sint et, si agatur de monasterio quod a Regularibus dependeat, etiam ad Superiores maiores Ordinis; et ab istis omnibus praedictae Sorores litteras item nemini inspiciendas recipere possunt

§ 5. - De *mutua cantate.*

104. Sorores inter se quam maxime caritatem foveant, quod est vinculum perfectionis, altera alterius hilari animo onera ferentes.

105. Ut autem sibi mutuo spiritualiter auxilientur. unaquaeque Soror praebeat alteri optima virtutum et religiosae observantiae exempla.

Cap. VIII - De sororibus infirmis atque defunctis

106. Statim ac Soror aliqua in morbum inciderit, moneatur Superiorissa, quae sedulo curabit ut convenienter in omnibus aegrotanti subveniatur. Consorores autem maxima ipsi cum caritate morem gerant, ac opportunis verbis et obsequiis eam solentur eiusque pro viribus levent aegritudinem.

107. Si morbi gravitas et natura ea sit, ut in externa Sororum domo commode curari nequeat, feratur Infirma, praehabita Ordinarii loci licentia, in ipsius monasterii valetudinarium. Etiam Sorores senio confectae, quae ad externum servitium evaserint invalidae, consentiente eodem Ordinario, in monasterium introduci poterunt

108. In nosocomiis vero aut aedibus saecularium, etiam consanguineorum, aegrae Sorores ne curentur neve convalescant, nisi medicorum sententia speciali curationi subiacere debeat, quae in monasterio praeberi non possit; tunc enim Antistita, suis auditis Consiliariis, eo Sorores mittere possit iuxta modum in art. 100 praescriptum.

109. Sorores infirmae, si quid eis defuerit (ut ad experimentum patientiae et meritorum augmentum quandoque accidit), meminerint se Christi paupertatem sponte quaesiisse, ac nolint sibi quasi divitibus ministrari.

110. Praesertim invigilet Superiorissa curentque Sorores. ne infirmis ac morientibus quidquam desideretur ad animae solatium; sed praesto sit sacerdos, qui illis tempestive sacramenta administret et in agone constitutis sollicite, opportunis auxiliis ac ritualibus precibus, succurrat

111. Pro Sororibus externis decedentibus, sive professis sive novitiis, eadem suffragia fiant turn a Communitate tum a singulis Monialibus et Sororibus, quae pro Monialibus conversis decedentibus praescribuntur.

112. Idem quoque singulare caritatis officium praestare debent Sorores externae pro qualibet Moniali. vel novitia, in monasterio defuncta.

Cap. IX. De Sororum transitu, egressu et dimissione

113. Soror *externa* nequit ad aliud monasterium etiam eiusdem Ordinis transire sine auctoritate Apostolicae Sedis.

114. Soror professa a votis temporariis, expleto votorum tempore, libere potest religionem deserere; pariter religio id est Superiorissa monasterii, de consensu sui Consilii, auditoque tum Ordinario loci tum etiam Superiore regulari, si monasterium subsit Regularibus, ob iustas ac rationabiles causas eamdem potest a renovandis votis temporariis vel ab emittenda professione perpetua excludere, non tamen ratione infirmitatis, nisi certo probetur eam ante professionem fuisse dolose reticitam aut dissimulatam.

115 Indultum manendi extra claustra, sive temporarium. idest indultum cxclaustrationis, sive perpetuum. West indultum saecularizationis. sola Sedes Apostolica Sororibus externis concedere potest

116. Si qua Soror externa sine Superiorissae licentia monasterium deserat, nec ad illud redeat eo animo ut religiosae obedientiae se subtrahat, certior reddatur quamprimum Ordinarius loci, qui pro gravitate culpae eam puniat; ac si casus ferat, ad eius quoque dimissionem procedatur ad normam articulorum 118 et 119 praesentium Statutorum.

117. Sororem professam a votis temporariis dimittere potest Ordinarius loci et, si monasterium sit Regularibus obnoxium. Superior regularis, postquam Antistita cum suo Consilio fidem de causis scripto fecerit.

118. Ii omnes, graviter eorum onerata conscientia. Sororem dimittere nequeunt, nisi servatis quae sequuntur:

a) causae dimissionis debent esse graves;

b) possunt sc habere sive ex parte religionis sive ex parte religiosae. Defectus spiritus religiosi qui aliis scandalo sit, est sufficiens dimissionis causa, si repetita monitio una cum salutari poenitentia incassum cesserit, non vero infirma valetudo, nisi certo constet eam ante professionem fuisse dolose reticitam aut dissimulatam;

e) licet Superiori dimittenti certo innotescere debeant. non est tamen necesse ut formali iudicio comprobentur. Al religiosae semper manifestari debent, data eidem plena respondendi licentia; eiusque responsiones Superiori dimittenti fideliter subiiciantur;

d) contra dimissionis decretum est Sorori facultas recurrendi ad Sedem Apostolicam; et pendente recursu, si factus fuent intra decennium ab intimato decreto, dimissio nullum habet iurldicum effectum;

e) servari debet praescriptum art. 123.

119. Ad dimittendas Sorores professas a votis perpetuis exiguntur graves causae exteriores una cum incorrigibilitate. experimento prius habito ita ut, quum duae monitiones atque opportunae correctiones et poenitentiae incassum cesserint, spes resipiscentiae evanuerit Quod si iudicio Antistitae eiusque Capituli, per maiorem in secreto scrutinio suffragiorum partem manifestato, plane constiterit. Ordinarius loci, ipsi Sorori causis patefactis dataque eidem plena respondendi licentia, atque responsionibus eius fideliter relatis in actis, omnia acta et documenta transmittat ad S. Congregationem de Religiosis, cum suo et Superioris regularis voto, si monasterium Regularibus sit subiectum.

120. In casu gravis scandali exterioris vel gravissimi nocumenti Communitati imminentis. Soror statim potest nb Antistita, cum consensu sui Consilii et Ordinarii loci, ad sacculum remitti, habitu religioso illico deposito, ita tamen ut res cum collectis probationibus, per ipsum Ordinarium Sanctae Sedis iudicio sine mora subiiciatur.

121. Soror ad normam praecedentium articulorum legitime dimissa, ipso facto solvitur ab omnibus votis religiosis, sive temporariis sive perpetuis.

122. Quae e religione, expleto votorum temporariorum tempore aut obtento saecularizationis induito, egrediantur vel ex eadem fuerint dimissae, nihil possunt repetere ob quamlibet operam religioni praestitam.

123. Supellex tamen et vestes quas Soror secum attulerit. et usu consumpta non fuerint, ei restituantur. Praeterea, si ipsa ex propriis bonis sibimet providere nt>n valeat, monasterium ex caritate eidem dare debet ea quae requiruntur, ut modo tuto ac convenienti domum redeat, ac providere ut. naturali aequitate servata, per ahquod tempus, mutuo consensu vel in casu dissensus ab Ordinario loci determinandum, honeste vivere pos-

Cap. X. De horum Statutorum obligandi vi

124. Omnes et singulae Sorores debent, non solum quae nuncuparunt vota fideliter integreque servare, sed etiam secundum Regulam sui Ordinis et propria Statuta vitam componere, atque ita ad perfectionem sui status contendere.

125. Quae in his Statutis continentur e Codice iuris canonici aliisve Ecclesiae legibus deprompta, conscientiam Sororum ita ligant ut sine culpa violari non possint.

126. Alia vero Statutorum praescripta non obligant ad culpam, sed dumtaxat ad poenam impositam, nisi contemptus adsit vel agatur de rebus quae vota emissa aut ius naturale et divinum aliquo modo tangant,

127. Antistitae onus incumbit notitiam et exsecutionem decretorum Sanctae Sedis, quae religiosas respiciunt. inter Sorores promovendi; item urgendi ut haec Statuta apud illas publice ac integre legantur quater saltem per annum, utque accurate observentur. Ipsa Antistita ab his Statutis eximere non valet, nisi in re mere disciplinari et in casibus particularibus, cum iusta adsit et rationabilis causa.

128. Unicuique Sorori, vel novitiae, tradatur exemplar horum Statutorum, quae continenter et studio et observantia prosequi omnes contendant, ut exinde coronam promereantur aeternam.

II

DECRETUM

Prot. N. 4346/28

Conditio plurimorum monasteriorium Monialium quae defectu laborabant personarum saecularium ad negotia externa obeunda, necessarium fecit ut, annuente in singulis casibus Sede Apostolica. ipsarum rerum externarum expeditio quibusdam Sororibus, quae « externae » vocantur, non raro committeretur.

Hujusmodi porro Sorores eamdem Regulam profitentur et unam eamdemque religiosam familiam constituunt cum Monialibus internis, atque eidem Antistitae obediunt; attamen vota tantum simplicia emittunt, primum quidem temporaria, postea vero perpetua; et non ita severe et stricte sicut Moniales internae, clausuram observant, eo quod ipsis ad explenda externa negotia etiam extra septa domus eis destinatae exeundum est.

lamvero. ad hoc ut talis institutio, ubi necessaria est, absque spirituali ipsarum Sororum detrimento, magis ac magis firma evadat, opportunum visum est ut unicus Statutorum textus ederetur, ab iisdem externis Sororibus servandus. Quam ob rem haec S. Congregatio Religiosorum Sodalium Negotiis praeposita, specialia Statuta ex officio redigenda curavit, atque re mature perpensa, censuit ut ea ad religiosae vitae formam servarentur a praefatis Sororibus, quae, ex speciali induito Sanctae Sedis, servitio externo monasteriorum Monialium iam nunc addictae sunt vel in posterum addicentur.

Porro Sanctissimus Dominus Noster divina Providentia Pius Pp. XI. in Audientia die 24 Iunii 1929 Eximo P. Dno Secretario S. Congregationis de Religiosis concessa. praefata Statuta, ut continentur in hoc exemplari, cuius autographum in Tabulario eiusdem S. Congregationis asservatur, benigne adprobare et confirmare dignatus est, prout vi huius Decreti eadem adprobantur atque confirmantur: salvo iure Ordinariorum adprobandi minutiores dispositiones de ratione vitae, iuxta monasteriorum consuetudines, ipsis Sororibus externis propriae, dummodo tamen Sacris Canonibus aut praesentibus Statutis minime opponantur.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 16 iulii. in festo Commemorationis B. M. V. de Monte Carmelo, anno 1931.—Fr. Alexius Henricus M. Card. Lépicier, O. S. M. *Praef.* Vino La Puma, Secr.

INDEX

		Col.
Cl put	I. - De Sororum externarum fine ac statu.	133J
Cat ct	H. . De Sororum habitatione et regimine ...	1332
Cat ut	IП. - De Sororum externarum cooptatione ...	1332
	I I. - De requisitis pro admissione	1333

Cou
j 2. - De postulatu ... . - 1333
I X - De novitiatu 1333
I 4. « De professione..... ... 1334
I 5. - Dc cessione administrationis. de fructuum dispositione et de testamento..... 1335
Or IV. - De votis et virtutibus respectivis..... 1335
j 1. - Deobedicntia..... 1335
I 2. - Decastitate..... 1336
J 3. - Depaupertate 1336
Cun V. - De Confessione et Communione..... 1336
Cutt VL - De aliis pietatis officiis 1337
Cafct VII. - De quibusdam ad religiosam disciplinam spectantibus..... 1337
f L - De vita communi 1337
f 2. - De abstinentia et ieiunio 1337
I 3. - De silentio aclabore..... 1337
{ 4. - De exitu e monasterio et de litterarum commercio..... 1338
I 5. - De mutua caritate 1338
Cahtt VIII. - De Sororibus infirmis atque defunctis. 1333
Capüt IX. - De Sororum transitu, egressu et dimissione ..... „ ... 1339
Capct X. - De horum Statutorum obligandi vi .. 1310
Duretum 1340

Ad». ·. CREUSEN in NrT 58 (1931) 822-823; F. X. D'AMBROXO in Apoll. 4 (1931) 397-409; N. HILLING in AKKR 113 1933) 441-462; V. LA PUMA in CpR 12 (1931) 426-430; 13 (1932) 246-249.240-252; 14 (1933) 31-157.247.339.407 et in IP 13 (1933) 197-203.298-301; A. VERMEERSCH In PrM 21 (1932) 43·-51·; AOMCap 47 (1931) 296-300; ME 43 (1931) 330-335.

B31 IUL 25.-COM. INTP. RESP. AAS 23 (1931) 388

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

I -Dx CZLEnunO.VT MATRIMONII. 2 - De MATRIMONIIS ACATHOLXcoani. 3 - Dr processu informativo in causis servorum Dh

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coctu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

I. - De celebratione matrimonii

D. An *ad physicam parochi vel Ordinarii absentiam,* de qua in interpretatione diei 10 Martii 1928 [LE 822] id canonem 1098, referendus sit etiam casus, quo parochus vel Ordinarius, licet materialiter praesens in loco ob grave tamen incommodum celebrationi matrimonii asistere nequeat requirens et excipiens contrahentium consensum.

R. *Affirmative.*

II - De MATRIMONIIS ACATHOLICORUM

D. Utrum interpretatio diei 20 Iulii 1929 [LE 918] ad canonem 1099 § 2 sit declarativa an extensiva.

R. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

III. - De processu informativo in causis servorum dei

D. An canon 2039 § 1 sit ita intelligendus ut competens sit ad processum informativum in causis Servorum Dei instruendum etiam Ordinarius loci, in quo testes utiliter examinandi sunt.

R. Standum praescripto eiusdem canonis 2039 § 1, seu *negative.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 25 mensis Iulii anno 1931.—P. Card. Gasparri. *Praeses.* I. Bruno. *Secr.*

Adn. A. BENTLEY in CR 2 (1931) 446-448: 1. CREUSEN In WT 58 (1931) 827-830; V. JELICIC In IP 15 (1935) 126: > MAROTO in Apoll. 4 (1931) 381-383; REGATILLO n. 556.560; *f.* R05ERTI In Apoll. 4 (1931) 383; IP 11 (1931) 255-256; MI 43 (1931) 269 270. PrM 21 (1932) 42-45.

1931 IUL 28.-SC CONC-, DECR. AAS 23 (1931) 335-337

De HABITU ECCLESIASTICO A CLERICIS DEFERENDO

Prudentissimo sane consilio ab Ecclesia provisum est, ut clerici, in sortem Domini vocati, per decentiam habitus extrinseci, intrinsecam morum honestatem ostendant et a laicis etiam habitu secernantur. Qui quidem habitus, quamquam, pro diversis temporibus et locis, non unam praetulerit formam et colorem, semper tamen proprium quid ac singulare clericali ordini congruum retinuit ac retinet, quo tamquam *habitus ecclesiasticus* seu clericalis et nominetur et habeatur.

Disciplina in hac re vigens continetur in canone 136 § 1 Codicis iuris canonici his verbis: « Omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta, deferant; tonsuram seu coronam clericalem, nisi recepti populorum mores aliter ferant, gestent, et capillorum simplicem cultum adhibeant >.

Porro huic Sacrae Congregationi Concilii exploratum est non omnes clericos, in nonnullis praesertim regionibus, memorati canonis disciplinam servare. Sunt enim qui, propriam dignitatem et honorem clericalem parvi pendentes, contra legitimam consuetudinem et Ordinarii loci praescripta, vestes etiam publice, tum forma tum colore, prorsus laicales deferant, nec ipsam tonsuram clericalem gestent Ex quo facile sequitur, ut populus Christianus erga coetum clericalem debitum obsequium minuat et clerici ipsi sese periculo exponant non solum agendi ea quae a statu clericali sunt aliena et indecora; sed etiam, quod Deus avertat, e suo statu omnino deficiendi. Nec desunt sacerdotes, qui habitu, quem supra diximus, utuntur etiam in ecclesia in sacris peragendis, in sede confessional!, in Missa celebranda, in Ssma Eucharistia distribuenda./ 337

lamvero ad omnes abusus in hac re removendos et ad disciplinam ecclesiasticam firmandam atque urgendam, haec Sacra Congregatio Concilii praesenti decreto mandat, ut omnes clerici, praeter clericalem tonsuram, decentem habitum ecclesiasticum publice semper, non excepto tempore aestivarum vacationum, deferant, habitum scilicet, quem legitima consuetudo et Ordinarii loci praescriptum in propria regione ordini clericali congruentem agnoverint

Insuper eadem Sacra Congregatio sacerdotes graviter monet ut religiosissime servent etiam praescriptum canonis 811 5 **1**:« Sacerdos, Missam celebraturus, deferat vestem convenientem quae ad talos pertingat »: qua quidem veste curandum est ut sacerdotes utantur etiam in Sacramentis publice ministrandis. Parochi et rectores ecclesiarum in sua quisque ecclesia ad celebrandum Missae sacrificium sacerdotes ne admittant nisi sint, iuxta praescriptum canonis 804 § 2. ecclesiastica veste induti, veste nempe de qua in canone 811 § 1.

Ut vero praesens decretum ab omnibus, ad quos spectat, adamussim servetur, eadem Sacra Congregatio peculiarem Ordinariorum locorum diligentiam atque vigilantiam excitat, qui, si casus ferat, in renitentes animadvertant ad normam canonum 136 ? 3, 188 n. 7, 2379 Codicis iuris canonict

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 28 Iulii anno 1931.—I. Card. Serafinx. *Praef.* I. Bruno. *Secr.*

Adn. A. BENTLEY in CR 2 (1931) 448: J. CREUSEN M NrT 59 (1931) 820-821; A LARRAONA In CpR 12 (1931) 432-434 et In Apoll. 4 (1931) 343-345: IP 11 (1931) 253; ME 43 (1931) 263-264: PrM 21 (1932) 27-28

1931 AUG 1.-SC SACR. INSTR AAS 23 (1931) 413-415

INSTRUCTIO

Ad EXCELLENTISSIMOS EPISCOPOS. QUOAD DISPENSATIONES SUPER IMPEDIMENTO CONSANGUINITATIS IN PRIMO LINEAE COLLATERALIS GRADU MIXTO CUM SECUNDO IMPETRANDAS

Sat frequentes ad hanc Sacram Congregationem de Sacramentis perveniunt pluribus ex dioecesibus suppU-

ces libelli, ad impetrandas matrimoniales dispensationes super impedimento consanguinitatis in primo gradu lineae collateralis, mixto cum secundo.

Haud semel eadem Sacra Congregatio, arrepta occasione, de hac tam lamentabili re Revmos Ordinarios singillatim commonefacere non praetermisit: at, spectata eiusdem rei frequentia, quae magis in dies de loco in locum, contagii Instar, diffundi conspicitur, opportunum ducit nonnullas statuere normas, quibus Exmi Praesules innixi, pro sua pastorali sollicitudine, idoneis utantur modis, ad cohibenda efficaciter atque refraenanda eiusmodi suorum subditorum postulata, quae leviter nimis saepe exhibentur.

Ad eiusmodi coercendam frequentiam, optimam queunt eamque utilissimam conferre opem Rmi Parochi, rite ac tempestive christifideles sibi subditos edocendo, praesertim in explananda catechesi et in concionibus habendis. Ecclesiam nempe matrimonialia statuisse impedimenta, ut familiarum rectae constitutioni et ordinationi, sobolisque procreationi et institutioni aptius foret consultum. Quapropter eosdem fideles avertere conentur a dispensationibus matrimonialibus nimis facile postulandis, praecipue si impedimenta maioris gradus respiciant, nisi vere graves/ urgentesque causae id suadeant; hisque exstantibus valde prudens erit si ecclesiasticae auctoritati, per parentes praesertim aut per parochum, prius ipsae patefiant, quam matrimoniales intercedant promissiones, atque in vulgus diffundantur.

Hac eadem super re Sedes Apostolica non destitit, prouti temporum necessitas postulabat, canonicas praescriptiones iam editas, et in primis Concilii Tridentini statuta, ad observantiam revocare, uti contigit saeculo elapso per Chirographum f. r. Gregorii XVI Summi Pontificis, diei 22 Nov. 1836 [IPPF v. 5 p. 165-167], cuius praescripta, quoad impedimentum de quo agitur, adhuc in suo robore permanere procul dubio dicenda sunt, sive quia Codex iuris canonici eadem nullatenus immutavit, sive quia haec Sacra Congregatio integre atque assidue huiusmodi servavit praxim, sibi ab Apostolica Dataria transmissam.

Quamobrem Exmos Praesules in Domino monemus, ne faciles se praebeant in excipiendis et commendandis precibus nupturientium, qui tales dispensationes impetrare intendunt, in primis enim animadvertenda et cavenda sunt pericula diversaque incommoda, quibus obnoxii reperiuntur oratores tam arcto necessitudinis vinculo detenti, atque saepe notabili inter se aetate dissimiles. Equidem hisce in casibus coniugalis conversatio perraro pacifica atque constanter stabilis perseverat: unde consequitur, familiae compaginem haud firmam permanere, graviaque damna etiam physica in filios ac nepotes redundare, in quos, praeter cetera, uti tradunt viri sapientes atque ipsi egregii physiologicae artis vere periti, hereditaria parentum vitia dimanant tum physica tum moralia, ac ut plurimum etiam in filiis ingravescentia.

Meminisse praeterea iuvabit, nimiam adhibere indulgentiam in talibus dispensationibus concedendis — uti iam probe cavit praefatus S. P. Gregorii XVI Chirographus — idem esse ac occasionem praebere, imo fovere, qua debita minuatur observantia et morum castimonia, quae intercedant oportet cum personis tam arcto sanguinis vinculo adstricfis, in familiari conversatione vitaeque intima consuetudine. Nullus igitur est qui non perspiciet quantum intersit ne impedimentorum matrimonialium disciplina, quae coniugii dignitatem ac sanctitatem tuetur, crebris eiusmodi dispensationibus labefactetur, cum potius tectam sarctamque servare plurimum oporteat ad probos tuendos mores, ad pacem familiarum fovendam, atque ad bonum rei publicae quoque civilis provehendum.

Eas proinde solummodo iustas et congruenter graves habeant causas Exfhi Praesules in memoratis dispensationibus efflagitandis, quae ob canonicas praescriptione», aut ob diuturnum usum iugiter a S. Sede servatum. uti legitimae aestimantur, prout sunt v. g. remotio notabilis scan/dali, compositio gravium quaestionum in successione bonorum, aut resolutio implexarum vel valde miserarum conditionum familiarum. Ideoque ad rem haud jmfficere censeant suetas, quae pro ceteris impedimentis etiam maioris gradus adducuntur, causas: nempe angustiam loci, aetatem mulieris superadultam, carentiam dotis et similia, excepto casu quo eaedem, non singillatim sed cumulative sumptae, tam grave pon-| dus efforment, ut dispensationem suadeant, iuxta regulam iuris « singula quae non prossunt, simul collecta iuvant ».

In posterum itaque Exmi ac Revfni dioecesium Pastores atque Rectores eos tantummodo excipiant et commendent supplices libellos pro dispensationibus super memorato impedimento impetrandis, qui causis vere canonicis, sensu iam explicato, roborentur, eosdemque ipsi Exmi Episcopi ne graventur litteris ad rem nu *manibus confectis commendare,* quoties id sine gravi incommodo fieri contingat, quibus pro suis quisque subditis referre debet, una cum ipsorum aetate, canonicas causas in unoquoque casu concurrentes, ceterasque adiuncta, quibus spectatis gratiam dispensationis opportunam in casu fore censeat. Id autem probe animadvertant Exfhi Episcopi, *huiusmodi preces temper esse saltem sua manu subscribendas et speciali modo commendandas,* quotiescumque nempe litteras commendatitias suis manibus exarare non valeant.

Romae, ex aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 1 Augusti 1931.—M. Card. Lega, Episc. Tusculanus, *Praef.* D. Jorio, *Secr.*

Adn. A. BENTLEY in CR 2 (1931) 550-551; J. CREUSEN h NrT 58 (1931) 934-935; Ph. MAROTO in Apoll. 4 (1931) 339-341; IP 11 (1931) 260; PrM 21 (1932) 33.

1046

1931 AUG 1.-SC RITUUM, DECL. PART.·

Extenditur ad sodales tertii ordinis regularis s. **FRANCISCI DECLARATIO SC RIT. DIEI 7 IUN. 1919 QUOAD ABSOLUTIONEM GENERALEM**

Hodiernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI humillime exposuit quod S. Rituum Congregatio sub die 7 iunii 1919 ILE 186], ad tertium quaesitum ipsi propositum pro solutione a RR. PP. Minoribus Capuccinis, declaravit: Religiosos primi et secundi Ordinis franciscalis lucrari Indulgentiam plenariam simul cum absolutione a censuris, casu quo praesentes se habeant in ecclesia aut oratorio, ubi publice Tertiariis saecularibus Absolutio generalis impertitur sub formula *Intret oratio,* supposito quod ea die commode recipere amplius non possint Absolutionem generalem sub formula Ne reminiscaris. In textu huius concessionis non comprehenduntur Tertiarii utriusque sexus vitam communem sub tribus votis religiosis degentes, pro quibus tamen gratia magis adhuc necessaria esse videtur. In nonnullis enim regionibus plurimae parvae communitates seu domus Sororum Tertiariarum in paroeciis ruralibus existunt, ubitresvel quatuor Sorores instructioni infantium et puellarum vel curae infirmorum incumbunt. Istae Sorores in suis domibus oratorium quidem habent pro suis piis exercitiis at, ob penuriam Sacerdotum, Missa ibidem ordinarie semel tantum in hebdomada celebratur, dum reliquis diebus, praesertim dominicis et festivis, in ecclesiae paroeciali Missae et reliquis sacris functionibus assistere debeant Talibus etiam diebus pro obtinenda Absolutione generali destinatis ad parochos recurrere debent qui Tertiariis quidem saecularibus suae paroeciae Absolutionem vel Benedictionem cum Indulgentia plenaria publice Impertiri solent, at saepius difficulter tantum moventur, ut etiam paucis Sororibus alteram absolutionem generalem cum formula *Ne reminiscaris* impertiantur. Saepe istae Sorores gratiis Absolutionis generalis carere debent

His praemissis ad instantiam Superiorissarum plurium Congregationum Tertii Ordinis, supradictus Procurator Generalis ab eodem Sanctissimo Domino Nostro instanter imploravit benignam extensionem praefatae declarationis vel gratiae ad sodales Tertii Ordinis regularis, quatenus ipsi in expositis circumstantiis versantes omnes gratias Absolutionis generalis lucrari valeant sicut religiosis primi et secundi Ordinis in praefato Rescripto diei 7 iunii 1919 a Sacra Rituum Congregatione concessum est.

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum albi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, benigne annuit pro gratia extensionis praefati privilegii in casu ct ad effectum de quo agitur, servatis de cetero omnibus de iure servandis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 augusti 1931.—C. Card. Laurenti, S. R. C. *Praef.* A. Cariae!. S. *R.* C. *Secr.*

• Ordini Fritrum Minorum: AOFM 50 (1931) 275.

1047

1931 AUG. 4.-SC CONC.» DECR. AAS 23 (1931) 337-338

Circa alcune formule del catechismo di pio x

Con Farticolo 34, comma 1, dei Concordato Lateranense sono stati riconosciuti in Italia gli effetti civili al Sacramento dei matrimonio, disciplinato dal Diritto canonica

In seguito a tale riconoscimento si rende necessaria la modificazione di alcune formule del *Catechismo della* doltrina cristiana *di Pio Pp. X,* il cui testo con Lettera apostolica dello stesso Pontefice dei 18 Ottobre 1912 (AAS 4 (1912) 690-692] è stato prescritto nella diocesi e provincia ecclesiastica di Roma, e raccomandato nelle altre diocesi d'Italia. Pcrciô questa Sacra Congregazio-
J3f ne dei/ Concilio, con Fapprovazione del Santo Padre, ha stabilito che alie attuali formule che si trovano nel testo dei predetto Catechismo, edizione vaticana, sotto numeri 408-412, siano sostituite le seguenti:

‹ 403. *Come* si *contrae il matrimonio?*

« R- D matrimonio si contrae esprimendo il mutuo consenso davanti al parroco, o a un sacerdote suo delegato. cd almeno a due testimoni.

‹ 409. *II matrimonio celebrato in questa forma consegue* in *Italia anche gli effetti civili?*

‹ R. II matrimonio celebrato in questa forma conjegue in Italia anche gli effetti civili, perché lo Stato itabano riconosce tali effetti al Sacramento dei matrimonio.

‹ 410. *II matrimonio cosi celebrato come consegue* R Italia *anche gli effetti civili?*

t R. II matrimonio cosl celebrato consegue in italia anche gli effetti civili, mediante la sua regolare trascritonc nei registri dello stato civile, fatta a richiesta dei parroco.

411. Gli *sposi cattolici possono compiere anche il matrimonio civile?*

‹ R. Gli sposi cattolici non possono compiere il matrimonio civile né prima nè dopo il matrimonio religioso: che se lo osassero, anche con Fintenzione di celebrare in appresso il matrimonio religioso, sono dalla Chiesa considerati come pubblici peccatori.

‹ 412. *Gli sposi nel contraire* il *matrimonio debbano essere in grazia di Dio?*

‹ R. Gli sposi nel contrarre il matrimonio debbono essere in grazia di Dio, altrimenti commettono un sacrilegio ».

Roma, dalla Segreteria della stessa Sacra Congregazione dei Concilio, 4 agosto 1931.—G. Card. Serafini. *Prefetto G.* Bruno, *Segrctario.*

Ada. J. C. in NrT 58 (1931) 821; PrM 21 (1932) 29-30.

1048

1931 AUG 5.-SC CAER. DECR. AAS 23 (1931) 385-387

DECRETUM

Super controversia inter ordines melitensem
ET SANCTI SEPULCRI

Emi Patres Cardinales de gremio Sacrae Congregatonis Caeremonialis in peculiarem Coetum a Ssmo D. N. Pio Papa XI delecti ut de ipsorum voto controversia dirânerelur Supremum Ordinem Militarem Hierosolymitanum Melitensem inter et Ordinem Equestrem S. Sepulcri exorta, ex eo quod huic Ordini a S. O. M. H:er. Melitensi publica actio, quod sane dolendum fuit, denunciata est:

inspectis diligenterque perpensis libellis instrumentisque utrimque productis iisque omnibus, quae, post deductionum et documentorum inter Partes commutationem, ab altera Parte contra alterius argumenta opposita sunt,

excussis novissimis de hac re pontificiis documentis, videlicet Litteris Apostolicis datis: a Pio IX, d. 24 Ian. 1868 *Cum multa* [Acta Pii IX Pars. I v. 4 p. 391-396]; a Leone XIII. d. 3 Aug. 1883 Venerabilis *Frater Vincentius* [Acta Leonis XIII v. 8 p. 282-283]; a Pio X, d. 3 Maii 1907 *Quam multa* [ASS 40 (1907) 323-324]; a Pio XI. d. 6 Ian. 1923 *Decessores Nostri* [LE 609).

illud pro certo habentes, quod huiusmodi documenta, in universum sumpta, tamquam novum Equestris Ordinis S. Sepulcri fundamentum hodie haberi debent.

innixi potissimum memoratis Ssmi D. N. Pii Papae XI fel. regn. Litteris Apostolicis, vi quarum:

a) Magnum Magisterium Ordinis Equestris S. Sepulcri. a Pio X constitutum atque ‹ uni Pontificis Summi Personae » reservatum, edicitur ‹ cxtinctum seu penitus abolitum »;

b) idem Ordo Equester S. Sepulcri « sub benigna protectione Apostolicae Sedis » ponitur;

c) Excmus Patriarcha Hierosolymitanus Latinus pro tempore constituitur *Ordinis Equestris S. Sepulcri Rector atque Administrator perpetuus* eidemque instituendi novos Equites fit potestas, non quasi a Summo Pontifice delegata, sed vi muneris et auctoritatis quibus ipse ad rem fungitur;

d) aperte declarantur nullius roboris et vi omni destituta quaecumque pontificia documenta praeteritis temporibus, ante Pium IX, Equestris Ordinis S. Sepulcri favore data sint;/

unanimes in hanc sententiam conveneiunt: « Equestrem Ordinem S. Sepulcri, iuxta memoratas Litteras Apostolicas d. 6 Ian. 1928 datas, a Pio Papa IX *ex novo* constitutum censeri per Litteras Apostolicas datas d. 24 Ian. 1868; ac proinde:

« a) quidquid est de historica Ordinis originum quaestione, nullo modo ad documenta posse provocari ante diem 24 Ian. 1868 edita;

‹ b) quapropter Ordinis denominationem eam esse retinendam quae in memoratis Litteris constitutivis statuta est, videlicet: *Ordo Equester S. Sepulcri* appellationibus *Sacro, Militari, Hierosolymitano* expunctis;

« c) Excmo Patriarchae Hierosolymitano Latino — cum illi in eisdem Pii XI Litteris haec una denominatio data sit: *Rector atque Administrator Ordinis* ‹ *perpetuus* — perperam attributum esse titulum *Magni Magistri,* itemque privato tantum arbitrio Ordinis Equestris S. Sepulcri personam gerentes appellatos esse *Bajulivos* seu vulgo *Bali* ».

Ssmus autem D. N. Pius Papa XI. in audientia infrascripto Secretario d. 27 Iulii a. 1931 impertita, audito eorundem Emorum Patrum, in peculiarem Coetum ad hanc quaestionem componendam delectorum, voto: ne quae contra ius hisce postremis temporibus inducta sunt inolescant penitus, utque duo hi Ordines, tam bene de Ecclesia meriti, suis quisque in finibus, egregiis maiorum vestigiis insistentes, illustria facinora pro Ecclesia cumulare pergant, ipsorum Emorum Patrum sententiam approbare dignatus est atque haec quae sequuntur observanda suprema Sua auctoritate decrevit:

1. Ad publicam Ordinis Equestris S. Sepulcri denominationem adiiciatur *ultimo loco, ex* gratiosa Ssriri D. N. Pii Papae XI concessione, appellatio: ‹ Hierosolymitani » atque ideo legitima Ordinis appellatio exinde haec esto: *Ordo Equester S. Sepulcn Hierosolymitani.*

2. Exemi Patriarchae Hierosolymitani Latini appellatio eadem esto quae in memoratu» Pii XI Litteris statuta est. videlicet: *Rector atque Adminstrator Ordinis perpetuus.*

3. Quapropter omnino vetatur ne in posterum Ordo Equester S. Sepulcri Hierosolymitani titulum usurpet *Sacri Militaris Ordinis Hierosolymitani* itemque ne Excmo Patriarchae Hierosolymitano Latino titulus *Magni Magistri* aut Ordinis Delegatis titulus Bajuliri tribuatur.

4. Spectatis Ordinis Equestris S. Sepulcri Hierosolymitani in Sedem Apostolicam promeritis, quo tutius, ad maius eiusdem Ordinis Equitum decus, provideatur ut equestria insignia ab iis Civitatibus publice agnoscantur, quae cum Sede Apostolica coniunctionem amice fovent, edicitur ut quotiens Excfhus Patriarcha Hie-

387 rosolymitanus Latinus novos Equites/ instituerit, eorum nomina cum Apostolica a Brevibus Cancellaria communicet; quae, ubi nihil contra excipiendum censuerit, designationes huiusmodi ln acta referat ac diplomata suo sigillo formulaque « visai obsignet, cum haec omnia ad huiusmodi publicam tituli agnitionem sint necessaria.

5. Excdli Patriarchae Hierosolymitani Latini, Ordinis Rectoris atque Administratoris perpetui, personam gerentibus ex suprema Summi Pontificis potestate *Locum Tenentium* appellatio tribuitur, iisque solis *Excellentiae* titulus conceditur.

6. Ordinis Equestris S. Sepulcri Hierosolymitani statuta. ad huius decreti nonnam conscribenda. Sacrae Conjp-egationis Caeremonialis adprobationi, antequam publici iuris fiant, erunt subiicienda.

In contrarium non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Caeremonialis, die 5 Augusti anno 1931.—I. Card. Grazrro Pignatelli di Belmonte, Ep. Ostiensis et Albanensis, *Praef.* B. Nardone. *Secr.*

Adn. **A. BENTLEY In CR 2 (1931) 552; J, G in NrT 58 (1931) 823; ME 43 (1931) 265-268. Huius decreti venio inIka edest •pud AAS 23 (1931) 519-521.**

1049

1931 AUG 15.-SC STUDIORUM, LIT. CIRC. PART.·

Inscriptio clericorum in universitatibus civilibus

Eccellenza Reverendissima, Sono note a Vostra Eccellcnza Revma le norme che rcgolano l'iscrizione degli Ecclesiastici aile Université civili.

Esse sono principalmente contenute:

1® nella istruzione data dalla Sacra Congregazione dei Vescovi e Regolari il 21 luglio 1896 [ASS 29 (1896-97) 359-3641 e confermata dal S. Ponteficc Pio X. di s. m.. nell'Enciclica *Pascendi dominici gregis* dei 7 settembre 1907 [ASS 40 (1907) 593-650] e nel Motu proprio *Sacrorum Antistitum* del 1® settembre 1910 (AAS 2 (1910) 655-680];

2» nel Decreto emanato dalla Sacra Congregazione ConcistorLalc il 30 aprile 1918 (LE 88],

A tali Norme la Santità di Nostro Signore Pio Pp. XI ha ordinato che sia aggiunta la seguente:

Nessun Ecclesiastico tanto dei clero secolare che di quello regolare — e nessuna Religiosa — potrà d'ora innanzi chiedere l'iscrizione ad Istituti civili *di studi superiori, senza* avwz ottenuto *in antecedenza, per* il tramife *dei rispettivi Superiori,* il ‹ *Nulla osta* » della *Sacra Congregazione dei Seminari e* delle University degli Studi.

Notif.co a Vostra Eccellenza Revma che deve essere prefcrita per gli Ecclesiastici lUniversità cattolica del Sacro Cuore di Milano, e per le Religiose l'Apostolico Lstituto del Sacro Cuore in Castelnuovo FoglianL

Con particolare ossequio mi professo di Vostra Eccellcnza Revma devrho per servirla, Gaetano Card. Biεlet I, *Prefetto.* Ernesto Ruffini, *Segretario.*

• **tactirlitoa de Statibus perletHonis, Room 1949. n. 362.**

1050

1931 AUG 31.-SC SACRAMENTORUM, LIT. PART.·

Dr U>U PATINAE IN DISTRIBUENDA SACRA COMMUNIONE

Rome, 31st August. 1931.

Moit Excellent and Moil Reverend Lord. This Sacred Congregation of the Sacraments has given mature consideration to the petition sent by You In Your own name and m that o! all the Ordinaries of England and Wale·, to obtain, by renson of certain inconveniences or difficulties which nnw. the faculty of allowing the distribution of Holy Communion in the old way which obtained in England before the Instruction Dominus Salvator ILE 8921. that w. without the Communion plate. Similar petitions have been presented by other. though few. Ordinaries; and Our Most Holy Lord Pope Pius XI. to whom the petitions were referred, being of the opinion that the objections against the aforesaid regulation are not so weighty that they cannot in course of time be overcome, especially by explaining to the faithful in a suitable manner the reasons for such a precept, commanded that the use of the Communion plate should be introduced in religious houses and gradually spread among the churches.

The reason for this ordinance is urgent and evident For it is the Catholic teaching that fragments of the Sacred Species contain the whole body of Jesus Christ, no less than unbroken particles do; therefore too much care and skill can not be used to prevent the sacred fragments from being lost or trodden under foot

Hence the devotion of the faithful themselves spontaneously introduced the use of the Communion plate, and since happily the faithful approach the sacred banquet in greater numbers every day. this Sacred Congregation has approved the use of the plate and ordered it to become general. To this decision the Roman Pontiff has lent his authority and command. To render the use of the plate easier, this Sacred Congregation has more than once declared it to be in harmony with its wishes *(menti conforme)* that the plate itself be presented to the faithful and held under the chin by clerics or servers assisting the priest, provided they observe requisite care in the use of the plate, not inverting it in any way: it will be the duty of those who have charge of souls to instruct the servers on this point. Also, if the faithful, while holding the plate under the chin, are unable to raise the Communion cloth with their own hands, it may conveniently be left, duly arranged or spread (rite dispositum), as an adornment of the sanctuary.

To collect the fragments from the Communion plate, they may be taken up singly, leaving aside extraneous matter *(sordibus relictis),* or, if there is no time to spare, the purifying of the plate may be put off to another time.

So well known, however, is the devotion of the Catholics of England to the Most Divine Sacrament, and so ardent and wise the zeal of their Hierarchy, that it may be counted as certain, that what has been shown to conduce still more to fostering and showing devotion to the Eucharist, will not henceforth prove difficult, or be so considered.

To Protestants themselves this will set an example, and awaken their admiration, since they will hold in higher regard Cattolics who so seriously and devoutly handle and administer the Divine Mysteries and participate in them.

Respectfully I declare myself Most devoted In our Lord To Your Most Reverend Excellency.—M. Card Lega, Bishop of Tusculum, *Prefect.*

• **Ordinario Liverpolitano: CR 3 (1932) 431-432.**

1051

1931 SEP I.-SC SACRAMENTORUM, INDULT. PART/

Facultas audiendi confessiones extra proprlam **DIOECESIM ET CELEBRANDI EXTRA LOCA SACRA**

Preces - *Beatiss:mo Padre,* L'Ordinario *Castrense* ed Ispettore Generale per l'Assistenza Religiosa alΓO. N. B. *(Opera Nazionale Balilla)* prostrato al bacio del S. Piede, umilmente implora le seguenti facoltà e cioè:

1. Di poter dare la facolté ai Cappellani dellO. N. B od a chi ne fa le veci, purchè abilitati ad ascoltare le confessioni nella propria Diocesi. di confessare i Bahlli ed Avanguardisti e loro Superiori e di predicare anche fuori della propria Diocesi, previo avviso al Vescovo locale, se vi è l'opportunité di darlo.

2. Che quando i Reparti dcll'O. N. B. sono accampati per più giorni, il Cappellano, per dare la possibilité almeno ai migliori ira i giovani di assistere alla S. Mcsea anche nei *giorni feriali,* e di accostarsî ai Sacramenti. pos?a celebrare *nel* Campo, non aU'aperto, ma in un luogo convenientemete riparafo ed adibûo esclusivamente ‹j questo uso.

Rccr. - Ex audientia SS.mi diei 1 scptembris 1931: SSmus Djius Noster Pius Papa XI audita relatione infrascripti Card. Praefecti S. Congregationis de Sacramentis, attentis expositis: ad 1— gratiam indulget iuxta petita, dummodo sacerdotes nedum sint a propriis Ordinariis probati ad Sacras Confessiones audiendas sed etiam habeant bonum testimonium de moribus cec non idoneitatis ad Ministerium exercendum pro Juvenibus, ut plurimum satis excultis, sed non in re religiosa; monito, quatenus fieri possit, Ordinario Loci.

Ad †· gratiam indulget iuxta petita, remota tamen quacumque scandali aut admirationis occasione et cauto praesertim ne SS. Mysteria irreverentiis aut irrisionibus exponantur.

Praesentibus valituris ad triennium.—M. Card. Lega Ep.us Tusculan., *Praef.* D. Iorio, *Secr.*

• **Ord.nario Ccstrensi in Itolio: ME 44 (1932) 195.**

1052

1931 SEP 4.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

Ad sananda matrimonia mixta requiritur certitudo **MORALIS DE CATHOLICA EDUCATIONE UNIVERSAE PROLIS**

S. C. de Prop. Fide in responsione ad Delegatum Apostolicum in Turearum republica, data die 4 septembris 1931, non admittens petitam sanationem in radice, addit: ‹ *iuxta ultimas dispositiones S. Officii* (LE 979] r.on *posse sanari in radice mixta coniugia, nisi habeatur moralis certitudo partem acatholicam universae* prolij *tam natae quam nasciturae catholicam educationem non esse impedituram* ».

• **Delegato Ap in Turcharum gentibus: P. GASPARRI, De m» triaxiBio. ed. 1932, n. 1224, Vol. II p. 269.**

1053

1931 SEP 26,-PIUS XI, LIT. AP. AAS 24 (1932) 225

Erigitur delegatio apostolica in bulgariae regno

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum exigat Apostolicum munus, quo in terris fungimur, ut populorum boco, quantum in Domino possumus consulamus, eosdem strictiore vinculo Nobis atque huic Sanctae Sedis contangere, data opportunitate, nitimur. Qua propter cum am anno mdccccxxv in territorium Regni Bulgariae Praelatum titulo ac munere Visitatoris Apostolici decoratum atque episcopali dignitate insignitum miserimus. et nunc ad res religiosas melius ibidem provehendas peropportunum videatur eodem in Regno Delegationem Apostolicam constituere atque erigere, auditis quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui tum Sacrae pro Ecclesia Orientali Congregationi, tum Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi rant, haec quae sequuntur decernenda existimavimus. Nmirum, auctoritate apostolica Nostra, praesentium Litterarum tenore, pro toto Bulgariae Regno ex nunc Delegationem Apostolicam erigimus et constituimus, e;que omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Delegationum propria sunt.

Haec, quae in bonum nobilissimae Regni Bulgarie! gentis fore confidimus, in Domino statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iu&ter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Delega-Uoni Apostohcae per Nos in Bulgaria constitutae nunc et in posterum suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, «cienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Septembris anno mdccccxxxi. Pontificatus Nostri decimo.—E. Card. Pacellt, α *Secretu Status.*

1054

1931 OCT 15.-SC CONCILII, INDULT PART.·

Facultas dispensandi a lege ieiunii et absttnentlae

Your Excellency: The Sacred Congregation of the Council, in a letter dated 15 October. 1931. informs me that, in view of the difficulties experienced by the faithful in observing the laws of fast and abstinence on civil holidays, His Holiness, Pius XI, in the audience of 5 October, 1931, granted to all the Ordinaries of the United States, *ad quinquennium,* the faculty to dispense their subjects from the laws in question whenever any of the civil holidays now observed occurs on a day of fast and or abstinence.

The Most Reverend Ordinaries, in dispensing on such occasions, will please inform the faithful of this Induit of the Holy See and exhort them, in view of the dispensation, to make some offering, especially in favor of the poor.

With sentiments of highest esteem and best wishes, I remain, Sincerely yours in Christ, P. Fumasoni-Biondi, Archbishop of Dociea, Apostolic *Delegate.*

• **Ordinariis S. F. Americae Septemtnonalis: ER 86 (1932) 65**

1055

1931 OCT 17.-SC RITUUM, RESP. PART.·

Consecratio altaris ex pluribus laminis lapidis compositi est invalida

BRUNEN.

Ordinarius Brunensis Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, sequentia dubia humillime proposuit:

1. Utrum valida sit consecratio altaris immobilis, cuius mensa, contra praescriptum can. 1198 C. J. C.. non constat ex unico lapide naturali, sed e duabus vel tribus laminis lapidis naturalis super se positis et cemento ita iunctis ut appareat sicuti unicus lapis naturalis?

2. Utrum in tali altari, per nefas consecrato. S. Missa celebrari possit?

Et Sacra eadem Congregatio, re mature perpensa, respondere censuit:

Ad 1. Consecratio altaris invalida fuit.

Ad 2. Pro celebratione Missae stetur can. 822 Codicis J. C. Atque ita rescripsit et declaravit, dic 17 Octobris 1931.—C. Card. Laurenti, S. R. C. *Praef.* Hcnricus Dante, *Subst.*

* **Ordirwio Brunensi, Fret. N. 81/1931: AKKR 112 (1932) 601. Adn. REGATILLO n.591.**

1056

1931 OCT 26.-SC RITUUM, RESP. PART.·

Indulgentiae in consecratione altaris conceduntur ab episcopo delegante et promulgantur a delegato

LIMBURGEN.

Hodiernus Episcopus Limburgensis Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, sequens dubium proposuit: An delegatio sacerdotis ad altare fixum consecrandum secundum Ritum Pontificalis Romani, data ex facultate quinquennali, etiam contineat delegationem validam ad Indulgentiam concedendam vi can. 1166, 3 CJC, et quatenus negative, an ipse Episcopus Ordinarius loci, qui sacerdotem delegat ad altare fixum consecrandum intelligi possit tamquam Episcopus consecrator secundum mentem praefati can. 11«J. 3 CJC.?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, roque mature perpensa. respondendum censuit: Indulgentiae in consecratione altaris con-

ceduntur ab Episcopo qui altare consecrat, vel consecrare deberet» et tantum promulgantur ab ipso delegato.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 26. Octobris 1931.—Alfonsus Cannei. S. C. R.» *Secr.*

• Ordisxrio Umburçensi.Prof. N. I 54/931: AKKR 113 (1933) 1I5-П6.

1057

1931 NOV 1.-SC RITUUM, DECR. AAS 23 (1931) 447-450

VARIATIONES

Faciendae in rubricis kalendarii, breviarii ac **MISSALIS ROMANI**

L - Ix KALDnumo

In Kalendario, ad calcem mensis Mail, supprimatur: • Feria VI post Octavam... Duplex I classis

П. - IN BREVIARIO ROMANO

In additamentis ct variationibus TiL ПI. De Octavis. n. 2. post verba " Octava Ascensionis ", addatur " atque Sacratissimi Cordis lesu ".

In tit VI, De concurrentia *Festorum,* n. 4. expungantur verba " Attamen in dic Octava Sacratissimi Cordis lesu ".

In tiL VU, Dc Commemorationibus, n. 5. post verba " de die inIra Octavam Nativitatis Domini vel Ascensionis " addatur " vel Sacratissimi Cordis lesu

Feriae privilegiatae ita enuntientur: * Feria quarta Cinerum. Feriae omnes Maioris Hebdomadae ",

Inter duplicia I classis primaria post Festum Sanctissimi Corporrs Christi, addatur " Festum Sacratissimi Cordis lesu ".

Expungatur " Duplex I classis secundarium

Post festa feriata: " Festum feriatis aequiparatum. M Festum SsAi Cordis lesu

Octavae III ordinis ita enuntientur: " Octava Nativitatis Domini. Octava Ascensionis Domini. Octava Sacratissimi
443 Cordis lesu "./

In tabella occurrentiae loco " 0 ", quod legitur in interferentia Vigiliae cum dic infra Octavam III ordinis, ponatur " 4

Inter *Notanda in praecedentes tabellas n.* 13, expungantur verba " et tunc in II Vesperis, sine ulla Commemoratione

In Ordinario divini Officii, quoties m rubricis legitur " ac Ssihi Corporis Christi dicatur ** SsjTu Corporis Christi ac Sacratissimi Cordis lesu

Ibidem, in Rubrica ante Lectionem brevem Dominus *autem dinyat,* loco verborum M a Fena VI post Octavam Sanctissimi Corporis Christi ", dicatur " a Dominica IV post Pentecosten ".

In Psalterio Breviarii Romani, quoties in Rubricis legitur " in Dominica III ct reliquis post Pentecosten ", dicatur " in Dominica IV et reliquis post Pentecosten ".

Ibidem, quoties in Rubricis legitur " ac Sanctissimi Corporis Christi dicatur " Sanctissimi Corporis Christi ac Sacratissimi Cordis lesu ",

Rubrica ante Fenam II Maioris Hebdomadae ita emendetur: ** Omnes Feriae huius Hebdomadae sunt maiores privilegiatae

Rubrica in Ferla II infra Hebdomadam 1 post Octavam Pentecostes sic reformetur: " Responsoria, ponuntur cum suis Lectionibus in Feria IП aut IV. si hae Lectiones in alteratura resumendae sunt iuxta Rubricas; secus omittantur -

In die Octava Sanctissimi Corporis Christi, cxpu -.cta veteri Rubrica, pinantur Lectiones Sequentis Feriae \ I cum Responsoriis de Octava. In fine addatur: " Vesperae de sequenti ",

In Fena VI post Octavam Corporis Christi ponatur novum Oflicium Sacratissimi Cordis lesu cum tota Octava. Post diem Octavam addatur rubrica: " Ad Vesperas, nisi sequenti dfe persolvendum sit Officium de Festo novem lecti muni aut de qmiloct Octava vel Vigilia, fit Commemoratio de Sancta Maria, ct de ca dicitur Officium In Sabbato sequenti. Quod Item servatur .. " (ut antea legebatur «-ib feria VI post Octavam Corporis Christi) Rubrica tx^silA «d Vesperas Sabbati post Dominicam II post Pentveostrm. amittatur. ct ponatur ad Vesperas Sabbati scuurntis cum oratione Da nobis. Rubrica quae Invenitur in Dominica III ponatur tn Dominica IV.

In Rubrica posita sub Fena V Hebdomadae IV Octobris. I'co verborum " sumuntur Lectiones Dominicae V et Feriae II et ПI citndem Hebdomadae " dicatur " sumuntur Lectione Fert ic II et III rt IV Hebdomadae V Octobris .

Sub Dominica V Octobris substituatur haec Rubrica. " In Dominica occurrente a die 25 wd diem 31 Octobris me!u<ivr recolitur Fretum Domini NoMrl lesu Christi Rvuis.
449 ut In Prnprin Sanctorum notatur " /

Lectiones II Nocturni de eadem Dominica supprimantur Lectiones autem I Nocturni de hac Dominica ponantur ta Feria II. Lectiones Feriae II In Feria III, Lectiones Fertae 1П in Feria IV. suppressis veteribus Lectionibus Feriae IV.

Ante Lectiones Feriae II ponatur Rubrica: " Lccticnci huic Fenae et duabus sequentibus Feriis assignatae. si wu diebus dici nequeant, ponuntur.,. " (ut antea legebatur suo Dominica V Octobris).

III. - IN VISSAII ROMANO

In novis Rubricis. Tit V. Dc Commemorationibus, ŋ. I ad calcem addatur: " De Festis autem Domini in quavis Dominica minore vel in Vigilia Ephiphaniae occurrentibus fit Commemoratio etiam in Missis cantatis vel conventushbus Duplicium I classis, si tacta fuerit in Officio

In eodem titulo V. n. 3. loco verborum " dc Domimca quavis, de Feria maiori ". dicatur '* de Dominica quavii» etiam anticipata, et, ante Commemorationem Dominicae minoris vel Vigiliae Epiphaniae, de quolibet Festo Denum occurrente, dc Feria maion

In titulo VI. *Dc Orationibus,* n. 4. ad calcem. loco verborum " Festo SsTiae Trinitatis ct Festo Ss.TU Corpora Christi ", dicatur " atque in Festis Sstflae Trinitatis, Ss±i Corporis Christi, Sacratissimi Cordis lesu ct Domini Nostri lesu Christi Regis

In titulo Vili. Dc *Praefatione,* n. 1. loco verborum" itcoi pro Dominica infra Octavam Corporis Christi " dicatur, " item pro Dominica infra Octavam Um Corporis Chrisu quam Cordis lesu ".

Ibidem, loca verborum " si Commemoratio Octavae Ccr pons Christi sit omittenda, in Dominica II post Pentecosten ". dicatur " si Commemoratio Octavae Corpora Christi vel Cordis lesu sit omittenda, m Dominica П et IП post Pentecosten

In titulo X. *Dc colore paranientorum,* n. 1. loco verborum " praeter Missam de Dominica infra Octavam Corpora Christi dicatur " praeter Missam de Dominica infra Octavam Um Corporis Christi quam Cordis lesu ",

Sub Fena IV Cinerum, in Rubrica posiU ante Antiphonam *Immutemur habitu,* loca verborum "genibus llexxs coram Altari ", dicatur " ad AlUre conversus

Tn Rubrica posiU ante Praefationem de Sancta Cruce, n. 1. expungantur verba " de Sacratissimo Corde lesu

Post Praefationem de Ascensione Domini ponatur Praefatio de Sacratissimo Corde lesu./ 450

In Rubrica posiU ante Praefationem de Sanctissima Trinitate, loco verborum " exclusa pariter Missa Dominicae П post Pentecosten... de Nativitate Domini dicatur " exclusa pariter Missa Dominicae II et IП post Pentecosten, in qua. si omittenda non sit Commemoratio Octavae Sanctissimi Corporis Christi vel Sacratissimi Cordis lesu. sumitur Praefatio de respectiva OcUva

Ante Dominicam II post Pentecosten ponatur nova Missa Sacratissimi Cordis lesu.

In Missa Dominicae infra Octavam Sacratissimi Corda lesu. tertiae post Pentecosten, post primam Orationem addatur: " Et fit Commemoratio Octavae Sacratissimi Cordis lesu ". Post Secretam autem addatur: " Praefatio de Sacratissimo Corde lesu. ratione Octavae: sed, st Dom-r. ritio Octavae sit omittenda, dicitur Praefatio de Sstha Trinitate. iuxta Rubricas

In Missa dc Festo Eucharistici Cordis lesu. quae est in Appendice Missalis. post Secretam ponatur Rubrica: " Praefatio de Sacratissimo Corde lesu ".

URBIS et ORBIS

Aucto a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI ritu festo Sacratissimi Cordis lesu. additaque Octava privilegiata tertii ordinis, necessario huic novae sollemnitati aptandae erant Rubricae Breviarii et Missalis Romani. Quare, re mature perpensa, auditoque specialis Commissionis voto. Sacra Rituum Congregatio vigore facultatum sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Doxnino Nostro tributarum, suprascriptas variationes adprobavit. illasque in futuris editionibus Breviarii et Missalis Romani inserendas mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 Novembris 1931. — C. Carp. Laurenti, *Praef.* Λ. Carinci, *Secr.*

Adn. P. B. in EL 45 (1931) 322-323: I PAUWELS in PrM 21 (1932) 53 56 et In NrT 59 (1932) 69-71.

1058

1931 NOV 3.-SC SACR., RESPONSUM. PART.·

Competentia tribunalis inferioris ad recipiendas denuntiationes nullitatis matrimonii mixti

Relatis in hac S Congregatione litteris Ordinarii Berolinensis quibus postulat utrum, praehabita denuntiatione nullitatis matrimonii iuxta can. 1971 parag. 2,

promoter justitiae vel Ordinarius jus habeant actionem instituendi, et an tribunal ordinarium in casu indigeat vtaia S. Sedis ad causam instruendam, eadem S. C., attentis expositis, in Congressu diei 30 Octobris 1931 rescribendum censuit:

Rrftus Ordinarius in excipienda denuntiatione nullités matrimonii et in causa introducenda, se gerat ad nonnam decisionis Commissionis Pontificiae datae sub die 17 Februarii 1930 (LE 9611, absque venia S. Sedis, nisi agatur de causis S. Officio reservatis juxta decretum ejusdem S. Officii diei 27 Januarii 1928 ILE 814J.

Datum Romae, die 3 Novembris 1931.—M. Card Liga. Eppus Tusculan.. *Praef.* D. Jorio, *Secr.*

• Odirario Btrollnonii. Prot. N. 5002/31: AKKR 112 (1932) 1S5. Ada. V. T. SCHAAF in ER 91 (1934) 75-84.

1059

1931 NOV 19.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

Religiosae votorum slmplicium, si domos habeant sui IURIS, INDIGENT VENIA S. SEDIS AD TRANSITUM EX UNA DOMO IN ALIAM

Brooklyn!!, die XXVII Augusti 1931

Dubium - *Eminentissime Princeps:* ..... Prae oculis habentes praescripta canonis 632 C. I. C. et responsa S. Cong. Religiosorum Sodalium negotiis praepositae sub die IX Novembris 1926 [LE 720] editorum, quaerimus utrum religiosae quae secundum constitutiones vota dumtaxat simplicia undique emittant, praescripto canonis 632 C- I. C. tenantur, si unaquaque earum domus ab aliis eiusdem religionis domibus independens prorsus sit?

Tales enim religiosae nullam praeter localem superiorissam agnoscunt, proindeque earum domus quasi sui iuris esse apparent. In constitutionibus autem earum domus monasteria passim appellantur. Ex alia autem parte moniales nullimode dici poterunt, ita ut sub tenore responsorum iam memoratorum comprehendi nequeant.

Cum una non sit peritorum quibus consuluimus sententia. instructiones opportunae in causa utiles valde fore Nobis videntur...

Sacram Purpuram reverenter deosculans permaneo Eminentiae V. Revmae Addictissimus servus, *Episcopus Brooklyn}ensis.*

Responsum - Secretaria S. Congr. de Religiosis. *Romae, die 19 novembris, 1931.*

Ezcine uomine. Haec S. Congregatio, mature perpenso dubio ab Exc. Tua exposito: utrum religiosae Adoratrices Pretiosissimi Sanguinis quae secundum Coristitutiones vota dumtaxat simplicia undique emittunt. praescripto can. 632 C. I. C. teneantur, si unaquaque earum domus ab aliis eiusdem religionis domus independens prorsus sit? . . . attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit: < Dispositio can. 632 (633, § 3) servanaa est etiam in transitu Religiosarum a Pretiosissimo Sanguine ad aliud monasterium sui Instituti ».

Haec a me communicanda erant cum Excellentia Tua. cui fausta omnia adprecor a Domino. Addmus servus.—Vine. La Puma. *Secr.*

• Ordinario Brooklynlensi, Trot. N. 26/31: J. C. KONRAD, The Trinfcr of Rellsiosui to another Community, Washington 1949. p. TG2-103. Adn. J. G. KONRAD, op. et loc. cit.

1060

1931 NOV 21.-SC RITUUM, 1NDULT. PART.·

Conceditur indultum celebrandi festum b. m. v. OMNIUM GRATIARUM MEDIATRICIS

RAus Dnus Franciscus Verdier. Superior Generalis Conrrerat:onis Missionis et Instituti Puellarum Caritatis«Ssftum Dominum nostrum Pium Papa XI humilllm? rogavit £. ad iwtndam In utraque familia sibi concredita devotionem erga Beatissimam Virginem Mariam, in omnibus Ecclesiis et Oratoriis tam Congregationis Missionis quam Instituti Puellarum Caritatis, quotannis recoli valeat festum B. Mariae Virg., omnium gratiarum Mediatricis.

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino nostro tributarum, benigne annuit pro gratia iuxta preces, adsignata ad idem festum recolendum die trigesima prima mensis Maii, sub ritu duplici maiori et cum Officio ac Missa propriis et approbatis. Servatis de cetero servandis. Quibuscumque contrariis non obstantibus.

Die 21 novembris 1931.—C. Card. Laurenti, S. R. C. *Praef.* A. Carinci, *Secr.*

• Congregationi Minionis- EL 46 (1932) 101.

1061

1931 NOV 25.-SC RIT., DECIL AAS *2I* (1935) 310-311

DE MODO SERVANDO IN EXAMINANDIS PROCESSIBUS INFORMATIVIS PRO SIGNANDA COMMISSIONE SUPER INTRODUCTIONE CAUSARUM SERVORUM DEI ET PRO CAUSIS CONFIRMATIONIS CULTUS

Ob Indefectibilem Sanctae Matris Ecclesiae supernaturalem spiritus fecunditatem, accedente magis actuosa Sacrorum Antistitum et Postulatorum laudabili sedulitate pro Causis Servorum Dei provehendis, feliciter nunc contingit, ut iugi quodam incremento huic Sacrae Rituum Congregationi examinandi proponantur informativi, uti dicuntur, processus ab Ordinariis locorum instructi pro novis Servorum Dei Causis introducendis. Quod dum animum recreat simul admonet ut tanti momenti causae, plures equidem numero, in ipso primo earum limine apud hanc Sacram Congregationem, ita diligenti trutina iuxta recepta criteria cribrentur, ut expeditior postea fluat earum cursus, quae dignae pro meritis habeantur.

Porro ea olim extitit hac in re disciplina ex decretis sa. me. Urbani VIII, ut de signanda Commissione super introductione Causae ageretur in Congregatione generali coram Summo Pontifice, una cum Patribus Cardinalibus, simul adstantibus suumque suffragium ferentibus Consultoribus universis. Cui postea regulae, cum ea difficilior applicatu evaderet, ne scilicet aliae gravissimae causae in Congregationibus generalibus tractandae praepedirentur, saepius derogatum est; a<xcdente tamen in singulis casibus pontificia dispensatione ad examen de informativo processu pro causae introductione instituendum in Ordinaria, quae dicitur. Congregatione Patrum Cardinalium, absque Consultorum interventu ac suffragio. (Cf. Benedicti XIV, *De Serv. Dei Beatif. et de Beat. Canoniz.,* lib. II. cap. 36. n. 5).

Quae demum praxis in can. 2032 Cod. Iuris Canonici recepta est.

Attamen, praesentibus inspectis rerum adiunctls quae supra sunt memorata, opportunum apparet ut, talibus processibus informativis plenius excutiendis, antiquiori disciplinae, congruis adhibitis temperamentis, aliquantulo propius accecatur.

Itaque, firmo manente citato canone de examine processus informativi instituendo in Congregatione Ordinaria. illud tamen addendum simul visum/ est, ut 311
pro tali examine in dictis Congregationibus peragendo, praeter S. C. Secretarium. Promotorcm Generalem Fidei, et Subpromotorem. adsit quoque ea pars Consultorum qui inscribuntur *Officiales Praelati;* iique supradicti omnes suum consuitivum votum super dictis causis scripto exaratum legant coram Patribus Cardinalibus, qui postea rem excutient. Quod idem servandum visum est quando in dictis Congregationibus Ordinariis Causae aguntur de Confirmatione vel Extensione cultus.

Quae quidem omnia Ssmus D. N. Pius Pp. XI. gloriose regnans, in audientia subsignata die ab infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto habita, auctoritatis suae robore constitui voluit atque vigere, cademque praescripta. ad instar normae pro dictis causis, posthac servanda iussit. Qua super re praesens Decretum conixi atque edi mandavit Contrariis non obstantibus quibuscumque.

D:e 25 Novembris 1931.—C. Card. Laurenti. *Praef* A Carinci. Secr.

Adn. A. BENTLEY in CR 10 (1935) 484: F. ROBERTI in Apolt. 8 (1935) 359-350; PrM 24 (1935) 213.

*.
Qrl
|

1062

1931 NOV 30.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

ABSQUE TENTA *sc* S. OFFICII TRIBUNAL DIOECESANUM COGNOSCERE NEQUIT CAUSAM NULLITATIS MATRIMONII INTER ACATHOLICOS CELEBRATI

Excellentia Revma., Die 6 Septembris nuper elapsi Excellentia Tua Revma a S. Officio petebat utrum, recepta denuntiatione nullitatis matrimonii inter acatholicos celebrati, a catholico facta, qui cum parte acatholica illegitime convivit, < Ordinarius vel Promoter justitiae actionem instituere possit, ita ut tribunal ordinarium jam causam, servatis praescriptionibus juris, cognoscere et definire valeat ».

Cui petitioni haec Suprema Sacra Congregatio respondendum mandavit: *Recurrendum in singulis casibus.*

Maximam meam observantiam Tibi obtestor ac permaneo Excellentiae Tuae Revmae Addictissimus.—D. Caro. Sbarreiti. Episcopus Sabinensis et Mandelensis, *Secr.*

• Ordinario Bolin«nsi, Prat. N. 2824/31: AKKR 112 (1932) 154. Ada. V. T SCHAAF lû ER 91 (1934) 75-34.

1063

1931 NOV 30.-SC REL·, DECRETUM. PART.·

Mutatio formulae rescripti saecularizationis

Cum ln plenario coetu Em. Patrum S. Congr. de Religiosis dubium moveretur de aequivalente exsecutione indulti saecularizationis per admissionem religiosi in dioccesim, satius visum est Em. Patribus 27 nov. 1931 formulam rescripti hoc modo reformare:

• Vigore facultatum a SS.mo D.no N. concessarum. Sacra Congregatio negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto N. N. ct attentis litteris testimonialibus Ordinarii N. N., benigne indulget... ut dummodo Orator de novo titulo sit provisus, vel ipsius Ordinarii iudicio, eius congruae sustentationi aliter cautum sit, ipsi, deposita exteriore forma habitus religiosi. Indultum saecularizationis. per Decretum huius Rescripti executor ale in scriptis exaratum, concedere valeat; ita ut Religiosus liberatus a votis in Religione emissis, firmis oneribus Ordini maiori adnexis, eo ipso maneat incardinatus Dioecesi N. N. ad nonnam Can. 640. I n. 1 ct 2. et G42.2 Codicis Iuris Canonici. Exemplar autem Decreti exsccutorialis supradicti Rescripti communicetur tum cum Sacra Congregatione, tum cum Superiore Generali...; et interim, donec omnia quae hic praescripta sunt adimpleta fuerint. Religioso nec liceat a Religione egredi, neque Ordinario cumdem Religiosum)u suam dioccesim recipere.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

SSmus in Audientia diei 30 Novembris 1931 approbavit.—Vine. Li Puma, Secr.

• PrM 21 (1932) 183·.

1061

1931 DEC 1.-SC REL·, INSTR. AAS 24 (1932) 74-81

INSTRUCTIO

Ao sufremos religionum et societatum **CLERICALIUM MODERATORIS DF FORMATIONE CLERICALI ET RELIGIOSA ALUMNORUM AD SACERDOTIUM VOCATORUM. DEQUE SCRUTINIO ANTE ORDINUM SUSCEPTIONEM PERAGENDO**

1 Quantum Religiones omne* ac Societates ad salutem conferant populorum, sive hi iam Christi fide sint regenerati, nive adhuc in Idololatriae tenebris et in morti* umbra sedeant, vix poterit verbis edici. Eorum quippe alumni ii <unt qui. evnngeHca secuti consilia, atque mundo despecto, toto· sc divino servitio mancipant**. proh-•••tonis suae virtute, aliud non quaerunt quam Dei regnum in terris promovere, prout non ita pridem Ssmus Dominus Noster Pius XI testabatur:|* c Ex hac igitur tanta religiosorum Ordinum varietate, quasi ex dissimilibus arboribus in agro dominico consitis, magna oritur et in salutem gentium provenit fructuum varietas; atque nihil sane pulcrius atque adspectu delectabilius quam harum complexus atque universitas Sodalitatum, quae, etsi ad unum atque idem denique spectant, habent tamen suum quaeque industriae et laboris campum, a ceteris aliqua ex parte distinctum. Fieri enim divinae Providentiae consilio solet, ut, quotiescumque novis est necessitatibus occurendum, nova item religiosa instituta excitentur ac floreant ».

2. Qui status, quam sublimis et nobilis sit, nuper eloquenter edisserebat idem Beatissimus Pater in nuntio radiophonico ad totum terrarum orbem transmisso. 12 Febr. 1931, dum religiosos omnes alloquens, quos < filios et filias praedilectionis Nostrae » nominabat, eos esse dicebat. « qui quaeve charismata mehora aemulantes, atque in fide sanctissimorum votorum et in religiosa disciplina totius vitae nedum praeceptis sed et desideriis consiliisque divini Regis et Sponsi obsecundantes, Ecclesiam Dei virgineo odore fragrantem facitis, comtemplationibus illustratis, orationibus fulcitis, scientia et doctrina ditatis, ministerio verbi et apostolatus operibus in dies percolitis et augetis. Igitur vere caelestis et angelicae vocationis participes, quanto pretiosiorem thesaurum gestatis, tanto diligentlorem' 3 adhibeatis custodiam, non solum ut certam vestram vocationem et electionem faciatis, verum etiam ut in vobis, tanquam in servis apprime fidelibus et devotis, cor Regis et Sponsi consolationem et reparationem aliquam inveniat pro infinitis offensionibus et negligentiis quibus homines ineffabilem Eius dilectionem rependunt ».3

3. Cum ergo religiosorum status adeo praecellens sit. nihil mirum si humanae salutis hostis nullum non moveat lapidem, ut eos, qua perversis suasionibus, qua mundanarum voluptatum adlectu. qua denique passionum concitatione, ab eiusdem status sublimitate deiiciat Re quidem vera, non desunt graves desertionum casus, nedum ab statu religioso, verum etiam ab ipsa sacra militia, in quam per ordinum susceptionem fuerant viri religiosi cooptati. Quod, quanto accidat eorumdem religiosorum, immo ipsius religionis, detrimento atque christifidelium scandalo, nemo est qui non videat Quapropter, arrepta occasione Instructionis, non ita pridem a Sacra Congregatione de Sacramentis ad locorum Ordinarios missae super scrutinio candidatorum instituendo antequam ad ordines promoveantur,3 Sacra haec Congregatio Religiosorum, ut muneri suo satisfaciat facto verbo cum Sanctissimo ac de ipsius speciali mandato. haec quae sequuntur» in Moderatorum Religionum ac Societatum clericalium memoriam, revocare, atque, ubi opus sit, praecipere decrevit.

1

De formatione alumnorum ad ordines promovendorum

4. Ex ipsa rerum natura atque quotidiana experientia accipimus. Religionum prosperitatem ab alumnorum formatione, sicut a cultura pulcritudinem arborum potissimum pendere. Quod ita exponebat sanctae memoriae Pius IX: ‘ « Cum ex diligenti tyronum admissione atque optima illorum institutione latius cuiusque sacrae familiae status decorque plane pendeat. vos summopere hortamur, ut eorum qui religiosae vestrae familiae nomen daturi sunt, indolem, ingenium, mores antea accurate exploretis, ac sedulo investigetis quo consiha. ovo spiritu, qua ratione ad regularem vitam ineundam ipsi ducantur ».

5. Enimvero. mature iam prudenterque delectis adolescentibus religiosae vitae candidatis. Superiores impense curabunt, ut eis una cum pietatis doctrina, ad aetatem eorum accommodata, inferiores quoque disciplinae tradantur, quae in gymnasiis tradi solent; ’ < ita scilicet, ut non ante ad novitiatum accedant, quam humanitatis, ut aiunt, curriculum confecerint, nisi sat gravis interdum causa aliter decernendum suadeat ⁑. quo casu compleri debebit, antequam cursus philosophicus Incipiatur.

6. Atqui imorimis, maxima diligentia, iam inde a primo candidatorum in Religionem ingressu. Superiori-

’ **Ep ap<Mt.** *Unlcerutu Dei Filius,* **19 Martii. 1924 (A. A. S.. vol. XVI. pp. 133 134».** » *A A.* **S.. vol. XXIU. p. 67.**
1 **Instructio 27 Dec. (A. A. S., vol. XXIU, p. 120). (LE I0M].**
• Ut, upest. *r/bi primum.* **17 Iunii 1S47** ’ *Cod.* **tur. csx. c. JW · Pilis XI, Ep. op. cit., p. 140.** *i* **Pius X. Ep**

bus adhibenda erit ut adolescentes, non gregatim. neve festinanter adsciscantur»7 sed ii soli, in quibus divinae vocationis indicia deprehenduntur, et spes affulget eosdem cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo addictum iri.· Ampliores adhuc de candidatis notitias sibi procurent Superiores antequam alumnos ad novitiatum admittant,· et testimoniales litteras forsan insufficienter acceptas, per alias accuratas investigationes a fide dignis personis habitas, suppleant. Neque negligant Superiores notitias sibi assumere de illorum familiarum moribus, utrum nempe parentes fuerint ab illis vitiis immunes, quae facile in prolem redundare possent. Nimirum. in candidatis ad sacerdotium designandis, communia vocationis religiosae indicia minime sufficiunt, sed requiruntur praeterea signa specialia clericorum statui propria. Hac ergo de causa praecipiunt sacri canones, ut novitiatus alius pro clericis, alius pro conversis habeatur, adeo ut qui pro una classe expletus fuerit, pro altera non valeat.

7. Expleto novitiatu, alumni in iis domibus collocentur. in quibus plena legum observatio floreat, praesertim quod ad perfectam vitam communem,[9]* necnon ad paupertatem spectat, ubi, praeterea, cetera ita sint disposita, ut praescriptum philosophiae ac theologiae cursum fructuosius valeant peragere. Quo quidem tempore cavebunt Superiores ne iuvenes a virtutum certamme animos remittant, illos ab illorum librorum aut ephemeridum lectione, quibus a bonis studiis praepediri uîcumque possent, arcentes, necnon, quod ad animi recreationem pertinet, ab illis quoque exercitationibus corporeis, quae clericos minime decent, iuxta gravissimum monitum Concilii Tridentini : u « Sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum
Z ac religione/ plenum prae se ierant ». Curabunt quoque Superiores ut Magistri spiritus, quorum speciali curae toto studiorum curriculo illi committuntur, eorum animos ad vitam religiosam et clericalem, qua opportunis monitis, qua instructionibus atque adhortationibus, informent: u hac enim ratione, et non aliter, tandem aliquando solidam doctrinam praeferent cum sanctissima vita coniunctam.

8. Quod spectat ad sacrarum litterarum studia, gravissima verba semper prae oculis habeant eiusdem Ssmi Domini Nostri Pii XI: 14 « Quam quidem rerum sacrarum cognitionem cum necesse sit Ecclesiae administros et maximi facere et penitus percipere, id ipsum est hortationis Nostrae caput, ut sodales religiosos, sacerdote vel iam potitos vel posthac initiandos, ad disciplinas sacras assidue excolendas excitemus, quas nisi calleant, vocationis suae munia perfecte absoluteque implere non poterunt. Cum enim iis, qui se Deo consecraverint. aut unum aut certe praecipuum propositum sit orare Deum et divina contemplari aut meditari, qui igitur gravissimo eiusmodi fungantur officio, nisi fidei doctrinam plane cognitam habeant atque perspectam? Quod velimus eos imprimis attendere, qui umbratilem in caelestium rerum contemplatione vitam degunt; errant enim, si putant, theologicis studiis aut ante neglectis aut postea depositis, posse se, copiosà illâ destitutos, quae e doctrinis sacris hauritur. Dei mysterioruinque fidei cognitione, facile in excelsis versari atque zd interiorem cum Deo coniunctionem efferri atque evehi. Ad ceteros autem quod attinet, sive ii docent, sve contionantur, sive animis expiandis pro tribunali poenitentiae sedent, sive in sacras expeditiones dimittantur. sive cum populo in cotidiana vitae consuetudine sermocinantur, nonne multiplex ista ministerii sacri exercitatio eo plus habitura est roboris atque efficacité f. quo maiore eruditionis summa niteant ac polleant >?

Im Hinblick auf die in Artikel VII geforderte philosophisch-theologische Ausbildung wird der Badische Staat dafür Sorge tragen, dass an der Universltât Freiburg je eine Professur für Philosophie und Geschichte besteht, die mit je einer Persônlichkeit besetzt wird. welche für die einwandfreie Ausbildung der Theologiestudierenden geeignet ist.

Zu *Artikel X, Absatz 1, Satz* 1.

Vor dem Berufungs- bzw. Zulassungsverfahren wird der Erzbischof benachrichtigt und um seine Aeusserung ersucht werden. für die ihm eine ausreichende Frist gewahrt wird. In der Aeusserung sind die gegen die Lehre oder den Lebenswandel oder die Lehrbeflhigung des Vorgeschlagenen bestehenden Bedenken darzulegcn . wie weit der Erzbischof in dieser Darlegung zu Sehen vermag. bleibt seinem pflichtmàssigen Ermessen berlassen.

PM U) * Cfr Protncolitun 3dditional N.· 1. ' Vocabulo < studi * tum studia philosophica et theologica tum stu

Circa Part. XI.

Ncll'intenzione e volonté di concorrere alia slcurezza c al eonsolidnmento della pace fra la Chiesa e lo Stato, la Repubblica del Baden in applicazione delle Costituzioni del Reich e del Baden manterrà integri anche per frwenire i diritti vigenti della Chiesa cattolica relativamente all'istruzione religiosa nelle scuole?®

Hegne presso Costanza, 12 Ottobre 1932.

Eugenio Cardinale Pacelli. Dr. Josef Schmitt, Staats praesident und Justizminister. Dr. Eugen Baumgartner. Minister des Cultus und Untcrrichts. Dr. Wilhelm Mattes, Minister der Finanzcn.

Zu Artikel *XL*

Einig in der Absicht und dem Willen. der Sicherheit und Festigung des religiosen Friedens in Baden zu dienen, wird der Freistaat Baden in Anwendung dcr Relchs - und Landesvcrfassung die bezuglich des Religionsunterrichts an/ cen badischen Schulen gcltenden 192
Rechte der Katholischen Kirche auch weiterhin aufrecht erhalten.

Hegne bei Konstanz, den 12. Oktober 1932.

dia Inferioris ordinis designantur. " Huius praescripti vi religiosa Institutio eisdem terminis contineri pergit, quibus nunc ucporls consistit: Id autem spectat et ad ludos litterarios et ad scholas superioris ordinis itemque ad eas quas profeisloniles vocant (Volks, — hôhere — und Fachschulen). Praeterea ad Ecclesiam pertinet religiosam institutionem trader nndtmque moderari, invisere, periculis peragendis probare (cfr. « Bcgruundung > de qua supra, pag. 32).

Ada. Vide PROTOCOLLUM ADICTIONALE sub die 1932 Nov 7et 10: LE 1127 et adn. Ibi notate».

1125

1932 OCT 14.-SC RITUUM. RESP. PART.·

De vesperis coram ss. sacramento solemniter exposito

Moderatores Archiassociationis Adorationis Perpetuae atque Operis pro Ecclesiis pauperibus, quae florenbssimas habet in Belgio sibi adgregatas Associationes, attentis nonnullorum parochorum in Belgio dubitationibus pro sic dicta Hora Adorationis constituenda in propriis ecclesiis parochialibus, quae singulis mensibus per unam diem dominicam peragi deberet, sequentia dubia huic Sacrae Congregationi solvenda proposuerunt:

1) An liceat exponere sollemniter fidelium adorationi Sanctissimum Sacramentum perdurante recitatione Vesperarum Dominicae, quibus immediate subsequatur pium aliquod exercitium uti supplices preces, exhortatio eucharistica, recitatio sacratissimi Rosarii etc, horam adorationis concludendo cum Benedictione Eucharistica;

2) Et quatenus affirmative, quaenam Rubricae servandae forent perdurantibus vesperis.

Et sacra Rituum Congregatio, audito quoque Commissionis Specialis suffragio, re mature perpensa, propositis quaestionibus respondendum censuit:

Ad 1, *Affirmative* seu nihil obstare, servato tamen Canone 1274. paragr. 1 Cod. Iur. Can.

Ad II. *Serventur Rubricae* Caeremonialis Episcoporum. Lib. II, cap. XXXIII, n. 33, atque Decreta Sacrae R:tuum Congregationis, n. n. 2390 ad VI, 2928 ad V, 3086 ad I, 3593 ad II. Quoad praxim vero, consulat Orator probatos Auctores.

Atque ita rescripsit atque declaravit Die 14 Octobris 1932.—€. Card. Laurenti, S. R. C. *Praef.* Hcnricus Dante. *Subst.*

• Arthisisocietionl Adorationis Perpetuae. Prof. N. D. 20/932· CM 22 (1933) 223.

1126

1932 OCT. 29.-SC S. OFF., DECR. AAS 24 (1932) 373

DECRETUM

COWiUNTTAS RELIGIOSA VULGO < DELLE PICCOLE OSTIE » CRISPIANT IN ARCHID1OECESI TARENTINA EXSISTENS SUPPRIMITUR

Inutiliter cessis quae hucusque de communitate religiosa vulgo « delle Piccole Ostie » Crispiani in archidxeeesi Tarentina exsistente constituta sunt. Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii necesse censet :am decretam eius dissolutionem ac ^suppressionem executioni mandare. Audito igitur Ssmo Domino Nostro Papa, in solita audientia die 27 Octobris anni currentis R. P. D. Adsessori impertita, haec decernuntur:

I. Communitas religiosa vulgo « delle Piccole Ostie » Crispiani in Tarentina archidioecesi, opera potissimum Margarithae Spezzafcrri fundata, dissoluta et suppressa declaratur.

II. Quae eidem hucusque piae mulieres quomodocumque nomen dederunt, a cuiusque generis voto aut vinculo aut obligatione religiosa plane dispensantur; ita ut earum omnibus et singulis integrum prorsus sit vel ad suos regredi vel in aliam religiosam Communitatem seu Institutum, servatis servandis, pro lubilu diverti.

III. Margarithae Spezzaferri peremptorie vetatur usus habitus religiosi cuiuscumque nominis aut formae.

IV. Oratorium domus Interdicto subiicitur cum vetito absoluto quempiam cultus actum in eodem exercendi.

Ita est.

Ex aedibus S. Officii, die 29 Octobris 1932.- A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

1127

1932 NOV 7.-CONV. CUM BADEN. AAS 25 (1933) 193-194

PROTOCOLLO ADDIZIONALE FINALE

Protocollo addizionale.

Circa il Concordato fra Ia Santa Sede c la Repubblica dei Badcn firmato m Hegne presso Costanza il 12 Ottobre 1932 le duc Alte Parti Contraenti hanno fatto la seguente dichiarazione. che deve valere come parte integrante dei Concordato medesimo:

1. SulTart. III capov. 2 sl dichiara che nel caso in cui il Govemo del Baden muovessc una obbfezione di carattere politico generale, *deve* essere fatto il tentativo di giungere ad una intesa ira la Santa Sedo ed il Governo stesso analogamente alie disposizioni dell'art. Xll del Concordato; ma qualora tale tentative rimanesse senza risultato, la Santa Sede è libera di effettuare la prowista della Sede arcivescovile di Friburgo. Lo stesso vale anche per la nomina di un Condiutore *cum iure sucessionis* dell'Areivescovo dl Friburgo prevista nel Protocollo finale n. 1 circa l'articolo III capov. 1 dei Concordato.

2. Le Alte Parti Contraenti sono d'accordo che il diritto di cambio previsto all'art V capov. 2 periodo 2 riguarda soltanto i fond! iscritti nel Catasto come propriété dello Stato (erario domaniale), per i quali non esiste un diritto di usufrutto da parte della Chiesa. ma il cui godimento è ad Essa lasciato per pura libéralité Qualora un cambio divenisse necessario, il nuovo fando deve essere dello stesso valore sotto ogni rispetto

Zvsatzprotokoll.

Zu dem unter dem 12. Oktober 1932 in Hegne bel Konstanz zwischen dem Ileiligen Stuhle und dem Freistaat Baden abgeschlossenen Konkordat geben die beiden Hohen Vertragschliessenden folgende ErklSrung ab, die als integrierendvr Bestsndtell des Konkordate^ zu gelten hat:

1. Zu Artikel III Absatz 2:

Fur den Fall eines softens dor badischen Staatsrogierung geltend gcmachton Bodenkcns allgemcin-poliU-

schcr Art soil der Versuch gemacht werden, gemâss Artikel XII des Konkordates zu einer Einigung zwischen dem Heiligcn Stuhle und der badischen Stnatsregierung zu gelangen; führt aber der vorgesehene Versuch zu keiner Einigung, dann 1st der Heilige Stuhl frei, die Besctzung des Erzbischoflichen Stuhles in Freiburg zu vollziehen. Enlsprechendes gilt auch fur die im Schlussprotokoll *Ziller 1* zu Artikel III Absatz 1 des Konkordats vorgesehene Bestellung eines Coadjutors *cum jure successionis* für den Erzbischof in Freiburg.

2. Zwischen den Hohen Vertragschliessenden besteht Einverstàndnis darüber, dass das in Artikel V Absatz 2 Satz 2 vorgesehene Austauschrecht des Staates sich nur
194 bezieht auf die im Grundbuch aIs/ Eigentum des Staates (Domanenârar) eingetragenen Grundstücke, an denen ein kirchliches Nutzungsrecht nich besteht, und die nur guttatsweise der Kirche zur Benützung überlassen sind. Für den Fall eines notig gewordenen Austausches muss das angebotene Grundstück in jeder Beziehung gleichwertig sein.

Karlsruhe, den 7. November 1932. Città del Vaticano, 10 Novembre 1932.—Eugenio Cardinale Pacelli Dr. Josef Schmitt, Staatspraesident und Justizminister. Dr. Eugen Baumgartner, Minister des Cultus und Unterrichts. Dr. Wilhelm Mattes, Minister der Finanzen.

Adn. A. PERUGINI in Apo.L 6 (1933) 326-329; A. VAN HO I in NrT 60 (1933) 769-782 Vid CONCORDATI textum îub dit 1932 Oct. 12: LE 1124.

1128

1932 NOV 7.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

Circa calendarium a sacerdotibus saecularibus et **RELIGIOSIS ADHIBENDUM LN MISSIONIBUS**

De mandato S. Congregationis de Propaganda Fide publici Iuris fit responsum ab eodem S. Dicasterio traditum cuidam Superiori Religioso dubium proponenti circa usum Calendarii pro Missionibus.

Documento de quo infra S. Congregatio respondere intendit aliis quoque dubiis quoad eiusdem Calendarii usum propositis, omnesque Superiores Religiosos Ordinum vel Congregationum seu Societatum in Sinis laborantium monet ut sese conformare velint ad practlcam observantiam praescriptionum quae circa Calendarium in Missionibus datae fuerunt per Rescriptum N. 1672/32 diei 18 Mali 1932 (LE IC90] ab Apostolica Delegatione per epistolam N. 503'32 diei 6 Iunii 1932 omnibus Rev.mli Sinarum Ordinariis Superioribusque Religiosis communicatum.—Auditor *delegationis apostolicac,* Hildedrandus Antoniuttl

Dubium - Narcissus Alonso. Superior Regularis S. I in Vicariatu Apostolico de Anking (Anhwei), humiliter petit ut S. Congregatio velit solutionem dare sequenti dubio: « Nuper accepi epistolam Delegationis Apostolicac diei 6 Iunii 1932 (N. 503'32), quam transcriptam mitto; aliunde adest responsum diei 23 Martii 1929 (LE 8901, quod transcriptum itidem includo. — Dubium mihi est an sit contradictio in secundo quaesito Delegationis Apostolicae ILE 1090], scilicet:

2 - Utrum Missionarii Religiosi qui, ad Officium recitandum. proprium sequuntur calendarium, possint celebrare Missam, in calendario sui Instituti signatam, etiam in ecclesiis (Vicariatus vel Praefecturae) quae de iure non pertinent ad eorundem Ordinem vel Congregationem; an e contra ips: quoque debeant in his ecclesiis missam celebrare quae signatur in calendario proprio Missionis in qua commorantur?

R» Nrqatire nd primam partem. *Affirmative* ad «eundam.

Et ln primo quaesito a P. loseph Ruttcn proposito, scilicet:

In loes autem Missionum, quae certo cuidam Instituto nussionali sunt concredita, ecclesiae erectae sunt quasi parocclalcs vel stationis mlsslonalls nondum in quasi paroeciam erectae, quibus missionaries, cx eodem Instituto religioso, tamquam rector praeest:

Quaeritur utrum ecclesiae quasi paroecialcs vel stationis rni<s onal.s nondum in quasi paroeciam erectae, aestimentur Congregationi concreditae, an personae privatae tantum: Ideoque utrum in Istis ecclesiis calenda·

· Cfr Ccl'rr'xneu C S PM 687/8

rium Congregationis sit sequendum an Vicariatus Apostolici?

R). Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, ita respondendum censuit: Adhibeatur calendarium Congregationis religiosae proprium donec hierarchia ecclesiastica ibi fuerit instituta ».

Siquidem dubium esse potest an ecclesiae Vicariatus considerentur de iure ad Ordinem pertinentes, utpote concreditae, an non ita considerentur etsi concreditae.

Nos hucusque adhibebamus calendarium Congregationis religiosae proprium, utpote hierarchia ecclesiastica nondum constituta et quia Missio de Anking est Societati lesu concredita.

Quaero quomodo considerentur et quod calendarium sequendum.

Responsum S. C. de Propaganda Fide *diei 7 Not. 1932* - Epistolam a P. T. huic Sacrae Congregationi missam circa usum calendarii Congregationis Religiosae recepi, et modo tuae petitioni satisfacere satago.

Velim in primis recolas haec verba quae leguntur in Litteris Encyclicis *Rerum Ecclesia* [AAS 18 (1926› 65-89]: — «Ordines et Congregationes meminerint se territoria missionum non iure quodam proprio ac perpetuo accepisse, sed ad Apostolicae Sedis nutum habere... quae quotiescumque necessarium vel opportunius utiliusque duxerit territoria missionum cum de altera in alteram sodalitatem transferre, tum iterum iterumque partiri, et clero indigenae aliisve sodalitatibus novos vicariatus ac praefecturas committere neutiquam cunctabitur ».

Item quae continentur in Litteris Encyclicis *Maximum Illud* [LE 221], quaeque in Primo Concilio Sinensi, Decr. 643, referuntur: « Qui vero Ordinibus Institutisve religiosorum praesunt exteras colentibus missiones..., cum missionarios suos cognoverint in aliquo populo ab impura superstitione ad Christianam sapientiam traducendo feliciter esse versatos» ecclesiamque ibi satis firme fundasse, eos, ut electos milites Christi ad aliam gentem ex diaboli manibus eripiendam transferant, et quidquid ab illis iam quaesitum Christo sit, aliis, cultura promovendum in melius, haud inviti relinquant Quo pacto, optimam facientes tamquam messem animarum, uberrima quoque suis familiis divinae bonitatis munera acquirent ».

Haec retuli ut plene constet — quod de cetero Tibi iam plane persuasum est — Sanctam Sedem considerare stadium in quo religiosae familiae in aliquo territorio misionis adlaborant utpote mere transitorium, quia finis ad quem tendit totus labor religiosorum missionariorum est fundatio ecclesiae localis sacerdotibus indigenis concredendae.

Sequitur proinde ecclesias alicuius Vicar a'us ce iure ad Ordinem non pertinere sed Vicariatui ipsi, qui serius ocius hierarchiae indigenae transibit

Propterea Sancta Sedes suadet in locis irfssionum erectionem domorum et conventuum proprie dictorum pro religiosis, quia hae domus etiam quando Vicariatus a clero indigena dirigendus suscipietur, manebunt ibi atque auxilium pretiosum presbyteris indigenis ferent Istae domus et ecclesiae adnexae vere de iure ad Ordinem pertinent, ibique licebit uti calendario Ordinis, non vero in aliis ecclesiis Vicariatus.

Haec est mens, qua ducta Sacra haec Congregatio (Sacra Rituum Congregatione approbante) die 18 mensis Maii huius anni 1932 [LE 10901, Delegationi Apostolicae in Sinis responsum misit quod Tu refers.

Nulla vero oritur difficultas si S. Rituum Congregatio. in particularibus adiunctis, veluti in responsione a Te relata, quam dedit Rev. Patri Rutten. omnibus peculiaribus aaiunctis in casu occurrentibus perpensis, facultates latiores concedendas esse putaverit.

Cupit enim S. hoc Dicasterium. quod etiam in parvis adiunctis eluceat conceptus fundamentalis omnis actionis missionalis, nempe necessitas maturandi fundationem hierarchiae stabilis indigenae in territoriis missionum.

Iterum mens est S. huius Congregationis quod inter duos characteres quibus religiosus missionarius insignitur, scilicet religiosi et missionarii, iste ultimus (absque sane prioris detrimento) emineat et praevaleat Nam ministerium missionale per quod « pro Christo legationi fungimini » novum, idemque conspicuum, lumen professioni religiosae addit.

IRWuL UNW.. ?aiLY | IP CLEVEî AND. OH.,

Propterea Tuo dubio respondere praestat hoc modo, nempe: · In Missis celebrandis sequimini calendarium Ordinis in ecclesis cui adiacet verus conventus, ita ut omnes functiones celebrentur a Patribus conventus, et ab ipsa communitate: in ceteris vero sequimini calendarium Vicariatus ».

Ita iam Sacra haec Congregatio respondit recenter Vicario Apostolico de Bac-Ninh ».—Carolus Salotti, Archieppus Tit. Philippop., *Secretarium S. C.*

• Superiori Regulari S. I. In Vicariatu Ap. de Anking, Prot. N 2984'32; PrM 22 (1933) 192 196. Adn. PrM 22 (1933) 196.

1129

1932 NOV 7.-SACRA POEN., DECR. AAS 24 (1932) 411

IXDULGENTIA PLENARIA RECITATIONI DIVINI OFFICII CORAM SSMO SACRAMENTO ADNEXA EXTENDITUR

Quo magis, praesertim in clero, numerus et pietas augeatur adoratorum Sacramenti mirabilis quod Christus Dominus, transiturus de hoc mundo ad Patrem, tamquam Passionis suae memoriale perpetuum et de sua contristatis absentia solatium singulare reliquit. Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI. in Audientia die 21 mensis Octobris anni currentis infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, peculiarem gratiam iam in alia simili Audientia diei 17 Octobris 1930 benigne concessam (cfr. Acta *Apostolicae Sedis,* vol. XXII, p. 493) ita extendere dignatus est ut qui in Sacris constituti divinum Officium in alias preces commutatum rite obtinuerint, indulgentiam plenariam, si preces eiusmodi coram Ssmo Sacramento sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato devote recitaverint, suetis conditionibus, et ipsi lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Poenitentiariae, die 7 Novembris 1932.—L. Card. Lauri, *Poenitentiarium Maior.* I. Teodori, *Secr.*

Adn. î. CREUSEN In NrT 60 (1933) 166; IP 12 (1932) 333; ME 45 (1933) 9. Vide decretura S. Poenitentiariae diei 1930 oct 23: LE 989.

1130

1932 NOV 7.-SIGN. AP., DECISIO. PART.·

FLORENTINA

Commissionis, seu nullitatis matrimonii

Domicilium legale non attenditur in causis matrimonialibus

Quidam Alexander, in arte medica peritus, cum ab Italia in urbe Neoeboracensem transmigrasset, ibique suam exercere coepisset artem, inter ceteros clientes, puellam etiam habuit, nomine Cleliam. cuius parentes Itali quidem erant, sed in America morabantur. Clelia amorem erga Alexandrum fovebat, ideo eum, sub specie de sua salute consulendi, frequenter invisebat Id animadvertens Alexander, aperte illi dixit, se cum alia fuvene sponsalia iam contraxisse, ideoque de nuptiis cum ea ineundis ne cogitari quidem posse. Non tamen Clelia illum invisere destitit, imo quadam vice, occasione capta, tecte eum ad turpia provocavit, cui cessit Alexander, eamque defloravit. Re statim a patre Cleliae cognita, hic minis Alexandrum coegit suam filiam in uxorem ducere, quibus Alexander perterritus, matrimonium contraxit, sibi tamen proponens (ille asserit), citius quam posset, coniugem et Américain relinquere, quod reapse fecit. Etenim paucos post menses, omnibus artis suae instrumentis venditis, clam navem ascendit, quae Italiam petebat, et domicilium in urbe Florentia statuit Postea tribunal ecclesiasticum Florentinum adivit petens ut suum cum Clelia matrimonium declararetur nullum, quia sub metu contractum.

Tribunal libellum accipere renuit ideo Alexandri patronus ad Signaturam Apostolicam recursum habuit ut Commissio ad S. R. Rotam suo clienti concederetur. iuxta can. 1603 § 3.

At Supremum Tribunal, in Congressu diei 7 mensis novembris anni elapsi, respondit: *Negative, sed orator utatur iure suo apud tribunal competens,* idest *Curiae* Episcopalis *Neoeboracenmim.*

Contra hanc decisionem advocatus alium recursum exhibuit, demonstrare contendens etiam Curiae Florentinae tribunal competens esse In casu. Etenim, ait ille: « in causis matrimonialibus competens est iudex loci, in quo matrimonium celebratum est, vel iudex loci in quo pars conventa domicilium vel quasi domicilium habet (can. 1964). Igitur, si competens sit tribunal Neoeboracense eo quod ibi matrimonium celebratum fuerit et mulier quasi-domicilium habeat, competentia tamen non deest tribunali Curiae Florentinae eo quod mulier ibi habeat verum domicilium. Ex canone enim 93 § 1: « Uxor, a viro legitime non separata, necessario retinet domicilium viri sui ». Neque obstat quod Clelia malitiose a marito derelicta fuerit; < non enim ex hoc uxor domicilium mariti amittit, nisi a iudice ecclesiastico obtinuerit separationem perpetuam aut ad tempus indefinitum » ut ad dubium sibi propositum respondit Commissio pro interpretatione Codicis (A. A. S., vol. XIV, 526) [diei 15 iul. 1922; LE 439).

Canon autem 1964 loquitur de domicilio generice sumpto, quin ullam distinctionem ponat inter domicilium. quod residentia acquiritur et domicilium, quod etiam absque residentia haberi potest, idest inter domicilium proprie dictum seu reale et domicilium legale; ideo iuxta notum principium: « Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus », concludendum est, Cleliam sequi domicilium mariti, et ecclesiasticum tribunal urbis Florentiae competens esse ad iudicandum de huius matrimonii nullitate. « Ordinarius enim domicilii vel quasi domicilii iurisdictionien in subditum, quamvis absentem, habet » (can. 1561 § 2); quod adamussim evenit in casu. Ita Alexandri patronus.

At contra conclusionem, quam ex mala interpretatione canonis 1564 (a quo recta solutio huius quaestionis pendet) ille deducit, haec animadvertenda sunt

Principium generale iuris est: « in iudiciis actor sequitur forum rei, quod si reus multiplex forum habeat, optio fori actori conceditur ». Hoc habetur in can. 1559. § 3; qui ius tribuit reo, a suo iudice iudicatum iri; actori vero impedit, ne rerum trahere possit coram iudice a se malitiose electo, ut fortasse favorabile sibi iudicium facilius obtineat Ita lex sapienter iustitiae consuluit Quamvis autem citati canones sufficere posse viderentur, ad iudicis competentiam etiam in causis matrimonialibus statuendam, attamen Codex in tit XX. lib. IV. in quo distincte de foro competenti in causis matrimonialibus agitur, speciali canone de hac competentia denuo pertractare voluit, edicens: « ...in... causis matrimonialibus competens est iudex loci, in quo matrimonium celebratum est, aut in quo pars conventa ve), si una sit catholica, pars catholica domicilium vel quasi domicilium habet ». (can. 1964).

Per hoc lex evidenter voluit aliquid novi in hac materia statuere, quo aptius tueatur bonum commune et dignitatem Sacramenti, propter quod hae causae privllegiatissimae sunt; ideo canon de quo supra, non latae sed strictae interpretationis est, utpote species quae derogat generi, illudque restringit. Non igitur eo quod Commissio pro authentica Codicis interpretatione, ad quaestionem. « Utrum uxor, a viro malitiose deserta, possit obtinere, ad normam can. 93. proprium ac distinctum domicilium », respondit: « Negative, nisi a iudice ecclesiastico obtinuerit separationem perpetuam vel ad tempus indefinitum », concludi potest ius esse viro, qui erga uxorem ita se gessit, eam postea trahendi coram iudice domicilii, quod sibi eligere placuerit, in ultimis etiam finibus terrae, ut ab eo sententiam nullitatis sui matrimonii audiat; quod revera evenire posset, sl canon de quo supra, non ad solum domicilium proprium et reale coarctaretur, sed ad domicilium legale extenderetur. Hoc autem maxime sensui ipsi communi repugnaret, idest quod Iniquitas et iniustitia viri ius parere valeat contra uxorem innocentem, quae iniustitiam passa sit

Quod si adducta argumenta, pro stricta interpretatione canonis 1964. aliquid dubii relinquat, hoc penitus aufertur, si quis illum diligenter inspiciet. Inibi enim dicitur, quod si pars conventa sit acatholica. eam pars catholica trahere potest coram iudice loci, ln quo ipsa domicilium vel quasi domicilium habet. Ideo si hoc ius exerceri tantum potest contra partem acathohcam. dicendum omnino est, quod haberi nequeat contra partem

catholicam; atqui in casu nostro pars conventa, seu uxor ab Alexandro deserta, est catholica, ergo haec ad forum mariti trahi nequit. Secus enim exceptio, quae contra partem acatholicam fit, non derogaret regulae, quod absurdum esset, utpote contradictorium. Aliis verbis: ex principio iuris: < inclusio unius est exclusio alterius », si in hac canonis dispositione est inclusa pars acatholica, pars catholica exclusa esse debet

Dicendum ergo est, tribunal competens in casu esse tantum Neoeboracense, qua in urbe matrimonium celebratum fuit et ubi Clelia. uxor Alexandri, quasi domicilium habet (Cfr. can. 93 § 2).

Petitioni igitur advocati, qui pro competentia tribunalis Curiae Florentinae certat respondendum est: Nepahue. seu m decisis.—Fr ider icus Cattani-Amadori, *A secretis Signaturae Apostolicae.*

Adn. **V. DALPIAZ In Apoll. 9 (1936) 664-666; REGATILLO n. BIO; A. TOSO In IP 13 (1933) 232-236; Apcfl. 6 (1933) 102; IP 13 (1933) 108.**

1131

1932 NOV 22.-PIUS XI, NORMAE. PART.·

NORAUE CIRCA RELATIOSTS INTER ACTIONEM CATHOLICAM UNTVERSITARIAM ET ALIAS ASSOCIATIONES CATHOLICAS, PRAESERTIM CONGREGATIONIS MARIANAS

I - Tutti gli studenti universitari provenienti da opere di formazione religiosa, che domandano di far parte dell'Azione Cattolica Universitaria, sono in questa iscritti al pari degli altri come soci attfoi.

II - Gli studenti cosi Iscritti sono dispensati dal dovere di seguire nell'Associazione quelle iniziative di pieté, di carité o di istruzione religiosa che sono promesse dall'opera di cui fanno parte, purché tale opera tfvolga unassistenza equipollcntc a quella delTAssociazione Universitaria come ad es. le Congregazioni Mariane. e questi soci contmuino a seguire presso di ĕ sa le iniziative in parola.

IΠ - Il problema di una più stretla collaborazione tra i sacerdoti che nelle vane opere si occupano dell'educazione della gioventù universitaria, la quale trova un indirizzo al sun ulteriore sviluppo dallaccordo suesposîo, va in pratica studiato e risolto. diocesi per diocesi. m conformité alie diverse condizioni dei singoli ambienti c ai desideri degb Ecc.mi Vescovi.

• CAPRILE p. 75, ubi rallo Nornuruni Ita exponitur: «In segjiîo •U« cüicussioni evule toforao ai ropporti tra la F. U. G I. e altro or-l Lori dcll'orasninoxione ŏfficial daii'Azione Catfolk?, furore rcdatla queste norme, cha. presence ed approbate dal Santo Padre al quila ne rreva nferito il comm. Griad, Présidente fcnerala de!'.'Axione Cattofka in Irails, vtnnero communicato al P. Gara^inî. ircaritalo di rappresertarc lo Cnngrequioni Mariane nelle co-rentr'or.l che 1 erano svolta. »

1132

1932 NOV 25.-SC RITUUM, RESP. PART.·

Dr PRECIBUS POST MISSAM PRIVATAM RECITANDIS

Sacra Rituum Congregatio, interrogata utrum preces a sacerdote, finita Missa, recitandas, In casu sacrae Communioni, distribuendae, peracta demum Ista adnexa Missae caeremonia recitare liceat, an subsequi Missam ipsae semper immediate debeant, die 23 novembris 1887 rescripsit: Preces, a Stfllo Domino Nostro Leone Papa XIII praescriptae. recitandae sunt immediate expleto ultimo Evangelic " (Decr. n. 3682).

Iterum anno 1916 Interrogata an liceat preces omittere In fine Musae quae celebratur In altari Ssmi Sacramenta ■i immediate post eam sacra Communio administranda sit S Rituum Congregatio respondit: " *Negative,* luxta decretum supra relatum (diei 20 iunii 1913i [AAS 5 (1913) 311). et In cmu Ssflla Eucharistia administretur post preces Die 2 lunU 1916 (AAS 8 (1916i 2271.

Risce non obstantibus, censent nonnulli preces illas etlamnum nmltli passe. si in fine Minae Communio private distribuenda sit. ntxt decreto diei 20 iunii 1913. n 4305. dicenti preces Istas omitti pmsc. »1 vel Missam, qui , celebrans ab altari recedat, immediate ac rite subsequatur aUqu.i sacra functio seu pium exercitium .

Quare R. P. Franciseus Xavier. S. I.. Professor Seminarii Provincialis S. Leopold! in Brasilia, de consensu Revffil su' Episcopi, eidem S. Rituum Congregationi sequentia dubii exposuit:

L An decretum diei 20 iunii 1913. n. 4305. Interpretationi authenticae diei 23 novembris 1887. n. 36c2. derotaverit?

II. Et quatenus negative, num decretum diei 2 iuna 1916 veluti abrogatum censendum sit. an vero vigeat etiamnum tum hoc ultimum, tum praecedens anni 1887?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, his dubiis respondendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad Π. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Atque ita rescripsit et declaravit. Dic 25 novembris 1931

• Ordinario Pe'otensî in Brasilia : EL 47 (1933) 537-521. Adn. P. BATTISTINI in EL 47 (1933) 538-539.

1133

1932 DEC 2,-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

Circa concessionem iurisdictionis ad audiendas **CONFESSIONES IN ECCLESIIS ALTERIUS RITUS**

Il sottoscritto Segretario della S. C. di Propaganda Fide si reca a premura significare alla S. V. Illustrissima e Reverendissima ricevimento dei pregiato fogliû n. 541-32 CLE 1118], pervenuto, a suo tempo, a questo S. Dicastero e riguardante una dichiarazione di codesta S. C. circa la giurisdizione per le confessioni, da concedersi ai sacerdoti di rito orientale dallOrdinario latino per le chiese di rito latino.

Poichè la S. V. riferiva alia Propaganda il desiderio di Mons. Calavassy che fosse stabilito analogo principio per i sacerdoti di rito latino, onde avere la perfetîa réciprocité, questa S. C., esaminata la cosa, ha anch'esa dichiariato che un sacerdote di rito latino non pud *valide et licite* confessare ed assolvere in una chiesa od oratorio sottoposto alia esclusiva giurisdizione dell'Ordinario di rito bizantino-greco, se questi non gli conferisce espressamente tale facoltà.

La présenté dichiarazione è stata opportunamente comunicata all'Eccmo Mons. G. Filippucci, Arcivescovo di Atene, il quale aveva mossa la questione.

Tanto partecipandoLe, lo scrivente, ecc—Carlo Siloth. Arciv. tit. di Filippopoli, *Segretario.*

• Ad SC pro Ecdetla Orientali: Syllogo n. 175.

1932 DEC 10.-SC CONC. RESOL. AAS 26 (1934) 23-25

TARVISINA

Optionis domorum iuxta ordinem specialem canonicorum

Die *10 Decembris 1932*

Species facti. — Ab antiquissimis iam temporibus Capitulum ecclesiae cathedralis Tarvisinae aliquot in usum canonicorum privatas domus possidet, quarum assignatio regitur iure optionis, ad normam constitutionum capitularium, quae non semel postremis his temporibus immutatae sunt. Antiquiores, anno 1858 typis editae et a Pio IX approbatae, quae in novam formam vetera statuta annorum 1342 et 1432 redegerunt, ordinem optionis et in praebendis et in domibus ita describunt: « Ordo in optionibus hic esto: Decanus, ut ut non antiquior, ceteris, ratione dignitatis, primus eligat; alii deinceps ordine possessionis, ita ut nemo optare possit, nisi qui praecedat, ius suum non exerceat ». Quae praescriptio ad literam transcripta est in alia earundem constitutionum editione, anno 1905 typis edita./ H

At anno 1914, aucta a Pio Pp. X pluribus privilegiis ecclesia cathedrali, pluribusque ob rerum vicissitudines obsoletis, novae conditae sunt constitutiones, ab eodem Pontifice approbatae. In his ordo optionis qui antea in praebendis et in domibus unus idemque erat nunc scinditur. Et quoad domos statuitur: « Sunt enim

quinque proprio nomine domus, quarum usus canonicis munere antiquioribus datur, si optent d; quod praescriptum sanxerunt et novissimae constitutiones, quae anno 1921 ad Codicem aptatae sunt.

Exinde, cum de hoc iure praecedentiae Decani ratione dignitatis in domorum optione novissimae constitutiones sileant, praesens quaestio orta est, num, nempe, his attentis, ius illud peremptum sit.

AxiMMrttRsioxts. — Si specietur, quo consilio constitutica.-s anni 1914 exaratae sunt, nullum dubium esse vidHur quin vetus hac de re praescriptum abolitum fuerit. Etenim. cum ob rcl publicae mutationem, plura in antiquis constitutionibus obsoleta viderentur, et nonnulla privilegia acussa et legum capita abrogata, ipsaeque canonicorum oeconomicae conditiones deteriores factae sint, nova neetsse fuit condere statuta, quae vetera, tamquam nova lex, reformarent. Hoc edicitur in ipso constitutionum anni 1914 prooemio: ** Plures hodie sunt causae quamobrem eadem sUtuta ex parte emendanda videantur

His attentis, si statuta novissime condita, lectionem veterum constitutionum corrigendo, de iure praecedentiae Decani nihil habent, recte arguitur ius illud Capitulum Immutare intendisse, ut legitur in Reiffenstuel (lib I. tit, II De const., § 19, n. 491): " Nova lex. seu constitutio Principis tollit priorem sibi directe contrariam, etiamsi de ipsa nen faciat mentionem w. Nec ius ipsum firmatum fuisse videtur consuetudine, si qua sit ab anno 1914 usque in praesens invecta, quae nec constans est, nec ob brevis temporis lapsum legitima.

At contra, in primis animadvertere praestat optionem de qua agitur, non esse reprobatam canone 396 $ 2 Codicis

" id domos, praedia aliaque a praebendis canonicallbus distincta M (Commissio Pontif., die 17 Februarii 1930) |LE 961).

Quod factum spectat, patet indubie ius praecedentiae Decani in sublecta materia pervetustum esse, idque ratione dignitatis sibi quaesitum, quae causa et nunc exstat, quia et nunc " prima Collegii dignitas est Decanus lam enim â saeculo xrv hoc iure Decanum potitum esse eruitur cx constitutionibus anni 1853. quae, si substantiam spectes, eadem sunt ac vetera Capituli Tarvislni statuta, in novam ionnam redacta: " Leges ita compositae — Ita in his constitutionibus — primum anno 1342 deinde/ anno 1432. eodem contextu. Apostolicae Sedis confirmationem obtinuerunt ". et hae raUone concinnatae sunt. ut. salva antiquarum legum substantia, nova in omnibus forma ac novus ordo Ebiberetur ". Qua propter in plerisque constitutionum artirulis, antiquae legis capitum notulae in margine adiecthc sunt: quod est in capite III. art. 4. de hoc iure Decani pertractante.

Agitur proinde de iure in cuius possessione centenaria vel immemorial! Decanus est, quaeque praesumptionem inducit concessi privilegii Apostoliei, ad normam canonis (3 J 2: ** Possessio centenaria vel Immemorabilis inducit praesumptionem concessi privilegii ". Et M privilegium, nisi aliud constet, censendum est perpetuum " (can. 70), nisi expresse ab auctoritate ecclesiastica fuerit revocatum, de quo in casu non constat.

Accedit praxis et observantia, et ipsa immemorialis. quntas Illud roboratur: observantia autem " in omni materia reputatur optima interpres, magis vero ac peculiariter in tsu praecedentiae" (De Luca, De praeemin., disc. 23. n. ID.

Silentium proinde recentiorum constitutionum, his perpensis. nihil operatur, praesertim si animadvertatur qued inud peremptorie constet mentem Capituli in Lis condendis fuisse ius illud abrogandi. Rogati enim ut hanc mentem panderent U, qui anno 1914 in novam formam constitutiones redegerunt,. nullam probabilem dixerunt rationem de hac mutatione inducta, ncc ullam fuisse hac de re disputationem declararunt, rati quod Decano, ob sui ipsius dirnititem. tamquam Praesidi Capituli, hoc ius ex se Ipso competeret, quin expresse illud memorare opus esset.

Tandem, perquisitis Capituli regestis, constat postremis quoque his temporibus Decanum ceteros canonicos praeivisse in iure optionis in *ecclesiam,* in *domum,* in *elauturam.*

Resolutio. - His omnibus perpensis, in Congregatione plenaria diei 10 Decembris 1932, dubio proposito:

*An Decano Capituli cathedralis Tarvisini ratione dignitatis ius praecedentiae competat in optione domo*run *super ceteros canonicos,* in casu.

Err.i Patres responderunt:

Affirmative.

Facta autem de his Ssmo Dno nostro Pio div. Prov Pp. XI relatione, per Secretarium huius Sacrae Congregationis in audif^itia diei 16 Decembris 1932, Sanctitas Sua hanc resolutionem approbare et confirmare dignata est—I. Bruno, *Secr.*

Adn. A BENTLEY in CR 8 (1934) 332; IP 14 (1934) 8!

1135

DECR. PART

Decretum quo statuitur ut, in posterum, fratres
MINORES IN HISPANIA REGANTUR AD NORMAM CODICIS IURIS CANONICI ET CONSTITUTIONUM GENERALIUM ORDINIS, SUBLATO REGIMINE SINGULARI

Regularis Hierarchiae meliori ac perfectiori bono prospiciens. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, peropportunum censet statuere ut Ordo Fratrum Minorum in Hispania, sublato regimine singulari, quo ibi nunc utitur, conditionem juridicam ceterarum totius orbis Provinciarum ingrediatur et unico jam ubique regimine communi gubernetur.

Pius PP. X, felicis recordationis. Motu Proprio *Singularitas regiminis* diei 29 junii 1904 (ASS 37 (1904-1905) 362-366] permisit ac toleravit, ob peculiaria rerum adjuncta, ut in Hispania Fratres Minores regerentur ab uno Vicario Generali pro tota Hispania, specialibus facultatibus instructo, salva tamen semper auctoritate Supremi Moderatoris Ordinis.

SSmus vero Dominus Noster Pius PP. XI. in Au·

scripto Cardinali Praefecto huius Sacrae Congregationis de Religiosis, mandavit ut, quae pro rerum adjunctis statuta sunt praefato Motu Proprio, penitus abrogentur, sicuti praesenti Decreto abrogantur, ita ut, in posterum. Fratres Minores in Hispania regantur perinde ac ceteri eiusdem Ordinis religiosi, ad normam scilicet Codicis Iuris Canonici et Constitutionum Generalium Ordinis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis die, mense et anno ut supra—Fr. A. H. M. Card. Lépicier, O. S. M., *Praef.* Vincentius La Puma. *Secr.*

Ordini Fratrum Minorum: AOFM 52 (1933) 100-101

1136

1932 DEC 23.-SC RITUUM, RESP AAS. 25 (1933) 41

DUBIUM

DE MISSIS CELEBRANDIS IN HONOREM SANCTI FUNDATORIS VEL SANCTAE FUNDATRICIS CUIUSLIBET CONGREGATIONIS

Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna solutione sequens dubium propositum fuit, nimirum:

« An Missae de Sancto Fundatore vel de Sancta Fundatrice cuiuslibet Congregationis vel Instituti, quae ad divinum Officium recitandum non tenentur, iisdem gaudeant privilegiis liturgicis ac Missae aliorum Sanctorum, qui ab aliqua Congregatione, ad Officium recitandum obstricta, recoluntur sub ritu duplici primae classis cum octava communi, ad mentem novarum Rubricarum Breviarii Romani ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, reque mature perpensa, rescribendum censuit: *Affirmative.*

Atque ita rescripsit et declaravit, die 23 Decembris 1932—C. Card. Laurenti, *Praef.* A. Carinci. *Sccr.*

Adn. *P.* B. In EL 47 (1933) 180; J. PAUWELS -n HrT 60 (1933) 353-364.

De **PRAXI SEQUENDA ΓN TRANSITU INSTITUTORUM RELIGIOSORUM IN IURISDICHONEM SC DE TROP FIDE**

« Praxis quam sequuta sunt varia instituta rebgSosa ut transirent in iurisdictionem S. Cong, de Prop. Fide, valde anceps et incerta fuit Quam ob rem anno 1932 Pius XI ad quascumquc confusiones evitanda; *per* rirae *vocis oraculum* datum ad Cardinalem Prae-

fectum S. C. de Prop. Fide statuit ut ad obtinendam facultatem transeundi sub regimine S. C. de Prop. Fide Superior Generalis cuiusdam instituti religiosi preces porrigeret vel recte Summo Pontifici vel S. C. pro Religiosis ».

• **Ad Card. Praefcclum SC de Prop. Fide Iuxta X. PAVENTI, Breviarios iuris mlulonalis, Roma 1960,** *P. 190.*

1138

1932 .....-SC REL., RESCR. PART.·

Nova formula rescripti **PONTIFICII CONTRAHENDI MUTUUM PRO RELIGIOSIS**

Rev.mc ac Exc.me Domine. Ad hanc S. C. pervenerunt preces, quibus Superiorilssa) Gen. Instituti [v.. .... istius dioeceMSj petiit licentiam mutuum contrahendi pro summa.... cum hypotheca. Ratio mutui, prout orat[rix] exposuit. est necessitas.... [" et spes adest per legitimam amortirationem infra non multos annos reddendi summam capitalem "].

Haec autem S. Congregatio, audito voto [Excellentiae] Tuae Revmae. Eidem remittit ut, veris existentibus expositis. constito de vera necessitate et dummodo revera spes habeatur reddendi summam capitalem per legitimam amortizationem. infra non multos annos, servatis ceteris de jure servandis, licentiam concedere possit orat(rici) enunciatum mutuum contrahendi, ad effectum de quo agitur sine quavis responsabilitate oeconomica vel civili ipsius S. Congregationis de Religiosis.

Haec pro officii mei debito a me significanda erant (Excellentiae] Tuae Revjnae, cui fausta omnia a Domino adprecatus, quo par est obsequio, permaneo addmus servus.

Revmo ac Exc.mo Ordinario.....

• **CpR 14 (1933) 29. Adn. A. L m CpR 14 (1933) 29-30 Er formula (F. 46) hucusque usitata:**

Bestiidm PMer N. N. ad pedes S. V. provolut humiliter implorat facultatem contrahendi mutui pro summa ...eum in finem. Et Deus, etc.

Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sxn Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita.,, ut, rtrj exsistentibus narratis, dummodo servatum sit praescriptum Caaosd 534, § 2, et constito dc vera necessitate, petitam pro tuo artiiria et... concedat facultatem enunciatum mutuum contrahendi... m effectum de quo agitur, minori quo fieri poterit interusurio pra quolibet centenario et anno, cum obligatione ipsum debitura qux> primum extinguendi per ratos annuas ab eodem... praefioicdts ct docendi quotannis... de rate· solutione... Contrariis qulbujc» que non obstantibus. Datum Romae, die.....

1139

1932 .....-SC KEL., RESCR. PART.·

Nova formula rescripti saecularizationis sic **DICTI « PURE ET SIMPLICITER »**

Beatissime Pater.

N. N.... ad pedes S. V. provolutus, humillime implani indultum saecularizationis.

Et Deus, etc.

Vigore facultatum a Ss.mo Domino Nostro concessaruç. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praëposita, audito voto Rev.mi... et attentis litteris testimonialibus Ordinarii..... benigne ihdulget..... ut..... dummeda de noyo titulo canonico Orator sit provisus vel ipsius Ordinarii ludicio eius congruae sustentationi aliter cautum sit, ipsi, deposita exteriore forma habitus religioa, indultum saecularizationis, per Decretum huius Rescripti executoriale, in scriptis exaratum, concedere valeat; IU ut Religiosus liberatus a votis in Religione emissis, lirma oneribus Ordini Maiori adnexis, eo ipso maneat incardiutus dioecesi..... ad normam Can. 640 § 1. n. 1 et 2, et Ml. I 2, Codicis iuris canonici. Exemplar autem Decreti executorialis supradlcti Rescripti communicetur tum cum Sacra Congregatione, tum cum Superiore Generali ... rt interim *donec omnia quae hic praescripta sunt* cdimpku *fuerint. Religioso ne liceat a Religione* egredi, *neque Ordinario eumdem Religiosum in suam Dioecesim recipere*

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die.... 193.

ANNUS 1933

1140

1933 IAN 5.-SC STUDIORUM, DECR. PART.·

Circa modum exprimendi vota pro examinibus **APUD UNIVERSITATES ECCLESIASTICAS**

Roma. 5 Gennaio 1933.

RercrendissiTHo Signorc, Alio scopo di raggiungere una certa conformité, per gli Atenei di Roma. nell'applicazione della Costituzione Apostolica < *Deus scientiarum Dominus* » [LE 10301 e delle annesse « Ordinationes > (LE 1033), questa Sacra Congregazione comunlcb alie dlrezioni dei suddetti Atenei alcune norme riguardanti la durata dell'anno accademico e le tasse ch richledersi agli alunni per la Iscrizione, per il conScgulmento dei gradi nccademlci e per i diplomi.

Ora questa medesima Sacra Congregazione, udito il parere della Commissione, istltuita per volere del Santo Padre. per il riordinamento degli sludi ecclesiastici superiori. ha deciso. alio scopo su indicato, che le note da adottarsi per esprimere i differenti esiti degli esami. siano le seguenti:

e *probatus* »
« bene probatus »
< cum laude probatus »
« *magna cum laude probatus* »
« summa cum laude *probatus* »

corrispondenti nel sistema decimale rispettivamente a 6, 7, 8. 9. 10.

Per ciô poi che riguarda il metodo di votazione nd singoli esami e di valutazione complessiva dell'esito dei medesimi, è lasclata liberté alie singole Université o Facoltà di adottare quel sistema che loro sembrerà più opportuno.

Le disposizioni di cui sopra dovranno andare in vigore con la prossima sessione d'esami di Luglio.

Tanto comunico alla S. V. Revma per sua intelligenza e norma. Mi valgo dell'occasione per esprimerLe i sensi della mia considerazione e con ossequio mi professo della S. Vostra Reverendissima devotissimo per servirLa.—Gaetano Card. Bisletti. *Praefetto.* Ernesto Ruffini, *Segretario.*

• **Prot. N. 2/33 A: AOSB 40 (1932) 24-25.**

1141

1933 IAN 6.-PIUS XI. LIT. AP. AAS 25 (1933) 5-10

INDICTIO ANNI SANCTI EXTRA ORDINEM AC GENERALIS MAXIMIQUE IUBILAEI UNDEVICESIMO EXEUNTE SAECULO A PERACTA HUMANI GENERIS REDEMPTIONE

Pius Episcopus

SerrtH *servorum Dei, universis christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem*

Quod nuper, sub lesu Christi nati sollemnia, non modo amplissimo Purpuratorum Patrum Conlegio iisque omnibus, qui faustorum ominum causa Nos convenerant, sed universo etiam catholico orbi nuntiavimus, id ad effectum deducere properamus. Annum Sanctum extra ordinem scilicet indicendo ac generale maximumque lubilaeum. undevicesimo exeunte saeculo a peracta humani generis Redemptione.

Etenim, si ad historiae fidem in quemnam annum id incidat non omnino explotarum est, eventum tamen, vel hic potius mirabilium rerum gestarum ordo, tantae est gravitatis tantique momenti, ut silentio praetermitti non deceat. Hac igitur faustitate permoti, cogitationes convertant, parumper saltem, homines a terrenis fluxisque rebus, quibus in praesens tam acriter lactantur, ad caelestia perpetuoque mansura; et a trepidis af-
5 flictisque/ horum temporum condicionibus ad spem animum erigant sempiternae illius beatitatis, ad quam nos Christus Dominus vocavit, suo profuso sanguine immensisque editis omne genus beneficiis. A cotidianae vitae strepitu se colligant ac secum « recogitent corde >, per hoc praesertim saecularis anni spatium, quantopere nos Servator noster dilexerit et quam ardenti studio nos a peccati servitute liberaverit; ita profecto auctiore caritate fervescent et ad Amantem redamandum veluti necessitate quadam compellentur.

Placet heic, ad omnium utilitatem, divinorum eiusmodi beneficiorum seriem vel breviter repetere, e quibus is etiam, quo fruimur, quoque gloriamur, effluxit civilis veri nominis cultus: institutam primitus in ‹ Coena Domini » sacrosanctam Eucharistiam, ac singulis impertitam Apostolis, qui sacerdotali ordini per ea verba initiantur: « Hoc facite in meam commemorationem >; l lesum Christum passum, cruci affixum ac pro hominum salute mortuum; Mariam Virginem, sub cruce Nati, omnium hominum matrem constitutam; ac dein admirabilem lesu Christi resurrectionem, nostrae item resurrectionis condicionem certumque pignus: mox Apostolis ab eo tributam potestatem remittendi peccata: ac verum iurisdictionis Primatum Petro eiusque successoribus concreditum atque confirmatum: Dominicam denique Ascensionem, Spiritus Sancti Paraclytl descensum atque primam, prodigiali triumphalique modo actam, evangelicam Apostolorum praedicationem. Quidnam, dilecti filii, sanctius; quidnam saeculari celebratione dignius? Ex hisce enim mirandis rebus gestis divinisque muneribus, quibus terrena lesu Christi vita concluditur, vita nobis emanat, quae vera vita est. ac novus universae hominum consortioni saeculorum nascitur ordo.

Id igitur intento animo recolamus flagrantique caritate per piacularem annum veneremur. Ad precandi studium, ad paemtennum pro admissis cuiusque nostris excitemur, nostrae non modo sempiternae saluti pre-
: cibus piaculisque prospicientes, sed totius/ etiam humani generis, tot erroribus devii, tot simultatibus contentionibusque discordis, tot aerumnis conflictati *periculisque* anxii.

Ac faxit utinam miserentissimus Deus ut sacer, quem proxime auspicaturi sumus. Annus pacem animis, debitam ubique Libertatem Ecclesiae, atque populis omnibus cjr.cordiam veramque prosperitatem reducat.

Quoniam vero lubilaris haec celebratio adventatibus Paschalis sollemnibus incipietur, atque pariter paschali perficietur tempore, opportunum ducimus Episcopos adhortari gregem cuiusque suum, ut per Paenitentiae sacramentum rite expientur omnes et Eucharistico pabulo non modo per id temporis, ad Ecclesiae praescriptioni obtemperandum, sed quam saepissime etiam quamque piissime, per totius praesertim Anni Sancti decursum enutriantur; atque itidem ut feria sexta maioris hebdomadis Dominicam Passionem incensiore studio meditentur. Peculiaris hoc esto, neque levioris momenti, celebritatis huius fructus.

Quandoquidem autem plena commissorum venia, quam modo largituri sumus, Romae dumtaxat, per piacularem hunc annum, lucri fieri potest, cupimus vehementer ut frequentissimi, dilecti filii, piae peregrinationis causa, ad Urbem confluatis; ad Urbem dicimus, quae catholicae fidei veluti centrum est et lesu Christi Vicarii domicilium ac sedes. Heic enim perinsignes venerari licet Dominicae Passionis reliquias, quas nemo unus poterit e christifidelibus suspicere, qui divina caritate non ferveat. et ad perfectiorem vitam excitari sese non sentiat Heic illa, ut nostis, asservatur mensa, in qua memoriae traditum est lesum Christum D. N. Angelorum Panem consecrasse ac mirabundis discipulis semet ipsum. Eucharisticis velis delitescentem, impertiisse. Heic denique, dilecti filii, communem habetis Patrem, qui vos amanti voluntate praestolatur, voblsque exoptat, vestris rebus atque inceptis bene a Deo precari

Rei praeterea consentaneum est ut ad sacra etiam Palaestinae loca piae habeantur frequentioresque peregrinationes per huius anni decursum; ibique fideles sanctissimarum rerum, quae commemorantur, theatrum summa religione invisant atque venerentur./ 8

Optamus item ut iis locis, ubi insignes asservantur Dominicae Passionis reliquiae, lubilaei anno vertente, peculiari eaedem pietate recolantur.

Itaque uberum horum fructuum spe laeti, quos iam nunc mente praecipimus ac misericordiarum Patri supplici prece commendamus, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R E. Cardinalium assensu, generale extra ordinem lubilaeum in hac sacra Urbe a die secunda mensis Aprilis huius anni inchoandum et ad diem secundam mensis item Aprilis anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto finiendum — idque ad normam can. 923 — auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, ad ipsius Dei gloriam, ad animarum salutem et catholicae Ecclesiae incrementum, indicimus per has Litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Hoc igitur Anni Sancti decursu, omnibus utriusque sexus christifidelibus, qui, rite per Sacramentum Paenitentiae expiati et sacra Synaxi refecti, vel eodem die, vel diversis diebus, quovis ordine servato. Basilicas S. loannis ad Lateranum, Vaticanam S. Petri. S. Pauli in via Ostiensi et S. Mariae Maioris in Exquiliis ter pie inviserint et ad mentem Nostram, oraverint, plenissimam totius paenae, quam pro peccatis luere debent, indulgentiam misericorditer in Domino concedimus atque impertimus, obtenta prius ab iisdem admissorum cuiusque suorum remissione ac venia. Quam ad rem animadvertendum est posse fideles, vixdum e Basilica post actam sacram visitationem egressos, iterum atque illico in eam ingredi ad alteram ac tertiam perficiendam visitatlonoem. Quod quidem eo consilio statuimus, ut res tota expeditius fieri queat

Quaenam autem, dilecti filii, sit in universum mens Romanorum Pontificum profecto non ignoratis; quaenam sit, peculiari hac in causa, mens Nostra diserte satis iam supra proposuimus.

Decernimus praeterea iubilarem hanc indulgentiam a christifidelibus cum sibi, tum vita functis toties lucri fieri posse, quoties imperata opera rite perficiantur." 9

Ut vero quae in sacris hisce visitationibus effundentur preces ad divinae Redemptionis ac praesertim ad Domicinae Passionis memoriam fidelium animos studiosius referant atque excitent, haec, quae sequuntur, statuimus atque iubemus: praeter eas supplicationes, quae ultro pro singulorum pietate ad Deum admovebuntur, quinquies ante Augusti Sacramenti aram preces α Pater, Ave et Gloria › recitari debent ac semel insuper ad mentem Nostram; omnes dein ante lesu Christi cruci fixi imaginem ter fidei professionem ‹ Credo › pronuntient, ac semel precatiunculam · Adorandus te, Christe, et benedicimus tibi. etc. › vel aliam id genus; mox Deiparae Virgini *se* sistant atque scptK . inibi, dolores eius recolendo, salutationem Angelicam ‹ Ave Maria i recitent, preculam semel adiiciendo: « Sancta Mater, istud agas. etc. › vel aliam eiusmodi. denique ad Confessionis aram conveniant, atque iterum catholicam fidem usitata formula, quam supra memoravimus. devote profiteantur. — Quae autem heic ser-

• Loc., XXII. 19. *I Cor.,* XI, 24.

vanda ediximus ut plenissima lubilaei venia lucri fiat, pro iis qui aut morbo aliaque legitima causa in Urbe vel ipso in itinere prohibiti aut morte interim praerepti, praefinitum visitationum numerum nondum compleverint neve inchoaverint quidem, ita temperamus, ut iidem, a culpis rite absoluti ac sacra Communione refecti. indulgentiae remissionisque iubilaris participes perinde $in£ ac si quattuor, quas memoravimus. Basilicas reapse invisissent.

Restat ut vos, dilecti filii, cum Romae incolas, tum advenas, enixe in Domino adhortemur ut, opportunam hanc occasionem nacti, celeberrimum, quod in Sessoriana S. Crucis Basilica exstat. Sanctarum Reliquiarum sacellum summa religione invisatis, utque Scalas Sanctas, de more precando meditandoque, ascendatis.

Ut autem Litterae hae Nostrae ad fidelium omnium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigiUo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae
10 vel ostensae./

Nulli igitur hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die sexto mensis lanuarii, in festo Epiphaniae Domini, anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.—E. Card. Pacelli, α Secretis *Status.* Fr. A. Card. Fruhwirth, Cancellarius S. *R. E.* P. Card. Gasparri, S. R. *E. Camerarius.* loseph Wilpert. *Decanus* Collegii *Protonot. Apostolicorum.* Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. A. BENTLEY in CR 5 (1933) 163-165, 246-249. 420 422: M. FABREGA5 in PrM 22 (1933) 686·; 5!- M. GARCIA in CpR 14 (1933) 155-15S; E. JOMBART In NrT 60 (1933) 249-251; Ph. MAROTO In CpR 14 (1933) 12-20, 138-155 et In Apoll. 6 (1933) 38-63; A. VERMEERSCH In PrM 22 (1933) 96·-93·, 103·-113·, 6-13; IP 12 (1932) 258-269.

p
m
N>
O
A

1142

1933 IΛN 12.-PIVS XI. LIT. AP. AAS 25 (1933) 147-149

ORDO S. HIERONYMI CONGR B PETRI DE PISIS SUPPRIMITUR

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter instituta, quae ad animorum christifidelium bonum fovendum catholica Ecclesia vigilanti studio continentique sedulitate excitanda, sustinenda, tuendaque curat, praecipuum fere locum tenent Congregationes religiosorum sive Ordines, qui. ornamentum ac praesidium religionis, temporibus iam ab antiquis floruere quavis aetate, hodieque florent.

At vero tum ob temporum iniurias vel vicissitudines vel mutatas condiciones, tum etiam ob humanam fragilitatem rerumque hominum imbecillitatem, ex Ordinibus eisdem et Congregationibus aliquando e pristino vigore decidere atque imminuta vel nulla esse auctori-
148 tate quaedam praeteritis iam temporibus visa sunt, ac nunc quoque videri possunt. Adversis hisce casibus admoti Romani Pontifices, quibus sane totius Ecclesiae regimen commissum est, vel reformare vel. uti ex pluribus historicis documentis liquet, supprimere etiam sive penitus evellere, cum id necessitas vel opportunitas postularent, quandam e religiosis familiis ad proprii statuti vel Regulae fines adipiscendos minus aptam, minime dubitarunt, ut ita tum Ecclesiae universae bono ac tranquillitati, ipsiuyque instituti religiosae vitae decori ct tutamento consulerent, tum denique socialium rerum Opportunitatem aliquando prosequerentur.

Nostrorum itaque Decessorum ut vestigia premamus m pastorale munus Nobis divinitus commissum iugiter intenti, cum Ordinis S. Hieronymi Congr. Beati Petri do Pisis res ac negotia Nos instanter admonuerint ut opportuna ea praestaremus, quae ad sodalium eiusdem Congregationis nec non christifidelium bonum intende-

rent. Sacrae Congregationi Sodalium Religiosorum negotiis praepositae, aliisque viris rerum huiusmoci peritissime in Domino commisimus ut tancem quid ia hac re decernendum viderent. Ordo enim ille, qui religiosae perfectionis cupidus suarumque regularum tenacissimus iam optima christifidelibus exempla exhibuit, nunc e quindecim tantum sacerdotibus et quattuor laicis in septem distributis domos est constitutus, adeo ut in eodem nihil amplius regularis disciplinae haberi possit. Pluribus quidem ab annis Decessores Nostri rec. mem., metuentes ut idem S. Hieronymi Ordo fuent adhuc vitalis, iterum atque iterum opera peculiari tura Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium, tum Sacrae Congregationis Religiosorum negotiis praepositae. tum denique Apostolicorum Visitatorum, Ordinem ipsum ad antiquam regularem vitam rursus reducere ct satis vigore imbuere, sed frustra, tentarunt. Nos propterea. Sacra denuo audita Congregatione Religiosorum Sodalium negotiis praeposita, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, hisce Litteris ea quae sequuntur decernenda statuimus. Nimirum I) Ordinem memoratum Sancti Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis ex nur.c de iure supprimimus atque extinguimus; atque omnes, qui ad eumdem pertinenda religiosis votis quibuslibet sive sollemnibus sive simplicibus, quibus ex eiusdem Ordinis titulo obstricti sint ex nunc dispensamus et sic dispensatos eosdem de facto habere volumus. Aspirantes autem vel studentes vel postulantes aut novitios omnes, si qui exstent, pariter ex nunc dimissos declaramus et ad suas cuiusque domos remittimus. II) Omnibus deinceps maneat interdicta delatio habitus eiusdem Ordinis suppressi; sacerdotes vero iam eidem Ordini adscript! in posterum modestam vestem/ clericis saecularibus communem in- W
duant. III) Omnes et singulae domus, residentiae et cuiusque generis bona, quae ad Ordinem sic per Nos extinctum pertinuerint, ex nunc deferantur ad Sanctam Sedem, quae ad normam can. 493-494 Codicis iuris canonoici de eisdem suo tempore disponet IV) Interea Ordinarii locorum nomine Sanctae Sedis possessionem capiant domorum atque ecclesiarum una cum sacra supellectili, rerum omnisque generis bonorum ut supra, quae ubique locorum exsistant, deque illorum statu rationem reddant huic Sanctae Sedi. Provideant tamen Ordinarii ipsi ne Dei cultus vel animorum christifidelium cura aliquid detrimenti capiant V) Volumus autem ut soluti Ordinis sodalium sustentationi, fructibus bonorum, quae ad Sanciam Sedem sunt ut supra devoluta, quantum fieri potest, provideatur; tributis singulis, qui vel ratione aetatis vel defectu sanitatis minime idonei ad munera explenda videantur, annuis reditibus a Delegato Apostolicae Sedis determinandis. VI) Ea vero omnia, quae hisce Litteris apostolicis Nostris statuimus, exsecutioni mandanda committimus venerabili fratri Lucae Hermenegildo Pasetto Episcopo titulari Geritar.o, qui opportuniore modo, per subdelegatum etiam, providebit ut sacerdotes eiusdem Ordinis per Nos suppres; si. qui apti sint, per benevolos Ordinarios vel dioecesi alicui incardinentur vel sine incardinatione licentiam sacerdotalia officia et ministeria exercendi obtinere possint. VII) Cum igitur praefatus Ordo S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis hisce Litteris Apostolicis Nostris, ad omnes effectus legis, ex integro suppressus extinctusque sit habendus, nullo modo in posterum nec sub qualibet specie vel praetextu vitam aboliti Ordinis nemini instaurare liceat; neque ulla ratione ac titulo postulantes vel novitios a quocumque in posterum admittantur.

Haec statuimus, mandamus decernentes praesentes Litteras firmas» validas atque efficaces iugiter exstare et permanere, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, quarum etiam specialis mentio in suppressionibus perpetuis fieri debet, ceterisque in contrariis quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis lanuarii, anno mdcccoccoh. Pontificatus Nostri undecimo.—E. Card. Pacelu. α Secretis *Status.*

Adn. J. C (n NrT 60 (1933) 541; A. LARRAONA in CpR M (1933) 23 24; A VERMEERSCH In PrM 22 (1933) 104.

1143

1933 IAN 12.-S. PAEN.» DECR. AAS 25 (1933) 69-70

Facultates extraordinariae Palaestinae confessariis **ANNO SANCTO VERTENTE CONCEDUNTUR**

Ut iis locis, quae Dominicae Passionis ac Mortis veluti theatrum fuerunt, christifideles queant per proximam Anni Sancti celebrationem uberioribus frui divinae Redemptionis fructibus, Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Pp. XI, admotis Sibi precibus annuens, ac postulationi concedens ab infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiore adhibitae, statuere benigne dignatus est ut — praeter indulgentias in eorum favorem vigentes, qui sacra Palaestinae loca pie inviserint — singuli eiusdem regionis confessarii ab Apostolico Delegato, vel per se ipsum vel per Ordinarios deputati, has, quae sequuntur, extraordinarias facultates habeant per lubilarem annum exercendas:

Possint pro foro conscientiae in actu sacramentalis confessionis et per se ipsi tantum absolvere paenitentes ab omnibus peccatis et censuris Sedi Apostolicae reservatis, imposita paenitentia salutari aliisque iniunctis de iure iniungendis.

Ne absolvant tamen, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 C. I. C., eos qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliliter vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter, nisi in adiunctis can. 900, illos qui in casum inciderint Sanctae Sedi reservatum ad normam decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae die 16 Novembris 1928 (cfr. *Acta Ap. Sedis,* vol. XX, pag. 398) [LE 8341 ; vi cuius decreti tamen, post etiam obleniam absolutionem, obligatio adhuc viget ad Sacram Paenitentiariam recurrendi eiusque mandatis obtemperandi.

Christifideles autem, qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, nequeant tamdiu hoc beneficio frui, quamdiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contu-
> maciam in/ foro interno deposuerint, poterunt, remoto scandalo, in foro sacramentali interim absolvi, cum onere quamprimum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Paenitentiaria, die xn mensis lanuarii anno mdccccxxxiii.—L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.* I. Teodori, *Secr.*

Adn. vide sub die 1933 Ion. 6: LE 1141.

1144

1933 IAN 14.-PIUS XI, LIT. AP. AAS 25 (1933) 239-240

A2BÂS PRDtAS *O. S. B.* PRO TEMPORE CONSTITUITUR MAGNUS CANCELLARIUS ATHENAEI S. ANSELMI DE URBE

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad montem Aventinum hac Alma in Urbe exstat Benedictinorum Conlegium a Sancto Anselmo nuncupatum pro alumnis praesertim omnium congregationum ex Ordine Sancti Benedicti, quod ad instar aliarum academiarum in Urbe exsistentium perpetuo privilegio gaudet conferendi omnes gradus academicos tum in philosophia, tum in sacra theologia, tum denique in iure canonico alumnis utriusque cleri saecularis vel regularis, qui rite laudati Conlegii praelectiones in appositis facultatibus frequentaverint, et periculo coram Conlegii professoribus superato, maiorem suffragiorum partem retulerint Nunc autem post nuper editam Apostolicam constitutionem *Deus icientiarum Dominus* [LE 10301 qua Universitatibus sacrorumque Studiorum Facultatibus novam imposuimus disciplinam, Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti a Nobis enixe postulat ut ad normam eiusdem constitutions Magnum Cancellarium Urbano Sancti Anselmi Athenaeo tribuere dignemur. Nos vero Decessores Nostros ac praesertim rec. mem. Leonem Pp. XIII et Pium Pp. X. tam de eodem Sancti Anselmi conlegio deque eiusdem novis aedibus et constitutione bene meritos, vestigiis «ecuti, vota memorati Abbatis Primatis excipientes, ultro libenterque hanc occasionem nanciscimur novae benevolentiae Nostrae significationem conlegio eidem exhibendi. Quare, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum decrevimus ut ad normam constitutionis Nostrae *Deus scientiarum Dominus* Magnus Cancellarius Athenaeo Sancti Anselmi de Urbe Abbas/ Primas Ordinis Sancti Benedicti qui pro tempore exstet, nunc et in posterum praeficiatur. Contrariis non obstantibus quibuslibet 240

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, eique Athenaeo Conlegii Sancti Anselmi de Urbe ad montem Aventinum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irntumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv m. lanuarii an. mdccccxxxhi. Pontificatus Nostri undecimo.—E. Card. Pacelli, α *Secretis Status.*

1145

1933 IAN 15.-SC STUD., DECR. AAS 25 (1933) 169

Institutum internationale a s. anselmo, de urbe. **PONTIFICII** titulo insignitur

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XI, referente infrascripto Sacrae huius Congregationis Praefecto, precibus Ulmi ac Rmi D. Fidelis De Stotzingen, Abbatis Primatis Ordinis S. Benedicti atque Instituti Internationalis S. Anselmi de Urbe Magni Cancellarii, benigne libenterque annuens, mandare dignatus est ut idem Institutum, in quo S. Theologiae, Iuris canonici. Philosophiae florent Facultates, titulo *Pontificii* exornetur.

Datum Romae, ex aedibus S. Callisti, die xv mensis lanuarii, in festo S. Mauri Abbatis, anno MDCCcxxxm.—C. Card. Bisleiti, *Praef.* E. Ruffini, Secr.

1146

1933 IAN 27.-SC S. OFFICII» DECR. AAS 25 (1933) 36

Damnatur liber ernesti buonaiuti

Feria IV, die 25 lanuarii 1933

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Ernesto Buonaiuti. *La Chiesa Romana.* Milano. Gflardi e Noto, 1933.

Et sequenti Feria V, die 26 eiusdem mensis et anni. Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 27 lanuarii 1933.—A. Subrizi. *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

1147

1933 IAN 30.-PIUS XI. CONST. AP. AAS 25 (1933) 10-13

Indulgentiae et facultates suspenduntur vertente anxo **GENERALIS MAXIMIQUE IUBILAEI A DIE 11 MENSIS APRILIS A. MDCCCCXXXin AD DIEM USQUE II MENSIS APRILIS A. MDCCCCXXX1V**

PIUS EPISCOPUS

Serrus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam

Nullo non tempore, per Anni Sancti decursum, christifidelibus cordi fuit, iis etiam qui ab Apostolica Sede

longo terrae marisque intervallo disiunguntur, ad Almam hanc Urbem singillatlm catervatim convolare, non modo ut Iubilaei Magni beneficiis fruerentur, sed etiam ut principem catholici nominis auctoritatem praesentes observarent atque venerarentur. Quod quidem, quamvis in angustias redactae, nostra hac aetate, rei oeconomicae condiciones ab itineribus suscipiendis homines prohibere videantur, tamen per proximam etiam piacularem celebrationem effectum iri confidimus, non sine
Π maxima animorum utilitate./

Si enim quotquot hac de causa huc convenerint, non communi viatorum more, sed fide duce ac pietate comite. Apostolorum Principis sepulcrum inviserint, si martyrum hypogea, si tot avitae religionis monumenta adierint, procul dubio fieri non potest quin ii, Romam veluti patriam alteram cuiusque suam ingressi, ex eadem ita bene animati conformatique egrediantur, ut magis magisque romano spiritu ferveant» atque catholicam fidem confirmatam habeant christianamque caritatem adauctam.

Ut igitur omnibus vel luculentius pateat Almam hanc Urbem, ob lesu Christi Vicarii sedem, integrum esse inviolatumque spiritualium munerum veluti fontem ac caput a Deo constitutum, utque quam plurimi peregre ad eam. copiosa pietatis expiationisque adiumenta impetraturi, confluant, quod decessor Noster Sixtus IV. anno mcccclkxiii, decrevit — promulgata scilicet lubilaei indulgentia, iam ceteras omnes poenarum relaxationes. aut concessas aut concedendas, itemque facultates cuivis factas, extra Urbem, Apostolicae Sedis nomine atque auctoritate dispensandi absolvendi in utroque foro, conquiescere per annum piacularem atque suspendi — id ipsum Nos per has Litteras statuere censemus, prudenti tamen temperatione modoque adhibito, quemadmodum infra enucleaturi sumus.

Itaque, auctoritate Nostra apostolica, usitatas indulgentias, ut decessores Nostri simili in causa decreverunt. sic Nosmet per totum Anni Sancti decursum ubique — in Ecclesia etiam Orientali — intermitti suspendique decernimus; itemque facultates Nostro nomine extra Urbem exercendas intermittimus atque suspendimus. iis tamen in utraque re exceptis, quas mox enumeraturi sumus.

Etenim ex indulgentiis, quae pro vivis concessae sunt, has» quae sequuntur. Integras atque immutatas permanere volumus:

I. Indugentias tn articulo *mortis* lucrandas.

IL Eam. qua frui omnibus licet, quotouot, ad sacri aeris pulsum, precationem ‹ Angelus Domini », vel. pro temporis ratione ‹ Regina caeli ». vel. si neutrum fieri potest, quinquies *Salutationem Angelicam* t Ave Maria » recitaverint

III. Indulgentias iis tributas qui pie templa inviserint ubi Sacramentum augustum quadraginta *horarum* spatio adorandum proponitur.

IV. Indulgentias, quas eos lucrari decretum est. qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur. aut facem vel cereum per alios ferendum ea occasione mittant

V. Indulgentiam, toties quoties lucrandam, iis concessam. qui sacellum Portiunculae in templo S. Mariae
12 Angelorum, prope Assisium. pietatis causa, adierint./

VI. Indulgentias in sacris Palaestinae locis iam vigentes. in eorum quidem favorem qui per iubilarem annum eadem sacra loca pie inviserint.

Idque eo consilio libenter concedimus, ut christifideles. per saecularem hanc celebrationem, uberius spiritualibus fructibus iis in locis fruantur. quae veluti theatrum fuere divinae Redemptionis.

VII. Indulgentiam plenariam a Nobis recens concessam, quam semel dumtaxat is lucrari potest, qui. quo die maluerit. Lapurdenscm specum ple inviserit, a die scilicet xx mensis Februarii a. mdccccxxxiii ad integrum diem xx mensis Februarii a. mdccccxxxiv ; quandoquidem per hoc temporis intervallum Immaculatae Virgin'* *manifestationi· eventum celebratur, ante annos LXXV inibi prodigialiter actum. — Cum enim hoc anno undevicesimum exeat saeculum ab humani generis Redemptione, id etiam valde opportunum est. ut Christifidoles Deiparam Virginem, omnium hominum Matrem a moriente lesu Christo constitutam, recolant atque experiantur.

VIII. Indulgentias, quas S. R. E. Cardinales, Apostolicae Sedis Nuntii, itemque Archiepiscopi. Episcopi, Abbates vel Praelati nullius. Vicarii et Praefecti Apostolici in usu Pontificalium aut impertienda benedictioce aliave forma usitata largiri solent.

Ceteras omnes indulgentias plenarias et partiales, aut ab Apostolica Sede directe concessas, aut ab aliis quoquo pacto concessas concedendasque cx facultate iure ipso vel peculiari induito sibi facta, decernimus, per totum Annum Sanctum, nusquam terrarum vivis prodesse, sed tantummodo vita functis. Praesentium interea auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter indulgentias Iubilaei easque, quas superius singillatim excepimus, nullae praeterea aliae uspiam, sub paena excommunicationis ipso facto incurrendae aliisque paenis arbitrio Ordinariorum infligendis, quomodocumque publicentur.

Ad illud idem propositum, ad quod indulgentiarum intermissio spectat, facultates et indulta absolvendi etiam a casibus Nobis et Apostolicae Sedi reservatu, relaxandi censuras, dispensandi a votis eademque commutandi, dispensandi praeterea ab irregularitatibus et impedimentis, cuilibet quoquo modo concessa, extra Urbem eiusque suburbium, per Iubilaei Maximi decursum, suspendimus nullique suffragari volumus.

Haec tamen per exceptionem decernimus:

I. Iisdem de causis, quae Nobis suaserunt ut nunnullas indulgentias integras permanere statueremus (cfr. supra nn. VI. VII), decernimus immutatas pariter vigere facultates, Palaestinae Lapurdique confessariis recens concessas; Palaestinae dicimus confessariis ab Apostolico Delegato/ vel per se vel per Ordinarios ü deputatis, itemque Lapurdensibus confessariis ab Ordinario Tarbien. et Lapurden. deputatis.

Idque in eorum favorem concedimus, qui sacra Palaestinae loca vel Massabiellensem specum pie inviserint; ita tamen, ut quisquis. Anno Sancto vertente, alve Romae, sive in Palaestina, sive denique Lapurdi censurarum absolutionem obtinuerit, non possit iterum eodem beneficio frui, nisi ad tramitem iuris.

II. Ratae sint facultates omnes per Codicem iuris canonici quovis modo concessae.

III. Ratae item firmaeque sunto facultates pro foro externo ab Apostolica Sede tum Nuntiis. Internuntiis et Delegatis Apostolicis factae, tum Ordinariis locorum. Antistitibus religiosorum Ordinum atque Superioribus Religiosarum Congregationum maioribus quoquo modo in subditos suos tributae.

IV. Quas denique facultates S. Paenitentiaria Nostra impertire solet Ordinariis aut confessariis pro foro interno. easdem ne extra Urbem quidem suspendimus, sed ita ut erga eos dumtaxat paenitentes exerceantur, qui. quo tempore confessionem peragunt, iudicio Ordinarii aut confessarii nequeant sine gravi incommodo Urbem adire.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Earum vero exemplis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti mumtis, eandem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus si essent. exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat hanc paginam Nostrae suspensionis. declarationis, voluntatis infringere vel ei. ausu temerario. contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Del ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die tricesima mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo tertio. Pontificatus Nostri undecimo,—Fr. Andreas Card. Frühwirth. *Cancellarius S.* R. E. Lkv-RErrrxus Card. Lauri. Paenitentiarius Maior. Alfonsus Carinci, Protonotarius Aposfolicus. Dominicus Spolvcrini, Protonotarius Aposfolicus.

Adn. side «ub die 1933 lan. G: LE 1141.

thS&OIL UtUV. ?SI IY
CLEVELAND, OH,

1148

1933 IAN 30.-PIUS XI, CONST. AP. AAS 25 (1933) 14-19

Paenitentiariis aliisque ln urbe confessariis extraordinariae **CONCEDUNTUR FACULTATES ANNO VERTENTE GENERALIS MAX1MIQUE IUBILAEI A DIE II MENSIS APRILIS A. MDCCCCXXXUI AD DIEM USQUE II MENSIS APRILIS A. MDCCCCXXXIV**

PIUS EPISCOPUS

Servie *servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam*

Lndicto a Nobis Sancto extra ordinem Anno ac generali maximoque lubilaeo ad saecularia celebranda humani generis Redemptionis sollemnia — quod non sine Numinis instinctu contigisse putamus — cupimus vehementer ut Almae huius Urbis populus iique omnes, qui romanum iter pia hac de causa susceperint, nihil omnino ex iis rebus rationibusque desiderent, quae ad eluendas conscientiae labes Deique gratiam redintegrandam pertineant.

Quapropter ut ii praesertim, quorum animi, vitiorum laqueis impliciti, graviore morbo languescunt, ad salutem adipiscendam et ad Christianos spiritus refovendos facilius alliciantur atque revocentur, opportunum ducimus, ex more institutoque Decessorum Nostrorum. per piacularem hunc annum, confessoriorum in Urbe amplificare atque augere muneris potestatem.

Itaque motu proprio, certa scientia ac de apostolicae plenitudine potestatis, ea quae sequuntur de confessariis in Urbe et suburbio, anno Iubilaei vertente, deputandis, deque extraordinaria potestate iisdem attribuenda. praescribimus ac statuimus.

Dilecto filio Nostro Cardinali Paenitentiario Maiori committimus ac demandamus, ut, praeter eos, qui nunc sunt, trium Basilicarum Lateranensis. Vaticanae et Liberianae paenitentiarios minores ordinarios atque extraordinarios, pro Basilica etiam S. Pauli, via Ostiensi ad totum Annum Sanctum similes paenitentiarios designet, praetereaque alios, tam in memoratis quatuor Basilicis, quam in reliquis quoque sive saecularium sive regularium ac praesertim in variarum nationum per Urbem ecclesiis, novos similiter paenitentiarios deputet et abunde multiplicet.

Quibus paenitentiariis minoribus, sive ordinariis sive extraordinariis, sive iam exsistentibus sive a dilecto filio Nostro Cardinali Paenitentiario Maiore, ut supra, deligendis, concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conscientiae in actu sacramentalis confessionis
15 et per se ipsi tan/tum, absolvere quoslibet paenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a iure reservatis, sed etiam a censura ab homine lata. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur.

At hisce amplissimis facultatibus non utantur nisi nonnis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

I. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter, vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter, nisi in adiunctis can. 900, illos, qui m casum inciderint Sanctae Sedi reservatum ad normam decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, d. xvi mensis Novembris, a. MDCCccxxvm (cfr. *Acta Apost. Sedis,* vol. XX. pag. 398) (LE 865]; vi cuius Decreti tamen, post etiam obtentam absolutionem, obligatio adhuc viget ad Sacram Paenitentiariam recurrendi eiusque mandatis obtemperandi.

H. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in excommunicationem speciali modo Sanctae Sedi reservatam publice inciderint.

IП. Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi ii, abiuratis saltem coram ipso confessario haeresi vel schismate, scandahim, ut par est, iam reparaverint, aut promiserint sese, ut par est, efficaciter reparaturos. Ad natos in haeresi quod attinet, si dubitetur de facto vel validitate baptismi in secta collati. eiusmodi acatholici, ante absolutionem. ad dilectum filium Nostrum Cardinalem in Urbe Vicarium remittantur.

IV. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, massonicis aliisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata saltem coram ipso confessario secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adseriptos noverint, ad can. 2336 § 2. denuntiaverint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eandem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem — idque iustis gravibusque de causis — per se ipsi destruxerint; sin minus, ipsimet sincero animo sponderint se memoratas condiciones esse, quamprimum potuerint, adimpleturos; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari et frequenti sacramental! confessione.

V. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario/ vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi; nisi de locis agatur, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit 16

VI. Possint iidem paenitentiarii omnia et singula vota privata, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, commutare in alia pia opera, ex iusta causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, quamvis ab origine publice emissum sit in professione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi de causa, in alia pia opera commutare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalcm redacti sint. A commutandis vero votis cum praeiudicio tertii, se abstineant, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit Votum denique non peccandi, aliave paenalia vota ne commutent, nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

VII. Dispensare possint in foro conscientiae et sacramentali tantum, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate, de qua in can. 985. 4°; sed ad hoc unice, ut paenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat.

VIII. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramentel! tantum, ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non ad contrahendum.

IX. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, salutari, gravi diuturnaque paenitentia.

X. Ad visitationes quod attinet quatuor Basilicarum, paenitentiarii, pro singulis qui, iusta de causa, eas praescripta ratione perficere nequeant, facultatem habent cum concedendi dispensationem visitationis alicuius Basilicae, eam commutando — si fieri potest — in visitationem alius ecclesiae, tum etiam visitationum numerum contrahendi Cum singulis autem, qui. morbo aliove legitimo impedimento detenti, memoratas Basilicas invisere nequeant, praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint, dispensando commutent Paenitentiarii tamen sciant, se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto et sine iusta causa christifideles ex eiusmodi visitationibus exemerint Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem/ Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas etiam imminuere.

XI. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit» ullum ne exsolvant, ne eum quidem qui materiam necessariam non habeat

XII. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alfa pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediantur. Volumus autem. Iubilaei causa, eam sufficere. quae per modum viatici ministratur; minime vero eam. quae in Paschate peragenda praecipitur

XIП Hisce omnibus, quas memoravimus, facultatibus volumus uti non modo paenitentiarios. de qu'bus in harum Litterarum exordio diximus, sed etiam S. Paenf-

tentiariae Praelatos: itemque eiusdem S. Paenitentiariae Officiales omnes qui sint *in Urbe ad audiendas fidelium* confessiones habitualiter adprobati; cingulos Urbis suburbiique parochos; rectores et confessarios, a Vicariatu adprobatos, ecclesiarum natlonalium, praelercaque nonnullos confessarios pro praecipuis celebrioribusque Urbis templis designandos, quorum omnium sedi confessional! tabella affigatur in qua verba inscripta sint Paenttentlirtus SanCXZ Jubilaei. Praeterea ut religiosorum virorum utilitati uberius consulamus, easdem facultates tribuimus, pro Ordinibus Congregationibusque exemptis, aliquibus ex iis confessariis, quos Superiores pro subditis tantum adprobaverint ad formam can. 518 et secundum extensionem in can. 514 Ï 1 descriptam; Superioris quidem erit, in unaquaque domo unum alterumve in individuo deputare: qui tamen ex hac sola deputatione non poterunt facultatibus, dc quibus supra, uti erga fideles domui ac Religioni extraneos.

XIV. Paenitentiarii. ut supra deputati, sciant posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Eccles.ae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma, ut lubilaei veniam lucrentur.

Facultatibus tamen absolvendi a peccatis ct ab ecclesiasticis censuris itemque dispensandi ab irregularitate cum eodem paenitente uti nequeant nisi semel tantum, cum ipse lubilaei veniam primum lucretur.

Ceteras vero facultates — eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub η. X — in favorem etiam eiusdem paenitentis semper exercere poterunt

XV. Uti iisdem facultatibus poterunt etiam extra ecclesiam cui addicti sunt, si quando contingat eos alibi confessiones excipere, servatis can. 908-910 et de consensu rectorum ecclesiarum. Caveant tamen — in quo
18 graviter/ eorum conscientiam oneramus — ne ecclesiam propriam neglegant, ut aliis inserviant.

Cum autem, ad maiora animarum lucra anno isto salutaris expiationis comparanda, intersit operarios multiplicari, omnibus quoque confessariis adprobatis ad annum a dilecto filio Nostro Cardinali Vicario in spiritualibus generali, itemque reliquis omnibus confessariis regularibus exemptis, quos Superior tantummodo suus pro sodalibus Religionis omnibusque extraneis in religiosa domo diem noctemque commorantibus adprobaverit — intra fines tamen temporis, loci ac personarum in concessione adprobationis designatos — has, quae sequuntur, tribuimus extraordinarias facultates:

1. Absolvere possint, per se ipsi tantum ct In foro dumtaxat conscientiae ct sacramentali, eos. qui apud ipsos confiteantur, α quibusvis peccatis et censuris, etiam speciali modo a iure Sanctae Sedi reservatis, aut Ordinario reservatis, dummodo censurae publicae non sint, iniunctis tamen salutaribus paenitentiis alhsque de iure iniungcndls. servatisque potissimum in hac absolutione impertienda normis atque exceptionibus, quae supra, sub nn. I-V, pro pacnilentiariis minoribus praescriptae sunt

2. Omnia et singula vota privata, etiam iurata. dispensare poxsint, in foro conscientiae et sacramentali tantum, commutando in alia pia opera, ex iusta causa, exceptis iis privatis votis quae can. 1309 Apostohcae Sedi reservantur. itemque exceptis votis publice emissis ιη susceptione Ordinis sacri aut in professione religiosa tam sollemni quam simplici, et iis. quorum aut dispensatio vergeret in detrimentum tertii aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3. Dispensare possint ab irregularitate eodem modo ac paenitentiariis conceditur sub η. VII.

4. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramcntall tantum, circa visitationes quatuor Basilicarum easque item commutare eodem modo ac paenitentiariis conceditur sub η. X.

S Si quas autem facultates ab Apostolica Sede per S. Pavnitentsariam aut alio legitimo modo impetraverint aut per Annum Sanctum impetrabunt, eae firmae atque immutatae sunto.

β. De ueu facultatum, quas supra sub nn. 1-4 concessimus. ea valeant ac «erventur. quae pro paenitentiariis minoribus sub η. XIV constituimus.

Nihil reliquum est, nisi ut pnemtentiarios ct confes«arios. quibus extraordinarias facultates istas de Aportolfca benignitate largiti numus. vehementer moneamus. patienti animo cantatisque pleno eos omnes excipiant qui Domino reconciliari cupient et caelestibus frui thesauris, quos Sancta Mater Ecclesia per totum lubilaei annum cuivis reserat./ d

Praesentes autem Litteras volumus firmas exsistere et fore, earumque exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem adhiberi fidem, quae hisce Litteris adhiberetur, si exhibitae forent vel ostensae. Contrariis non obstantibus quibuslibet

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis, declarationis et voluntatis infringere vel ei. ausu temerario, contra ire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die tricesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo tertio. Pontificatus Nostri undecimo.—Fr. Andréas Card. Fr Ühwtrth, *Cancellarius S. R. E.* Lujreî-TTOS Card. Lauri. *Paenitentiarius Maior.* Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.* Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Ado. **vide tub dic 1333 Ian. 6: LE 1141.**

1149

1933 IAN 30.-PIUS XI. CONST. ΛP. AAS 25(1933)19·^

Indulgentiae anni sancti MDCcccxxxin-MDccccxxxn CONCEDUNTUR MONIALIBUS ALIISqUE STABILI IMPEDIMENTO DETENTIS CUM OPPORTUNIS FACULTATIBUS CIRCA ABSOLUTIONES CT VOTORUM COMMUTATIONES

PIUS EPISCOPUS

Sernus *sen orum Dei ad perpetuam rei memoriam*

Qui umbratilem vitam, divino servitio mancipati, in claustralibus saeptis traducunt, qui corporis infirmitate laborant, quique in hostili potestate aut in publica custodia detinentur, eos novimus, aliosque non paucos, ex sua ipsorum condicione prohiberi, quominus, per proximi Anni Sancti decursum. Romanam peregrinationem suscipiant.

Pro Nostra autem in omnium ordinum homines paterna voluntate cupimus ut hi etiam reserandis saeculari hac faustitate Ecclesiae thesauris frui queant, atque adeo lubilaei veniam lucrari. Quod quidem eo vel magis/ optamus, quod futurum confidimus ut tot preces totque piacula, undique gentium, ab iis praesertim qui aut innocentem vitam aut angoribus expiatam degunt, laudabili quadam contentione ad Deum admota, uberiora humano generi impetrent caelestia munera. felicioraque tempora concilient Γ

Huius vero concessionis Nostrae hi dumtaxat, qui sequuntur, participes sunto:

I. In primis Moniales omnes, quae in coenobiis degunt sub claustri perpetui disciplina; item quae in iisdem monasteriis aut probandae et postulantes sur.t aut tirocinium exercent aut educationis aliave legitima dc causa, etsi per maiorem tantummodo anni partem, commorantur. Neque excipi volumus mulieres earum contubernales, quae, famulatus vel stipis colligendae gratia, saepta religiosa egrediuntur.

II. Omnes religiosae Sorores, scilicet votorum simplicium. quae ad Congregationem pertineant iuris sive ıiontificii sive dioccesam. quamquam severiore claustri ege non adstringuntur. una cum suis novitiis, probandis. atque educandis puellis — semi-convictricibus quoque, ut aiunt, non tamen externis, — aliisque communi cum ipsis mensa utentibus, domicilio vel quasi domicilio.

III. Pariter Oblatae, seu piae feminae, vitae societate coniunctae. etiamsi vota non emittant, quarum tamen Instituta ab ecclesiastica auctoritate vel ratione stabili vel ad experimentum probata sint, una cura suis novitiis. probandis, puellis educandis aliisque communi cum Ipsis contubernio utentibus, ut de Congregationibus religiosis η. II diximus.

IV. Omnes feminae ad quemvis Tertium Ordinem Regularem pertinentes, quae sub uno eodemque tecto, cum approbatione ecclesiastica, communiter vivunt itemque, ut supra, omnes earum contubernales.

V. Puellae et mulieres in gynaeceis seu Conservatonis degentes, quamvis non sint Monialibus. Sororibus religiosis. Oblatis Tertiariisve concreditae.

VI. Anachoretae et Eremitae, non ii quidem, qui nullis adstricti clausurae legibus vel communiter vel solitarii sub Ordinariorum regimine certisque legibus obtemperantes vivunt; sed ii, qui in continua — licet non omnino perpetua — clausura et solitudine deditam contemplationi vitam agunt et monasticum aut regularem Ordinem profitentur, ut Cistercienses Reformati B M. V. de Trappa, Eremitae Camaldulenscs et Carthusiani.

VII. Christifideles utriusque sexus. qui captivi in hostum potestate versantur, aut in carcere custodiuntur. aut exsilii paenas deportationisve luunt, aut apud pennies domos ad opus damnati reperiuntur, aut denique in correctionis domibus versantur; itemque ecclerastici vel religiosi viri, qui in coenobiis aliisve domiU bus, emendationis gratia, detinentur./

VIII. Christifideles utriusque sexus, qui morbo vel imbecilla valetudine prohibentur, quominus, intra lubihei annum, aut Urbem adeant aut in Urbe praescriptas Patriarchalium Basilicarum visitationes instituant; qui in nosocomiis, conducti vel sponte ipsi sua, aegrotantibus, continuatâ opera, adsunt; qui corrigendorum emendationi ac regimini praeponuntur; itemque operarii, qui, cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt se ab eo per tot horas abstinere; senes denique. qui septuagesimum aetatis suae annum excesserint

Hos omnes et singulos monemus hortamurque ut admissa cuiusque sua dolenti animo perscrutantes, eadem per Paenitentiae Sacramentum eluant ac renovato spiritu ad perfectioris vitae institutum citatiore gradu contendant; mox Angelorum Pane ea, qua decet, pietate reficiantur, indeque vires sumant ad proposita sancte suscepta religiosissime exsequenda; denique ad mentem Nostram — hoc est pro Ecclesiae Catholicae incremento, pro extirpandis erroribus, pro Principum concordia totiusque humanae consortionis tranquillitate et pace — orare ne praetermittant.

Visitationi autem quatuor Urbis Basilicarum alia regionis, pietatis caritatisque opera iidem sufficiant, quae Ordinarius per se ipse vel per prudentes confessarios. pro condicione et valetudine singulorum ac pro loci temporisque rationibus, iniunxerit.

Itaque omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri ct Pauli auctoritate confisi, iis omnibus ct singulis, quos supra memoravimus, vere paenltcnhbus et intra Annum Sanctum rite confessis ac sacra synaxi refectis. Deumque. ut supra diximus, ad mentem Nostram orantibus, omnia denique implentibus aba iniungenda opera in locum visitationum, ac, rei inchoatis tantum iisdem operibus si morbus periculosus oppresserit, plenissimam Lotius paenae, quam pro peccatis luere debent, indulgentiam, rite tamen obtenta per Paenitentiae Sacramentum remissione ac venia, haud secus ac si praescripta communiter ceteris omnibus explevissent, de Apostollcae liberalitatis amplitudine largimur atque concedimus; quam quidem indulgentiam toties intra Anni Sancti decursum lucrari possunt, quoties iniuncta opera iteraverint.

Porro liceat unicuique eorum, quos supra memoravimus. sibi confessarium eligere a suo Ordinario ad praescripta Codicis approbatum, cui, vi praesentis Constitutionis, pro confessione dumtaxat ad lucrandum lubilaeum instituta, concedimus, ut. sine detrimento earum facultatum, quas forte alio titulo exercere possit» personas supra dictas in foro sacramentali tantam absolvere queat a quibusvis censuris et peccatis etiam speciali modo a iure Apostolicae Sedi reservatis, aut Ordinario reservatis, excepto casu haeresis formalis et externae, impositis salutari paenitentia ali2 isque secun dum canonicas sanctiones rectaeque disciplinae regulas iniungendis. Praeterea confessario. quem momalis sibi elegerit, potestatem facimus dispensandi a votis privatis quibuslibet, quae ea ipsa post professionem sollemnem nuncupaverit quaeque regulari observantiae minime adversentur. Confessarios autem supra memoratos volumus quoque commutare posse omnia vota privata, etiam iurata, quibus Sorores in Congregatione votorum simplicium. Oblatae, Tertiariae regulares, puellae et mulieres communibus domibus vitam agentes, sese obstrinxerint, iis votis exceptis quae Apostolicae Sedi reservata sint, ct iis. quorum aut dispensatio vergeret in detrimentum tertii aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

Hortamur autem venerabiles Fratres Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut. ad apostolicae Nostrae benignitatis exemplum, eligendis ad praesentium effectum confessariis impertiri ne recusent facultatem absolvendi a casibus qui ab ipsis Ordinariis reservati sint

Harum interea decreta et iussa Litterarum rata, valida. firma in omnes partes esse et fore decernimus, contrariis non obstantibus quibuslibet. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adiungatur fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, concessionis, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli sc noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die tricesima mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo tertio. Pontificatus Nostri undecimo.—Fr. Andreas Card. Frühwirth, Cancellarius S. *R. E.* Laurentius Card. Lauri. Paenilentiarius *Maior,* Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.* Dominicus Spolverini. *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. vide sub di· 1933 l»n. 6: LE 1141.

1150

1933 FEB 1.-SC S. OFF., DECR. AAS 25 (1933) 30-37

Evulgatio decreti suppressionis cuiusdam religiosae
MULIERUM CONSOCIATIONIS, VULGO MISSIONARIE ADORATRICI E RIPARATRICI DEL SACRO CUORE EUCARISTICO DI GESU

Decretam lamdiu (feria IV, die 2 Iulii 1930) suppressionem religiosae mulierum consociationis cui vulgo titulus « Missionarle adoratrici e riparatrici dei Sacro Cuore Eucaristico di Gesù » cuiusque domus princeps m oppido San *Piero* in *Bagno* dioecesis Biturgensis *(Borgo San Scpolcro)* reperitur, cum praescriptis S. Officii plene ipsae non obtemperaverint. Erili et Rrni Diri Cardinales fidei moribu^que lutandis praepositi, in plenario conventu habito feria IV. die 25 proxime elapsi mensis Ianuarii./ probante Ssmo Domino Nostro Pio 37
Pp. XI. evulgandam mandarunt Sciant igitur omnes et singuli, quorum quomodocumque intéresse queat, praefatam mulierum consociationem esse plane suppressam et ceu talem ad omnes iuris effectus omnino habendam esse.

Datum Romae, cx aedibus Sancti Officii, die 1 Februarii 1933.—A. Subrizi. *Supremae S. Congé, S.* Officii *Notarius.*

1151

1933 FEB 1.-SC ORIENT. INSTR. AAS 26 (1984) 181-182

Instructio pro sacerdotibus ftzantini ritus
SUPER UTVRGICA BINATIONE

Bis in die Sacrum celebrare nusquam beet nU Apostolica Sedes vel per se vel per Ordinarium, gravibus dc causis, facultatem scripto dederit

Sacerdos, qui ex legitima facultate eodem die bis Sacrum facit, praescriptiones sequentes fideliter servet

1. In prima liturgis, cum tempus advenerit consumendi sacras Species quae post Communionem fidelium superfuerint, easdem de sacro disco directe sumat, aut una cum celeris fragmentis diligenter colligat ct tn calicem iniiciat/ i 2

2. Dein pretiosissimum Sanguinem attente ac reverenter sumat, curans ne quid in ore ct parietibus calicis remaneat Quo vero facibu guttulae Sanguinis, forsitan calicis parietibus inhaerentes, m imum roulc-

scant, calicem super prothesim deponat, et postea intus inspiciat num aliquid remanserit quod iterum sit sumendum.

3. Si secunda liturgia cum eodem calice et in eadem ecclesia celebretur, tunc sacerdos vinum et aquam ad Burificatlonem perficiendam non infundat, neque cacem abstergat; sed ipsum purificatorio et velo cooperiat, et sic coopertum in prothesi relinquat usque ad secundam liturgiam; qua absoluta, calicem de more purificet. Digitos dein et labia aqua abluat, quam in aliud vas decens, ex metallo aut vitro confectum et ad hunc usum unice reservatum, transfundat et reponat. Ablutio autem sumi non debet, ne ieiunium sacramentale laedatur,

4. Si vero secunda liturgia in alia ecclesia aut cum alio calice celebretur, tunc sacerdos calicem, labia et digitos de more purificet et abstergat; ablutionem autem in aliquod vas transfundat et secum portet ut sumatur cum ablutione secundae liturgiae.

Quod si facile ablutionem secum ferre nequiverit, tunc illa in sacrarium immittatur, aut bombyce, lana vel gossipio absorbeatur, quae omnia exsiccata sedulo comburenda erunt.

5. Ablutionem primae liturgiae sacerdos sumere poterit etiam postridie in prima ecclesia, cum secunda liturgia in alia celebrata sit

6. Cum calix, qui primae liturgiae inserviit, purificatus luerit vino et aqua, et purificatorio abstersus, in aliam ecclesiam deferri potest ad iterum celebrandum, si haec proprio calice careat

7. Si adsit Diaconus, cum semel in die Communionem recipere queat, in hac unica liturgia in qua communicaverit sacras Species panis et vini, quae superfuerint, ipse consumat; vasa vero sacra, labia digitosque abluat et ablutionem sumat iuxta rubricas liturgiae: sacerdos autem digitos et labia tantum purificet ut supra dictum est

8. Sacerdos pro secunda celebratione nullimode praesumat stipem accipere, ne turpis quaestus suspicionem praebeat sed eam applicet vel pro populo, vel ad mentem Episcopi, vel suam. Fas esto autem aliquam retributionem ex titulo extrinseco percipere.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Orientalis, die prima Februarii anno 1933.—A. Card. Sincero, Episcopus Praen., *Secr.* I. Cesarini, Aclsessor.

Adn. A. COUSSA In Apoll. 7 (1934) 479-486: C KOROLEVSKIJ in EL 48 (1934) 400-402.

1152

1933 FEB 4.-SC CONC. RESOL. AAS 26 (1934) 183-185

ROMANA

Divisionis fructuum et distributionum choralium

Die 4 Februarii *1933*

Species facti. — Capitulum S. Mariae in Via Lata de Urbe, ex induito Apostolico. nonnisi diebus dominicis et festis de praecepto, i. e. circiter per 80 tantum dies in anno, servitio chorali adstringitur. Qua de causa sequentia dubia huic Sacrae Congregationi proposita sunt solvenda:

I. Utrum divisio fructuum praebendae, sive haec in distributionibus tantum consistat sive non, in dies naturalei an potius in dies servitii sit facienda in Capitulis ubi quotidianum chori servitium non exsistit;

II. Utrum distributiones quotidianae in praedictis Capitulis dividendae sint per dies naturales an per dies servitii.

Syxorsxs disceptationis. — Iure communi, servilium chorale persolvendum est quotidie, slcutl quotidie officium dlvinum omnes clerici, «acris ordinibus initiali vel beneficio ecclesiastico praediti, recitare tenentur (can 135. 414. 1475). Haec obligatio servitii choralls lingulis diebus persolvendi obstringit tum Capitulum tum omnes et singulos canonicos erterosque benefi'-tatos.

Iurc particulari vero servilium chorale potest esse in- tum mi' seu non quotidianum, quod veriücatur induito S Redis vel fundationis lege. Huiusmodi oneris relaxatio habetur. vel quatenus, manente penes Capitulum obligatione quuUdle divini officia persolvendi, singuli canonici alhque henennatl nnn tenentur quotidie choro intéresse, sed per

turnum (i. e. mediariam, tertiariam, etc.) servitium praestant; vel quatenus obligatio quotidie persolvendi divi.-a officia in choro cessat non solum pro singulis capitularibm sed etiam pro ipso Capitulo, cum ex lege fundationis vd ex peculiari S. Sedis induito divina officia in choro siti persolvenda statis dumtaxat anni temporibus, ex. gr^ d· bus dominicis et festis de praecepto.

Ad normam canonis 395 J I. In Capitulis in quibus nuilae sunt distributiones vel ita tenues ut verisimiliter negligantur. separanda est tertia pars fructuum, proventuum obventionum quae ex dignitatibus, canonicatibus. oftea alusque ecclesiae capitularis beneficiis percipiuntur, in quotidianas distributiones convertenda. Sl vero omnes praebendae fructus in distributionibus consistant, tunc distributiones ipsae in tres partes divi/dendae sunt, quarum 124 duae tertiae partes locum tenent praebendae huiusque reditus repraesentant; tertia autem pars In quotidianas distributiones impendenda erit (cfr. can. 418 J 3: 421 | 2>. Quae disciplina etiam ante Codicem vigebat (cfr Cone Trid.. sess. XXI. cap. 3. *de reform.:* Pltonius. *Disceptationes ecclesiasticae,* diccepL 34. n. 1: Garcia, *Dc beneficiis,* part IП. cap. 2. η. 440).

Ubi distributiones quotidianae non habentur. Episcopus In dignitates, canonicos ct ceteros beneficiates a choro illegitime absentes statuere debet muletas pecuniarias, quie "distributionibus respondeant eorumque locum teneant' (can. 395 § 2).

Si chorale servitium sit quotidianum, palam est fractal praebendae, sive consistant in distributionibus tantum sive In bonis peculiaribus et distinctis, dividendos esse in 6: naturales, quia beneficium datur propter officium sacrum quod in casu quotidie impleri debet. Igitur fructus praebendae dividendi sunt in 365 partes.

At etiam ubi servilium chorale non est quotidianum, vel ex legis fundatione vel ex speciali induito S. Sedis, divisio fructuum praebendae m dies naturales est facienda nam reditus beneficiales non sunt adnexi servitio chorali. sive quotidiano sive non. sed titulo sive officio. Nam officium sacrum, subjective spectatum, ut ait Wernx. Iss Derret.. tom. II. n. 240, est: "ius clerico a competes· Auctoritate ecclesiastica legitime concessum nomine proprio et stabili quadam ratione exercendi iura et onera spiritualia ex institutione Christi vel Ecclesiae gradui lorisdictionis adnexa. Dc ratione igitur stricti officii ecclecastici est ordinaria quaedam potestas ecclesiastica, quae quamvis primo loco et propriissime in officio ecclesiastico comprehendat jurisdictionem ordinariam, tamen iura quoque ordinis et admlnistrationis adnexa includit, si verbum officii ecclesiastici absolute et simpliciter adhibeatur ".

Item Schmalzgrueber. lib. III. part. I, tit IV, n. 76. ad dubium: " quomodo distributiones quotidianae distinguantur a fructibus praebendarum ", sic respondit: " quod vero fructuum nomen, ut plerumque solet, sumatur specifice, plurimum ab illis distributiones quotidianae differunt; nam iructus in hac significatione sunt proventus annui, qui ia fixo consistunt, et a canonicis propter annuam residential dantur absque respectu ad singulas in choro praesentias ' Contra distributiones quotidianae non consistunt in jixo sed cum ratione interessentiae in divinis dentur, ab aliquibus plures. ab aliis pauciores percipiunjur. prout qmsquu frequentior. vel remissior in divinis fuit ". Et Leurenius. *Forum* beneficiate, lib. I. quaest. IX, sic explicat: * Porro dum (fructus praebendae) dicuntur dari ob spirituale *officium.* vel etiam, ut Lott.. 1. c.. n. 25. ait. ob spiritual·.» officii/ temporalem retributionem, ita accipiendum noa IS est. ac si dentur in compensationem et pretium, sed in sus:enlati n:m talium personarum, ut eae a cura sibi providendi liberae. Deo melius vacari queant; Gare., X. p. L c. 2. n. 60

Quoad vero distributiones proprie dictas, manifestum est eas per *dies* servitii dividendas esse. Id ex ipsa earum natura patet Nam distributiones sunt quaedam stipendia seu emolumenta ob singulas praesentias in choro assignata, i. e., portiones ecclesiasticorum redituum, quae inter captlulares praesentes dividuntur. Attenditur proinde praesentia. quae potest esse vel physica seu rcalis. vel Juridica scu per fictionem iuris. quatenus quis revera a choro abest, at nihilominus censetur a lege uti praesens in ordine ad fructus praebendae percipiendos vel etiam ad distributiones lucrandas. Porro praesentia supponit necessario chorale servitium, ct cum eo ita absolute stricteque conlungitur, ut ab illo selungl nullo pacto queat, cum eMenus quis censeatur praesens vel absens, quatenus intersit necne choralb» servitio.

Hinc est quod ex Concilio Tridentino (Sess. XXI. cap. 1 *de reform.}* distributiones dicuntur dividendae " inter dignitates obtinentes et ceteros divinis interessentes seu inter capitulares: " qui statis horis interfuerint " (Sess. XXIV. cap. 12. dc reform., can. 394 5 3, 395).

Distributiones quotidianae percipiuntur quotidie, et pro singulis horis, inter praesentes quibusdam tantum diebus et pro peculiaribus functionibus, et tam illae quam istae nonnisi ratione servitii choralis. Unde Barbosa (De canonicis ct dignitatibus, cap. 21. n. 5) docet: " tribuuntur (distributiones) Illis dumtaxat, qui ecclesiis inserviunt et pro ratinne servitii ". Proinde ambigendum non est quin distributiones huiusmodi dividendae sint in dies servitii.

Resolutio. - His itaque perpensis, in plenariis huius

UH'XTRoVïY Iu
CLEVELAND. OH.O

Sacrae Congregationis comitiis diei 4 Februarii 1933 proposita sunt dubia:

I. *Utrum duae tertiae partes distributionum, quae locum tenent praebendae, dividendae sint per dies naturales,* an per dies servitii, in *casu;*

II. *Utrum distributiones quotidianae dividendae* sint per dies naturales, an. per dies servitii, in casu.

Porro Emi Patres respondendum consuerunt:

Ad I. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Ad II. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Facta autem postridie Ssmi Dno Nostro Pio Pp. XI per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium relatione. Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est.—I. Bruno, *Secr.*

Ada. A. BENTLEY in CR 8 (1934) 333; J. CREUSEN In NrT 61 (1934) 623; Ph. MAROTO in Apoll. 7 (1934) 422-426.

1153

1933 FEB 25.-SACRA PAEN.» DECR. AAS 25 (1933) 72

Declaratio Decreti circa indulgentias « Stationibus » adnexas

Evulgato Sacrae Paenitentiariae Apostolicae decreto diei 12 Aprilis 1932 *(Acta Apostolicae Sedis, v. XXIV, p.* 248) [LE 1084], quo indiscriminatim statuitur *indulgentias.* quas vocant, *stationales* nonnisi visitando diebus et forma praescriptis *stationales ecclesias* lucrari posse, exorta quaestio est an et quomodo in suo robore posthac manere sint dicenda peculiaria indulta in quarumdam piarum associationum aut scapularium de indulgentiis summariis contenta, posse sc. adseriptos praefatas stationales indulgentias in ecclesiis etiam non stationalibus» ceteris paribus, acquirere. Re ad omne dubium auferendum delata Ssmo Domino Nostro Papae per infrascriptum Cardinalem Maiorem Paenitentiariam. Sanctitas Sua in audientia die 20 Ianuarii anui currentis eidem impertita declarandum mandavit peculiaria eiusmodi indulta ita in posterum intelligenda esse ut valeant adscript! indulgentias stationales in ecclesiis etiam non stationalibus, ceteris ad rem clausulis et praescriptionibus ad unguem servatis, adipisci tum tantum cum nullae in loco ecclesiae stationales inveniantur. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 25 Februarii 1963.—L. Card. Lauri. *Paenitentiarius Maior.* I Teodori, *Secr.*

1154

1933 FEB 28.-S. PAEN., FACULT. AAS 25 (1933) 65-69

Facultates confessariis peregrinis concessae anno vehtfnte generalis maximique **IUBTLAEÏ A DIE II MENSIS APRILIS A. MDCCCCXXXITI AD DIEM USQUE II MENSIS APRILIS A- MDCCCCXXXTV**

I

Facultates speciales quae tribuuntur omnibus Confessaris *peregrinis qui iam* in *sua dioecesi rite approbati sint pro utroque sexu.*

L Absolvendi, in foro conscientiae et sacramentali tantum, quaslibet personas sibi confidentes a quibusvis peccatis et censuris a iure reservatis aut Ordinario, aut, etiam speciali modo. Romano Pontifici, *dummodo cennrae publicae non sint;* iniunctis salutaribus paenitentiis atque aliis de iure iniungendis.

Ne absolvant, tamen nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos. qui iretiti jint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter, vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter, nisi in adiunctis can. 900, illos, qui ir inciderint Sanctae Sedi reservatum ad normam Decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae. d. xvi menjis Novembris, a. mdccccxxviti (cfr. *Acta Apost. Sedis, vol XX.* pag. 398) fLE 834); n cuius Decreti tamen. post etiam obtentam absolutionem, obligatio adhuc viget ad Sacram Paenitentiariam recurrendi eiusque mandatis obtemperandi.

2. Commutandi, in foro sacramentali tantum, in alia pia opera, ex iusta causa, omnia et singula *vota privata,* etiam iurata, exceptis iis votis privatis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur; itemque exceptis iis/ quorum commutatio vergeret in detrimentum ter- M
tii, aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3. Concedendi in foro conscientiae et sacramentali tantum, dispensationem visitationis alicuius Basilicae eam commutando in visitationem, si fieri potest, alius ecclesiae, v. g. Basilicae Sessorianae S. Crucis, imo etiam visitationum numerum imminuendi. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Summi Pontificis fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant In commodum tantum aegrotantium eas liceat imminuere.

II

Facultates speciales quae decem Confessariis *peregrinis, ab hac S. Paenitentiaria,* vel ab *Episcopo proprio selectis, tribuuntur ad confessionis sociorum peregrinorum accipiendas.*

1. Absolvendi, in foro sacramentali tantum, non solum a censuris et excessibus occultis, prout statuitur sub η. I, 1, pro omnibus confessariis peregrinis, sed etiam a censuris quae sint publicae in locis ubi commorati sunt paenitentes vel ibi nominatim declaratae sint aut quamvis delictum ad iudicem fori externi iam fuerit deductum, dummodo sint sincere parati quodvis mandatum demisse accipere fideliterque adimplere et scandalum reparare. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur. Ne absolvant tamen, nisi ad tramitem can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria Jurisdictione praeditos, Superioresque maiores religionis exemptae, qui in censuras *speciali modo* Romano Pontifici reservatas publice *inciderint.*

2. Dispensandi, pro foro conscientiae et in sacramen tali confessione tantum, constitutos in Sacris, ad Ordines tantum exercendos, ab irregularitatibus ex delicto occulto, non exclusa irregularitate de qua in can. 985, 4

3. Dispensandi, pro foro conscientiae et sacramentali tantum, circa visitationes quatuor Basilicarum, easque item commutandi eodem modo ac ceteris confessariis conceditur sub η. I. 3.

4. Commutandi in foro sacramentali tantum in alia pia opera, ex iusta causa, omnia ac singula *vota privata,* iurata quoque et etiam Sedi Apostolica
vata. Similiter possint commutare votum castitatis perpetuae ac perfectae, etsi fuerit ab origine publice emissum in professione religiosa etiam solemni. et firmum manserit aliis huius professionis votis relaxatis. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensare possint qui vi Ordinis sacri ad legem coelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint A/ commutatione votorum 67
se abstineant, si commutatio tertio praeiudicium afferat ac minus arceat a peccato quam ipsa commutatio

5. Dispensandi pro foro conscientiae et in actu sacramentalis confessionis tantum ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali. etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non vero ad contrahendum vel sanandum in radice.

6. Dispensandi ab occulto criminis impedimento neutro machinante, sive agatur de matrimonio contracto sive de cont-ahendo, iniuncta. in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita. in utroque, gravi ac diuturna paenitentia salutari.

MONITA

Dc usu facultatum confessariis peregrinis tributarum

1. His facultatibus specialibus confessarii peregrini ubicumque ln Urbe et suburbio, servatis can. 908-910 et de consensu rectorum ecclesiarum, eum sociis peregrinis uti poterunt, ita tamen ut eas valide exercere queant si unus vel alter peregrinus non socius. cum peregrinis soci<s ad ipsos confitendi causa accedat

2. Item his facultatibus tantummodo uti poterunt erga paenltentes qui ad confitendum accedant *ea mente ct sincera voluntate* ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia lubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant

Similiter his facultatibus absolvendi a peccatis et censuris reservatis itemque dispensandi ab irregularitatibus nonnisi semel cum eodem paenitente uti poterunt, cum ipse scilicet Iubilaei veniam primum lucretur et tum solummodo cum paenitens iam ab alio confessario, facultatem habente per anni sancti decursum, a peccatis et censuris non fuerit absolutus vel ab irregularitate iam dispensationem non obtinuerit. Ceteras vero facultates — eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub η. I. 3 — in favorem etiam eiusdem paenitentis semper exercere poterunt

4. Firmae et immutatae remaneat facultates quas omnes confessarii peregrini per Sacram Paenitentiariam vel alio legitimo modo consecuti sunt vel conse-
63 quentur./

5. Haereticos et schismaticos qui fuerint publice dogmatizantes ne absolvant nisi ii, praeter haeresis et schismatis abiurationem. saltem coram ipso confessario factam, scandalum, ut par est, reparaverint.

6. Ne absolvant eos qui sectis vetitis, massonicis aliisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata, saltem coram ipso confessario. secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336. n. 2, denuntiaverint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eamdem sectam respiciam, quotiescumque adhuc retineant, absolventi tradiderint aut se ea tradituros vel destructuros serio promiserint, imposita, pro modo culparum, gravi pacnilentia salutari.

7. A lectione librorum prohibitorum ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet. Ordinario aut confessario tradiderit aut se eos traditurum vel destructurum serio promiserit.

8. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, cum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se. cum primum licuerit, satisfacturum.

9. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo ad can. 2342, prohibeant, sub paena reincidentiae, quominus in posterum accedant ad religiosam domum illam eiusque ecclesiam.

10. Eos. qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvant nisi aut iis restitutis aut compositione quamprimum a competente auctoritate postulata. aut promissione sincere facta eamdem postulandi nisi agatur dc locis, in quibus a Sede Apostolica aliter xam provisum fuerit

11. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi conhcere iure liceat paenitentem plenissimam lubiiaci veniam esse consecuturum.

12. Confessio et Communio ad lucrandam lubilaei indulgentiam nihil refert utrum visitationibus quatuor Basilicarum antecedant, interponantur vel succedant; unum necessc est ut postremum cx praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925. n. 1. compleatur Ab obligatione praescriptae eonfcMionU nullum nc exsolvant, neque fas est. Communionem in aha pia opera commutare, nisi agatur de aegrotis.

13. Visitationem Basilicarum ne commutent in alia opera, quae nd peragenda paenitens sit alio obligationis
C9 propriae dictae titulo adstrictus ; / et sciant se conscientiam suam oneraturos si inconsulto aut sine iusta causa paenitentem cx eiusmodi visitationibus exemerint.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae. die xxviiT mensis Februarii, anno Domini mdccccxxxhl - L. Card Lauri. PaenitentiariuA Maior. I. Teodort Secr,

Adn. E lOMDART In HrT 60 (1933) 460-461. Vid« «tiara vt» d'« 1913 îw» 6 LE 1141.

1155

1933 FEB 28.-S. PAEN., MON. AAS 25 (1933> W-tf

Monita de usu facultatvm confessariis per annum SANCTUM TRIBUTARUM DEQUE RATIONE INDULGENTIAE IUBILAEI LUCRANDAE, AD NORMAS CONSTITUTIONUM BENEDICTI XIV ET LEONIS XIII EXARATA, AUCTORITATE SSMI D. N. PII PP. XI AD HODIERNAM DISCIPLINAM ACCOMMODATA EIUSQUE IUSSU EDITA

Rei consentaneum est ut quae, per Apostotar. Constitutionem « Indicto a Nobis » die xxx superiora mensis datam ILE 11481. amplissimae sane facultates paenitentiarils minoribus ceterisque in Urbe ct suburbio confessariis attribuuntur, eadem summa cura suemaque prudentia exerceantur. Ita enim iubilaris veniae largitio, ad quam adipiscendam per sanctum extra ordinem annum christifideles omnes vocantur, tutius profecto atque facilius ad salutem conferet animarum.

Quapropter Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XI. decessorum Suorum vestigia premens, qui rationibus eiusmodi anteacta aetate consuluerant, decrevit eorum monita, ad praesentem disciplinam accommodata. religiose retinenda esse et singulis, sive Ordinariis sive confessariis ecclesiarumque rectoribus, accurate servanda.

I. Noscant imprimis in compertoque habeant paenitentiarii aliique confessarii se extraordinariis hisce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant ea *metite et sincera voluntate* ut lubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens. mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.

Simplices confessarii his facultatibus in foro interno et sacramentali tantum uti possunt; pacnitentiarii vero in foro interno etiam extra-sacramentali, dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus forum sacramentale expresse rc-quiratur./ 51

Urbis tamen et suburbii parochi, qui per Constitutionem « Indicto a Nobis » anno sancto vertente pacrJtentiariis annumerantur, peculiarem facultatem habeant iubilares visitationes dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam memoratae Constitutionis sub η. X non modo cum de paenitentibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis paroeciae suae.

II. Ssmus D, N. Pius Pp. XI confessariis vel Lapurdi. vcl in Palaestina legitime deputatis benigne concedere dignatus est ut per anni sancti decursum a peccatis et a censuris etiam speciali modo Apostolicae Sedi reservatis absolvere queant.

Verumtamen. quandoquidem eiusmodi facultas hisce finibus continetur atque circumscribitur, ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucretur (cfr. Const < Indicto a Nobis » sub n. XIV); itemque tum solummodo, cum naenitens iam ab alio confessario facultatem hatxVæ per anni sancti decursum ab his peccatis atque censuris absolutus non fuerit (cfr. Const < Nullo non tempore > sub η. I.) [LE 1147], summopere nccesse est paenitentiarios ac confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet pacnitente hisce peccatis vel censuris irretito exquirere :

1" utrum iam iubilarem veniam lucrifecerit necne;

2° quodsi eam non lucrifecerit, num, anno sancto vertente, a peccatis vel a censuris reservatis, sive Romae. sive Lapurdi, sive in Palaestina, absolutus fuerit

Atque id ipsum tum requirat, cum paenitens se sistat aliqua irregularitate irretitus. Etenim si ipse vel iam iubilarem veniair lucratus fuerit, vel iam tuent ab irregularitate in Urbe dispensatus .dispensationem eiusmodi iterum obtinere non potest.

III. Confessarii praediscant ac memoriâ teneant indicem peccatorum, censurarum, paenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non

aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1045 δ 3.

IV. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi coniicere iure liceat paenitentem plenissimam lubilaei veniam esse consecuturum.

V. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satis-
c tactionem/ praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

VI. Paenitentiarii, qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant:

Qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, non posse eos tamdiu lubilaei beneficio frui quandiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderint, posse, remoto scandalo, in foro sacramentali interim absolvi ad finem dumtaxat lucrandi lubilaeum, cum onere quam primum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris.

VII. Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, paenitentiarii aliique confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta sint, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

VIII. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo ad can. 2342, prohibeant, sub paena reincidentiae, quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam acceaat. Firmis quidem manentibus paenis, de quibus sub n. 2 eiusdem canonis agitur.

IX. Religiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quamdiu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant
I propositum ad religionem suam redeundi, congruo nsdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea condicione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint At ii moneantur, se. quamdiu extra suae religions domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis poenis in can. 2385 statutis. Religiosus autem fugitivus, etiamri ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidenUe poena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit m sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. Cum de votorum commutatione agitur, id latiore quadam ratione accipiatur ita quidem ut paenitentiarii ac confesarii. pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti vota commutare possint.

XI. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis poe-
α m vetantur, ne quemquam/ absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante ibsolutioncm tradiderit; sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit

XII. Ad facultatem quod attinet sacras visitationes rn-nmutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt:

I. Cum paenitentiarii ceterique confessarii. iusta qu:dcm de causa. Basilicam in aliam ecclesiam commutabunt, Jubilares hae visitationes haud dissimili ratione f.ant. ac illae quae in Basilicis praescribuntur; hoc est eadem adhibeantur preces tum augusto Sacramento, tum lesu Christo cruci affixo, tum denique Deiparae Virgini; cum vero Confessionis altare ibi non habeatur, catholicae fidei professio coram Ssifio Sacramento pronuntietur.

2. Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram Basilicam invisendi, nulla facta obligatione aliam ecclesiam per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes duodecim semper habendas eue, quae proinde m reliquis Basilicis fieri debent. Dispensatio enim alicuius Basilicae visitandae idem non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

3. Si quis vero, praeter dispensationem alicuius Basilicae visitandae, sacrarum etiam visitationum numeri imminutionem petat, paenitentiarii aliique confesarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensatae fuere; quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

4. Cum commutatio conceditur visitationis alicuius Basilicae, opportunum est ut eadem, si commode fieri potest, in Sessorianae Basilicae visitationem commutetur.

5. Necesse, ceteroqui, non est invisentibus, ut per Portam Sanctam in Basilicas ingrediantur aut de iis exeant; immo, etiam Basilicis clausis vel aditu ad eas quavis de causa impedito, satis erit ad earundem fores vel gradus Deum exorare, praescriptas preces recitando, At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat

6. Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt Mutis vero can. 936 consulitur.

XIII. Cum quatuor Basilicarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint lubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilégiais debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte paenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus./ 64

XIV. Confessio et Communio ad lucrandam piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quatuor Basilicarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae ad can. 925 δ 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc suscipere; secus» satis erit ut, actu contritionis perfectae elicito, cum Deo reconcilietur.

XV. Etiamsi omnes Christi fideles, cuiusvis ordinis et gradus, ad Almam hanc Urbem, lucrandi iubilaei causa, advocentur atque invitentur, nulli tamen putent sibi datam adeundae Urbis libertatem, posthabitis eorum, quorum interest, venia vcl consensu. Itaque uxores et viri caveant, ne sua peregrinatio gravia familiae incommoda afferat; invitos, vicissim, parentes filii ne deserant. Episcopi ab dioecesi sua ne discedant, si qua gregi detrimenta metuant; sacerdotes ac reliqui de clero ne romanum iter ingrediantur, nisi Cuna eos sua litteris munierit; religiosis, denique, peregrinari non licebit, nisi venia legitime a Superioribus impetrata. quos tamen dedeceat nimium se morosos praestare ac difficiles, et hortationem Benedicti XIV neglegere, qui in Litt. Enc. Apost. *Const.,* die 26 mensis Iunii anni 1749 datis. § 7, c hac in re benigniores » eos futuros fuisse confidere se declarabat ICICF n. 4001.

XVI. Suspensio facultatum, per Constitutionem Nullo non *tempore, die* 30 lanuarii n. e. indicta ac denuntiata. ad Urbem eiusque suburbium minime pertinet, cum summopere intersit, per Annum Sanctum, hole sacrorum operariorum copiam et auxilia paenitentibus e culparum caeno ad divinam gratiam revocandis nec imminui nec deficere. Quisquis igitur Romae eiusmodi facultatibus sit legitime munitus, eas per piacularem annum in Urbe et suburbio, intra fines concessionis sibi factae et temporis sibi praestituti, libere exerceat. — Ad indulgentiarum suspensionem quod attinet, eadem Constitutione *Nullo non tempore* indictam, cum Apostolica Sedes iam dudum decreverit, nonnullas indulgentias ab usitata per Annum Sanctum suspensione eximi. SS. D. N. eiusmodi indulta seu privilegia, etsi dc iis in memorata Constitutione siletur, non revocat, modo authentice constet, ea ipsa fuisse ct revera ct in perpetuum concessa, ad can. 70, 71. et 60 I 2.

XVII. Confessarii extra Urbem, qui facultatibus extraordinariis, lubilaei eausâ. per Constitutionem Qui umbratilem riiam ILE 1149] donati sunt, sciant, sibi licere hisce Monitis eatenus uti, quatenus ipsis applicari possint.

Haec *Monita* ad praesentis disciplinae condicionem accommodata. Ssmus D_ N. Pius divina Providentia Papa XI, in lucem edi iussit, ut/ constans et tuta om- «5
nibus praesto sit interpretatio ct facultatum, quae vigebunt, et operum, quae praestanda sunt ad veniam

lubilaei consequendam, per proximum piacularem annum.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die xxvin mensis Februarii anno mdccccxxxiii.—L. Card. Lauri, *Paenilentiarius Maior.* I. Teodori, *Secr.*

Adn. E. JOMBART in NrT 60 (1933) 457-460 Vide eliam fob dii 1933 lan. 6: LE 1141.

1156

1933 MAR 4.-SC CONC. RESOL AAS 27 (1935) 341-344

RATISBONEN.

Iuris nominandi canonicos. *Die 4 martii 1933*

Specus facti. — Ratlsbonae, in Germania, est Capitulum collegiale ecclesiae B. Mariae V., ad veterem Cappellam nuncupatum, in quo septem exstant canonicatus. quorum quinque conditi sunt prioribus saeculis, sextus fundatus fuit a Baronissa Maria Theresia de Stinglheim anno 1766. postremus vero anno 1862 ex bonis familiae Steuer conlatis. Attamen ob sic dictam pecuniae inflationem, recentiores hi duo canonicatus indotati prorsus manserunt, ita ut hodie tantummodo antiquiores quinque canonicatus conferantur. Et quoad eorum collationem spectat, consuetudo iam a pluribus saeculis invaluit ut Capitulo ius alternum esset cum Episcopo novos canonicos nominandi, in sex cuiuslibet anni mensibus paribus vacantes.

Mense vero augusti anno 1931 cum unus ex his quinque canonicatibus vacare contigerit obitu canonici titulans, propter difficultates inter Episcopum et Capitulum inde exortas, quaestio huic S. Concilii Congregationi enodanda delata fuit.

Stxopsis DASTiO3fis. — Vi canonis 403 Codicis I. C. consuetudines, quae sint contra liberam collationem beneficiorum in ecclesiis cathcdralibus et collegiahbus. reprobatae sunt, et omne privilegium revocatum est. Firmae tamen remanent fundationis leges et lus praesentandi in Concordatis ad normam canonis 1471 concessum.

lamvero Capitulum, ad sua iura tuenda relate ad antiquiores quinque canonicatus, invocat antecedentem consuetudinem, et privilegia sibi antea concessa, ultima vice per Concordatum inter Pium VU et Regem Bavariae Maxiir.ihanum initum. Sed frunra. nam ipsum Capitulum affirmare cogitur: " Fundationis leges ex istis temporibus non iam exisîunt Si itaque non existunt, nec probari possunt huiusmodi leges, ipsum ius nominationis ct electionis peremptum est. Quapropter quoad quinque antiquiores praebendas canonicales, nuuum ius electionis Capitulo collegiali competit/ propter defectum iuris ex lege fundationis. et electio, vigore canonis 403. ad Episcopum spectat

341

Relate vero ad sextum et septimum canonicatum. haec sunt adnotanda. Canonicatus sextus anno 1766 a Baronissa Mana Theresia de Stinglheim fundatus fuit, quae in testamento ita disposuit: " Est voluntas mea. ut... Capitulum collegiatum, tanquam haeres meus, praeter numerum hucusque existentium canonicorum, adhuc alium canonicum capitularem nach treffender Ordnung oder turnum (scilicet: iuxta vigentem ordinem ucl turnum) ad veram praebendam in perpetuum instituat, qui sicut ceteri canoniri chorum frequentare reliquasque obligationes implere debet

Capitulum contendit his verbis fundatricem voluisse eidem ius nominandi «u eligendi ad novum canonicatum conferre, nam ordo tunc vigens erat alternatio nominati··nis apostolicae tn mensibus inaequalibus, et electionis Capituli In mensibus aequalibus, vi Concordati Viennensis diei 17 februarii 1443; per decretum vero reorganisationLs diei 17 auguwti 1830 Rex Bovariae sibi reservavit nomina·tonrm m mensibus papalibus.

Sed verba a Capitulo supra rebate tantum sc referunt ad Mrrvitium capitulare novi canonici. quod fieri debebit M secundum ordinem vel turnum valentem (vigentemi ". non ver' ftd modum pr~vid·· di memoratum canonicatum. Si fundatnx quid speciale decernere voluisset de mod› ell-Kendi ad suum canonicatum. td certe expressis verbis enunrinvtmet. nnn vero simplici enunciation? " ad ordinem vel turnum valentem "; et eiuidem voluntatem exscripsisset Episcopus m instrumenta confirmationis. et de Iure eligendi decretum €didiw Sed tum In testamento, tum in derreto cnnhrmatlonis Episcopi dit-ι C4 martii arm 1766. deeit quiecuroque mvntla de methedo observanda circa provisionem eanonteatus. Hinc mi mirum † ad novum canonicatum providendum vervaLi fuerit praxis tunc vigens relate «d reli^tr- can'-Iratus; imo aliter fieri non p"terat. Inde vrm exrludllur ius electionis Capituli cx lege fundationis.

Ex quibus sequitur sextum canonicatum. de quo In casu, nunc siltem liberae coHatinnB

Septimus autem canonicatus. Steucrvnsia dictus, tu datus fuit an. 1662 per conversionem cuiusdam beneficii, «u cappellaniae, qued erat iurispatronatus Capituli. Capitulum petiit erectionem novi canonicatus: et huius praebenda constituta fuit fructibus beneficii, quibus Capitulum « propriis reditibus tantum addidit, quantum necessarium fuit ad sustentandum canonicum pari gradu cum cetcr.v Novus autem canonicus omnibus iuribus et oneribus capitularibus. aeque ac ceteri, fruebatur et subilcicbatur.

Canonici, circa electionem seu nominationem ad nevum canonicatum. haec ab Episcopo petebant " in caUtu autem futuris lus collr/tionla tantum poscere vokuna, si vacatio in mense Capituli fiet ". Etsi verba incerta «. deantur, canonici, loco iuris patronatus et pracsentatloaa singulis vicibus, petunt quamdam commutationem, sdlicci ius electionis ~ si vacatio in mense Capituli fiet ". Hoc ha electionis, sic imminutum, non est lex fundationis, quia canonici nec transactionem nec conventionem ineunt, nec compensationem quaerunt pro iure patronatus, «ed tantummodo ~ ...in ensibus futuris ius collationis tantum poscere volumus si vacatio in mense Capituli fiet Quj uzi autem menses Capituli edocemur textu Concordati inter Pium VTI et Regem Bavariae Maximilianum, scilicet: " Rex ad canonicatus in sex mensibus apostolicis sive papalibui nominabit: quoad alios sex menses, in eorum tribus Archiepiscopi et Episcopi, in reliquis vero tribus Capituhia nominabit ". Hoc autem erat ius concordatarium vigens anno 1862. Quid autem intendere potuerint canonici nm mensas canonicales ad normam vigentis Concordati? Erp Acceptant, imo posceoant. relate ad novum ¢anonicius disciplinam quoad alios iam vigentem, nec ullam peculiarem legem fundationis constituebant. In decreto autem erectionis Episcopus haec habet: " Constituimus praeterea ut iuxta eiusdem Capituli votum, patronatus sui lure in praefatum beneficium suppresso, ius nominandi vel elidendi ad novam hanc canonicalem praebendam... ab indan personis legitima ratione exerceatur, quibus praedictum ius in reliquas, quae modo existunt. canonicales istius Cc-l-legiatae praebendas competere dignoscitur ** Episcopus iptur ante omnia ius patronatus suppressit, deinde, nulla facta mentione compensationis, ius nominandi ad novum canonicatum ad easdem leges determinat, quae pro ceteris praebendis vigent. Hinc clare demonstratur nullum peculiare privilegium Capitulo concedi aut competere, nullam legem fundationis constitui, et rem reduci ad ius concordatarium tunc vigens.

Confirmatur conclusio his quae Rex Bavariae dccrevlL Regium enim decretum, nihil habens de Capituli antiquo iure patronatus, statuit: " Ius conferendi canonicatum Steuerensem ad nos pertinet, cum mense papali vacat, ceteris mensibus per electionem canonicam Capituli coUegialis confertur ". Statim Episcopus protestatus est, non contra ipsum decretum, sed contra citatum comma, instans ut lus Capituli circumscriberetur ad limites iuris concordataril tunc vigentis.

Itaque Episcopus non solum non concessit Capitulo hu eHgendi ad novum canonicatum, etsi restrictum, uti legem specialem fundationis, sed etiam expresse curavit ne Itx fundationis putari posset. Ius ergo Capituli eligendi ad septimum canonicatum eundem exitum sequi debuit qinm tus eligendi ad alios canonicatus. et una cum hcc exstinctum est./ w

Resolutio. — In plenariis autem comitiis, die 4 natil 1933 habitis. Emi Patres huius S. Congregationis ad propositum dubium: *Utrum ius nominandi canonicas, sive veteres sive recentiores, competat uni* Episcopo: an *eidem cum Capitulo* in *casu;* responderunt: *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Quam resolutionem, in Audientia diei 8 eiusdem mensis, referente subscripto S. Congregationis Secretario, Ssmus Drills Noster Pius Pp. XI approbare et confirmare dignatus est.—I. Bruno, *Secr.*

Adn. E. BERGH In NrT 62 (1935) 976; IP 15 (1935) 23!

1157

1933 MAR 7.-PIUS XI. LIT. AP AAS 25 (1933) 243-244

Pont, conlegio seu instituto angelico, de urbe.

MAGNUS CANCELLARIUS TRIBUITUR
MAGISTER GENERALIS PRO TEMPORE O. P.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Post consilium initum in postremo Ordinis Praedicatorum generali Capitulo altiores Scholas constituendi in quibus nulla Facultas seu disciplina deesset, ac proinde aucto Pontificio 2« Conlegio Angelico in urbanum coenobium Sanctorum Domini et Xysti opportune translato. Magister generalia praelaudati Ordinis enixas Nobis preces adhibuit ut ad normam apostolicae Nostrae constitutionis Deus scientiarum *Donv.nus* ILE 1030] qua nuper Universita-

tibus sacrorumque Studiorum Facultatibus novam imposuimus disciplinam. Pontificio quoque Conlegio seu Instituto Angelico Magnum Cancellarium tribuere dignaremur. Conlegium sane ipsum in honorem Sancti Thomae Aquinatis, favente Decessore Nostro Pio Pp. X. constitutum est ac fundatum hac Alma in Urbe ut in eodem scientia tam philosophica quam theologica, undequaque plena, solida atque aetatis nostrae subveniendis necessitatibus confutandisque erroribus apta apposite traderetur. Tres quidem Conlegium Angelicum, ad instar antiqui Conlegii Sancti Thomae supra Minervam, quod iam Praedicatores moderabantur, ceterarumque maioris momenti sacrorum Studiorum Universitatum complectitur facultates. Facultatem nimirum philosophicam, Facultatem theologicam et Facultatem iuris canonici. atque in eisdem academici gradus ex privilegio tum Pii Pp. X tum Benedicti Pp. XV conferri possunt Ultro libenterque propterea censemus ipsius Magistri generalis Ordinis Praedicatorum precibus annuere atque idem Pontificium Conlegium Angelicum peculiari Nostrae benevolentiae significatione prosequi, certa spe freti ipsum quoque Conlegium e praefatae constitutionis Nostrae ordinationibus maiora in dies incrementa suscepturum fore. Quare, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum statuimus ut Pontificio Conlegio seu Instituto Angelico hac Alma in Urbe ad Sanctorum Dominici et Xysti constituto. Magnus Cancellarius ad normam Constitutionis Nostrae Deus scientia*rum Dominus* nunc et in posterum praeficiatur Ordinis Praedicatorum Magister generalis, qui pro tempore exstat Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Pontificio Conlegio seu Instituto Angelico plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vn m. Martii an. mdccccxxxiii, Pontificatus Nostri decimo secundo.—E. Card. Pacelli, *a* Secretu *Status.*

1158

1933 MAR ll.-CONV. CUM BADEN. AAS 25 (1933) 135

Ratihabitio concordati inter sedem apostolicam **ET REMPUBLICAM BADENSEM**

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Badensem rata habita, die 11 Martii 1933 hora VIII cum dimidio in urbe ‹ Karlsruhe » Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt Exinde, i e. a die 11 Martii 1933, quo huiusmodi Instrumenta permutata fuerunt. Conventio inter Ssmum Dominum Nostrum Pium PP. XI et Supremum Reipublicae Badensis Consilium (Staatsministerium) icta una simul cum Protocoles tum finali tum additional! vigere et valere coepit ad normam art. XIII p. I eiusdem Pactionis.

Adn. Vide CONCORDATI textum et adn. sub die 1932 Oct 12: LE 1124.

1159

1933 MAR 20.-SC S. OFF.-PROP. FIDE, RESP. PART.·

Tuto conferri potest baptismus filos infidelium, postea **AD** familiam paganam redeuntibus

S. *Congregatio de Prop. Fide* per ven. Off. N. 876/33 die 20 Martii ad Delegationem Apost. datum, quae infra continentur retulit:

‹ Quidam Vicarius Apostolicus, Sinensis ditionis. Supremae S. Congregationi S. Officii sequens proposuit dubium: « An probari possit consuetudo renuendi bapticnum pueris et puellis, infidelium filiis, qui scholas “stnolica Missionis frequentant et bene de religione edocti, baptismum petunt, eorum parentibus consentientibus, licet post baptismum, in suam familiam paganam redeuntes, permultis periculis sint expositi ».

Et Suprema S. Congregatio S. Officii respondit:

« Negative, idest consuetudo renuendi baptismum pueris et puellis infidelium filiis, de quibus agitur, probari nequit, ideoque baptismus tuto illis conferri potest ».—Carolus Salotti. Archiepus Tit. Philippop.. *Secr. S. C.*

• **Ad quamdam Ordinarium In Sinis: PrM 23 (1934) 17. Adn. REGATILLO n. 355; PrM 23 (1934) 17-18.** *U.* **supra LE 964.**

1160

1933 MAR 20.-S. PAEN., DECR. AAS 25 (1933) 170-171

De facultatibus indulgentias **PUS OPERIBUS AUT** devotionis **OBTECTIS** adnectendi deque analogis quibusdam indul-**T1S.** tantum directe a sacra paenitentiaria in posterum **CONCEDENDIS**

Consilium suum persequens rei sacrarum Indulgentiarum reformandae, cohaerenter cum iam latis identidem hunc in finem postremis hisce temporibus similibus dispositionibus. Sacra Paenitentiaria Apostolica. quo melius ordinentur facultates Indulgentias adnectendi piis quibusdam operibus aut devotionis obiectis et alia quaedam analoga indulta, quibus privati sacerdotes saepe saepius donari postulant, de expresso mandato Ssiiii Domini Nostri, sequentia statuit ac decernit:

Concessiones omnes et singulae, piis fidelium associationibus cuiuscumque nominis vel naturae, etsi forte sacerdotibus tantum constantibus, quovis loco aut tempore seu modo vel titulo hucusque factae, largiendi privatis sacerdotibus facultates et indulta quae sequuntur. nempe benedicendi devotionis obiecta eisque Indulgentias Apostolicas aut Sanctae Birgittae, ut aiunt, adnectendi — benedicendi coronas easque (quamque pro suo modo) Indulgentiis ditandi — benedicendi crucifixos ad lucrandas Indulgentias pio Viae Crucis exercitio pro legitime impeditis adnexas necnon ad plenariam in mortis articulo Indulgentiam acquirendam — impertiendi benedictionem papalem in fine concionum — concedendi indultum, quod dicunt, altaris privilégiât! personalis. praesenti Decreto revocantur, abrogantur atque omnino abolentur ita ut ab huius ipsius Decreti evulgationis die omni prorsus vi careant omnique efficacia destituantur.

Qui, igitur, sacerdotes hac vel illa ex supra recensitis facultatibus aut hoc vel illo ex supra memoratis induitis posthac augeri cupiant, nonnisi/ directe atque immediate a Sacra Paenitentiaria desideratam gratiam se obtinere posse sciant, oblatis toties quoties peculiaribus proprii Ordinarii ad rem litteris commendatitiis. 171

Quod vero ad privilegia attinet quibusdam Ordinibus vel Congregationibus religiosis concessa benedicendi coronas easque ditandi Indulgentiis — adnectendi crucifixis Indulgentias Viae Crucis, in aliquibus rerum adiunctis etiam absque stationum percursu lucrifaciendas — stationes Viae Crucis erigendi, haec ipsis manent. ea tamen lege ut in posterum membra eorumdem Ordinum vel Congregationum uti eisdem valeant tantum personaliter, non autem ita ut ea concedere quoque possint aliis sacerdotibus ad eosdem Ordines vel Congregationes non pertinentibus: hi enim omnes facultates. usui talium privilegiorum necessarias, tantummodo a Sacra Paenitentiaria. modo superius indicato, obtinere poterunt.

Contrariis quibuscumque, etiam peculiari atque individua mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae. die 20 Martii 1933.—L. Card. Lauri. Paeaifcnrtanew *Maior.* I. Teodori. Secr.

Adn. A BENTLEY ta CR 6 i 1933) 73-74; J. CREUSEN h NrT 60 (1933) 541-542; D. in ApolL 6 <1933) 174-175 Ꝑ MAROTO in CpR 14 (1933) 12? 135; REGATILLO ſ» 495 F RO BERTI in Apoll. 13 (1940) 84-91; A VERMEERSCH In PrM 72 (1933) 106-111; G. VROMANT H IP 13 (193JI 109 110 IP 13 (1933) 105; ME 45 (1933) 266

1161

1933 MAR 30.-S. PAEN.» RESP. AAS 25 (1933) 173

DUBIA CIRCA FACULTATES CONFESSARITS PEREGRINIS CONCESSAS ANNO VERTENTE GENERALIS MAXIMIQUE JUBILAEI

Sacra Paenitentiaria ad proposita dubia, quae sequuntur:

1. « Utrum in facultatibus specialibus quas Sacra Paenitentiaria tribuit confessariis peregrinis anno vertente Generalis Maximique Jubilaei a die n mensis Aprilis anno mdccccxxxhi ad diem n usque mensis Aprilis anno mdccccxxxiv · intelligatur inclusa etiam facultas jurisdictionis delegatae ad excipiendas in Urbe et suburbio peregrinorum sociorum confessiones ».

2. ‹ Utrum confessarii peregrini durante itinere possint confessiones sociorum peregrinorum excipere, necnon uti praedictis facultatibus specialibus ».

Respondit:

Ad **I·:** *Affirmative.*

Ad **IIe**: *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 30 Martii 1933.—L. Card. Lauri, Paenitentiarius Maior. I. Teodori, *Secr.*

• Cfr *Acta Ap. Sedit.* XXV. n. 3, pag. 65 [LE 1155].

Aàn. J. C in NrT 60 (1933) 542; PrM 22 (1933) 114.

1162

1933 APR 3.-SC SACR.» INDULTUM. PART.·

Conceduntur, certis sub conditionibus, facultates administrandi confirmationem, celebrandi missam absque **MINISTRO. ABSQUE LUMINE. SUPER ALTARI FRACTO ET CUM UNO COLORE PARAMENTORUM**

Preces - *Beatissime Pater,* Laurentius Zeller, abbas O. S B., nunc visitator apostolicus abbatiae Beatae Mariae Virginis de Montescrrato Fluminis Januarii in Brasilia, ob amplitudinem territorii dictae abbatiae uniti. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, implorat sequentes facultates:

1934 IAN 24.-SC SACR., RESPONSUM. PART.·

Lecutmaho **PROLIS PER S1 UENS MATRIMONIUM**

Relativamente alia sua domanda per regolarsi nel caso che gli sposi nell'atto dei matrimonio vogliano legittlmare della prole che di fatto è soltanto della sposa, e lo sposo, chc non è il vero padre, si presta alla legittimazione presentandosi allTJfficiale con una comune dichiarazione; codesta Curia deve far di tutto per impedire cid. Siccome poi le parti, ad ottenere il loro intento, facilmente sogliono compiere fl solo atto civile rimandando il matrimonio religioso, codesta Curia deve sapere che in questi casi non potrà darsi luogo a grazia di dispensa alcuna da qualsiasi impedimento, nè si potrà procedere alia celebrazione dei matrimonio e sarà necessario ricorrere a questa Sacra Congregazione, cui spetta di decidere e prendere provvedimenti opportuni.

• **Ordinario Crfn-.ojw.si: ME 52 (1940) 97-98. Adn. ME 52 (1940) 97-93.**

1205

1934 IAN 25.-PIVS XI, MP. AAS 26 (1934) 290

Abbatiae sancti hieronymi de urbe privilegia

PIUS PP. XI

Monasterium Sancti Hieronymi in Urbe, vi constitutionis Nostrae apostolicae Inter praecipuas, die 15 Iunii 1933 latae ÎLE 11711, est abbatia immediate Sanctae Sedi sublecta. Nunc vero dubitatio affertur, an nova haec abbatia particeps sit fraternae illius Confoederationis, quam Benedictinorum Congregationes, ad normam Litterarum Apostolicarum *Summum semper* die 12 Iulii 1893 (ASS 26 (1893-94) 371-3741 editarum, inierunt. Quum enim omnes abbatiae Benedictinae tunc temporis Congregationibus obnoxiae essent. Litterae illae de Congregationibus quidem agunt, non autem de abbatiis, quae iisdem adiunctae non sint Quapropter ad omnem dubitationem auferendam Motu proprio et certa scientia ea, quae sequuntur, statuimus ac decernimus:

1. Abbatia Sancti Hieronymi in Urbe ad fraternam Benedictinorum Confoederationem pertinet iisdem iuribus iisdemquc officiis, quibus ceterae abbatiae confoederatae.

2. Abbas Sancti Hieronymi, sicut ceteri Abbates regiminis. ius habet interveniendi Abbatum confoederatorum coetibus et suffragium ferendi in Abbate Primate eligendo.

Praeterea, ut praefatam Sancti Hieronymi abbatiam eodem, quo cetera monasteria, favore et gratia prosequamur. illi quoque concedimus privilegia, quibus omnes fere Benedictinorum abbatiae fruuntur, tum scilicet privilegia quae « Cassinensia » vulgo nuncupantur. tum etiam privilegia Congregationum Cluniacensis, Sanctorum Vitonis et Hydulphi et Sancti Mauri quae abbatiis Congregationis Solesmensis concessa sunt. — Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Ianuarii anno mdccccxxxiv. Pontificatus Nostri duodecimo— Pius Pp. xl

1206

1934 FEB 9.-SC S. OFF., DECR. AAS 26 (1934) 93

Damnatur liber alfredi rosenberg, cui titulus c der mythus des 20. jahrhunderts >

Feria IV, *die 7 Februarii 1934*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Der Mythus des 20. Jahrhunderts (Alfred Rosesberg).

Liber omnia Ecclesiae catholicae dogmata, imo et ipsius religionis Christianae fundamenta spernit ac penitus reiicit; necessitatem propugnat novam religionem seu ecclesiam germanicam instituendi et principium enuntiat < novam hodie exsurgere mythicam fidem; fidem mythicam sanguinis; fidem qua creditur etiam divinam hominis naturam sanguine posse defendi; fidem scientia clarissima suffultam, qua statuitur septentrionalem sanguinem illud repraesentare mysterium, quo antiqua Sacramenta suffecta sunt ac superata ».

Et sequenti Feria V. die 8 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI. in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 9 Februarii 1934.—I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. A BENTLEY in CR 7 (1934) 350; PrM 23 (1934) 25

1267

1934 FEB 9.-SC S. OFF., DECR. AAS 26 (1934) M

Damnatur liber ernesti bergmann, cui titulus
< DIE DEUTSCHE NATIONALKIRCHE »

Feria IV, die 7 Februarii *1934*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Die deutsche Nationalkirche (Ernst Bergmann).

Auctor religionem Christianam, factum revelationis, necessitatem Redemptionis per lesum Christum Crucifixum et gratiae divinae denegat; religionem vero Christianam et speciatim catholicam tantummodo creationem culturae semiticae et romanae ideoque indoli germanicae oppositam esse affirmat. Insuper asserit auctor Vetus Testamentum iuventuti germanicae esse periculo morali, conceptum charitatis Christianae degenerationem populorum secumferre, utpote quae infirmorum ac physice debilium curam gerit simulque prolis generationem ipsis permittit; sanguinem et genus. vulgo < Rasse », exhibet ac propugnat tanquam unicum elementum progressus culturalis; novam religionem instituendam censet, fidei in Deum personalem substituendo atheismum purum seu pantheisinum. Auctor praeterea exaggeratum et omnino radicalem nationalismum defendit, doctrinae necnon culturae Christianae prorsus contrarium.

Et sequenti Feria V. die 8 eiusdem mensis et anni. Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI. in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita. relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit. confirmavit et publicandam iussit

Datum Romae, cx aedibus Sancti Officii, die 9 Februarii 1934.—I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. ME 46 (1834) 100-101; PrM 23 (1934) 25.

1208

1934 FEB 27.-COM. BIBL., DECR. AAS 26 (1934) 130-131

De **OPERE** r. d. friderici schmidtke, cui titulus
< DIE EINWANDERUNG ISRAELS IN KANAAN 9

Cum *quaesitum sit ab hac Pontificia Commissione de Re Biblica quid sentiendum de opere cuit titulus* Die Emwanderung Israels in Kanaan, Vratislaviae anno 1933 a R. D. *Friderico Schmidtke edito, ipsa respondendum decrevit:*

R. D. Fridericus Schmidtke, Professor extraordinarius Veteris Testamenti in Facultate Theologica Universitatis Vratislaviensis, in volumine de quo supra:

de Pentateucho disserens, placita criticae rationalisticae sequitur, neglecto plane decreto Pontificiae Commissionis Biblicae d. d. 27 iunii 1906 [ASS 39 (1906) 377-3781;

insuper, in historia Veteris Testamenti, nulla ratione habita decreti eiusdem Pontificiae Commissionis Biblicae dati d. 23 iunii 1905 [ASS 38 (1905-06) 124), genus quoddam litterarium adstruit traditionum popularium falsa veris admixta referentium; contra perspicua Sacrorum Librorum testimonia asserit, inter alia, narrationes de Patriarchis, saltem magna ex parte, historiam non hominum singularium sed tribuum exhibere; Iacob non esse filium Isaac sed repraesentare tribum quamdam aramaicam; nec totam israeliticam gentem, sed partem tantum, maxime tribum Joseph, Aegyptum ingressam esse;

item, miracula plura Veteris Testamenti, vim textui sero inferens, ut facta mere naturalia explicat.

Auctor proinde dogma inspirationis et inerrantiae biblicae, implicite saltem, negat; normas hermeneuticae catholicae penitus negligit; doctrinae catholicae Litteris Encyclicis « Providentissimus Deus » Leonis XIII [ASS 26 (1893-94) 269-292] et e Spiritus Paraclitus › (AAS 12 (1920) 385-422] Benedicti XV clarissime propositae contradicit.

Quapropter praefatum opus omnimodam reprobationem meretur et a scholis catholicis arceri debet.

Hanc autem occasionem nacta, eadem Pontificia Commissio interpretes catholicos commonefacit ut, reverentia qua par est, pareant Constitutioni dogmaticae Concilii Vaticani, Decretum sacrosanctae Tridentinae
131 Synodi/ renovanti, qua solemniter sancitum est, < ut in rebus fidei et morum, ad aedificationem doctrinae Christianae pertinentium, is pro vero sensu Sacrae Scripturae habendus sit, quem tenuit ac tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum Sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam Sacram interpretari ».

Praeterea in mentem omnium christifidelium revocat quae de decretorum Pontificiae Commissionis Biblicae auctoritate Pius X s. m., Motu proprio « Praestantia Scripturae Sacrae », d. d. 18 Novembris 1907 (ASS 40 (1907) 723-726], edixit: e universos obstringi officio sententiis Pontificalis Consilii de Re Biblica, sive quas adhuc sunt emissae, sive quae posthac edentur, perinde ac decretis Sacrarum Congregationum pertinentibus ad doctrinam probatisque a Pontifice, se subiciendi; nec posse notam tum detrectatae obedientiae, tum temeritatis devitare aut culpa propterea vacare gravi, quotquot verbis scriptisve sententias has tales impugnent idque praeter scandalum, quo offendant, ceteraque. quibus in causa esse coram Deo possint, aliis ut plurimum, temere in his errateque pronuntiatis ».

Die *autem 27 Februarii 1934, in audientia infrascripto Rmo Consultori ab Actis benigne concessa. Simus Dominus Noster Pius Pp. XI praedictum rerpCTiSum necnon monitum rata habuit et publici* iuris *fieri mandavit.*—Ioannes Baptista Frey, C. S. Sp., *Connitor ab Actis.*

Arfa. A. BENTLEY Jn CR 7 (1934) 350-351.

1209

1931 MAR 9.-SC OFF., DECR. AAS 26 (1934) 180

Damnatur liber friderici schmidtke cui titulus:
< DIE EINWANDERUNG ISRAELS IN KANAAN »

Feria IV, *die 7 Martii 1934*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Friedrich Schmidtke, *Die Emwanderung Israels* in *Kanaan.* Breslau, 1933.

Et sequenti Feria V, die 8 eiusdem mensis et anni. Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita. relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 9 Martii 1934—I. Venturi, Supremae S. *Congr.* S. *Officii Notarius.*

1210

1934 MAR 17.-SC S. OFF., DECR. AAS 26 (1934) 2X1

Praxis quam dicunt < quadracintaquatuor missarum »
REPROBATUR

Nunciatum est, opera Patrum Minorum quos Bernardinos vocant, e conventu Ressoviensi in dioecesi Premisliensi Latinorum Poloniae Minoris, novam quamdam devotionis praxim quam dicunt *quadragintaquatuor Missarum,* per schedulas absque ullo competentis auctoritatis permissu typis editas, longe lateque ab aliquo tempore propagari, qua asseritur animam cui, cum adhuc in corpore esset, quadraginta quatuor Missae quovis modo ac tempore applicatae fuerint, *ex revelatione divina,* tertia die post mortem e Purgatorio liberari.

De re edocti. Emi ac Revmi DD. Cardinales fidei morumque integritati tutandae praepositi, in generali conventu habito feria IV die 14 Martii 1934, praxim huiusmodi omnino reprobandam et ceu reprobatam habendam esse decreverunt, monitis quorum interest ne amplius in hunc finem Missarum stipendia accipere vel colligere audeant sub paena, ipso facto incurrenda, suspensionis a divinis, si clerici, privationis Sacramentorum. si laici.

Sequenti vero feria V, die 15 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprovabit, confirmavit ac publici iuris quamprimum faciendam mandavit

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 17 Martii 1934.—I. Venturi, *Supremae S. Congr. S Officii Notarius.*

Adn. J. CREUSEN in NrT 61 (1934) 748

1211

1934 MAR 19.-SC SACR., INDULTUM. PART.·

Facultas celebrandi missam dimidu hora post mediam
NOCTEM OCCASIONE SPECIALIUM FUNCTIONUM

Preces - *Beatissime Pater,* Procurator generalis FF. Minorum Capuccinorum. ad pedes Sanctitatis Vostrae provolutus, pro Patribus Praedicatoribus sui Ordinis facultatem rogat ut Sacrum celebrari valeant dimidia hora post mediam noctem occasione functionum Quadraginta Horarum. Missionum atque exercitiorum spiritualium ad populum, praevio Ordinariorum consensu.

Rescr. - Ex Audientia SS.mi diei 19 *Martii 1934* SS.mus D. N. Pius Papa XI, audita relatione infrascripti Card. Praefecti S. C dc Sacramentis, attentis expositis. Procuratori generali Capuccinorum benigne

gratiam indulge! iuxta petita ad septennium, dummodo initium Missae celebrandae ne fiat ante dimidiam horam post mediam noctem, sacrae supplicationes perdurent spatio circiter duarum horarum, in his comprehenso celebrationis Sanctae Missae tempore, remoto semper quocumque irreverentiae periculo, aliisque servatis de iure servandis.—M. Card. Lega, Epis. TuscuL, Prae/. D. Jorio, *Secr.*

• **AOMCip 50 (1934) 131-132.**

1212

1934 APR 2.-PIUS XI, CONST. AAS 26 (1934) 137-118

UNIVERSALE EXTRA ORDINEM IUBILAEUM ANNIS MDCCCCXXXIII-MDCCCCXXXIV ROMAE CELEBRATUM AD TOTUM CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR

PIUS EPISCOPUS

Sen?u3 sertOrum *Dei universis christifidelibus praesentes Litteras inspecturis, salutem* et Apostolicam *Benedictionem*

Quod superiore anno universale extra ordinem lubilaeum indiximus ad undevlcies saecularem memoriam recolendam peractae humani generis Redemptionis, quodque iam feliciter ad exitum deductum est, id. elutis expiatisque animis et a « terrestris huius incolatus domo › ad superna erectis, tot tantaque attulit beneficia divinaque solacia, ut temperare Nobis non possimus quin immortales Deo optimo maximo grates agamus. Vidimus enim per huius anni sancti decursum — quod quidem caelestis Numinis benignitati acceptum referimus — innumerabiles paene filios singillatim turmatim in almam hanc Urbem confluere, eosdemque et coram admisimus et paterno alloquio recreavimus. Idque ex omnium civium ordine factum: nempe ex operaria plebe, quae victum sibi cotidiano labore comparat; cx opti/matibus civitatumque primoribus, qui in 138 difficillimis horum temporum condicionibus videbantur — exemplum sane omni laude dignum — non tantum sibi sed suis etiam omnibus caelestem opem conciliare ; ex iis, qui florenti aetate fruuntur atque ex iis, qui, senio prope confecti, romanl itineris incommoda perpeti non recusarunt Neque ex Italia tantum atque ex vicinioribus regionibus, sed ex transmarinis etiam terris convenerunt ac paene undique gentium: ita ut vetustissima Romae tempto, sacra hypogea ac vel ipsae Urbis viae elatis resonarent canticis, quae fidelium turbae ‹ ex omni lingua, populo ac natione » pientissime effudissent. Atque non rarum fuit, renovato veterum romaeorum more, homines ac mulieres cernere, pedibus longo itinere suscepto, Romam advenire, communem Patrem invisuros, suorumque commissorum veniam impetraturos. Quos omnes paternis honestamus laudibus; eo vel magis quod, cum acerbum, quo tam diu angimur, rerum oeconomicarum discrimen nondum remiserit, peregrini ex hisce non pauci ad pium huiusmodi consilium ineundum deducendumque in usum, pergravibus debuerunt difficultatibus occurrere easdemque superare.

Cum tamen non omnes, quibus cordi esset. Romam contendere potuerint, ad amplissimos potiundos caelestis gratiae thesauros, idcirco consentaneum ducimus ut. ex Apostolicae Sedis more institutoque. quae hac in alma Urbe usque ad hodiernum diem civibus atque advenis patuit iubitoris veniae facultas, ea per integrum annum ubique gentium vigeat Quam ad rem salutariter assequendam. Ecclesiae administros adhortamur imprimisque Episcopos ut — opportunis habitis ad populum concionibus nc spiritualibus, ut aiunt, exercitiis saensque expeditionibus — christifideles quam plurimos ad sua cuiusque admissa per Paenitentiae Sacramentum eluenda et ad plenae huius indulgentiae beneficium lucrandum rite praeparent omnlque ope permoveant Eosdemque moneant ut ad mentem Nostram supplices Deo preces adhibeant. Hanc vero ad mentem quod attinet, praeter ea. quae per Apostolica Litteras « Quod ñup< » ILE 11411 commendavimus, ut nimirum debita ubique terrarum libertas Ecclesiae restituere tur. :ic populi omnes ad pacem, concordiam verique nominis prosperitatem revocarentur, hoc etiam cupimus ut christifidelium supplicationes studiose impetrent. ut perseverans nempe atque assidua MLssiona-

lium opera feliciora cotidie incrementa capiat, ac dissidentes universi ad unum lesu Christi ovile auspicato reducantur.

Huic praeterea mentis Nostrae proposito aliquid etiam adiicere placet, quod Nobis summopere cordi est Quandoquidem enim in regionibus non paucis tetemmi increscunt « atheorum militantium » nisus, qui, ia caeleste Numen temerario ausu rebellantes, nefandum illud atque scelestum effatum, suum veluti insigne, iactant: « Absque Deo. contra Deum! », idcirco valde opportunum putamus ut, per proximam piacularis huius anni ad universum catholicum orbem prorogationes), gravissima eiusmodi iniuria. divinae Maiestati illata, precando expiandoque pro facultate resarciatur. Id faciant, quaesumus, christifideles omnes: id scilicet a misericordiarum Patre contendant, ut formidolosi horum pravorum hominum conatus, qui non modo religionem quamlibet, sed civilem etiam cultum verique nominis urbanitatem subvertere enituntur, tandem aliquando remittant atque incassum recidant Id etiam suis precibus suisque piaculis impetrent, ut humani generis Redemptor obcaecatos eorum animos — infitiatorum dicimus osorumque Dei — caelestis luminis fulgore percellat» eosdemque suorum scelerum rubore paemtentiaque commotos, ad paternum amplexum misericorditer reducat. — Quam ad rem in animo Nobis est, antequam saeculares hae celebrationes concludantur, publicam in Vaticana Basilica supplicationem participare, eo nempe die, qui opportuno tempore praestituetur.

Itaque, auctoritate omnipotentis Del, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, maximum divinae Redemptionis lubilaeum. quod Romae celebratum est, ad universum catholicum orbem per Apostolicas has Litteras extendimus, ad Occidentalem nimirum et ad Orientalem Ecclesiam, atque in integrum annum prorogamus; ita scilicet ut a die octava Paschatis huius anni./ ad plenam usque diem item octavam Paschalis IU proximi anni mdccccxxxv lucrifieri possit

Quamobrem omnibus utriusque sexus christlfidelibus etiamsi per elapsum annum sacrum lubilaei veniam adepti iam sint, apostolica auctoritate Nostra plenissimam totius paenae. quam pro peccatis luere debent indulgentiam — ubique terrarum extra Urbem eiusque suburbium lucrandam — concedimus atque impertimus, obtenta prius ab iisdem admissorum cuiusque suorum remissione ac venia, dummodo, rite per Paenitentiae Sacramentum expiati et sacra Synaxi refecti, ecclesias vel publica oratoria, ad hoc designanda, statuto tempore pie inviserint. Quae omnia ad eas normas perficere debent, quae mox statuentur:

I. Locorum Ordinarii, sive per se ipsi, sive per probatos viros ecclesiasticos — quibus etiam, si libuent hanc potestatem per integrum anni spatium utendam permiserint — ad iubilares quod attinet visitationes agendas, in episcopali urbe cathedralem aedem ac lres alias ecclesias vel publica oratoria designabunt, in quibus, interdum saltem, eucharistlcum sacrificium celebrari soleat; in *suburbio* vero et in reliquis *dioecc&s partibus* paroecialem cuiusvis paroeciae ecclesiam designabunt, atque, intra eiusdem paroeciae fines, tres alias ecclesias vel oratoria, ut supra diximus. Id ipsum in Orientali Ecclesia Patriarchae aliique locorum Ordinarii per se ipsi faciant vel per ecclesiasticos delegatos viros ; unusquisque autem pro sua cuiusque eparchia vel dioecesi.

At in regionibus a Missionalibus excultis, locorum Ordinarii, nullo habito discrimine inter Ordinarii sedem ac ceteras territorii partes, quattuor ecclesias vel publica oratoria, ut supra diximus, in qualibet quasparoecia vel missionali statione designent

II. Quemadmodum per elapsi piacularis anni decursum Romae factum est. ita per proximi anni spatium tres sacrae visitationes habendae sunt in unaquaque vel unoquoque e quattuor ecclesiis vel publicis oratoriis designatis: idque sive eodem die. sive subsequentibus diebus: ita quidem ut christifideles. vixdum e sacra aede post actam visitationem egressi, iterum atque illico in eam ingredi queant ad alteram ac tertiam perficiendam visi/tationem. Quodsi quattuor alicubi ec- 141 clestoe vel oratoria publica desint. Ordinarii, pro suo prudenti arbitrio, aut per se ipsi, aut per suos delegatos. decernere poterunt, ut praescriptas visitationes duodecim m minore aedium sacrarum numero peragi liceat : ita scilicet ut vel quatuor In tribus ecclesiis, vel sex in duobus, vel duodecim in una dumtaxat fiant

III. Ut vero quae in sacris hisce visitationibus effundentur preces ad divinae Redemptionis nc praesertim

ad Dominicae Passionis memoriam fidelium animos studiosius referant atque excitent, haec, quae sequuntur, sUtuimus atque iubemus: praeter eas supplicationes, quae ultro pro singulorum pietate ad Deum admovebuntur. quinquies ante Augusti Sacramenti aram preces ‹ Pater, Ave et Gloria » recitari debent ac semel insuper ad mentem Nostram; omnes dein ante lesu Christi cruci affixi imaginem ter formulam « Credo » pronuntient, ac semel precatiunculam ‹ Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi, etc. » vel aliam id genus; mox Deiparae Virgini se sistant atque septies inibi, dolores eius recolendo, salutationem Angelicam ‹ Ave Maria › recitent, preculam semel adiiciendo: ‹ Sancta Mater, istud agas. etc. » vel aliam eiusmodi: denique ad Augusti Sacramenti altare conveniant atque catholicam fidem usitata formula, « Credo › devote profiteantur. '

Ad Orientalem Ecclesiam quod attinet, christifideles. cum iubilares visitationes perficient, atque vel in Augusti Sacramenti, in lesu Christi cruci affixi inque Deiparae Virginis honoren, vel ad mentem Nostram publicas fundent preces, vel denique cum catholicam fidem praescripta formula profitebuntur, tum iis normis obtemperare debent, quas, pro diversis ritibus eorum Patriarchis locorumve Ordinariis Sacra Congregatio, Orientali Ecclesiae praeposita, opportuno tempore impertietur. Praeterea singulis locorum Ordinariis fit facultas praescriptas in sacra visitatione preces in alias preces commutandi, cum iubilaris haec visitatio privalim agitur. Itemque Orientalis Ecclesiae fideles,/ qui it! extra territorii sui fines commorantur, cum latini ritus peregrinis se adiungunt, supplicationis formulas Latinis praescriptas adhibere poterunt; singillatim autem, sive proprii, sive latini ritus formulas iisdem recitare liret.

IV. Quoniam vero nonnnullae e recitandis precibus lesu Christo eucharisticis velis delitescenti adhiberi debent, locorum Ordinarii curent ut, cum ecclesias vel publica designant oratoria, ea eligant in quibus Augustum altaris Sacramentum legitime asservari soleat; vel saltem in quibus, cum sacra visitatio peragetur, praesens haberi queat. Quodsi, ob peculiares locorum condiciones — quod praesertim in Missionalium regionibus continget — id fieri nequeat, nulla tamen c precibus, in iubilari visitatione praescriptis, praetermittatur. Quae autem supplicationes lesu Christo Eucharistico admovendae sunt, eas christifideles Augusto Sacramento. etsi non praesenti, mente tamen atque animo venerabundi adhibeant; cum ob mirandum Eucharistiae donum grates habentes maximas, tum pientissimas praebentes satisfactiones ob iniurias eidem Sacramento illatas. Atque in his rerum adiunctis catholicae fidei professio ante lesu Christi cruci affixi imaginem habeatur.

V. Ut iubilares visitationes christifideles facilius instituere atque exsequi possint, eis facultas datur easdem peragendi visitationes etiam extra paroeciae vel dioecesis cuiusque suae fines; in templis tamen pro unoquoque loco legitime designatis. Quod quidem, singula singulis referendo, populis quoque Missionalibus demandatis conceditur.

VI. Decernimus praeterea ut, quemadmodum Romae per elapsum piacularem annum actum est, christifideles lubilarem hanc indulgentiam cum sibi, tum vita functis, toties lucrari possint, quoties imperata opera rite perficiant; ita tamen ut nulla pro altero iubilaeo acquirendo opera fieri queant, antequam inchoata pro primo c-pera omnino absoluta fuerint

VII. Ut autem iis consulamus, qui in peculiari rerum locorumque condicione versentur, haec statuimus, quae sequuntur.

1. Nautae iique omnes qui navibus Inserviunt, si navigium, in quo iter faciunt, sacellum habeat, ubi fas 1Q ct sacris operari./ inibi poterunt iubilares perficere visitationes. Sin aliter, iisdem concedimus ut. cum ad certam stationem se receperint, ibi. in quovis nempe templo, iubilares visitationes, praescriptas preces recitando. instituere possint.

2. Locorum Ordinarii poterunt, aut per se ipsi, aut per ecclesiasticos delegatos viros, si qui impediantur ne visitationes, eo modo quo imperantur, obeant, vel harum numerum contrahere; vel ecclesias invisendas ad minorem item numerum reducere; vel denique sacras visitationes in alia pietatis caritatisve opera commutare, ad singulorum condicionem accommodata. — Impeditos autem heic intellegi volumus moniales, religiosas sorores, tertiarias regulares, pias feminas et puellas aliasve personas in gynaeceis seu Conservatortis degentes; item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam vitae actioni deditos, ut Cistercienses Reformatos B. M. V. de Trappa. Eremitas Camaldulenses et Carthuslanos; eos praeterea, qui aut captivi sunt, aut in carceribus custodiuntur; et ecclesiasticos vel religiosos viros, quin in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Impediti ii quoque censeantur, qui aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt; ac generatim ii omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant; aequo autem iure esse volumus operarios, quos in Constitutione ‹ Qui umbratilem vitam » die xxx mensis Ianuarii superiore anno data (LE 1149) descripsimus; ac senes denique, qui septuagesimum aetatis annum excesserint

3. Ordinariis locorum pariter liceat — etiam per delegatos, ut supra diximus — minorem visitationum numerum praestituere, a) conlegiis auctoritate ecclesiastica probatis, sive clericalibus, sive religiosis; b) confraternitatibus, piis sodalitatibus, atque iis tantummodo laicorum consociationibus, quarum sit catholica opera provehere; c) adulescentibus, qui in conlegiis vivunt, vel conlegia. institutionis educationisque gratia, aut cotidie, aut statis diebus celebrant; d) christifidelibus omnibus, qui, aut duce parocho vel sacerdote ab eo delegato, aut alio/ sacerdote duce — in locis tamen 144 dumtaxat, ubi paroeciae legitime constitutae non sunt — visitatioses peracturi sint — Ea tamen lege Ordinarii visitationum minuant numerum, ut ii omnes, quos nominavimus, instituta pompa, etiam sine suis insignibus, ad sacras invisendas aedes incedant.

4. Ubicumque autem, quavis de causa, ita incedendi per publicas vias facultas non erit. Ordinario loci eiusve delegatis liceat, ut supra, visitationum numerum contrahere ac reducere, modo intra aedis sacrae saepta aut pompa ducatur, aut saltem visitatio sollemniter communiterque fiat ab omnibus ibi una congregatis. Ordinarius autem loci eiusve delegati ab obligatione sacramentalis confessionis et sanctae Communionis nullum alium exsolvant, nisi quem ab alterutra gravis morbus prohibeat

VIII. Ad facultates quod pertinet, confessariis. ceteroquin ad iuris normam adprobatis, tribuendas, quibus in excipienda lubilaei confessione salutariter utantur, haec, quae sequuntur, decernimus.

1. Confessariis illae integrae sunto facultates absolvendi. dispensandi, commutandi, quascumque ab Apostolica hac Sede vel in perpetuum vel ad tempus legitime impetraverint; id tamen intra concessionis terminos.

2. Monlalibus iisque aliis feminis, quarum ad confessiones excipiendas, ex Codicis praescripto, specialis adprobatio Ordinarii requiritur, fas esto quemvis confessarium sibi eligere, ab eodem loci Ordinario pro utroque sexu adprobatum. apud quem lubilaei confessio peragi queat; cui quidem electo confessario concedimus ut, in excipiendis dumtaxat lubilaei confessionibus. omnes exercere possit facultates, quas ipse, vi Apostolicae huius Constitutionis, pro omnibus christifidelibus iam habeat

3. Confessariis omnibus concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conscientiae in actu sacramentalis confessionis et per sc ipsi tantum, absolvere quoslibet paenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a Iure reservatis. sed etiam a censura ab homine lata. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur./ 143

IX. At hisce amplissimis facultatibus nc utantur alsi normis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

1. Nc absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos. qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata Ne absolvant pariter, nisi in adiunctis can. 900, Illos, qui in casum inciderint Sanctae Sedi reservatum ad normam decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae. d xn mensis Novembris, a. mkcccxxviii (cfr. Acta Apost Sedis, vol. XX. pag. 398› (LE 8651; vi cuius decreti tamen, post etiam obtentam absolutionem. obligatio adhuc viget ad Sacram Paenitentianam recurrendi eiusque mandatis obtemperandi.

2. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can.

» Cfr. Liti. Apost. « Quod nuper » d. 6 Ian. 1933. (LE 1107).

2254, praelatos cleri saecularis ordinaria jurisdictione in foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in excommunicationem speciali modo Sanctae Sedi reservatam publice inciderint

3. Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, nc absolvant, nisi ii, abiuratis saltem coram ipso confessario haeresi vel schismate, scandalum. ut par est, iam reparaverint, aut promiserint sese, ut par est, efficaciter reparaturos.

4. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, massonicis aiiisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nui, abiurata saltem caram ipso confessario secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adseriptos noverint, ad can. 2336 § 2, denuntiaverint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eamdem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem — idque iustis gravibusque de causis — per se ipsi destruxerint; sin minus, ipsimet sincero animo spondennt se memoratas condiciones esse, quamprimum potuerint, adimpleturos; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari et frequenti sacra-
145 mentali confessione./

5. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquislverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi; nisi de locis agatur, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit.

6. Possint iidem confessarii omnia et singula vota privata, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, commutare in alia pia opera, ex iusta causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, quamvis ab origine publice emissum sit in professione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi de causa, in alia pia opera commutare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalcm redacti sint A commutandis vero votis cum praeiudicio tertii, se abstineant nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit Votum denique non peccandi, aliave paenalia vota ne commutent nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

7. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramental) tantum, a quavis irregularitate ex delito prorsus occulto; item ab irregularitate, de qua in can. 985, 4·; sed ad hoc unice, ut paenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat

8. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramental! tantum, ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu (sexto vel quarto iuxta computationem Orientalium) collaterali, etiam attingente primum (quartum vel tertium Orientalium). quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non ad contrahendum.

9. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta. in
14' primo casu, privato reno/vatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, salutari, gravi diuturnaque paenitentia.

10. Ad visitationes quod attinet quatuor ecclesiarum. confessarii, pro singulis qui, iusta de causa, eas praescripto ratione perficere nequeant, facultatem habent cum concedendi dispensationem a visitatione alicuius ecclesiae, eam commutando — si fieri potest — in visitationem alius ecclesiae, tum etiam visitationum numerum contrahendi. Singulis autem, qui. morbo aliove legitimo impedimento detenti, memoratos ecclesias invisere nequeant, praescriptos visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint, commutent. Confevani tomen sctont, se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto et sine iusta cau%a christifideles ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgcant. ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas imminuere.

11 Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, ullum ne exsolvant, ne eum quidem qui materiam necessariam non habeat.

12. Ad S. Communionem quod attinet, nefas «ta eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediantur. Volumus autem. Iubilaei causa, eam *suificere,* quae per modum viatici ministratur; minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur.

13. Confessarii sciant posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma. ut Iubilaei veniam lucrentur.

Facultatibus tamen absolvendi a peccatis et ab ecclesiasticis censuris ac dispensandi ab Irregularitate cum eodem paenitente uti nequeant nisi semel tantum, cum ipse lubilaei veniam primum lucretur; itemque tum solummodo, cum paenitens ab alio confessario. a die octava Paschatis huius anni, a peccatis et a/ censuris absolutus iam non fuerit, vel ab irregularitate dispensatus.

Ceteras vero facultates — eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub dl 10 — in favorem etiam eiusdem paenitentis semper exercere poterunt.

Ceterum, si qui post inchoata, huius lubilaei adipiscendi animo, praescripta opera, praefinitum visitationum numerum morbo impediti complere nequiverim, Nos piae promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem rite confessos ac sacra Communione refectos, memoratae indulgentiae participes fieri volumus, non secus ac si omnia imperata opera explevissent.

Itaque haec omnia, quae per Apostolicas has Litteras constituimus ac declaravimus, volumus firma ac valida exsistere et fore, ad effectum Iubilaei ad universum catholicum orbem proferendi, non obstantibus contrariis quibuslibet Earum autem Litterarum exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo munitis viri in ecclesiastica dignitate constituti. eamdem iubemus adhiberi fidem, quae hisce adhiberetur Litteris, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis, voluntatis et declarationis infringere, vel ei. ausa temerario, contra ire. Quod si quis attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die secundo mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto. Pontificatus Nostri decimo tertio.—Fr. Th. Pits O. P. Card. Boggiani, Cancellarius S. R. *E. Laukdc* tius Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.* loseph Wilpert. Decanus *Collegii Proton. Apostolicorum.* Vincestius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. A. BENTLEY In CR 7 (1934) 437-440: A. CAXESTHl in ApolL 7 (1934) 220-237: E. JOMBART In NrT 61 (1934) 501-510. 751: A. VERMEER5CH in PrM 23 (1934) 39-45; ME 45 (1934) 144-146.

1213

1934 APR 3.-SC ORIENT. DECR. AAS 26 (1934) 317-319

DECRETUM

De formulis precum ab orientalibus adhibendis **AD IXCRANDAM INDULGENTIAM S. IUBILAEI REDEMPTIONIS**

Quanti semper fecerint Romani Pontifices venerabiles ritus orientales, praeclara documento, diversis edita temporibus, luculenter demonstrant atque testantur. Inter haec certe eminet novissima Apostolica Constitutio Quod *superiore anno* die 2 Aprilis huius anni data ILE 1212]. qua ad universum catholicum orbem lubilaeum Redemptionis extenditur; per ipsam namque peculiares normae praevidentur pro fidelibus rituum orientalium, qui, in iubilaribus visitationibus perficiendis. « iis normis obtemperare debent, quas, pro diversis ritibus, eorum Patriarchis locorumve Ordinarus Sacra Congregatio, Orientali Ecclesiae praeposita, opportuno tempore impertietur ».

Ad hanc pontificiam praescriptionem in effectum deducendam. Sacra haec Congregatio, peritorum rebus

liturgitfs audita sententia, singulis quibuscumque ri-
518 tibus consentaneas formulas con/cinnandas curavit atque per praesens Decretum publici iuris facit.

Quae formulae, iuxta cuiuscumque gentis morem, suis linguis Uturgicis vel vernaculis exaratae atque heic adpositae una cum latina versione, adamussim servandae erunt quotiescumque publice et gregatim sacrae lubilares visitationes a fidelibus orientalibus una cum sacerdotibus suis perficientur.

Quodsi privatim aut singulatim pium exercitium peragatur, tunc fideles uti poterunt sive formulis supra probatis, lingua liturgica propria vel vulgari, sive etiam aliis precibus, quae, in casu, indoli et formae cuiuscumque ritus, quoad fieri possit, conformes, a suo cuiusque Ordinario statuentur.

Firmis tamen manentibus caeteris conditionibus et praescriptionibus dictae Constitutionis Apostolicae et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 3 Aprilis, a. 1934.—A. Card. Sincero, Episcopus
33 Praenestinus, α *Secretis*. I. Cesarini, *Adsessor./*

NORMAE SEQUENDAE

1. - Iuxta Constitutionem Apostolicam *Quod* superiore *anno* (A. A. S.» 1934, pp. 139-140) [LE 1212], tempus utile ad acquirendam Indulgentiam sancti lubilaei ad totum terrarum orbem extensi, a die octava Paschatis anni 1934 usque ad diem octavam Paschatis anni 1935 decurrit. Nulla habita est ratio discriminis inter kalendarium iulianum et gregorianum ; suum enim quisque populus sequetur.

2. - Latini ritus octavae liturgicae penes Orientales respondet cyclus festivus qui etiam ad Ascensionem usque protenditur, discrimine tamen quodam inter varios ritus intercedente: exempli causa, apud Syros cyclus festivus ad quintam Dominicam post Pascha exclusive extenditur; apud gentes vero ritus byzantini usque ad Apolysim Liturgiae feriae IV ante Ascensionem; quae omnia Revmi locorum Ordinarii in fidelium notitiam deducenda curabunt.

3. - Formulas potioribus linguis liturgicis impressas et heic appositas, Patriarchae aliique Ecclesiarum Ordinarii in vernaculas linguas (arabicam. italicam, bulgaricam, albanensem, etc.), si id opportunum in fidelium commodum visum fuerit, transferendas curabunt.

4. - Pro Ecclesiae visitationibus privatim faciendis, aut non interveniente sacerdote, fidelibus fas esto eisdem formulis uti, aliisve ab Ordinariis opportune designatis, quae tamen inter magis usitatas proprii ritus ct unicuique populo notas, quantum fieri potest, eligantur.

5. - Ad normam citatae Constitutionis Apostolicae «pp. 141-142), fideles rituum orientalium, extra territorium proprii Ordinarii commorantes, uti poterunt formulis hic typis impressis, vel precibus a proprio Ordinario statutis, vel denique iis, quae apud fideles latini ritus in usu sunt.

6. - Quotiescumque orientalium rituum fideles, qui extra proprium territorium versantur, latinis fidelibus consociatur in peragendis sancti lubilaei visitationibus, horum preces adhibere valeant; in proprio autem territorio, eas tantum, quas Ordinarius probaverit.

7. - Quoad caetera, quae preces minime spectant, Orientales quoque Constitutionis Apostolicae normas sar.ctc custodiant.

[Sequuntur in AAS 26 (193-4) 320-415 precum Formula»; I - pro Ritu Alexandrino: A - *Copiorum ;* B - *Acthtopum.* II - pro Ritu Antiocheno: a - Syri *et Malankarensc :* B - *Maronitae.* Ill - pro Ritu Armzno. IV - pro omnibus Rnrs Bizaxttni: A - *Graece·,* B - Arabice: C - *Staroslarare*; D - Rumenfee. V - pro omnibus Ritus Chaidaei rr yOASARENSIS).

Adn. E. **SERGH In NrT 61 (1934) 847 343; PrM 23 (1934) 137-133**

1214

1934 APR 3.-SACRA PAEN., MON. AAS 26 (1934) 149-152

Monita de usu facultatum confessariis tributarum per **ANNUM SANCTUM AD UNIVERSUM CATHOLICUM ORBEM PROPAGATUM DEQUE RATIONE INDULGENTIAE IUBILAEI LUCRANDAE. AD NORMAS CONSTITUTIONUM BENEDICTI XIV ET LEONIS XIII EXARATA, AUCTORITATE SS.MI D. N. PП PP. XI AD HODIERNAM DISCIPLINAM ACCOMMODATA EIUSQUE IUSSU EDITA**

Edita hesterno die Apostolica Constitutione « Quod superiore anno » [LE 12121. per quam universale extra ordinem lubilaeum ad totum catholicum orbem extenditur, summopere interest, ut quae in eadem decernuntur, accurate prudenterque in usum deducantur.

Ut vero id facilius ac tutius effici queat. SS. D. N. Pius divina Providentia Papa XI iiusit, quemadmodum per elapsum piacularem annum in confessanorum almae huius Urbis commodum, ita nunc in totius orbis confessariorum utilitatem haec, quae sequuntur, monita edenda esse, eademque edixit quam diligentissime ab omnibus esse servanda.

I. Noscant imprimis in compcrtoque habeant confessarii se extraordinariis hisce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant ea mente et sincera voluntate ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia lubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint» itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant

Confessarii his facultatibus in foro interno etiam extra-sacramentali uti possunt dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus forum sacramentale expresse requiratur.

Parochi tamen peculiarem facultatem habeant iubilares visitationes dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam Constitutionis « Quod superiore anno » sub η. IX. 10, non modo cum de pacnitcntibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis paroeciae suae./ 150

II. Facultas absolvendi a peccatis et a censuris ac dispensandi ab irregularitatibus hisce finibus continetur atque circumscribitur, ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucretur itemque tum solummodo, cum paenitens ab alio confessario, a die octava Paschatis huius anni, a peccatis et a censuris absolutus iam non fuerit vel ab irregularitate dispensatus (cfr. Const « Quod superiore anno », sub η. IX. 13). Itaque summopere necesse est confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet paenitente hisce peccatis, censuris, vel irregularitate irretito exquirere:

1° utrum iam iubilarem veniam, n die octava Paschatis huius anni, lucrifecerit necne;

2° quodsi eam non lucrifecerit, num, anno piaculari vertente, a peccatis vel a censuris reservatis iam absolutus fuerit; atque id ipsum tum requirat, cum paenitens se sistat aliqua irregularitate irretitus.

Etenim si ipse a die octava Paschatis huius anni vel iam iubilarem veniam lucratus fuerit, vel iam fuerit a peccatis aut a censuris absolutus, vel denique ab irregularitate dispensatus, absolutionem et dispensationem eiusmodi iterum obtinere non potest.

III. Confessarii praediscant ac memoria teneant Indicem peccatorum censurarum, paenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; m qua. autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet. non aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1015 $ X

IV. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paemtentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi coniicere iure liceat paenitentem plenissimam lubilaei veniam esse consecuturum

V. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, qoam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterqur promiserit se. cum primum licuerit, satisfacturum.

VI. Confessant qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant:

Qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, non posse eos tamdiu Iubilaei beneficio frui quamdiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderint posse, remoto scandalo, in foro sacramentali interim
151 absolvi ad finem dumtaxat lucrandi lubilaeum/ cum onere quam primum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris.

VII. Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta sint, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

VIII. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo in can. 2342. prohibeant, sub paena reincidentiae. quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam accedat. Firmis quidem manentibus pacnis, de quibus sub n. 2 eiusdem canonis agitur.

IX Religiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2335 lata ne absolvant, quamdiu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea condicione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici. atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis paenis in can. 2385 statutis. Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae paena. ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X Cum de votorum commutatione agitur, id latiore quadam ratione accipiatur, ita quidem ut confessarii, pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti vota commutare possint

XI. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 $ 1 sub excommunicationis paena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet. Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se eos. cum primum potuerit. destructurum aut traditurum, serio promiserit.

XII. Ad facultatem quod attinet sacras visitationes commutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt:

Ie Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram ecclesiam aut oratorium invisendi, nulla facta obligatione aliam ecclesiam vel oratorium per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes duodecim semper habendas esse, quae proinde in reliquis
152 ecclesiis vel ora/toriis fieri debent. Dispensatio enim alicuius ecclesiae visitandae idem non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

2 Si quis vero, praeter dispensationem alicuius ecclesiae visitandae, sacrarum etiam visitationum numeri imminutionem petat, confessarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensatae fuere; quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

3 Si quis interdum, animo sacras visitationes rite peragendi, ad ecclesiae fores pervenerit, aditu ad eam uun clauso vel quavis de causa impedito, tum satis erit ad easdem fores praescriptas preces recitare. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

4® Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt. Mutis vero can. 936 consulitur.

XIII. Cum quatuor ecclesiarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui Ubere velint Iubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegtatis debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte paenitentibu» remitti, ne commutetur in aha opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XIV. Confessio et Communio ad lucrandam piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quatuor ecclesiarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc luselpere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfecta elicito, cum Deo reconcilietur.

Haec *Monita* ad praesentis disciplinae condicionem accommodata. Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XI. in lucem edi iussit, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigebunt, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximam piacularis aan; ad totum catholicum orbem prorogationem.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae. die m mensis Aprilis anno mdccccxxxiv.—L. Card. Lauri. *Paenitentiarius Maior.* I. Teodori, *Secr.*

Adn. A. BENTLEY In CR 7 (1934) 440-441? A. CANESTÎ. In Apoll. 7 (1934) 220-237. Vide etiam Adn. sub die 1934 Apr 2 positis: LE 1212.

1215

1934 APR 24.-SC STUDIORUM, DECR. PART.·

Ordinatio et administratio pontificii collegii **STATUUM FOED. AM. SEPTEMTRIONALIS IN URBE**

Excellentissime Domine, Pontificii Collegii Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis de Urbe res et fortunas tueri atque, pro temporibus rerumque adiunctis provehere, si proprium est Sacrae huius Congregationis, ad me pertinet etiam quia eiusdem Collegii tutelae ïamdiu ut Patronus praesum.

Quem in finem, ut Institutum nempe tam praeclarum, ex quo plurimi Evangelii praecones ad pietatem et scientiam diligenti institutione informati prodierunt, nova incrementa accipiat. Nobis, occasionem LXXV anni ex quo Collegium conditum est nactis. visum eit Episcoporum coetum, cui Collegium ipsum administrandi munus incumbit, ampliare et augere.

Leo XIII quidem, gloriosae recordationis. Litteris Apostolicis « Ubi primum » d.d. 25 Octobris 1884 IActa Leonis XIII v. 4 p. 152-1581. quibus Collegium canonice erexit ac nomine ct titulo Pontificio decoravit inter leges ad quas idem Collegium moderandum esset praescribebat ut: ‹ administratio universa Collegii ab Archiepiscopis et Episcopis Foederatorum Statuum Americae Septemtrionalis, vel a Praesulibus ab ipsis ad id muneris legitime deputatis gereretur». Qua propter laudatae Reipublicae Archiepiscopi et Episcopi in Concilio Baltimorensi II, Augustae Summi Pontificis voluntati plene obsequentes, omnes, uno animo, sibi proposuerunt memoratum Collegium tueri, *fovere,* ornare et, *quantum possent, collatis consiliis* opibusque amplificare.

Itaque, ut quod Christi Vicarius iam edixerat et locorum Ordinarii constituerant impleatur et plenum exitum sortiatur, haec decernimus quae sequuntur:

Collegii Administratio concredita sit:

1. Omnibus Foederatorum Statuum Americae Septemtrionalis Emjnis Cardinalibus, ex *officio;*

2. Archiepiscopo Baltimorensi item ex *officio;*

3. Quatuor aliis Praesulibus, in annuo Episcoporum conventu eligendis, quorum singulis annis unus e munere excidat et novus in eius locum succedat, ab eodem Episcoporum coetu similiter electus.

Quae SS.mo D. N. Pio Pp. xi cum subiecissemus idem Summus Pontifex ea adprobare et confirmare dignatus est.

Spe autem certa suffulti. Administratorum impensis curis et studiosissima opera, salutares fructus Collegii multiplicatum iri. intimo ex animo caelestem gratiam, per Deiparam Immaculatam, iUis imploramus

Interim qua par est reverentia sensus obsequentis animi mei. Tibi, Excellentissime Domine, obtestor. Ex-

cellentiae Tuae Reverendissimae in Domino addictissimus, Caietanus Card. Bisleti, *Praef.* Ernestus Ruffi-

• Dc-«oato Ap. in S. F. Americae Septemtrionelli-. Homiletic and Ptttonl Rwiew 35 (1934-35) 295-296.

1216

1934 APR 25.-SC RITUUM, DECR. AAS 26 (1934) 560

URBIS ET ORBIS

In FESTO PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. C., OFFICIUM ET MISSA

Quo anni undevicesimi centenarii ab humani generis redemptione memoria in dies perseveret. Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, festum Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri lesu Christi ad ritum duplicem primae classis evehere, et suprascriptas Orationem et Lectiones in officio legendas adprobare dignatus est Servatis Rubricis. Quibuscumque contrariis non obstantibus.—Die 25 Aprilis 1934.—C. Card. Laurenti, *Praef.* A. Carinci, *Secr.*

Ado. P. BATTISTINI In EL 48 (1934) 575-576.

1217

1934 APR 27.-SC PROP. FIDE, NORMAE. PART.·

Normae instit utis PRO SEMINARIIS REGIONALIBUS COMMISSIS RELIGIOSIS VEL MISSIONALIBUS DEPENDENTIBUS A SC DE PROP. FIDE

I - De *alta directione*

1. Seminarium Regionale pertinet ad Sanctam Sedem, quae eius gubernium alicui Instituto Religioso vel Missionali committit sub alta tamen directione Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. Disciplina Seminarii eius scholae et ordinaria administratio relinquuntur curae Instituti.

2. Seminarium comprehendit cursum Philosophicum duorum saltem annorum et cursum Theologicum quattuor annorum.

3. Institutum cui committitur directio Seminarii Regionalis Sacrae Congregationi de Propaganda Fide submittet adprobandas:

a) Regulas disciplinares Seminarii.

b) Rationem studiorum, distributionem disciplinarum, horarium scholasticum et notam librorum textus

4. a) Electio Rectoris Seminarii ad Sacram Congregationem de Propaganda spectat post praesentationem candidati ex parte Superioris Generalis Instituti.

b) Electio coeterorum moderatorum necnon professorum spectat ad Superiorem Generalem Instituti, qui postea eorum nomina Sacrae Congregationi de Propaganda communicabit.

c) Remotio vel mutatio Rectoris Seminarii fleri non potest absque praevio consensu Sacrae Congregationis de Propaganda; mutatio professorum aliorumque moderatorum communicabitur eidem Sacrae Congregationi

5. Ad Seminarium Regionale ordinarie pergent omnes alumni Philosophiae et Theologiae Regionis. Ordinariis non licebit ex Seminario Regionali suos alumnos revocare eosque alio educandos mittere, sine expressa licentia Sacrae Congregationi de Propaganda Fide.

6. Alumni Seminarii qui ln vocatione ecclesiastica perseverant, nequibunt vel in cursu studiorum vel ante triennium completum a suo sacerdotio in aliquod religiosum Institutum introire, absque peculiari licentia proprii Ordinarii et Sanctae Sedis, firmis manentibus quae statuuntur cann. 931, § 1 et 542 C. I. C.

II - *Dc iuribus et officiis Superioris Generalis Instituti*

7. Nominatio et munerum attributio omnium superiorum et magistrorum Seminarii (salvo praescripto art. 4), remittitur curae Superioris Generalis Instituti

8. Director Spiritus alumnorum nunquam seligetur ex moderatoribus Seminarii, idemque intra septa Instituti residentiam continuam habebit

9. Superior Generalis cum Ordinariis Regionis circa administrativam gestionem Seminarii conveniet.

III - De iuribus et *officiis Ordinariorum regionis*

10. Ordinariis regionis cum suis alumnis colloqui et commercium epistolare habere licebit Iisdem facultas erit libere ad Seminarium accedendi, lectionibus scholasticis quandoque adsistendi. periculis, disputationibus et praemiorum distributioni adstandi.

11. Promotio ad Sacros Ordines exclusivae competentiae est Ordinariorum singulorum alumnorum, quibus proinde tempestive a Rectore necessariae circa pietatem, scientiam coeterasque promovendorum qualitates informationes mittentur.

12. Ordinarii Regionis quotannis convenient ut de rebus Seminarii, videlicet de pietate, de disciplina, de studio, et de oeconomica administratione, accurate agant et examini subiiciant relationem circa haec a Rectore Seminarii conscriptam. Conventui praeerit Episcopus primus iuxta canonicas praecedentiae normas: Secretarii munere fungetur Ordinarius consecratione recentior. In hoc conventu singuli Ordinarii adprobabunt atque subsignabunt relationem annuam moralem et oeconomicam, iuxta hic adnexum schema redigendam atque ad Sacram Congregationem de Propaganda transmittendam.

13. Si quae sint animadversiones faciendae, hae generatim per Ordinarium loci Rectori communicentur.

IV - De iuribus et *officiis Rectoris seminarii*

14. Rector est Superior immediatus Seminarii eique coeteri moderatores et magistri parebunt.

15. Quotannis, quin personaliter ordinarie intersit. Episcoporum conventui exactam relationem de statu morali et oeconomico Seminarii submittet.

16. Seminarium cum suis adiacentiis a Jurisdictione paroeciali loci eximitur; officia paroecialla naturae pii Instituti consentanea Rectori tribuuntur, qui relate nd confessiones alumnorum se gerat ad mentem canonis

Allicatvm

SCHEMA RELATIONIS ANNUAE SEMINARII REGIONALIS

De .....

Pro anno litterario

(ad Sacram Congregationem dc Propaganda mittendum ante diem 31 decembris singulorum annorum)

1. Elenchus nominativus omnium Moderatorum ct Magistrorum Seminarii

2. Numerus alumnorum distinctus pro singulis Ordinariatibus et pro singulis classibus.....

Numerus alumnorum qui durante anno ingressi sunt.....

Numerus alumnorum durante anno egressorum quia ad Ordines ascenderunt..... *(dentur breves* nolae circa *qualitates singulorum).*

Numerus alumnorum qui durante anno egressi sunt ob alias causas..... Expulsi sunt..... (indicelur *causa cur* singuli expulsi sint).

3. Numerus alumnorum qui in periculis scholasticis promoti sunt .....

Numerus alumnorum qui in periculis scholasticis reiecti sunt..... *(animadversiones ex'entualesY*

4. Ratio oeconomica:

a) Summa accepta in singulis suis capitulis divisa.

b) Summa expensa in singulis suis capitulis divisa

(Indicetur quaenam fuerit media summa expensu pro singulis alumnis).

5. Animadversiones:

a) Circa statum spiritualem et disciplinam Seminaril

b) Circa studia.

r) Circa statum hygienicum.

d) Circa statum oeconomicum.

Varia.

Datum ... .

Subscriptiones singulorum Ordinariorum et Rectoris Seminarii.

* Sylloge η. 183.

1218

1934 APR 30.-COM. BIBL., DECR. AAS 26 (1934) 315

De **USU VERSIONUM SACRAE SCRIPTURAE IN ECCLESIIS**

Proposito ab Excmo Episcopo Buscoducensi, nomine etiam ceterorum Excntorum Episcoporum provinciae eclesiasticae neerlandicae. sequenti dubio:

Utrum permitti possit in ecclesiis populo praelegi pericopas liturgicas Epistolarum et evangeliorum secundum versionum non ex ‹ veteri vulgata latina editione ›, sed ex textibus primigeniis sive graecis sive hebraicis?

Pontificia Commissio de Re Biblica ita respondendum decrevit:

Negative: sed versio Sacrae Scripturae christifidelibus publice praelegatur quae sit confecta ex testu ab Ecclesia pro sacra liturgia approbato.

Die autem 30 Aprilis 1934. in audientia infrascripto Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI praedictum responsum ratum habuit et publici iuris fieri mandavit.—loannes Baptista Frey, C. S. Sp.. *Consultor* ab Actis.

Adn. A. BENTLEY In CR 7 (1934) 530-. A. KLEINMANS in Anloniinuxn 9 (1934) 441-450; J. L. In NrT 61 (1934) 850; REGATILLO n. 713.

1219

1934 MAI L-CONV. CUM AUSTRIA. AAS **26(1934)283**

Ratihabitio concordati inter sedem apostolicam et **REMPUBLICAM AVSTRLAE DIE 5 IUN. 1933 IN1TI**

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam rata habita, Kalendis Mails anno mdccccxxxiv Vindobonae Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a Kalendis Mails anno mdccccxxxiv, quo die huiusmodi Instrumenta permutata fuerunt. Conventio inter Ssmum Dominum Nostrum Pium Pp. Xl et Supremum Reipublicae Austriacae Praesidem icta una simul Cum Protocollo Additional!, vigere et valere coepit ad normam art. xxiii eiusdem Pactionis.

Adn. CONCORDATI textum vide sub die 1933 Iun. 5: LE 1170.

1220

1931 MAI 1.-SC S. OFFICII, INSTR. PART.·

Normae pro conh **PROCESSU IN CASIBUS SOLUTIONIS VINCULI MATRIMONIALIS IN FAVOREM FIDEI PER SUPREMAM S.** Pontificis auctoritatem

Textus Instructionis publici iuris *adhuc* fieri nequit.

• Summarium normarum profert: A. ABATE. Lo scioslimcnto dei vincolo coniugale, 2 ed. Roma 1965. p. 68 sI ; F. HURTH, Notae ouaedem »d Privilegium Petrinum, in PrM 45 (1956) 386-391; L CHALMERS, Th· Petrine Privilege In CR 47 (1962) 474-480.

1221

1934 MAI 18.-SC ORIENT., DECR. AAS 26 (1934) 592

DECRETUM

De seminario tnterrituali s. ludovici regis **CONSTANTTNOPOLITANO**

In urbe Constantinopolitnna exstat, abhinc quinquaginta circiter annos, Seminarium interrituale, cura Fratrum Minorum Cappuccinorum e Parisiens! provincia erectum, et a Sancto Ludovico Rege nuncupatum, in quo iuvenes bonae spei, tum latini tum orientalis ritus, ad sacerdotium instituuntur.

Plures ex illo usque ad praesens prodiere sacerdotes, pietate ac doctrina insignes, nec desunt qui sacerdotalis vitae curriculum, meritorum plenum, martyrii palma coronaverint.

Cum vero. Seminarium hoc, postremo, per universum orbem, saeviente bello, detrimentum senserit, et, pace restituta, necessitas instaurandae novae rerum conditionis postulet ut peculiaribus statutis gubernetur, ita ut uberiores fructus in posterum, aucto quoque alumnorum numero, exspectari liceat; Sacra Congregatio Orientalis, auditis Excmo Domino Delegato Apostolico in dicionibus Turcica et Graeca pro tempore exsistenti, necnon Revfho Patre Ministro generali Ordinis Minorum Cappuccinorum, ab omnibus Superioribus et alumnis praefati Seminarii religiose servandas statuit regulas ac normas ab ipsa Sacra Congregatione rite examinatas ac probatas, uti continentur in hoc exemplari, cuius autographum in tabulario eiusdem Sacrae Congregationis asservatur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Orientalis, die 18 Maii. anno 1934.—A. Card. Sincero, Ep. Praenestinus, *a Secretis.* I. Cesarini, *AdsessorJ*

1222

1934 MAI 18.-SC ORIENT., NORM. AAS 26 (1934) 593-591

STATUTA

S Al···SARn **INTERRITUALIS A S. LUDOVICO NUNCUPATI IN URBE CONSTANTTNOPOLITANA**

1. Seminarium interrituale a Sancto Ludovico in Urbe Constantinopohlana exsistens, a Fratribus Ordinis Minorum Cappuccinorum e provincia Parisiens! erectum eorumque curae iam ab initio commissum, immediate pendet ab Apostolica Sede, idest a S. Congregatione Orientali, quie jurisdictionem ordinariam in Seminarium et in eius Rectorem. Officiales, Magistros, alumnos ceterosque eidem addictos per Delegatum Apostolicum in Turcica dicione pro tempore exsistentem, eoque deficiente vel impedito aut absente. per eius quocumque titulo vices legitime gerentem exercebit.

2. Iurisdictlo haec ordinaria desumitur ex canonibus 1352-1371 Cod. Iur. can. eademque prorsus ratione a Delegato Apostolico in Seminarium interrituale a Sancto Ludovico exercebitur ac ab Episcopis in propria Seminaria ad normam eorumdem canonum iure ordinario exercetur, congrua tamen congruis referendo pro rituum diversitate.

3. Rectorem Seminarii e tribus Patribus O. M. Capp.. quos Minister generalis praesentaverit. eligit ad sexennium Sacra Congregatio Orientalis, audito, si casus ferat. Delegato Apostolico. Unius Sacrae Congregationis est Rectorem ante exactum sexennium iusta de causa removere vel post sexennium cum denuo in suo munere confirmare, collatis consiliis cum Delegato Apostolico et cum Ministro generali Ordinis praedicti. In casu tamen urgenti et gnvi de causa. Rector Seminarii poterit ab officio suspendi Um a Delegato Apostolico. monito Ministro generali, quam >b ipso Ministro generali, monito Delegato Apostolico, aequo iure. non requisito alterius consensu.

Ceteros Seminarii Officiales necnon Magistros. Minister provincialis Parisiensis eligit eosque per Rectorem praesentat Delegato Apostolico adprobandos.

Nemini. Ordini Fratrum Minorum Cappuccinorum extraneo. fas erit in Seminario docere nisi dc consensu Delegati Apostolici.

5. Rei oeconomicae administratio penes Rectorem eriL qui per se vel per Idoneum religiosum de consensu Superioris Regularis designandum, libros administrationls tenebit. quique semel in anno ad Sacram Congregationem per Delegatum Apostolicum de ea referet.

Subsidia pro itinere alumnorum, pro instituendis et sustentandis ipsis alumnis, necnon pro retribuendis professoribus, qui sint Ordini Fratrum Minorum capuccinorum extranei, suppeditabuntur partim a familiis aut dioecesibus alumnorum partim vero ab ipso opere S. Ludovici.

6. Ut omnia quae ad regimen Seminarii pertinent ordinate procedant, debet Rector, adiuvantibus ceteris Officialibus et Magistris, auditoque Superiore suo Regulari Missionis. proponere normas disciplinares (vulgo: règlement) a Delegato Apostolico ad tempus vel semel pro semper adprobandas, quibus alumni etiam in minimis dirigantur et quasi manu ducantur.

T Admissio et dimissio alumnorum, quaecumque est eorum conditio regitur normis a Delegato Apostolico determinandis luxta praescripta canonum et rerum .ndluncta Quoad vero dimissionem in casibus urgenlloribus. si periculum sit ir mora et recursus ad Delegatum Apostolicum nimis difficilis evadat potest Rector per se stalim
uj prosidere: at de facta dimissione Delegatum Apostolicum/ quam primum certiorem faciat De alumno dimissio Ordinalius cura Rectoris monendus est. expressis, si casus ierat, dimissionis causis

8 Ad sacras caeremonias recte addiscendas el cantum ecclesiasticum bene modulandum semel saltem in hebdomada per presbyteros ab Ordinariis singulorum rituum propositos et a Delegato Apostolico adprobatos. alumni doceantur.

9. Nullus alumnus potest, sine venia Delegati Apostolici. ellam per breve tempus e Seminario discedere, nisi agatur de gravi necessitate, quo tn casu Rector providebit

Permittitur tamen ut alumni aestivo tempore per aliquot dies, a Delegato Apostolico. de consilio Rectoris, determinandos. ad propriam familiam sc conferant et apud eam permaneanL susceptis a familia expensis, nisi periculum aliquod timeatur

10 De slnguds alumnis et de statu Seminarii quotannis Rector scripte ad Sacram Congregationem Orientalem per Delegatum Apostolicum referat Ad Ordinarios autem de alumnis tantum subditis in fine anni relationem faciet

11 Alumni qui ad normam lun» et servatis servandis admittendi sint ad Primam Tonsuram vel ad Ordines, petitionem a Rectore visam et adprobatam. Delegato Apostolico exhibeant, qui eam cum suis animadversionibus ad Ordinanum Oratorum remittet ut litterae dimissoriae Lmpetrentur.

12 Examina ad Ordines suscipiendos, ordinandi. coram Delegato Apostolico. vel aliis ab eo deputatis, subibunt

13 Collatio Ordinum pro alumnis latini ritus Delegato Apostolico reservatur, salva eidem facultate ordinandos ad proprios Episcopos remittendi vel etiam ad Episcopos extraneos Alumni ritus orientalis ab Episcopo proprii ritus, in Urbe praesenti, ex commissione Delegati Apostolici ordinabuntur

14. Seminarii alumni expleto studiorum curriculo et sacerdotio aucti in propriam dioecesim vel missionem redire tenentur et Ordinarii proprii plenae et exdusivae iurisdlcüoni se subiicere, ad normam canonum.

Ado. J. C. in NrT 62 (1935) 187-183.

1934 MAI 19.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

Dubia circa obligationem constitutionum et votorum
SOLEMNIUM APUD MONIALES O. P. ET CIRCA HARUM SUBIECIIONEM ORDINARIO LOCI AUT REGULARI

Dubia - Episcopus A. proposuit ad Sacram Congregationem de Religiosis sequentia dubia relata ad Constitutiones Monialium Sacri Ordinis Praedicatorum a Sancta Sede die 15 Novembris 1929 approbatas:

I - Utrum Constitutiones hujusmodi ab omnibus monasteriis monialium Sacri Ordinis Praedicatorum de praecepto accipiendae sint?

II - Utrum in monasteriis in quibus mos semper obtinuit emittendi vota simplicia, moniales omnes, non polum auae jam se obstrinxerint volis simplicibus sed etiam quae in posterum vota emissurae sunt, vota solemnia nuncupare debeant?

m - Utrum, consentientibus imo et volentibus monialibus. monasterium praedictum sub jurisdictione Ordinarii A permanere possit, vel potius jurisdictioni Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum subjici debeat?

IV · Et si affirmative ad primam partem, utrum in formula professionis tam temporariae quam perpetuae Domen Episcopi loci inseri debeat an potius nomen Mag:.slri Generalis Ordinis Praedicatorum retineri?

Resp. - Sacra Congr. de Religiosis. Die 19 Maii 1934.

Exc.me ac Rev.me Domine, pervenerunt ad hanc S Congregationem litterae Exc. Tuae circa Monasterium Ordinis Praedicatorum, in ista dioecesi atque, omnibus mature perpensis, sequentia cum eadem Exc. Tua Rev.ma haec S. C. communicat

Constitutiones, de quibus agitur, seu quae a SS.mo Domino Nostre adprobatae sunt pro monialibus Ord. Praedicatorum non tantum ex praecepto quantum ex naiura rei acr:p:endae sunt; moniales autem quarum vota ex instituto sunt solemnia, sed pro temporis cir·

cumstantiis ex praescripto S. Sedis ipsae vota simplicia emittunt, easdem Constitutiones servare debent, mutatis vero quae ad vota solemnia referuntur Monasterium insuper praedictum sub jurisdictione Ordinarii permanere debet, retento in formula professionis tam temporariae quam perpetuae nomine Magistn Generalis Ordinis Praedicatorum, idque per privilegia Apostolica. ob unitatem Ordinis, quin tamen jurisdictionem Ordinarii loci iuxta SS Canones infirmet. Cuncta fausta a Domino adprecor et permaneo Eidem Exc. Tuae Rev.mae addictissimus servus.—Vincentius La Puma, *Secr.*

Prof. N. 2021/34: AOP 23 (1937-38) 303-304.

1934 MAI 20.-SC SACK.» INSTR. AAS 27 (1935) 11-22

Instructio pro simplici sacerdote sacramentum
CONFIRMATIONIS EX SEDIS APOSTOLICAE DELEGATIONE ADMINISTRANTE

I

Novae Instructionis necessitas post promulgatum Codicem l C. et post quasdam editas resolutiones quoad Confirmationis Ministrum et confirmandorum aetatem

1. Sacramenti Confirmationis disciplina, notabiliter iam per Codicem iuris canonici innovata (can. 780-800). post ipsum Codicem promulgatum, luculentius est nonnullis locis explanata, quibusdam proditis resolutionibus ad dubia interdum delata Pontificiae Commissioni ad Codicis/ canones authentice interpretandos 12
aut quaestionibus propositis Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, prout cuiusque Coetus postulabat ambitus et competentia Cum igitur expediens foret integram ad rem prae oculis perspectam atque enucleatam habere disciplinam huiusce Sacramenti moderatricem, praesertim cum ipsum confertur per simplicem Sacerdotem, ex Sedis Apostolicae depulatione. opportunum visum est novam conficere atque edere Instructionem quatenus fieri contingat, absolutam, quae nempe omnia scitu et factu necessaria complectatur. tum quod ad ministrum, tum quod ad subieclum. tum etiam quod ad ipsum ritum attinet, ut hoc Sacramentum quo. tamquam baptismi complemento. Spiritus Sancti plenitudo ⁑ confertur, graviter, rite ac religiose, prout ipsius sanctitatem decet, administretur.

Duplex hucusque, postremis nostris hisce temporibus, praefatae necessitati prospiciebat Instructio, quarum altera» iussu edita Supremae S. C. Romanae et Universalis Inquisitionis anno 1888 Ici. *CPF* n. 503 in nota ultima). inde a promulgato Codice I. C magna ex parte obsolevit; altera vero, quamvis recentior. in appendice relata Ritualis Romani, auctoritate Ssrni D N Pii Papae Xl ad normam Codicis L C- accommodati.l additamentis opportunis, processu temporis invectis, equidem et ipsa indigere comperta est

De nova igitur hac Instructione conficienda ac vulganda. seu de quibusdam addendis ve) demendis duabus memoratis Instructionibus et in unicam conflandis, mature disceptatum est in Plenario Coetu EE PP. huius Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum habito die 21 Decembris 1928 in Palatio Apostolico Vaticano, praehabito unanimi voto EE. Patrum Inquisitorum Supremae S. C S Officii tum super necessitate eiusdem instructionis noviter edendae tum super competentia in huiusmodi expediendo negotio ad hanc S. Congregationem de Sacramentis spectante: immutationes vero inducendae ab iisdem EE Patribus statutae, ministrum Sacramenti et sublectorum aetatem respicientes, quasque Ssmus ratas habuit ac confirmavit die 31 Decembris 1928. in praesenti Instructione singillatim digestae perhibentur.

2. Quod ad ministrum prae primis attinet Sacramenti Confinnat.onls. dogmaticam definitionem Concilii Tridentini ' mutuatus Codex I. C. canone 782 ordinarium huius Sacramenti ministrum solum Episcopum edicit, extraordinarium vero ministrum presbyterum. cui vel iure communi vel peculiari Sedis Apostolicae induito facultas huiusmodi concessa sit Ob eorum praecellentiam hac facultate ipso iure reapse fruuntury praeter S. R. E. Cardinales (can. 239 i 1 13

α 23), Abbas vel Praelatus *nullius,* Vicarius et Praefectus Apostolicus, licet charactere episcopal· carentes, qui tamen ea vahde uti nequeunt, nisi intra fines sui territor! et durante munere tantum (can. 782 §§ 1, 2. 3) dummodo episcopali dignitate etiam insigniti non sint

At praeter memoratos Praelatos, iure communi tali privilegio fruentes. non semel accidit ut in aliquibus omnino extraordinariis locorum et temporum adiunctis quarumdam regionum Americae Latinae, in quibus ordinarii seu nativi ministri, nempe Episcopi, copia forte non suppetit gravi ideo et urgente exstante causa Sancta Sedes quodammodo compellatur etiam ad simplicem Sacerdotem deputandum, tamquam Sacramenti confirmationis extraordinarium ministrum, ut illud scilicet ex apostolico induito christlfidehbus conferat Hisce tamen casibus, admodum singularibus, semper fun Ecclesiae mens et sedula cura, ut hic velutl suffectus ordinario confirmationis administer, quatenus fieri posset, in aliqua esset ecclesiastica dignitate constitutus, atque m propriae territorio dioecesis, ita ut v. g.. usu Pontificalium frueretur cetensque honorificis gauderet privilegiis atque insignibus, quae competere solent Protonotariis Apostolicis ‘ Huius praescriptionis ratio est materna Ecclesiae sollicitudo, qua iugiter cavet ne quid detriment^ capiat reverentia Sacramento debita et offensionis pia Christianae plebis exspectatio Episcopi persona orbatae, atque ut confirmationis administratio, quatenus sinit substituti ministri persona, conspicuo splendore ac praeclara sollemnitate fiat

Re autem vera huic Sanctae Sedis agendi rationi consonat facultas, quae sub n 3 recensetur in Litteris Apostolis Pii Papae XI, diei xxx Aprilis an mdccccxxtx ILE 8981. quibus Ordinariis Sacerdotibus et christifidelibus dioecesium ac ditionum Americae Latinae privilegia ac facultates ad decennium conceduntur,’ et quae hisce exprimitur verbis:

«... Ordinarii locorum deputare possunt ad Sacramentum Confirmatu nis administrandum Sacerdotes, quantum fieri potest, in aliqua dignitate ecclesiastica constitutas, vel munere Vicarii Foranei fungentes; nunquam vero simplices Sacerdotes, commorantes illis in locis, tn quibus praedictum Sacramentum administrandum erit servata nova S. Congregationis de disciplina Sacramentorum *Instructione* pro simplici sacerdote ex Sed^ Apostolicae delegatione Sacramentum Confirmationis administrante »

Huc etiam redit praxis ab hac S. Congregatione servata in Apostolic s induitis concedendis Sacrrdotibus simplicibus ut Confirmationem con ferre valeant qmbu<dam in casibus reapse singularibus semper enin eadem S Congregatio cavit, prout adiuncta ipsa sinebant ut hi vel Protonotani Apostolici dignitate praefulgerent. vel ut ad huiusmodi munus dignius explendum ťale renuntiarentur

Suae tuendae praxi tum quoad extraordinarii ministri requisitam dignitatem, tum quoad memorata loca Americae Meridionalis (Latinae;, quibus velutl privaťi indulta Apostolica ad rem largiebatur omnem ad haec usque tempora adhibuit curam S Congregatio de Sacramentis Attamen aliquot abhinc annis pluries RR locorum Ordinarii requisierunt an praefatae praxi derogare opportunum censeret, etiam ad Europae regiones nonnullas idem extendendo privilegium Americae Meridional: concessum sub similibus adiunctis; et haec eadem S Cong-egatio in una *Namurcen et aliarum* diei 25 lanu.»-u 1924 ILE 5dU| sequens proposuit Plenario EE PP Conventui dubium diluendum: « An praxis deputandi <acerdotes episcopali charactere carentes ad Sacramentum Confirmationis administrandum, etiam in p.iterum servanda sit intra limites hactenus praefinitos vel potius, instantibus gravibus et urgentibus causis extendenda sit ad alias regiones etiam in Europa m casibus particularibus · et responsio prodiit: « *affirmative* ad l partem, neyatire ad II et ad mentem » Mens vero EE PP fuit « quod nihil esset immutandum in disciplina Ecclesiae quam hactenus servavit et vetuit immutari H S C., factis tantummodo nonnullis exceptionibus p o aliquibus regionibus in America Meridionali ubi a-rvari non potes; ius commune ob extraordinaria rerur et personarum adiuncta Equidem simplex sacerdos est minister ẍtra<»rdinarius Sacramenti Confirmationis per deputationem Sedis Apostolicae. Quodsi ex aliis reg:ombus exhibear tur huiusmodi petitiones S Congregatio suadeat Episcopis oratoribus ut recurrant ad S. Sedem pro obtinendo Episcopo Auxihart seu Coadiutore, vel opem petant, pro huiusmodi Sacramento administrando. ab Episcopis finitimarum dioecesium · Quod quidem responsum a Ssmo in Audientia diei 26 Ian. 1924 fuit confirmatum.

Duplex altera quaestio post Codicis promulgationem proposita respiciebat mensuram aetatis confirmandorum. atque utraque fuit nuper per competentia S Sedis organa resaluta.

Haec enim praecipit canon 788 in sublecta materia: « Licet Sacramenti Confirmationis administratio convenienter tn Ecclesia Latina differatur ad septimum circiter aetatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans m mortis periculo sit con<’’tutu«. vel ministro id expedire, ob iustas et graves causai, videatur ». Hinc quaesitum fuit a Pont Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos utrum/ relatus canon constituat tantum normam directivam. an potius vere praeceptivam: et EE. PP eiusdem PontiL Commissionis in Plenario Coetu diei 7 Iunii 1931. proposito dubio: « An canon 788 ita intelligendus sit ut Sacramentum Confirmationis m Ecclesia Latina ante septimum circiter aetatis annum conferri non possit nisi m casibus, de quibus in eodem canone ». respondeo mandarunt: *Affirmative* ILE 1035. 16 Iun. 1931).

Quoniam vero in Hispania et alicubi, praesertim ln America Meridionali, viget consuetudo administrandi Sacramentum Confirmationis pueris ante usum ratioms, etiam immediate post collatum baptismum, a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum, edita supradicta responsione, quaesitum fuit an talis consuetudo adhuc servari possit

In plenario itaque Coctu Emorum Patrum huius Sacrae Congregationis, habito die 27 Februarii 1932. re mature discussa, proposito sequenti dubio: < An consuetudo antiquissima m Hispania et alicubi vigens ministrandi Sacramentum Confirmationis infantibus ante usum rationis servari possit. Emis Patres responderunt: *Affirmative et ad mentem* ». « Mens est ut, ubi Sacramenti Confirmationis administratio difem potest ad septimum circiter aetatis annum, quin obstent graves et iustae ĉausa aa normam can. 788. contrariam consuetudinem inducentes, fideles sedulo edocendi sunt de lege communi Ecclesiae Latinae, praemissa Sacrae Confirmationis administration! illa catechesis instructione, quae tantum iuvat ad animos puerorum excolendos et in doctrina catholica solidandos, prout experientia docet » ILE 10761.

In Audientia diei 2 Martii eiusdem anni, referente Secretario eiusdem S. C., Ssmus Dnus Noster Pius Papa XI responsionem ratam habere et confirmare dignatus est

Ne autem ex hac resolutione atiquis error irrepat aut non recta intelbgentia de sacrorum canonum intentione et praecepto circa aetatem admittendorum ad primam Communionem Eucharisticam. declaravit eadem S. Congregatio. equiaem opportunum esse et conformius naturae et effectibus Sacramenti Confirmationis, pueros ad sacram mensam prima vice non accedere nisi post receptum Confirmationis Sacramentum, quod est velut complementum baptismatis, et in quo datur plenitudo Spiritus Ŝanet (S Thomas, p III quaest 71 art. 2); non tamen iidem censendi sunt prohiberi quominus ad eandem mensam prius admittantur, si ad annos discretionis pervenerint, quamvis Confirmations Sacramentum antea accipere non potuerunt ·/

Si agitui proir.de de puero, qui gravi morbo laboret adeo ut constitutus dicatur in mortis periculo, non solum prohibitum non est illi ante septennium Sacrum Chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hac vita demigrans maiorem gloriam, iuxta S Thomae doctrinam (p. III. quaest. 73. art 8 ad 4). in caelis consequatur Aliae insuper iuxta probatam plurium Theologorum sententiam esse possunt legitimae causae, praeter consuetudinem iam memoratam, antevertendi septennium in collatione huius Sacramenti, et praesertim cum praevidetur futura diutina absentia Episcopi vel Presbyteri, cui facta sit facultas illud administranda vel alia urget necessitas seu iusta et gravis causa.

II

disciplina per Cod. I. C. inducta quoad Confirmationis administrationem a simplici Sacerdote peragendam

1. Sacerdos igitur, cui facultas haec concessa fuerit probe sciat Sacramentum Confirmationis conferri debere per manus impositionem cum unctione Chrismatis in fronte et pei verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis praescripta (can. 780).

vARHQLL UNIV.; iy th CLEVELAND. OHiO

2 Hoc Sacramentum, quod characterem imprimit, iterari nequit; sl vero prudens dubium exsistat, num revera vel nullum valide collatum fuerit, sub conditione iterum conferatur (can. 732).

3. Chrisma, quod huic Sacramento administrando, etiamsi per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sede communionem habente. consecratum feria quinta in Coena Domini proxima superiore; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat Mox deficienti oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiiciatur, etiam iterato, minore tamen copia (can. 734. 781). Nunquam vero licet sine Chrismate Confirmationem administrare vel illud ab Episcopis haereticis aut schismaticis accipere. Unctio autem ne fiat aliquo instrumento sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita (can. 781 δ 2).

4. Presbyter latini ritus cui. vi indulti. haec facultas competat. Confirmationem valide confert solis fidelibus sui ritus, nisi m induito aliud expresse cautum fuerit Nefas est presbyteris ritus orientalis, qui facultate vel privilegio gaudent Confirmationem una cum baptismo infantibus sui ritus conferendi, eandem mi-
ll mstrare infantibus latini ritus (can. 782 §§ 4-5)./

5. Presbytero licet, sl Apostolico locali privilegio sit munitus, in designato sibi territorio confirmare etiam extraneos, nisi id ipsorum Ordinarii expresse vetuerint (can. 784).

6. Presbyter, privilegio Apostolico donatus, obligatione tenetur Sacramentum hoc illis, quorum in favorem est concessa facultas, rite et rationabiliter petentibus conferendi (can. 785 §§ 1-2).

7. Aquis baptismi non ablutus valide confirmari nequit; praeterea ut quis licite et fructuose confirmetur, debet esse in statu gratiae constitutus, et, si usu rationis polleat, sufficienter instructus (can. 786). scilicet, pro suo captu, de natura dignitate, effectibus ac dispositionibus ad digne Sacramentum huiusmodi recipiendum. Iuxta veterem Ecclesiae usum confirmandi deberent esse ieiunii, idque optandum propterea sset ut h praesenti etiam servaretur.

& Quamquam noc Sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione. illud negligere, imo parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore accedant (can. 787).

9. Quod vero ad aetatem confirmandorum attinet (can. 788» recolenda sunt quae fuse diximus sub 1 n. 3.

10. Caveant confirmandi ne sordida fronte, capillisque impexis ad hoc Sacramentum accedant vestibus tamen sint induti, quemadmodum et patrini, simplicibus. et ad modestiam compositis Mulieres vero illud suscepturae et quae matrmarum officium exercebunt, m ecclesiam ne accedant vanis indutae ornamentis aut fucata facie sed cum omni modestia et reverentia

11 Confirmandi, si plures sint, adsint primae manuum impositioni seu extensioni, nec nisi expleto ritu discedant (can 789).

12 Hoc Sacramentum quovis tempore conferri potest; maxime autem decet illud administrare in hebdomada Pentecostes (can. 790).

13. Licet proprius confirmationis administrandae locus ecclesia srt. ex causa tamen, quam minister iustam ac rationabilem ludicaverit, potest hoc Sacramentum in quolibet alio decenti loco conferri (can. 791).

14. Ex vetustissimo Ecclesiae more, ut in baptismo, ita etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit (can 793).

15 Patrtnu» unum tantum confirmandum aut duos praesentet, nisi aliud lusta de causa ministro videatur; unus quoque pre singulis confirmandis sit patrinus (can. 794)

16. Ut quis sit patrinus. oportet:

1) Sit ipse qur>que confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

2) Nulli naereticae aut schismaticae sectae sit ad-«criptus. nec sententia cond°mnatoria vel declaratoris excommumcatus. aut infamis/ infamia Juris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

3) Non sit pater, mater, coniux confirmandi;

• O A confirmando eiusve parentibus vel tutoribus. vel, hi si desint aut renuant, a ministro vel a parocho sit designatus;

5) Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat (can. 795).

17. Ut quis licite ad patrini munus admittatur, oportet:

1) Sit alius a patrino baptismi, nisi rationabilis causa, ludicio ministri, aliud suadeat aut statim post Baptismum legitime Confirmatio conferatur;

2) Sil eiusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro m casibus particularibus ex rationabili causa videatur;

3) Decimum quartum suae aetatis annum attigerit, nisi aliud iusta de causa ministro videatur (can. 796);

4) Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia iuris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti;

5) Fidei rudimenta noverit;

6) in nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

7) In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia (can. 766).

18. Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patnnum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi eiusque Christianam educationem curandi (can. 797) Ex hac tamen cognatione spirituali iam non oritur impedimentum ad matrimonium (can 1079).

19 Nomina ministri, confirmatorum, parentum et patrinorum. diem ac locum Confirmationis parochus inscribat in peculiari libro, praeter adnotationem in libro baptizatorum (can 798)

20. Si proprius confirmati parochus praesens non fuerit, de collata Confirmatione minister vel per se ipse, vel per alium quamprimum eundem certioren faciat (can. 799)

21 Ad collatam Confirmationem probandam, modo nemini fiat praeiudicium. satis est unus testis omni exceptione maior, vel ipsius confirmati iusiurandum, nisi confirmatus fuerit m infantili aetate (can. 800)7 u

III

Ritus servandus a simplici sacerdote Sacramentum Confirmationis conferente, iuxta *Rituale Romanum Ssfhi D. N. Pit Papae XI ad normam Codicis iuris canonici accommodatum. ·*

Cum tempus advenerit, quo sacerdos, utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut supra, tributa, *administrare Confirmationem intendit, superpelltceo et stola, vel etiam pluviali albi coloris indutus, stans ante altare, versus ad populum hinc* tnde dispositum (masculis a *dexteris. feminis vero a sinistris», circumstantes admoneat, quod nullus altus,* mn *Eptscopus. Confirmationis ordinarius minister est; se vero collaturum esse* illam iure *per S Sedem delegato*

Mox, si huiusmodi delegatio per indultum facta fuerit. delegationis decretum lingua vernacula Legatur alta et intelltgibili voce; deinde sacerdos moneat abstantes, quod nullus confirmatus discedat, nisi benedictione *accepta. quam ipse post omnium confirmationem* dabit. *Item, quod infantes* st *quos* in *prima aetate iusta de causa* (iuxta superius dicta (. n 3) conrtrryuindos existimaverit, per *patrinos teneantur* m brachiis dextrns, et *quod adulti ponant pedem suum super pedem dexterum patrini sui;* vel patrinus ponat manum *suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, swc* infantis sire *adulti.*

Hac altera monitione completa, panter stans versa facie ad confirmandos, tundis ante pectus manibus, confirmantibus vero genua flectentibus et manu, ante pectus iunctas tenentibus, dicit (omissis)./

Ssfftas Piu» Pp XI feliciter regnans, habita de hac Instructione relalione ab infrascripto Cardinali Praefecto xn Audientis diei 7 Maii 1934. eandem approbare et rotam habere dignatus est, mandans ut publie! iuris fieret

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die festo Pentecostes anni 1934.—M Card. Lega, Episcopus Tusculanus. *Praef.* D. Jorio. Secr.

» S. Thomas *Sum. (A. p* ΓΠ. quaest 72. art. 3 » Editio typica a MDOCCCXXV » Sess VU. *de confirmatione,* can. 3 ‹ Pius X, motu propr *Inter multiplices.* 21 (ehr 1SG5, FASS *37* (1904-05) 491512]. Pios XI, const *Ad txcremenium, .'S* aug 1934 [LE 1239]. ' *Acta Ap. Sedis,* a. XXI. p. 554 {LE S98J. · Resolutio S. C. de disciplina Sacramentorum diei Λ Iunii 1932, relata tn *Acia Ap. Sedis.* XXIV p. 271 seq [LE 1104] ' Benedictus XTV. m lib 7. cap. X, n. 5. 6 et 7 de *Synodo diocesana.* · Editio typica a. MDCCCCXXV.

Adn. A BENTLEY In CH 10 (1935) 63-64; J. CREUSEN in NrT 62 (1935) 407-409; 0 in CpR 16 (1935) 142; C ZERBA la Apoll. 8 (1933) 41-46; IP 15 (1935) 121 125. 217-220; ME 47 (1935) 111-113» PrM 24 (1935) 29-30.

1225

1934 MAI 25.-SC RITUUM. RESP. PART.·

Cui competat statuere tempus celebrationis missarum ET communionis ln ecclesiis religiosorum

Exc.mus Ordinanus X. quae sequuntur exposuit Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione.

Dans quelques communautés religieuses, on oblige le chapelain à venir, les dimanches et jours de fête, donner la sainte communion à 6 heures du matin et à chanter la grand'messe à 10 heures.

De santé précaire, l'aumônier demande qu'on veuille bien fixer la messe à 6 h. 30 et y communier

On refuse, sous prétexte. 1° qu'il est plus facile à la communauté de chanter la messe après avoir déjeuné, 2° que la messe fixée à 10 heures coupe mieux la matinée et la fait moins longue les jours précités.

A quoi l'aumônier répond: Ie qu'en principe, sauf raisons très sérieuses, la communion doit se faire infra *mi&sam;* 2° que le Saint Sacrifice ne doit pas être traité comme un exercice ordinaire et utilisé pour « couper Je temps >; 3e que les communautés doivent donner l'exemple de la chanté et épargner la santé des prêtres, si peu nombreux et si surchargés actuellement

Le chapelaiL se heurte à un entêtement obstiné » Comme le cas exposé est très fréquent et que les communautés abusent de la situation. lOrdinaire de X... demande à la S Congrégation: 1° si l'on peut, t sans raisons graves ». donner la sainte communion à une communauté en dehors de la messe et si la raison alléguée de faciliter aux frères ou sœurs l'exécution de leurs chants peut être considérée comme telle? 2° si ce n'est pas un ❀bu. d'obliger un prêtre à célébrer tardivement sous le prétexte invoqué, et si celui-ci n'a pas le droit de refuser

Ex *Secretaria Sacrae Rituum Congregationis attentu expositu haec S R Congregatio rescribendum* censuit: i *Episcopus utatur* iure suo »

Hac die mail 1934 —A Carino, S. *R.* C. *Secr.*

*** Dtx. CMh. S3 (1935) 1455.**

1226

1931 MAI 27.-SC CAER., DECR. AAS 26 (1934) 322

DI ABBATIS 5. HIERONYMI IN ORBE LOCO IN CAPFELL19 PAPALIBUS

Ssflius Dominus Noster Pius divina Providentia Pp XI. rei opportunitate diligenter perpensa ut peculiarem ostenderet nevolentiam Apostolicae Sedis erga abbatiam S Hieronymi auctoritate et munificentia Sua nuper in Urbe ereciam ❀ua non modo huic Sanctae Sedi Immediate subtecta est see etiam singulari prorsus vinculo ei devtncituj eum praeter Vulgatam emendandam alia quoque studia peragere semper praesto esse debeat ad nutum ipsius Summi Pontificis decrevit ut Abbati dictae abbatiae S Hieronvnu privilegium concedatur In Cappellls Papallbus iedendi post Abbate» Generales

Quapropter vi praesentis Sarrae Congregationis Caeremnnialts decret <t-»tuit ut Anbas qui monasterio S Hieronymi pro tempore prarest. tsque solus. Cappellls Papallbus adsistere valeat, iuxta normas et consuetudines quae pro huiusmodi consessibus servari solent

Non obstantibus contrariis quibuslibet

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Caeremonlalis die Z» Mail, tn festo Ssmae Trinitatis, anno 1934 —J Care Grantto Pignattlu di Belmoktx. Episc. Ostiensis et Albanensis. *Praef.* B, Nardone. Secr.

1227

1931 MAI *29.* COM. INTP.. KESP. AAS 26 (1934) 193

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Dx priviikgus S R E Car dinaucm

Efiii Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

De **PRIVILEGIIS S. R. E- CARDINALIUM**

D. I. An ad normam canonis 236 1 1 et 1 S. R. E. Cardinalis ex ordine diaconah transiens per optionem ad ordinem presbyteralem decennio nondum expleto, locum obtineat ante Cardinales presbyteros, qui post ipsum creati sunt

II. An. vi canonis 239 **Sin.** 12, 13 et 24. S. R. E. Cardinales in Basilicis patriarchalibus Urbis uti possint baculo pastorai: benedicere populo more Episcoporum, et concedere indulgentias ducentorum dierum.

R Ad L Affirmative.

Ad II Negative-

Datum Romae, e Civitate Vaticana, d. 29 mensis Mail anno 1934.—P Card. Gasparri *Praeses* I Bruno. *Secr.*

Adn. **A. BENTLEY m CR 8 (1934) 490-491; E JOMBART ia NrT 61 (1934) 973; Ph MAROTO In Apoll. 8 (1935) 46-54: REGATILLO n. 85. 37; IP 14 (1934) 221-222; PrM 23 (1934) 144-145.**

1228

1934 TUN 1.-SC PROP. FIDE. EPIST. PART.·

Etiam episcopi a sc de prop fide dependentis tenentur **LEGE ANNUAE RELATIONIS**

4 gtugno 104

Ecc.za Revma. Nella Sua letters in data 7 aprile c. a. (n 338-34· domandava 1'Eccellenza Vostra se non sarebbe opportuno dare in base al can 300 § 2 delle norme distinte per le diocesi e per i vicariati apostolici. dichiarandc i vescovi non obbligati alla relazione annua

La questione non è nuova: e anche di recente è stata presentata da altra parte. E si spiega facilmente. perché in realtè la disposizione del Codice è espressa in modo che sembra riferirsi corne fa ben notare V. E- soltanto aile prefetture e vicariati apostolici

Tuttavia non v'è alcun dubbio per questa S. C. cbe le diocesi da essa dipendenti debbono ritenersi obbUgate alla relazione annua ; e questo perché le stesse ragioni che hanno indotto a stabilire tai® norma per leprefetture e i vicariati valgono evidentemente anche per le diocesi. Questo Sacro Dicastero è Infatti persuaso che a ben dirigere l'opéra di evangelizzazione sia necessario aver sempre presenti. e con la maggiore esattezza possibile. le condizioni in cui il lavoro dei missionari si svolge E percio intende di poter disporre anno per anno di dati statistici accurati

Tale norma si deve applicare a tutti i territori ecclesiastici con carattere missionario. cioè a tutti i territori dipendenti da Propaganda per quanto siano organizzati m vere e proprie diocesi

Sono persuaso che l Vescovi di Australia, considerando le ragion per le quali si domanda da loro la relazione annua si sottoporranno volentesoramenle a questo piccolo sacrificio Questa S. C- lo chiede loro al solo scopo di poterii meglio aiutare nel loro difficile ministero—Card. Pietro Fumasoni Biondi. *Prefetto* Carlo Salntti Arciv. tit dl Filippopoli. Segretaria

• **Ad Delegatum Ap. Ln Australasia: Sylloe» n. 184.**

CLEVELAND. OHiO UNIVERSITY LIBkVG

1229

1934 **IUN 4.-SC RITUUM, RESP. PART.·**

De calendario adhibendo in ecclesiis sororum tertii **ORDINIS S. DOMINICI**

R P. Ignatius Arnoz. e Congregatione Misslonariorum de Mariannhlll. Praefectus Apostolicus de Bulawayo, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI humillime exposuit per Rescripta Sacrorum Rituum Congregationis dierum 4 Junii 1920 ILE 279) el 28 Februarii 1914 [AAS 6 (19141 118-1191 Sororibus III Ordinis S Dominici, etiamsi ab eis Officium Parvum tantum commemoratione Sanctorum juxta earum kalendarium recitetur facultatem tamen factam fuisse pro omnibus sacerdotibus id earum sacellis celebrantibus, adhibendi earum kalendarium Quae quaestio, ut magis magisque delucidetur. Praefectus Apostolicus Orator sequentia dubia pro opportuna solutione proposuit, nimtrum:

L Habentne Sorores III Ordinis S. Dominici m communi viventes privilegium utendi kalendario proprio Ordinis S Dominici?

II. Utrum sacerdotes celebrantes In earum sacellis praedictum kalendarium adhibere teneantur, si Sorores Sanctos Ordinis proprii (Sanctos et Beatos) tantum in recitatione Oficii parvi commemorent, omissis ahis Sanctis. qu' in earum kalendario inveniuntur:

III Si sacerdotes earum kalendarium sequi teneantur. quodnam Missale adhibendum est. si Missa propria, quae in Missab Romano non adest, sed in Missali Ordinis S Dominici tantum invenitur, dicenda est? Et quodnam Missale iterum adhibendum est si Missa invenitur m utroque Missali, nempe in Romano et in Proprio Ordinis, et aliqua commemoratio facienda est. quae eodem die in Missali Ordinis tantum invenitur? Sufficitae ut talis commemoratio ex communi Missalis Romani fiat?

IV Sorores recitantes Officium parvum satisfaciuntne si commemorationes Sanctorum ex Ordine uroprio addant, secundum earum kalendarium. omissis aliis sanctis, praesertim attentis verbis Rescriptorum et consequentiis relate ad celebrationem secundum kalendarium et forsan Missale adhibendum7

Et Sacra Rituum Congregatio, audito quoque Specialis Commissioni suffragio, omnibus mature perpensis, ad supradicta dubia respondere censuit:

Ad 1. *Affirmative.*

Ad 11 Sacerdotes in celebratione Missae sequi debent integrum Kalendarium Ordinis S Dominici

Sanctissimus autem Dominus Noster Plus divina providentia Papa XI. in audientia Eminentissimo Cardiali Praefecto una simul cum infrascripto Secretario, die 24 Iulii huius anni concessa, plena totius negotii relatione attente excepta. Eminentissimorum Patrum sententiam approbare atque confirmare dignatus est et praesem Decretum, quod ab hac ipsa die plenum vigorem obtinet, rite vulgari iussit

In contrarium non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, e sede Sacrae Congregationis Caeremonialis. die 24 Iulii 1934.—I. Card. Granito Pignatelli Di Belmonte, Episc. Ostiensis et Albanensis. Praef. B. Nardone. *Secr.*

1237

1934 IUL 26.-SC STUDIORUM, RESOL. PART.·

Df. **rURISDICTIONE EPISCOPI IN PROPRIUM SEMINARIUM EXTRA DIOECESIS TERRITORIUM SITUM**

Emmo e Rev.mo Signor Mio Oss.mo, La Sacra Congregazione dei Concilio trasmise a suo tempo a questa Sacra Congregazione. per competenza. una lettera delrEccellentissimo Vescovo di Lodi e una dell'Eminenza Vostra Revjna relative alia giurisdizione dello stesso Vescovo di Lodi sulla villa dei Seminario situata in cotesta Archidiocesi. Compiuto lo studio preparatorio, gli Eminentissimi Signori Cardinali di questa Sacra Congregazione prosero in esame la questione nella Plenaria dei 12 aprile u. s. Umiliata quindi a Sua Santità la mente degli Em.mi Padri, 1'Augusto Pontefice si degnava decidere come segue:

La villa, nel caso proposto. considerata in senso materiale (territorio occupato, edificio) fa evidentemente parte della Diocesi nella quale si trova; ma presa nel senso formale (Superiori, alunni. suore. camerieri. ecc.) non è che un prolungamento e un'appendice del Seminario stesso: quindi per il suo andamento interno. ed in particolare per le confessioni. Ia sacra predicazione, il conferimento degli Ordini Sacri, nonchè per i funerali entro i limiti della villa, essa dipende esclusivamente dal Vescovo dei Seminario, visti ar.· che i canoni C. I. C. 2001. 3; 337 5 1; 1357 H 1. t 3; 1368.

È da supporre. ben s'intende. che l'Ordinario della Diocesi. entro i cui confini si trova la villa di un Seminario extradiocesano, abbia dato in sui principio il suo assenso.

Nel comunicare alFEminenza Vostra quanto sopra. mi valgo ben volentieri dell'incontro per confermarle i sensi di profonda venerazione con cui. baciandole umilissimamente le mani mi professo di Vostra Eminenza Reverendissima umil.mo dev.mo, rev.mo.~-Card. Gaetano Bisleti, *Prefetto.* Ernesto Ruffini, *Segretario.*

♦ **Ordinario Mediolanensi: ME 46 (1934) 264-265.**

1238

1934 IUL 30.-COM. INTP.» RESP. AAS 26 (1934) 191

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1 - Dr sectam **Anms-nrE ADSiRims. 2 - Dr rwr.osre uruus-**sat. **3 - Dr nxuG-.osrs** dimissis. **4 - Dr** confessiont xatican-ttcm

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario

coetu quae seouuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

T. - DE SECTAE ATHEISTICAE ADSCRIPTIS

D. An ad normam Codicis iuris canonici, qui sectae athcisticae adscript! sunt vel fuerunt, habendi sint quoad omnes iuris effectus etiam in ordine ad sacram ordinationem et matrimonium, ad instar eorum qui sectae acatholicae adhaerent vel adhaeserunt.

R. Affirmative.

II. - DE ELECTIONE ABBATISSAE

D. Utrum verbum praeesse, de quo in canone 506 § 2 et interpretatione diei 24 Novembris 1920 [LE 309], intclligendum sit de praesidentia honoris, an iurisdictionis.

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

ΠI. - DE RELIGIOSIS DIMISSIS

D. L An declaratio facti, dc qua in canone 646 5 2, requiratur ad hoc ut Religiosus ipso facto habendus sit tamquam legitime dimissus.

IL An praescriptum canonis 672 § 1 extendatur etiam ad Religiosos ipso facto dimissos ad normam canonis 646.

R. Ad I. Negative.

Ad II. Negative.

IV. - DE CONFESSIONE NAVIGANTIUM

D. An sub nomine *Ordinarii,* de quo in canone 883 f 1, veniant etiam Superiores maiores Religionis clericalis exemptae.

R. Negative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 30 mensis Iulii anno 1934.—P. Card. Gasparri, *Praeses.* I. Bruno, *Secr.*

Adn. A BENTLEY in CR 8 (1934) 491-492; A. CANESTRI in ApolL 8 (1935) 54-51; S. GOYENECHE In ApolL 8 (1935) 550-554; E JOMBART in NrT 61 (1934) 1076-1083; Ph. MAROTO b> CoR 15 (1934) 337-358; St. F. POGLAJEN In NrT 61 (1934) 1C69-1073; REGATILLO n. 249. 265, 326; IP 14 (1934) 222 224; PrM 23 (1934) 145-146.

1239

1934 AUG 13.-PIUS XI, LIT. AP. ƤART.

PIA UNIO APOSTOLATUS INFIRMORUM TN PRIMAM PRIMARIAM EVEHITUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. - Refert ad Nos Venerabilis Frater Harlemensium Episcopus intra fines suae dioecesis atque in paroecia Sanctissimae Trinitatis loci ‹ Blocmendaal › valde utilem exstare canonice erectam Piam Unionem sub titulo ‹ Apostolatus infirmorum ». Addit autem ipse Praesul sibi admodum esse in votis ceterisque Hollandiae Episcopis ut eandem Piam Unionem in Primam Primariam erigere dignemur.

Nos vero huiusmodi votis benigne obsecundantes, ut praedicta Pia Unio maiora in dies, favente Deo. incrementa suscipiat, conlatis etiam consiliis cum venerabilibus Fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrae Congregationi Concilii praepositis, hisce Litteris Apostolicis, auctoritate Nostra perpetuumque in modum memoratam Piam Unionem titulo *Apostolatus infirmorum* in loci « Bloemendaal › nuncupati paroecia a Sanctissima Trinitate. Harlemensis dioecesis intra fines canonice institutam, in *primam primariam* evehimus ac promovemus; ipsiusque Primae Primariae Unionis Apostolatus Infirmorum moderatoribus praesentibus et futuris ad Codicis Iuris Canonici normam CC. 722-723 impertimur rite sibi aggregandi facultatem omnes et singulas Pias Uniones, quae sub eodem titulo eodemque cum proposito ubique terrarum erectae vel in posterum erigendae sint; illisque communicandi Indulgentias omnes ac spirituales gratias ab Apostolica Sede Primae Primariae eidem concessas sive concedendas, dummodo cum ali'' communicari queant

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas. validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Piae Unioni Apostolatus Infirmorum, sic in Primam Primariam per Nos erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, sub anulo Piscatoris, die XIII m. Augusti, anno mcmxxxiv, Pontificatus Nostri decimo tertio.

• Ordinario Hsttarwmb NrT 62 (1935) 179-180. Ada. M. VAN HOECK in NrT 62 (1935) 172-181.

1240

1934 AUG 15.-PIUS XI, CONST. AAS 26 (1934) 497-521

De quibusdam praelatis romanae curiae
ET VARUS EORUM ORDINIBUS

PIUS EPISCOPUS
Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Ad incrementum decoris Apostolicae Sedis quantum contulerit hodieque conferat Romana Praelatura, nemo ignorat qui vel eius anteacti temporis historiam noverit, vel suis ipse oculis magnam illam honestatis vim sit admiratus, quam splendidis pompis rebusque sacris faciendis varii Praelatorum ordines afferunt in iis maxime sollemnibus ritibus, qui, Nobis aditantibus vel etiam Nobis Ipsis celebrantibus, tanta maiestate peraguntur.

Qua in re mirabile sane apparet Decessorum Nostrorum consilium atque sapientia, qui praestantes partes in ipso pontificalis liturgiae ministerio his Praelatis tribuerunt, quibus praecipue iuris dicundi munus commiserant, quot itidem nobilissimum est sacerdotium. Inde est ut aspicientibus Nobis e Pontificali Solio, re sacra vertente, ex hisce egregiis magistratibus nonnullos minorum ministrorum vestibus indutos, ad ipsius Solii gradus sedentes, illa symbolice expressa videatur perfecta regiminis con/stitutio, quae in Justitia fundatur: ‹ lustitia regnorum fundamentum ›. 496

Nos vero, considerantes gravissimas sane partes in Eccles'ae gubernatione, post Purpuratos Patres, iis demandatas esse Praelatis, qui in Sacris Romanis Congregationibus vel assident vel sunt a secretis, quique propterea earundem Sacrarum Congregationum vel Assessores vel Secretarii vocantur, ut horum dignitas, quae ab ipsorum tam proxima cum Romano Pontifice in Ecclesiae regimine collaboratione aestimari debet, maioribus usque honoris significationibus honestetur, quemadmodum, decreto Sacrae Congregationis Caercmonialis die 31 Decembris 1930 lato [LE 1006] sub d:c 1930 Dec 31] iis titulum *Excellentiae Reverendissimae* concessimus, ita nunc volumus ut iidem. ratione muneris. peculiaribus sint privilegiis honestati, necnon in sacris sollemnibusque ritibus coram Summo Pontifice aut ipso Pontifice celebrante peragendis, etiamsi charactere episcopali carcant, peculiarem deinceps et honorificentissimum locum ex officio habeant: quod pariter dicimus de aliis Praelatis quibus ob dignitatem muneris quo funguntur, eodem superius allato decreto eundem *Excellentiae Reverendissimae* titulum tribuimus.

At aestimatio Nostra ac paterni animi sensus erga illos quoque venerabiles Praelatorum ordines, qui Praelaturae Collegia proprie dicta constituunt, in Nobis augentur quoties mente repetimus insignia observantiae pietatisque erga Apostolicam Sedem testimonia, quibus eorum historia cumulate clarescit Primos filos Ecclesiae Notarios dicimus qui maximorum actuum gestorumque Romanorum Pontificum, sive in Conciliis sive extra, irrefragabiles testes sunt constituti Familiares deinceps Nostros commemoramus» qui in nobilissimum iudicum Collegium Sacrae Romanae Rotae congregati Romanae in iure dicundo sapientiae, quae rhristiana iustitia est illustrata, tanquam germani heredes per tot saecula claruerunt. Illos etiam commemoramus Camerae Apostolicae Praelatos qui ad utilitatem Romanae Ecclesiae ac pauperum sustentationem Sedis Apostoli-

eoe thesaurum ita administrarunt, ut iis ipsum Pontificii Principatus temporale regimen quondam demandaretur. Votantes denique ac Signaturae Apostolicae Referendarios dicimus, qui olim, supplicibus libellis, de gratia et iustitia agentibus, Romano Pontifici oblatis, quid concedendum esset, quid autem denegandum, discernebant, recentiore tandem tempore ad Cardinales suis votis iuvandos circa negotia ad Sacram Rotam committenda, ac etiam, nonnumquam, circa ipsius Rotae pronuntiata, sunt adlecti.

Ex h's vero Collegiis —quae, ad normam in Nostra Curia receptam, ordine enumeravimus, ratione prioritatis habita qua in Collegium sunt constituta et ad Nostrum Sacellum admissa — Romanae Rotae Auditores et Votantes Signaturae, quippe qui impensius justitiae negotiis Incumbant, arctiorem etiam in Pontificali Liturgia partem habent, ut Subdiaconi alii, alii vero ut acolythi apostolici; at ad ceteros quoque conspicua pars spectat, ut a limine commemoravimus, in pompis et in sacris pontificalibus.

Quae cum ita sint, mirum non est Praedecessores Nostros, quibus apprime constabant praeclara munera ab his fidelibus administris digne expleta, singularem quondam familiaritatem iis concessisse; quandoquidem Suae curae atque sollicitudinis in rebus sacris gerendis partem cum ipsis communicarunt, eosque. in iis quae ad proprium ipsorum pertinent munus. Pontificis veluti personam apud fideles gerentes, conspicuis privilegiis etiam liturgicis gradatim ornarunt; idque non tantum praestiterunt ut eorum operam praemium cum laude sequeretur, verum etiam ut exterior dignitas arctam, quam ex officio habent, cum ipsius Pontificis persona coniunctionem omnibus demonstraret Quae privilegia, identidem sollemnibus Constitutionibus et Litteris Apostolicis sancita, toto tantisque additamentis eo creverunt, ut non facile omnes ubique perfectam sibi illam comparare possint notitiam, quae omnino requiritur ut eorumdem integer atque pacificus usus in tuto sint Quare, statim ac sapientissimus Praedecessor Noster Benedictus XV Codicem iuris canonici promulgavit. cuius canon 328 iubet ut de hisce Praelatis privilegia. regulae et traditiones pontificiae Domus serventur, desiderium saepe propositum est et votum ut haec quoque pars peculiaris iuris in congruum redigeretur ordinem. Quae optata eo libentius Nos excepimus/ cum iam, favente Deo. non ultima cura Nobis incumbat varios Pontificiae Curiae gradus, quae eam regali honestant varietate, ad pristinum splendorem revocare.

Quamobrem. suam singulis Collegiis alacrem navantibus operam, re mature perpensa una cum venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationi Caeremonialis praepositi sunt, statuimus clara forma et ad tempora accommodata definire, iuxta generales normas communis iuris canonici quod iam sapienter in Codicem redactum est. singulorum constitutionem et privilegia, quae in posterum ratione dumtaxat ac forma quae hic subiicitur. nec prorsus aliter usurpanda erunt, sublatis et revocatis, ad normam can. 22. aliis quibusvis praesenti lege non contentis. Qua occasione, ut diximus, etiam peculiaria privilegia, quae Praelatis in Sacris Romanis Congregationibus Assessoris vel Secretarii munere fungentibus aliisque superius commemoratis concedenda putavinus. ex ordine recensebimus.

Itaque, de Apostolicae plenitudine potestatis, haec quae sequuntur per Apostolicas has Litteras statuimus ac decernimus:

I. De ipsis prafiatorum ordinibus

I Inter Praelatos Romanae Curiae, post Praelatos vulgo ‹ di fiocchetti » nuncupatos, primum locum immediate obtinent, ratione muneris. Excellentissimi Praelati qui in Sacris Romanis Congregationibus Assesiorls vel Secretarii munere funguntur, etsi charactere episcopali earcant. Attamen verum et proprium Collegium iidem non constituunt.

Π. Vera autem Praelatorum Collegia apud Romanam Curiam qunttuor numerantur, quae iuxta ordinem praecedentiae hic describuntur, nimirum :

1. Collegium Protonotnriorum Apnstolicorum dc numero Participantium l;

2. Collegium Praelatorum Auditorum Sacrae Romanae Rotae 2;

3. Collegium Clericorum Reverendae Cawene Apostolicae 3;

4. Collegium Praelatorum Votantium Signatura? Apostolicae4; cui quidem Collegio adilciuntur. quamquam verum et proprium Collegium non constituunt, Praelati Referendarii eiusdem Signaturae Apostolicae.

III. Hunc praecedentiae ordinem servabunt non ipsa modo Collegia inter se, sed singula uniuscuiusque Collegii membra, hac scilicet ratione, ut qui ad Collegium superius pertineat, praecedat omnia membra Collegiorum inferiorum. Decanis eorundem non exclusis'. In Cappella tamen Papali praecedentiae ordo et locus singulis ex membris horum Collegiorum tribuendus determinatur a L'bro *Sacrorum Rituum S. R. E.* nec mq a Bullis Pontificiis.

IV. In quolibet Collegio collegas ceteros praecedit Decanus, primus inter pares: collegae vero inter se ordinem tenent nominationis secundum tempus quo Litterae Apostolicae in forma brevi datae sunt; quod si has Litteras eodem die habuerint, ordinem temporis quo primum inter Praelatos universim sunt cooptati, secus ordinem recepti secerdotii, vel tandem, si eodem die sacerdotio sint initiati, ordinem tenent aetatis.

V. Sodales *emeriti* Collegiorum Praelatorum, de quibus agitur numeris XXVIII. LXXXII, CVI et CXXX. modo ad dignitatem superiorem promoti non fuerint subsequuntur immediate proprii Collegii membra ordinaria; inter se vero ordinem tenent qui numero IV descriptus est.

VI. Quod spectat ad praecedendi rationem Praelatorum relate ad ceteras personas ecclesiasticas vel laieas, haec determinatur a privilegiis uniuscuiusque Collegii; salvo iure praecedentiae Excellentissimis Assessoribus et Secretariis Sacrarum Congregationum aliisque quibusdam collato. ut infra numeris XIX et XXI dicetur.

VII. Habitus praelaticius, vulgo ‹ di formalité », seu in sacris functionibus adhibendus ab omnibus Praelatis Romanae Curiae, de quibus in praesenti Constitutione, sive pertinent ad Collegia praefata, sive non pertinent ille est quo utuntur Praelati Domestici quique constat veste talari violacei coloris ex lana vel serico, iuxta anni tempora, cum cauda, nunquam tamen explicanda; reflexus in manicis *(paramano>,* margines vestis nec non mantelletti torulus *(filettaiura),* ocelli et globuli erunt serici et *rubini* coloris. Zona cum napnls erit serica et violacea: violacea quoque erunt collare et caligae. Calceamenta fibulis erunt ornata. Bireto onnino nigro flocculus imponetur violacei coloris et pileo, item nigro, circumducetur chordula violacea cum flocculo eiusdem coloris. Rocchettum opere phrygio seu reticulato (pxrzo) ornabitur, cui si quid supponatur in manicis (trasparente). eiusdem coloris esse debebit ic reflexus vestis.l Quinam autem sit color violaceus adhibendus. definitur decreto S. C. Caeremonialis die 24 Iunii 1933 lato [LE 11731. cui omnino standum est

Protonotarii Apostolici utuntur bireto nigro cum flocculo rubini coloris et pileo cum chordula item rubini coloris.·

Vacante Sede Apostolica. vestes erunt laneae et nigrae, cuius coloris/ erunt quoque collare, caligae.

15G6 *(Bull Rom..* 4. IV. 161-166); Bcned. XTV. const *Miliis Ecclesiae.* 7 Iunii 1746 *(Bull. Rom..* 2. 59); Gregor. XVI. cocs? Neminem. 8 Febr. 1838 *(Ad. Gr.,* II, 248); Pius X. motu prepr. *Inter multiplice* 21 Febr, 1905. nn. 1-11 (S. R. C.Decr.. n. «M».

3 *Lex vroprin S. R. Rotae et Signaturae Ap.,* 29 Iunii 1W. can. 1. 5 1. can. 3. 5 I (Act. Ad. Sed., I. p. 20); can. ISM. Ç t. › Ordo ĕr. h» SS. CC.. *Tribunalib, et Offlc.* Ror^xee Λ *riae.* 29 Sept 1908, Nonnae peculiares, a. HI. n. 1 (Aci. Ap *Sed* . I. p. 104). 4 Alex. VTI. const *Inter caeteras.* IS Izril 1659 *(Bull Rom..* 6. V. 11); Leo XΠ, Const. *Quum ntxnnz* U Apr. 1326. $ 2 iBuIL Rom. *Coni.,* 16, 417); Bened XV. cblrecrnph'rm *Attentis* exportas. 28 Iunii 1915 (Act Ap. Serf.. VII. p. 325). ' Can. 106. n. 3. ♦ Can. 106. n. 3; 198. ξ 1: Eugen. IV. const. *In eminenti,* 8 lull! 1444. | 4 *(Bull. Rom,* 3. III. 49»; Paul. HI. const. *Debita* cv.ndr rnflone. W lull! 1540. $ 21 *(Bull.* Rom.. 4. **I. 174); S. Pta** V. const *Romanus Pontifex. 'I* Martii 1671. § 5. 6 (Bun. Rc~. I. III. 152»; Bened. XIV. const. *Militanti Ecclesiae.* 7 Iunii 1T45 *iBull. Rom..* 2. 59»; *Lex propria* S. R. *Rotae et Signaturae* Ap 29 lunll 1908. ran. 2 *(Ad. Ap. Sed.,* I. p. 20). 3 Sto» V. const. *Laudabilis.* 5 Febr. 1586. § 23 *(Bull.* Rom., 4. IV. 165» • Atexand. VII. const. *Singularis.* 18 Nov. 1655. 4 2 (BxiL Rom π. IV. 61); Clem. X. const. *Romanns Pontifex.* 21 lunll 7· 'M); ✗ raotu ŏrop mam; 21 Febr. 1905. nn. 3, 16. 45. 79 (S. R. C. Decr.. n. 4154). Plus X. motu propr. *Inter multiplices.* 31 Febr. 1905. n. 14

rmon Epiaeopor.. I T, r>p. XΠI, n. 12; Pius II» cons? CS-s »«rtnrr n Iunii 145» *(Bull Rom* . 3. III. 96); Sixtus V. const Rorwnx» Fonfifex. 1« Not. 1585. const *Laudabilis.* 3 Fcbr.

zona cum nappis. Rocchettum erit simplex sine opere phrygio seu reticulato. Flocculus bireti et chordula pilei non mutabuntur. u

IIII. In functionibus collegialibus et in Cappellis Pontificiis. Praelati quattuor Collegiorum, de quibus agitur, scilicet Protonotarii Apostolici. Auditores S. R. R. Clerici R. C. A., et Votantes Signaturae Apostolicae, deposito mantelletto. induent supra rocchettum cappam laneam cum vel sine pellibus armellineis, prout tempus fuerit hibernum vel aestivum.ll

In sacris functionibus in quibus ipse Summus Pontifex solemniter celebrat. Praelati de quibus supra dictum est, exceptis Assessoribus et Secretariis Sacrarum Congregationum (η. XVIII) aliisque quibusdam, de quibus num. XXI, et Protonotariis Apostolicis. induent superpelliceum supra rocchettum.

IX. Habitus praelaticius. vulgo plano, in civilibus tantum adhibendus, constat veste talari nigra sine palliolo (vulgo *pellegrina),* cum torulo, ocellis et globulis rubini coloris; zona cum laciniis *(frange)* erit violacea et item erunt violacea collare, caligae et pallium talare sericum *(ferraiolone).* Calceamenta habebunt fibulas, pileus chordulam violaceam, firmis quae supra constituta sunt de Protonotariis Apostolicis. u

Uti poterunt peramplo pallio talari violaceo (mantello o tabarro) absque torulo sed cum subsuto serico violaceo.

Vacante Sede Apostolica pallium talare erit laneum et nigrum.u

X In collegialibus actibus minoris momenti arbitrio Praesidis uniuscuiusque Collegii erit eligere inter habitum praelatitium et cappam.

II. De excellentissimis assessoribus ET SECRETARIIS IN SACRIS CONGREGATIONIBUS ROMANIS

XI. Primus ex Praelatis Officialibus, qui in singulis Sacris Congregationibus Romanis negotiis expediendis praesunt. Assessor vel Secretarius dicitur: Assessor quidem si illius Sacrae Congregationis Praefectus est ipse Romanus Pontifex. Secretarius vero si Praefectus cit quidam Pater Cardinalis. Assessores et Secretarii sunt tamen dignitate aequales, salvo ordine praecedentiae num. XIX statuendo.

XII. Assessores et Secretarii, de quibus in numero praecedenti, ex decreto Sacrae Congregationis Caeremoniaits die 31 Decembris 1930 [LE 1006] lato. *Excellentiae Reverendissimae* titulo fruuntur; ideoque singulorum titulus hic est: Excmus ac Revmus D. N. N. Assesn s» (vel Secretarius) Sac-ae/Congregationis N. * Italice: Sua *Eccellenza Rev.ma Monsignore N. N. Assessore, o Segretario, della Sacra Congregazione N.).*

I. - *Nominatio et muneris occupatio.*

XIII. Assessores et Secretarii Sacrarum Congregationum Romanarum nominantur a Summo Pontifice per litteras Cardinalis Secretarii Status, praemonito Cardinali Secretario vel Praefecto respectivae Congregationis.

XIV. Acceptis Litteris Apostolicis in forma brevi nominationis, novus Assessor vel Secretarius suum refpectivum Cardinalem Secretarium vel Praefectum primum invisat, ab eoque audiat quando et quomodo munus suum inire debeat, servata forma quae in singulis Congregationibus iamdudum ex consuetudine adhiberi solet Postea invisat Eminentissimos Cardinales suae Congregationis.

XV. Audientiam Summi Pontificis quamprimum petat ad gratias Beatissimo Patri agendas de sua promotione; itemque Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status adeat et, post acceptam possessionem muneris, alios quoque Patres Cardinales invisat. Ceteros autem Praelatos Assessores vel Secretaries Sacrarum Congregationum, cum primum poterit, invisere ne praetermittat.

XVI. Quaenam autem sint horum Praelatorum munera et officia e canonibus 242-264 I. C. et ex legibus ac praxi cuiusque Sacrae Congregationis desumatur.

2. - *Facultates et privilegia.*

XVII. Singuli Assessores et Secretarii Sacrarum Congregationum ommbus iuribus, privilegii et insignibus Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium infra (nn. XLI-XLIX) recensendis (iis exceptis quae ad Protonotariorum Collegium qua Collegium pertinent) gaudent ad *personam* durante munere, etiamsi horum Collegio non adseribantur

XVIII. Pro Consistoriis et Cappellis Pontificiis deinceps *intimationem* accipient a Praefecto caeremoniarum apostolicarum et praefatis functionibus intéressé debebunt, in iisque locum habebunt, cappa induti, immediate post Praelatos qui vulgo « di fiocchetti * vocantur.

XIX. Hunc praecedentiae gradum supra alios Praelatos, infra Praelatos vulgo « di fiocchetti › constitutos, etiam episcopali seu archiépiscopal! dignitate fulgentes, salvo iure Metropolitae vel Ordinarii loci in suo territorio, habebunt ubique, etiam singuli. Quando vero omnes vel plures simul conveniunt. Assessores et Secretarii qui archiépiscopal! aut episco pali dignitate aucti 504
sint, reliquis antecedant, et caeteris paribus. Assessores praecedant Secretarios, servato ordine vigente inter Sacras Congregationes.

XX. His privilegiis fruuntur tantummodo durante munere; deposito vero munere, nisi ad cardinaliciam vel aliam dignitatem assumantur quae cum Protonotarii dignitate componi nequeat, aut nisi aliud expresse caveatur, statim, ipso iure, Protonotarii *ad instar* fiunt, cum omnibus iuribus et privilegiis huic dignitati adnexis.

XXI. Omnia quae de Assessoribus ct Secretariis Sacrarum Congregationum Romanarum in hoc dicuntur, ea. congrua congruis referendo, dicta intelligantur etiam de aliis Praelatis, quibus memorato decreto Sacrae Congregationis Caeremonialis. dic 31 Decembris 1930 lato, titulus *Excellentiae Reverendissimae* agnitus et tributus fuit, id est Magistro seu Praefecto cubiculi secreti Summi Pontificis, Secretario Tribunalis Signaturae Apostolicae, Decano Sacrae Romanae Rotae. Substituto Secretariae Status; qui. salvis peculiaribus officiis et locis alicui ex his Praelatis in Cappellis Papalibus iuxta hanc ipsam Constitutionem, ut infra habetur, forte assignatis, immediate post praedictos Assessores et Secretarios locum habent, servato inter se ordine superius cnunciato; si quis vero ex lis sit archiépiscopal! vel episcopali dignitate ornatus, ceteris praecedit, sed post Assessores et Secretarios.

III. De collegio protonotariorum apostolicorum DE NUMERO PARTICIPANTIUM

XXII. Collegium Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium constat septem Praelatis quibus iura sunt paria; '· ex *iis* qui ceteris nominatione etc., iuxta normam numero IV expositam, antecedit, titulo Decani honestabitur. Collegium ipsum ad pluralitatem suffragiorum nominat Secretarium sacerdotem aliquem *extra Collegium* haneque nominationem litteris consignat

XXIII. Titulus Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium erit sequens: R. P. D. Pmtonotarius Apostolicus (Italice: *fllmo e* Rrrmo Montt*gnorc N. N. Protonotario Apostolico).*

1. - Nominatio et muneris occupatio.

XXIV. Protonotarii Apostolici dc numero Participantium nominantur Litteris Apostolicis in forma brevi Secretaria Status Summi Pontifici praemonet per litteras de hac nominatione cum eum cunis interest, turn Decanum Collegii Protonotariorum. ” ' m

XXV. Acceptis litteris e Secretaria Statua Summi Pontificis, cooptandus inter Protonotarios audientiam petit eiusdem Summi Pontificis, invisitque obsequii

” Statu V, coast *homanui Pontiffs* H Nov 1585. ent»: *Laudabilis.* 5 Febr 1586. *(Bull Rom ,* 4. IV. ISblfrt»; Plus V1J *ronst. Cum inuumrrt* IJ Dec IXlt (S R C I>-cr . n TRIl; Grrsor. XVI. const .Vr-xf.em S Febr !KU 4ef. *Qr* Π. M). *moîu prcpr r^lrr muitspiicr·,* 21 Frbr. IMS. n 1 <S

lt> Nov 1555. 4 3; coast. *Laudabilis* 5 FYbr 15M. % 2 *Rom.,* 4. Π. 1«M68); Grrçor XVI, cane. I Febr 1RS·

causa Emincatissimum Cardinalem Secretarium Status nec non Decanum et Praelatos Collegii Protonotariorum.

XXVI. Postquam accepit Litteras Apostolicas novus Protonotarius, adstante toto Collegio, vel, in casu extraordinario. coram duobus saltem Protonotariis a Coi legio delegatis, munus suum occupat ratione quae describitur: a) exhibet Breve nominationis: b) professionem Fidei facit ad normam canonis 1406 I. C,; c) iuramentum fidelitatis addit iuxta peculiarem formulam; d) impositionem accipit rocchetti, cappae, bireti et pilei semipontificalis; e) admittitur tandem ad amplexum Collegarum.

XXVII. Post acceptam possessionem muneris, de qua supra, Invisit quoque ceteros Eminentissimos Cardinales itemque ceteros Praelatos Aulae Pontificiae et Romanae Curiae iuxta statuta Collegii.

XXVIII. Si quis Protonotarius de numero Participantium post decem annos a sua cooptatione Collegium relinquit, per novum quinquennium eiusdem privilegiis fruitur: dein, ipso iure, fit Protonotarius *ad instar*. Quod si ante decennium e Collegio discedat, statim. ipso iure. fit Protonotarius *ad instar*. Haec intelliguntur de iis qui Collegium relinquunt nec tamen assumuntur ad dignitatem cardinaliciam vel aliam quae componi nequeat cum Protonotarii dignitate. Si vero aliquando, ex gratia pontificia, Protonotarius Participans aliquis declaretur *emeritus,* is omnibus privilegiis honorificis Collegii frui poterit, iuxta numerum Vu.

XXIX. Habent ubique, sed durante munere tantum, ut dictum est num. XVII, insignia et privilegia Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium Excellentissimi Assessores et Secretarii Sacrarum Congregationum aliique quidam Praelati qui eis assimilantur (num. XXI).

XXX. Eadem insignia et privilegia, sed durante munere et in proprio territorio tantum, habent etiam Vicarii Apostolici et Praefecti Apostolici. necnon Administratores Apostolici dioecesibus ad tempus dati.n

2. - *Munera.*

XXXI. Ad Collegium Protonotariorum pertinet, excepto tempore Sedis Vacantis, officium exarandi praecipua Sedis Apostolicae acta, nec non Consistoriorum publicorum et semipublicorum atque Conciliorum Generalium. Item exarandi acta cum novi Cardinales suos Titulos vel Diaconias in possessionem accipiunt et in aliis quibusdam casibus peculiaribus. " Quattuor ex Protonotariorum Collegio semper intersunt Canonizationibus. Conciliis» Consistoriis publicis et semipublicis apud Solium Pontificis ut horum acta pro sua quisque 506 parie exarent/

XXXII. Instrumenta, a Protonotariis confecta, publicam fidem faciunt etsi tantum ab uno Protonotario rogato subsignentur, et alii testes desintl'

XXXIII. Unus ex membris Collegii, litteris Secretariat Status Summi Pontificis, adscribitur Sacrae Congregationi Rituum, tamquam Praelatus Officialis. Huic lus et officium competit adsistendl omnibus conventibus Sacrae Rituum Congregationis nec non conventibus qui anud Erhum Cardinalem Praefectum habentur, ct. in Urbe, sessionibus processuum Apostolicorum in causis Servorum Del. in quibus ipse Notarii munere fungitur, iuxta canones 2013. 5 2. et 2073 I. C.a

XXXIV Protonotarii qui sint Doctores in *utroque* iere nmt ipso facto Praelati Referendarii Signaturae Apostolicae. "

XXXV. Post suppressum Collegium Abbreviatorum de Parco *Maiore* quod dicebatur, duo Protonotarii Apostolici per vices Bullas omnes subsignant quae in Cancellaria Apostolica dantur. °

XXXVI. Pertinet ad Collegii Decanum Bullam indictionis Anni Sancti primo vulgare, quod officium alias ad Abbreviatorem Curiae pertinebat.

XXXVII. Conclavis tempore, Protonotariorum «t emisso iuramento. Rotam custodire ipsis assignatam.3 quod peragunt habitu praelaticio induti de quo m η. VII.'·

3. - *Facultates.*

XXXVIII. Collegium Protonotariorum Apostolico. rum nominare potest semel quotannis unum Prota» tarium Apostolicum *titularem* seu *honorarium,* luxta Constit. *Cum innumeri* Pii VII, diei 13 Decembris 1818. et Litteris Apostolicis a Pio X. motu proprio datis *Inter multiplices,* nn. 59 et 60. cum iuribus in iisdem Littera statutis, nn. 59-76. a

XXXIX. Collegium condere potest atque reformart propria Statuta, nec indiget ad hoc ulla cuiusvis approbatione, modo ne quid statuatur quod iuri communi vel praesenti Constitutioni et Legi propriae adversetur.3

XL. Ad negotia propria tractanda, de quibus agitur in numeris XXXVHI, XXXIX, Protonotarii collegial!ter conveniunt

4. - *Privilegia*

XLI. Protonotarii Apostolici de numero Participantium. hoc ipso Praelati sunt Domestici27 et propterea Familiares Summi Pontificis. Eximuntur ab iurisdictione Ordinariorum locorum. 3

XLII. Vestibus praelaticiis utuntur iuxta dicta ia numeris VII, Vin, IX et X.

XLIH. Gaudent iure Pontificalium iuxta Litteras Apostolicas a Pio X motu proprio datas Infer mutriplices, nn. 5-9. 3/ r

XLIV. In Missis cum cantu, sed non pontificalibus» et in Missis lectis cum aliqua solemnitate iis tantum honoris signis uti possunt, quae in Litteris Apostolicis a Pio X motu proprio datis. *Inter multiplices,* n. 10, recensentur. In aliis vero Missis lectis, a simplici sacerdote ne differant, nisi in usu Palmatoriae, ut ibidem cavetur, salva tamen concessione numeri sequentis huius Constitutionis.

XLV. Annulo gemmato semper uti possunt in omnibus sacris functionibus, Missa privata non exclusa.®

XLVI. Privilegio gaudent Oratorii privati et altaris portatilis ad normam sacrorum Canonum." Omnes autem fideles qui ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt Semper vero et ubique Kalendario Romano uti possunt

XLVII. Pro Consistoriis et Cappellis Pontificiis intimationem accipiunt a Praefecto caeremoniarum apostolicarum et praefatis functionibus omnibus interesse tenentur. In hisce functionibus duo Protonotarii per vices fimbrias faldae Pontificis sustinent — in Cappellis autem ante et post sacram functionem — a quo tamen officio Decanus semper eximitur. In Cappellis Pontificiis eum locum tenent qui in *Libro Sacrorum* Ritaan S. R. E. et in Bullis Pontificiis iis adscribitur. °

XLVIII. Candelas, Palmas et *Agnus Dei* accipiunt non aliter ac Episcopi ad Solium Pontificium Assistentes. Ius insuper habent ad numismata argentea quae tradi solent cum fit novi Summi Pontificis coronatio et quotannis in festo Ss. Petri ct Pauli. u

XLIX. Ius habent gratuito accipiendi Litteras Apostolicas. etiam sub *plumbo* quae dicuntur, pro quolibet Beneficio quod sibi conferatur. M

(Act. Ap. Sed., I. p. 16). 25 Plus X. const. *Vacante Sede* Λρα‹· *tolica,* 25 D^. 1904. n. 11. *(C.* I. C.. docum. I). * Status V. const. *Laudabilis.* 5 Febr. 1536. § 8 *(Bull. Rom..* 4. IV, 164). » S. R C. Decr.. n. 2533. 4154. SLxtus V. const. *Laudans* 5 Febr. 1356. 6 14 *(Bull. Rom.,* 4. IV, 165). > Sixtus V. coast *Laudabilis.* 5 Febr. 1536. $ 6 *(Bull. Rom.. 4.* IV. 163); Piss IX roust. *Quamvis.* 9 Fcbr. 1853 *(Acta Pii IX.* I. 409); Pts X. motu propr. *Inter multiplices,* 31 Febr. 1905. n. 2 IS R. C. Decr . n. 4154). » Sixtus V. const. 5 Fr. 1586. ξ 1.7 *(Bull. Rom.,* 4. TV. 164). 3 Sx tus V. const. *Laudabilis.* 5 Fcbr. 1586. 4 13 *(Bull. 4. IV.* 164); PUts IX. const. *Quamvis.* 9 Febr. 1853 (jkt *PU IX,* I. 409); Pius X. motu propr. *Inter multioUees,* 21 Frtr 1905. n. 11 <S. R. C. Deer., n. 4154). 3 Sixtus V. const Laudab.IH. 5 Febr 1586. 4 21 *(Bull. Rom.,* 4. IV. 165). S'xtus V. const. *Laudabilis.* 5 Febr. 1586. 5 21 *(Bull. Rem..* 4. TV. 165); Pius X. motu proor. *Inter multiplices,* 21 Febr. 19», n. 4 (S. R. C. Decr. n. 4154). » Con. I. C. 533. | 3. u Sixtus V. const. *Laudabilis,* 5 Febr. 1586. H 1. Ie *Rom.,* 4. IV, 163, 165). n Sixtus V, const. 5 Febr 1536. ξ$ 18. 19 *(Bull. Rom..* 4. TV. 165); Alexxol rnrr,co,yL *Es Romani PonUficis. 4* Sept. 1656 (BmH. Ron. o. IV. 137). m Sixtus V, const. *Laudabilis,* 5 Febr. 1581.

L Tandem iure gaudent, salvo peculiari privilegio, praecedendi ecclesiasticis personis quibuslibet, quae sint inferiores Episcopis, etiam tantum electis et confirmatis. modo ne eae personae sint Ordinarii locorum (Can. I. C. 198) in proprio territorio, vel ne sint Praelati vulgo t di fiocchetti >, aut Assessores vel Secretarii Sacrarum Congregationum Romanarum, aut Praelati dc quibus num. XXI actum est "

LL Quod spectat nd privilegia emeritorum, vigere pergit η. XXVIII.

LH. Cum Protonotarius de Collegio aliquis vita functus fuerit, sodales eius exsequiis intéressé tenentur.

Protonotarii apostolici supranumerarii,
AD INSTAR ET TITULARES

LUI. Praeter Collegium Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium tres numerantur gradus Protonotariorum Apostolicorum, qui tamen Collegium nullo modo constituunt, et sunt qui sequuntur:/ tt Protonotarii *supranumerarii,* Protonotarii *ad instar* et Protonotarii titulares *seu honorarii.*54

LIV. Protonotarii *supranumerarii* sunt ii qui canoricatu potiuntur in Basilicis Patriarchalibus Urbis, scilicet Lateranensi, Vaticana et Liberiana, modo Litteras Apostolicas in forma brevi Praelati Domestici acceperint et iusiurandum emiserint. Item Canonici quarundam aliarum Ecclesiarum extra Urbem.n Priores tamen titulo praefato insigniti erunt ad *vitam,* posteriores vero *durante munere.* M

Quod si posteriores nominati fuerint Praelati Domestici ob personae merita, dispositionibus subsint contentis in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis, liter multiplices, nn. 14, 34, 41.

LV. Munera, iura. privilegiaque Protonotariorum *Sipranumerariorum* ea erunt quae descripta sunt in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis. *Inter multiplices,* sub numeris 13-41, 80.

LVI. Protonotarii *ad instar,* praeter eos qui numeris XX et XXVIII describuntur, ii erunt quos Summus Pontifex hac dignitate insigniverit, nec non qui Canonicatu in quibusdam determinatis Capitulis potiantur.* Priores erunt Protonotarii ad instar ad *vitam,* posterares vero *durante munere.*

Quod sl posteriores nominati fuerint Praelati Domestici ut personae privatae, subiecti erunt dispositionibus contentis in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis, *Inter multiplices,* sub numeris 43 50. 53.-» / THW

LVII. Munera, iura, privilegiaque Protonotariorum cf *instar* ea sunt quae descripta sunt in Apostolicis Litteris a Pio X datis. *Inter multiplices,* nn. 42-58, 80. °

LVTII. Protonotarii titulares seu *honorarii* ii erunt quos nominaverit ipse Summus Pontifex vel Collegium Protonotariorum iuxta num. XXXVIII. Sunt quoque Protonotarii *titulares* omnes Vicarii Generales et Vicarii Capitulares42 nec non Canonici quorundam Capitulorum. Recensiti omnes habentur Praelati extra Urbem. sed Familiae Pontificiae non sunt adscript!, neque vestibus praelaticiis in Curia Romana (quavis huiusmodi concessione particulari penitus abrogata) uti possunt. nisi forte quis per Apostolicas Litteras in forma brevi Praelatus domesticus nominatus fuerit ad perforam. Qui autem eiusmodi titulo Intuitu personae inEgnitus fuerit, dispositionibus subiectus erit, quae in Apostolicis Litteris a Pio X motu proprio datis. *Inter multiplices,* n. 74. habentur.

LIX. Protonotariorum *honorarium* munera, iura, privilegiaque describuntur in praefatis Litteris Apostolicis, sub nn. 59-76°./ y.o

IV. De collegio praelatorum auditorum
S. ROMANAE ROTAE

LX. Collegium Praelatorum Auditorum Sacrae Romanae Rotae constat Praelatis quibusdam, qui ludicum Apostolicae Sedis munere ordinario funguntur; gradu pari hi sunt et Decani titulum assumit qui sociis nomination etc. praecedit, iuxta numerum IV.44 Eorum numerus augeri vel minui potest pro necessitate proque Summi Pontificis suprema voluntate.

LXI. Titulus Praelatorum Auditorum erit: R. P. D. Auditor S. R. Rotae (Italice: *Illmo* e Reunio *Monsignorc N» N. Prelato Uditore della Sacra Romana Rota).* ° Decanus vero titulo Excellentiae *Reverendissimae* iam insignitur, aliisque facultatibus et privilegiis numero XXI descriptis.44

1. - *Nominatio et muneris occupatio.*

LXII. Praelati Auditores nominantur per Litteras Apostolicas in forma brevi; Secretaria Status Summi Pontificis litteris praemonet de hac nominatione cum eum cuius interest, tum Decanum Collegii Praelatorum Auditorum.47

LXIII. Acceptis litteris e Secretaria Status Summi Pontificis, cooptandus in Praelatum Auditorem audientiam petit eiusdem Summi Pontificis, invisitque obsequii causa Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status nec non Decanum et Praelatos Collegii Auditorum.

LXIV. Post suam nominationem novus Praelatus Auditor, die a Decano statuenda, possessionem init sui officii coram universo Collegio Rotali ratione quae sequitur: *a)* indutus habitu ad normam η. IX. facit profesionem fidei iuxta canonem I. C. 1406 et nuncupat iusiurandum iuxta propriam Rotae formulam° idque unus ex Notariis, de quibus est sermo in numero LXXXIV, scriptis refert®; b) amplexum Collegarum accipit; c) in possessionem novissimi stalli in aula iudiciali immittitur.

LXV. Post captam possessionem muneris de qua supra. novus Praelatus Auditor invisit obsequii causa ceteros Eminentissimos Cardinales.

LXV1. Praelati Auditores officio cedunt cum illud renuntiant ipsi, vel ad munus eliguntur quod cum illo componi nequeat, vel 75"" aetatis annum ineunt. *

2. - *Munera.*

LXVII. Munera Praelatorum Auditorum describuntur in canonibus I. C. 1598-1608 inque Lege Propria S. R. Rotae diei 29 Iunii 1908,/ cc. 1-34. · n 510

LXVIII. Annus iuridicus initur: a» per celebrationem Missae de *Spiritu Sancto* In Palatio Apostolico, cui assistunt Praelati Auditores toga induti et biretum doctorale prae manibus habentes. Officiales S. R. Rotae. Advocatique Rotales; b) finita Missa, post cantatum hymnum Veni *Creator Spiritus,* Decanus coram Crucifixo genuflexus. Auditoribus circumstantibus ct praesente Notario formulam iurisiurandi legit ipse prior et

i 9 *(Bull. Rom..* 4, IV, 164). '' Can. 106. nn. 2. 3; 215. § 2; D. f 1: *Cae^emon Episcopor.,* 1, I. cap. XIII. n, 12; *Pius II,* rcec Corn *terrore.* 12 Iunii 1459 *(BulL Rom.* 3. HI, 95); Plus X. ooCa propr. *Inter multiplices,* 21 Febr. 1«05, n. 11 (S. R. C. Dccr. n. 4154); S. R C. *Urbis. 4* Mali 1613 (S. R. C. Decr., - 1'11. * Pius X. motu propr. *Inter multiplices,* 21 Febr. !X5. a 1 <S. R. *C.* Decr., n. 4154). 17 Ncmre Concordlen . *Fjsrrr.tinre.* Gorttlen., Panormitanae. Patavinae. TarvlsLnae. Ulises.. Venetiarum. u Pius X, motu propr. *Inter mltipUces.* Prbr 1305. nn. 13. 41 <S. R C. Decr., n 4154). '' S. M *td* Martyres de Urbe. Bononlen . Calarttanl. Melitensis. Strigoiens» · Pius IX. const *Apostoi'eae Sedis,* 29 Aug. 1872, η. I; S. R C.. Decr. 24 Mali I9H *(S. R.* C. Decr.. nn. M, 4267). n Plus IX, const. *Aposiotieae Sedis.* 29 Aug. *'J72;* S. R *C. Meliten..* 18 Martii 1898; *Atrebatim.* 25 M! J9T». ad IV (S R. *C.* Decr.. nn. 3262. 3988. 4238), c Can 370, § 2; 439; Pius X. motu propr. *Inte^ malttpliers,* » Febr. 1£G5. nn. 59. 61 63. 74 76 (S. R C. Decr., n. 4154).

o Caenrmon. Eplscopor, 1. I, cap. XIП. n. 12; Plus VII. const. Cun *Innumeri. 13 Dec.* 1818; S. R C . LUbonew, 13 Iuli! 1626: *Florentina.* 17 Martii 1629; *CatarOen..* 5 Iulii 1631; *Ucien. S* Iulii 1631; *Aprutina.* 7 Mail 1639; *Nucerina Papanomm,* 11 Nor. 1641; *Lunen. Sareanen.,* 11 Iulii 1543; *Sarrrnen.* 2 Aug 1659; Jfcolis *Repolis,* 3 Sept. 1651; 23 Dee. 1662; *Volaterrana,* 10 Apr. 1666; *Cesenaten., 9* Febr. 1575; *Monopolitsna,* 21 Martii 1676; *Tiburtina.* 23 Martii 1686; 27 Apr. 1818; *Ctmfatis CustelLmae,* 27 Aug. 1836 (S. R. C. Decr., nn. 2583. 413, 496. 566. 570. 675. 776. 844, 1129. 1214, 1249. 1337. 1530. 1560. 1565. 1762, 2583. 7756».

44 Sixtus IV, const. *Romani Pontiheis.* 14 Mali 1477 *Rom..* 3. ГП. 132»; Lex *Propria S.* R. Rotae. 29 Iunii 19C8. can 1. 2 *(Act Ap Sed.* I. poç 20). e Lex prrprta S R Rotae. » Iunii IW. car. t. $ 1 <*Act Ap. SftL. 1.* pag 20». - Decret S. C. Cserem.. 31 Dec. 1ST». r Can. 1596. $ 1; Ordo ser radus in Curta Romana. 29 Iunii IW Pan» I. Nonnae com rr.une.«. cap. IГ. r 11 *iAcia Ap. Sed.* I. p. 38». * lraftn XXII. const *Ratio* a 13Λ. J 8 *iBuIt Rom* 3. II 195); Ordo servandus In Curta Romina. 29 WnH19«.pari » «""y·"?''· e IП Met *Ap SM. 1.* p »>. λγ. 2>ra . i, pag. 20». · S®c. unu '** r»

postea singuli legunt Auditores; c) hisce peractis. Auditores soli admitti solent ad privatam audientiam Summi Pontificis, deinde, cum ceteris qui descriptae caeremoniae interfuerint ad publicam seu solemnem, in qua R. P. solio assidente. Decanus sermonem habet anni Juridici prolusivum petitque benedictionem apostoHcam super personas et futuram S. R. Rotae operam; d) tandem Summo Pontifici praesentat eos omnes qui huic Sacro Tribunali sunt addicti. Post haec Decanus cum Collegis aliisque qui ex officio huic caeremoniae interfuerunt, obsequii causa Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status invisit.

LXIX. Duo Praelati Auditores secunda vice promulgant Bullam latinam et Italicam solemnis indictionis Anni Sancti. Tres antiquiores Auditores Sacrae Rituum Congregationi adseribuntur ipso facto tanquam Praelati Officiales.n

LXX. Assidente Conclavi, Rotam custodiunt Cardinalibus reservatam, emisso iuramento et habitu praelaticio induti ad nonnam numerorum VII et IX. u

3. — *Privilegia.*

LXXI. — Statim a sua nominatione Auditores ipso facto fiunt Praelati Domestici et Familiares Summi Pontificis et hanc dignitatem retinent quamdiu munere Auditorum funguntur vel cum *emeriti* declarantur.M Eximuntur insuper a iurisdictione Ordinariorum locorum. Qui a munere cedunt nec declarantur *emeriti,* privilegiis fruuntur a Clemente XIV Constitutione *Cum primum* diei 16 Maii 1770 n. 6 concessis, quatenus tamen in praesenti Constitutione contineantur. Qui autem antequam Auditores nominarentur erant Protonotarii Apostolici *ad instar* vel *titulares,* hos titulos servant etiam post ipsorum nominationem ad munus Auditorum. Qui tandem antequam Auditores nominarentur dignitate gaudebant Protonotariorum de numero Participantium vel *supranumerariorum,* hanc dignitatem deponunt. salvis praescriptis in numeris XXVIII et LVI, et salvis privilegiis Excellentissimo Sacrae Romanae Rotae Decano numero XXI tributis.

LXXII. In functionibus forensibus togam super habitum pianum induunt, et biretum doctorale,w ornatum
511 torulo et flocculo rubini coloris,/ gestant Extra functiones forenses vestibus utuntur iuxta numeros VU. VIII, IX el X. *

LXXIII. Gaudent iure Pontificalium eodem modo atque de Protonotariis Apostolicis cc numero Participantium dictum est supra, numero XLIII.

LXXIV. Privilegium habent Oratorii privati et altaris portatills ad normam sacrorum Canonum; omnes vero qui ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt. Semper vero et ubique Kalendario Romano uti possunt.

LXXV. Cum sacrum faciunt sive privatim sive solemniter, habitu tamen praclaticio induti, non tantum iis uti licet Palmatoria sed etiam Canone et Urceo,r aliisque privilegiis quibus Protonotarii Apostolici de numero Participantium fruuntur.

LXXVI. Intimationem accipiunt pro functionibus caeremoniisque pontificiis ab ipso Praefecto caeremoniarum apostollcarum iisque omnes intersunt.l·

LXXVII. Auditores sunt Subdiaconi Apostolici. In Missa Pontificia pro coronatione Summi Pontificis inque ineunda ab Eodem possessione Basilicae Ssmi Salvatoris in Laterano, tunicellam subdiaconalem induunt Qu: quarius venit c praesentibus iuxta praecedentiam numero IV statutam. Subdiaconum agit in omnibus pontificalibus Summi Pontificis; '· qui veniunt secundus ct tertius faldam sustentant; novissimus fungitur semper munere Cruclfcri; sedent vero omnes in ultimo throni gradu in Cappella papali. Decanus (vel is qui eius vices gerit) Mitram vel Tiaram fert Pontificis.

LXXVIII. In pontificali Summi Pontificis unus ex Auditoribus fert Summo Pontifici manutergium oei manus lavat, alius vero fert, quoties oportueril Suemo Pontifici Sacrum Pallium; si vero ipse Summa Pontifex in Episcopum aliquem consecret, alicuius ti Auditoribus erit mappulas consecrando imponere.

LXXIX. Adstant quoque Auditores benedictioni Sacrorum Palliorum nec non impositioni et traditioni eorundem; item solemni benedictioni *Agnorum Dei* qui dicuntur, quique ipsis quoque distribuuntur. · In *testi* praeterea Ss. Petri et Pauli singuli Praelati Auditore argenteum numisma unum accipiunt, praeter Decanum, cui duo numismata iure obtingunt·| Eidem Decano quotannis concreduntur agni ex quorum lana Palba Archiepiscoporum conficiuntur, ad normam Consttutznis *Rerum ecclesiasticarum,* diei 12 Augusti 1748. Benedicti XIV.e

LXXX. Litterae omnes Apostolicae gratuito Auditoribus obveniunt. ° Facultatem habent eos retinecdi legendique libros prohibitos qui de iure tractant, et permittendi ut huiusmodi libros legant qui eorum studia adiuvant/

LXXXI. Salvo peculiari privilegio, omnibus iis ecclesiasticis personis praecedunt, quae inferiores ŕia Protonotariis Apostolicis *de numero* Participantium"

LXXXII. Ex Auditoribus qui *emeriti* declarati fuerint. iisdem fruuntur privilegiis ac ordinarii Auditores, cum ea tantum limitatione quae numero V describitur.e

LXXXIII. Funus pro Collegis vita functis fit in ecclesia paroeciae defuncti vel in alia quam ipse elegerit Collegio ipso praesente et in expensas conferente. & mors extra Urbem acciderit, funus celebrabitur in ecclesia S. Luciae ‹ della Tinta ›. nisi Collegium aliam elegerit. Quotannis vero, mense Novembri in eadem ecclesia iusta funebria persolventur pro omnibus simul Auditoribus proque iis omnibus qui ad S. R. Rotam pertinuerunt.

4. — *Officiales Collegii.*

LXXXIV. Officiales Rotales iuxta praecedentiae ordinem sunt qui sequuntur: Promotor Iustitiae; Defensor vinculi; Notarii; Archivi Custos; Scriptores: Rationum ductor; Distributor. Promotor Iustitiae et Defensor vinculi proponuntur a Collegio et nominantur a Summo Pontifice: alii Officiales eliguntur, concursi adhibito, a Collegio, et a Summo Pontifice confirmantur. **

LXXXV. Pertinent ad S. R. Rotam, ut advocati nativi, Advocati Consistoriales, itemque partes in ea habent Procuratores Sacrorum Palatiorum Apostolicorum Utrique praecedendi ordinis normam sumunt a tempore nominationis.

V De Collegio Clericorum Reverendae Camerae APOSTOLICAE

LXXXVI. Collegium Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae constat octo Praelatis quorum antiquior, ad normam num. IV. titulum assumit Decani.– A Collegio. ad pluralitatem suffragiorum, nominatur Secretarius *extra Collegium,* idque in acta refertur.

LXXXVIL Titulus Clericorum R. C. A. est R. P. D. Clericus Reverendae Camerae Apostolicae. (Italice; *Ulmo e Rcvmo Monsignore N. Chierico della Reverenda Camera Apostolica*

1. — *Nominatio et muneris occupatio.*

LXXXV1II. Clerici Rev. Camerae Apostolicae nominantur per Breve Apostolicum; Secretaria Status

* SlxtuB V. const. *Laudabilis.* 5 Febr. 1586. 5 17 *(Bull Rom*, 4. IV, lesi Cor.«urtutto fert ut Decanus Inter Consultores S. C. S Officii adleswtur, ° Plus X. const. *Vacante Sede Apostolica.* 25 Dee. 1901, η. II iC. I C docum. D M Bened. XII. canat. Cxn *i.nt accepirna.* 1 Oct. 1335; Eugro. IV, const. Procirom* NoMrac. »1 FVbr 1433; Plus X. 26 luUl 1913. » Can. 13TS. · Ioann XXII. const. *Ratio iurts,* a. 1326 *(Bull. Rom..* 3, H. IWl; Aîcxand VII, const. Nuper, 28 Oct. 1655. § 2 *(Bull. Rom*, 6, p/, 57»; Phis X. motu propr *Inter multipliers,* 21 Febr. 1006. nn 1«. 17. 79; S. R. C., dectar. 14 MartU 1906 <S. R. C. Drrr, nn. 4154. <1O>. " Pius X. motu propr. *Inter multi.itcet.* 31 Febr 1906. n 78; S R C. *Spoletaw,* 23 Sept. 1Ω7; dxlsr. Il Martii 1906 (S R C. Deer » nn UM, 2775. 4132).

M Alexand VH, romt Naper. 26 Oct. 1655. | 3 »BuU *Rom*.. 6. IV. '.7». * Airland VII, const. *Nuper,* 26 Oct. 1655 (Bull. Pom.. 6. IV, 57»; Oem X. corset Jtomonl *Pontificis,* 19 Dec. 1671, | 4 *(Bull. Rom.. 'I,* 82». * Alexand. XII. 19 Apr. 1658. ·· C'em. Vni, 9 luUl 1601. « *Bull. Rom.,* C.. 2, ‹94 e Leo X. const. Sedis *Apostolicae,* 15 Sept. 1513 *(Bua. Ran.* 3. III. 388); Clem. X. const. *Romoni Pontificis,* 19 Dec. 1471. $$ 2, 3 (Bull *Rom.,* 7. 82); C.em. XIV, const. *Cum* prrnan, 15 *Martii* 1700, § 3 (Bull. *Rom.,* C,, 4. 166). ·· Carrccn. Epbcopor.. c. I, cap. XIII. n. 12. ♦ Sixtus V. const. 5 Febr. 1586, § 23 *(Bull. Rom.,* 4, IV. 165). M Lex Proprii S. R Rotae. 29 limit 1903, can. 4, 5 *(Act. Ap. Sed.,* I, p. 20); Orio -imndus in Curia Romana. 29 Iunii 1903. Pars I. Normae ccrs-munc cap. Π. n. 11 (Atf. *Ap. Sed.,* I, p. ΦÏ). »' Lex propria S R. Roue. 29 lunil 1908. can. 18. 44 46 (Act. *Ap. SetL,* I, p. 33». ·· Eujîen. IV. const. *Inter caeteras,* 11 lull! 1438 *(Bull. Roe..* 3. Ill, 20»; const. In *eminenti.* 8 lull! 1444. $ 3 *(Bull Rom..* X III. Ut); Leo X. const. *Sicut prudens.* 3 Inn. 1518, Stat. c. XVII *(Bull Rom.,* 3. Ill, 459); S. Pius V, const. *Romama Pottti'a.* . Martii 1571. 4 1. 5. 6 *(Bull. Rom.,* 4, III, 151); Sixtus V, rocs:

CL.E UNI\"v.'.T:ky VEI AND. OHIO

Summi Pontificis -praemonet per litteras de hac nominatione cum eum cuius interest, tum Decanum Collegii

LXXXIX. Acceptis litteris a Secretaria Status, cooptandus in clericum Camerae audientiam petit Summi Pontificis, invisitque Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status. Eminentissimum Cardinalem Camerarium S. R. E.. Praelatos Camerales. Decanum et Clericos Camerae.

XC. Postquam acceperit Litteras Apostolicas in forma brevi, novus Clericus Camerae, die ac hora ab Eminentissimo Cardinali Camerario statutis, possessionem init sui muneris, adstanto Collegio, in residentia ipsius Cardinalis, in aula thron

XCI. Huic actui intersunt, praeter Decanum et Clericos R. C. A. indutos veste nn. VHI et X descripta, etiam Secretarius-Cancellarius Rev. Camerae Apostolicae, ut Notarium agat, nec non Secretarius Collegii. Praelati Camerales, scilicet Vice Camerarius, Auditor generalis. Thesaurarius generalis, si actui intersint, habitum induunt numero III descriptum.

XCII. Eminentissimus Cardinalis Camerarius, indutus mozeta supra rocchettum, Magistro Caeremoniarum apostolicarum ei adsistente, cumque suis nobilibus aulicis, sedet in throno, adstantque ad dexteram Clerici Camerae antiquitatis ordine dispositi iuxta η. IV, ad sinistram Praelati Camerales, dignitatis ordine subséquentes. Si haec caeremonia in aliquo Palatio Apostolico vel Camerali peragatur vel etiam in aliquo Conventu seu loco pio. Eminentissimus Cardinalis supra rocchettum etiam mantellettum adhibebit.

XCIII. Novensilis Clericus Camerae, habitu praelaticio indutus, cum solo tamen mantelletto sine rocchetto, coram Eminentissime Cardinali genuflexus: a) exhibet Litteras Apostolicas in forma brevi suae nominationis, quas legit Secretarius-Cancellarius R. C. A.; b) facit professionem fidei, iuxta canonem I. C. 1406. additque fidelitatis iusiurandum ex praescripta formula, * Secretario-Cancellario tanquam Notario R. C. A. id in scriptis referente, qui etiam fidem facit, in *Litteris Apostolicij*, de praestito iuramento et quae scripserit legit; c) deposito mantelletto, novus Praelatus accipit ab Eminentissimo Cardinali impositionem rocchetti, cappae et bireti hac formula: *Esto Clericus Reverendae Camerae Apostolicae·,* d) admittitur demum ad amplexum Eminentissiml Cardinalis et Collegarum.

XCIV. Installatio. quae dicitur, novi Clerici fit in aula quae ut Collegii sedes habetur, in qua Eminentissimus Cardinalis Camerarius, cum Collegio Clericorum R. *C. A.* et Praelatis Cameralibus eo ordine sedent qui n. XCII descriptus est. Novensilis vero Clericus post omnes suos Collegas sedet et subsignat scriptam testatorem praestiti a se juramenti. Quod quidem documentum subsignatur quoque ab Eminentissimo Cardirali Camerario et servatur in Archivo Camerali./

XCV. Postquam novus Clericus hac ratione possessionem muneris ceperit, invisit alios Eminentissimos Cardinales nec non altiores Praelatos Aulae Pontificiae et Cunae Romanae iuxta consuetudinem.

XCVI. Clerici Camerae officio cedunt cum illo se abdicant vel ad munus transferuntur quod cum eo componi nequeat. n

2, — *Munera.*

XCVII. Ad normam Constitutionis *Vacante Sede Apostolica* Pii X diei 25 Decembris 1904 [Acta Pπ X v. 3 p. 239-2'Æ] et canonis I. C. 262, Collegii Clericorum R C. A. est iuvare Eminentissimum Cardinalem Camerarium in curandis et administrandis bonis et iuribus temporalibus Sanctae Sedis, praesertim tempore Sedis vacantis.

XCVTn. Clerici R. C. A,, Praefecto Caeremoniarum apostolicarum *intimationem* faciente, intersunt recognitioni quam dc Cadavere defuncti Summi Pontificis iuxta pracsrriptum ritum facit Eminentissimus Cardinalis Car.erarius. Collegii Secretarius-Cancellarius. ut Notarius R. C A., actum praefatae recognitionis rogat.

XCIX. Recognitione ut supra facta. Clerici R. C. A. convocantur ab ipso Eminentissimo Cardinali Camerario atque conveniunt apud eundem Cardinalem pro distributione officiorum singulis committendorum iuxta normas Collegii huius proprias.73

C. Acta Sanctae Sedis, hac ipsa Sede vacante, aliquis e Clericis Camerae rogatus exarat, atque Notarius ipsius Camerae Apostolicae.7' Instrumentum vero seu scriptur- testimonium fidem faciens de tumulatione defuncti Pontificis in Vaticana Basilica conficit legitque Notarius Capituli eiusdem Basilicae. Postea Clericus unus R. C. A. nec non delegatus aliquis a Magistro secreti Cubiculi defuncti Pontificis ac SS. Pal. Apostolicorum Praefecto separatim documenta conficiunt quae fidem faciant peractae tumulationis, primus coram Reverenda Camera Apostolica, alter coram Magisterio Cubiculi ac Praefectura Sacrorum PaL Ap.

CI. Clerici omnes R. C. A. ct Secretarius-Cancellarius eiusdem documento muniuntur Eminentissimi Cardinalis Camerarii ad modum tesserae ut liberum habeant aditum ad SS. PP. AA. aedesque ab his dependentes quandocumque sua munera implere in iisdem teneantur.

CII. Cardinalis Camerarius aliquem c Clericis R. C. A. nominat ut simul cum Secretario-Cancellario R. C. A. in aede eius qui Custos est Conclavis,u actum rogatus exaret de externa eiusdem Conclavis clausura, adstantibus Marescallo et Commissario Generali Conclavis et Gubernatore Civitatis Vaticanae."/ 515

CIII. Clerici Camerae, postquam in Cappella Sixtina, ante clausuram Conclavis praescriptum iuramentum emiserint coram Cardinali Decano ct Secretario Sacri Collegii, una cum aliis Collegiis Praelaticiis. vigilantiam exercent circa Rotam Conclavis ipsis assignatam. '· habitu Induti praelaticio iuxta numeros VII et IX.

CIV. Post electionem novi Pontificis et datam iussionem aperiendi Conclave. Clerici Camerae cum Secretario-Cancellario eiusdem, et ipsi obsequium et obedlentiam Electo exhibent Eorum vero unus actum rogat dc aperitione Conclavis, adsistentibus ceteris, idque coram Marescallo et Commissario Generali Conclavis ct Gubernatore Civitatis Vaticanae.n

3. — *Privilegia.*

CV. Clerici Camerae eo ipso sunt Praelati Domestici et Familiares Summi Pbntificis horumque proptereu gaudent privilegiis."

CVI. Clerici Camerae habitu praelaticio utuntur, iuxta numeras VII. VIII, IX et X.

CVII. Cum sacrum faciunt sive privatim sive solcmnlter. habitu tamen praelaticio induti, non tantum Hs uti licet Palmatoria. sed etiam Canone et Urceo.

CVIII. Privilegio gaudent Oratorii privati, ct altans portatilis. * Fideles omnes qui Ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planequc satisfaciunt Kalendario romano semper et ubique uti possunt.

CIX. *Intimatio pro* functionibus pontificiis a Praefecto caeremoniarum apostolicarum fit eorum Decano qui de ea singulos Collegas monet. Tenentur vero omnes functionibus praefatis intéressé.

CX. In functionibus pontifieslibus Domini Nostri Papae. Decanus vel alius e Collegio Clericorum Camerae tradit gremiale. In benedictione *Rosae aureae quae* dicitur, Decanus vel alius e Clerici? R. C A. cam sustentat et custodit. Similiter In nocte Natalis Domini sustentat Ensem et Magnum Pileum (Stocro *c Berrettone)* cum a Summo Pontifice hfs Insignibus benedictio catur. Assistunt vero sollemni benedictioni *Agnorum* Dri ct intersunt quoque binae promulgationi universalis iubilaei.

CXI. In Cappellls Pontificiis eum tenent locum qui describitur in *Libro Sacrorum* Rifitvm S. *R E* atque in Bullis Pontificiis. Sedent vero in Infimo gradu Solii.

fte tanari. 5 ßt. 15S7 *IButt. Rom..* 4. IV. 344). - S. Pits V. const. *Romann Pontifex.* 7 Martii *1571,* S 5 *P.om.. 4,* III. 152); Ordo servandus tn Curia Romanv »'catt 1303. Pars I. Normae communes, cap. H, n. 11 <Art.. Aa *Sfd.,* I. p. 26). 71 Ordo servandus fn Curia Romana, 29 Iunii 1503. Pars. I. Normae communes, rap. Ill (Act Ap- I.p. 36». i Con. 133, 5 I ·· Leo XΣΠ, const. Preoiecworcs *Nostri.* 34 Midi 1882. Insir n. 28 (C. I. C . docum. ΠP 71 Leo XIII. Instructs© ad ennst. Noafri. n 27 <C. I C.. dorum. IΠ>; Rct Cotrcra Ap . rtrcîar . il 1414 (Art Ap. VI. p. 719). M teo XΠI. krurUo ad ?er *Praedectisorei Nostri,* n. 27 (C I. C.. docum ΠΠ1 Rrv Ci mera Ap.. decUr.. a. 1914 (Art Ap Sed., VT. p. 719) ~ R-Rotamec/o dei Oollegi© drt?i Avwcaîl QretMoriaU 'W Pn» X const. Vercn/c Scdr Apori .'lea. 23 I>c. 1904. n. 45 (C I C. dn-7"° r Xï1ï· IniTTveUc ad const *Nos* (π n 27 (C. I C.. docum. IIII; Rrr. Camera Ap , d-elar, α lfi< (Act Ap Sri, VI. p. 719) " Strtw» IV. coctM |h<po *rtrne* iirt-w 17 lap.]O1. j 3 rn 13|> /torn >· NOT. 1W. I s *Kom.. s,* n. 61), pius VII. const. Qaod mmu, 3 i>-

CXI!. Clerici Carrerae ab Ordinariorum iurisdictione eximuntur, dum m U. be domicilium habent, et Litteras quasVbet Apostolcas gratuito accipiunt. "

CXIII. Numisma accipiunt quod distribui solet in
51® festo Ss. Petri et Pauli./

CXVL In sessionibus et congregationibus Reverendae Camerae Apostolicae Collegium Clericorum Camerae sedet ad dexteram Eminentissimi Cardinalis Camerarii. Praelati vero Camcrales ad sinistram eiusdem.

CXV. Collegium Clericorum Rev. Camerae Apostolicae. quoad ius praecedentiae, sequitur Collegium Auditorum Sacrae Romanae Rotae, sed anteit Collegium Votantium Signaturae Apostolicae.

CXVL Si Clerici R. C. A. declarati fuerint emeriti, munera quidem aliorum Clericorum Camerae non praestant amplius, privilegiis vero eorundem frui perseverant, salvo praescripto numeri V.

CXVTI. Cum quis Collega vita fuerit functus, iusta eidem funebria persolvuntur ab omnibus eius Collegis.

VI. De Collegio Praelatorum Votantium Signaturae APOSTOLICAE ET DE PR VELATIS REFERENDARIIS EIUSDEM

De collegio Praelatorum Votantium

CXVIII. Praelati Votantes Signaturae Apostolicae constituunt verum propriumque Collegium: hoc autem constat novem sodalibus, e quibus septem sunt de numero. quorum antiquior, iuxta num. V. titulo Decani honestatur: " reliqui duo sunt supranumerarii; qui omnes. tam de numero quam supranumerarii. inter Praelatos Referendarios eligendi sunt, nullumque habent fixum emolumentum. Officiales vero huic Collegio non addiciuntur.

CXIX. Titulus sodalium huius Collegii est: R. P. D. Votans Signaturae Apostolicae fltalice: *Ulmo e Reorno Monsignore N. N. Prelato Votante della Segnatura Apostolica).*

1. — *Nominatio et muneris occupatio.*

CXX. Praelati Votantes Signaturae Apostolicae nominantur a Summo Pontifice per Litteras Apostolicas in forma brevi; Secretaria Status eiusdem Summi Pontificis litteris praemonet de nominatione eum cuius interest. nec non Cardinalem Praefectum Signaturae, Excmtun Secrotarlum huius Tribunalis et Decanum Collegii Praelatorum Votantium.u

CXXI. Acceptis litteris e Secretaria Status Summi Pontificis, cooptandus inter Praelatos Votantes audientiam petit eiusdem Summi Pontificis, invisitque obsequii causa Eminentissimum Cardinalem Secretarium Status, Cardinalem Praefectum **Signaturae** Apostolicae. Excmum Secretarium huius Tribunalis, Decanum et
517 Praelatos Collegii cui adseitus est/

CXXII. Cum Litteras Apostolicas in forma brevi accepit. novus Praelatus Votans possessionem init sui muneris coram Collegio. In Oratorio Eminentissimi Praefecti. indutus habitu ad normam nn. VIII et X ct ratione quae sequitur: a) Litteras Apostolicas nominationis exhibet quas, iussus ab Emlnentissimo Cardinali Praefecto, legit Collega aliquis; b) Professionem fidei facit ad normam canonis I. C. 1406: c) addit iusiurandum fidelitatis ex speciali formula: 15 d) accipit impositionem bireti praelaticil ab Emlnentissimo Cardinali Praefecto edicente: *Esto Praelatus Votans Signaturae Aro^olcae;* e) admittitur ad amplexum Collegarum: f) Decanus vel alius ex praelatis Votantibus in scriptis redigit quae acta sunt in hac muneris occupatione scriptoque subsignant Eminentlsslmus Cardinalis Praefectus ct Collegium Votantium; g? formula iurisiurandi a novo Votante subsignata asservatur in Archivo Collegii; h) Eminentissimus Cardinalis Praefectus novensili Praelato Votanti documentum tradit de praestito iureiurando.

CXXIIL Post initam muneris possessionem iuxta superiorem numerum, novus Praelatus Votans invisit quoque alios Eminentissimos Cardinales.

CXXIV. Praelati Votantes Signaturae officio ccdULt cum illi renuntiant vel cum ad munus dignilatemve eliguntur quae cum priore nequeat componi."

2. — Munera.

CXXV. P.-aelatorum Votantium est Consultores agere apud Sacrum Tribunal Signaturae Apostolicae Eminentissimosque Cardinales ludices iuvare, iuxta Regulas ab hoc Sacro Tribunali servandas. M Scilicet: a) causas quaslibet vel quaestiones examinant quae proponenda· sunt in Congressibus Signaturae, dc iis in scriptis referunt atque disceptationibus intersunt cum suffragio *consultivo,* cum in quaestionibus iuris tum in quaestionibus *facti;* b) disceptationem oralem inter partes contendentes petere possunt, quae si ab Exmo Secretary Sacri Tribunalis concedatur, eidem interesse et partem in eadem habere possunt; c) munere funguntur Promotoris Iustitiae nec non, in causis matrimonialibus. Defensoris Vinculi; *d)* suffragium, rogati, ferre debent *pro veritate* in causis ad Plenariam Signaturam delatis, quo in casu invitantur ad adsistendum huiusmodi causis, ut de suo suffragio dent explicationem, si forte de eo interrogentur; e) cum rescriptum prodierit ut exaretur decisio, alicui ex Votantibus munus incumbit eam in scriptis referendi et subsignandi; *f)* cum Summus Pontifex iusserit, processiculum conficiunt in electione novorum Referendariorum qui a Votantibus iuvantur in suo munere addiscendo. * $3

CXXVI. Conclavis tempore ad Rotam sibi assignatam, emisso iuramento. servitium et operam praestant, habitu praelaticio induti iuxta nn. VII et IX.

3. — *Privilegia. n*

CXXVII. Praelati Votantes Signaturae Apostolicae. qui sunt Praelati Domestici et Familiares Summi Pontificis. haec privilegia sibi propria habent quae sequuntur: a) eximuntur ab iurisdictione Ordinariorum, modo et quousque suum domicilium habeant in Urbe" et eximuntur a taxis solvendis pro Litteris Apostolica quae in eorum favorem expediuntur; b) In Cappelbs Papalibus cumque sacras functiones ipse Summus Pontifex agit, munere Acolythorum funguntur, idque etiam in aula Paramentorum; 0 c) vestes praelaticlas adhibent iuxta nn. VII. VIII, IX. X; w d) gaudent privilegio altaris portatilis et Oratorii privati; * quicumque vero ipsorum Missae assistant praecepto de Missa aud:en?a rite planeque satisfaciunt; e) Kalendario romano semper et ubique uti possunt.

CXXVIII. *Intimationem* accipiunt ab ipso Praefecto Papalibus, quibus omnes interesse debent et eum locum tenent, qui describitur in *Libro Sacrorum Rituum S. R. E.* atque in Bullis Pontificiis, scilicet, post Clericos Camerae. n Decani Praelatorum Votantium est Referendariis intimationem facere pro hastis baldachini ferendis sub quo Summus Pontifex incedit.

M Can. ITO, 5 1. « Bened. XV. chirographum *Al tentis expositis,* 28 lunll 1915 *(Act.* Ap. *Sed.,* VIT, p. 335).
* Sixtus V, const. *Quemadmodum, Tl* Sept. 1588, § 3 (BχΠ *Rom.,* 4. IV. 24D; AlexancL VII. const. *Inter caeteras.* 13 Iπϋ 1859. ξ 2. 5 *(Bull. Rom..* 6. V. 11); Leo XII, const. Qram phirima. 11 Apr. 1826. $ 5 *(Bull. Rom..* C., 16, 417), c B«xd XV. rescript. 27 Dec. 1916. « Bened. XV. chirograpbsa *Attentis exponitis.* 28 Iunii 1915 *(Act. Ap. Sed., VU,* p. 25); Paul. IΠ. const. *Debita consideratione,* 30 Iulii 1540, § 9 *(Bull. Rom., 4,* I, 174); Sixtus V, const. Qxenodro·*dum. Tl* Sept. 1536, § 8 *(BulL Rom..* 4. TV, 241); Leo XII, const. *Quum plurima,* 11 Apr. 1826, § 5 *(BulL Ron..* Cm 16. 417); Bened. XV. rescript. 37 Dec. 1916. " Alexand HI. const. *Nuper.* 26 Oct. 1655 *(Bull. Rom.,* 6. IV, 57); Leo XII. const. *Quum plunma.* 11 Apr. 1828. § 5 *(Bull. Rom., C.,* 16. 417
* Alexnnd. VII. const. *Nuper,* 28 Oct. 1655, 5 2 *(Bull. Ron..* 6. IV. 57); Innocent. XII, const. *Inter gravissimas,* 20 Iulii 1498. § 3 *(Bull. Rom.,* 9. 408»; Bened. X1Π. const. Romaci *PvnUp.cts,* 12 lui. 1727 *(Bull Rom.,* 13. 237); Clem. XΠ. const, *Crrddse Nobis,* 25 Ian 1731 *(Bull. Rom.,* 13. 169); Leo XIΠ. oxst. Qunm *plurima.* 11 Apr 1826. J 5 *(Bull Rom..* C.. 16. 417).
*» Cirm IX. const *Egress.* 14 Martii 1668 (R»IL *Ron,* 6. VI, 238): Leo XII. const. *Qnum plurima.* 11 Apr. 1826, 5 5 ‹Bxit 417 L w Alexond. VII. const. *Nuper,* a Oct 1®5. J 3 *(Bui! Rom.,* fl. IV, 57); Leo XΠ. const. Qum r». U Apr. 182J. § 5 Rorn^ C.. 18, 417); *Caerem Spisco*

1W0 (Ctabalta, I. 425). e Sixtus IV. const. *Dispositione dtrtna.* 17 lan. 1741, 5 4 *(Bull. Rom.,* 3. III, Ul).
n Alrw.d VIT. const. *Inter čaetera* U Iunii 1659 *fBull Rom..* 6, V. 11J; Innocent. XII. const. Inter gruritrimas. 20 Iunii 1695 *(Bull Rom., 9.* 4M); Eer.cd. XV. const. *Militanti Ecclesiae,* 7 Iunii 17)6 ‹Bull *Ron.,* 2. 59); Leo XII, const Quum *plurima.* 11 Apr 1«28. (2 (Bull *Ron* , C., 1«, 417); Bened. XV. eblrofraphum Affenlb *expositis,* 28 lunll 1915 (Aci. Ap. *Sed.. Vit* p. 323). " AIrxsnd. VII. const. *Inter enderas.* 13 lunll 14 › (Bull *Rnm.. 4, V.* 11); Innocent. XII. coirt *Inter* graris*finas.* 3) lull! 1695, f I *(Bull. Rom.,* 9. 408); Lro XII. const. Qitjm *plurimo,* 11 Apr. 1828. 1 2 (Bull Rom.. C,. 18. 417); Bcr.ed. XV. rirtrmrnphum *Attentis rxpontts,* 28 lunll 1915 (Art. Ap. Serf., VIT. p 125); Onio srrv^nd·» tn Curia Harar na. 29 lunll 1908 ƀar I, Normae communes, rap II. n. 11 (Act Ap. Serf., I. p. 58).
° Onto wmndiiM In Curia Romans, 29 lunll l«A)8. pars I, •IαππΛΛ rotrrr.uix-i. c HI (Act Ap Serf.» I. p. 36); Paul HI. const DrMto 3U tuîll IMO. I 30 *(Bull. Ron.,* 4. I. 171).

CXXIX. Numisma accipiunt quod distribui solet in festo Ss. Petri et Pauli.

CXXX. Ex Praelatis Votantibus qui *emeriti* declarati fuerint, iisdem fruuntur privilegiis ac Votantes ordinarii, cum ea tantum limitatione quae numero V describitur.

CXXXI. Excfhus Secretarius Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae gaudet facultatibus et privilegiis numero XXI descriptis. Idem vero Secretarius titulo Excellentiae *Reverendissimae* iam insignitur.'5

CXXXI1. Cum quis Collega vita functus fuerit. Collegae ceteri eius exsequiis intersunt

Dr Pkaxlatis rxfxrdcdariis Signaturae Apostolicae

CXXXI1I. Praelati Referendarii verum et proprium Collegium non constituunt; hi tanquam consultores ex numero indeterminato operam suam praestant in Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae, iuxta proprias normas.M

CXXXIV. Decanus Praelatorum Votantium accipit et defert Praelatis Referendariis iussiones circa functiones
518 papales vel alios quosdam actus./

CXXXV. Titulus Praelatorum Referendariorum est: R. P. D. Referendarius Signaturae Apostolicae (Italice: HlrTlo c *Revmo Monsignore, Monsignor N. N., Prelato Referendario della Segnatura Apostolica).*

1. — *Nominatio et muneris occupatio.*

CXXXV1. Salva dispositione numeri XXXIV huius Constitutionis de Protonotariis Apostolicis de numero Participantium qui sint Doctores in utroque iure, alii Praelati Referendarii Signaturae Apostolicae nominantur per Litteras Apostolicas in forma brevi, quae nominatio. litteris Secretariae Status Summi Pontificis» statim nuntiatur ei cuius interest, Eminentissimo Cardinali Praefecto et Excmo Secretario Supremi Tribunalis nec non Decano Praelatorum Votantium.

CXXXVn. Acceptis litteris Secretariae Status, cooptandus inter Praelatos Referendarios audientiam petit Summi Pontificis, invisitque Eminentissunum Cardinalem Secretarium Status, nec non Eminentissimum Cardinalem Praefectum Sacri Tribunalis, Excmum Secretarium Signaturae Apostolicae, Decanum et alios Praelatos Votantes.

CXXXVHI. Habitis Litteris Apostolicis, novus Praelatus Referendarius possessionem accipit ab Eminentissimo Cardinali Praefecto Signaturae Apostolicae, in huius Oratorio, coram Excmo Secretario eiusdem Signaturae Apostolicae, Decano et Praelatis Votantibus, indutus roccheto et mantelletto. ratione quae sequitur: a) Apostolicas Litteras nominationis exhibet quas. Praelatus aliquis ex Votantibus, iussus ab Emlnentissimo Cardinali Praefecto, legit; b) professionem fidei facit ad normam canonis I. C. 1406; c) addit iusiurandum fidelitatis secundum praescriptam formulam; d) accipit impositionem bireti praelaticii ab Eminentissimo Cardinali Praefecto edicente: *Esto Praelatus Referendarius Signaturae Apostolicae;* e) admittitur ad amplexum Praelatorum adstantium; *f)* Decanus ve) alius ex Praelatis Votantibus in acta refert muneris occupationem, scriptoque subscribit Eminentissimus Cardinalis Praefectus cum Praelatis adstantibus; g) formula iurfslurandi a novo Referendario subsignata asservatur in Archivo Signaturae Apostolicae.

CXXXIX. Post initam muneris possessionem iuxta superiorem numerum, novus Praelatus Referendarius invisit quoque ceteros Eminentissimos Cardinales.

CXL. Munus Referendariorum inter dignitates ecclesiasticas computatur et perseverare simul potest cum
530 alia quavis dignitate ecclesiastica, Cardinalatu excepto./

2. — *Munera.*

CXLI. Munera Praelatorum Referendariorum describuntur in *Appendice ad Regulas servandas in iudiciis apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal.*

Ad eos spectat praesertim: a) referre de petitionibus quae fiunt ad obtinendam causae commissionem apud Sacram Rotam in prima instantia vel de aliis petitionibus quas Summus Pontifex Signaturae Apostolicae examinandas commiserit; b) cum Referendarius aliquis ab Excmo Secretario Sacri Tribunalis huiusmodi munus susceperit, intéressé debet Congressui secum ferens relationem de qua supra, scripto exaratam. In discussione vero partem habere potest et ius habet suffragii consultivi circa quaestiones dumtaxat quae respiciant *factum* de quo retulit; c) in qualibet ex causis quae proponi debeant Plenariae Signaturae, Praelatus aliquis Referendarius, quem Excmus Secretarius Sacri Tribunalis elegerit, referre debet *ex officio* de causa ipsa, iuxta regulas, et idem ad congressum admittitur ut respondere possit, si interrogatus fuerit, circa suam relationem.

3. — *Privilegia.*

CXLII. Referendarii dignitas secum fert dignitates et privilegia Praelati Domestici et Familiaris Summi Pontificis

CXLIII. Habitum gestant Praelati Domestici, iuxta nn. VII et IX.

CXLIV. Eximuntur ab Ordinariorum iurisdictione cum domicilium habent in Urbe," nec non a taxis solvendis pro litteris apostolicis quae, post acceptam Referendarii nominationem, in eorum favorem expediuntur.

CXLV. Gaudent privilegio Oratorii privati et altaris portatilis; fideles autem omnes qui ipsorum Missae assistant, praecepto de Missa audienda rite planeque satisfaciunt. Uti possunt semper et ubique Kalendario Romano.

CXLVI. In functionibus papalibus hastas ferunt baldachini sub quo Summus Pontifex incedit.

Haec quidem constituimus, edicimus, decernentes praesentes hasce Litteras Nostras, firmas, validas et efficaces semper esse ac fore, suosque plenos et integros effectus sortiri atque obtinere, ct illis ad quos spectant aut pro tempore quolibet spectabunt, in omnibus ct per omnia plenissime suffragari, sicque tenendum esse ac iudicandum. atque irritum fore et inane si secus super his a quolibet attentari contigerit. Non obstantibus, quatenus/ opus sit cann. 4, 10, 70 ss., 102 5 2 Codicis 521
I. C., privilegiis hucusque qualibet forma ct quovis modo Collegiis concessis, quae, sl et quatenus hac Constitutione non continentur, ut a limite diximus, plene revocamus, aliisque constitutionibus et ordinationibus et rescriptis Apostolicis, viva quoque voce datis aut propria manu signatis, vel qualibet firmitate alia roboratis et clausula quacumque vallatis, statutis, consuetudinibusque. ccterisque contrariis quibuscumque, etiam specialissima et individua mentione dignis, ils non exceptis, quibus forsan cavetur ne data privilegia ulla derogatoria clausula cessent

Datum cx Arce Gandulphl, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die quintadecima mensis Augusti, in festo Assumptionis B. M. V., Pontificatus Nostri anno tertiodeeimo—Fr. Thomas Pius O. P. Card. Bogciani. *Cancellarius S. R. E.* Ianuarius Card. Grantto Pignatelli di Belmonte, S. C- *Caeremonialis Praefectus.* Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicus.* Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

1915 *(Aci. Ap. Sed.,* VII. 325». " Paul. III. const. Debite *comiderattone.* 30 Iulii 1540. § *9 (BulL Rom.,* 4, I. 170; Si^us V. const *Quemadmodum,* 27 Sept. 1568. § 8 *(Bull Rom* . 4. IV. 241). * Paul. III, const. *Debita consideratione.* 30 Iulii 1340. § 7 *(Bull Rom..* 4. I. 174); Bened. XV. rescript. 27 Dec. 1918. η. β.

Adn. A. BENTLEY Jo CR 8 (1934) 417-418: J. CREU5EN ‹n NrT 62 (1935) 182-183: D. KURTSCHEID In ApoII. B (1935) 62-7). NotlilM deiunl In AAS.

1241

1934 AUG 31.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

Superior ecclesiasticus missionis tenetur celebrari **MISSAM PRO POPULO**

31 açosto 1934

Nella Sua lettera in data 2 c. m. (n. 4008-34) IX V. Reverendissima sottopone al giudirio di questa Sacra Congregazione il dubbio, proposlo dal Superiore di Bellary. se il Superiore Ecclesiastico di una Mission· · nui iuris › sia tenuto, *ex iustitia.* ad applicare la Messa ‹ pro populo » seconde il can. 30«.

La risposta di questa Sacra Cong»Tgazk»ne è nffrrmatîva. per la ragionc che il · Superior Ecclesiasticus »

1 T c xin n. 12. « Decret. S. C. Caeren, 31 Dec. *1J30' M* Bened. XV, chirographum *Attentis apositls,* 23 Iunii

di una Missione « sui iuris » deve ritenersi come « Ordinario ». E' vero che il Codice, come ben fa notare l'E. V., non elenca tra gli Ordinari il < Superiore di Missione ». ma è da osservarsi che. sebbene la < Missio sui iuris » non possa dirsi, corne figura giuridica, una creazione posteriore al Codice, tuttavia poichè anche prima del Codice esisteva qualche Missionec sui iuris ». soltanto dopo la promulgazione del Codice si svolse e si è affermata presso la S. C. di Propaganda la prassi di erigere tali Missioni con territorio determinato e con proprio Superiore Ecclesiastico.—Carlo Salotti. Arciv. tit di Filippopoli. *Segretario.* Cesare Pecorari. *Sottosegretario.*

• Ad Delegaturo Ap. Indiarum Oneatilium: Syllogc n. 187.

1242

1934 NOV 9.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

Nonnulla territoria africae non tenentur observare **DECRETUM s. OFFICII DE CAUTIONIBUS IN MIXTIS NUPTIIS PRAESTANDIS**

9 *novembre 1934*

Revrni Ordinarii territorium Nigeriae et de Cameroun mense septembri a. c. a Suprema S. C. S. Officii directe expostulaverunt an Decretum S. Officii « de cautionibus in mixtis nuptiis praestandis », die 14 ianuarii 1932 datum [LE 1071], applicari debeat in eorum territoriis ubi lex anglica viget.

Eadem Suprema litteris nuper datis circa propositum dubium sequens responsum dedit: Praedictos Ordinarios. servatis de iure servandis, postquam a contrahentibus cautiones ad normam can. 1061 obtinuerint, posse, ut antea, concedere dispensationem in matrimoniis mixtis, cum memoratum decretum non respiciat territoria in quibus ipsi iurisdictionem exercent ».—Petrus Card. Fumasoni Biondi. *Praef.* Carolus Salotti. Archiep. tit. Philipp., *Secr.*

• RR. Ordinarii» Vicariatuuro Apostolicorum de Onltsha-O-Aerri, Nigeriae Occidentalis. Oras Benlni. da Yaoundé, do Douala, de et Praefecturarum Aoostolicarum dc Bula, do los. de Bcnue di K«labar, do Kaduna: Sylioge n. 186.

1243

1934 NOV 15.-SC S. OFFICII. INDULT. PART.·

Quibus sub conditionibus dispensari soleat ab interpellationibus **FACIENDIS IN PRIVILEGIO PAULINO**

Dispensandi pro decem casibus coniugem fidelem supra interpellatione coniugis in infidelitate relicti, si quidem adhibitis prius, omnibus diligentiis (etiam per publicas ephemerides, ubi fieri possit) certo constiterit, saltem summarie et extraiudicialiter coniugem infidelem omnino reperiri nequivisse. Hanc facultatem Episcopus nemini subdelegaro potest, sed ipse per se exercere debet.

In singulis autem casibus expressa fiat mentio Apostolicae delegationis (C. 1057).

Ordinarius, his casibus expletis, S. Officio referat de circumstantiis in quibus, singulis vicibus, his facultatibus usus fuerit.

• Ordinari» Denveriensl, Prot. N. 2619/34: E. M. WOEBER. The Ir.Hrveltatot». Weihlnglon 1942. p. 132-133. Adn. E. M. WOEBER tra. «lt. p 131-133.

1244

1934 NOV 16.-SC S. OFF., DECR. AAS 26 (1934) 634

DrniUM CIRCA CAN. 2387 i 2 DE INDIRECTE inducentibus **ГN PECCATUM COMPLIC"ITATIS**

ln plenario conventu huius Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito feria IV. die 14 Novembris 1934. proposito dubio:

< An inter *indirecte inducentes,* de quibus in canone 2367, par. 2, Codicis iuris canonici, adnumerandic etiam sit confessarius qui sive intra sive extra confessionem sacramentalem, alicui persuaserit ln turpibui inter se patrandis aut nullum aut certe non grave inesse peccatum eumque consequenter, de aliis tantum sibi postea confitcntem sacramentaliter absolvit vel fingit absolvere ».

Emi ac Revrni Dni Cardinales fidei morumque integritati tutandae praepositi, omnibus mature perpensu, respondendum decreverunt:

« *Affirmative,* facto verbo cum Ssmo ».

Hanc vero Emorum Patrum resolutionem, in audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii die 10 eiusdem mensis et anni impertita, Ssffius D. N. D. Pius div. Prov. Pp. XI adprobare et suprema Sua auctoritate confirmare dignatus est ac publici iuris faciendam iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 16 Novembris 1934.—I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. A. BENTLEY In CR 9 (1935) 248; J. CREUSEN in NrT 62 (1935) 184-187; REGATILLO n. 879; S. ROMANI In Apoil S (1935) 72-85 et in ME 47 (1935) 78-82; A. VERMEERSCH in PrM 23 (1934) 165-166; IP 14 (1934) 297.

1245

1934 NOV 26.-S. PAEN., RESP. AAS 26 (1934) G43

Dubium super can. **934 § 2** de cessatione indulgentlksuj **OB ADDITIONEM, INTERPOLATIONEM ETC.**

Pluries a Sacra Paenitentiaria quaesitum est; Utrum verba can. 934 § 2 C. I. C. *indulgentiae* (orationibus adnexae) *penitus cessant ob quamlibet additionem,* detractionem vel *interpolationem* rigorose intelligi debeant de quibusvis additionibus, detractionibus vel interpolationibus an potius de iis tantum quae earumdem substantiam alterent.

Et Sacra Paenitentiaria, re mature perpensa, respondendum censuit: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam,* facto verbo cum Ssmo.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina Providentia Pp. XI in audientia habita ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 24 vertentis mensis. Sanctitas Sua hanc Sacrae Paenitentiariae resolutionem approbare et confirmare dignata est eamque. ad fidelium tranquillitatem, publici iuris faciendam mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolicae, die 26 Novembris 1934.—L. Card. Lauri, Paenitestiarius *Maior.* I. Teodori, *Secr.*

Adn. P. BATTISTINI in EL 49 (1935) 189-190; A. BENTLET in CR 9 (1935) 65-66; J. CREUSEN in NrT 62 (1935) 188-1S9; REGATILLO n. 453: A. VERMEER5CH in PrM 23 (1934) 166-167; IP 14 (1934) 303.

1246

1934 DEC 12.-SC CONCILII, INDULT. PART.

Facultas recipiendi stipendium in missis binationis

Indultum sic reducit in sunimarium AKKR:

Kraft Apostolischer Ermachtigung durch die S. C Concilii vom 12. Dezember 1934. Nr. 10.413/34, gestattet der Hochwürdigste Herr Ordinarius auf weitere funf Jahre, das ist bis 31. Jànner 1940. dafl für die Bιπα-tionsmessen ein Stipendium genommen werden kann; dabei besteht aber die Verpflichtung. den auf den Priester entfallenden Betrag des Stipendiums (S. 1,50 wie oben) favore Seminarii aut alterius pii operis nn das Bischôfliche Ordinariat abzufuhren.

• Ordinario Linciensi, Prot. N. 10.413 34; AKKR 115 (1935) 489.

0 n t0 'L1NV
AHVMQII AHSU'MNtt VtQW tt UVW

1247

1934 DEC 15.-SC CONCILII, INDULT. PART.·

Facultas celebrandi missam pro populo cum stipendio in festis suppressis

InduUi *summarium ita refert AKKR:*

Kraft Apostolischer Vollmacht der S. C. Concilii vom 15 Dczember 1934, Nr. 10.444/34, gestattet der Hochwürdigstc Herr Ordinarius den Pfarrvorstànden hiemit für weitere fünf Jahre das ist bis 31. Jânner 1940, an *den abgeschafften Feiertagen* anstatt pro populo au/ ein *Stipendium* zu applizieren. jedoch *mit der Verpflichtur.g,* den auf den Priester entfallenden Teii des Stipendiums (gegenwârtig S. 1,50. gleichgiltig ob einestille heilige Messe, eine Segenmesse oder ein Amt gehalten wurde) favore Seminarii an das Bischôfliche Ordinariat abzufùhren. Die diesbezüglichen Listen gehen den hochwürdigen Pfarramtern regelmaflig im Jânner zu.

Im Reskript ist die Auflage angefügt: ... iîa tamen ut singulis diebus /estis suppressis una saltem *Missa applicetur pro cuncto dioecesis populo. Diese* eine heilige Messe für die ganze Diôzese an abgeschafften Feiertagen liest der Hochwürdigste Herr Ordinarius.

• Ordinario Linciensi, Prot. N. 10 444/34; AKKR 115 (1935)

1248

1934 DEC 15.-SC CONCILII, INDULT. PART.·

Facultas datur parochis celebrandi missam pro POPULO PER ALIOS SACERDOTES

Indulti summarium iuxta AKKR: Mit Reskrip vom 15. Dezember 1934. Nr. 10.443 34, hat die S. C. Concilii in terminis et forma praecedentis rescripti auf weitere fünf Jahre (das ist bis 15. April 1940) gestattet, dafl in den Pfarrkirchen der Diôzese Linz nach altem Brauch an Sonn und Feiertagen stets der *Hauptgottctdienst* als Missa pro populo applizierl werde, auch wenn ihn nicht der sonst persônlich verpflichtete Pfarrvorstand. sondern der Kooperator oder Hilfsprlester zelebriert (L. D. 1893. S. 138).

♦ Ordinario Lincîcnsî. Prot. N. 10.443/34: AKKR 115 (1935) 48)

1249

1934 DEC 17.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

Circa stylum hinduisticum in ecclesiis Christianis

17 dlccnibrc *1931*

E' stato attentamente esaminato il rapporto 4150-34 dei 6 settembre corr. anno, nel quale l'Eccellenza Vostra domanda il parere di questa S. C. nella questione delTuso dello stile indu nella costruzione di chiese.

Questa S. C. non puo essere che favorevole, in linea di principio, ad ogni serio tentativo di adattare Tarte dei singoli popoli a scopi sacri. E' questa la tradizione coûtante del Cattolicismo, che. essendo la vera religione. è perciô religione universale, non è legata ad alcana forma particolare di cultura e apprezza, rispetta e cerca di santificare tutto ciô che di buono ogni civiltâ sa produire. E la S. C. di Propaganda fin dai suoi primi tempi dava istruzioni precise in questo senso (cf. Collect. 300); e sulla specifica questione dell'arte nazionale si pronunciava recentemente in modo deciso nella lettera ricordata anche daITE. V.. dei 15 luglio 1932. al Delegato Apostolico di Cina (LE 1108J.

Certo, quando dai principii generali si scende ai casi concreti, possono nascere perplessité e dissensi: in quanto, pur rimanendosi pienamente d'accordo sui principii, si puô non convenire sulTopportunité e sul modo di applicarli in date circostanze. E cosi *ben si* comprende come nella questione delTadattamento dello jtile indu alia costruzione delle chiese. non esista tra i missionari e tra i cattolici indiani unanimité di pareri e sian nate discussioni vivaci.

Questa S. C. è di opinione che un giudizio sicu.· e direttive prudenti in proposito possano dand solo dalle persone che conoscono perfettamente 11 modo di pensare e sentire delle popolazionl, e sappiano perciô prevedere quali ripercussioni psicologiche certe innovazioni porterebbero. Crede perciô che la questione debba essere discussa e risolta dalle autorité ecclesiastiche dellTndia d'accordo con Vostra Ecc.

In ogni modo, trattandosi di questioni che hanno un lato religioso e un lato artistico. sembra opportuno insistere presso gli Ordinari perché domandino sempre il parere anche di persone coite m arte.

Questa S. C. si augura che in tal modo si potrà, con prudente audacia, trovar la via a far sorgere uno stile indiano cristiano. Sarebbe. e TE. V. lo fa giustamente rilevare, una sensibile e perc ô assai efficace dimostrazione della universalité deiia Chiesa.—Pietro Card. Fumasoni Biondi, *Prefetto.* Carlo Salotti. Arciv. tit. di Filippopoli, *Segretario.*

* Ad Delegatum Ap. Indiarum Orientaliun:.· Syllo^e n. 138.

1250

1934 DEC 21.-PIUS XI, MP. AAS 27 (1935) 65-67

De commissione pro Russia deque lituroicis RITUS SLAVICI LIBRIS EDENDIS

PIUS PP. XI

Quam sollicita animi benevolentia in Russiarum populos feramur, ea non modo declarant, quae vel loquendo, vel scribendo protulimus, sed ea potissimum etiam quae in afflictae illius gentis bonum, occasione data, gessimus. Quodsi illae tantopere terrenarum rerum angustiae Nos habuere anxios, at tristi, qua eadem premitur, in genere morum calamitate multo quidem acrius affecti sumus; atque adeo eiusmodi detrimentis vel impensiore usque studio — pro facultate Nostra — solacium ac remedium afferre contendimus. Quam ad rem Nobiscum peculiari modo allaboravil Nostra, quam abhinc decem fere annos constituimus < *Commissio pro Russia* >; cui quidem per Litteras motu proprio datas negotia et causas demandavimus « quae ad Russos pertinent, sive ad cos qui ln patrio solo degunt, sive ad eos qui extorres procul domo versantur ·.' Uberes sane fructus ex actuosa istiusmodi apostolatus opera, opitulante Deo, colligi potuisse, per hoc haud mediocre temporis intervallum experti sumus, quandoquidem c Russis non pauci esuriunt et sitiunt iustitiam. Ad quod sanctissimum inceptum provehendum non parum contulit docilis ea magnaeque utilitatis alacritas venerabilis fratris Michaelis d'Herbigny, Episcopi titulo Iliensis. cuius hac in re singularis peritia, pastoralis industria. gencrosumque enituere studium. Attamen, cum adiutrix huius Praesulis desierit tamque' utilis opera, 66 itemque aliorum, quorum navitate iure meritoque nitebamur, cumque in dies augescat labor, novaque poscat proposita atque incepta, opportunum duximus ita huius operis ordinationem aptare, ut satius succrescentibus usque necessitatibus respondeat, utque omnia providentia sua ne careant.

Itaque, re mature perpensa, motu proprio ac certa scientia deque Apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus ea tantummodo negotia et causas, quae ad Russos pertinent, qui in patrio solo degunt, f Commissioni pro Russia > reservare ac concredere, incolumi tamen Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali auctoritate ac iure ad normam canonis 257. Ut vero hoc tanti ponderis tantaeque gravitatis opus invigilantibus ac moderantibus immediate Nobis, prouti fieri potest, peragatur, statuimus ut « Commissio » eadem Sacrae Congregationi a negotiis ecclesiasticis extraordinariis adhaereat; cuius proinde qui a secretis est. < Commissionis » huius una simul praeses esto

Decernimus itidem ut apud Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali peculiaris constituatur « Sectio », iis quidem omnibus addicta, qui. ubicumque terrarum degentes, ritum slavicum (quem slavicumbyzantinum vocant» profiteantur, atque ideo iis quoque

1 Cfr *Acta Ap. Sed . 1900.* p. 153 [LE 9WJ

e Russiarum gente, qui extorres procul domo versentur, quique adhuc usque ‹ Commissioni pro Russia » sublidebantur. In hanc porro Sectionem adlegi poterunt, si res ferat. Consultorum munus obituri, nonnulli ex earum dioecesium Episcopi, in quorum dicione memoratus ritus usurpatur. Quae profecto omnia idcirco efficienda iubemus, quod sollicite vigilantcrque servatam volumus gloriosam Catholicae Ecclesiae *traditionem,* cuius in veritatis luce miro quodam modo rituum varietas renidet, quasi modulatae unius concentus voces, quae ad caelum ex terris efferuntur. Ii igitur filii Nostri, qui longe adhuc, proh dolor, e paterna domo aberrant, animadvertant iterum atque perpendant integram iisdem, si ad Nos redeant, facultatem fore sui cuiusque ritus splendorem incolumem prorsus asservandi. qui profecto ob aviti sermonis caeremoniarumque vetustatem felicissima ea tempora in mentem redigit, cum una fide, uno ovili unoque Pastore universus laetabatur Christianus orbis. Ac tantopere Nobis cordi est ut ritus slavicus-byzantinus servetur sospes, ut etiam — cum in comperto habeamus eos e filiis Nostris, qui hoc ritu utuntur, liturgicis indigere libris— Nobis decretum sit hoc genus libros, nulla interposita mora, esse in lucem edendos. Id igitur efficiendum concredimus Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali, quae in rei huiusmodi praeparatione curationeque illos accipiat consilii laborisque socios, qui praecipua, ln re tanti momenti, doctrina polleant, studiosaque
67 praestent voluntate./

Quae porro decernentibus Nobis in animo est, ut iterum indidem non modo filiis Nostris, qui ad ovilis unitatem rediere, sed iis etiam qui seiuncti a Nobis sunt, actuosa eniteat Catholicae Ecclesiae benevolentia, paternaque pateat sollicitudo Nostra.

Quaecumque vero a Nobis, hisce Litteris motu proprio datis, statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus. contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxi mensis Decembris, anno mdccccxxxiv. Pontificatus Nostri tertio decimo.—Pius Pp. xi

Ada. J. CREUSEM In HrT 62 (1935) 509-510; ME 47 (1935) 99-100.

1251

193-1 DEC 22.-PIUS XI, MP. AAS 27 (1935) 8-9

Instituitur coetus super consultationibus
TECHNICIS CIVITATIS VATICANAE

PIUS PP. XI

Avendo la Commissione per i Pubblici Lavori. da Noi istituita nell'anno 1929, esaurito, con pari sollecitudine che compctenza e merito, i compiti affidati alia medesima. Ia dichiariamo cessata.

Istituiamo una Consulta Tecnica. attribuendo alia medesima funzioni consultive e di sorveglianza in materia edilizia. Essa si compone di un Présidente e di quattro membri, da nominarsi da Noi. Il Segretario sarà eletto dalla Consulta fuori del suo seno.

Deve essere sentito il parere della Consulta Tecnica su tutti i lavori, sia di costruzione. sia dl straordinaria manutenzione. relativi agli immobili dl propriété della Santa Sede, situati nella Città del Vaticano o fuori dello Stato, ed in particolare agli immobili indicati negli articoli 13. 14, 15 e 16 del Trattato dei Latennw.

La Consulta Tecnica è tenuta, inoltre. a dare il suo parere su tutte le questioni che possono essere sottoposte alia medesima da Noi o dal Governatore dells Stato della Città del Vaticano.

L'assetto e la manutenzione degli immobili di propriété della Santa Sede, situati nella Città del Vatican o fuori dello Stato, sono affidati alla Direzlone Generale dei Servizi Tecnici dei Governatorato délia Città del Vaticano.

La Consulta Tecnica preparerà un Regolamento pe: l'esecuzione del presente Motu Proprio, da sottoporre alia Nostra approvazionc./ ›

Per la sistemazione, restauro e manutenzione delle opere d'arte. di propriété della Santa Sede. situate nella Città del Vaticano o fuori dello Stato, in particolare delle opere d'arte situate negli immobili indicati negli articoli 13, 14. 15 e 16 del Trattato del Laterano occorre il previo parere della Direzione Generale dei Monumenti. Musei e Gallerie Pontificie del Governatorato della Città del Vaticano.

I pareri della Consulta Tecnica. e quelli della Direzione Generale dei Monumenti, Musei e Gallerie Pontificie devono esserCi sottoposti.

Qualsiasi disposizione contraria al presente Nostro Motu Proprio è abrogata.

Dato dai Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, addi ventidue dei mese di dicembre. Vanno millenovecentotrentaquattro. tredicesimo dei Nostro Pontificato.—Pits Pp. xi.

1252

1934 .....-SC RELIGIOSORUM, NOTIF. PART.·

Denegatur facultas dispensandi super defectu curriculi
THEOLOGICI AD ORDINES SACROS

Notitiem denegati indulti his verbis communicabat Rrcnsj P. *Procurator Generalis O. F. M.* qui et *mentem S. C. Religiosorum in materia aperiebat:*

Procurator Generalis Ordinis, sub die 10 februarii 1934, a S. Sede benignam prorogationem imploravit Rescripti diei 7 maii 1924, quo ad decennium concedebatur ut clericis Ordinis nostri Subdiaconatus conferri posset expleto primo S. Theologiae anno, Diaconatus expleto secundo. Presbyteratus vero expleto tertio, non obstante praescripto Can. 976 C. I. C.

Sacra vero Congregatio, mature perpensis precibus eidem porrectis, respondendum censuit: ‹ Non expedire ».

Si forte igitur Provinciales Moderatores interdum praefata dispensatione pro suis clericis indigent, in singulis casibus ad S. Sedem, per Ordinis Procuram. recurrere debent, cum generalis dispensatio ne Provinciis quidem concedatur.

Advertendum tamen est. S. Congregationem non amplius gratiam indulgere pro Subdiaconatus vel Diaconatus anticipatione, separatim a Sacerdotio. Dispensatione vero obtenta pro admissione ad Presbyteratus Ordinem expleto tertio anno curriculi theologici, concessa quoque intelligitur dispensatio pro Subdiaconatu atque Diaconatu, ita ut opportuno tempore rite anticipari valeat eorumdem collatio.

* Ordini Fratrum Minorum: AOFM 53 (1934) 351.

1OV44 CàRKOU. UNIVERSITY 1.ïβKAï·H CLEVELAND. QI «O

ANNUS 1935

1253

1935 **IAN 7.-SC RELIGIOSORUM, DECR. PART.·**

Statuitur ut in posterum sorores dominicae **PRUL1ANENSES VOTA SOLEMNIA EMITTANT ET LEGES CLAUSURAE PAPALIS RITE OBSERVENT**

Quum Moniales Monasterii Beatae Mariae « de Prouillc », dioec. Carcassonen. Ord. Praedicat, ab Apostolica Sede petierint facultatem emittendi vota sollemni et observandi Clausuram Papalem, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, in Congressu diei 29 Decembris 1934, audito voto Exemi Ordinarii Carcassonen., reque mature perpensa, statuit ut in posterum in praefato Monasterio emittantur vota sollemnia et leges Clausurae Papalis rite observentur praemissis votis temporariis ad normam Can. 574 C I. C.. dummodo Moniales rite noscant obligationes votorum sollemnium et Clausuram Papalem custodiant ad tramitem Instructionis editae die 6 Februarii 1924 ILE 567], et provisum sit pro congrua Monialium sustentatione. Hisce concurrentibus adiunctis, Excmus Ordinarius per se vel per Delegatum, nomine Sanctae Sedis professionem votorum sollemnium Antistita praefati Monasterii accipiat Antistita autem professionem sollemnem aliarum Monialium quae saltem per triennium iam in votis extiterint.

Si quae ex praesentibus Monialibus sint quae nolint sese votis sollemnibus obstringere, liberum eis sit in votis simplicibus perpetuis permanere sed ipsae bene noverint se stricta obligatione teneri observandi adamussim leges Clausurae Papalis.

Committitur demum Excnio ac Rovino Ordinario ut praesens Decretum, quatenus de adimpletis conditionibus sibi constet, in praefato Monasterio publicare faciat et de peracta publicatione documentum asservetur in Archivo Monasterii, ac exemplar eiusdem Decreti ad Sacram Congregationem transmittatur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 7 Ianuarii 1935.—Fr. Al. H M. Card. Lepicier. O. S. M., *Praef.* Vine. La Puma, *Secr.*

• OrdinJ Praedicatorum, Prot. N. 8883/34: AOP 43 (1935) 6546.

1254

1935 **IAN 12.-SC CONC., DECR. AAS 27 (1935) 145-154**

Decretum: de catechetica institutione **IMPENSIUS CURANDA ET PROVEHENDA**

Provido sane consilio catholica Ecclesia, veritatis divinitus revelatae custos et magistra, officio et munere suo sanctissimo perfunctura, inde ab initio, illud, inter cetera, sibi faciendum censuit, ut initiandis Christo Domino et in eius disciplina instituendis hominibus, praesertim pueris et rudioribus, caelestis sapientia, ad salutem aeternam necessaria, doctoris legitimi opera ac ministerio, catechetice traderetur.

Et prudenter id quidem. Cum enim omnis Christiani hominis scientia comprehendatur divini Redemptoris sententia: *haec est vitae aeterna ul cognoscant te* solum *verum Deum et quem misisti lesum Christum,* ea scientia, recte et apposite, catechetica institutione conte linetur, per quam de Deo/ ipso, de lesu Christo eiusque doctrina ac disciplina, audientibus, pro sua cuiusque aetate, ingenio, conditione, proponitur et explanatur summa; qua profecto tradita atque illustrata, nihil fere fidelibus aptius ad recte credendi recteque agendi certam firmamque normam assequendam desiderari potest

Quare fit, ut catechetica institutio in catholica Ecclesia habita sit et habeatur veluti vox illa, qua divina Sapientia clamitat in plateis: si quis *est parvulus veniat ad me;* sicut lucerna illa lucens in *caliginoso loco donec lucifer oriatur;* tamquam *semen* et *fermentum* illud *euangelicum,* unde tota germinat et confovetur Christiana vita: ex ea nempe fidelis quisque, lucem divinae veritatis, normam divinae legis, subsidia divinae gratiae feliciter mutuatus, potest quae agenda sunt videre, et ad implenda quae viderit, convalescere. Quae quidem religiosa institutio, cum omnibus magnam afferat utilitatem, tum certe puerilem atque adolescentem maxime iuvat aetatem, utpote quae spem posteri aevi contineat Puerorum igitur atque adolescentium in primis curanda atque urgenda est catechetica institutio, praesertim si incidat aetas, in qua ob latius diffusum sciendi studium, ob multiplicatam discendi facultatem, ob aptiorem rerum addiscendarum rationem, puerorum atque adolescentium civilis anticipetur et provehatur educatio; absonum quippe est, in tanto apparatu doctrinarum et ardore discendi, negligere vel praetermittere scientiam Dei et maximarum rerum quae religione continentur.

Institutione vero ac doctrina puerorum atque adolescentium catholica salutem quoque contineri reipublicae, planum est Plurimum enim interest civitatis aeque ac religionis, si cives cum mere humanae doctrinae et civilis educationis praeceptis simul Christianos hauriant spiritus.

Ex quo plane intelligitur, quam amanter non minus quam sapienter, Ecclesia, catholicae veritatis et disciplinae magistra, personam Cristi suscipiens, vehementer clamet: *Sinite parvulos venire ad me el ne prohibueritis eos; talium est enim regnum Dei.*

Quae omnia cum probe animadverterent ac sentirent Romani Pontifices, catholicae fidei summi magistri ac duces, nullo tempore siverunt, ut ipsorum vigilantia et diligentia in hac parte deesset

Ut antiquiora mittamus, huius rei testimonum luculentissimum, postremis hisce temporibus, exstat in litteris encyclicis *L r.* Pii Pp. X *Acerbo nimis* diei 15 Aprilis 1905 [ASS 37 (1904-05) 613-625], in quibus Pontifex vigilantissimus, catechesis descriptis utilitatibus, ipsi plane propriis, iure colligit non alia de causa elanguescere atque esse paene intermortuam nostrae aetatis fidem, nisi quia doctrinae Christianae tradendae, vel persolvatur negligenter, vel praetermittatur officium. Quapropter leges fert, quibus doctrina ipsa cum pueris puellisque. tum adolescentibus, tum denique aetate provectis tradatur./

Quas quidem leges in canones redactas fere exhibet Codex iuris canonici, in quo (lib. HI. tit. XX, cap. I) tota de institutione catechetica, in universa Ecclesia servanda, proposita et ordinata est disciplina.

Latis vero a Codice legibus advigilandis iisderr.que pro opportunitate urgendis. Pius Pp. XI Motu proprio *Orbem catholicum* diei 29 Iunii 1923 [LE 514) *Officium catechisticum* penes hanc Sacram Congregationem Concilii instituit, cuius est universam in Ecclesia catholica actionem catechistfcam moderari et provehere.

Summorum Pontificum iussis el adhortationibus concinuerunt Episcoporum sollicitudines, qui vel in plenariis aut provincialibus Conciliis, vel in Synodis dioecesanis, vel in Congressibus catechisticls» sive dioccesanis sive nationslibus. institutionem catechisticam pressius ordinare studuerunt.

At, his non obstantibus feliciter ubique coeptis, ex eorumdem Episcoporum relatis multa adhuc superesse constat, quae doctrinae Christianae tradendae vim et effectum impediunt. Et in primis lugenda sane est parentum incuria, quorum plures, res divinas ipsi ignorantes. religiosam liberorum institutionem parvi vel nihili faciunt. Quod grave profecto est, cum, parentibus negligentibus vel adversis, nulla fere spes sit fore ut filii religiose erudiantur.

Quae quidem res gravior evadit ubi, ut in nonnullis nationibus fit, ob partium certamina ius Ecclesiae in Christianam puerorum institutionem vel in discrimen adducitur, vel denegatur. Nam parentes, ignavia detenti. vel mobilitate animi, vel rebus ipsis pressi, neque iniquis legibus obsistunt, neque filiis catechizandis ullam curam sollicitudinemque impendunt

In regionibus vero ubi catholici cum acatholicis simul vitam degunt, neque cum iis mixta inire matrimonia dubitant, ex communi coniugum consuetudine plerumque id fit ut in rerum divinarum contemptum ipsi liberique prolabantur, vel a fide recedant.

Accedit ipsa puerorum adolescentiumque desidia, qui aliis distenti curis, atque ludis et corporum exercitationibus allecti, vel ad profana spectacula, in quibus non raro mores relaxantur, diebus praesertim festis adducti, catechisticam institutionem paroecialem frequentare negligunt, adeo ut a prima iam aetate incipiat et in dies ingravescat illa, quam maxime conquerimur, rerum divinarum oblivio et neglectus.

Quae oblivio, qui neglectus, eo maius fidei detrimentum inferunt, quod exierunt in mundum lupi rapaces. non parcentes gregi, subintroierunt pseudo-doctores. qui vel atheismo vel neo-ethnicismo addicti, humanisque commentis et deliramentis indulgentes, scriptis et opera, callide catholicam fidem in Deum, in lesum Christum, in ministerium Ecclesiae evertere conantur; quibus ii omnes accedunt, qui infausti protestant.«sini propa/gandi studio incensi, doctrinae pietatisque christianae speciem praeseferentes. incredibile est quam facile catholicae doctrinae nescios et indigos, ipsosque fideles simplices et incautos decipiant. li#

Quae quidem incommoda, quamvis iis obsistant curis iam plur;mis Episcopi aliique animarum curatores, non exinde tamen et hanc Sacram Congregationem levant onere eorum diligentiam iterato excitandi, nec cos ipsos eximunt, quin semper maiores conferant sollicitudines in id unde ovium sibi commissarum sempiterna salus pendere dignoscitur.

Quam ob rem huic Sacrae Congregationi opportunum visum est omnes, ad quos spectat, novis urgere stimulis, elsdcmque quaedam praescribere, quaedam vero indigltare. quibus servatis, spes est fore ut catechetlca institutio in melius provehatur.

Primo, igitur. Episcopi, pro iure et officio gravissimo sibi commisso, ad curam et diligentiam quam antehac in rem catccheticam conferre consueverunt, maiorem, in eiusdem incrementum, addant operam industriamque suam: quare, ad normam canonis 336 $ 2, « curent... ut fidelibus, praecipue pueris ac rudibus. pabulum doctrinae Christianae praebeatur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur »; cumque ex praescripto canonis 1336» « Ordinarii loci sit omnia in sua dioecesi edicere quae ad populum in Christiana doctrina instituendum spectent ». Ordinarius qu<sque perpendat in Domino quid providendum, quid praescribendum supersit pro opere hoc sanctissimo et maxime necessario. quove pacto id quod vult facilius consequi ct efficere possit, animadversurus, si casus ferat, in négligentes vel renuentes paenis ecclesiasticis ad normam canonum 1333 5 2. 2182; delaturus vero diligentibus praemia, quatenus denunciet. in paroeciis aliisque beneficiis conferendis, plurimum apud se ponderis et momenti habiturum studium ct diligentiam in opus catrehismi tradendi collatam.

Parochi deinde ceterique curam habentes animarum meminerint semper institutionem catccheticam fundamentum esse totius vitae Christianae, ad camque rite tradendam omnia eorum consilia, studia, labores esse referenda. Integre, igitur, servent ct ad effectum deducant quae in canonibus 1330. 1331. 1332 praescripta «unt. et omnia, maxime hac in re, omnibus efficiantur, ut et omnes Christo lucrifaciant, et selpsos fideles ministros ct dispensatores mysteriorum Dei probare possint. probe considerantes quibus lacte, quibus solidiore cibo opus sit ; nc singulis ea doctrinae alimenta praebeant. quae spiritum augeant, ita ut Christianus ¦hoc ea quae ad religionem pertinent, non ignoret mod:, nec ea veluti hereditario more transmissa tantum teneat. sed ita habeat cognita atque perspecta, ut & et ceteris fructificare possint./

Quo in ministerio sanctissimo, ad normam carxca 1333 § 1, « parochi operam adhibeant clericorum, h paroeciae territorio degentium, aut etiam, si ¦iecti; sit. piorum laicorum, potissimum illorum qui In pius *sodalitium doctrinae Christianae* aliudve simile in paroecia erectum adseripti sunt ». Qui omnes, sive vocat, sive iussi. libenter, imo laetissimo animo, operam suar adiutricem in rem conferant, ut hilares datores qtw diligit Dominus.

Nec vero operi tam salutari, tam Deo grato. tia animarum bono necessario desit, ad normam canona 1334. religiosorum auxilium, si ab Ordinario loci ct illud requisitum; iidemque religiosi, vocati, laetentur, imo vocari se cupiant, ut etiam in hac parte domidd agri, ubi messis multa, operarii autem pauci, de animarum salute bene mereantur.

Postremo parentes et qui parentum loco sunt, a quibus in re de qua agitur efficax auxilium et praesidium est exspectandum et expetendum, meminerint se ex canone 1113 « gravissima obligatione teneri prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi ». cui quidem obligation ex canone 1335 satisfacere debent efficiendo ut liberi catechetica institutione erudiantur, et ex canone 1372 f 2 curando chnstianam eorumdem educationem.

Haec omnia quae summatim complexi sumus, suzt ea quidem iam nota atque perspecta, at e mente re excidat sententia: *repetita iuvant,* maxime cum de re agatur, de qua numquam satis.

Quo vero eadem ipsa facilius in toto Orbe terrarum in effectum deducantur, haec Sacra Congregatio, probante Ssmo D. N. Pio Pp. XI, in omnibus dioecesibus exsequenda mandat quae sequuntur:

I. In singulis paroeciis, praeter confratcrnitato sanctissimi Sacramenti, *sodalitium doctrinae chriifcnae,* idque ceterorum princeps, ad normam canonis 711 § 2 instituatur, omnes quot sunt idonei catechismo edocendo et fovendo complectens, ludi magistros in prmns. puerorum erudiendorum disciplinam callentes.

IL Item in singulis paroeciis, ad normam litterarum circularium huius S. Congregationis ad Ordinarios Italiae diei 23 aprilis 1924 [LE 592] *scholae catechisticat paroeciales,* si nondum exstent, constituantur, in quibus. parochis ipsis praesidibus, statuta methodo, pueh adolescentesque divinae legis ac fidei rudimenta addiscant. Qua in re. ut gravis, quantam ante memoravimus. excutiatur desidia parentum existimantium catechismo paroecia!i frequentando liberos suos non teneri eo quod domi vel in publicis scholis religiosa instituts» tradatur, haec diligenter servanda erunt:

a) ad Sacramenta paenitentiae et confirmationis rite suscipienda parochi pueros ne admittant, ad praescriptum canonis 1330, qui congruam institutionem catechisticam non sint assequuti ad nonnam decreti S. Con/gregationls de Sacramentis diei 8 Augusti 1911 £ [AAS 2 (1910) 577-5831; eosque. cum primam Communionem receperint, perfectius ac uberius catechism? excolere satagant ;

b) iidem parochi, concionatores, confessarti et ecclesiarum rectores, in hoc toti incumbant ut parentes praesertim moneant de gravi qua tenentur obligatione curandi < ut omnes sibi subiecti vel commendati catcchetica institutione erudiantur » (can. 1335). In rem Benedicius XIV in litteris encyclicis *Etsi* minime diei 7 Februarii 1742 ¦ 7: « Constat etiam ipsum Episcopum posse ac debere sacris oratoribus quam diligentissime commendare, ut pro concione in parentum aures animosque ingerant, sua intéressé mysteriis nostrae religionis susceptam prolem imbuere; et si ad id minus idonei fuerint, filios in ecclesiam adduci oportere, in qua divinae legis praecepta explicantur » [CICF n. 324):

c) item totis viribus parochi curioncsque contendant ut pueri ad catechismum paroecialem frequentandum alacri animo allidantur iis mediis quae aptiora videantur, v. g.. pro pueris Missam singulis diebus festis de praecepto celebrando, certamina catecbistca. propositis praemiis, indicendo, atque moderata honestaque oblectamenta et industrias adhibendo;

d) postremo, parochi sedulo curent ut. tempore visitationum pastoralium, pueri ad periculum subeundum

CARROLL UNIVERSITY
CLEVI-J ANE ND. 01 ‹,

scientiae suae coram Episcopo se praeparent, qui, hanc occasionem nactus, iis quae in institutione religiosa paroeciali corrigenda, vel emendanda, vel laudanda viderit, opportune consulat.

III. Ne autem institutio religiosa, pueris tradita, aetate progrediente, oblivioni detur, et c quia compertum est non solum adolescentulos. illosque qui confirmata sunt iam aetate, in divinarum rerum ignoratione versari, sed etiam viros, ipsosque senes salutaris doctrinae esse omnino expertes, vel quia nunquam illam perceperunt, vel iamdiu perceptam paulatlm delevit oblivio » (Bened. XIV, l. c., § 8.). locorum Ordinarii sedulo vigilent ut praescriptum canonis 1332 a parochis sancte servetur, quo ;..i tenentur < diebus dominicis aliisque festis de praecepto. . catechismum fidelibus adultis, sermone ad eorum captum accommodato, explicare ». — « Qua in re », ut Pius X mandavit in memoratis litteris encyclicis *Acerbo nimis,* « catechismo Tridentino utentur, eo utique ordine ut quadriennii vel quinquennii spatio totam materiam pertractent quae de symbolo est, de sacramentis, de decalogo, de oratione, et de praeceptis Ecclesiae ». itemque de consiliis euangelicis, de gratia, de virtutibus, de peccatis et de novissimis.

Praeter haec, ab omnibus servanda, eadem S. Congregatio nonnulla media locorum Ordinariis indigitare opportunum censet, quae, experientia teste, ad optatum
151 finem apta visa sunt, ut eadem vel saltem aliqua in/ sua quisque dioecesi iidem Ordinarii, pro rerum locorumque adiunctis, adhibenda curent Quapropter:

1. Quemadmodum iam in Italia provisum est per litteras huius S. Congregationis diei 12 Decembris 1929 (LE 936], *Officium catechisticum dioecesanum,* si fieri poterit, locorum Ordinarii instituant, quod, ipsis praesidibus, totam rem catechisticam in dioecesi moderetur. Huius Officii praecipua munia erunt curare:

a) ut in paroeciis, in scholis et in collegiis doctrina Christiana iuxta formam ab Ecclesia traditam, et ab iis qui sunt idonei recte doceatur;

b) ut, statis temporibus, habeantur *coetus catechistici* aliique pro scholis de religione conventus, de quibus in decreto huius S. Congregationis diei 12 Aprilis 1924 (LE 589], ad perquirenda media institutioni catechisticae provehendae aptiora;

c) ut peculiares *series lectionum de religione* quotannis indicantur ad eos plenius perfectiusque excolendos, qui doctrinam Christianam et in paroecialibus et in publicis scholis doceant

2. Idoneos quoque singulis annis *Sacerdotes visitatores* eligere Ordinarii ne omittant, omnes in dioecesi scholas de religione inspecturos, qui de religiosae institutionis in iisdem traditae exitu, incrementis vel defectibus accurate referant. Ad rem Benedictus XIV <Loc. rit., § 16.1: « Plurimum quoque ad Christiani populi institutionem conferre poterit, si Visitatores eligantur, quorum alii civitatem, alii dioecesim lustrantes. omnia sedulo inquirant, ut certior factus Episcopus, pro meritis cuiusque pastoris, aut praemia decernat, aut poenas ».

3. Ut autem in religiosam institutionem populus Christianus interdum animum praecipue convertat, dies *catechistica,* si nondum in usu sit, in singulis paroeciis instituenda curetur, in qua *festum doctrinae christianae,* maiore qua fieri potest solemnitate, celebretur. Hac occasione:

a) fideles in ecclesiam paroecialem convocentur, ut S. Eucharistia refecti, preces effundant ad uberiores Impetrandos divinae doctrinae fructus;

b) peculiaris sermo populo habeatur de catechet.'cae institutionis necessitate, quo parentes praesertim moneantur ut filios eandem edoceant» atque ad catechismum paroecialem mittant, divinum praeceptum memorantes: *erunique verba haec quae ego praecipio tibi hodie in corde tuo, et narrabis ca filiis tuis (Deut.*. VI, 6);

c) in vulgus distribuantur libri, libelli, folia, aliaque id genus, ad rem apta ;

152 d) collecta fiat ad opera catechistica provehenda.'

4 In locis praesertim ubi ob penuriam cleri, muneri doctrinam Christianam docendi clerus ipse facere satis non possit, *idoneis catechistis* utriusque sexus in parochorum auxilium providere Ordinarii satagant, in paroecialibus vel in publicis scholis ipsisque in dissitis paroeciae locis religiosam institutionem tradituris. In his principem locum teneant quotquot consociationibus Actionis *catholicae* sunt inscripti, quae multa iam hac in re et laude digna perfecerunt, et quarum nonnullae, optimo quidem consilio, in suis statutis lectiones de religione quotannis habendas lusserunt, quibus intéressé omnes socii teneantur.

Item huic muneri ne desint quotquot sunt socii aliarum consociationum et sodalitatum catholicarum, et potissimam sodalitates religiosae utriusque sexus quae iuventuti instituendae sunt deditae, quas ita alloquitur Ssmus D. N. Pius Pp. XI in memorato Motu proprio *Orbem catholicum:* « Illud etiam magnopere cupimus in praecipuis quibusque sedibus religiosarum sodalitatum quae iuventuti instituendae sunt deditae ibi. praesidibus ducibusque Episcopis, scholas aperiri, delectis ex utroque sexu adolescentibus, qui accommodato studiorum curriculo formentur, iidemque, facto periculo scientiae suae, rite renuntientur habiles ad magisterium doctrinae christianac historiaeque sacrae et ecclesiasticae obtinendum ». Quod profecto fiet, sl in scholis et collegiis catholicis, inter res pueris adolcscentibusque addiscendas, principem locum habeat, ut ratio ipsa suadet et postulat, institutio religiosa, quae et a sacerdotibus docendo peritis, et apta instituendi ratione tradatur.

Si haec media et industriae adhibeantur, si huic muneri quo nihil est sanctius, nihil magis necessarium, omnes quibus onus est strenuo constantique animo incumbant, sperandum iure est populum Christianum, ab errorum insectationibus sancta et incorrupta doctrina continenter munitum, populum acceptabilem sectatorem bonorum operum exstiturum esse, atque salutares effectus percepturum, quos Romani Pontifices in salutem animarum non semel auspicati sunt Postremo, probante Ssmo D. N. Pio Pp. XI. haec S. Congregatio Episcopis universis mandat ut singulis quinquenniis, hac in re derogando memorato Motu proprio *Orbem catholicum,* de catechctica in eorum dioecesibus institutione ad eandem S. Congregationem accurate referant, iuxta quaesita quae sequuntur, et eodem servato ordine qui est in canone 340 § 2 Codicis I. C. quoad relationem ab Episcopis faciendam super statu dioecesis sibi commissae.

Datum Romae, in festo Sacrae Nazarethanae Familiae, die 12 Ianuarii anno 1935.—L Card. Serafini. *Praef.* I. Bruno, Secr./ 153

QUAESITA DE DOCTRINA CHRISTIANA TRADENDA

T. - Pho pueri»

a) *In paroeciis:*

Q. 1. Quinam sit in singulis paroeciis numerux puerorum, ct quinam cx his catecaistiCam institutionem frequentent

Q. 2. quanam diligentia parochi munus pueros religiose erudiendi adimpleant, et quinam hoc munus negligent.

Q. 3. an in nsdem paroeciis institutae sint *scholar paro·-ciateJ,* quonam exitu, el quanam methodo doctrina Christiana in his edoceatur;

Q. 4. an et quomodo presbyteri alitquc clerici. in territorio paroeciae degentes. par<chum in doctrina Christiana tradenda adiuvent; quinam sint forte recusantes ve! négligentes :

Q. 5. an religiosi ct religiosae parochum in pueris catechismo excolendis adiuvent: quinam sint forte négligente·· vel recusantes.

Q. 6. nn sodalitium *doctrinae chrUtiGr.cs* xinculU (n paroeciis constitutum sit, ct quanam ratione parochum eoad;Iivet in doctrina Christiana pueris trudenda;

Q. 7. an aliae sodalitates Laicorum ct praesertim Actionis Catholicae, in eodem munere parochum adiuvent.

Q. 6. an *Officium* cafechUticum in dioeces. vel aliud simile institutum slL vel institui possit ;

Q. 9. an ct quomodo dic» *catcch*Utica celebretur

Q. 10. an et quonam fructu coetu» cctcchwtici, altjvi pro scholis de religione conventus habeantur;

Q. 11. an el quaenam media adhibeantur ad svIrrtijjn tum parentum tum filiorum excitandam ut mtechiAmum paroecialem hi frequentent;

Q. 12. an et quacnam impediant uterlores devtrina chrtstianac tradendae fructus; quinam In hac rv abusus irrepserint, r! quaenam ad ros amovendo media adhibeantur. vel adhiberi possinL

b) *In* scholia et colicçiU ccthotiru

Q. IX Quotnam sint «cholae ct collecta c.v.holies uuius que sexus. praesertim noviter instituta, sub moderatione cleri saeculari» ve! religiosi aut sororum religiosarum ;

Q 14. quot sint tn singulis scholis vel collegit catholicis alumni interni vel externi;/ !M

Q. 15. quzties in hebdnmadi. quanam methodo ct profectu. religiosa instituti j Lt his edoceatur;

Q. 16. ḋu^nr conrulendum sit cidem institutioni efficacius utiliusque p.-cveher.die.

c) In scholis *publicis.*

Q. IT. An. in cuibusnam publicis scholis, ct quonam fructu doctrina Christiana tradatur;

Q. 18. an. qua ratione, et in quibusnam scholis publicis institutio religiosa auctoritati ct inspectioni Ecclesiae sublidatur;

Q. 19. quibusnam in publicis scholis, et quanam de causa. doctrina Christiana non tradatur; atque quomodo horum alumnorum religiosae institutioni consulatur;

Q. 20. an ct quaedam media adhibeantur, vel adhiberi possint ut In publicis scholis doctrina Christiana tradatur.

U - Pro adultis

Q. 21. An. ct quando, praeter consuetam homiliam. catechetica institutio adultis a parschis impertiatur;

Q. 22. qua diligentia, quanam methodo et quo tempore parochi hoc munus adimpleant:

Q. 23. an fideles in singulis paroeciis institutionem religiosam frequentent, ct quonam exitu;

Q. 24. quaenam media, pro locorum temporumque adiunctis. magis idonea existimentur ad uberiorem adultorum religiosam institutionem obtinendam.

Adn. J. CREUSEN h NrT 62 (1935) 1084-1037; E. FRANCIA In Apoll. 8 (1935) 350-351; PrM 24 (1935) 137-139.

ïU vft CftRVttiLV UNIVLRSHY LWRZutt CLEVELAND. OHIO

1255

1935 IAN 15.-SC RITUUM, NORMAE. AAS 27(1935)58-59

De Postulatorrs Litteris conficiendis

Quum non unus Sacrorum Antistes apud hanc Sacram Congregationem dubia aut etiam querimonias recenter moverit circa postulatorias litteras quas Causarum actores pro Servis Dei Beatificandis, passim ad Ordinarios locorum signandas mittunt iam ex integro confectas, et saepe etiam typis impressas, ne quis irrepat abusus atque ut omnis amoveatur anxietatis causa, opportunum visum est Sacrae huic Congregationi in mentem eorum omnium, quorum interest, canonica hac super re praescripta revocare, quemadmodum et de postulatoriis litteris circa Missarum et Officiorum extensionem sive ad universam Ecclesiam sive ad particularia loca.

5 1 - De *postulatoriis litteris pro Servorum Dei Causis introducendis.*

Canon 2077 Codicis iuris canonici statuit: c Litterae Postulatoriae, quibus personae insigniores in dignitate sive ecclesiastica sive civili constitutae, vel personae morales expostulant a Summo Pontifice ut Causae Beatificationis alicuius Servi Dei manus apponatur, utiliter exhibentur, dummodo sponte et ex propria scientia datae sint ›.

Porro insigniores personae habendae sunt Emi ac RevAi DD. Cardinales, Exmi ac RR. Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates nullius dioecesis, Ordinum seu Congregationum Supremi Moderatores, ceterique Praelaii seu e saeculari clero seu regulari: Supremi nationum Moderatores aut Administri, civitatibus aut Provinciis Praepositi, similique auctoritate praediti. Personae autem morales praecipue sunt: Episcoporum Concilia. Capitula seu Clericorum Collegia. Ordines seu Religiosae Congregationes utriusque sexus, Confraternitates. pia Sodalitia, et cetera huiusmodi: item Nationum legiferi coetus. Provinciarum aut Civitatum administrativa consilia. Studiorum Universitates, Advocatorum, Medicorum, etc. Associationes similesque spectabilis coetus.

Horum postulationes ‹ utiliter exhibentur, dummodo, ait Codex, sponte et ex propria scientia datae
59 iint »./

His autem praescriptis ut minus consentaneus declaratur invalescens usus ut postulatoriae litterae ab ipsis actoribus ex integro exaratae ac saepe typis impressae large diribeantur ad subsignationes colligendas, nulla aodita solida rei informatione. Actores Itaque, si tales postulatorias litteras obtinere velint, opportune Servi Dei vitam a probato auctore conscriptam, aut alia apta documenta exhibeant, modeste rogantes Episcopos aliasque idoneas personas, ut, certa sibi rei notitia comparata, si id sibi visum fuerit, postulatorias litteraj Summo Pontifici aut Sacrae Rituum Congregationi transmittant propriis quantum fieri potest verbis sententiisque concinnatas.

§ 2 - De *postulatoriis litteris pro obtinendo Ojficio cum Missa alicuius Sancti vel Beati* pro particulari *dioecesi vel ecclesiastica provincia.*

In his litteris Sanctae Sedi exhibendis prae oculis est habendum Sacrae Rituum Congregationis decretum. Leone XIII probante, die 13 Iulii anno 1896 latum [ASS 29 (1896-97) 41-44], quo sancitur:

1. Exhibitae nobis positiones Sanctos Beatosve tantummodo spectare debent in Romano Martyrologlo conscriptos, aut publico cultu a Sancta Sede decreto vel confirmato iam diu fruentes. At vero semper speciali proprii Episcopi commendatione opus est; qui etiam, si exquiratur, sui Capituli Cathedralis consensum alligabit

2. Ad ceteros Sanctos Beatosve quod attinet, etsi longo iam tempore publico fuerint cultu honorati, cum Officio et Missa propria, necesse est ut iuxta communes regulas eorum cultus ab Ecclesia comprobatus et confirmatus sit. antequam Officium ipsum ac Missa permittatur.

5 3 - De postulatoriis litteris pro *obtinenda alicuius festi ad universam Ecclesiam extensione.*

Normae eaedem, quae in prima et secunda paragrapho descriptae sunt, pro postulatoriis litteris quibus Romanus Pontifex ut aliquod festum ad universam Ecclesiam extendat rogatur, sunt quoque servandae.

Quapropter, descriptis casibus occurrentibus, Revmi Ordinarii, sponte et ex propria scientia postulatorias litteras, si sibi visum fuerit exarent, habitôque sui Capituli consensu, si de Officio et Missa obtinendis agatur. ad Sacram Rituum Congregationem has mittant

Romae, ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 15 Ianuarii 1935.—C. Card- Laurenti, *Praef.* A. Cannei, *Secr.*

Adn. F. RO3ERTI in Apoll. 8 (1935) 355-357.

1256

1935 IAN 19.-S. PAEN. DECR-, /VAS 27 (1935) W-62

De visitatione vulgo dicta c septem ecclesiarum ›
PECULIARIBUS INDULGENTIIS DITATA

Inter pietatis exercitia, quae praeteritis praesertim temporibus peragebantur, unum e vetustioribus atque peculiaris notae ac propriae Almae Urbis est visitatio vulgo dicta « septem ecclesiarum », videlicet quatuor Maiorum Basilicarum S. Petri in Templo Vaticano. S. Pauli extra moenia, S. loannis in Laterano. S. Mariae Maioris ac trium Basilicarum Minorum, nempe S. Sebastiani, S. Laurentii in agro Verano et S. Crucis in Hierusalem. Haec pia peregrinatio, quam haud raro fideles singulatim quoque peragere soliti fuerant, saepe saepius, sacra ducta pompa, ac precibus etiam alta voce fusis canticisque spiritualibus comitata, explebatur.

S. losephus Calasanctius, uti narratur, pium istud exercitium quotidie, S. vero Philippus Nerius frequentissime peragebant; qui immo huiusmodi spiritualium atque tam simplicium canticorum, quae etiam hodie, quum p:ae peregrinationis pompa agitur, decantantur, idem Philippus Nerius auctor fuisse traditur.

Praestantissimum hoc exercitium summopere aptum ad fidelium pietatem fovendam, atque in ipsorum memoriam tot insignia facta revocans in iis Basilicis peracta, iure meritoque magnam Romanorum Pontificum benevolentiam excitare ac impellere debuit ut, in ipsorum favorem thesaurum Ecclesiae aperiendo, variis indulgentiis illud, locupletarent, quemadmodum in mone semper fuit Apostolicae Sedis talibus beneficiis spiritualibus alia quoque eiusdem generis pia opera fovere atque augere.

Verum ob temporum praesertim iniuriam atque varias vicissitudines, obvenientes post diuturnum tempus.

ex quo talc exercitium frequentari coepit, plura authen-
Cl tica documenta, in quibus pontificiae elargitiones/ absque dubio designabantur, misere perierunt; et pauca ea, quae de tanta Summorum Pontificum liberalitate supersunt, parum vel re certa nihil de eadem tradunt.

Quae omnia mature pro Sua apostolica sollicitudine Ssiiius D. N. Pius div. Prov. Pp. XI perpendens, ac consilium Suum ad indulgentias quod attinet persequens, de ipsis scilicet semper fidelibus proponendis modo claro et indubio, quo iidem scientes quaenam spiritualia beneficia huic vel illi pietatis operi sint adnexa, efficacius allidantur ad ea non modo exercenda sed et maiore etiam caritatis fervore persolvenda, statuit praesenti hoc decreto id ipsum faciendum esse et quoad visitationem Septem Besilicarum Urbis, ut fideles ad amussim agnoscentes spiritualia beneficia illis obventura. qui eam ut par est peregerint, stimulentur vel ad illam resumendam, si aut dereliquerant aut neglexerant, vel ad eam maiore cum pietate ac religione explendam, quamvis ob mutatas praesertim topographicas Urbis conditiones haud semper facile sit atque expeditum piam hanc peregrinationem ea forma exteriore ac singulari nota peragere, qua prius sollemne erat.

Itaque in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori sub die 12 vertentis mensis concessa, Sanctitas Sua haec decrevit: christifideles, qui rite confessi ac sacra Synaxi refecti, unica die ad normam can. 923 C. I. C. pie peregerint visitationem septem Urbis Basilicarum, recitantes in qualibet Basilica coram altari Ssmi Sacramenti quinque *Pater, Ave* et *Gloria* et unum *Pater,* Aue et Gloria iuxta mentem Summi Pontificis, addita aliqua prece ad libitum ad beatissimam Virginem Mariam atque ad Titularem ecclesiae visitatae, ac substituendo in memoriam Passionis D. N. I. C. in Basilica S. Crucis in Hierusalem orationem ad Titularem cum ‹ Credo » et versiculo « Adoramus Te, Christe... », indulgentiam *plenariam* acquirere posse pro visitatione singularum Basilicarum, ita tamen ut si propter aliquod impedimentum, durante pia peregrinatione superveniens a propria voluntate independenter et prohibens quominus tota et integra peregrinatio, ut in proposito erat, compleri possit, haec interruptio nequaquam privet fidelem iis indulgentiis, quas ratione visitationum absolutarum lucratus iam fuerit.

Animum vero ad illos quoque benigne convertens idem Beatissimus Pater, qui lucrari exoptant in locis ubi commorantur nonnullas indulgentias ad instar illarum, quae Romae acquiri possunt visitando septem supra memoratas Basilicas, decrevit ut hi consequi valeant *decem annorum partialem indulgentiam,* si eadem ratione qua visitationes Romanarum Basilicarum explentur, pia mente ac saltem corde contrito visitaverint septem ecclesias vel publica oratoria, quae in supra-
£2 dictis locis reperiantur ct in/ relativo Apostolico Induito designata fuerint; *indulgentiam* vero *plenariam,* si, rite confessi ac sacra Synaxi refecti, totam piam peregrinationem ex integro absolverint

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 15 Ianuarii 1935.—L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.* I. Teodori, *Secr.*

Adn. E. BERGH In NrT 62 (1935) 410-411; PrM 24 (1935) 71.

1257

1935 IAN 19.-SC RITUUM, DECR. AAS 27 (1935) 81-82

VARIATIONES FACIENDAE IN RUBRICIS BREVIARII AC MISSALIS ROMANI

L - IN BREVIARIO ROMANO

1. Post Duplicia I classis primaria ponatur:

" *Duplex I classis secundarium.*

Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. L C.

2. Inter Duplicia II classis secundaria expungatur idem Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. L C., et tn fine addatur M Festum Matemitatis B. Mariae Virg.

1 Die 30 Iunii. post Nonam Commemorationis S. Pauli Ap. ponatur: " Vesperae de sequenti, sine ulla Commemoratione

4. Die 1 Iulii, post Orationem de I Vesperis Pretiosissimi Sanguinis D. N. L C., expungantur omnes Commemorationes.

Eadem die. post Orationem de Laudibus, dicatur: ** Ad Laudes tantum fit Commemoratio diei Octavae S. Ioannis.. ".

Eadem die. post Nonam, ponatur:

M In II Vesperis.

Omnia ut in I Vesperis, sed loca ulUmi Psalmi, dicitur Psalmus 147 Lauda, *lerusalcm, Dominum.*

V. Te *ergo quaesumus,* tub *famulis* subvenL

R Quos pretioso Sanguine redemisti.

Ad Magnlf. Ant Habebitis autem... *sempiterno.*

Et fit Commemoratio tantum sequentis, ut infra.

Completorium de Dominica, et conclusio Hymni ut in Communi Festorum B. Mariae Vlrg. M.

5. Die 2 Iulii. in festo Visitationis B. Mariae Vlrg., post verba: * In I Vesperis " ponatur:

.. Quando dicendae sint integrae, Antiphonae de Laudibus. Versus ct reliqua ut infra.

Ant. Beata *es... alleluia./*

V. Benedicta tu in mulieribus.

R Et *benedictus fructus ventris* tui.

Oratio *Famulis tuis Per Dominum*

Et post hanc Orationem expungantur omnes Commemorationes.

II. - In missau rom.vno

Die 1 Iulii, in Oratione Pretiosissimi Sanguinis D. N. I C. expungantur signa parenthesis quoad verba * solemni cultu ". Post rubricam - In Missis votivis... " ponatur: " Et in Missis privatis tantum, fit Commemoratio diei Octavae S. Ioannis ".

URBIS et ORBIS

Aucto ritu festi Pretiosissimi Sanguinis D. N. lesu Christi, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, suprascriptas variationes approbavit, illasque in futuris editionibus Breviarii et Missalis Romani inserendas mandavit Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 19 Ianuarii 1935.—C. Card. Laurenti, *Praef.* A. Carinci, *Secr.*

Adn. E. B. in NrT 62 (1935) 510-511.

1258

1935 IAN 30.-SC ORIENT., DECR. AAS 27 (1935) 144

Decretum erectionis collegii missionarii S. BASILII MAGNI PRO ORIENTE

Cum. Deo auxiliante. inclitum Cryptoferratensc Sanctae Mariae Coenobium, quod Romani Pontifices tamquam pulcherrimam sui diadematis margaritam semper habuerunt, hodie antiquam aemuletur laudem, ibique vocationes floreant ad Ordinem Sancti Basilii Magni, cuius monachi, auctore iam et duce beato Nilo Abbate, ritum byzantinum semper sequuti nunc etiam religiose servant ac fovent, opportunum visum est domum. quam Basiliani Romae tenuerunt ab initio saeculi xvn usque ad a. 1870, denuo, ad instar Conlegii Missionarii, restituere. Basiliani. enim, e Coenobio Cryptoferratensi, exemplorum quae sibi maiores indesinenter tradidere haud immemores. Orientem aspiciunt quasi electam dominicae vineae portionem, ubi fructus uberrimos. Virgine « Theotoko » protegente, pro reditu fratrum dissidentium in sinum Ecclesiae habituros confidunt.

Itaque, Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Pp. XI, benigne annuens precibus Revnli Superioris Coenobii Cryptoferratensis. in Audientia Emo D. Cardinali a secretis S. *C. pro* Ecclesia Orientali die 5 Ianuarii anno 1935 concessa, dignatus est adprobare erectionem. Romae ad Sancti Basilii, novi Instituti, cui sit nomen « Conlegium Missionarium Sancti Basils! Magni pro Oriente »; simulquc mandavit ut hac de re decretum per S. C pro Ecclesia Orientali conficeretur.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C- pro Ecclesia Orientali, die 30 Ianuarii anno 1935, in festo trium Ss. Oecumenicorum Doctorum Basilii Magni. Gregorii Theologi et loannis Chrysostomi. iuxta Kalendarium ritus by-

zantinl—A. Card. *SntczRO, Episcopus* Praenestinus, *a Secretis.* I. Cesarini, *Adsessor.*

1259

1934 FEB 1.-SC RITUUM, RESP. PART.·

BRUNEN.

Dubia circa: occurrentia*; missam rogationum; dominicas **TRANSLATAS VEL** itas; **FESTUS! OMNIUM SS SUMMORUM PONTIFICUM ET FESTUM TITULARIS ECCLESIAE**

Excellentissimus et Reverendissimus Episcopus Brunen*sis* Sacrae Rituum Congregationi sequentia exposui; dubia a Kalendarii dioecesani curatore proposita pro eorumdrm solutione, nimirum:

L Dominica infra Octavam Nativitatis impedita propter occurrentiam festi Nativitatis Domini, vel S. Stephanl. vel S. Ioannis vel Ss. Innocentium Martyrum, reponitur cum suo officio in diem 30 decembris. Omituturne in Missa de hac Dominica reposita tertia oratio de tempore: Deus, qui *salutis?*

П. Missa Dominicae infra Octavam Epiphaniae Domini impedita propter occurrens festum S. Familiae reponitur in feriam secundam infra Octavam Epiphaniae Domini Omittiturne In hac Missa reposita tertia oratio dc Tempore: Deus, qui salutis?

IП. Iuxta Additiones et Variationes in rubricis generalibus Missalls Romani **tit** I. ad 6. Missa Dominicae П Adventus propter occurrens festum Conceptionis Immaculatae B. Mariae V. impedita reponenda est. Ita etiam aliquando Missa Dominicae Septuagesimae vel Sexagesimae vel Quinquagesimae propter occurrens festum duplex primae classis reponitur. Quaeritur: 1' In Missa Dominicae **II** Adventus reposita diclturne Graduate sine *Alleluia* et versu sequenti? 2· Dicftume in Missa reposita de Dominica Septuagesimae vel Quinquagesimae Graduate sine Tractu?

IV. In Litaniis maioribus vel minoribus In ecclesiis parochialibus ruralibus, ubi est tantum unus sacerdos, dicendane est etiam Missa Rogationum de praecepto si Litaniae ob defectum et cleri et cantorum In processione cum repetitione cani nequeunt et tantum respondente populo recitantur, an dicenda est Missa de die cum commemoratione Rogationum? Et, si processio ob temporis inclementiam peragi nequeat et ecclesia non sit capax ut in ea processio peragatur, dicenda ne est hoc in casu Missa de die cum commemoratione Rogationum?

V. Missa Dominicae infra Octavam Sacratissimi Cordis Iesu ct TП post Pentecosten impedita dicitur Sabbato post Octavam Sacratissimi Cordis Iesu. Dicitur ne in hac Missa reposita Gloria, *Praefatio de Ss. Corde Iesu* et sunt ne adhibenda paramenta albi coloris?

VI. Iuxta rubricam in Breviario Romano ante Dominicam infra Octavam Nativitatis D. N. I. C. et ante Sibbatum post Dominicam I post Epiphaniam " cum omnibus privilegiis Dominicae propriis: cum officio et Missa anticipatur Dominica post Epiphaniam vel post Pentecosten et Dominica Infra Octavum Nativitatis Domini in die 30 decembris reponitur. Quaeritur:

1) Prohibetur ne illo die. quo dicitur officium Dominicae anticipatae vel repositae, etiam Missa votiva pro sponsi»? 2i Prohibetur ne in dicta Dominica anticipata vel reposita etiam Missa de Requie in die IП. VIL XXX ct anniversario ab obitu vel depositione et opportuniori die post acceptum mortis nuntium?

VII Festum Omnium Ss. Summorum Pontificum Sanctae Romanae Ecclesiae, quod per indultum in dioecesi Brunens! celebratur ritu duplici maiori, uccidentaliter recolendum est per modum simplicis. Dicitur ne extra Dominicam de hoc festo lectio nona? Et. si dicenda sit lectio nona, sufficit dicere tantum lectionem quartam?

VIII. In dioecesi Brunensi est consuetudo invocandi quatuordecim Sanctos quibus populus in sua devotione apud Deum speciate patrocinium uoscribit In angustiis ct diversis vitae necessitatibus ac morbis et quidem unicuique ex illis speciale patrocinium in singulari necessitate. S. Blasius Ep. M . Georgius M.. Erasmus E. M.. Vitus M.. Christophorus Pontateon M.. Cynacus M.. Eustachius M., Dionjsius Ep. M.. Acatius M.. Aegidius Abbas. Margarita V. M.. Catharina V. M.« Barbara V. M.. qui sancti vocantur Quatuordecim Auxiliatores et quibusdam ex cis dedicatae sunt Ecclesiae Festum vero tituli Ecclesiae Ss. XIV Auxiliatorum celebratur a populo cvntunctim uno dic m die festo unius e Ss XIV Auxiliatoribus, et diversis locis diebus diversis est antiqua consuetudo celebrandi hoc festum titulare. Ecclesia parochialis dedicata est hisce Sanctis benedicta est initio saeculi decimi octavi tn honorem Ss. XIV Auxiliatorum, quorum imago exstat in tabula picta altaris maioris Festum titularp Sanctorum XIV Auxiliatorum celebratur dte 8 Augusti in festo S». Cyrtaei. Largi ct Smaragdi Martyrum <quia S. Cyriacus existimatur In numero S< XIV Auxiliatorum) cum Mima de Commun plurimarum Martyrum Salui autem 3 loco Hinc quaeritur:

1) Potest ne dici pro festo Titulari Ss. XIV AuxiliaUna officium de Communi Plurimorum Martyrum cum tectionibus II Nocturni e festo Ss. Cyriaci, Largi ct Smaragdi et oratione de eodem Communi 3. loco, in qua ad N. N. addatur " Cyrtaei et Sociorum cius an dicendae sunt etua lectiones II Nocturni de Communi 2. loco et ut oratione ad N. N. nihil addendum? 2) Dicenda ne sunt in II Nocturoo lectiones de Communi 3. loco, an de festo Ss. Cyrucx Largi et Smaragdi? 3) An Missa dicenda est de Ccmmusi plurimorum Martyrum *Salus autem?* 4j Et, si negative ad omnia, dicendum est Officium et Missa tantum ac S. Cjriaco Martyre? 5) Et, si dicendum sit Officium et Missa tantum de S. Cyriaco Martyre, nempe de Communi ur„u Martyris, possunt ne dici a) lectio IV el Lectiones III Nocturni cum oratione in singulari numero, omissis verbis ~ Largi et Smaragdi - c festo Ss. Cyrtaei. Largi et SfiMragdi? b) Missa *Lactabitur* cum orationibus m singulari numero et evangelio e festo Ss. Cyrtaei. Largi ct Smaragdi?

Et Sacra Rituum Congregatio ad proposita dubia, audii» quoque Commissionis specialis suffragio, omnibus nutu.'r perpensis respondendum censuit:

Ad I et II. *Affirmative* iuxta Rubricas.

Ad ПI. *Affirmative in omnibus* iuxta Rubricas specutei Missalls Romani.

Ad IV. Si fiat processio, legendam esse Missam Rogationum. quamvis Litaniae recitentur sine cantu, populo respondente " ora (orate) pro nobis " etc. Si vero process» ex iusta causa omittatur, legendam esse Missam de Offxio diei cum commemoratione Rogationum.

Ad V. *Negative in omnibus.*

Ad VT. *Negative in omnibus.*

Ad Vil. *Negative* quoad primam partem: quoad secundam partem *provisum* in responsione ad primam portera.

Ad VIII. Conceditur, ut in ecclesia parochial!, de qua agitur, die 8 Augusti celebretur, sub ritu duplici pnnue classis cum Octava communi, festum Ss. Cyriaci et abonna tredecim Auxiliatorum. Titularium illius ecclesiae, cum Officio et Missa de Communi plurimorum Martyrum tertio loco, prout exstant in eodem Communi Breviarii et Missalls Romani et additis verbis " Cyriaci aliorumque Auxiliatorum " in Oratione ad litteras N. N.

Atque ita rescripsit atque declaravit. Contrariis noo obstantibus quibuscumque. Die 1 Februarii 1935.—C, Card Lacrenti. S. R. C. *Praef.* A. Carinci, S. *R. C. Secr.*

• **Ordinario Bruoeml: ELIP 53 (1939) 136-133.**

1260

1935 FEB 4.-SC SACR., INDULTUM- PART.·

Facultas binandi prima feria vi cuiusvis mensis

Au Rme Mgr. l'archevêque de Cambrai sollicitant te pouvoir de permettre aux curés de son diocèse, privés de vicaire, de dire une seconde messe le premier vendredi de chaque mois, si ce jour-là ils doivent célébrer une messe d'enterrement. Notre Très Saint Père le Pape Pie XI. eu égard à la grande dévotion envers le Sacré Cœur de Jésus et à la pénurie de prêtres, en l'audience du 4 février 1935. a daigné accorder la permission conformément à sa supplique; permission dont on pourra faire usage chaque fois que. malgré la diligence requise, on n'aura pu trouver un prêtre libre et que les funérailles ne pourront être différées, à la condition que ledit vendredi soit vraiment célébré au milieu du concours et de la dévotion des fidèles en prière, tout danger de scandale ou d'étonnement étant écarté, avec interdiction au célébrant de percevoir des honoraires pour la seconde messe, et enfin en laissant écouler un certain espace de temps entre l'une et l'autre messe.

• **Ordinario Carrusracemi iuxta texlum Doc. Cath. 33 (1935) 943.**

1261

1935 FEB 12.-C0M. INTP. RESP. AAS 27 (1935) 92-93

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

I - Dr COLLATIONIBUS MORAUDUS. 2 - DI rOXFESSIO.XT RTUGIOSARUM. 3 - Dt ViXO NOVITIATUS

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I - De collationibus moralibus

D. An inter *curam animarum habentes,* de quibus in canone 131, § 3. recensendi sint religiosi sacerdotes, qui munere funguntur catechistae, vel vicarii cooperatoris» vel cappellani a parocho dependentis in nosocomiis aliisque piis domibus.

R. Negative quoad religiosos catechistas; affirmative quoad religiosos vicarios cooperatores vel cappellanos, si. ad normam canonis 476 § 6 Codicis L C.. vicem parochi suppleant cumque adiuvent in universo paroeciali ministerio.

II - De confessione religiosarum

D. Utrum verba: loco legitime *destinato,* de quibus in interpretatione diei 24 novembris 1920 [LE 3081 ad canonem 522, intelligenda sint tantum de loco habitualiter designato, an etiam de loco per modum actus deugnato vel ad normam canonis 910 5 1 electo.

R. Negative ad primam partem, affirmative ad setundam.

Ill - De anno novitiatus

D. I. An indultum apostolicum requiratur ut annus anomeus novitiatus, de quo in canone 555 § 1 n. 2, transferri possit in secundum novitiatus annum iuxta
53 1 2 eiusdem canonis./

II. An loci Ordinarius dispensare possit super secundo novitiatus anno, si hic in constitutionibus ad professionis validitatem non requiratur ad normam canonis 555 5 2.

R. Ad I. Affirmative.

Ad. II. Affirmative, dummodo agatur de Religionibus iuris dioecesani.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 12 mensis Februarii anno 1935.—A. Card. Sincero, Episcopus Praenestinus. *Praeses.* I. Bruno, *Secr.*

Adn. A. BENTLEY in CR 9 (1935) 528-529; J. CREUSEN in KrT 62 (1935) 511-515; S. GOYENECHE in Apoll. 8 (1935) 555-558; Fh. MAROTO in CpR 16 (1935) 215-222, 301-306. 371·376: REGATILLO n. 45. 275; IP 15 (1935) 62-84; PrM 24 (1935) 5559.

1262

1935 FEB 16. SC S. OFFICII, RESP. PART.·

Matrimonium viri qui subiit vasectomiam bilateralem
NON EST IMPEDIENDUM

Dubium. An vir qui subiit vasectomiam bilateralem, totalem et irreparabilem vel aliam operationem chirurgicam eiusdem effectus, qua scilicet omnis communicatio cum testiculis irreparabiliter ita intercluditur ut rulla sperma ex iis traduci et transferri naturali via possint, nihilominus ad matrimonium ineundum admitti tuto possit iuxta normam in § 2 can. 1068 statutam.

Resp. S. Officii d. 16 febr. 1935: In casu sic dictae rterilizationis iniqua lege impositae, matrimonium ad mentem p. 2 can. 1068 non esse impediendum >.

• Ordinario Aquisgrancnsi P, M 36 (1947) 14. Adn. Ph. AGUIRRE Id PrM 36 (1947) 5-23.

1263

1935 FEB 21.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

Facultas tribuitur congregationi sine votis dandi
LITTERAS DIMISSORIALES ET ORDINANDI PROPRIOS ALUMNOS TITULO MENSAE COMMUNIS

Preces - *Beatissime Pater. Ad pedes* Sanctitatis Vertrae provolutus. Superior Generalis Congregationis Jesu ct Mariae (Eudistarum) humillime implorat prorogationem rescripti diei 15 Martii 1932 N. 2514'29. quo sibf facultas facta est ad triennium relaxandi litteras dimissoriales Alumnis sui Instituti ad effectum recipiendi primam Tonsuram, Ordines minores et maiores etiam extra tempora et non servatis interstitiis simulquc admittendi, dummodo sint in Instituto a quattuor annis, ad Sacros Ordines titulo mensae communis. Quod si praefati Alumni ad Sacros Ord:nes promoti a pia Congregatione quacumque ex causa discedant suspensi maneant ab Ordinum exercitio, nec ad superiores Ordines, si nondum Presbyteratum assecuti fuerint, promoveri possint, donec Canonico Titulo sacrae Ordinationis provideantur - Et Deus...

Rescr. - Vigore facultatum a Ssmo Dno Nostro concessarum. S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne annuit pro gratia prorogationis enunciati indulti ad quinquennium, servata in reliquis illius forma et tenore. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 21 Februarii 1935.—Vine. La Puma, *Secr.* Henricus Agostini, adiufor *a Studiis.*

*** Superiori Generali Conçrrgaîion^ er Mariae (E-udixiarum). Prof. M. 1305/35: Ex Archivio Geoorali Conyegitionis Eud.stanarn.**

1264

1935 MAR 25.-PIUS XI, CONST. AAS 27 (1935) 97-113

DE PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Pius Episcopus

Servus servorum Dei - Ad *perpetuam rei memoriam*

Quae divinitus Nobis in Beato Petro Apostolorum Principe delata est summa ligandi solvendique potestas non potuit animum Nostrum, ex quo ad Summi Pontificatus fastigium provecti fuimus, ad Sacrum illud Tribunal non convertere per quod Romanus Pontifex hanc eamdem potestatem, quam in Ecclesia obtinet, penitiore quadam ratione eaque ad salutem animarum uberrima, exercet: Sacram Paenitentiariam Apostolicam dicimus, cui commissae sunt hinc, tamquam Paenitentiae Sacramenti consectariae, intimae res et difficillimae quam quae maxime, in conscientiae penetralibus absconditae solique Deo cognitae; illinc indulgentiarum largitiones, quibus fidelibus facultas tribuitur recipiendi a Divina Misericordia paenarum remissionem. quae ob peccata commissa, eaque in confessione sacramentel! iam quoad culpam deleta, solvendae remanent 98

Neque immerito. Nam Decessor Noster s. m. Benedictus XIV. cum de dignitate Sacrae Paenitentiariae ageret, haec nobis scripta reliquit: « Ideo praeter alia plura pro variis causarum generibus constituta Romanae Curiae tribunalia, voluerunt (Pontifices) Imprimis iam inde a vetustissimis usque temporibus exstare in ea et numquam defecturum perpetuo conservari, instar fontis patentis domui David in ablutionem peccatoris, Apostolicae Paenitentiariae Officium, ad quod universi fideles ex omni Christiani orbis regione pro suis quisque spiritualibus morbis quamlibet occultis, sive per se sive per arcanas litteras, propriis etiam suppressis nominibus, tuto confugere possent et convenientem vulneribus meuicinam secreta et gratuita curatione (qualis ab omnibus optanda foret) protinus consequerentur a.l

Quapropter, cum Nos Ipsi, una cum dilecto filio Nostro Laurentio, tit S. Pancratii. S. R. E. Presbytero Cardinali Lauri Paenitentiario Maiore, experiendo perspectum habuerimus, quali reverentia ct quam exquisita cura hoc Nostrum Tribunal prosequendum sit, quasi ad denuo significandum quanta cum gravitate, prudentia mentisque acumine spiritualia fidelium negotia peragenda sint, quos Ecclesia Deo adducere enititur, modum et rationem definire et constituere decrevimus, quibus amplissimae et sanctissimae facultates. Sacrae Pacnitentiariae can. 258 Cod. Iuris Canonici catae, sint adhibendae.

Ad quod consilium ineundum eo magis compulsi sumus, quod necessarium id factu iudicavimus ob negotiorum agendorum multitudinem, ortam eam quidem cum e frequenti hominum inter se commercio, quod antiqua temporibus ne suspicari quidem quis potuerit, tum ex eo quod Indulgentiarum Officium a proximo Decessore Nostro s. r. Benedicto XV per Apostolicas Litteras Motu Proprio datas.l Codice Iuris Canonici dein idem confirmante, perpetuo Sacrae Paenitentiariae adiunctum

Const. Pexior 13 April 17U {BENEDICT! XIV BULLARIUM t. 1 p. 384]
l proxime, 25 Man 1917. (LE 71]

est; qua quidem adiunctione huius potestas ampliata atque etiam ad causas ad forum externum pertinentes W producta est/

Cum autem Decessori Nostro, sanctae item mem. Pio X. in Const. Sapienti *Consilio* [AAS 1 (1909) 7-19] ad reformandam Curiam Romanam d. 28 iunii a. 1908 data, expedire visum sit ad regimen Sacrae Paenitentianae quod attineret in memoriam revocare imprimis Constitutionem *In Apostolicae,* diei 13 aprilis ann. 1744 a praeclaro fllo Pontifice eodemque Magistro Benedicto XIV editam, qua proprià sua atque singulari peritid, quam sibi usu comparaverat quo tempore Canonistae Sacri huius Tribunalis munere fungebatur, ipse in animo habuit « In Apostolicae Paenitentiariae Officio... rectissimam undequaque agendi rationem constabilire », ‘ Nos quoque ad hoc sollemne documentum mentem convertimus; ab eoque solo principes harum litterarum lineas mutuamur, tam in notis propriis obligationibusque designandis Officialium, quibus Sacrae Paenitentiaria constat, quam in negotiorum tractatione definienda; in id unum, ob causas ante allatas atque ob alias quas exponere non vacat, intendentes, ut Constitutio *In Apostolicae,* quae iam a duobus fere saeculis exsistit, ad ea quae rerum usus et temporum rationes Nos docuerint magis accommodetur, quemadmodum idem f. r. Pius X animadverterat, attentis praesertim consuetudinibus, sensim sine sensu in hoc Sacrum Officium inductis, quae quidem eamdem Constitutionem Benedicti XIV aliquantum immutarunt.

Et re quidem vera, hoc Officium, quod propriam semper formam prae se tulit, cuique peculiare munus est demandatum, conscientias nempe in foro interno moderandi, id quod nulli alii Apostolicae Sedis Officio datum est, decet profecto etiam instituta et leges omnino propria habere, quamquam quod ad suam Officialiumque disciplinam attinet, et ad eam quidem solam. Sacra Paenitentiaria ordinationibus generalibus, quae pro Curia Romana vigent, obnoxia sit oportet

Itaque, sententia eiusdem dilecti Filii Nostri Cardinalis Laurentii Lauri. Paenitentiani Maioris, praehabita. ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, ac de Apostolicae Auctori/tatis Nostrae plenitudine, abrogantes ad normam can. 22 ordinationes omnes, quae his Litteris Apostolicis neque explicite neque implicite contineantur, statuimus et decernimus quae sequuntur:

1. - Sacrae Paenitentiariae. quae ad normam can. 258 Codicis Iuris Canonici duas sectiones habet, ‹ Tribunal scilicet proprie dictum et Officium Indulgentiarum ». praesidet eamque regit Cardinalis Paenitentianus Maior.

Non est hic cur de altissima dignitate Cardinalis Paenitcntiarii Maioris agamus, qui ne defuncto quidem Summo Pontifice officio decedit et cuius praesentia in Apostolicis Constitutionibus[4] adeo necessaria habetur, ut. sl Sede Vacante ipse moriatur. Sacrum Collegium de alio eligendo Cardinali providere debeat, qui Paenitentiarii Maioris potestatem habeat; quas ordinationes his Litteris Nostris plene confirmatas volumus: quemadmodum officia etiam confirmamus, quae ad Fumdctn pertinent, sive in delegandis Paenitentiariis Minoribus tam Romae pro Basilicis Patriarchalibus quam pro aliis Italiae Basilicis Nostrae iurisdictioni immediate *ublectis. sive in concedendis Indulgentiis 300 dierum contactu virgae paenitentialis.[6] sive m celebrandis sacris sollemnibus in quibusdam Cappellis Papalibus. sive denique in spirituali ope Summo Pontifici morlenti pie ferenda: [7] sed illud praesertim in praesenti Constitutione animo proponimus, ut quem locum m Nostro Sacrae Paenitentiariae Apostolicae Tribunali regendo ipse obtineat, statuatur.

Electus a Pontifice c Cardinalibus S. R. E. et per Apostollcas Litteras in forma brevi renuntiatus. Paenitentiarius Maior, postquam in Basilica Vaticana peculiaribus peractis caerimoniis summum munus susce-
101 pit, amplissimarum facultatum Sacri/ huius Officii supremus moderator constituitur, ct hoc nomine omnes et singulas facultates Sacro huic Tribunali datas i^e in se complectitur. Cardinalis Paenitentiarius Ma^r, quod quidem Benedictus XIV iam statuerat, c suuz munus per seipsum exercere debebit »; l quare si quo impedimento ipse detineatur vel per aliquod tempora spatium Roma afuerit nec commode ipse adtri ροαιζ eius erit, de consensu Summi Pontificis, alium Cardinalem deputare, qui. tamquam Pro-Paenitentiarius, ipsius vices gerat. Pro-Paenitentiarius vero iisdem facultatibus. quibus Paenitentiarius. erit instructus, easque ‹ proprio nomine » exercebit Ob rerum autem affin:-tatem curandum erit, ut ad hoc munus implendum aliquis eligatur, qui inter Eminentissimos Patret in Supremam Sacram Congregationem Sancti Offici cooptatos recenseatur.

2- - Cardinalis Paenitentiarius Maior, in Sacrae Poenitentiariae regimine et in tractandis negotiis, open definiti numeri Officialium Maiorum et Officialua Minorum utitur. Ad utramque vero eorum seriem determinandam. Decessoris Nostri Benedicti XIV Constitutionem *In Apostolicae* omnino redintegramus. Volumus igitur ut Officiales Maiores sint et maneant sei numero, vetusta sua quisque appellatione designati, quam ob historicam rationem retinemus, etsi eorum officia, pro nonnullis praesertim, titulo iam non apprime respondent; eosque omnes, uno excepto Regente, ad iura obligationesque quod attinet, hisce litteris *à* aequo inter sc ponimus. Sunt autem: Regens. Theologus (quod quidem Officium ex privilegio reservatur Societati lesu 9, Datarius, Corrector. Sigillator. Canonists ; qui omnes sunt vere Sacrae Paenitentiariae Apostolicae Praelati. Officiales porro Minores sunt Secretarius. duo Substituti (alter pro Sectione Tribunate pro Indulgentiarum Sectione alter), ceteri denique ornes. quibus Protocolli (quod vulgo vocant), Rescriptorum conficiendorum ac Tabularii in alterutra Sector cura/ commissa est. Sive ii qui Tabulariis praesunt, Ifi sive ii, qui Rescriptis conficiendis destinantur, pari habeantur dignitatis gradu. Atque ille prior, seu «nier inter eos habeatur, ad omnes effectus quod attinet, qui antea fuerit Officialis Sacrae Paenitentiariae nominatus, nullo habito discrimine inter unam alteramve Sectionem. Qui quidem ordo ne immutetur, etiamsi aliquis ad aliud officium transierit, cum suae, tum alterius Sectionis. Quodsi nominationis scidulae eodem tempore exaratae fuerint, ille inter eos priorem locum obtineat, qui maior natu fuerit Officiales quidem Ma>> res a Summo Pontifice per schedulam Secretariae Status nominantur, ad normam in memorata Constitutione Sapienti Consilio definitam; Officiales vero Minores per scidulam Cardinalis Paenitcntiarii Maioris.

Nominationis scheda accepta. Officiales Maiores, dum suum quisque munus suscipiunt, praeter fidei professionem. secundum formam a Pio IV et a Pio IX praescriptam, et iuramentum. de quo in Apostolicis Litteris Motu Proprio a Decessore Nostro f. r. Pio X datis,[13] - ad normam Decreti S. Officii ‹L 22 martii 1918[11] - coram Cardinali Paenitentiarlo Maiore, ad’ stantibus aliis Officialibus Maioribus omnibusque Officialibus utriusque Sectionis, lusiurandum quoque i Benedicto XIV in Constitutione In Apostolicae statutum emittent. Officiales vero Minores Tribunalis to fidei professionem quam iuramentum in Signatura dabunt Impositum autem praeceptum iuramenti Sacrae Paenitentiariae proprii in prima cuiusque anni Signatura renovandi tam Maioribus quam Minoribus Officialibus ratum firmumque maneat.

3. - Sex Officiales Maiores consessum seu consilium Cardinalis Paenitcntiarii Maiores efficiunt: ideoque. non solum Regens, sed etiam alii quinque Praelati semper ad nutum Paenitcntiarii Maioris praesto «se debent. Verum, praeter hoc consiliariorum Paenitentiarii Maioris munus, omnes et singuli, neque solus KO Regens, vere Officiales Maiores Sacrae Paenitentiariae habeantur, sicuti revera sunt, qui ipsum Regentem adiuvent, quoties ab illo, dc consensu Cardinalis Pie· nitentiarii Maioris, vocati fuerint Immo, congruentem ordinationem Benedicti XIV “ ab aliquo tempore aliquantulum obsoletam prae oculis habentes, statuimus ad quinque Praelatos supradictos pertinere, ut per vices in Regentis Officium sufficiantur, quando hic absit vel legitime impediatur, cum summi sane momenti n»

» Const *In* ApoHoHcae [BENEDICTI XIV BULLARIUM t. 1 p. << JTJl
• Cfr Const /n AfiOttoUcoe Benedicti XIV ct *Vacante Setlc ÆptuMte* Ht X, d 25 Dee. a. 1904, n. 12. [ACTA PII X ▾. 3 p. 239-2M].
' Cfr. Cons·. H *ApoHolïrae* et Const. Quod dirira. *d. 3* Mail lîiXt [LE 1164) et *Iam Annui,* d 13 Iunii 1933. [ASS 25 (1933) «5 12
• Cfr Drrr S. Pirnlt 4 Martii 1917. (AAS 9 (1917) 191).
’ Cfr Const *In* Apoafofccot.
• Cfr. Const, dt.
• C<»nst cit.
** *Sacrorum Antistitum,* d. 1 Sept. 1910. [AAS 2(191O)4SM®1
ll Cfr. Arfa *Ap Sed.,* vol. X. pag. 13«. [LE 80].
i: Const, cit.

sit. eiusmodi Tribunal semper, idcoque etiam feriarum tempore, gubernari a Praelatis, Officialibus Maioribus, quos olim Benedictus XIV ü non solum tamquam ‹ vita moribusque integris ornatos », sicut de Officialibus Minoribus agens dicebat, seu praeterea ut ‹ eximia doc-VJia praestantes, casuumque conscientiae peritos » designabat, quosque Nos etiam virtute et doctrina omni exceptione maiores esse volumus. Officialis Maior, quamdiu Regentis vicem gerat, omnibus eiusdem facultatibus utatur.

Oportet itaque Regentem cum aliis quinque Officialibus Maioribus conveniens commercium habere, praesertim cum illis ea omnia communicando, quorum notitia necessaria illis sit. sive ad Officii regimen sive etiam ad expedienda negotia, quando in Regentis munus substituendi sint.

4. - Officiales vero Minores, id est Secretarius, Substituti, aliique omnes — quorum nullus ad hoc Officium regendum et ad causas decernendas potestatem habet - secundum sua cuiusque munera, hac Nostra Constitutore definita et in Litteris nominationis designata, prudens et efficax ad negotia expedienda auxilium ferent; qua in re a suo cuiusque moderatore pendeant

5. - Regens primo loco inter sex Officiales Maiores, ut Ipse eius titulus significat, sub immediato Cardinalis Paenitcntiarii Maioris ductu. Sacrum Officium moderatur, disciplinam Officia/lium bonamque Officii administrationem tuendo, sicut omnibus Romanae Curiae Officiorum Praesidibus constitutum est.

Is omnes facultates obtinet, quae ad fines assequendos, propter quos Sacra Paenitentiaria instituta est, requiruntur, secundum can. 258 Codicis Iuris Canonici. Excipimus autem ex Regentis potestate, praeter facultates, quas in utraque sectione Cardinalis Paenitenvarius Mafor sibi reservare duxerit, nominatim: in rateria *Indulgentiarum* eas. quae iam in elencho facultatum Cardinali Paenitentiario Maiori concessarum indicavimus, quem elenchum religiose et inviolabilitéservari volumus; in *materia fori interni,* recursus qui pertinent ad can. 132, iuncL can. 214; 827; 828 i. c. 1527; 840; 985. 4‹·; 1060 ss.; 1070; 1075, 2% 3«; 1138 ss^ etiam pro foro tantum interno; 2314; 2320; 2342; 23€0; 2363; 2367; 2369; 2371; 2338; 2392. In his recursibus Regens providere poterit, si et quantum opus fuerit, ut confessario potestas fiat absolvendi a censuris et, si res ferat, dispensandi quoque ab irregularitate: attamen, in illis solis casibus, in quibus ipse confessarius providere potuisset per can. 2254 et 990 S 2. siquidem urgeat ut animae in statum gratiae et amicitiae divinae reducantur: ast illico rem totam ad Cardinalem Paenilentiarium Maiorem deferat ut mandata convenientia ab eodem accipiat, quippe quae ei specalitcr reservata sint, ut iudicet secundum normas et ordinationes, quas Nosmet Ipsi saepius ei impertivimus. quaeque una cum aliis - quae forte in posterum sive a Nobis Ipsis sive a Successoribus Nostris dabuntur - inviolabiliter et accurate omnibus Officialibus observandae erunt. Postremo Regentis erit in omnibus «upradictis recursibus, qui eius potestatem excedunt, pro officio singulas causas ita accurate exponere, ut a Cardinali Paenitentiario Maiore vel ab ipso Summo Pontifice cum plena rei cognitione definitivum iudicium proferri possit.

Quod si negotia peragenda, tam in hac quam ln illa sectione, ea etiam quae ad ordinariam Regentis potestatem pertinent, obscura vel aliqua difficultate implicita offerantur. Regens ad Paenitentiarium Maiorem ea referet, ut ad Praelatos inquirendi/ gratia mittantur. facta inter eosdem aequa laboris distributione et ratione habita peculiaris singulorum peritiae, quo sohrtio magis perfecta et absoluta sit; deinde vero in Signatura de iis causis disputabitur. Propterea. postquam statutum erit rem quandam Praelatorum inquiCtioni subiciendam esse, ea Tabulariorum praefectis tracatnr. qui documenta cuique Praelato ad certiorem solutionem necessaria ex iisdem Tabulariis promant eusdemque rei exemplaria pro aliis Praelatis describenda curent. Duplex autem huiusmodi opus, qui Tribunalis Tabulario praeest, Regente duce ac moderatore. perficiat; qui vero Indulgentiarum Tabularium custodit, duce ac moderatore huius Sectionis Substituto. exsequatur.

Vacante munere Paenitentiarii Maioris non ideo ccsrant facultates ordinar.ae Regentis.

6. - Causae tractantur aliae in Congressu cotidiano. aliae in Signatura Praelatorum seu Officialium Maiorum, aliae denique ad summum Pontificem alferuntur.

Res secretae et urgentes, quae ad Paenllentiariam perveniunt pro foro conscientiae, postulant ut singulis diebus considerentur, examinentur, et si fieri potest perficiantur; quam quidem maxima laude dignam consuetudinem S. Tribunalis semper fuisse novimus. Ex quo necessitas cotidiani Congressus orta est

Iamvero, cum Secretario et Substitutis, secundum ea quae olim Decessor Noster Benedictus XIV, de ipsis Secretariis agens, statuerat « nullius omnino negotii quantumvis ordinarii vel clari expeditionem, sine praevia ipsius Regentis recognitione et approbatione liceat incipere ».M Regens singulis diebus duplicem Congressum habebit: alterum pro rebus fori interni, alterum pro Indulgentiarum petitionibus. Ipse Regens Congressibus huiusmodi praeerit, unaque semper intererit Secretarius. Congressum vero pro foro interno Substitutus huius Sectionis participet; Congressum autem pro materia Indulgentiarum/ Substitutus, qui ad hanc rem pertinet Secretarius et Substituti, ope Officialis cuius-2ue proprii curabunt imprimis ut causae m regestis delitor inscribantur atque earum resumptiones, ubi factae fuerint, adnotentur; dein eas inter se aeque distribuant, legant, diligenter cognoscere studeant; atque carum etiam summarium faciant: mox eas ultro citroque secum communicent ut et singuli relatores eas omnes exploratas habeant, ct mutua consilia in rem conferre possint; postremo de iisdem accurate in Congressu coram Regente referant Qui quidem, antequam rem plane decernat, quae ad normas redigenda erit, quas pro singulis Sectionibus tradidimus, vel a Nobis et Successoribus Nostris etiam tradentur, ipse per se singulas causas examinare debet ut dc plena veritate relationum sibi factarum certior fiat Etenim ut Officiales relatores ita Officii Praeses in solidum de consiliis captis respondere debent

Nihil igitur, in materia fori interni, ab Officii Praeside decerni potest nisi intersint Secretarius et illius Sectionis Substitutus. Quamobrem si vel Secretarius. vel Substitutus desit, in eius locum senior ex Officialibus Minoribus illius Sectionis sufficiatur, in Officio praesens; seniorem dicimus ad normas, quas supra statuimus. Eadem quoque agendi ratio pro Indulgentiarum Sectione decernatur; quapropter si Substitutus in Congressu desit, is a seniore Officialium Minorum illius Sectionis substituatur. Oportet enim Congressus, quoad fieri possit, ex tribus Officialibus constet.

Feriarum aestivarum tempore ita res ordinabuntur ut e Tribunali Secretarius et Substitutus Sectionis una simul ne absint; qui idcirco se invicem ita excipient ut alter eorum in Officio dc more maneat; pro Indulgentiis Substitutus absens sufficiatur ab Officiali seniore. qui adest

Nihilominus per ferias aestivas, tam in hac quam in illa Sectione nonnisi ea negotia expediantur quae moram non admittunt quaeque administrationem ordinariam respiciunt

Quoniam vero Cardinalis Paenitentiarius Maior, ut mos est duplici illi Congressui cotidiano non interest, integrum ei erit/ postulare ut consilia de negotiis, sive fori interni sive indulgentiarum, ex Regentis auctoritate in Congressu capta, sibi afferantur suacquc approbationi subilciantur. antequam hac dc re Rescripta dimittantur.

b) Coetus Officialium Maiorum, cui praeest Cardinalis Paenitentiarius Maior, nomen Signaturae Sacrae Paenitentiariae Apostolicae retineat Cardinalis Paenitentiarius Maior coetum scu conventum convocat quoties id opportunum ducit ad tractanda negotia graviora vel negotia, ad alterutram Sectionem pertinentia, quae quomodocumque ulteriore studio indigeant, itemque ad examinandos sive competitores muneris Officialium Minorum, quando ad id assequendum concursus fiat, sive candidatos officii Paenitcntiarii Minoris in Basilicis.

Quando a Cardinali Paenitentiario Maiore dies Signaturae constitutus est. Regens ei iussa transmittat qui Tabulario Tribunalis praeest. quique dum ad Praelatos vana rerum, sive fori interni sive Indulgent arum. dc quibus agendum est. exemplaria mittit, e mandato Eminentissimi Signaturam Sacrae Paenitentiariae Apostolicae Indicet. Atque praeterea, quandoquidem ad

eumdem Tabularii praefectum ea pertinent, quae Paenitentiarios Minores spectant, idem, ut sibi iussum fuerit, huius muneris candidatos opportuno tempore convocet, hac in re periculum facturos.

In Signatura, Officiales Maiores, una cum Regente, ad negotia ex officio tractanda. Consiliariorum munere funguntur, cum ad unum Cardinalem Paenitentiarium Maiorem deliberativam ac decretoriam sententiam ferre pertineat; in examinibus vero ius habent ut secreto suffragium ferant, secundum nonnas ad id datas. Ipse Paenitentiarius Maior Signaturae praeerit; Secretarii munere fungentur, pro negotiis fori interni. Secretarius Officii, pro rebus autem Indulgentiarum, huius Sectionis Substitutus. Paenitentiarii Maioris est ordinem negotiorum quae tractanda sunt statuere. De unaquaque causa post praelectionem voti ab Officiali Maiore redacti, ab omnibus eisdem Praelatis praesentibus disputabitur, rogatis sententiis a Paenltentiano 106 Maiore. < iuxta sessionis in Signatura ordinem ».13 qui est: Theologus. Datarius. Corrector. Sigillator. Canoniste; ultimo demum loco Regens, qui pro cotidiano cum Officio commercio, maioris valoris rationes ad definitivum iudicium afferre poterit

Postquam a Cardinali Paenitentiario Maiore conclusio facta est, haec statim in causae positione ad eam pertinente a Regente inscribatur, qui, antequam ad aliam rem transitus fiat ipse praeleget, ut appareat an verba statuto decreto respondeant. Qui Secretarii munere in Signatura fungitur, iure sive suffragii ferendi sive sententiae dicendae caret, quippe quod ad sex Officiales Maiores tantummodo pertineat. Eius est imprimis sessionis perscriptionem propriam et accuratam facere. Haec autem prescriptio, ad id facta ut disputatio Congressus litteris tradatur, in Signatura sequenti legenda et approbanda est ac Cardinali Paenitentiario Maiori subscribenda. Tam Secretarius quam Indulgentiarum sectionis Substitutus librum eiusmodi perscriptionum ad se pertinentem, propria manu exaratum religiose conservent

Praeterea qui Secretarii munus obit, semper paratus esse debet ad referendum, in materia quae ad se pertinet, de causarum positionibus, quae penitiori inquisitioni subiectae non fuerunt, sed de quibus Paenitentfarius Maior sententiam Officialium Maiorum nosse desiderat Conclusiones statim ab Officiali relatore in suis causarum positionibus inscribantur ct ab eodem praelegantur, sicut supra constitutum est, cum de rebus ageretur, de quibus Praelati retulissent

Omnia porro negotia, de quibus quomodocumque in Signatura actum est, Regens afferet ad Cardinalem Paenitentiarium Maiorem, qui singulis decretis suum ipsius nomen subscribat. Sin autem Cardinalis Paenitcntiarius Maior non adest. Regens Signaturae praeerit (excepto, ut patet, casu quo Cardinalis Pro-Paenitentiarius deputatus fuerit, penes quem, quemadmodum supra diximus, omnia lura sunt Paenitentiarii Maioris 109 ct omnes/ cius facultates); sed decreta Signaturae cui Regens praefuerit, approbationi et subscriptioni Paenitentiarii Maioris proponi debent Quod si id fieri nequeat, afferantur ad Pontificem in prima Audientia quae post Signaturam habebitur.

c) Cardinalis Paenitentiarius Maior bis in mense Audientiam Summi Pontificis habebit.

Ad Audientiam afferenda erunt omnia negotia, quae in una alterave Sectione facultatem Paenitentiarii Maioris excedunt; omnia quae iam in priore Audientia a Pontifice praeoccupata sunt; quaecumque denique Paenitcntiarius Maior (qui semper certior fieri debet de omnibus causarum positionibus, quae ad Officium perveniunt) opportunum iudicaverit. ut Summo Pontifici significentur idque tam ut Pontifex ea cognoscat quae magis conducere possunt ad Universalis Ecclesiae hac in re gubernationem, quam ut idem Paenitentiarius Maior m adhibendis amplissimis sanctissimisque Sacrae Paenitentiariae facultatibus, normas et regulas ab Eo accipiat, qui utpote Supremus conscientiarum Moderator. pro Apostolico quo fungitur Officio peculiari divina ope absque dubio donatur. Causarum positiones Audientiae Apostolicae reservatas, sub ductu et custodia Regentis parabit Secretarius. si res conscientiae. Indulgentiarum Substitutus, si Indulgentias respiciunt Ut Secretarius ita Indulgentiarum Sectionis Substitutus, pro suis unicuique concreditis rebus. Cardinalem PaenltenUarium Maiorem adibunt, ut suas eidem relationes afferant; quas tamen antea Regenti examinandas tradiderint.

Volumus autem quo tempore Audientiae Intennicae sunt. Cardinalem Paenitentiarium Maiorem casibus urgentioribus providere posse, etiam si agatur de sententiis quae in foro quoque externo vim exserere sgxt. postulent, cum a Nobis bonum animarum aliis ocribus rebus anteponatur; in proxima tamen Audientia de sententiis a se datis, prout opus erit, referet

Quoniam vero, vacante Officio Paenitentiarii Maioris, penes Regentem ordinariae tantum facultates manent. ut supra statutum est. definimus, si huiusmod. vacatio eo tempore accidat/ quo Audientiae intermis- Ill sae sint. Regentem solummodo in casibus gravissimae et urgentissimae necessitatis providere posse.

Secretarius et Indulgentiarum sectionis Substitutus, pro sua quisque Sectione, in tabulis propriis perscr.· bant quidquid notatu dignum in Audientia statutum nl. praesertim si agatur de principiis, de regulis vel ordinationibus, quae immutationes in praxim Sacri huius Officii inducendas significent. Quarum adnotetionum exemplum Regenti tradendum erit, qui sedulo invigilabit, ut etiam ad quinque Praelatos mittatur. Maxime enim expedit hos Officiales semper ante oculos habere quidquid sibi in negotioruum tractatione adlumente esse possit.

7. – Postquam variis negotiis provisum est, sive 12 Congressu cotidiano, sive in Signatura, sive denique ia Audientia, Rescripta ad ea pertinentia conficienda suit Quod munus Substitutis commissum est, qui per proprios Scriptores, peritos diligentesque viros, inter quos causarum positiones aequa ratione distribuantur, accuratam rerum confectionem procurare debent. Ut autem Rescriptorum compositio, quae ad forum internum pertinent. uniformi ratione fiat, singuli exsecutores exemplar formularum secum habeant, quas olim adhibitas et a Decessore Nostro Benedicto XIV u praescriptas, Nes post diligens examen et inquisitionem, in Signatura a sex Officialibus Maioribus facta, ad normam Codxu conformari iussimus. A quibus formulis nemini discedere licebit, nisi gravibus de causis, singulis vicibus a Cardinali Paenitentiario Maiore approbatis.

Ad Secretarium, pro rebus fori interni, itemque ad Substitutum Indulgentiarum Sectionis, pro sua scilicet sectione, pertinet, adversaria seu < minutas » conscribere earum rerum, quae in forma litterarum vel Rescripti, formulam communem atque usitatam excedur.:. ut dein per ordinem Scriptoribus pro exsecutione transmittantur. Verum, ut iterum ea revocemus, quae Benedictus XIV statuit, cum de ipsis < procuratoribus j ageret,n/ antequam huiusmodi « minutas » a se para- lll tas. Scriptoribus tradant, eas Secretarius et Substitutus approbationi Cardinalis Paenitentiarii Maioris vel Regentis subiiciant oportet.

8. - Omnia acta Sacrae Paenitentiariae, quae in commentario < Acta Apostolicae Sedis » edentur, subscriptionem Cardinalis Paenitentiarii Maioris referre debent: eaque Regenti vel Officiali Maiori cius vicem gerenti subsignanda erunt. Itemque eidem Regenti vel Officiali Maiori subsignanda praecipimus quaevis ala acta, quae a Cardinali Paenitentiario Maiore subscripta fuerint.

Rescripta negotiorum, quae vel Nos ipsi per praesentem Constitutionem e Regentis potestate excepimus, vel in Audientia Pontificis decreta sunt, vel Cardinal Paenitentiarius Maior sibi reservaverit, vel denique in Signatura tractata sunt, si ab ipso Cardinali Paenitentiario Maiore non subscribuntur» a Regente signantur « de mandato Eminentissimi ».

In rebus autem, quae ad ordinariam potestatem Regentis pertinent, ipse Regens Rescripta subscribit, nihil aliud addens.

Officialis vero Maior, qui Regentis vices gerit. Rescripta. quibus verba anteponenda sunt < de mandato Eminentissimi », signare debet proprio nomine, cognomine, qualitate, nihil aliud adiicicns; alia Rescripta, quae subscriptionem Regentis ferrent, signabit < pro Regente ».

9. - Si Regens vel alius Officialis Maior subscribunt, altera subsignatio pertinet ad Secretarium vel ad Substitutos; ita tamen ut Secretarius omnia Rescripta subfignare possit utriusque Sectionis, Substituti vero tantum Rescripta Sectionis suae. Absentibus Substitutis»

'* Cfr. Const cit.
'' Cfr Const, cit.

n Const rit

ïVjWa CARHQLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND. O »|,0

Officialis Minor Rescripta subsignet, qui hinc inde ius babet Congressum participandi, quemadmodum supra statuimus.

10. - Agentes de Rescriptis Sacri Tribunalis, id est de Rescriptis quae pertinent ad forum conscientiae. 112 Nos quoque Bene/dicti XIV verba geminamus: « Sacrosanctum hoc esse volumus et inviolabile ut nihil penitus, quod per Officiales Paenitentiariae Nostrae Apostolicae faciendum est, aliter quam gratis fiat >.u

Officiales vero, quibus id munus commissum est, debitas largitiones percipiant, quae pro Rescriptis offeruntur alterius Sectionis; easdemque in regestum referant

11. - Postquam vero Rescripta ab Officiali, qui eius rei curam habet, dimissa sunt, singulae causarum positiones Tabulario tradantur, ut secundum consuetudinem. debito modo in album adseribantur et religiose ab Officialibus conserventur, -qui vel secretissimi Sacri Tribunalis Tabularii, vel Indulgentiarum Tabularii - alterius ab altero prorsus separati - curam et custodiam habent

12. - Haec quidem valere statuimus vivente Summo Pontifice. Apostolica vero Sede vacante, Regenti nullae erunt peculiares facultates, sed iis tantum fruetur, quae ad ipsum. Romano Pontifice vivente, pertinent Quoniam tamen animarum saluti, quae omni tempore periclitatur, nulla interiecta mora provide consulendum est volumus ac mandamus ut Cardinalis Paenitentiarius Maior. Sede Apostolica vacante, omnia facere et expedire valeat quae ad forum conscientiae quomodolibet spectant,iis non exceptis, quae alias, vivente Summo Pontifice, ab ordinaria eiusdem potestate subtrahuntur, sed solum pro casibus gravis urgentisque necessitatis. Quapropter liberum atque expeditum erit litterarum comercium inter Officium Sacrae Paenitentiariae et Cardinalem Paenitentiarium Maiorem etiam in Conclavi degentem; eaeque litterae, sigillo Officii munitae, nulli examini et inspectioni erunt obnoxiae. Quam ad rem expresse ordinationi in Const. *Vacante Sede Apoitolica* (n. 50) contentae derogamus. De eiusmodi autem urgentioribus casibus, quibus Cardinalis Paenitentiarius 113 Maior providendum/ censuerit, is futurum Pontificem in proxima Audientia certiorem faciet.

Ad usum et concessionem indulgentiarum quod attinet, Romano Pontifice vita functo, normis in memorata Pii X Constitutione *Vacante Sede Apostolica* (n. 23 et 24) praefinitis standum esse decernimus.

Decernimus denique ac iubemus ut haec omnia eo die vigere incipiant, quo Constitutio haec per common· Urium < Acta Apostolicae Sedis> in lucem edetur.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata valida esse volumus et iubemus, non obstantibus, quatenus opus sit, constitutionibus ct ordinationibus Apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, quibus omnibus per praesentes Litteras auctoritate Apostolica derogamus.

Eorum vero exemplis aut excerptis, etiam typis mandatis. notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis. eamdem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae.

Nemini igitur liceat hanc paginam Nostrae voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesima quinta mensis martii. in festo Annuntiationis B. M. V.. anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto. Pontificatus Nostri decimo quarto.—Fr. Th- Pius, O. P.. Card. Boggiaxi. *Cancellarius S. R. E.* E. Card. Pacnxi. *a Secretis Status.* loseph Wilpert. *Decanus Collegii Protonat. Apostolicarum.* Vincentius Bianchi Cnghesi. *Protonotarius Apostolicus.*

'· *Cons* cit.
' Cfr Const *Pastor Bonus;* et Const. Kacscfe Sftiz *Apcitotea.* n. 15.

Adn. A BENTLEY in CR 10 (1935) 4S4-485: E. BERGH in N'T 62 (1935) 053; A CANESTRI in Apoll. 8 (1935) 2C3-223 S03-590 |p 15 (1935) 120; ME 47 (1935) 142 145; PrM 24 (1935) 123-125.

1265

1935 Mz\R 25.-SC ORIENT., NOTIF. AAS 27 (1935) 145

Notificatio de usu numismatis loco scapularii

Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI preces benigne excipiens Nicolai Czarneckij. Episcopi titularis Lebediensis, Visitatoris Apostolici ritus byzantlni-slavici in Polonia, annuere dignatus est ut indultum, per decretum S. S. C. Sancti Officii dici 16 Decembris a. 1910 *(Acta Apostolicae Sedis,* voL III. pag. 22), quo omnibus christifidelibus conceditur usus metallici numismatis loco Scapularium ex panno, quae tertiorum Ordinum non sunt propria, extendatur, pro fidelibus rituum orientalium, *etiam ad actum impositionis,* ita ut huiusmodi impositio per sacrum numisma, loco scapularium ex panno peracta, ad omnes effectus valida et licita sit. servato tamen in ceteris tenore decreti supramentovatL Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Litterarum Apostolicarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C pro Ecclesia Orientali, die 25 Martii a. 1935.—loseph Cesarini, *Adsessor.*

1286

1935 MAR 28.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

Datur nonnullis delicatis apostolicis facultas concedendi ordinariis missionum **INSTRUCTIONEM PROCESSUS SUPER RATO ET NON CONSUMMATO**

Ai *Delegati Apostolici dei Giappone, Indocina, Indic Orientali, d'Africa Meridionale, d'Africa per le Missioni del Congo Belga, di Australasia*

23 marxo 1933

Eccellenza Reverendissima, 11 can. 1963 § 1 prescrive che per iniziare un processo tsuper rato et non consummato » occorre chiedere volta per volta la facoltà alla S. C. dei Sacramenti a cui viene poi. a suo tempo, inviato l'intero processo per la decisione.

Siccome per la richiesta di tale autorizzazione si impiega generalmentc tempo assai Jungo, e i casi matrimoniali sono generalmentc urgenti. Sua Santità ncl-TUdienza 21 corr. si è degnata benignamente concedere alia E. V. *ad decennium* la facoltà di autonzzare gli Ordinari da Loi dipendentl ad aprire tali processi.

Detti Ordinari pertanto da qui innanzi in luogo di chiedere a Roma Vautorizzazione in parola la chiederanno a codesta Dclegazione, la quale nel concederla rammenterà che il processo suddetto deve esser tstruito in conformità delle norme date in proposito dalla S. C. dei Sacramenti in data 7 maggio 1923 c pubblicate sugli « Acta Ap. Sedis » il Ie agosto di quell'anno (LE 513J. Naturalmente il processo, una volta complétât©, deve venir inviato a Roma per la decisione come ln passato. Ella avrà cura di informare al riguardo gli Ordinari dipendentl affinchè si regolino in conscgucnza.

Augurandolc ogni bene. —Pietro Card. Fumamini Biondi. *Prefctto.* Carlo Salotli, Arciv tit di Fihppoli. *Segretario.*

• *Ad nonnuflM* **ApoitoikM in Sy n. 190.**

1267

1935 MAR 30.-SC PROP. FIDE, FACVLT. PART.·

Facultates pro alumnis proficiscxxtibus **rx** collegio urbano in territoria non dep-:xpextia λ sc de prop. **îUK**

Vigore potestatis sibi a Ssfllo Dfto Narfro Prov div. Papa ... tributae. Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando sequentes facultates benigne concessit, ad quinquenium valituras et *de consensu Ordv arii* foci *exercendas* l

R. D. ...

* rJausal“ << dKlskmc Emi Cani Prufrcu SŮiu-1935.

1. Recitandi quindecim decades Rosarii B. M. V. si quandoque, itineris vel al'a de causa, Divinum Officium absque gravi incommodo recitare nequeat, onerata eius conscienta super veritate et gravitate incommodi.

2. Celebranui, durante itinere maritimo. Missam super Altari portatili, cum assistentia tamen, quatenus opus sit, alterius Sacerdotis; dummodo mare sit tranquillum, et nullum adsit irreverentiae periculum.

3. Celebrandi pariter Missam etiam in terra super Altari portatili, in iis locis tamen ubi Ecclesiae vel Oratoria desint

4. Eruendi induito personali Altaris privilegiati ter in hebdomada, dummodo intuitu huius privilegii nihil praeter consuetam eleemosynam percipiat

5. Benedicendi extra Urbem solo crucis signo, cum omnibus Indulgentiis quas Sancta Sedes concedere solet, coronas precatorias, quae a Sancta Birgitta et quae a Patribus Crucigeris nuncupantur.

6. Adscribendi Christifideles Confraternitatibus ab Ecclesia probatis, una excepta Confratemitate Ssmi Rosarii

Datum Romae, ex Aedibus supradictae Sacrae Congregationis, die ... mensis ... anno Domini ...

*** Aluranli Pont. Collegii Urbani Prop. Fidei: Sylloge n. 222**

12S8

1935 APR 13.-SC CONC., RESOL. AAS 29 (1937) 33-31

DIOECESIS T.

Praecedentiae inter confraternitates

Die *13 aprilis 1935*

Facti species. — In quodam oppido dioecesis T. duae extabant Confratemilales, quarum una anno 1831, altera yero anno 1835 erecta fuit Harum prima, quippe erectione prior, de iure habuit praecedentiam, quam etiam de facto exercuit super secundam.

Quum vero haec postrema per Breve apostolicum diei 6 septembris 1870 in Archiconfraternitatem evecta sit « cum omnibus et singulis praerogativis, iuribus et « honoribus solitis et consuetis..., et cum iure aggre« gandi alias eiusdem nominis atque instituti in dioecesi ‹ T. dumtaxat existentes ·. ex tunc sibi etiam competere praecedentiae ius contendit. At semper restitit prima Confratemitas, defendens suum ius antea pacifice

Quapropter ad ulteriores praecidendas concertationes inter easdem Sodalitates ab hac Sacra Congregatione quaesitum fuit, cuinam in casu ius praecedentiae competat

Discεττατιο. — Iuxta Codicem L C. " inter pias laicorum Associationes ordo praecedentiae est qui sequitur: 1° Tertii Ordines; 2 Archiconfraternitales; 3· Conirater-nitates *" (can. 701 5 1 nn. 1-3). Excipitur Confraternitas SsiTiae Trinitatis dc Urbe, ac tandem ad gradum Archlsocedil ipsis Archiconfraternitatibus, non autem Tertiis Ordinibus Quad principium non novum esse videtur, si cum lu-t_prudentia anteriori comparatur. Nam S. C. Rituum In una Lucerine diei 25 septembris 1«75, n. 3381. statuit ut Kaecedcntii agnosceretur, et quidem a die expeditionis terarum apostohearum evectionis nd gradum Archisodali Utis computanda. Sodalitati a S. Cruce auctae titulo B. M Virginis Dolorosae, dein aggregatae Archiscdalitati Ssfllae Trinitatis de Urbe, ac tandem ad gradum Archisodalitatis evectae Et eadem S. C. Rituum in una Abcllincn. diei 18 auguiti 1877. n. 3432, Sodalitati B. V. de Monte Carmelo. anno 187« ad gradum Archisodalitatis evectae, super ceteras Arriusodal Rates et super omnes Sodalitates ius j4 praecedentiae agnovit./

Hae derisiones omnino concordant cum praescripto canoni 106 n. 3 Codicis I. C.. ubi statuitur: " Inter diversas ** personas ecclesiasticas. quarum nulla habeat in alias auc" tofttatenv qui ad gradum poliorem pertinent, praecc" dunt eis qui sunt Inferioris gradus M

Pacifica to possesso, de qua in n 5 eiusdem canonis. Untum valet cum quaestio de praecedentia oritur inter perennas ecclesiastica " eiusdem 'pwiel et gradus ". At posita evectinne culullam personae ad gradum potioreni. «tardum est n 3 dicti c-inonis 106. eidem agnoscendo pr.iecrdentiae lure, qued a die obtentae evectionis ipsa acquirit

In casu autem prima Confratemitas super secundam ideo merito fruita est praecedentia, quia erectionis pnontatem possidebat. At per Litteras aposLollcas dici 6 »cpksbris 1870, secunda Confratemitas in Archlconfraternilatj gradum evecta est w cum omnibus et singulis praerogaUra. iuribus et honoribus 'olitis et consuetis ". Inter quae profecto ius praecedentiae adnumerandum est.

Nec in contrarium valide Invocari posse videtur pnescrlptio ex eo deprompta quod pruna Confratemitas hucusque praecedentiam retinuit super secundam in Archconfratemitatem evectam Nam ad praescriptionem Induet-dam. ad normam canonis 1512 Codicis I. C., requiritur bora fides, seu possessio pacifica, quae in cam penitus detideratur. quum eadem Confratemitas in Archiconfraternitatca evecta semper obstitit, adeo ut inter duas Sodalitates saepe saepius contentiones et lurgla ex hoc capite exorta sint

Cum quaestio proposita sit in comitiis plenariis did 13 aprilis 1935. Emi Patres huius S. Concilii ad dubium; *Utrum ius praecedentiae competat Archiconfrat*emiiari *an Confratemitati in casu,* responderunt: *Affirmatio* ad primam partem; *Negative* ad secundam.

Quam responsionem Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI in Audientia diei 15 eiusdem mensij dignatus est approbare et confirmare.—I. Bruno, *Sea.*

***Adn.* E. BERGH in NrT 64 (1937) 410; A. ELLIS in PrM 2» (1937) 139; IP 17 (1937) 84.**

1269

1935 APR 13.-SACRA PAEN., RESP. PART.·

Circa adqulsitionem indulgentiarum precibus concessarum **QUAE OPE « MEGAPHONI » AUDIUNTUR**

Dubium - *Beatissime Pater,* Procurator Generals Societatis lesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit solutionem dubii quod sequitur: Utrum acquirere valeant Indulgentiam plenariam annexam Benedictioni Papali, quam in fine Missionum vel Exercitiorum Sacerdotes missionarii memoratae Societatis impertire possunt, fideles qui ob eorum numerum ad ecclesiam, in qua contionator loquitur, accedere non valent sed in aliam ecclesiam vel locum pium conveniunt eodem tempore ibique audiunt sacram contionem. ope instrumenti quod vocant « megafono » transmissam. Benedictio Papalis impertienda supponitur in utraque ecclesia ab aliquo Sacerdote, non autem et ipsa ope praediti instrumenti transmittenda. Et Deus, etc.

Resp. - D:e 13 aprilis 1935. Ssmus D. N. D. Pius div. Prov. Pp. XI. in audientia D. Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, proposito dubio respondere dignatus est: *Affirmative.*

De Mandato Eminentissimi. - S. Luzio, S. P. Rcyerj. I. Tcodori, S. P. *Secr.*

*** Procuratori Goncrall S. I., Prot. N. 1162'35: PrM 24 (1535 140. Adn. REGATILLO n. 442; Apoll. 9 (1936) 187; PrM 24 (1935) 140-141.**

1270

1935 APR 24.-SC SACR., RESPONSUM. PART.·

Circa formam extraordinariam matrimonii

Ad dubium propositum ab Episcopo Meten. pro opportuna solutione: * An. scilicet, ratione habita responsi dati a Pontificia Commissione ad Codicis Carines authentice interpretandos diei 25 Iulii 1931 (LE 1043] relate ad Can. 1098, ad hunc Canonem referendus sit casus, quo Parochus vel Ordinarius celebrationi matrimonii religiosi assistere nequit, quia lege civili prohibetur, etiam sub poena, matrimonium coram Ecclesia celebrare, nisi praecesserit matrimonium sic dictum civile, et hoc ab auctoritate civili nmnino recusatur, v. g. ob defectum instrumentorum quae lex civilis requirit:

Sacra Cong-egatio de Disciplina Sacramentorum rescribendum censet: *Affirmative.* — Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. C. dic 24 Aprilis 1935.

• Ordinatio Mritnak CM 27 (1938) 69. Adn. E J. M λ m 14 (19W 3€7; REGATILLO n. 556; CM 27 (1938) 69: (1935) 68

1271

1935 MAI 28.-SC PROP. FIDE, NORMAE. ₱ART.

Normae circa participationem catholicorum
IN OBSEQUIIS CONFUGIO PRAESTANDIS

Excellentia Vestra huic Sacrae Congregationi, die 25 mensis martii anni currentis, decisiones exposuit, quas Ordinarii de Manchoukuo. approbationi Sanctae Sedis sese subiicicntes. fecerunt de participatione Catholicorum in signis obsequii, ab Auctoritatibus in honorem Confudi praescriptis, et in aliis publicis caeremoniis.

Propter particularem huius argumenti gravitatem, haec Sacra Congregatio, postquam in accuratum huius quaestionis studium et incubit Ipsa et alios incumbere fecit, rem ad Sanctitatem Suam referre censuit opportunum.

Summus igitur Pontifex in audientia diei 16 mensis currentis, perspectis cum expositione Excellentiae Vestrae tum voto, quod Excellentia Sua Celsus Costantini scripserat, haec cogitata elocutus est:

1) Oportet, ut Ordinarii de Manchoukuo ad evitandam omnem rationem scandali, quae quocumque modo occurrere poterit, notam faciant, necessaria servata prudentia. quam rerum adiuncta suggerunt, epistolam, in qua Directio Cultuum de Manchoukuo recenter asseverant. caeremonias in honorem Confucii peractas « absolute non habere ullam religiosam indolem »;

2) Oportet, ut iidem Ordinarii, cum Christifidelibus normas tradunt, declarationem officialem sequantur;

3) Oportet, ut Sacerdotes, dato iureiurando circa ritus Sinenses praescripto, instructionibus Ordinariorum adhaerescant, quaestiones et controversias vitantes.

Haec Sacra Congregatio ex parte Sua censet, Ordinarios, dum Christifidelibus normas tradant, sese accommodare posse decisionibus, quas unanimiter in Conventu suo, in civitate Sinking (Changchung) habito, fecerunt Videntur enim prudentes et bene ponderatae.

Faveat Excellentia Vestra alios Ordinarios de Manchoukuo de omnibus hisce rebus certiores facere eosque rogare, ut omni qua possint attentione evolutionem huius quaestionis semper prosequantur, et unanimi açant consensu.—Petrus Card. Fumasoni Biondi, *Praef.* Carolus Salotti, Archiep. Philipp., *Secr.*

NORMAE STATUTAE AB ORDINARIIS IN CIVITATE SINKING CONGREGATIS

I - Imago Confucii in scholis exposita:
HONORES QUI EI TRIBUUNTUR

A. *Scholae Missionum.*

1. Mandato ab Auctoritatibus legitimis regionis dato, potestne tolerari in scholis Missionum expositio imaginis Confucii?

R. *Affirmative.*

1 Licetne hanc imaginem collocare in quadam aedicula plus minusve ornata, quae eis similis est, in quibus paeani tabulas maiorum suorum honorant?

R. *Tolerari potest,* dato formali mandato, quod eludi non potest ln omni casu alumni clare certiores faciendi nint, rem agi *de cultu mere* civili.

3. Licetne alumnis permittere, si Auctoritas hoc import, ut inclinationem, plus minusve profundam, coram LTjgine Confucii, sic exposita faciant?

R. *Tolerari potest.*

4. Si cuidam scholae Christianae mandatum refertur. ut coram imagine Confucii quoddam altare cum cardelis, incenso, aliisque rebus collocetur, liceretne base modum agendi tolerare?

R. Non, quia, quamvis a Dirigentibus responso dato de indole civili cultus Confucii tributi, haec tamen caeremonia nimiam similitudinem exhiberet cum ritis reliçzisis et superstitiosis, atque etiam scandalum secum ferre posseL

B. *Scholae paganae.*

1. Quomodo se gerere debent alumni Christiani, qui scholam paganam frequentant et adiguntur, ut suas panes tribuant honoribus, quibus Confucius afficitur?

R. Suggerendum est eis private, ut assistentia passiva contenti sint, et toleranda inclinatio..., ut in casibus supra indicatis.

2. Si in vico pagano magister scholae, qui imaginem Confucii sibi providere non potest, nomen Confucii in quadam tabula scriberet, liceretne huic tabulae eosdem honores alque imagini Confucii tribuere?

R. Tolerari potesL

II - Alumni, militares, ofhcialk corpore conducti in
PAGODAM

1. Quid de Christiano, qui munere fungitur penes Auctoritates, quae de sacrificiis curant, et in ipso momento sacrificii functiones subalternas administrat, quas recusare nequit, quin subeat magnum damnum, v. g. iacturam officii sui?

R. Cooperatio proxima, sed mere materialis, in casu gravis necesltatis. tolerari potest.

2. Quid de alumno Christiano, qui Invitatus est, ut sive solus sive una cum aliis tempore sacrificii cantet?

R. Si agitur de cantibus qui ad ipsum *sacrificium pertinent, non licet.* Sl autem agitur de cantibus patrioticis sive de hymnis in honorem Confucii, qui omni religiosa indole carent, *tolerari potest.*

3. Si sacrificio completo, inclinatio mandatur, dum victimae adhuc expositae sunt, quomodo Christiani se gerere debent?

R. Haec ultima caeremoniarum pars tamquam cultus civilis considerari, ideoque OSSÜtentia passive tolerari potest.

4. Quid dc participatione victimae?

R. Nullo *modo tolerari potest.*

III - Cooperatio pecuniaria in constructione
VEL REPARATIONE PAGODARUM

1. Licetne pecunia cooperari in constructione vel reparatione templorum aut cuiusvis alterius aedificii, in honorem Confucii erecti?

R. *Tolerari potest.*

2. Licetne se habere eodem modo, si agitur de templis, quae ad alium cultum destinata sunt?

R. Distinguendum est: Si agitur dc contributione, quae ‹ in globo › aliis vectigalibus continetur, tolerari potest

Si vero agitur de contributione speciali, quae ad sumptus constructionis vel reparationis insumendos constituta est. *tolerari nequit.*

Contributiones impositae ad apparandas *comoedias* eidem distinctioni submittuntur. Si ergo agitur de comoedia superstitiosa, v. g. ex voto edita. ChristionU ei *cooperari non licet.* Si autem agitur de comoedia, quam edunt in *delectationem populi,* contributio tolerari potest.

IV - Assistentia ad funera pagana

Licet haec quaestio non pertineat ad cas. quae cultum Confucii spectant, maximi tamen tempestivi momenti est et digna sane, in quam studium conferatur.

1. Funera *privata.* — Inclinatio coram defunctis, ohm ChrM4anis rigorose interdicta, religiosam suam Indolem magis magisque amittere videtur. Evolutio morum, actualis mentalitas. quae eo tendit, ut in hac inclinatione obsequium civile conspicat. defuncto tributum, uti in Occidente fieri solet, compluresque casus praecedente videntur nobis auctoritate munire posse, tempore futuro hanc salutationem tolerandi.

2. *Funera publica.* — Sl agitur de awstratra *mere passira, tolerari potest.* Haec tolerantia sese extendit ad inclinationem et ad alios externos netus venerationi·, qui « in re mixta » caeremoniarum partem mere civilem attingunt.

• **Ortfiwrfo ‹‹· KirJn: 5y'>je rt. 192. A<M Γ CM ∧ RUS In PrM 26 (1037) 97-103.** *I* **MOSS in € 12 (1936) 247-290. EpHtuI» Ordn Riri o»re oecM-cocm d»J.· Irji refert tpod PrM 25 (1937) B7- 95**

1272

1935 IUN 1.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

Circa artem indigenam iapontae laudandam et fovendam

NeUUdienza del 16 c. m. ho presentato al S. Padre le immagini sacre in stile giapponese, delle quali V. E. Reverendissima parla nel Suo rapporto 140-35 dell'S aprile.

Sua Santità se ne è veramente compiaciuta: ne ha favorevolmente giudicato fl valore artistico e ha lodato j'uuziativa squisitamente cattolica. di adattare le mantfestazioni religiose all'indole e allé tradizioni del nobile popolo giapponese. E mi ha incaricato esplicitamente di esprimere le Sue congratulazioni alla E. V. per quanto fa a questo scopo e agli artisti per l'intelligente e volenterosa collaborazione che Le prestano.

Questa S. C. è sicura che l'augusta parola di plauso e di incoraggiamento da parte del Santo Padre sarà di conforto alla E. V. e a quanti con Lei lavorano per la creazione e lo sviluppo di un'arte cristiana giapponese. V. E. ha ben compreso che la felice riuscita di taie inlziativa ha un'importanza assai grande per l'awenire della Chiesa in Giappone. Un'arte che sia nello stesso tempo profondamente cattolica e caratterlsticamente nazionaie dimostrerà in modo sensibile, e perciô più efficace, che la Chiesa non s'identifica e non è legata a nessuna particolare forma di cultura, ma accoglie, per santificarlo, tutto ciô che ogni popolo ha di buono e di bello. E nello stesso tempo contribuirà a una più rigo^liosa floritura cristiana tra i cattolici giapponesi, poichè li educherà a incanalare verso la vita spirituale le integre energie di tutta la loro anima, con le sue speciali doti di Intelligenza e di sensibilité.—Pietro Card. Fumasoni Biondi, *Prefetto.* Carlo Salotti, Arciv. tit di Filippopoli, *Segretario.*

• **Delegato Ap. In leponlt: Sylloge n. 193.**

1273

1935 IUN 10.-SC ORIENT. INSTR. AAS 27 (1935) 333-340

Instructio ad conficiendos processus
SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO ORIENTAT ΓΓ7M

DECRETUM

Quo facilius Revmi Ordinarii Orientalium Rituum conficere possint processus super matrimonio rato et non consummato, necessarium Sacrae huic Congregationi pro Ecclesia Orientali visum est. pro hisce processibus normas praescribere, quas praefati Revihi Ordinarii observare teneantur.

Praesentem igitur instructionem ab Emis ac Revrhis Patribus Cardinalibus huius S. Congregationis, in plenariis comitiis diei 3 iunii v. a. recognitam. Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XI, in Audientia diei 10 iunii 1935 infrascripto Adsessori concessa, dignatus est adprobare atque iussit publici iuris fleri in Commentario officiali, quod < Acta Apostolicae Sedis > inscribitur.

Datum Romae, cx Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 10 Iunii, anno 1935.—A. Card. Sincero. Episcopus Praenestinus, *a Secretis.* I. Cesarini. χμ A*diessor./*

NORMAE

L *De processu* super matrimonio rato et non consummato

1 Cum uni Romano Pontifici sit divinitus commissa potestas. dispensandi super matrimonio rato et non consummato. supplex libellus ad dispensationem obtinendam semper Romano Pontifici erit inscribendus, et ad S. C. pro Ecclesia Orientali transmittendus.

Soli autem coniuges tus habent petendi hanc dispensationem. sive uterque. sive alteruter, altero etiam invito.

2. Supplex libellus continere debet plenam et accuratam totius facti speciem et causas omnes ad obtinendam dispensationem. appositis ellam dte. mense, et anno, nec non rparchia In quo orator vel oratores commorantur, ct ab oratore vel oratoribus, si fleri potest. subscribi debet.

'I. Libellus transmittatur per proprium loci Ordinarium. Ordinarius autem ante omnla curet ut partes inter se rsconclhvntur. et notitia· necessarias ct opportunas addat tum de reconciliationis conatu, tum de aulhcnticitate libem personis, rebus ct factorum adiunctis.

4. Nulli processui super rato et non consummato Initnaa detur, nisi prius obtenu fuerit facultas a Sede ApostoLca. Attamen si ludex competens auctoritate propria processum inceperit super matrimonii nullltatc ex quocumque capite ct ex eo incidenter emerserit matrimonium non fuisse consummatum, processum instruat quoque super matrimonii inconsummatione et super causis dispensation Hoc servandum erit praesertim in processibus nullitatis ex capite impotentiae Expleto vero processu, sl nutnmca^ nulhtas non evincatur, acta omnia a loci Ordinario ad S. Congregationem pro dispensatione, si opus siL impetrandi super rato et non consummato mittantur una cum unroi vel utriusque coniugis supplici libello.

5. Obtenta vero a Sede Apostolica facultate. Ordinarim, decreto in scriptis dato, in actis asservando, constituat in causa moderatorem actorum seu ludicem instructorem et defensorem vinculi, qui sint sacerdotes scientia ct prudentia praediti, necnon actuarium.

Ordinarius potest per se moderatoris actorum munere fungi.

6. Unicus sit moderator actorum scu iudex instructor ij> inquisitione pro dispensatione super rato et non consummato. Moderator vero actorum, quod attinet ad partium et testium citationem et examen, documentorum visSosan vel personarum physicam inspectionem, decretorum intimationem/ allaquc huiusmodi. ius habet, iuxta suetas ner- 32
mas. in auxilium vocandi, per litteras rogatorias, alias Curias.

7. Moderator actorum, nisi sit ipsemet Ordinarius, defensor vinculi ct actuarius de munere fideliter explendo, ac de secreto servando luramentum praestent, de quo mentio fiat in actis.

IL *De examine coniugum et testium credibilUatis*

8. Antequam coniuges et testes examinentur, moderator actorum et vinculi defensor — actuario id in scriptis consignante — de identitate personarum explorent, deinde eoe praemoneant de gravi obligatione veritatis dicendae, d speciatim eos edoceant dispensationem dolo, vel fraude contra rei veritatem forte obtentam, minime in foro conscientiae coniugibus esse suffragaturam.

9. Coniuges et testes debent singuli praestare luranxntum de ventate dicenda et de secreto servando super interrogationibus et responsionibus. Moderator actorum, modo efficaciori quo fieri possit iuxta personarum conditionna, explicet sanctitatem luramentl praesertim quoad veritatem dicendam. De hac monitione, uti de loramenti praestatione, mentio fieri debet in actis.

10. Coniuges examinentur:

de iis quae matrimonium praecesserunt; utrum liberi an coacti et quas ob rationes in matrimonium consenserint;

qua definita die. ubi et coram quibus matrimonium celebraverint;

an commune vitae consortium statim instauraverint, per quodnam temporis spatium pacifice cohabitaverint et quando animorum aversio facta fuerit; quo denique definito tempore abrupta fuerit vita coniugalis;

an sciant in quo matrimonii consummatio consistat: et utrum matrimonium consummatum fuerit nec ne et quanam de causa.

num copula coniugalis saltem tentata fuerit, et. c forte imperfecta id honeste explicent:

num adhibuerint fraudes contra completam copulam coniugalem vel contra generationem prolis, et explicent quibus mediis.

Interrogentur praesertim: al si. quando et quibus patefecerint matrimonium non fuisse consummatum:

b) quando et a quibus didicerint matrimonium ratum et non consummatum dispensari posse a Romano Pontifice;

c) a quo tempore consilium inierint de hac dispensatione petenda.

Demum interrogentur super causis pro impetranda dispensatione allatis./ jjj

Sl coniuges in suis depositionibus nimis inter se conveniant. inquirant prudenter, tura iudex tum defensor vinculi. an adsit collusio; si vero in substantialibus vel in rerum adiunctis magni momenti coniuges discrepant, iterum ad examen vocentur et super discrepantia interrogentur, adhibita etiam, si casus ferat, contestatione inter personas ipsas. ut veritas eruatur.

Antequam coniugum examen absolvatur, moderator actorum cos adhortetur ad vitam coniugalem restaurandam, de qua re mentio fiat in actis.

11. Si reconciliari renuant, tunc moderator actorum utn· que coniugi iniungat ut quisque pro sua parte tres salice inducat testes, ad normam sacrorum canonum idoneos et omni exceptione maiores, sanguine aut affinitate r.bi cnniunrtos. rin minus vicinos bonae famae aut alloquta de r»· edoctos, qui iurare possint de ipsorum coniugum probitate et praesertim de eorum voracitate circa rem in controvcrsLun deductam.

12 Testes crcdibilitatis. praeter ea quae generalia sunt.

CLEVELAND. OHIO ||| UNM3SITY Libha ::: iUiftt (W)

Interrogentur praecipue circa ipsorum coniugum probitatem. vitae honestatem, praeceptorum Ecclesiae observantiam. sacramentorum frequentiam: circa famam qua gaudent. eorumque voracitatem atque, in specie, si coniugibus, inconsummatlonem matrimonii sub iuramento affirmantibus, fides adhibenda sit.

His testibus moderator actorum ex sese, aut ad instantum defensoris vinculi potest adiungere alios credibilitatis testes, qui vocantur cx officio: immo debet, quatenus fieri poterit, si quacunque de causa testes adductos insufficientes existimaverit

Testimonium credibilitatis robur addit depositionibus coniugum; sed vim plenae probationis non obtinet, nisi *Uis argumentis ct adminiculis fulciatur, praesertim [ogpjg «uonlbus testium de scientia accepta, et inspectione corporali.

I1L *Examen testium dc scientia accepta*

13. Posita affirmatione fide digna coniugum de non consummatione, sedulo indagandum erit utrum coniuges tempore non suspecto patefecerint matrimonii inconsummrilonem et quidem in iis rerum adiunctis. ut hae declarationes nullam aliam causam habere potuerint quam veritatem facti inconsununationis.

Quare praeter testes credibilitatis. a coniugibus inducantur quoque idonei testes de rei veritate edocti, qui appellantur *testes dc scientia accepta./*

jj;

14. Diligenter igitur moderator actorum tum a testibus credibilitatis tum a testibus de scientia accepta inquirat super lis quae praecesserunt aut sequuta sunt matnmonb celebrationem, quaenam causam dederint discordiae coniugum. si ct quas a coniugibus aut ab aliis acceperint notitus circa inconsummationem. quanam causa, quibus verbis patefactae fuerint, ct ob quem finem; praesertim vero inquirat *quonam definito tempore* id audiverint:

a) utrum tempore quo vita coniugalls adhuc pacifice ducebatur:

b) an quando iam ortae erant discordiae ct vita conluxalis abrupta:

c) an vero postquam fuerit inceptus fortasse processus quem vocant civilem ad divortium obtinendum; aut postquam captum fuerit consilium dispensationem impetrandi et processus canonicus introductus fuerit.

De his temporum adiunctis sedulo ratio habeatur ln interreptionibus faciendis, ut erui possit, cum morali certitudine, num tempore non suspecto tales declarationes factae fuerint.

15. His testibus moderator actorum ex sese. vel ad insUntum defensoris vinculi, alios testes de scientia accepta a coniugibus vel ab aliis, potest ex officio adiungere Immo debet, quatenus fleri potest, si id necessarium aut opportunum existimaverit.

IV. De *inspectione corporali*

16. Inspectio corporalis utriusque coniugis vel — nisi ex adiunctis evidenter inutilis appareat — saltem mulieris, fieri debet ad normam iuris.

Ad Inspiciendum virum, duo periti medici ex officio deputari debent.

Ad mulierem vero inspiciendam duae obstetrices, in arte rt praxi perttlores ac bonae famae, cx officio designentur, rus: maluerit mulier a duobus medicis cx officio pariter designandis inspici, vel id Ordinarius necessarium habuerit

Corporalis mulieris inspectio fleri debet, servatis plene Christianae modestiae regulis et adstante semper honesta matrona ex officio designanda.

Mulieris inspectionem obstetrices vel periti, seorsum rhguli. exsequi debent.

17. Omnes cx officio deputati luramentum praestent de Euaere fideliter, omnique cum diligentia Implendo ct de ridiclo proferendo absque ullo partium studio, itemque de «creto servando.

Praeter alia autem deputati nd mulieris inspectionem ;ne oculis habeant quae a gravioribus et prudentioribus 3 :. medicina doctoribus/ traduntur circa signa certa vel dubia Integritatis, praesertim de hymenis varietatibus et de mediis ad praecavendas fraudes, simulandae integritatis patia, forte adhibitas.

In viri autem inspectione periti monendi erunt ut artis praesidiis utantur licitis et honestis atque referant. Iuxta probata medicinae legalis praecepta, indicia et argumenta -.:n tantum quoad impotentiam, sed etiam circa Inconsurnnationem, attentis adiunctis in casu.

13 Singuli medici vel obstetrices singulas relationes ecnfidant, intra terminum a iudice definitum, tribunali tradendas.

Peracta autem relatione, periti, obstetrices, ac ultimo, tatrona. seorsum **Singuli. luramento** praestito, ab actorum nyderatore Interrogentur. secundum articulos a vinculi defetaore. ln«pectis diligenter supradictxs relationibus, condnnatos.

Periti debent indicaro perspicue qua via et ratione procetsertnt in explendo munere sibi demandato et ouibus XùMlæum argumentis sententia ab ipsis prolata nitatur. .ta ut Sedes Apostolica iudicium sibi efformare possit. non tantum ex conclusionibus peritorum sed etiam ex elementis et descriptionibus relatis.

V. *De officio Moderatoris actorum. Defensoris* vinculi ct Actuarii

19. Moderatoris actorum est curare ut omnia ad normam iuris perficiantur eaque omnia statuere quae aptiora sint ad factorum veritatem eruendam.

20. Officium vero defensoris vinculi est omnibus viribus tueri iura matrimonii, quare semper est citandus in omnibus sessionibus et actibus processus. Ipsius est: examini partium, testium et peritorum *adesse;* exhibere interrogatoria clausa et obsignata, in actu examinis ab actorum moderatore aperienda; novas interrogationes ab examine emergentes suggerere: documenta a partibus exhibita recognoscere.

Ipse proinde poterit, quolibet causae momento, petere ut alii testes inducantur vel iidem iterum examini sublidantur; proponere novas interrogationes sive circa generalia sive circa particularia matrimonii.

21. Tum moderator actorum tum vinculi defensor curent ut interrogationes non sint complexae sed simplices et clarae ut facile ac plene intclligantur; nec suggertivae aut ita factae ut simplici affirmatione vel negatione iisdem responderi possit; sed ita redigantur et fiant ut. examinatus, clariori modo quo potest, promat et explicet notitias quas habet/

22. Tum moderator actorum, tum defensor vinculi diligenter Inquirant circa probitatem ct credibilltatem *singulorum* in iudicium *vocatorum* vel *vocandorum,* exquirendo ab eorum parochis, sin minus a personis fide dignis, litteras testimoniales in quibus declaretur hanc personam, de qua quaeritur, fidem mereri, idque constare cx positivis honestatis et religiositatis signis; veracitatis vero testimonia singula pro singulis requirantur et non globatim. eaque universa erunt asservanda in actis.

23. Actuarii munus est fideliter et continenter referre In actis examinatorum responsiones, non tantum quoad substantiam rei. sed etiam quoad verba, nisi ludex ex gravi ct evidenti ratione, satis habeat ut tantum depositionis substantia referatur; — die, mense et anno Interrogatorii vel cuiuslibet actus diligenter semper scripto signatis. — Actuario incumbit obligatio acta fideliter custodiendi, ne cuipiam extraneo pateant.

24. Si ob locorum distantiam aliave incommoda par» vel testis nequeat se conferre ad Curiam, neque moderator actorum. defensor vinculi et actuarius possint locum adire, ubi pars vel testis degat, moderator actorum deleget idoneum sacerdotem, illius loch et. quoad fieri potest, eiusdem ritus, qui adhibita, pro munere defensoris vinculi, alterius sacerdotis opera, iuxta interrogatoria a vinculi defensore exarata, partem vel testem diligenter excutiat eiusque responsiones, ope actuarii, scripto redigat.

Deficiente Idoneo sacerdote qui munus defensoris vinculi obire possit, ipse moderator actorum delegatus eiusdem partes agat, facta de re mentione in actis.

Semper autem requiritur actuarius, ad quod munus, ln casu necessitatis, scandalo et admiratione remotis, assumi potest etiam laicus.

Hi omnes iuramentum praestare debent dc munere fideliter implendo et de secreto servando.

25. Pro examine alicuius testis ln aliena eparchia vel dioecesi commorantis, moderator actarum transmittat ad loci Ordinarium interrogatoria a defensore vinculi preposita, simulque exponat causae adiuncta ut quaesitae notitiae haberi possint a teste cum sufficienti rerum omnium cognitione.

Pertinet ad Ordinarium loci delegare moderatorem actorum. defensorem vinculi et actuarium pro Inquisitione in casu, cum facultatibus, de quibus ln numero 24J

VI. *De conclusione processus*

26. Processus ne claudatur nisi defensor vinculi declaraverit sibi nihil superesse Inquirendum et moderator actorum attente inspexerit ne quid incompletum vel ambiguum vel contradictorium remaneat: quo in cami, audito vinculi defensore, ea supplere satagit citando drnuo. si opus Brt. partes vel etiam testes.

27. Clauso processu, defensor vinculi suas redigM animadversiones et tum moderator actorum, tum Ordinarius Ipse, nisi munere moderatoris fuertt functus, suum votum promant.

28. Deinde omnia acta iudlefalla. ln authentico **cxetTi**piari, lingua magis cognita exarato (latina. Italica **irallieft** vel anghca). una cum indice. mittantur ad hanc Sacram Congregationem.

Datum Romae, ex Aedlbin Sacrae Corgrvf+tinnls prr Eer!e<fa Orientait. die 10 Iunii. anno 1935—A. Card RO. Episc?pus Praenestinus, a Sri-rriü I. Ctoarini. Ailles, sor.

Ada. E H N»T 2 (1935) 977 C REANAXO.Nr in Αγο Π. 8 (1935) 501 548: IF 15 (1935) 217

1274

1935 IL L 2.-PIUS XI, CONST. AP. AAS 27(1935)296-298

Congregatio monachorum camaldulensium unitur congregationi **EREMITARUM CAMALDULENSIUM DE ETRURIA**

PIUS EPISCOPUS

Servus *servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam*

Inter religiosos coetus, quibus Christi Ecclesia floret, Camaldulense adnumcratur Institutum, quod, auctore Sancto Romualdo, eremiticae vitae in Occidente instauratore, ita se evolvit, ut coenobium et eremus ad regularem disciplinam fovendam amicas sib: manus iugiter darent Coenobium etenim Camaldulense, suaemet originis vi. est veluti Eremitarum seminarium et primae probationis locus, in quo asceticae austeritati pedetentun initiari, monasticis institutionibus imbui et cunctis spiritualis vitae subsidiis muniri oporteat, quos divina vocatio ducit ad eremum, aeternarum rerum contemplationi unice vacaturos. Quamvis autem temporis decursu. varias ob causas, Apostolicae Sedi permittere visum fuerit ut Congregatio monastica Coenobitarum Camaldulensium oriretur ab Eremitis plane seiuncta. mutatis tamen hodie rerum et personarum adiunctis, magis necessarium videtur ut familiae unitas restituatur, ad hoc praesertim ut inclitum Camaldulensium Institutum, viribus omnibus consertis, in posterum firmetur ct, favente Dei gratia, in dies augeatur. Omnibus igitur rei momentis attento seduloque studio perpensis, suppleto, quatenus opus sit. quorum interest vel eorum qui sua intéressé praesumant consensu, quae sequuntur de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium decernimus et constituimus: I) Congregatio Monachorum Coenobitarum Camaldulensium unitur Congregationi Eremitarum Camaldulensium de Etruria, quae in posterum assumet titulum: *Congregatio monachorum Eremitarum Camaldulensium Ordinis Sancti Benedicti.* II) Superior Generalis, dimisso nomine *Maioris, Prior Generalis* vocabitur, qui totius Congregationis et Sacrae Eremi Camalduli, ubi habitualem residentiam habebit, regimen assumet. III) Prior Generalis, durante munere, omnibus gaudebit iuribus et privilegiis abbatialibus, quae hucusque Maiori a Summis Pontificibus concessa sunt. IV) Deinceps in eremum ne admittantur candidati. nisi per integrum annum sedulo in coenobio probati fuerint et monasticis institutionibus imbuti. Annus vero canonicus novitiatus. severa disciplina, in eremo
297 peragatur. V) Ne ulla in posterum dubi/tatio oriri possit. Constitutiones, quibus modo reguntur Eremitae CamaIduienses de Etruria, rite conformentur iis omnibus quae hisce Nostris Litteris et specialibus instructionibus edendis continentur. VI) Cum nova quae instauratur vivendi ratio austerior sit. cumque nemini imponendum sil onus, quod ipse sponte non susceperit, singulis Monachis et Conversis Coenobitis Camaldulensibus. qui Congregationi quam supra diximus Monachorum Eremitarum nomen dare noluerint, fas erit, servatis de iure servandis, ad alium transire coetum religiosum, qui eos recipiat; vel. si quis, in sacris ordinatus, ad aliud Institutum transire noluerit. Episcopum benevolum receptorem inveniat; qui eumdem suae dioecesi incardinare velit VII) Si qui autem forte sint, qui neque ad aliud Institutum religiosum transire, neque saeculari clero adseribi velint, eos in unicam domum iuxta modum statuendum congregari decernimus. VIII) Bona omnia Congregationis Monachorum Coenobitarum Camaldulensium transferentur ad Congregationem Monachorum Eremitarum Camaldulensium Ordinis Sancti Benedicti. Ad quae autem omnia exsecutioni mandanda dilectum Filium Nostrum Raphaëlem Carolum. tituli S. Praxedis, S. R. E. Presbyterum Cardinalem Rossi, Monachorum Coenobitarum Camaldulensium Protectorem, deputamus clque propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, nec non omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu quomodolibet orituras; eique onus facimus ad Sacram Congregationem de Religiosis relationem de peracta exsecutione transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumquc nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel In controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestati plenitudine factas ct emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integro» effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, sublata euicumque quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus. provincialibus, generalibus, universalibu·que Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis. et quibmris aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceter.sque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica/ dignitate s> constituti munitis, adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides» quae hisce praesentibus adhiberetur. si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini ergo hanc paginam Nostram unionis, statuti, concessionis. decreti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel eis contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die secundi mensis Iulii. Pontificatus Nostri anno quartodecimo.—Fr. Th. P., O. P.. Card. Boggiani, *Cancellarius S. R. E.* Fr. A. H. Card. Lépicier, O. S. M.. S. C. de Religiosis *Praefectus,* loseph Wilpert, Collegii *Protonot.* Apωtolicorum *Decanus.* Vincentius Bianchi-CagUesi. *Protonotarius Apostolicus.*

Adn. J. CREU5ÎN in NrT 63 (1936) 71-72.

1275

1935 IUL X-SC PROP. FIDE, NORMAE PART.·

Sodales in perpetuum adscripti societati sine votis ordinari **POSSUNT TITULO MENSAE COMMUNIS ET CUM SOLIS TESTIMONIALIBUS**

Excellentissime Domine, Hisce litteris inclusum, mittere Tibi satago Rescriptum pro renovata facultate concedendi alumnis ad SS. Ordines promovendis, litteras testimoniales.

Quod vero spectat ad Tuam alteram petitionem, mens S. C. est ut, pro omnibus Institutis ac Societatibus sine votis ab ipsa dependentibus, adoptetur norma generalis ordinandi alumnos. Instituto vel Societati in perpetuum adseriptos. « titulo mensae communis ·.

Antequam autem pro ista Societate illa norma adhibeatur. Te rogo ut mentem Tuam de hac re velis mihi aperire. Interim Tibi fausta quaeque ominor et maneo Excellentiae Tuae addictissimus in Domino.—P. Card. Fumasoni Biondi. *Praef.* Caesar Pecorarl. pro Excmo ct Secr.

• Rmo. P. JACOBO WALSH, Superiori Genenti Societati' * Maryknoll pro missionibus exteris. Prot. N. 2038'35: Ex Ardtho Genenti Societatis de Msryknoll pro missionibus exteris. Ada J. G. NUGENT. Ordimlion In Societies of Common Life, Wuhîoçtes 1958. p. 164-215: K. SCANLAN. Ordination and the Camakil Status of Clerics In Societies Without Vows, Romae 1960, p. IOS-

1276

1935 IUL 5.-SC S. OFF., DECR. AAS 27 (1935) 3M

Decretum quo damnatur liber angeli cocles, cui titulus « **CENTO E CENTO E CENTO E CENTO PAGINE DEL LIBRO SEGRETO DI GABRIELE D'ANNUNZIO TENTATO DI M0RIRE** »

Ferta *IV, die 3 Iulii 1935*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Efhi ac Revrni Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito debito examine, damnarunt et in indicem librorum prohibitorum absque ulla mora inserendum mandarunt opus, typis Arnold! Mondadori recenter editum (mdccccxxxv), cui titulus:

Angelo Cocles. *Cento e cento e cento e cento pagine* del *Libro Scgreto di Gabriele D'Annunzio tentato di vionre.*

in quo ‹ gareggia la sfrontatczza della immoralité con iffennazioni di errori spesso empi c blasfemi ».

Et sequenti Feria V, die 4 eiusdem mensis et anni. Ssftus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in sol'ta audientia Exciho ac Revnto Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam lusit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, dic 5 Iulii 1935.—I. Venturi, *Supremae S. Congr S. Officii Notant.*

Atfx PrM 24 (1935) 201.

1277

1915 IUL 11.-SC PROP. FIDE, FACULT. PART.

Facultates missionariis **APOSTOLICIS ET ALUMNIS PROFICISCŒNTIBUS EX COLLEGIO URBANO PROP. FIDEI CONCESSAE**

I. Facultates pro *Missionariis Apostolica*

Vigore potestatis sibi a Ssmo Dno Nostro ... Divina Providentia Papa ... tributae. Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando sequentes facultates benigne concessit R ...

1. Vescendi per iter, tam in accessu quam in reditu ex missione, et in locis ubi necessitas ac salutis incommoda exegerint, carnibus, ovis et lacticiniis in diebus ieiunii ab Ecclesia ct ab eius Ordinis regula praescripti, ita ut ob salutis incommoda etiam ab observantia ieiunii exemptus remaneat, omni tamen scandalo remoto et onerata eius conscientia super veritate et gravitate causae.

2. Recitandi quindecim decades Rosarii B. M. V. si quandoque, itineris vel alia de causa, absque gravi incommodo divinum Officium recitare nequeat, onerata eus conscientia super veritate et gravitate incommodi.

3. Celebrandi per mare Missam super altare portatili. cum adsistentia tamen, quatenus opus sit. alterius Sacerdotis; dummodo sit mare tranquillum et nullum adsit irreverentiae periculum.

4. Celebrandi pariter Missam etiam in terra super altare portatili, in locis tamen ubi non erunt Ecclesiae vel Oratoria privata ; et ubi erunt Oratoria privata, ibsque praeiudicio indultariorum.

5. Faciendi Sacrum vel una hora ante auroram, vel aha post meridiem, legitima concurrente causa.

6. Indultum personale perpetuum Altaris privilégiât! ter in hebdomada, dummodo intuitu huius privilegii nihil praeter consuetam eleemosynam percipiat.

7. Benedicendi extra Urbem, solo crucis signo, cum omnibus Indulgentiis a Sancta Sede concedi solitis, co*rr-as* precatorias. *cruces,* parvas statuas et sacra numumata, et adnectendi coronis Indulgentias, quae a Sancta Birgitta et quae a Patribus Crucigeris nuncupantur.

Datum Romae, ex Aedibus dictae Sacrae Congregationls die ... mensis ... anno...

III. *Facultates pro Alumnis proficiscentibus ex Collegio strictioris observantiae*

Vigore potestatis sibi a Ssmo Dno Nostro ... Divina Providentia Papa ... tributae. Sacra Congregatio Chris-Lano Nomini Propagando sequentes facultates benigne concessit R. ...

1 Vescendi per iter tam in accessu quam reditu ex mbsfone. et in locis ubi necessitas ac salutis incommoda exegerint, carnibus, ovis et lacticiniis in diebus Ieiunii ab Ecclesia et ab eius Ordinis regula praescripti, ita ut salutis incommoda etiam ab observantia ieiunii exemptus remaneat, omni tamen scancalo remoto, et onerata eius conscientia super veritate ei gravitate cau-

1 Recitandi quindecim decades Rosarii B. M. V. si quandoque itineris vel alia de causa absque gravi inccmmodo divinum officium recitare nequeat, onerata dus conscientia super veritate et gravitate incommodi.

3. Celebrandi per mare Missam super altari portatili, cum assistentia tamen, quatenus opus sit. alterius Sacerdotis; dummodo sit mare tranquillum et nullum adsit irreverentiae periculum.

4. Celebrandi pariter Missam etiam in terra super altari portatili, in locis tamen ubi non erunt Ecclesiae vel Oratoria privata; et ubi erunt Oratoria privata, absque praeiudicio indultariorum.

5. Faciendi Sacrum vel una hora ante auroram, vel alia post meridiem, legitima concurrente causa.

6. Indultum personale perpetuum Altaris privilegiati ter ln hebdomada, dummodo intuitu huius privilegii nihil praeter consuetam eleemosynam percipiat

7. Benedicendi extra Urbem, solo crucis signo, cum omnibus Indulgentiis a Sancta Sede concedi soUtis, *coronas* precatorias, *cruces, parvas* statuas et sacra numismata, et adnectendi coronis Indulgentias, quae a sancta Birgitta et quae a Patribus Crucigeris nuncupantur.

8. Induendi se linea interiori tunica, femoralibus et calceamentis ad se tuendum ab aeris intemperie, si aliter transire vel permanere non poterit

9. Equitandi vel alio modo progrediendi, donec ad missionis loca pervenerit, et in aliis ubi necessitas urget

10. Deferendi, recipiendi ac expendendi pro suis urgentibus ac aliorum necessitatibus pecunias, quae a piis benefactoribus ipsi fuerint oblatae, vel alio legitimo modo ad eum pervenerint, quatenus gravis adsit necessitas et praevia Superioris licentia.

Datum Romae ex Aedibus dictae S. Congr., die ... mensis ... anno ...

III. Facultates *pro Alumnis profiscentibus ex Collegio Urbano destinatis ad territoria subiecta iunsdictioni S. C. de Propaganda Fide*

Vigore potestatis sibi a Ssmo Dno Nostro ... Prov div. Papa ... tribulae. Sacra Congregatio. Christiano Nomini Propagando sequentes facultates benigne concessit ad quinquennium tamen valituras

R. D. ...

1. Recitandi quindecim decades Rosarii B. M V. si quandoque, itineris vel alia de causa. Divinum Officium absque gravi incommodo recitare nequeat, onerata eius conscientia super veritate et gravitate incommodi.

2. Celebrandi, durante itinere maritimo. Missam super Altari portatili, cum assistentia tamen, quatenus opus sit, alterius Sacerdotis; dummodo mare sit tranquillum. et nullum adsit irreverentiae periculum.

3. Celebrandi pariter Missam etiam in terra super Altari portatili, in iis locis tamen ubi Ecclesiae vel Oratoria desint.

4. Fruendi induito personali Altaris privilégiât! ter in hebdomada, dummodo intuitu huius privilegii nihil praeter consuetam eleemosynam percipiat.

5. Benedicendi extra Urbem solo crucis signo, cum omnibus Indulgentiis quas Sancta Sedes concedere solet, coronas precatorias. quae a Sancta Birgitta et quae *a* Patribus Crucigeris nuncupantur.

6. Adscribendi Christifideles Confratemitatibus ab Ecclesia probatis, una excepta Confraternltate Ssfn. Rosarii.

Datum Romae ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis die ... mensis ... anno Domini ...

• **Ad Mtatcnanos Apostolkoi: Syllos· b. 219. 220, 221.**

1278

1935 IUL 16.-SC STUDIORUM» DECR. PART.

Facultas theologica apud collegium intern·πονali **CARMELITARUM EXCALCEATORUM IN URBE CANONICE ERIGITUR**

Ordinis Carmclitarum Excalceatorum Praepositus Generalis, ratus non exiguae eidem Ordini fore utilitati si studia sacra pro ipso in Urbe, prope veneranda sepulcra Apostolorum Prir.cipum augustamque Petri Cathedram maxime proveherentur et selectis cx loto Ordine alumnis exquisitiore cultura formandis efficaciter consuleretur, humillime a Sancta Sede expoftu

lavit ut apud *Collegium Internationale a Sancta Theresia a lesu et Sancto loanne a Cruce Facultas Theologica,* cum iure gradus academfcos — Baccalaureatum, Licentiam seu Prolytatum. Lauream seu Doctoratum — in Sacra Theologia conferendi canonice erigeretur.

SSifius Dominus Noster Pius PP. XI, infrascripto Cardinali Sacrae huius Congregationis Praefecto referente, omnibus rei adiunctis probe exploratis matureque perpensis» precibus annuendum censuit.

Itaque haec *Sacra Congregatio,* auctoritate a Summo Pontifice sibi facta, apud laudatum *Collegium Internationale a Sancta Theresia a lesu et Sancto loanne a Cruce Facultatem Theologicam,* ad decus utilitatemque perillustris *Ordinis Carmelitarum Excalceatorum,* canonice erigit et erectam declarat cum iure Baccalaureatum, Licentiam seu Prolytatum. Lauream seu Doctoratum in Sacra Theologia alumnis eiusdem Ordinis conferendi; servatis ad amussim Statutis ab eadem Sacra Congregatione approbatis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Callisti. die 16 m. iulii, in Commemoratione solemni Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo, anno 1935.—Card. Bisleth, *Praef.* Ernestus Ruffini, *Secr.*

• AOCD 10 (1935) 94.

1279

1935 IUL 17.-SC S. OFFICII, INDÜLT. PART.·

Facultas dispensandi ab interpellationibus faciendis
IN PRIVILEGIO PAULINO

c Since the Ordinaries of this country are obliged from time to time to seek dispensations from the interpellations which are required for the lawful use of the Pauline privilege, the Supreme Sacred Congregation of the Holy Office has thought it opportune to grant the faculty to dispense from the interpellations to the Apostolic Delegation.

‹ When, therefore, in an individual case, *there is danger in delay and no time for recourse to the Holy See.* Your Excellency may direct requests for this dispensation to the Apostolic Delegation. The petition, moreover, must state that the following conditions, by which the faculty is circumscribed, are verified In the case Dummodo adhibitis prius omnibus diligentiis (etiam per publicas ephemerides, ubi fieri possit) certo constiterit, cx processu saltem summario et extraiudiciali coniugcm infidelem omnino reperiri nequivisse, aut interpellationem fieri non posse sine evidenti periculo gravis damni aut coniugi iam ad fidem converso aut Christianis inferendi. ›

• fscuHsi frtnuniæ fuit Onlinerils 5. F. Americae Septantrfattiii ptr proprium Delegatum Ap. in llttcna transcriptis diei 17 Ivi 1935. Pro:. N. 116/35: E. M. WOHBER. The interpellations, Washington 1942. ρ 131. Adn. E M. WOE8ER op. cit., p. 130-131.

1280

1935 IUL 17.-SC OR., NOT1F. AAS 27 (1935) 306-308

De constituenda pontificia commissione ad redicendum
« CODICEM IURIS CANONICI ORIENTALIS »

Augustus Pontifex, Patriarcharum. Archiepiscoporum et Episcoporum Orientalium vota benigne excipiens. ut singulis eorum Ecclesiis per canonicam codificationem provideretur, anno 1929l haec statuere dignatus est 1) ut studia historico-canonica, quae *praeparatona* vocantur,/ de legibus ct consuetudinibus singularum Ecclesiarum a sacerdotibus, quos Exemi Epicopi Romam mittendo»; elegerint, conficerentur; 2) ut canonum schemata n praedictis sacerdotibus delegatis redacta ad Kxeftos Ordinarios mitterentur, ut de iisdem animadversiones facere possint; 3) ut iuridici singularum Ecclesiarum fontes, canonici praesertim, exquirerentur atque in lucem, curâ virorum scientiâ hinj canonici historia peritorum, ederentur. Memoratis studiis praeparatoriis Sanctitas Sua eodem anno Commissionem Cardinalitiam praeposuit, cui usque ad diem 13 Novembris elapsi anni desideratissimus praefuit Card. Petrus Gasparri.

307

Quum autem delegati sacerdotes opus sibi concreditum hisce diebus naviter et fideliter absolverint, atque Excifii Ordinarii Orientales de schematibus canor,u.t. suas dederint animadversiones; quumque fontium a praedictis sacerdotibus relatorum plures libri circa Sedis Apostolicae decreta et disciplinas Ecclesiarum Orientalium in lucem editi (Aethiopicae, Armenae.Chaldaicae, Copticae. Maronitae, Melkitae, Rumenae, Ruthenae et Syrae) et alii edendi sint» Sanctitas Sua ad redactionem ‹ Codicis luris Canonici Orientalis › procedendum censuit. atque huic operi moderando Commissionem pontificiam constituit.

Huius Commissionis est animadversiones et vota quae de canonum praedictis schematibus Rmi Ordinarii significaverint perpendere; textum canonum determinare; et redactionem Codicis moderari. Quum autem condendus Codex, non solum ad leges sed etiam ad redactionis rationem quod attinet, populorum ad quorum regimen destinatur referre debeat indolem: aequum Ssmo visum est decernere ut Emi Patres, in praedicto Codice redigendo, opera Consultorum ex Orientalibus clericis praecipue assumptorum utantur.

Praecipit insuper Sanctitas Sua ut singuli tituli vel libri quos, moderante Emo Praeside, Consultores redegerint, ad Ordinarios Orientales Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos, exquirendi eorumdem voti gratià ad unam quod attinet redactionis rationem, mittantur.

Commissionem pontificiam constituunt qui sequuntur: Effius Card. Aloysius Sincero, *Praeses.* Effius Card. Eugenius Pacelli. Emus Card. Iulius Serahnl Emus Card. Petrus Fumasoni-Biondi. A Secretis: Rffius P. Aeacius Coussa. B. A./ »

Consultores: Excffius P. D. Franciscus Agagianhn. Episcopus tit Comanensis in Armenia. Rmus D. Franciscus Gozman. Rmus D. loannes Balan. Rmus D. Petrus Dib. Rmus D. Petrus Sfair. Rffius D. Cyrillus Korolevskij. Rffius D. Paulus Hindo. Rffius P. Garated Amadunl, e Mechit. Venet. Rffius P. loseph Zajackivskyj O. S. B. M. Rmus P. Romualdus_Souam A. A Rmus P. Arcadius Larraona C. M. F. Rffius P. Hippolytus a Sancta Familia O. C. D. Rffius P. Aemilius Herman S. I.

Commissionis sedes est apud S. Congregationem pro Ecclesia Orientali, Borgo Nuovo 76. Roma (113).

Die 17 Iulii. anni 1935.

Adn. E. BERGH In NrT 62 (1935) 854-865; IP 15 (1935) 210: PrM 24 (1935) 210

1281

1935 IUL 18.-SC STUD., DECR. AAS 27 (1935) 494

Collegium internationale angelicum de urbe.
ORDINIS PRAEDICATORUM, CANONICE ERIGITUR

Ordinis Praedicatorum Magister Generalis ab hoc Sacro Dicasterio postulavit ut eiusdem Ordinis Internalionale *Collegium Angelicum,* ad altiora studia provehenda institutum, canonica erectione donetur.

Haec Sacra Congregatio, rerum adiunctis perpensis. Magistri Generalis supradicti votis obsecundans. Collegium *Internationale Angelicum,* Ordinis Praedicatorum, pro alumnis qui altioribus studiis incumbunt canonice erigit et erectum declarat.

Servatis ceteris de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, die xvin Iulii MCMXXXV.—C. Card. Bisleti, *Praef.* E. Ruffini. Secr.

1282

1935 IUL 18.-S. PAEN., DECR. AAS 27 (1935) 315

DI CONDITIONIBUS AD LUCRANDAM INDULGENTIAM. QUAM DICUNT, PORTIUNCULAE IN ECCLESIA S. MARIAE ANGELORUM APUD ASISIUM

Haud semel, olim et recenter, quaesitum est a Sacra Paenitentiaria, utrum conditiones ad lucrandam indulgentiam. quam dicunt. Portiunculae (confessio, communio. visitatio ecclesiae ac recitatio, ea durante, orationum Pater, *Ave* et *Gloria* ad mentem Summi Pontificis sexies repetita), η. IX Decreti « Ut septimi pleni › diei 10 Iulii 1924 (LE 604] praescriptae, servari debeant etiam in visitatione *Portiunculae* proprii nominis ad S. Mariae Angelorum apud Asisium, contra ibi hucusque receptam traditionem.

Ad quae, omnibus mature perpensis. Sacra Paenitentiaria Apostolica respondet: *Affirmative* et, quod attinet ad recitationem precum, *ad mentem.*

Mens est ut hae preces (sexies *Pater, Ave* et Gloria) recitari regulariter debeant in ipso Portiunculae sacello; sed si forte aliquando, ob sacelli ipsius angustiam praesertim in extraordinario visitantium concursu. id absque incommodo servari nequeat, valeant christifideles eas incipere extra ipsum sacellum, prosequi per ipsum transeuntes et absolvere post exitum Idque toties quoties indulgentiam lucrari exoptent

Quam quidem resolutionem Sibi relatam Ssiftus D. K. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audientia infrascripto Cardinali Suo Maiori Paenitentiario die 13 vertentis mensis concessa, benigne approbare et confirmare dignatus est ac, quo solet modo, publicandam mandavit

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 18 Iulii 1935.—L. Card. Lauri, Paenitentiarius Maior. S. Luzio, *Regens.*

Ada. E. B. in NrT 62 (1935) 866; PrM 24 (1935) 214.

1283

1915 IUL 19.-SC S. OFF. DECR. AAS 27 (1935) 304-305

DICRETVM QUO DAMNATUR LIBER ALAFRIDI ROSENBERG CUI TITULUS « AN DIE DUNKELMAENNER UNSERER ZEIT. EINE ANTWORT AUF DIE ANGRIFFE GEGEN DEN ‹ MYTHUS DES 20. JAHRHUNDERTS »

Feria IV, die 17 Iulii 1935

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii. Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi damnarunt et ta indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt novum librum, recenter editum, qui inscribitur:

Alfred Rosenberg, *An die Dunkelm&nner unserer Zeit. Eine Antwort auf die Angriffe gegen den ‹ Mg·thus des 20. Jahrhunderts ».* Hoheneichen Verlag ■6 München./

Et sequenti Feria V, die 18 eiusdem mensis ct anni, Stffiixs D. N. D. Pius Divina J'rovidentia Pp. XI in sobta audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 19 Iulii 1935.—I. Venturi. *Supremae S. Congr. S. Officii* Xolartm.

1284

1935 IUL 21.-SC ORIENT., NOTIF. AAS 27 (1935) 379

Fideles orientales adeant pro indulgentiis **S. PAENITENTLARIAM**

Ssmus Dominus Noster Pius div. Prop. Pp. XT. in audientia dierum 1 et 22 mensis Iunii. anno 1935. Cardtaali a Secretis S. Congregationis pro Ecclesia Orientali et Cardinali Paenitentiario Maiori respective concessis, statuere dignatus est, ut» fideles quoque orientales cuiuscumque ritus in iis quae Indulgentias respiciunt Sacram Paenitentiariam adeant

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae, die 21 m. Iulii a. 1935.

Adn. IP 15 (1935) 314

1285

1935 AUG 15.-SC STUD., DECR. AAS 27 (1935) 418

Canonice erigitur facultas theologica bratislavensis **APUD SEMINARIUM MAIUS TYRNAVIENSE. CUM IURE GRADUS CONTERENDI**

Excmus Ordinarius Tyrnavlensis in Cecoslovachia. postulavit a Sancta Sede ut apud civilem Studiorum Universitatem Bratislavensem, Facultas Theologica canonice erigeretur.

Cum Beatissimus Pater praefatae petitioni annuere dignatus sit, haec Sacra Congregatio, praesenti Decreto, Facultatem Theologicam Bratislavensem. apud Seminarium Maius Tyrnaviense sitam, canonice erigit et erectam declarat, cum iure conferendi gradus academicos, ad nonnam Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus » ILE 1030] eique adnexarum « Ordinationum › [LE 1033] et secundum Statuta ab hac eadem Sacra Congregatione approbata.

Servatis ceteris de iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, die xv augusti, in Festo Assumptionis B. Mariae Virginis, anno MCMXxv—C. Card. Bisleti, *Praef.* E. Ruffini, *Secr.*

1286

1935 SEP 2.-PIUS XI, LIT. AP. AAS 28 (1936) 64-65

Nova nuntiatura apostolica ‹ de cuba › constituitur, complectens **CUBANAM** rempublicam, e territorio **DELEGATIONIS APOSTOLICAE ANTILLARUM** SjEIUNCTAM

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Reipublicae Cubanae Gubernatores Nobis nuper enarrarunt admodum libi esse in votis ut in Republics etiam sua constituere dignemur Apostolicam Nuntiaturam, quae diplomatic^ inter Sanctam Sedem et Rempublicam ipsam rationibus consulat. Nos autem cum Gubernii eiusdem votis concedere velimus, ac propterca cum quoque expediat ab hodierno Delegationis Apostolicae Antillarum territorio Rempublicam Cubanam sciungere. ut in eadem condi possit huiusmodi Nuntiatura, rebus omnibus attento ‹eduloquc studio perpensis. ca quae sequuntur statuenda censemus. Nimirum motu proprio, certa acien!ia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore novam *de Cuba Legationem sive Nuntiaturam* erigimus. Hliusque territorium distrahimus sive separamus ab Apostolica Antillarum Delegatione, ita ut excepto Reipublicae Cubanae territorio, ad Delegationis Antillarum iurisdictionem pertineant omnes aliae insulae, quae huc usque ad eandem pertinebant Contrariis non obstantibus quibuslibet Haec, spe freti vinculis inter nationem Cubanam ct Sanctam Sedem arctiiu obstringendis hoc voluntatis Nostrae consilium profuturum. m Domino statuimus; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae per Nos erectae in Republic»/ Cubana nunc et in posterum plenissime suffragari; sic rite ludicandum esso ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his. a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Castri Gandulphi. sub anulo Piscatoris. die n mensis Septembris, an. mumxxxv, Pontificatus Nostri dccimoquarto.—E Card Pactili, α Secretu Status.

CARROLL ÜNMittlTY LIB
CLIEVEI AND. OHiO

1287

1935 SEP 5.-SECR. STATUS. LIT. CIRC. PART.·

Circa exemptionem taxarum in aedificandis vel **REPARANDIS ECCLESIIS, SEMINARIIS DOMIBUSOUE PAROECIALIBUS IN ITALIA**

Chiese, Seminarii e canoniche exclusi dall'imposta sui materiali per *costruzioni*

tCon Ia Circolare n. 1781 33. in data 30 giugno 1933 ia Segreteria di Stato comunicava agli Ecc.mi Vescovi che il Ministero delle finanze. — al quale era stata sottoposta la questione dell'applicabilità dell'imposta di consumo sui materiali da costruzione per le chiese, l Seminari e le case di abitazione dei parroci — aveva inviato alie LL· EE. i Prefetti dei Regno apposita Circolare interpretativa. impartendo istruzioni perché < la imposta di consumo, di cui agli articoli 39 e 98 dei Testo Unico per la Finance locale, *non debba applicarsi* ai *materiali impiegati nelle riparazioni e nelle costruzioni delle chiese aperte al culto pubblico cattolico, con le loro pertinenze, dei Seminari e delle case destinate ad abitazione di parroci* > (Ministero delle Finanze, Direzlone Generale dei Servizi per la Finanza locale - Protocollo n. 5522 - Div. II - 9 giugno 1933 - Anno XI).

< Le disposizioni di questa circolare, peraltro, non sono state talvolta osservate dagli Uffici Comunali per le imposte di consumo, i quali — pretestando dubbi solla costituzionalità della prctesa deroga recata dalla circolare in parola aile norme di legge — notificano ai Rev. Parroci l'accertamento della imposta per le Chiese. Case Canoniche e Seminari.

< Perché nécessita che la questione sia trattata con unifd di *indirizzo* è indispensabile che i reverendi Parroci diano senza ritardo notizia all'Ufficio Pontificio per le case parrocchiali — Città del Vaticano — (appositamente istituito dal Santo Padre) degli accertamenti in parola, contro i quali, secondo le istruzioni che saranno in volta in volta impartite. *dovranno ricorrere* in via amminfjtrativa, in prima istanza, al Podestà del Comune. e sucessivamente dove occorra, a S. E. il Prefetto della Provincia e al Ministero delle Finanze; e ciô prima che. notificata dallTJfficio Daziario la inpiunzione, questa acquisti forza esccutiva e si renda necessario opporsi, avanti i Tribunali, previo perd il pagamento dell'imposta per la regola del solve et repete vigente in materia di imposte, nel Regno.

« La Segretcria dl Stato prega pertanto sia portato quanto sopra a conoscenza dei Rev. Parroci, raccomandando loro di attenersi scrupulosamente a quanto nella présente circolare è indicato, per evitare che reclami intempestivi e discordanti indirizzi nella discussione delle varie controversie possano compromettere la questione di maxima, dellua quale non pud sfuggire la rilevante importanza i.

• **Ordimriii Italiae, Prot. N. 2914/35: Rovista dei cieto Italiano 17 (1936) 25-26 Adn. G. STOCCHIARO In Revbta dei clero it»-liano 17 (1936) 25-31.**

1288

1935 SEP 19.-PIUS XI. LIT. AP. AAS 27 (1935) 367-373

Statuta, quae ad curam spiritualem militum catholicorum **EXERCITUS GERMANIAE SPECTANT, ADPR0BANTUR**

PIUS PP. XI

Decessores Nostros vestigiis secuti, iam anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio, die x m. Septembre. Nne Ipg| inter Sanctam Sedem et Germanicam Rcmpublicam habuimus ratam sollemnem Conventionem, quae cum additis Protocolli Finalis declarationibus Iam die vicesima Iulii memorati anni pacta est. In articulo vero septimo ac vicesimo eiusdem Conventionis. cum ea summatim sint statuta quae ad spiritualem curam militum catholicorum exercitus Germanici spectant, decretum est etiam ut propriae et definitae regulae quoad curam eandem spiritualem. Litteris Nostri Apostolicis sub anulo Piscatoris obsignandis, audito Gubernio Germaniae, describerentur. Quae quidem regulae, latino sermone exaratae, a Sacra Congreptione negotiis ecclesiasticis extraordinariis praeposita recognitae sunt earumque tenor hic est qui sequ.tur videlicet:

Statuta ad curam spiritualem militum exercitus **GERMANICI SPECTANTIA**

I. Ordinarius castrensis, qui ex Apostolicae Sedis concessione episcopali dignitate fulgebit, ad hoc constitutus est, ut curae spirituali catholicorum ad exercitum Reipublicae Germanicae pertinentium efficaciter et fructuose consulatur./

II. Episcopus castrensis nominatur ab Apostolica Sede, servatis iis quae in art 27 sollemnis Conventionis inter Sanctam Sedem et Rempublicam Germanicam die 20 Iulii 1933 initae statuuntur necnon ratione habita eorum quae in C. L C. de qualitatibus promovendorum ad Episcopatum sancita sunt.

III. Episcopus castrensis iurisdictione ordinaria pollet. eademque ceteris Ordinariis non obnoxia, in omnes catholicos militum praefectos, ipsos et milites, necnon in omnes etiam e civium ordinibus qui iuxta leges nunc vigentes officiis exercitus addicti sunt, L e. qui in copiis Reipublicae Germanicae stipendia mereat, atque simul in eorum familias, itemque in membra catholica familiarum, quarum paterfamilias catholicam fidem non profitetur.

Obligatione applicandi Missam pro populo, expositionem Romano Pontifici faciendi de statu administrationis ecclesiasticae sibi commissae necnon visitationis ad Limina debitis temporibus perficiendae. Episcopus castresis pariter tenetur sicut et ceteri Episcopi, qui iurisdictione ordinaria fruuntur.

Facultates Episcopo castrensi necessariae ut suam iurisdictionem exerceat, eidem, cum nominatur, immediate ab Apostolica Sede tribuuntur.

IV. Vocabulo familiae designantur unice propinqui ex parte patrisfamilias. nempe: uxor et filii, sive proprii sive adoptivi, usquedum vicesimum primum aetatis annum expleverint et in domo paterna degerint.

Iurisdictioni Episcopi castrensis subtrahuntur uxor a viro legitime separata, atque liberi qui una cum eadem matre cohabitant: ii omnes iurisdictioni Ordinarii loci subiiciuntur.

V. Iurisdictioni Episcopi castrensis subsunt in iis, quae militum cura pastoralis deposcit, tum scholae militares, tum aedificia omnia militaria (Kasernen. Festun^swerke. etc.>, necnon nosocomia et carceres unice militibus destinata, item ecclesiae et oratoria, quie unice militibus usui sunt quaeque vulgo « Garnisonkirchen » appellantur.

Quod vero ad alias ecclesias attinet, quae tantum certis diebus vel horis militibus usui sunt, pacta opportuna conficiantur cum rectore ecclesiae vel. si opus sit. cum iis qui aedificia posident aut administrant accedente adprobatione Episcopi loci./

VI. Episcopo castrensi ius esto decretum condendi, quo ea omnia statuantur, quae sacram disciplinam sacerdotum castrensium provehant et foveant et fideles ipsi concreditos ad religionem catholicam fructuose profitendam admoveant. Curet igitur, ut, hab:to consilio cum Gubernio, religionis officia una cum militiae muneribus recte et opportune concilientur. Porro huiusmodi decreta antequam promulgentur Apostolicae Sedi subicienda sunt, ut eidem copia detur, si res ferat ac mutua consensione, aliquid immutandi vel addendi.

VII. Episcopus castrensis et sacerdotes in exercitu animarum curae stabiliter vacantes a Gubernio Germanico stipendia percipient praevisa legibus suœr stipendiis in Germania vigentibus, expleto autem cum laude munere, pensiones ad Germanorum iuris statuta metiendas.

Ut opportune provideatur honestae sustentationi cleri. qui a cura castrensi, iure pensionis congruae nondum acquisito, dimittitur, tempore muneris castrensis ad a^cam nummariam pro pensionibus in dioecesi, cui Incardinatus est. quotannis certam pecuniam tamdiu solvet, donec firmum comparaverit ius percipiendi cx aerario militari, expleto munere, tantum pensions quantum parochi emeriti in dioecesi, cui ipse incardinatus est. expleto munere percipiunt

Hoc in causo ecclesiastico viro castris addicto ius est tantum pecuniae recipiendi quantum, pensionis sibi parandae causa, in arcam nummariam pro pensionibus in dioecesi immiserit, sine autem usuris: quod cum aes

ipse susceperit, nihil ab eadem arca deposcendi ei fas sit

Vili. Sedes Episcopi castrensis eiusque Curiae, iuxta canones C. I. C. instructae. Berolini esto, ubi cura Gubernii loca congrua cum Ordinario tum Curiae instituenda erunt Quin etiam danda erit opera ut huic fini apta domus attribuatur.

Episcopus castrensis ad iuris canonici praescripta Curiam instituat. Deliget Vicarium generalem, qui potestate ordinaria ei adiutricem operam praestabit in iis omnibus quae ad spiritualem curam catholicorum in Germania militiae munera obeuntium pertinent (can. 366 5 1). Vicarius generalis munere quoque officialis ad normam can. 1573 § 1 fungi poterit, quamdiu, propter negotiorum exiguitatem. Episcopus alium officialem ab eo distinctum ad id ei accensendum opus non
ro esse aestimaverit./

Omnes causae contentiosae de vinculo matrimonii, etiam in prima instantia, non coram tribunali castrensi sed coram tribunali Ordinarii loci tractandae erunt, qui ad normas iuris canonici competens erit· In casibus cc. 1990-1991 C. I. C. praevisis declaratio nullitatis spectabit ad Episcopum loci, non vero ad Ordinarium castrensem, qui tamen cognoscere potest causas de separatione tori, mensae et habitationis.

In causis criminalibus sacerdotum castrensium, pro quibus C. I. C. pluritatem iudicum vel praescribit vel commendat (can. 1576), ius esto Episcopo dioecesis, cui conventus incardinatus est, si pro sua prudentia opportunum judicaverit, ecclesiasticum virum, tribunalis diocesani membrum, deputandi, qui tribunali ab Episcopo castrensi constituto pro hac causa pleno iure cooptandus est.

Pro causis actis coram Episcopo castrensi tribunal secundae instantiae esto penes Episcopum Berolinenfem.

IX. Cum vi muneris sui Episcopus castrensis praesit curae spirituali militum, cordi ei erit praecipue institutionem religiosam catholicorum sibi subditorum fovere, ad ecclesiastica sacramenta suscipienda faciliorem eis aditum reddere ac legum ecclesiasticarum observantiam omni ope provehere.

Sacerdotes castrenses tenentur legibus ecclesiasticis oon solum generalibus, sed etiam particularibus territorii, in quo versantur, praesertim iis, quae obligationis clericorum et cultum divinum spectant.

X Ut electio capellanorum minorum catholicae rei benevertat et iam ab initiis par sit gravitati officii ipsis committendi, curent locorum Antistites, quos idcirco Ordinarius castrensis adibit, ut nonnisi viri probatae virtutis, de quorum idoneitate et dignitate plane ipsis constet, ad tam difficile munus obeundum accenseantur. Idcirco solum illorum ratio habeatur, qui ab Ordinario proprio proponuntur vel saltem, additis testimoniis idoneitatis et dignitatis, efficaciter commendantur.

XI. Nominatio omnium sacerdotum castrensium pertmet ad Ordinarium castrensem, collatis cum Reipublicae potestatibus, quarum res interest, consiliis. Episcopo castrensi liberum iudicium esto, num de nominatione huiusmodi rogari oporteat sententiam Episcopi quo-
Π que. intra cuius terri/torium nominandus officium parochi castrensis obiturus sit. Antequam tamen nominatio fiat, eidem Episcopo praevius dandus est mmtius-

Agregatio ad clerum castrensem non secumfert excardinationem a propria dioecesi.

XΠ. Parochi castrenses ceterique sacerdotes ad sacrum ministerium in exercitu obeundum legitime deputati iurisdictioni Episcopi castrensis subsunt et ab eo iurisdictionem ac facultates necessarias accipiunt Episcopo castrensi ius est eos sede et officio mutare, praevio hac de re communicato nuntio cum Ordinariis Jocorum quorum res interest

XIII. Sacerdos castrensis, si ab Ordinario castrensi dimittatur, relabitur ipso facto sub iurisdictionem Ordinarii, a quo licentiam transeundi ad clerum castrensem antea obtinuit.

XIV. Episcopi castrensis est paroecias militares erigere vel erectas immutare, earumque fines statuere. Tamen is ad id peragendum ne procedat, nisi de iis, priusquam conficiantur, episcopos, quorum res interest, edocuerit

Quod si sacerdos castrensis etiam ultra fines sui anneris tn bonum animarum ceterorum fidelium operam suam impendere velit, facultatem petat ab Ordinario loci.

XV. Ubi sacerdotes castrenses praesto non sunt, curet Episcopus castrensis — praehabito consensu Ordinarii loci — ut spirituali bono militum a clericis singulorum locorum congrue consulatur.

XVI. Ne vero dubitationes vel abusus oriantur, caveat Ordinarius castrensis ut testimonium jurisdictionis vcl facultatis concessae sacerdotibus m cura pastorali castrensi operam navantibus litteris consignatum tradat. ut ipsi, si opus sit, facultatem, qua praediti sunt» probare valeant

XVII. Locorum Ordinarii propenso animo curabunt ut Episcopo castrensi eiusque capellanis pro necessitate praesto semper sint tum usus ecclesiarum, tum opera sacerdotum pro ministerio pastorali castrensi; Episco-
pus/ vero castrensis vicissim curabit ut sacerdotes 373
castrenses grato animo huiusmodi officia rependant ac praesertim clericis locorum in sacris muneribus obeundis auxilium ferant

Si controversia in sacro ministerio aut in qualibet re, quae ad forum ecclesiasticum spectat, inter clerum castrensem et clerum dioecesanum oriatur, pro bono et aequo componatur ab Ordinariis utriusque partis; quod si fieri nequeat, Apostolicae Sedi deferatur.

XVIII. Quod attinet ad administrationem sacramentorum et ad functiones paroeciales. servetur ius commune, haud spretis tamen legitimis consuetudinibus locorum-

In potestate paroeciali capellanis militaribus Rcipublicae Germanicae concessa continetur etiam potestas assistendi matrimoniis fidelium sibi vi jurisdictionis exemptae subditorum — ea tamen lege, ut quoad validitatem matrimoniorum haec potestas intellegenda sit cumulativa cum Ordinario et parocho loci vel sacerdote ab altemtre delegato.

In iis, quae spectant ad celebrationem matrimonii, vigeant praescripta can. 1097 C. I. C.

XIX. Ut acta ac documenta quae ad curam animarum pertinent rite serventur ac, data necessitate, facilius reperiantur, studeat sacerdos curae animarum castrensi addictus, ut omnia acta paroccialia Uc. circa Baptismata, Confirmationes, Matrimonia ct decessus) citissime et diligentissime peculiaribus libris mandentur ac eorum exemplar authenticum quotannis ad Curiam castrensem mittatur.

XX Caveat Episcopus castrensis ut. si agatur dc sacrificio Missae celebrando sub divo, diligentissime serventur praescripta can. 822 } 4 et ea quae Sacra Congregatio Sacramentorum in epistola uniformi Ordinariis Italiae die 26 Iulii 1924 data (cfr. Actu Ap. Sedis, vol XVI. n. 9. p. 370) ILE 609] edidit. Consideret praesertim quod in laudata epistola uniformi statutum est, scilicet Sanctae Missae extra ecclesiae septa celebrationem ad sacculares celebritates aut politica festa religioso honestanda decore prorsus vetitam esse.

Missam sub divo, servatis servandis, tantum in costris ct in iis locis celebrari sinat, quae peculiariter militibus destinata sunt: sin alibi, etiamsi condiciones a can. 822 J 4 et a laudato epistola uniformi impleantur, licentiam Ordinarii loci petat/ 373

XXI. Vacante Episcopi castrensis munere, nisi aliud a Sancta Sede cautum sit. jurisdictio et facultates huius muneris propriae interim a Vicario generali castrensi exercebuntur, ea tamen lege ut hoc tempore nihil innovetur-

Itaque motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, suprascripta « statuta ad curam spiritualem militum exercitius Germanici spectantia » plenissime adprobamus clsdemque Apostolicae sanctionis robur adurimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque. ad quos spectant, plenissime suffragrari slcqur rite judicandum esse ac definiendum; irritumque et inane fieri si quidquam secus super his. a quovik. auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi. sub anulo Piscatori d>e XIX m. Septembris an. upccccxxxv, Pontii entus Nostri decimo quarto.—E. Card. Pacfu.i. α Secretu Status

Ada. J C *in HrT 63* (1936) 72 A PEQI/G1N» ** Ar® 9 (1936) 12-14.

1289

1935 OCT 2.-S. PAEN., DECK. AAS 27 (1935) 449-450

PIUM EXERCTTTUM VISITATIONIS VULGO DICTAE < SEPTEM ALTARIUM > NOVIS INDULGENTIIS AUGETUR

Valde compertum est, usque a xn saeculo, nonnulla altaria in Vaticana Basilica exstitisse, quae a fidelibus Romam adeuntibus sepulcrum Principis Apostolorum veneraturis, speciali cultu honorata erant, forsitan propter Sanctorum corpora, sub iisdem quiescientia, quaeque etiam in quibusdam solemnitatibus peculiari quadam sacra liturgia prosequi mos erat

Haec inter altaria quaedam copiosioribus privilegiis et indulgentiis aucta, valde etiam ab ecclesiis extra Romam quaesitis, ct a peregrinis maiori cum frequentia visitata, exstitisse videntur, quae septem illa altaria constituunt, de quibus praesens Decretum agit, quaeque, ut sequitur, numerantur: 1) Beatae Virginis sub nomine Gregorianae, 2) Ss. Processi et Martiniani, 3) S. Michaelis Archangeli, 4) S. Petronillae Virg.. 5) B. Mariae Virginis a Columna, 6) Ss. Apostolorum Simonis et Iudae, 7) S. Gregorii Magni.

Vcrumtamen si ex authenticis documentis eruitur existentia specialium indulgentiarum. Istorum altarium visitationi concessarum, pariter tuto non constat neque de nominibus Pontificum easdem elargientium neque de ipsarum quantitate, eo quia dolendum est. ob temporum iniuriam fere omnino deesse pontificia documenta. quibus procul dubio utrumque elementum statui possit Ex tali documentorum penuria atque ex iis, quae privati viri lucri causa hac super re circa finem saec. xrv et saeculo xv scripserunt, probabiliter populares traditiones ad rem colligentes, quavis auctoritate destitutas et inter se valde discrepantes, de talium indulgentiarum quantitate eiusmodi confusio exorta est, quae, prout exspectandum erat, etiam causa fuerit cur pius fervor imminutionem/ pateretur quoad visitationem vulgo dictam Septem Altarium, quemadmodum etiam hodie animadvertitur.

Itaque Sanctitas Sua, summopere exoptans ut hoc pium exercitium reviviscat, quod temporibus vividioris et intimioris fidei christifideles diligebant, atque prae oculis habens, vividiorem hunc fervorem nunquam obtineri posse, donec clare et in concreto ab eisdem dignoscatur quaenam sint indulgentiae, quae talium altarium visitationi sint adnexae simulque conditiones ad eas lucrandas innotescant, iuxta id quod pro aliis piis exercitiis fovendis iam effecerat, iussit ut indulgentiae. quae in posterum fideles praefata visitatione acquirere possint, peculiari decreto tuto ac determinate enumerentur.

Itaque in audientia infrascripto Cardinali Paenitentla.-io Maiori concessa sub die 13 mensis Iulii currentis anni, abrogata super hoc qualibet anteriori concessione, eadem Sanctitas Sua visitantibus Septem Altaria in Basilica Vaticana exstantia, sequentes indulgentias elargiri dignata est: 1) partialem septem *annorum* pro visitatione singulorum altarium, pia mente et saltem corde contrito peracta, recitata qualibet oratione ad Titularem altaris; 2) plenariam suetis conditionibus die festo Titularis altaris, quod praedicta forma visitatur; 3) *plenariam* suetis conditionibus, si septem altaria, omnia praefato modo visitentur in uno die ad normam can. 923 C. I. C.

Quod si. ex Pontificio Induito in aliis Urbis ecclesiis et etiam extra Urbem indulgentias septem altarium < ad instar » christifideles lucrari possint sicut illas adnexas septem altaribus Vaticanae Basilicae, per visitationem nempe septem altarium explicite in eodem Induito determinatorum, eadem Sanctitas Sua sequentes indulgentias benigne concessit: 1) partialem *quinque annorum* pro qualibet visitatione singulorum altarium, recitando pia mente ct saltem corde contrito quamlibet precem m honorem Titularis altaris; 2) partialem septem *orum* die festo Titularis altaris, quod in praedicta forma visitatur; 3) plenariam suetis conditionibus lucrandam ab illo, qui modo praedicto ct unico die, iuxta normam can. 923 C. I. C.. visitationem omnium praefatorum altarium peregerit

Praesenti ln perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in formo brevi expeditione ct contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Adl die 2 Octobris 1935.—L. Card. Lauri, Paenitentianiu *Maior. S.* Luzio, *Regens.*

Adn. J. G in NrT 63 (1935) 73; PrM 24 (1935) 216.

1290

1935 OCT 2.-SC RITUUM, NORMAE. PART.·

NORMAE SERVANDAE IN EFFORMANDIS SUMMARIIS CAUSARUM SERVORUM DEI

Norme da seguirsi nella compilatione delle Pomâu riguardanti le Cause dei Serui di Dio

Nella crescente moltiplicité delle Cause di Beatificazione e Canonizzazione dei Servi di Dio che si tnttano presso il foro di questa Sacra Congregazione. a renderne più facile lo studio e più spedito l'esame, si richiama l'attenzione dei Revfhi Postulatori e dei Signori Awocati e Procuratori sull'esatta osservanza delle seguenti norme che riguardano Tordinamento nzionale e pratico delle relative *Positiones.*

I - Patroni (awocati e procuratori)

Loro officio principale è quello di facilitate lo studio delle Cause, esponendo con ordine, esattezza e pienezza le prove emergenti dagli atti processuali e dai *documenti* acquisiti ai processo. A tal uopo:

a) Nella *Informatio* sulla fama e suile virtù (Introduzione ed Antepreparatoria) dopo un esposto breve, ordinato, cronologico sostanziale della vita dei Servo di Dio e dei fatti, procurando di precisare bene le date, concordando le differenze, che spesso nelle deposizioni dei testi si trovano. i Patroni illustreranno in separato capitolo la natura delle prove giuridiche suile quali, secondo l'indole delle cause, si basano i fatti che si vogliono provare, osservando rigorosamente il prescritto del can. 2106 5 2 del Codice di Diritto C.' Quindi per l'Introduzione della Causa le prove raccolte si porranno a confronto col can. 2020 § 2; 1 per l'Antepreparatoria sulle virtù e martirio s'indicherà se le prove siano omogenee all'indole della Causa (moderna, mista, antica), tenendo présenté il can. 2020 §§ 3. 4, 5,' e h necessaria relazione col can. 2117.4 nonchè il Mon *proprio* di S. S. Pio XI in data 6 febbraio 1930,l cira la procedura da seguirsi nelle cause antiche e storiebe Per l'Antepreparatoria sui miracoli si porré in evidenza corne le prove siano legittime e sufficienti tanto per ia constatazione del fatto. quanto pel suo carattere miracoloso, come anche per quel che riguarda l'invocazioce del Servo di Dio. alia cui intercessione si attribuisce.

Nella *Informatio* sulla fama, sulle virtù, o martirio (Introduzione ed Antepreparatoria) s'inserisca a modo di Indice la cronologia dei fatti più salienti, con i richiami aile pagine del Sommario.

1 a Pro congregatione artepraeparatoria paretur positio tZ constet:. § 2 Advocati scriptura, qua ex dictis In sumrário vita et berolcitas virtutum Servi Dei. vel martyrium eiusqa» causa paucis illustrentur, omnino et diligentissime distinctis lis, quae tanquam argumenta ad probationem afferuntur et 2s. quae adducuntur potius tanquam adminiculum et ttxnilizs probationis ». 1 « Ad probandam famam virtutum, martyrii ac miraculorum, octo saltem testes requiruntur, qui singulares esse possunt singularitate, ut alunt, adminlculatfrA praeterea duo saltem testes ex officio vocandi sunt ». § 3. Ad probandas virtutes vel martyrium, requiruntur testes de visu et contestes: historica monumenta adminiculum tantum praestare possunt. § 4. Si habeantur in processu apes tollco testea ex auditu a videntibus et in informativo test» de visu, possunt il omnes coniungi in Unca probationis. § 5 Si vero adsint In informativo testes de visu et in aportolxo testes tantummodo ex auditu auditus, hi habent vim a±nlnlculi, magis vel minus gravis pro prudenti ludlcum aesdmatlone; et tunc tantum ad ulteriora, idest ad miraculorum disceptationem procedi potest, cum ex horum omnium testium conjunctlone talis habeatur probatio quae viro proder.ll de re gravi ludlcaturo fidem factura sit et auctoritatem >. 4 « Ad teatillcatlonem Servorum Del requiruntur duo tantum miracula, si testes oculati in utroque processu tum informative tum apostolico probationem virtutum confecerint, vel si testes, in processu apostolico excussi, fuerint saltea ex auditu α videntibus; tria si testes fuerint oculati ia processu informativo et de auditu auditus In processu apor.o Uco: quatuor si tn utroque processu de virtutibus constiterit per solos testes traditionis et per documenta ». Se α

Il lemma dei miracoli sia ben precisato c chiaro, nè potrà variarsi nel corso della discussione, salvo contraria disposizione della competente autorité.

bi Nel *Summarium* si riportino tutti gli atti e decreti emanati precedentemente nella Causa dalla S. C., che riguardano lo stadio della causa che si propone. Quir.di per l'Introduzione della causa, il decreto di approvazione degli scritti; per l'Antepreparatoria sulle virtù. questo stesso decreto con i voti dei teologi censori. il decreto d'Introduzione, quello sulla validité dei processi ccc; nella posizione sopra i miracoli per la Canonizzazione. si riporti il Decreto sulla < *Reassumptio* Causae ».

c) Si premettano parimenti nel *Summarium* al consueto *Catalogus testium* le tabelle esatte dei testi, le quali nella Positio super virtutibus siano distinte secondo i singoli processi Ordinarii ed *Apostolici.* Nel Oitalopus poi al nome di ciascun teste si citlno le pagine del *Summarium,* in cui è riportata la sua deposiUone su ciascun capo: p. e. *de fide* pag..... *de spe* p.... etc.: che se Il sommario fosse molto amplo, queste Indicazioni si pongano alla fine, quasi indice. Inoltre accanto al nome di ciascun teste nel decorso del *Sumtnarium* s'indichi il numero ordinale, che ha sia nel processo Apostolico sia nellOrdinario. e la causa della sua scienza riguardo ai singoli fatti, su cui depone: de rûu (V.) ex *auditu a videntibus* (A. V.) o ex *auditu* auditus (A. A.).

d) Si indichino esattamente le date dei singoli processi. esprimendo la data dell'inizio e quella della chiusura. e quando un processo si fosse prolungato per più anni, nel *catalogus testium* questi siano disposti per «rie successive, indicando al principio di ciascuna serie l'anno del loro esame. Nel riportare le deposizioni dei terti si abbia l'awertenza di specificare In parentesl quadre le date che fossero indicate in altra parte della deposizione, che nel compilare il Sommario si fosse dovuta separare dalla parte precedente, perché riguardante altra materia.

e) Nella Tabella Testium presso il nome del teste s'indichi non solo, come di consueto, la sua été al momento dcU'esame, ma anche la data della nascita, acciô si rilevi più agevolmente l'eté del teste in relazione al momento dei fatti che riferisce. La *Tabella Testium* s'inserisca nelle *Positiones* dell'Introduzione, della Validité de' processi, delle Virtù. del Martirio, dei Miracoli e del non culto.

f) In testa a ciascuna pagina del Summarium s'indichi la materia, di cui si tratta nella stessa pagina, p. e.: *De fide...* e s'indichi pure se si riferisce al processo Apostolico (P. A.) o a quello Ordinario (P. O.): cosi pure sulle pagine delCTnformazione sl apponga la parola *Informatio:* nelle Animadversion! e Risposta. queste parole: *Animadversiones, Responsio, e su* quelle che rlportano i documenti, s'indichi d! che trattano. Al principio di ciascun brano della deposizione. che si riportasse separatamente. s'indichi sempre il nome del teste, ed il numero corrispondente alla tabella.

p) La risposta aile *Animadversiones* si faccia per ordine secondo le singole *animadversiones* proposte, che potranno essere utilmente riassunte con brévité ed accennate al principio delle singole rîsposte, adoperando prcferibilmente nella loro stampa carattere diverso. Lo stile poi sia conciso, chiaro, didascalico e non declamatorio (can. 2080).· La silloge delle virtù, quatora sia richiesta, non consista in un'arida ripetizione più o meno lunga del Sommario, ma in un ragionato raffronto dei fatti esibiti dai testi idonei con gli elementi constitutivi di ciascuna virtù. Si tenga present® che detta silloge deve versare precipuamente sulle virtù teologali.

h> La Positio super *miraculis,* oltre le nonne suaccenate, si puô lodevolmente compilare riportando nel Sommario integralmente a) le testimonianze non divise per capitoli, b) le perizie mediche, c) i documenti ecc. indicando in testa a ciascuna pagina il nome almeno dei testi principali: medici curanti, sanato, infermieri... e poi in capo alie pagine dei voti medici il nome dei perito. *Votum* Periti *N. Super I· sanatione,* etc.

i) Alla fine dei Sommario si riportino integralmente — tranne quelli d'indole generale — gllnterrogatorh dei Promotori della Fede Generale o Diocesano e gli articoli dei Postulatore ed alla fine dl tutte le *Positiones* si aggiugeranno degli *Indici* ordinati ed esatti. seguendo lo schema dei medesimi, che si pone alla fine di questa istruzione.

La *Positio super martyrio* si compili come le altre; che se si traitasse di più Martiri, si debbono indicare le fonti da cui si desumono le prove per clascuno. In testa di ciascuna pagina s'indichi il nome del martke di cui si tratta.

« irrztte copia (Allegato I). (Vide LE 956). « Obiecltones « et responsiones breviter et perspicue, scholasticafere methodo. < serandum veteres sacrae Congregationis consuetudines, exa- • rentur ».

II - Postulatori

Ai Revmi Postulatori si raccomanda:

a) di attenersi fedelmente nella richiesta delle Postulatorie ai criteri ed aile norme richiamate nella recenta apposita Istruzione di questa S. C. di cui si annette copia (Allegato II);

b) di preparare per tempo le stampe delle Positioner, affin di poterie distribuire secondo la prassi di questo *toro,* circa quarante giomi prima della discussione. Per i dubbi minori si puô tollerare un minore spazio di tempo;

c) di curare diligentemente la revisione delle bozze di stampa prima della revisione da farsi dalTOfficio del Sottopromotore della Fede:

d) finalmente di tener presenti i Decreti appresso riportati, specialmente quello riguardante l'AmminIstrazione dei beni spettanti alia Postulazione delle singole Causae (Allegato III).

SCHEMI DEGLI INDICI

) 1 - Posmo supra " intbooccti0xx causai "1

Informatio..... p....

Summarium:

Tabella Testium ..... p....
Cap. L Catalogus Testium ..... p....
Cap. De ortu ccc..... p....
..... p.
Cap. De donis supernaluralibus in vita .... p. . .
Cap. De obitu..... P
Cap. De signis post mortem ... ... P- .
Cap. Documenta..... p.
Index testium ..... P- . .
Vota Theologorum Censorum super scriptis ..... p. ..
Decretum super iisdem .... P- ...
(Evcntualmente altri decreti)..... ..... P- ..
Litterae Postulatoriae .... p. ...
Animadversiones..... ... . p. ...
Responsio Patronorum P-

Sarebbe desiderabile che tutte le parti che costituiscono la *Positio,* tranne la *Informatio,* avesscro la numerazlone continuata, come assai lodevolmente si è fatto in qualche Causa

I 2 - Posmo surra " non cvltu

Informatio..... ..... "
Decretum Introductionis causae..... * 2
Summarium .....
Animadversiones..... ... .
Responsio ..... - — " 5

§3- Posmo surra validititt procissuum

Informatio..... -·· P- —

Summarium:

1 - De *Processu Apostolico*

Litterae remtaoriales..... ..... p.
Decretum Introductionis..... ... ... p. ...
Commissio Introductionis..... p,...
Decretum Litter. Remiss..... p.
Alia, si adsint, decreta dispensationis; Mandatum Procurationis a Postulatore Vice Postulatori datum; Supplex libellus a Vice Postulatore exhibitus Ordinario loci pro construendo Processu . . p ...
Rescriptum Ordinarii . ... p. ...
Acta primordialia . ... , ... p. . .
Alia, sl adsint, documenta, e κ decreta prorogationis etc..... .... p
Tabella testium p
Epistola ludlcum subdelegatorum ad S. R. C. ..... p
Epistola Subpromotorum ad Promotorem Gen Fide p
Se 1 processi apostolici fossero p:ù di uno. non occorr»

ripetere le Lettere remissorwli spedite a dascuna Curia, basta accennarle c riportarc solo le parti proprie di ciascuna.

2 - De *Processu Ordinario*

Mandatum procurationis Postulatori principali datum .... p. ...
Idem ab eodem datum Vice Postulatori .... p. ...
Suplex libellus Ordinario loci a Postulatore seu Vice Postulatore exhibitus..... p. ...
Ordinarii Rescriptum..... p. ...
Acta primordialia .... p. ...
Tabella Testium ..... p....
Epistola Ordinarii ad S. R. C..... p. ...
Epistola promotoris fiscalis ad Promotorem Gen. Fidei .....
... ...« ·-· ⧫< ··< ... ... p» ...
.*⧫ ... ... <.. ... ...*. ... ... »·· ... ... ··- «»· ... ... p. ...
Animadversiones .u..... p. ...
Responsio..... . . p. ...

§ 4 - Posrno super firtutibus

Vindice si compili come per 1'Introduzione con questa dlffercnza: s'indichlno cioè ai singoli capi distlntamente i gruppi delie testimonianze dei processo Apostolico e quelli dellOrdinarlo.

§ 5 - Positio super miraculis

Informatio ... . p. ...
Decreta (si *quae* sint) .... p. ...

Summarium:

Tabella Testium super miro 1· ..... p. ...
super miro 2*..... p. ...
super miro 3* etc..... p. ...
Depositiones testium super miro 1· ..... p. ...
super miro 2* etc. ..... p. ...
Votum Periti N. sup. 1· miro..... p. ...
Votum Periti N. sup. 1· miro..... p. ...
Votum Periti N. sup. 2· miro . p. ...
Votum Periti N. sup. 2* miro . ..... p. ...

P-
Animadversiones . . .. p. .
Responsio . ..... p.

5 6- Positio super " reassumptioxz causae *'

Suplex libellus Patroni .... p. ...

Summarium:

Breve Ap. Beatlficationis..... p. ...
Litterae Postulatoriae..... p.

Roma 2 ottobre 1935—C. Card. LAURENTI. *Prejctto della S. C.* dei Riti. A. Carino, S. R. C. *Segretario.*

1291

1935 OCT ll.-SC CONS., DECIL AAS 2S (1936) 71-73

IURISDICTIO ADMINISTRATORIS PONTIFICII BASILICAE LAURETANAE EXTENDITUR AD CIVITATEM LAURETANAM

Exacto iam anno ex quo Ssfnus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI Pontificium Sanctuarium Almae Domus Lauretanae aedesque continentes Suae Ipsius
72 iurtsdictioni tam in spiritualibus quam in tem/poralibus directo subiecit. feliciter expertum est haud pauca emolumenta bcneficiaquc obvenisse, quae inter commemoranda sunt et aucta, per Auctoritatem Pontificiam. Basilicae dignitas, ct animarum bonum uberius provectum, ope Religiosorum, qui Basilicae modo deserviunt atque toti incumbunt spirituali curae et adsistentiac fidelium, praesertim peregrinorum, qui pie ac frequenter ad Sanctuarium accedunt.

Quo vero de his. quae supra memorata sunt, beneficii ii plenius participent, qui Mariali Basilicae propiores exstant, idem Ssfnus Dominus Noster, apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quatenus opus sit intéresse habentium vel habere praesumentium consensu, vi praesentis Consistorialis Decreti, benigne statuit ut iurisdictio Administratoris Pontificii Basilicae Lauretanae ad territorium Lauretanae civitatis eiusque districtus. Iuxta praesentes fines civiles, quod ad dioecesim Recinctensrm-Lauretanam pertinet, exstendatur. totaliter suspensa proinde, durante Admmistratione Pontificia. super eodem territorio, iurisdictione Ordinarii Recinetensis-Lauretani.

Ipsius igitur Pontificii Administratoris erit fideles omnes, qui praefatum territorium Incolunt, regere eadem quidem potestate iisdemque facultatibus ac Episcopi residentiales; quin tamen legi residentiae. quousque praesentia adiuncta perduraverint, teneatur.

Vicario autem Administrationis Pontificiae, charactere episcopali insignito, munus competat ea oraxa officia implendi quae Vicarii Generalis, ad normas iuris communis, sunt propria; necnon. absente Pontificio Administratore, functiones in Basilica peragendi, quibus Ordinarius tenetur

Ad curam insuper animarum rite moderandam Pontificius Administrator curabit paroeciarum fines in territorio, de quo agitur, circumscribendos prout bosun animarum exspostulaverit, novamque ecclesiam, S. Annae Genitrici B. M. V. dicandam, apud viae ferreae stationem, sumptibus quos Ipsa Sanctitas Sua ad id elargita est, exstruendam; ad easdem vero paroecaj ecclesiastica officia persolvenda ius habebit vocandi quos validiores reputaverit, inter sacerdotes Capituli Lauretani, iuniores potissimum, qui a chorall servitio administrandas eisdemque inserviendum, atque ad alia exonerati fuerunt.

Cum denique dioecesis Recinetensis-Lauretana ab onere curae animarum in territorio Lauretano relevata sit, cessabit a data praesentis Decreti annuum subsidium. quod Administratio Pontificia Mensae Episcopali eiusdem dioecesis hactenus erogat

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputat eumdem Pontificium Administratorem. Excmœs P. D. Franciscum Borgongini-Duca, Archiepiscopum titularem Heracleensem et Nuntium Apostolicum in Italia. ipsi tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi. ad effectum de quo agitor, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere quam primum ad hanc S. C. Consistoriales mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, ds 11 Octobris 1935. in festo Maternitatis B. M. Virginis.—Fr. R. C. Card- Rossi, *a Secretis. V.* Santoro, Adrewor.

Adn. J. C. in PrM 25 (1936) 17.

1292

1935 OCT 24.-SECRA PAEN.» RESCR. PART.·

Facultas sacerdotibus facta audiendi confessiones **PEREGRINORUM QUIBUS COMITES SUNT ITINERIS**

Preces - *Beatissimo Padre,* Il Rettore deU'Anima. Présidente del Comitato dei Pellegrinaggi di lingua tedesca, prostrato al bacio del S. Piede, umilmente domanda alla Santitâ Vostra la grazia che tutti i sacerdoti i quali accompagnono i dettl pellegrinaggi. abbiano h facoltà di ascoltarc le confessioni dei compellegrini durante tutto il pellegrinaggio. Che della grazia...

Rescr. - *Sacra Paenitentiaria,* Apostolica Auctoritate, benigne indulget pro gratia iuxta preces, dummodo praefati sacerdotes legitime adprobatl fuerint ad Christifidehum confessiones excipiendas.

Praesentibus ad triennium valituris. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Elatum Romae ex Sacra Paenitentiria die 24 Octobris 1935.

*** Rcciori Ecclesia· Anîmee in Roma, Prot N. 1863/3SAKKS 116 (1936) 167.**

1293

1935 NOV 20.-PIUS XI. LIT. AP. AAS 27 (1935) 482483

Ordo fratrum poenitentiae de iesu nazareno **EX** integro supprimitur

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum vestigis inhaerentes, supremi nostri Apostolatus

ÏV'UH CARROLL UNIVIftSITY LHWvLh CLEVELAND. OIDO

officium. inter alia ducimus, maximam adhibere curam ul sodales religiosi cuiuscumque Ordinis vel Congregationis, divinae gratiae vocationis digne respondentes, monita, praecepta, legesque propriorum Institutorum, tamquam servi apprime fideles, custodiant; et ita consolationem et reparationem aliquam Christo lesu Domino Nostro offerant pro infinitis offensionibus et negligcntiis quibus homines inneffabilem Eius dilectionem rependum. Inter ceteros fundatores Ordinum qui praeteritis temporibus floruerunt in Ecclesia Dei, postremus fuit Servus Dei Iohannes Alphonsus Varela y Losada. qui medio saeculo decimoctavo Salmanticae Ordinem instituit ‹ Fratrum Poenitentiae de lesu Nazareno ›, cuius membra vulgo « Scalzetti › nuncupantur, approbationemque retulit a Pio VI per Breve Apostolicum ‹ Ex debito pastoralis officii › die 21 m. Martii a. 1784 cum privilegiis Ordinis Franciscalis. Eκ proprio Ordinis instituto. Fratres sine intermissione vitae eremiticae, precationi et poenitentiae pro animarum salute incumbere debebant. Quamvis autem ab initio fructus salutares afferret Ordo, processu tamen temporum ob penuriam alumnorum, et ob alias graves causas, vita religiosa haud leve detrimentum passa est. Pluribus vere ab annis Apostolica Sedes, materna caritate, viros scientia et virtutibus eximios, variis vicibus miserat ad abusus atque incommoda tollenda, quae praesertim oriebantur ex nimia facilitate in recipiendis novis alumnis et novitiis, nec non in promovendis haud idoneis ad maiores Ordines; sed perdurantibus adhuc regiminis et gubernii defectibus novam postremo tempore mandavimus accuratiorem fieri visitationem. Qua expleta, necessarium ducimus, aegro quidem animo, ordinen ipsum Fratrum Poenitentiae supprimere et extinguere Sacra igitur audita Congregatione Religiosorum Sodalium negotiis praeposita, motu propio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apodolicae Nostrae potestatis plenitudine, hisce litteris ea quae sequuntur decernere statuimus, videlicet: Ordinem Fratrum Poenitentiae de lesu Nazareno, a Servo Dei Iohanne Alphonso Varela fundatum et a Pio VI approbatum, ex nunc de iure supprimimus atque extinguimus eundemque suppressum et extinctum declaramus, omnesque eiusdem socios votis, sive solemnibus
C3 sive simplicibus obstrictos, dispensamus, et/ eosdem de facto dispensatos habere volumus. Omnes reliquos aspirantes. postulantes, novitios, si qui habeantur, ad suas domus remittimus, interdicta omnibus delatione habitus eiusdem Ordinis suppressi. Omnes domus, residentiae. ceteraque bona extincti Ordinis, ad S. Seaem deferantur, quae ad normam cann. 493-494 I. C. disponet Ordinarii locorum, capta domorum et bonorum possessione, nomine S. Sedis provideant ne Dei cultus vel animarum cura aliquod capiant detrimentum, et huic S. Sedi de peractis relationem faciant, rationemque reddant Haec omnia quae Litteris hisce Apostolicis statuta sunt, exsequutioni mandanda committimus Venerabili Fratri Lucae Hermenegildo Pasetto, Episcopo tit. Geritano, qui etiam per subdelegatum providebit ut Sacercotes suppressi Ordinis per benevolos Ordinarios vel incardinentur alicui Dioecesi, vel saltem, sine incardinatione licentiam obtineant, si apti sint, officia et ministeria sacra exercendi. Ordo igitur Fratrum Poenitentiae, ex integro suppressus et extinctus habendus est, neque in posterum vitam aboliti Ordinis sub quacumque specie vel ratione alicui instaurare liceat. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces «rnper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, non obstantibus Constitutionibus ct Ordinationibus Apostolicis necnon dicti Ordinis confirmatione ct approbatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et Constitutionibus, ceterisque, licet speciali atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, d:e xx m. Novembris, an. mdccccxxxv, Pontificatus Nostri decimo quarto.—E. Card. Pacelli, *a Secretis Sta·*
tu

Adn. E BEPGH in NrT 63 (1936) 651.

1294

1935 NOV 30.-SC RITUUM. RESP. PART.·

Circa missas dialogatas moderandas

Roma. 30 novembre 1935

Eminenza Reverendissima,

I. « In Seminariis, in Congregationibus, in aliquibus paroeciis inolevit usus quo populus, una cum ministro respondeat in Missis privatis, modo nihil confusionis afferat. Quaeritur utrum hic usus sustineri possit, imo et propagari ».

II. c In nonnullis locis, in Missis privatis, populus una cum sacerdote celebrante, alta voce et concorde, recitat *Gloria, Credo, Sanctus, Benedictus* et *Agnus Dei.* Propagatores huius usus hanc rationem reddunt: Missa privata est abbreviatio Missae decantatae. Atqui in Missa decantata populus decantat *Gloria, Credo, Sanctus, Benedictus* et *Agnus Dei.* Ergo fieri potest per recitationem etiam in Missis privatis ».

« Quaeritur utrum sustineri possit et usus et ratio adducta ».

Questa Sacra Congregazione, udito anche il parere della Commissione liturgica risponde che, secondo il decreto n. 4365, spetta aU'Ordinario giudicare se nei singoli casi, avute present! tutte le circostanze di luogo, popolazione, numero delle Messe celebrate contempora, neamente, ecc., l'uso proposto, benchè per sè lodcvole, importi disturbo anzichè fomentare la devozione. Il che più facilmente puô verificarsi nelTuso proposto nel secondo dubbio, pure presdndendo dalla ragione addotta, che cioè: *Missa privata est abbreviatio Missae decantatae.*

In conformity al suddetto criterio l'Emza V. Rev.ma nella sua prudenza ha il pleno diritto di disciplinare questa forma de piety liturgica.

Inchinato al bacio della Sacra Porpora, mi è grato di professarmi della Em.za V. Vevjna. Dcv.mo Servo—Alfonso Carinci, *Segretario della S. Congregazione dei Riti.*

• Ordinario Ganuensî: PrM 25 (1936) 43. Adn. I. M. HANSSENS in PrM 25 (1936) 57·-89·; CpR 17 (1936) 66; ME 48 (1936) 45.

1295

1935 DEC 3.-SC STUDIORUM, DECR. PART.·

Decretum quo approbantur statuta pont. athenaei urbani **DE PROPAGANDA FIDE ET PONT. INSTITUTI MI5SI0NALIS SCIENTIFIC! EIDEM ATHENAEO URBANO ADNEXI**

DECRETUM

Sacra Congr. de Seminariis ct Studiorum Universitatibus hacc Statuta Pontificii Athenaei Urbani de Propaganda Fide et adnexi Pontificii Instituti Missionalis scientific), ad Const. Ap. *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] eidemque adiunctas *Ordinationes* [LE 1033) accommodata, auctoritate a Ssmo D. N. Pio Pp. XI sibi facta, approbat et ut fideliter serventur praescribit.

Romae, cx aedibus S. Callisti, die 3 mensis Decembris 1935, in festo S. Francisci XaveriL—C. Card. Bisleti, *Praef.* E. Ruffini. *Secr.*

• E TolurnJn· Statuta Pont. Athanae! Urbani de Prop. Fide.

1296

1935 DEC 3.-SC STUDIORUM, NORMAE. PART.·

STATUTA PONTIFICII ATHENAEI URBANI DE PROPAGANDA FIDE

TIL I. Generalia

Art. 1. Pontificium Athenaeum Urbanum dc Propaganda Fide, uti ex Prooemio historico constat, aucto

ritatc Sanctae Sedis institutum est Eius Statuta ad normam Constitutionis Apostolicae < Deus scientiarum Dominus > hic rediguntur, ita ut si quid deesse videatur. ipsae leges illius Constitutionis adnexarumque Ordinationum suppleant.

Art. 2. Finis Athenaei Urbani est: a) Auditores disciplinis sacris vel quae cum sacris connexae sunt, secundum doctrinam catholicam altius instituere; b) auditores praeterea ad fontium cognitionem, ad investigationem laboremque scientificum atque ad magisterium exercendum instruere; c) peculiariter eas disciplinas tradere quibus efficacius in dissitis quoque regionibus catholica dogmata propagari et contra acatholicorum insectationes possint defendi.

Art. 3. Athenaeum Urbanum, licet pro alumnis Collegii Urbani de Propaganda Fide primo conditum fuerit, tamen aliorum Collegiorum et Institutorum alumnos quoque admittit, sive ex clero saeculari, sive religioso, praesertim qui ad exteras missiones destinantur.

Art. 4. In Athenaeo duae Facultates sunt: Theologica et Philosophica; singulae conferunt tres gradus academicos, scilicet Baccalaureatum. Licentiam seu Prolytatum ct Lauream seu Doctoratum. Penes idem Athenaeum adest Institutum Missionale Scientificum, quod est sui iuris propriisque regitur Statutis.

Tit. II. De personis et regimine

I. Auctoritates academicae

Art. 5. Athenaeo praeest Eminmus Cardinalis Praefectus S. C. de Propaganda Fide, qui munere Magni Cancellarii fungitur, ideoque nomine S. Sedis rebus omnibus, quae ad regimen ac studia pertinent, invigilat (Art. 5. Ordin.).

(Nota. — *In* his Statutis nomine " Constitutionis Apostolicae " Intelhpitur Constitutio Apost. Pii PP. XI " Deus scientiarum Dominus " (dte *24 Maii 1931)* [LE 1030] itemque *nomine* " Ordinationum M Dcniunt OrdiJationcs *a S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditae» ad Constitutionem Apost. "* Deus scientiarum Dominus " *rite exsequendam (dic 12* junii 1931) (LE 1033].

Art. 6. Athenaeum gubernat Rector Magnificus, a Magno Cancellario nominatus, atque a S. Congregatione de Sem. et Stud. Univ, confirmatus. Ipse suo munere tribus annis fungitur, quibus elapsis, iterum nominari potest.

Art. 7. Rector Magnificus dotibus pro Professoribus requisitis (ad normam art 17) praeditus sit oportet.

Art. 8. Rector Magnificus in rebus maioris momenti ad studia pertinentibus adiuvatur a Consilio Academico, et in rebus ad disciplinam Athenaei spectantibus, etiam a Rectore Collegii Urbani.

Art. 9. Consilium Academicum constat Rectore Magnifico et Decanis Facultatum.

Art. 10. Singulae Facultates a Decanis reguntur, qui a Magno Cancellario, auditis Rectore Magnifico et Professoribus, inter Ordinarios disciplinarum principalium ad biennium nominatur et munera sua exercent ad normam art 7 Ordinat.

Art. 11. Decani suo officio obeundo adiuvantur a Consilio Facultatum, quod constat Decano et Professoribus Ordinariis, et singulis mensibus convenit

Art. 12. Licet Athenaeum Collegio Urbano coniunctum sit. tamen regunen academicum Athenaei a Collegii vita et disciplina omnino distinctum est. Verum Rector Collegii, cum de rebus disciplinaribus agitur, ad Consilium Academicum Athenaei advocatur.

Art. 13. Rerum oeconomicarum Athenaei administratio spectat sub auctoritate Rectoris Magnifici, ad speciale Consilium quod Facultatum Decanis et alio viro ab Eminfho Card. Praefecto S. C. de Prop, Fide designato constat.

II. Secretarius

Art. 14. Secretarius Athenaei nominatur a Magno Cancellario, audito Consilio Academico, et sub auctoritate ac moderamine tum Rectoris Magnifici tum Decanorum officium suum per triennium exercet

Art. 15. Praecipua munera Secretarii hacc sunt:

D exsequi ea quae a Rectore Magnifico vel a Decanis ei demandantur;

2) consulere iis quae necessaria vel utilia scholis videntur, praehabtto consensu Decanorum et, in rebus maioribus. Consilii Oeconomici;

3) kalendarium edendum curare iuxta textual a Rectore Magnifico approbatum;

4) inscriptiones auditorum eorumque documenta accipere, atque ea Consiliis Facultatum examinai? proponere, si quod dubium ortum fuerit;

5) invigilare ut cum scholarum horarium tum bonus ordo in alumnorum accessu ad lectiones ac recessu serventur;

6) aptae examinum distributioni iuxta ordinem a Consiliis Facultatum statutum providere, eorumque exitum in librum diligenter asservandum referre, diplomata denique iis, qui gradibus academicis decorantur, tradenda adparare;

7) taxas ab auditoribus solvendas colligere, communes Athenaei expensas facere ac de acceptis et expensis saltem ter in anno Consilio Oeconomico raiioctn reddere;

8) archivum Athenaei studiose custodire;

9) invigilare ut bidellus proprium munus diligenter exerceat

III. Professores

Art. 16. Professores alii sunt ordinarii, alii *extraordinarii.* Pro opportunitate alii assumi possunt Professores, qui ad certum tempus munere fungantur Uadecdi aliquam disciplinam (vulgo < incaricati >). Omnes a Magno Cancellario, audito Consilio Academico, nominantur, servatis normis infra praescriptis.

Art. 17. Ut quis Professor legitime renuntietur, oportet ut:

1) doctrinae copia, bonus moribus et prudentia praefulgeat;

2) laurea congruenti praeditus sit;

3) certis documentis, praesertim libris, vel dissertationibus scriptis se ad docendum idoneum probaverit;

4) professionem fidei emiserit secundum formulas a S. Sede approbatam;

5) missionem canonicam docendi a Magno Cancellario acceuerit, post impetratum < Nihil obstat > a S. C. Sem. et Stud. Univers, praeposita.

Art. 18. Professoribus ordinariis nemo accensctur nisi: a) postquam laudabiliter per triennium aliquaa disciplinam principalem vel auxiliarem tamquam extraordinarius in aliqua Universitate vel Facultate praelegerit et sui laboris scientific! egregia exhibuerit argumenta. Nemo tamen potest in pluribus disciplinis ordinarius fieri; b) saltem per tres horas in hebdomada doceat.

In singulis Facultatibus *ordinarii* saltem quinque numero sint

Ordinarii pleno ac firmo Iure in coetum Professorum cooptantur.

Art. 19. Omnes Professores cuiuscumque ordinis iure suffragii in examinibus fruuntur.

Art. 20. Quoties omnes Professores ad coetum convocantur. ordinarii et extraordinarii voto deliberativo, ceteri vero tantum consultivo gaudent

Art. 21. Magnus Cancellarius iure pollet dimittendi, audito Rectore Magnifico et Senatu Academico, quemlibet Professorem, qui doctrinam catholicam lacserX vel a vitae integritate defecerit, vel onera officiaque assumpserit quibus in munere docendi rite explendo impediatur, vel in munere suo obeundo habituali gravique negllgentia usus fuerit (cfr. art 22. Const. Ap.).

Art. 22. Emeritus seu iure plenae pensionis praeditus habetur Professor qui per 30 annos operam suaa ln Athenaeo laudabiliter praestiterit. Pensione congrua, non tamen plena, gaudebunt (secundum normam S. C de Prop. Fide) Professores ordinarii et extraordinary qui post 10 saltem annos munus docendi declinaverint iusta et honesta causa. Qui aetatem 70 annorum compleverit, ipso iure a munere docendi cessat, nisi Magnus Cancellarius, audito Consilio Academico, eum adhuc idoneum ad docendum iudicaverit

IV. Auditores

Art. 23. Auditores dividuntur in eos qui ad gradus academicos contendunt et eos qui ad gradus academicos non contendunt. Auditores omnes rite inscripti esw debent, praescriptis lectionibus interesse et examinibus se subiIcere. Possunt tamen hospites quoque admitti unam vel aliam disciplinam frequentaturi.

Carroll univi xjity In CLEVEI ANO. OHIO

Art. 24. Quilibet clericus, sive saecularis sive religiosus, ut in Athenaeo inscribatur exhibere debet testimonium a proprio Superiore Collegii vel Instituti subsignatum.

Art. 25. Ut laicus Athenaeo adscribi possit, praeter competentis auctoritatis ecclesiasticae litteras testimoniales de vita et moribus exhibendas, etiam < nihil obstat » Rectoris Magnifici impetrare debet

Art. 26. Qui primam inscriptionem petit ad gradus academicos adipiscendos, praeter praesentationem sui Superioris, afferre debet (art 25 Const. Apost.) authentica testimonia ex quibus constet eum :

1) pro *Facultate Philosophica:* curriculum medium studiorum classicorum rite absolvisse;

2) *pro Facultate Theologica:* studiis mediis classicis rite peractis, saltem per biennium universae Philosophiae scholasticae in Facultate philosophica, vel in aliqua schola superiore ad Philosophiam scholasticam docendam destinata et ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata, studuisse et praescripta examina superasse.

Art. 27. Curriculum medium studiorum classicorum, de quo in art. 26. praeter sufficientem institutionem religiosam et linguas litterasque latinas, graecas, patrias, complecti debet etiam Historiam naturalem. Mathesim, Physicam, Chimiam, Geographiam. Historiam civilem et quidem tantum quantum in eo, qui ad studia academics accedit, requiri solet iuxta normas a S. C. de Semin, et Stud. Univers.

Art. 28. Biennium Philosophiae scholasticae, de quo in art 26 studium Logicae, Cosmologiae, Psychologiae, Criticae seu Criteriologiae, Ontologiae, Theologiae naturalis, Ethicae et Juris naturalis, Historiae Philisophiae complecti debet.

Art. 29. Auditor, qui primo anno Facultatis Philosophicae adseribi postulat, nisi documenta omni exceptione maiora de studiis mediis iam peractis praebuerit, examini coram Professoribus designandis subiicietur. Qui vero legitimis documentis probaverit se cursum Philosophiae scholasticae absolvisse, sed aliter ac in art 23 statutum est, in Facultatem Theologicam admitti non potest, nisi saltem per annum in Facultate Philosophica vel in schola superiore approbata in Philosophiae studium incubuerit et in examine de omnibus Philosophiae scholasticae partibus satisfecerit.

Art. 30. Documenta authentica, de quibus in art 26. ab Auctoritatibus scholasticis subscripta, referre debent:

a) tempus frequentationis scholarum; b) varias disciplinas auditas; c) notas obtentas in examinibus; d) indolem Instituti de quo agitur (sitne Seminarium. Scholasticatus Religiosorum. Gymnasium, Lycaeum, etc.).

Art. 31. Ad Consilium Facultatis spectat petitiones expendere et de valore ac sufficientia documentorum decernere. Quodsi dubia supersint, res Rectori Magnifico subiiciatur.

Art. 32. Regularis inscriptio fit diebus in kalendario Athenaei notatis et servatis normis Secretariatus Athenaei.

Intra quindecim dies ab inceptis lectionibus, requiritur iusta et rationabilis causa nec non consensus Decani Facultatis. A quinto decimo die usque ad trigesimum hnguli casus referendi sunt Rectori Magnifico, praehab:to voto Decani Facultatis.

Art. 33. Auditor, qui aliqua ratione deliquerit, a lectione vel ab examinibus vel ab ipso Athenaeo pro gravitate culpae excludi poterit Ut a lectione auditor excludatur. Professor (nisi res urgeat) causam referat Decano Facultatis. Ut vero ab examinibus vel ab ipso Athenaeo exclusio fiat, res competit Rectori Magnifico audito Consilio Academico.

nt. III. De ratione Modiorum

I. Methodus generalis docendi

Art. 34. In *Facultate Theologica* principem locum teret Sacra Theologia. Haec autem disciplina methodo tum positiva tum scholastica tradenda est ; ideo veritatibus Fidei expositis et ex Sacra Scriptura et Traditione demonstratis, carum veritatum natura et intima ratio ad principia et doctrinam S. Thomae de Aquino investigentur et illustrentur.

In *Facultate Philosophica* Philosophia scholastica ita tradetur ut auditores plena cohaerentique synthesi doctrinae ad methodum et principia S. Thomae de Aquino instituantur. Ad hanc doctrinam diversa philosophorum systemata examinentur et dijudicentur.

Art. 35. Ad Decanum, auditis Professoribus, apte providere spectat ut fiant exercitationes, quibus auditores ad gradus contendentes, scientificam investigandi methodum et artem proponendi etiam scripto ea quae studio assecuti sunt, sub Professorum ductu addiscant

Quae exercitationes in singulis Facultatibus: a) saltem tertio curriculi anno incipiant; b) in omnibus disciplinis sed praesertim in principalibus; c) saltem bis in mense coram Professore; d) extra horas lectionibus reservatas habeantur.

Art. 36. Rector Magnificus, auditis Professoribus consulet ut in disciplinis principalibus singulis mensibus habeantur disputationes scholasticae, quibus doctrinam penitus cognoscere, dilucide exponere, efficaciter tueri assuescant In singulis Facultatibus saltem una erit per annum solemnis disputatio scholastica, cui Professores Facultatis intersint

II. Studiorum curriculum

Art. 37. Pro iis qui ad gradus academicos contendunt, studiorum curriculum appellatur « Cursus Universitarius > et absolvitur:

in Facultate *Theologica* - annis quinque;
in *Facultate Philosophica* - annis quattuor.

Pro iis qui ad gradus academicos non contendunt, appellatur: < Cursus minor > et absolvitur:

in *Theologia* - quadriennio;

in *Philosophia* - biennio.

Cursus minor ab academico omnino discriminatur non tantum ratione temporis et disciplinarum numero, sed etiam et praecipue ratione methodi quae in cursu academico rigore scicntifico innititur.

Art. 38. Qua ratione scholae cursus minoris distingui debeant a scholis cursus uniuersitarii, in programmate studiorum hic adnexo determinatur.

Art. 39. Si quis studia in aliquo Seminario vel Religioso Instituto partim peregerit, idque documentis authenticis probe constiterit, et contendens ad gradus petat studiorum curriculum contrahere, hacc serventur:

1) in *Facultate Theologica:*

a) qui studiis mediis classicis rite peractis. Philosophiae scholasticae per biennium operam dederit ad normam art 16 Ordinationum et deinde quadriennium theologicum ad normam can. 1365 Codicis Jur. Can. rite absolverit ad quartum curriculi annum, praemisso examine, admitti potest;

b) qui triennium rite absolverit, ad tertium annum. qui biennium ad secundum admitti potest, facto examine :

c) qui vero unum annum absolvit, nullam reductionem cursus consequi potest nisi agatur de casibus singularibus diiudicandis a S. Congregatione dc Seminariis et Stud. Univcrsit.

2) in *Facultate Philosophica*

a) qui studiis mediis classicis rite peractis, biennium philosophicum absolverit In schola superiore Philosophiae scholasticae ab Auctoritate Ecclesiastica ad hoc approbata, cui tamen non sit jus conferendi gradus academicos, facto examine, in tertium annum Facultatis Philosophicae recipi poterit ;

b) qui cursum Philosophiae scholasticae extra scholam (de qua sub Iit. a> peregerit, cursum Facultatis triennio conficere poterit.

III. Disciplinât tradendae et examina

Art. 40. In singulis Facultatibus omnes disciplinae principales ct auxiliares traduntur secundum divisionem art. 33 Constitutionis Apostolicae et praescripta art 27 Ordinationum.

Disciplinae vero speciales quas auditores ad gradum contendentes seligere poterunt, sunt praesertim :

in *Facultate theologica:*

a> Quaestiones selectae ex Scriptura Sacra: b) Quaestiones selectae ex Theologia Dogmat ca ; c) Theologia pastoralis; d) Fontes Juris Canonici; e) Ars -aera.

In *Facultate Philosophica:*

a) Oeconoma socialis; b) Mathesis superior; c) Mcthodologia; d) Cosmographia.

Pro ulraque *Facultate:*

Disciplinae missionologicae et aliqua ex linguis (Sinensis, Syriaca, Arabica, Armena, Chaldaica...).

(Cf. Appendicem I, pp. 28-30).

Art. 41. Auditores scholas omnes disciplinarum ad quas obligantur frequentare debent

Si quis auditor ab iis ita abfuerit (cum. vel sine causa) ut omnes absentiae simul sumptae tertiam partem anni academic! adaequent, annus ille numero praescripto non comprehendetur; salvis poenis quibus, si culpam commiserit iudicio Rectoris Magnifici obnoxius esse poterit

Si quis decies in anno sine iusta probataque causa scholis non adfuerit, ipsum ab examinibus excludere Rectori Magnifico, audito Consilio Facultatis, jus est Auditores ad gradus academicos contendentes etiam exercitationibus, de quibus in art 35, interesse et quidem active tenentur, scilicet communi cum sodalibus labore et propriis commentationibus operam dare debent ac praeterea experimentum scriptum peragere (art 37 Ordinat).

Art 42. Decani, saltem quindecim diebus ante examina, convocare debent coetum omnium Professorum singularum Facultatum, ut ea omnia quae spectant examina decernantur.

Art. 43. Ad validitatem graduum academicorum, examina subeunda sunt de omnibus disciplinis principalibus et auxiliaribus, praeterea de una alterave ex specialibus, ad normam programmatis Athenaei.

Si agitur de disciplina principali, examen durabit per unum saltem horae quadrantem; quoad ceteras disciplinas, per decem saltem momenta.

Art. 44. Duae erunt examinum sessiones: aestiva et autumnalis.

Pro periculis tum primae tum secundae sessionis subeundis, petitio exhibenda est, approbante Superiore proprii Instituti

Dies et horae examinum a Consilio Facultatis determinantur ct a Secretario palam proponuntur, et omnes praesto esse debent tempore statuto, nec licet anticipare vel differre examina, nisi ex iusta causa a Decanis probanda.

Extra normalia tempora, examina non habebuntur, nisi cx causa gravi et de consensu Consilii Facultatis.

Art. 45. In ceteris examinibus vota computantur per puncta usque ad decem, et approbatus censetur qui saltem sex puncta retulerit

Art. 46. Qui non est approbatus, examina in altera sessione denuo subire ius habet

Art. 47. Cum examina peraguntur coram coetu plurium Professorum, ad nonnam art 54, 57 c), 60 num. 3, tunc scrutinium hac ratione habetur:

a) qui praeest examinibus. Professores invitet ut suum judicium de candidati idoneitate ac meritis proferant;

b) deinde fit duplex scrutinium: primum de approbatione simpliciter ad gradus; secundum, ad hoc ut vota tribuantur iuxta art. seq.

Art. 48. Scrutinia fiunt secrete per calcula alba et *nigrat* quorum alba favent candidato, nigra nocent

In primo scrutinio de simplici approbatione ad gradum. unusquisque examinator utitur uno ex duobus calculis, vel albo vel nigro. Candidatus, si maiorem suffragiorum favorabilium numerum retulerit probatus rite censetur.

Si candidatus probatus fuerit, ftt aUerum scrutinium ad notam meriti eidem tribuendam. In altero scrutinio quilibet examinator utitur decem calculis hac ratione:

6 alba: probatus.
7 alba: bene probatus.
8 alba: cum laude probatus.
9 alba: magna cum laude probatus.
10 alba: summa cum laude probatus.

In Actis autem examinum numerus suffragiorum non describetur, sed tantum nota meriti referetur.

Art <9 In iudicio de candidato ad singulos gradus academicos terendo ratio habebitur omnium suffragiorum quae ipse candidatus in diversis experimentis « examinibus tulerit, singulis suffragiis pro discipkcarum et examinum momento aeque pensatis, ca teen lege ut:

a) pro Baccalaureatu valor (coefficiens) peculiaris examinis, de quo in art. 54, valorem aequet ceterorum examinum;

b) pro Licentia valor (coefficiens) peculiaris examinis, de quo in art. 57 c, aequet valorem ceterorum examinum quae post Baccalaureatum peracta sunt;

c) pro Laurea dimidius valor (coefficiens) tribuatur dissertationi, dimidius vere ceteris omnibus exa;· nibus in universo curriculo peractis.

Quomodo autem singula experimenta et examina, praeter peculiaria examina de quibus sub litt a) b) d, supputari debeant ad iudicium de candidato ferendum, normis Athenaei propriis definitur.

Art. 50. In solemni distributione praemiorum, alumni praemia consequentur iuxta normas a Consilio Academico determinatas.

Tit. IV. De collatione graduum academicorum

Art. 51. Qui, examinibus feliciter superatis, academicis gradibus donandi sunt, professionem Fidei emittere debent secundum formam a S. Sede approbatam, ad normam can. 1406, 8 C. J. C. et Decreti Sup. S. Officii Cong. d. 22 Martii 1918 ILE 80], Professio fit coram Rectore Magnifico <art 6 Ordinat.).

Art. 52. Qui gradum academicum assecutus fuerx diploma recipiet sigillo Athenaei signatum, in quo notae obtentae indicabuntur.

Pro laurea et Licentia, diplomata a Magno Cancellario et a Rectore Magnifico subscribuntur; pro Baccalaureatu vero, a Rectore Magnifico, a Decano Facultatis et a Secretario. Diploma tamen Laureae ne tradatur nisi 30 exemplaria dissertationis typis edita Facultati exhibeantur.

I. Baccalaureatus.

Art. 53. Baccalaureatus in utraque Facultate conferri nequit ante expletum annum secundum ab incepto studiorum curriculo.

Art. 54. Baccalaureatus confertur iis qui examen 45 minutis absolvendum in disciplinis principalibus coram tribus saltem Professoribus feliciter superaverint, dummodo in examinibus annuis ceterarum disciplinarum, candidati sex saltem puncta retulerint

Art. 55. Qui in aliquo Seminario vel Instituto Ecclesiastico iam totum curriculum theologicum vel philosophicum perfecerit, ut ad paenultimum curriculi philosophici vel theologici annum admittatur, examen peculiare tum scriptum tum orale subire tenetur et quidem de disciplinis principalibus simul coram tribus saltem Professoribus, de auxiliaribus (art 27 Ordinat) singillatim.

Quod examen feliciter superatum pro Baccalaureatu habebitur.

II. Licentia.

Art. 56. Licentia conferri nequit:

a) in Sacra Theologia, ante expletum annum quartum ab incepto studiorum curriculo;

b) in Philosophia, ante expletum annum tertium

Art. 57. Ut quis ad examen Licentiae admittatur, requiritur:

a) ut aptitudinis ad laborem scientificum dedent experimentum aliquod scriptum; quod expérimente a Professore scholae exercitationis dijudicabitur;

b) ut insuper de aliqua saltem disciplina e principalibus, examen scripto subeat; quod examen scripte a Professore illius disciplinae dijudicandum erit;

c) ut praeterea coram saltem quattuor Professoribus et saltem per horam examini peculiari sublidatur, ex quo appareat eum praecipuas Facultatis disciplinas universe callere.

In Theologia hoc examen erit de universa S. Theologia (Theologia fundamentali, dogmatica, morali, speculativa); in Philosophia autem, de universa Philosophia Scholastica.

III. Laurea.

Art. 58. Laurea conferri nequit:

a) in Sacra Theologia, ante expletum annum quintum ab incepto studiorum curriculo;

b) in Philosophia, ante expletum annum quartum.

Art. 59. Nemo Laurea donabitur nisi Licentiam antea consecutus erit.

Art. 60. Candidatus, omnibus praescriptis examinibus superatis et opera exercitationibus ad normam Statutorum Athenaei data, ut Lauream assequi possit, debet praeterea:

1) dissertationem scriptam exhibere, quae eum investigationibus scientificis aptum esse demonstrent et ad scientiae profectum conducat, quaeque saltem ex parte typis edenda est post approbationem;

2) hanc ipsam dissertationem coram Auctoritatibus Academicis et Professoribus Facultatis palam defendere;

3) examen orale subire coram Facultatis Professoribus circa quinque theses, quae determinantur a Professore disciplinae de qua facta est dissertatio, approbante Rectore Magnifico. Consilium Facultatis statuere etam potest ut, loco examinis oralis, habeatur palam lectio de argumento delecto ex disciplinis quibus candidatus in primis studuerit.

Art. 61. Quoad dissertationem scriptam haec praeterea serventur:

a) facienda est circa argumentum approbatum a Professore disciplinae ad quam dissertatio pertinet, de consensu Rectoris;

b) hngua latina est exaranda;

c) extendenda saltem ad octoginta paginas in folio si dactylographia vel lithographia, vel ad sexaginta si typis impressa sit;

d) exhibenda quinque exemplaribus, non ultra unum mensem ante discussionem, Secretario Athenaei;

e) examinanda et dijudicanda a duobus saltem Professoribus rerum, de quibus agitur, peritis, qui eliguntur a Facultatis Decano.

Art. 62. Huiusmodi censores suffragia scripto ferunt, addita brevi relatione circa ipsam dissertationem.

Prius autem quam a censoribus dissertatio approbata sit, candidatus ad eam palam defendendam admitti nequit

Art. 63. Dissertationis defensio solemniter fiet, invitatis, praeter Auctoritates Ecclesiasticas, etiam aliis viris doctrinae atque vitae conditione praestantibus. Dissertationem vero oppugnare possunt, praeter censores, de quibus in art. 61 e) et nonnullos Professores ad id designandos a Decano, etiam alii qui adsunt

Art. 64. Expleta solemni dissertationis defensione, Professores, qui saltem quinque esse debent procedunt ad duplex scrutinium iuxta art. 48 et 49.

TIL V. De rebus dldactlcls et oeconomicis

I. Aedificium.

Art. 65. Scholastici aedificii proprietas ad S. Congregationem dc Propaganda Fide pertinet, cuius curae ipsum concreditum est.

II. Bibliotheca et adiumenta scientittca

Art 66. Athenaei est duplex bibliotheca, altera maior, m aedibus S. C. de Propaganda Fide, altera minor, m aedibus ipsius Athenaei. Ad utramque patet aditus tum Professoribus tum alumnis, servatis legibus sc normis pro usu bibliothecae.

Art. 67. Bibliotheca maior a S. C. de Propaganda Fide proxime pendet. Bibliotheca minor regitur a Professore B.bliothecario, a Consilio Academico eligendo. Professor Bibliothecarius adiuvari potest ab aliquo Assuente.

Art. 68. Ut Bibliotheca minor non solum conservetur, sed etiam singulis annis voluminibus atque commentariis utilibus augeatur, certa pecuniae summa de mandato Rectoris Magnifici, audito Consilio Oeconomico. quotannis erogabitur.

Art. 69. In Athenaeo sunt:

a) Laboratonum physico-chimlcum;

b) Laboratorium Psychologiae expcrimentalis et Bio'ogiae;

c) Musaeum Historiae Naturalis.

Singula a suis Professoribus reguntur et vigilantiae Consilii Facultatis Philosophicae committuntur.

III. Professorem et officialium honorarla atque auditorum tributa.

Art. 70. S. Congregationi de Propaganda Fide jus est et officium statuendi ac solvendi honoraria Professoribus et Officialibus pro diversis eorum gradibus, itemque sumptus pro conservatione incrementoque bibliothecae, ciusque laboratorii et musaei.

Art. 71. In honorariis singulis Professoribus tribuendis ratio habeatur:

a) gradus et ordinis cui Professor adseriptus est;

b) horarum per quas singulis hebdomadis Professor docet.

Art. 72. In documento, vulgo « organico finanziario >, a S. C. de Propaganda Fide normae statuuntur quoad annua honoraria, et pensiones iis pendendas qui in Athenaeo operam suam contulerint.

Art. 73. In adnexa tabula determinantur taxae ab auditoribus pro admissione, annua inscriptione, examinibus et diplomate solvendae.

Alumni Pontificii Collegii Urbani his taxus solvendis non subiiciuntur.

APPENDIX I

DISCIPLINARUM CONSPECTUS GENERALIS NOTATIS ANNIS ET HORIS PRO SINGULIS DISCIPLINIS

A. In Facultate Theologica:

Disciplinae principales;

1. TheoL Fundamentalis	5 horae per hebd per I an
2. Thcol. Dogmatica	4 horae per hebd. per 2 an
3. Theoi. Sacrament.	3 horne per hebd. per 2 an.
4. Thcol. Moralis	5 horae per hetd. per 3 an
5. Introd. Biblica	3 hnrac per hebd. per 2 an
6. Exegesis Bibi.	2 horae per hebd per 2 an
7. Jus PubL Eccles.	2 horae per hebd. per 1 an.
8. Jus Privatum Eccles.	3 horae per hebd. per 2 an
9. Historia Eccles.	4 horae per hetd. per 2 an
10. Patrologxa	1 hora per hebd. per 2 an.
11. Archaeologia Christiana	1 hora per hebd. per 1 an

Disciplinât auxiliares:

1. Ascellca	1 hora per hebd. per 1 an
2. Lingua Graeco-biblica	1 hora per hebd. P«r 2 an.
3. Liturgia	1 hora per hebd. per 2 an.
4. Lingua Hebraica	2 horae per hebd. per 2 an.
5. Quaest. Theologicae ad Orientales spectantes	2 hor. per mensem per 1 an

Disciplinae speciales:

1. Quaest. e Theoi. Dogm.	2 hor. per mensem per 2 an
2. Quaest. e Thcol. Pastor.	1 hor. per hebd per 1 an.
3. Quaest e S. Scriptura	2 hor. per mensem per 2 an.
4. Quaest. Orientales	2 hor. per mensem per 2 an.
5. Quaest. ex Historia Eccl.	2 hor. per mensem per 2 an
6. Quaest. ex Arch Christ.	2 hor. per mensem per 2 an
7. Lingua Syriaca	1 hor. per hebd» per 1 an.
a. Ltrfua Arabica	1 hor. per hebd per J an
9 Ars sacra	a ner. per hebd per 1 an.

B. In Facultate Philosophica.

Disciplinae principales:

1. Introductio et Logica	4 horae in hebd. per 1 an
X Cosmologie	3 horae In hebd per 1 an.
3. Psychologie Rational»	5 horae in hebd per 1 an.
4. Criteriologia	2 horae in hebd. per 1 an
5. Ontologie	4 h. In P - 1 h in 2 ahi
β. Theodlcea	3 horae in hebd. per 1 an
7. Ethica	5 horae in hebd. per 1 an
8 H:«toria Philosophiae	2 horae In hebd. In T an - 2 horae in J· anno

DiicipHnoe *auxiliares:*	
1. Psychologia Experiment.	2 horae in hebd. in 1' an. - et una hora in 3 anno
2. Quaest. Scientif. cum Phil, coniunctae	2 horae in Γ anno - et una hora ln tertio anno
1 Interpretatio textus Sancti Thomae	1 hora in hebd. per 1 an.
Disciplinae *speciales:*	
1. Oeconomia Socialis	2 horae in hebd. per 1 an
2. Mathesis Superior	1 hora per 1 annum
1 Cosmographia	1 hora per 1 annum
4. Methodologla	1 hora per 1 annum

APPENDIX II

DE CURSO MINORI DEQUE CURSU PROPAEDEUTICO

Art. 1. Praeter genuinum cursum universitarium, theologicum et philosophicum, apud Athenaeum Urbanum extat etiam duplex cursus minor, pro iis alumnis qui ad gradus academicos non aspirant. Hic cursus a cursu academico omnino discriminatur, non tantum ratione temporis et disciplinarum numero, sed etiam, et praecipue, ratione methodi quae in cursu academico rigore scientifico Innititur (Cfr. Art. 37 Statutorum).

Art. 2. Cursus minor instituitur iuxta normas Codicis Jur. Can. (Can. 1365-66) aliasque normas a S. Sede datas (Cfr. v. g. S. C. de Sem. 8 Sept 1926 (LE 717]; 28 aug. 1929) [LE 927]. Insuper utitur Calendario atque Statutis generalibus Athenaei quatenus articulis huius Appendicis non contradicunt aut ex tenore suo ad solum cursum academicum spectant. Tandem regimen cursus minoris est penes easdem Auctoritates quae cursui universitario praesunt

Art. 3. Qui ad cursum minorem adseribi cupit praeter praesentationem sui Superioris, authentica testimonia afferre debet ex quibus, ad normam can. 13G4 et 1365 Cod. Jur. Can., appareat eum:

1) pro cursu *philosophico:* in lingua latina et in ceteris disciplinis, communi cultui et statui clericorum regionis ubi sacrum ministerium exercere debebit, convenientibus, sufficienter institutum esse;

2) pro cursu *theologico:* in Philosophiam rationalem et in affines disciplinas per integrum saltem biennium incubuisse, ad normam Cod. Jur. Can. et examina superasse.

Art. 4. Disciplinae obligatoriae cursus minoris philosophici sunt: Logica. Cosmologia, Psychologia. Critica seu Criteriologia. Ontologia, Theologia naturalis. Ethica seu Jus naturale, Historia Phil. (Cfr. Stat, art 28).

Art. 5. Disciplinae obligatoriae cursus minoris theologici sunt: Theologia Fundamentalis, Dogmatica, Moralis, Scriptura Sacra. Historia Ecclesistica, Patrologia, Archaeologia Christiana, Institutiones Juris Canonici, tamquam disciplinae principales; Lingua hebraica et gracco-biblica; Institutiones systematico-historicae Liturgiae. Ascetics et quaestiones theologicae ad Orientales maxime spectantes, tamquam disciplinae auxiliares. Nihilominus alumni debiliores ad petitionem Rectoris proprii Collegii, gravi de causa, a schola linguae hebraicac atque a schola linguae graeco-biblicae a Decano eximi poterunt. Ex altera parte frequentatio unius altcrlusve disciplinae misslonologicae omnibus commendatur.

Art. 6. Cum licentia proprii Superioris in scriptis data cumque licentia Decani atque relativi Professoris, alumnis cursus minoris licitum erit etiam scholas aliarum disciplinarum, quae in cursu universitario docentur, frequentare.

Art. 7. Duplex datur pro singulis disciplinis sessio examinum, aestiva et autumnalis. Tenentur alumni se g'stere sessioni aestivae, idque dic et hora ipsis praestituta. Solummodo gravi de causa ad petitionem Rectoris proprii Collegii, Decanus alumno alicui permittere potest ut examen ad sessionem autumnalem remittat. Ille censetur promotus ad annum sequentem scholasticum qui saltem sex ex decem punctis in omnibus disciplinis praescriptis retulerit. Rejectus in sessione aestiva, examen reparationis subire poterit in sessione autumnali. Reprobato in sessione aestiva et autumnali, vel etiam in sola autumnali, per se nulla facultas reparandi relinquitur, ita ut annus scholasticus ei non computetur. Attamen si solummodo in una alterave disciplina rejectus fuerit, casus eius judicio Commissionis Professorum subiicetur, qui videbunt num alumnus forsan pos: duos circiter menses examen de istis disciplinis repetere possit.

Art. 8. Alumni cursus minoris in solemn! distributione praemiorum participant ita tamen ut ordine distincto ab alumnis cursus academici concurrant iuxta normas speciales.

Art. 9. Praeter cursum minorem Athenaeo Urbaro etiam adnexus est cursus quidam propaedeuticus ad philosophiam. Huic cursui adseribuntur ii alumni, qui attentis documentis allatis, studia media classica zocdum ex integro absolverunt, ita ut ad cursum phlsohphicum sive universitarium sive minorem adseribi nequeant. Ordinatio huius cursus Rectori Magnifico Athenaei immediate substat

INDEX

Titulus I. — Generalia ..... Art 1-4
Titulus II. — De personis et regimine ... Art 5-33
I. — Auctoritates academicae ..... Art 5-13
II. — Secretarius ..... Artl4sq.
III. — Professores ..... Art 16-22
IV. — Auditores..... Art 23-33
Titulus III. — De ratione studiorum..... Art 34-50
I. — Methodus generalis docendi..... Art 34-36
II. — Studiorum curriculum ..... Art 37-39
III. — Disciplinae tradendae etexamina Art 40-5)
Titulus IV. — De collatione graduum Academicorum ..... Art 51-61
I. — Baccalaureatus..... Art 53-55
II. — Licentia ..... Art53sq.
III. — Laurea..... Art 53-54
Titulus V. — De rebus didacticis et oeconomicis ..... Art 65-73
I. — Aedificium..... Art 65
II. — Bibliotheca et adiumenta scientifica..... Art 66-t3
III. — Professorum etofficialium honoraria atque auditorum tributa Art 70-73
Appendix I. — *Disciplinarum conspectus* generclu, *notatis annis et horis pro* singulis disciplinis.
Appendix II. — *De cursu minori deque cursu propaedeutico.*

• E volumint Statutorum separato edito p. 8-38.

fcm CARROLL UNIVI asiTY CLEVELAND. OHIO ....

1935 DEC 3.-SC STUDIORUM, NORMAE PART.·

STATUTA PONTIFICII INSTITUTI MISSIONALIS SCIENTIFIC!

Tit. I. Normae générales

Art. 1. 1) Penes Pontificium Athenaeum Urbanus de Propaganda Fide habetur Pontificium Institutus Missionale Scientificum.

2) Pont. Instituti Missionalis provinciam proprias iuridicum cum personalitate autonoma, cum fine proprio, quem viribus et mediis propriis adsequitur.

Art. 2. 1) Pont Institutum Missionale est organismus scientificus, sive institututio academica de rebus nussionariis.

2) Pont Instituti Missionalis provinciam propriam constituit Scientia Missionum, quae in statu praesenta investigationis scientificae unicam tantum Facultates constituit

3) Finis Pont. Instituti Missionalis est duplex:

a) finis eius principalis est selectos viros methodo, quae scicntifica et technica dicitur, ita in Scientia ca-

tholica Missionum instruere, ut in eadem scientia magistri evadant;

b) finis secundarius est missionaries ita parare pro singulis missionum regionibus, ut in ministerio exercendo uti valeant disciplinis ad missiones quemodocumque spectantibus.

4) Utrumque finem Pont Institutum Missionale adsequitur sive cursibus universitariis et stricte scientificis, sive cursibus practices, quibus missionarii immediate ad apostolatum adgredendum praeparantur.

Art. 3. 1) Pont. Institutum Missionale confert duos Untum gradus academicos: Licentiam videlicet seu prolytatum. et Lauream seu Doctoratum.

2) Gradus academici in Pont Instituto Missionali eo sensu accipiuntur, quo eos definit Constitutio, Art 9 et Art. 10 nn. 1 et 2.

3) Constitutio de qua in praesentibus Statutis saepe sermo est et ad cuius tramitem eadem perfecta sunt intelligitur Constitutio Apostolica « Deus *Scientiarum Dominus* * diei 24 Maii 1931 (LE 1030). Item sub voce *Ordinationum* in praesentibus Statutis veniunt *Ordinationes,* quas Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus die 12 Junii 1931 addidit ad Constitutionem Apostolicam « Deus Scientiarum Dominus > de Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum rite exsequendam [LE 10331.

Tit. II. De personis et regimine

1. Auctoritates academical

Art. 4. 1) Magnus Cancellarius Athenaei Urbani de Propaganda Fide est etiam Magnus Cancellarius Pont Instituti Missionalis Scientific!.

2) Magni Cancellarii munera ea sunt, quae in Ordinationibus. Art. 5. definiuntur.

Art. 5. 1) Pont. Institutum Missionale regitur a Praeside. Ipso iure Praeses est Rector Magnificus Athenaei Urbani de Propaganda Fide.

2) Praesidis munera ea sunt, quae in Ordinationibus, Art 6, definiuntur.

3) In munere exercendo Praesldem adiuvat Vice-Praeses.

Art. 6. 1) Praesidi adsistit Secretarius.

2) Secretarii est Praesidem adiuvare in regimine Pont Instituti Missionalis et, in genere, ea moderari, quae magis communiter occurrunt.

3) Secretarius tribus annis munere fungitur, quibus elapsis, iterum eligi potest

Art. 7. 1) Consilium Academicum constat Vice-Praeside et quatuor Professoribus ordinariis sub praesidentia Praesidis.

2) Membra Consilii Academici a Praeside eliguntur ad biennium, quo elapso, iterum eligi possunt

3) Consilium Academicum singulis mensibus convenit ad rationem studiorum urgendam, ad quaestiones obortas solvendas, ad incrementa Instituti suggerenda, et ad alia eiusmodi tractanda.

4) Consilium Academicum extra ordinem convenit, quando id Praesidi opportunum videatur.

5) Membra Consilii Academici nullo speciali iure gaudent et gratis officium implent

Art. 8. Si quae disciplinae in Pont Instituto Missionali traditae communes sunt cum disciplinis Facultatum Athenaei de Propaganda Fide et vicissim. Magnus Cancellarius definit normas ad mutuas relationes fovendas.

2. Professores

Art. 9. 1) Professores Pont Instituti Missionalis Scicntifici alii sunt ordinarii, alii extraordinarii, alii adsistentes seu supplentes (italice incaricati).

2> Professoribus ordinariis nemo accensetur nisi: a) postquam laudabiliter per triennium aliquam disciplinam principalem vel auxiliarem tamquam extraordinarius in aliqua Universitate vel Facultate praelegerit et sui laboris scientific! egregia exhibuerit argumenta. Nemo tamen potest in pluribus disciplinis *ordinarius fieri: b)* saltem per tres horas in hebdomada doceat *Ordinani pleno* ac firmo iure in coetum Professorum cooptantur.

3) Professores extraordinarii sunt ii. qui. etsi debitis dotibus ornati, nondum omni ac pleno iure gaudent

Professores extraordinarii amovibiles sunt, ct annua confirmatione indigent Postquam per triennium docuerint, in ordine Professorum ordinariorum adsumi possunt

4) Professores supplentes, (vulgo: incaricati) qui pro opportunitate adsumuntur quasi in experimentum, ad certum tempus munere funguntur tradendi aliquam disciplinam loco Professoris ordinarii sive extraordinarii impediti.

5) Ad ordinem Professorum ordinariorum et extraordinariorum quis adsumitur per electionem Magni Cancellarii, facta praesentatione a Consilio Academico, et consideratione habita de operibus scientificis atque excellentia magisterii.

Ad ordinem Professorum supplentium quis accedit per votum Consilii Academici, Magno Cancellario consentiente.

Art. 10. Professores in Pont Instituto Missionali ad minimum numerantur duodecim, ex quibus saltem quinque sunt ordinarii.

Art. 11. Conditiones ut quis in Professorum Collegium legitime cooptetur, iuxta Const. Ap., Art. 22. sunt:

1®. doctrinae copia et boni mores;

2°. laurea congruens;

3°. idoneitas docendi, quae certis documentis probatur;

4°. professio Fidei;

5°. missio canonica docendi a Magno Cancellario recepta, impetrato *Nihil obstat* a S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. 12. Professoribus obire non licet onera vel officia, quibus a munere docendi rite implendo impediantur.

Si quis Professor vel doctrinam catholicam laeserit, vel a vitae integritate defecerit, vel in munere suo obeundo habituali gravique neghgentia usus fuerit, pro gravitate culpae punitur et, si res ferat, missione canonica docendi a Magno Cancellario privatur.

3. Auditores

Art. 13. 1) Auditores alii sunt qui ad gradus academicos contendunt, et alii qui ad gradus academicos non contendunt, sed solummodo vitam missionariam adgredi volunt

2) Pro utrorumque inscriptione valent praescripta a Constitutione Ap., Art 24, videlicet: si agitur de clerico, requiritur ut exhibeat litteras commendatitias sui Ordinarii vel Superioris Religiosi; si agitur dc laico, requiritur ut exhibeat competentis auctoritatis ecclesiasticae litteras testimoniales de vita et moribus.

3) Auditores clerici, tum qui ad gradus academicos contendunt, tum ceteri qui vitam missionariam adgredl volunt, ut inscribi possint, integrum cursum philosophicum et theologicum absolvisse tenentur ad normam can. 1365 C. J. C.

4) Auditores *laid,* ut inscribi possint, tenentur exhibere ea saltem studiorum testimonia authentica, quae pro inscriptione in aliqua Universitate requiruntur, ac praeterea specimen dare de scientia sacra (id est de Philosophia Scholastica et de Theologia praesertim Fundamentali). quod, iuxta singulos casus, a Consilio Academico definietur.

Art. 14. Auditoribus ad gradus academicos contendentibus praescribuntur omnes disciplinae principales et auxiliares. Omnes scholas harum disciplinarum frequentare tenentur.

Ex disciplinis specialibus conceditur facultas eligendi et frequentandi duas disciplinas ex I Sectione, quae linguas complectitur, et alias duas disciplinas ex ceteris Sectionibus.

2) Illi, qui ad gradus academicos non contendunt liberi sunt eligere, de consensu Praesidis. disciplinas quas volunt, sive ex principalibus, et auxiliaribus, sive ex specialibus, ita tamen ut selectio ordinata sit ad peculiarem finem sibi propositum adsequendum.

Disciplinarum selectarum scholas frequentare tenentur.

Art. 15. Pont Institutum Missions>e admittit auditores, qui ex alia Facultate missionologwa proveni uni ratione habita de studiis peractis iuxta Statuta ac firmis praescriptis in Ordinationibus. Art 17.

Art. 16. Auditores, qui legibus Pont. Instituti Missionalis vitam moderantibus non obtemperant, pruno

monentur a Praeside; si autem non resipiscant, a Consilio Academico privari possunt iure gradus academicos consequendi et examina subeundi, vel etiam ab Instituto expelli.

TIL III. De ratione studiorum

1. Methodus generalis docendi

Art. 17. 1) Methodus generalis in disciplinis tradendis est *fundamentaliter* dogmatica relate praecipue ad fontes S. Scripturae et Traditionis ecclesiasticae, cum *caractère historico* ad dignoscendum quomodo religio Christiana sese diffuderit iuxta varias temporum aetates; *ratione finis* methodus est scientifico-religiosa. ut nempe Christianae veritatis progressus et Ecclesiae triumphus in dies promoveatur.

2) Pro singulis disciplinis methodus stricte scientifica et technica urgetur iuxta uniuscuiusque naturam, ita ut:

Ie fundamenta doctrinae solide ponantur;

2° incrementa ex illa derivata critice investigentur;

3° conclusiones scientificae inde deductae ad praxim deducantur.

Art. 18. 1) In Pont. Instituto Missionali, praeter regulares lectiones seu scholas, locum habent exercitationes. quibus auditores scientificam investigandi methodum et artem proponendi etiam scriptis ea, quae studio adsecuti sunt, sub Professorum ductu addiscant

2) Exercitationes fiunt iuxta praescripta in Ordinationibus. Art. 22 et Art 29. par. 2.

2. Studiorum curriculum

Art. 19. Studiorum curriculum academicum triennio absolvitur.

2) In 2® et 3 anno exercitationes fiunt una hora in hebdomada per integrum annum saltem in duabus disciplinis (Cf. Append. I. Ratio Studiorum).

3) Annus academicus computatur iuxta morem receptum in Pont. Athenaeo de Propaganda Fide.

3. Disciplinae tradendae et examina

Art. 20. Disciplinae tradendae in Pont. Instituto Missionali Scientifico dividuntur in principales, auxiliares et speciales, et eo sensu accipiuntur, quo eas definit Constitutio Ap., Art. 33, par. I.

Art. 21. 1) Disciplinae principales numerantur sex, videlicet:

1. Introductio in Missionologiam;
2. Missionologia Fundamentalis (Fundamenta biblica, dogmatica, patristica. moralia et apologetica Missionis);
3. Historia Missionum;
   Exercitationes in Historia Missionum;
4. Jus Missionarium;
5. Pastoralis Missionaria;
6. Missionographia (Geographia-Statistica).

2) Disciplinae auxiliares sunt quatuor, videlicet:

1. Historia methodologiae missionariae;
2. Historia religionum in locis Missionum;
3. Historia comparata religionum;
   Exercitationes in Historia comparata religionum;
4. Ethnologia.

3) Disciplinarum specialium tres Sectiones recensentur:

1. Sectio philologica;
1. Linguistica africana;
2. Lingua Kiswahili;
3. Lingua sanscrita;
4. Lingua arabica;
5. Lingua sinensis;
8. Lingua japonica;
7. Lingua anglica.

2. Sectio *historica,'*

1. Historia civilis et litteraria in locis Missionum;
2. Historia Instltutomm et Congregationum mis«ionatium;
3. Regesta missionaria;
   Exercitationes in Regestis missionariis;
4 Historia coloniarum.

3. Sectio *mixta:*

1. Cooperatio missionaria in genere et Opera Pontificia Missionalia in specie;
2. Bibliographia generalis Missionum;
3. Medicina missionaria;
4. Missiones acatholicorum.

Art. 22. Juxta Appendicem I disciplinarum dûîn·butio in triennio ita fit ut 1° et 2° anno omnes dâcplinae principales et auxiliares absolvantur, adieda quibusdam disciplinis specialibus; in 3" vero anno paucae tantum scholae ex disciplinis specialibus locum habeant.

Art. 23. Ad validitatem graduum academicorum examina subeunda sunt in omnibus et singulis disciplina ad sensum Art. 14 horum Statutorum.

Art. 24. Examina quotannis fiunt duabus vicibus «u sessionibus: mense lulio et mense octobri.

Art. 25. Examina fiunt iuxta normas praescriptas Statutis Athenaei de Propaganda Fide (Cf. Appendices II his Statutis adnexam).

TH. IV. De collatione graduum academicorum

Art. 26. Qui gradibus academicis donandi sunt, professionem Fidei emittere debent coram Rectore Mastico Athenaei de Propaganda Fide secundum formulae a Sancta Sede approbatam ad normam can. 1406, 8: C. J. C. et Decreti Supremae S. Congregationis S. Offic: d. d. 22 Martii 1918 [LE 80).

Art. 27 Qui gradum academicum consecutus fuerit recipiet Diploma a Magno Cancellario. Praeside, Vice-Praeside et Secretario signatum atque sigillo Pont Instituti Missionalis Scientific! munitum (Appendix IUl

Diploma tamen Laureae ne tradatur nisi 30 exemplaria dissertationis typis editae Instituto exhibeantur

Art. 28. Licentia conferri nequit ante expletum aenum secundum ab incepto studiorum curriculo.

2) Laurea conferri nequit ante expletum tertium annum.

3) In fine primi anni examen fit ad aptitudinem auditoris dignoscendam.

1. Licentia

Art. 29. Ut quis ad gradum Licentiae admittatur, requiritur ut per biennium omnibus scholis et exercitationibus interfuerit ct ad laborem scientificum aptitudinis experimentum dederit etiam scriptum in aliqua exercitationum schola proprio Professore Judicante.

Art. 30. 1) Qui ad Licentiam contendit, postquam annua vel semestria praescripta examina superaverit et in aliqua exercitationum schola felix experimentum scripto dederit, iuxta Ord., Art. 37, subiiciendus e<! peculiari examini in disciplinis gravioribus, quo tale suae doctrinae specimen praebeat, ut idoneus haberi possit ad docendum in scholis quae gradus academicos non conferunt (Const, Art. 9).

2) Examen peculiare complectitur quae sequuntur disciplinas: Introductionem in Missionologiam. Misso» nologiam Fundamentalem et Pastoralem, et tertiam disciplinam a Consilio Academico singulis annis determinandam.

3) Peculiare hoc examen coram quatuor Professoribus saltem per unam horam dandum est.

4) Singuli Professores iudicium suum ferre tenentur.

2. Laurea

Art. 31. 1) Candidatus, omnibus praemittendis examinibus superatis de disciplinis post obtentam Licentiam traditis, et opera exercitationibus ad normam Statutorum datam, ut Lauream consequi possit, debet exhibere dissertationem scriptam, quae eum investigationibus scientlficis aptum esse demonstret et ad scientiae profectum perducat, typis edendam, quinque exemplaribus non ultra mensem ante discussionem praesidi praebendam, qui eam censoribus tradit pro iudido ferendo.

2) Debet insuper candidatus, praeter huius thesecs publicam defensionem, coram defendere tres panas

iC-'ittA CARHQLL UNIVRSITY LIIW ô-h CLEVEL AND. OHIO

theses cx disciplinis specialibus, vel lectionem publicam tenere, prout Consilium Academicum in singulis annis decreverit» de argumento aliquo ex disciplinis iam traditis.

Art. 32. 1) Argumentum dissertationis doctoralis adprobandum est a Professore disciplinae ad quam dissertatio pertinet, de consensu Praesidis.

2) Dissertatio elaboranda est sub vigilantia eiusdem Professoris.

3) Dissertatio examinanda et diiudicanda est a duobus saltem Professoribus, quorum unus munere relatoris fungitur.

4) Dissertationis defensio fit sollemniter coram quinque Professoribus et aliis, ad nutum Praesidis, objicientibus, adstantibus etiam viris doctis expresse invitatis.

5) Quinque Professores examinantes de iure iudicium ferunt

Art. 33. Dissertationis exemplaria duo asservantur ln Archivo Pont. Instituti Missionalis Scientific!, duo exemplaria mittuntur ad S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus et unum exemplar ad Facultates et Scholas missionologicas.

TIC. V. De rebus dIdacticLs ct oeconomicis

Art. 34. 1) Pont. Institutum Missionale Scientificum specialem habet Bibliothecam, in re missionaria unicam. quae residet apud S. C. de Propaganda Fide.

2) Professores et auditores Pont. Instituti Missionalis Scientific! uti possunt Bibliotheca iuxta normas speciales exarandas.

Art. 35. Pont Instituti Missionalis instrumenta scientifica sunt:

1° Musaeum Ethnologicum Missionale in Aedibus Lateranensibus, pro Ethnologia et Missionibus;

2° Laboratorium medico-chirurgicum;

3° Seminarium linguisticum et historicum.

Art. 36. Expensis, quae a Pont Instituto Missionali Scientifico exiguntur, providet S. C. dc Propaganda Fide per specialem accepti et expensi rationem.

Taxae et propinae auditorum, quae acceptum constituunt. computantur iuxta morem vigentem in Athenaeo Urbano de Propaganda Fide.

Stipendia autem Professorum et Officialium, servatis servandis, aequiparantur illis, quae in Pont Athenaeo Urbano de Propaganda Fide solvuntur.

APPENDIX I

RATIO STUDIORUM

L Disciplinarum conspectus generalis notatis horis et ANNIS PRO SINGULIS DISCIPLINIS

Disciplinae principales:

1. Introductio in Missionolopam	Hora 1 in hebd. per annum
2 Missionologia Fundamentalis (Fundamenta biblica. dogmatica, patristica. monilia et apologetica Missionis)	Horae 3 in hebd. per annum
1 Historia Missionum ..... Exercitationes in Historia Mlfsionum ...	H^irae 2 in hebd. per 2 an. Hora 1 in hebd. per annum
4 Jus Misslonarium	Horae 2 in hebd. per 2 an.
5 Pastoralis Missionaria ...	Horae 2 in hebd. per annum
β. M:ssionographia (Geographia-Statistica)	Horae 2 in hebd. per annum

Disciplinae auxiliares:

L RTorta methcdol o g ia e stationariae	H'rrae 2 In hebd. per annum
2 Historia religionum in locis Missionum	Horae 2 in hebd. per 2 aa
3 Historia comparata religionum ..	Hora 1 in hebd. per 2 an.
Exercitationes in Historia comparata religionum ...	Hora 1 in hebd. per 3 an.
< Ethnologia	Hora 1 in hebd. per annum

Disciplinae speciales:

I. — Sectio phtlolocica:

1. Linguistica airicana	Hora 1 in hebd. per 2 annos
2. Lingua KlswahlU.....	Hora 1 in hebd. per
X Lingua sanscrita	Hora 1 in hebd. per
4. Lingua arabica	Hora 1 in hebd. per
5. Lingua sinensis.....	Hora 1 in hebd. per
6. Lingua Japonica	Hora 1 in hebd. per
7. Lingua anglica.....	Hora 1 in hebd. per

П. — Sectio historica:

1. Historia civilis et litteraria in locis Missionum ...	Hora 1 in hebd. per duos an.
2. Historia Institutorum et Congregationum missionalium ...	Hora 1 in hebd. per annum
3. Regesta missionaria..... Exercitationes in Regestis missionariis.....	Hora 1 in hebd. per annum Hor. 1 in hebd. per semestre
4. Historia coloniarum ··· ···	Hor. 1 in hebd. per semestre

IIL — Sectio mixta:

1. Cooperatio missionaria in genere et Opera Pontificia Missionalia in specie.	Hora 1 in hebd. per annum
L Biblfografia generalis Missionum.....	Hor. 1 in hebd. per semestre
3. Medicina missionaria ...	Hora 1 in hebd. per 2 an.
4. Missiones acatholicorum.	Hor. I In hebd. oer semestre

Pro opportunitate, disciplinis specialibus adiungi Funt cursus selecti, quos singulis annis in definienda ratione studiorum Consilium Academicum determinabit.

II. Ratio studioorum pro singulis annis

Annus I

Disciplinae	*Horae in hcbdon.ada*
L Introductio In Missionologiam	1
2. Missionologia Fundamentalis.....	3
3. Jus Misslonarium.....	2
4. Historia Missionum..... ... — —	2
5. Geographia	1
C. Historia methodologiae missionariae.....	2
7. Historia religionum In locis Missionum	2
8. Historia comparata religionum ··· ··· ...	
9. Ethnologia	1
	Summa 15

Annus II

Disciplinae	*Horae* in hebdomada
L Jus Misslonarium ··· ··· ··· ··· ··· ···	2
2. Pastoralis Missionaria..... ..	2
3. Historia Missionum	2
4. Statistica Missionaria	1
5. Historia religionum In locis Missionum	2
6. Historia comparata religionum.....	1
7. Exercitationes ··· ··· ··· ··· ··· ··· ···	
8-9. Duae linguae selectae e sectione 1 Phil>-logica ··· ··· ··· ··· ··· ··· ··· ···	3
10. Una disciplina selecta e ceteris sectionibus specialibus ··· ··· ··· ··· ··· ··· ··· ···	
	Summa 15

Annus III

1-2. Duae linguae jam selectae e secttone I phllologica .	2
3-6. Quatuor disciplinae speciales selectae e ceteris sectionibus . . .	4
7. Exercitatio..... ..	1
	Summa 7

Praeparatio theseos

APPENDIX I!

NORMAE PRO EXAMINIBUS

Art 1. Si agitur dc disciplina principali, examen durabit per unum saltem horae quadrantem ; quoad ceteras disciplinas, per decem saltem momenta

Art 2. Duae erunt examinum sessiones: aestiva et autumnalia.

Pro periculis tum primae tum secundae sessionis subeundis, petitio exhibenda est approbante Superiore proprii Instituti.

Dies et horae examinum a Consilio Facultatis determinantur et a Secretario palam proponuntur, et omnes praesto esse debent tempore statuto, nec licet anticipare vel differre examina, nisi ex iusta causa a Decanis probanda. Extra normalia tempora examina non habebuntur, nisi ex causa gravi et de consensu Consilii Facultatis.

Art. 3. In ceteris examinibus vota computantur per puncta usque ad decem, et approbatus censentur qui saltem sex puncta retulerit

Art. 4. Qui non est approbatus, examina in altera sessione denuo subire ius habet

Art. 5. Cum examina peraguntur coram coetu plurium Professorum, ad normam art 54, 57 c), 60 num. 3, tunc scrutinium hac ratione habetur:

a) qui praeest examinibus, Professores invitet ut suum judicium de candidati idoneitate ac meritis proferant;

b) deinde fit duplex scrutinium: primum de approbatione simpliciter ad gradus; secundum, ad hoc ut vota tribuantur iuxta art seq.

Art. 6. Scrutinia fiunt secreto per calcula *alba et nigra,* quorum alba favent candidato, nigra nocent

In primo scrutinio de simplici approbatione ad gradum, unusquisque examinator utitur uno ex duobus calculis, vel albo vel nigro. Candidatus, si maiorem suffragiorum favorabilium numerum retulerit, probatus rite censetur.

Si candidatus probatus fuerit, fit alterum scrutinium ad notam meriti eidem tribuendam. In altero scrutinio quilibet examinator utitur decem calculis hac ratione:

6 alba: probatus.

7 alba: bene probatus.

8 alba: cum laude probatus.

9 alba: magna cum laude probatus.

10 alba: summa cum laude probatus.

In Actis autem examinum, numerus suffragiorum non describetur, sed tantum nota meriti referetur.

Art. 7. In iudicio de candidato ad singulos gradus academicos ferendo, ratio habebitur omnium suffragiorum quae ipse candidatus in diversis experimentis et examinibus tulerit, singulis suffragiis pro disciplinarum et examinum momento aeque pensatis, ea tamen lege ut

a) pro Baccalaureatu valor (coefficiens) peculiaris examinis, de quo in art. 54, valorem aeque ceterorum examinum;

b) pro Licentia valor (coefficiens) peculiaris examinis, de quo in art. 57 c), aequet valorem ceterorum examinum quae post Baccalaureatum peracta sunt;

c) pro Laurea dimidius valor (coefficiens) tribuatur dissertationi, dimidius vero ceteris omnibus examinibus in universo curriculo peractis.

Quomodo autem singula experimenta et examina, praeter peculiaria examina de quibus sub litt a), b), c). supputari debeant ad iudicium de candidato ferendum, nonnis Athenaei propriis definitur.

Art. 8. In solemni distributione praemiorum, alumni praemia consequentur iuxta normas a Consilio Academico determinatas.

INDEX

Titulus I. — Normae generalis..... Art. 1-3
Titulus II. — De Personis et regimine ... Art 4-16
I. — Auctoritates academicae..... Art 4-8
II. — Professores..... Art. 9-12
III. — Auditores ..... Art 13-16
Titulus III. — De ratione studiorum ... ... Art 17-25
I. — Studiorum curriculum et examina Art. 19-25
Titulus IV. — De collatione graduum academicorum..... Art 26-33
I. — Licentia ..... Art. 29 sq.
II. — Laurea..... Art 31-33
Titulus V. — De rebus didacticis et oeconomicis . Art. 34-36
Appendix I. — *Ratio studiorum* .....
I. — Disciplinarum conspectus generalis. Dotatis horis et annis pro singulis discipli-
II. — Ratio studiorum pro singulis annis ... _
Appendix II. — *Normae pro examinibus* .....

• **E volume Statutorum separate edito p. 45-71. Décrite erectionis huius Instituti Missionalis vide supra sub die 1933 Sn 1: LE 1187.**

1298

1935 DEC 5.-SC RELIGIOSORUM» INDULT. PART/

Dispensatio ab irregularitate ex defectu digiti toios **MANUS SINISTRAE ET EX DEFECTU MOBILITATIS BRACHII DETTE;**

Indulti *summarium referimus iuxta notification Revmi Procuratoris Generalis* O. F. M. Cap.:

« SS.mus Dominus Noster Pius Papa XI, in audientia die 5 decembris 1935 Emo Cardinali Praefecto S. Congregationis de Religiosis concessa, dispensationem benigne elargiri dignatus est duobus Clericis sollemniter professis Ordinis nostri, super *irregularitate,* respective, *ex defectu digiti indicis manus sinistrae,* et item, *ex levi defectu partialis immobilitatis* brocha *dextri,* ad hoc ut ipsi ad sacros Ordines promoveri possent »

• **AOMC1P 52 (1936) 30. Adn. LAZARUS AB ARBONNE b AOMCap 52 (1936) 30-31.**

1299

1935 DEC 6.-SC RITUUM, DECL. AAS 27 (1935) «9

Declaratio privilegii pro sodalibus piae unionis cleri a missionibus anticipandi matutinum cum Laudibus

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI. in Audientia infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecto die 5 Decembris 1935 concessa, declaravit privilegium anticipandi a meridie recitationem Matutini cum Laudibus diei sequentis in favorem Piae Unionis Cleri a Missionibus iuxta rescriptum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide sub die 2 Decembris 1921 datum (cf. *Acta Apost. Sedis,* 1921, p. 565) (LE 3811, valere pro *omnibus* qui sacrum officium recitare tenentur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 6 Decembris 1935.—P. Card. Fumasoni-Biondi. *Praef.* C. Salotti, *Secr.*

Adn. J. MOSS in CR 11 (1936) 251; J. P. in PrM 25 (1936) 18-19.

1300

1935 DEC 8.-SC PROP. FIDE, NORMAE. PART.·

De modo se habendi circa **EVANGELIZATIONEM** iapontae n circa cultum patriae

Delegatio Apostoj.xca in Japonia

Auj: *Supérieurs des Instituts et Congrégations religieuses du Nippon*

Dès mon entrée en fonction dans cette Délégation Apostolique du Japon, une de mes premières préoccupations a été de réaliser, selon les instructions de la S. C. de la Propagande, une plus grande coordination des efforts soit entre les diverses Missions soit entre les missionnaires.

Ce programme va être graduellement mis à exécution par les Révérendissimes Ordinaires dans les différentes Missions. Mais 11 ne saurait être réalisé, sans le concours des divers Instituts Religieux qui tiennent une place si importante dans l'apostolat missionnaire et

qui. même dans la diversité de leurs oeuvres et de leurs méthodes, poursuivent le même but final: le règne de Dieu dans les âmes.

Cost pourquoi, je me permets aujourd'hui de leur soumettre ou plutôt de leur rappeler les principes généraux qui doivent servir de base à cette coordination des efforts. Ces principes sont sans doute déjà connus ct observés, mais dans les difficultés présentes, il faut les préciser davantage.

D'ailleurs, ce ne sont pas seulement mes idées personnelles, mais c'ést le fruit de l'expérience; elles sont aussi basées sur les critiques et les observations de nos adversaires, à tort ou à raison, au sujet de nos Instituts catholiques.

Les Supérieurs sont priés de communiquer le contenu de cette lettre à tous leurs sujets, à la première occasion, de la manière qu'ils croiront la plus opportune.

'al·· eaitnftee C XVIII ” Cfr *Pi. CIX* 4 * Cfr I Cor.. IV. t. · Cfr Aef. VI. 4 - Mnlth.. XXVÎ1I. 19-20 ·' Io. 1.9. « Cfr Maith . XIII. 31-32. “ Maith., XVI. 27.

M Cfr. To.. XIII. 34. * Cfr. Hebr.. IV. 13. * Cfr. Π *letr.*. I. 19. « Cfr. Luc.. VI. 12. ° Cfr. Hebr.. VII. 25. ° Cfr. *Pt. XUX,* 14 * Cfr. Mattii., νπ. 7-Π; Marc., XI, Î4; Luc.. XI. 9-13. « S. Io Chrysost.. *HomiL 5 tn Isatam.*

acrius hodie in sacerdotium dimicant, caeleste iidem Numen infitiantes hostili animo impugnantquod profecto honore maximo maximaque aestimatione dignos sacri ordinis homines efficit.

II

Amplissima igitur est. Venerabiles Fratres, sacerdotalis dignitas: neque huius altissimae dignitatis splendori officiunt quorumdam, etsi lamentabilia ac miseranda, ob humanam infirmitatem admissa; eodemque modo haec ipsa paucorum admissa praeclaras tot sacerdotum laudes — virtute, doctrina, religionis studio martyrioque facto insignium — in oblivionem adducere non possunt. Idque eo vel magis quod hominis indignitas ministerii sui operam non irritam reddit: siquidem exploratum omnino est administri indignitatem
S) sacramentorum vim non/ attingere, quae ex sacratissimo lesu Christi sanguine, non ex sacerdotum sanctitate. suam repetunt efficacitatem; ea scilicet aeternae salutis instrumenta, ut theologicae disciplinae verbis utamur, « ex opere operato » actionem suam exserunt

Perspicuum tamen est eiusmodi dignitatem, in iis omnibus qui eadem insigniti sunt, illam excelsitatem mentis, animi munditiam morumque integritatem postulare. quae sacerdotalis muneris maiestati sanctitatique respondeant Hoc, ut diximus, sacerdotem constituit Deum inter hominesque conciliatorem, ex illius nempe persona ac mandato, qui est « unus mediator Dei et hominis, homo Christus lesus ».52

Eum igitur oportet ad eius perfectionem propius pro facultate accedere, cuius partes gerit; seseque vitae operumque probitate gratiorem cotidie Deo reddere; quandoquidem plusquam suave turis effluvium, plusquam sacrarum aedium nitorem, virtutem Deus aestimat ac diligit. « Quia (ordinati) efficiuntur medii inter Deum et plebem — ut ait S. Thomas — ideo debent bona conscientia nitere quoad Deum et bona fama quoad homines ».53

At contra, si quis res sacras agit atque administrat, vitamque improbandam gerit, is profanum facit, ac sacrilegus efficitur: « Qui sancti non sunt, sancta tractare non debent ».M

Quamobrem iam in Veteris Testamenti litteris sacerdotibus ac levitis suis Deus praeceperat: « Sint ergo sancti, quia et ego sanctus sum, Dominus qui sanctifico eos ».u Ac sapientissimus rex Salomon, in dedicandi templi cantico, hoc nominatim filiis Aaron a Deo impetrat. « Sacerdotes tui induant iustitiam. et sancti tui exsultent ». '· lamvero, Venerabiles Fratres —S. Robert! Bellarmini verbis utimur— «si tanta iustitia et sanctitas et alacritas requirebatur in sacerdotibus illis, qui sacrificabant oves et boves et laudabant Deum pro tem-
21 poralibus be neficiis: quid, quaeso, requiritur in sacerdotibus illis, qui sacrificant divinum Agnum, et gratias agunt pro beneficiis sempiternis? »K « Magna quippe Praelatorum dignitas — S. Laurentius lustinianus inquit — sed maius est pondus: in alto gradu ante oculos hominum positi sunt, oportet quoque ut in sublimi virtutum culmine sint erecti coram oculis cuncta cernentis; alioquin non ad meritum, sed ad proprium praesunt iudicium ».a

At reapse, rationes omnes. quas. ut catholici sacerdotii excelsitatem demonstraremus, iam breviter attigimus, nunc iterum Nostro obversantur animo, ut ad absolutae sanctimoniae officium, quo sacrorum administri tenentur, vehementer eosdem aohortemur. Etenim, quem admodum Angelicus Doctor edocet: < ad idoneam executionem ordinum non sufficit bonitas qualiscumque, sed requiritur bonitas excellens; ut sicut illi, qui ordinem suscipiunt, super plebem constituuntur gradu ordinis. ita et superiores sint merito sanctitatis ». ” Siquidem Eucharisticum sacrificium, quo innocens victima immolatur, hominum peccata delens, peculiari quodam modo postulat, ut sacerdos, per vitae sanctitudinem morumque integritatem, digniorem pro viribus se Deo impertiat. cui cotidie adorandam illam colendamque hostam offert, quae ipsum est Dei Verbum, caritate nostrum homo factum. « Agnoscite quid agitis, imitamini quod tractatis » – Ecclesia verbis Episcopi consecrantis diaconum admonet, qui mox sacerdotali honore augendus est.

Est praeterea sacri ordinis vir divinarum gratiarum largitor, quarum sacramenta sunt veluti fontes; at profecto istiusmodt largitorem vel pretiosa illa carere gratia, vel mancum illius esse aestimatorem segnemque custodem, summopere dedecet. Accedit quod fidei veritas est ab eodem docenda; atque numquam religionis disciplinae digne efficienterque traduntur, nisi cum/ virtus huius institutionis dux est atque magistra, secundum illud « verba movent, exempla trahunt ». Ab eo itidem est evangelica lex praedicanda; attamen, si optat ipsemet ut hanc eamdem legem qui audiant amplectantur, nihil aptius, nihil validius, divina gratia aspirante, hoc obtinet, quam sl Christiana plet» sacrae veritatis praeconem cernat, tradita ab se praecepta suae ipsius vitae probitate diligenter observare. Cuius causae ratio perspicue a S. Gregorio Magno hisce verbis explanatur: « Illa vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo praecipit, ostendendo adiuvat ut fiat ».u Ita profecto Sacrae Litterae nos docent divinum egisse Redemptorem, qui « coepit facere et docere »; “ atque eidem multitudines laetis vocibus acclamavisse, non modo quod « numquam sic locutus fuisset homo, sicut hic homo »,u sed idcirco potissimum quod « bene omnia fecisset ».M Contra vero, « qui dicunt et non faciunt » cum scribis et pharisaeis comparari possunt, quos Christus redarguens — incolumi divini verbi, quod legitime nunciabant. auctoritate — eiusmodi sententia audientem populum admonuit: « Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei; omnia ergo quaecumque dixerint vobis servate et facite; secundum opera vero eorum nolite facere ».·’ Quisquis suo ipsius vitae exemplo veritatem, quam impertit, non commendat, is procul dubio quod hinc excitat, inde miserrime destruit. At Deus, contra, eorum Evangelii praeconum laboribus obsecundat benigneque aspirat, qui primum, data opera sollerter, ad suam ipsorum sanctimoniam assequendam toto pectore incumbant: ita enim affatim emergunt ac dehiscunt flores eorum irrigati sudore, turgent ac pubescunt fructus: atque adeo, maturatis messibus. « venientes venient cum exsultatione portantes manipulos suos ».

Animadvertendum tamen est sacrorum administrum in gravissimum erroris discrimen incidere si haud recto studio illectus atque compulsus, propriam sui ipsius sanctimoniam praetermittens, externis, etsi probandis, sui muneris inceptis nimio ardore se dedat Hac etenim si ratione agat, non modo aeternam sui salutem anclpitem incertamque reddat — quemadmodum, hisce verbis usus, gentium Apostolus sibi metuebat: « Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar ». ·' — sed etiam, ut divinae gratiae iacturam non faciat, procul dubio tamen illum bene suadentis Spiritus Sancti impulsum amiserit, qui mirabilem prorsus vim atque efficacitatem externis attribuit apostolatus operibus.

Ceterum, si Christianis omnibus illud praeceptum est: « Estote perfecti, sicut et Pator vester caelestis perfectus est ».“ eo magis sacrorum administri haec eadem divini Magistri verba ut sibi potissimum impertita reputent iubentur, qui peculiari Nummis instinctu ad arctiorem lesu Christi imitationem vocati sunt. Quamobrem Ecclesia omnibus e cleri ordine gravissimum eiusmodi severe inculcat officium, quod suis legibus inseruit: «Clerici debent sancVorom prae laids vitam interiorem et exteriorem ducere cisque virtute et recte factis in exemplum excellere ». * Et quoniam « sacerdos pro Christo legatione fungitur ». ’ ita vivat necesse est. ut ea Apostoli verba ad se referat: « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi »; ’’ ita vivat ut alter Christus, qui virtutis suae fulgore hominum universitatem collustrabat atque collustrat.

At si omnium virtutum chorus in sacerdotali animo virescat oportet. sunt tamen quaedam, quae peculiari modo sacros administros addoceant Imprinitsque pietas. secundum illud Apostoli gentium, carissimum «ibi Timotheum ar’hortantis: / « Exerce te ipsum ad pietatem ⅜ Etenim, cum rationes illae necessitudine qur. quae cum caelesti Numine sacerdoti intercedunt, tam arctae tamque intimae crebracque sint. l quido patet easdem suavi pjetatis effluvio coniungi nc veluti perfundi omnino oportere; ac quoniam pietas « ad omnia

« Cfr. *I Tin.*, Π. 5. η Summ. T.heo!. *Suppl.*, ο. 36. a. I. **l 4 Deere!.*, dist. 88. can. 6 * ***Lant,*** **XXi.** a.
» Pj., *CXXXI. 9.* F *Exp.'a^ai,* H *PsalrrtM.* Ps CXXXI. 9 ” *De irzjfit. e! reçim. Praei.,* c II. M Senin. *Theo!., tepplm.,* q. 35. a. I, ad 3ra. |* *Parti/. Ram.,* de ordinal. IO. νπ. 4β. ** Ctr Mxrc . VH. 37 '·' Mâtth. XXIΠ. 33 * CX.TF. β ·· *l* Ct* ix rr. – Mattb . X-49. * Cod *ter. Can.,* can. 1?1. » Cfr ' *I* Co·.. IV. t€ n n*i.

utilis est »,” eadem est potissimum ad sacerdotale munus necessaria. Pietate posthabita vel neglecta, actiones, etsi sanctissimae, augustloresque ritus ex more assuetoque modo fient; quandoquidem iisdem procul dubio spiritus vitaeque afflatus deerit Quamquam, Venerabiles Fratres, pietas, de qua loquimur, non levis illa est atque externa, quae, etsi collibet atque blanditur animo, non eum tamen nutrit neque ad sanctimoniam assequendam compellit; at solidam illam potius intellegi volumus, quae, sensuum aestibus non obnoxia, ita certissimae doctrinae principiis firmoque animi iudicio innititur, ut, qui ea polleat, ingruentibus illecebrarum motibus obsistere queat

Quae profecto, tametsi ad caelestem Patrem potissimum erigenda est, nihilo secius in Deiparam etiam Virginem feratur; eam enim sacrorum administri incensiore quodam caritatis studio, quam laicorum ordinis homines, idcirco adamare debent, quod, ut rationum vincula, quibus sacerdos cum lesu Christo coniugitur, arctiora sunt, ita necessitudines, quae Mariae cum Divino Redemptore intercedunt, impensiores quidem exstant

Praeclarissimum aliud, pietatique coniunctissimum, catholici sacerdotii ornamentum est ea morum castimonia. quam ut omnino diligenterque observent Latinae Ecclesiae clerici, maioribus Ordinibus initiati, tam gravi iubentur officio, ut, si deliquerint, sacrilegii rei eo ipso evadant[74] Quodsi eiusmodi lex Orientalis Ecclesiae administros non omnino tenet, iisdem tamen etiam ecclesiasticus caelibatus honori ducitur; atque in terdum — cum praesertim de summis agitur hierarchiae gradibus — necessario requiritur atque praecipitur.

Cum sacerdotali ministerio hanc virtutem congruere vel humanae tantummodo rationis ope evincitur; quandoquidem enim « spiritus est Deus ».[71] consentaneum prorsus videtur qui divino famulatui addicatur, eum quodammodo « corpore se exuere ». Iam Romani veteres id decorum esse inspexerant; siquidem antiquissimam hanc legem: ‹ Ad divos adeunto caste » maximus eorum orator proferens, hisce verbis interpretatur: ‹ Caste iubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo sunt omnia; nec tollit castimoniam corporis, sed hoc oportet intellegi, cum multum animus corpori praestet observeturque, ut casta corpora adhibeantur, multo esse in animis id servandum magis ». * Atque in Veteris Testamenti codicibus Aaron filiisque eius Dei nomine a Moyse praeceptum erat ut per hebdomadam, qua eorum consecratio perficeretur, e Tabernaculo ne exirent, ideoque continentiam per eos dies servarent.[77]

Atqui ab Novae Legis administro, qui Veteris Legis sacerdoti tantopere praestat, maior castitatis mundities procul dubio requiritur. Prima sacri caelibatus lineamenta in tricesimo tertio Eliberitani Concilii canone describuntur,” saeculo videlicet ineunte quarto habiti, cum adhuc saeviret Christiani nominis insectatio; quod profecto rem iamdudum in more fuisse testatur. Hoc autem legis praescriptum nihil aliud facit nisi ut cuidam, ut ita dicamus, postulato, quod ex Evangelic Apostolorumque praedicatione oritur, vim praebeat atque addat Quod Divinus Magister, quem « florem Matris Virginis »'' canimus, castitatis donum tanta aestimatione prosecutus est, ut id supra communem hominum virtutem efferret; R quod inde a teneris unguiculis in Nazarethana domo cum Maria et losepho. virgi/nibus utrisque. educari voluit; quod integros castosque animos, loannis nempe Baptistae et Evangelistae, peculiari caritate dilexit; quod denique gentium Apostolus, fidelis ille evangclicae legis doctrinacque Christi interpres, inaestimabiles virginitatis laudes praedicat — ad sollertiorem praesertim Dei famulatum quod attinet —: « Qui sine uxore est. sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo »; “ haec omnia. Venerabiles Fratres, non efficere non poterant, ut Novi foederis administri et caeleste lectissimae virtutis huius invitamentum experirentur, et eorum numero eniterentur ■dscisci ‹ quibus datum est capere verbum istud ». ° et observantem huic instituto obtemperationem sibi sponte imponerent, quod deinceps, in universa Latina Ecclesia, gravissimo ecclesiasticae auctoritatis praecepto sancitum est Siquidem, quarto exeunte saeculo. Carthaginiense Concilium adhortatur: ‹ ut quod Apostoli docuerunt, et ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus ».u

Neque vel praeclarissimorum orientalium Patrum documenta desunt, quae ecclesiastici caelibatus præstantiam efferant, quaeque testentur, hac etiam de re inter Latinam Orientalemque Ecclesiam tunc tempora consensionem iis in locis viguisse, in quibus severiori disciplinae obtemperaretur. Itaque — ut illustriori exempla adhibeamus — S. Epiphanius, quarto item exeunte saeculo, asseverat caelibatum ad subdiacoaoj usque pertinere: « Eum qui adhuc in matrimonio dtga ac liberis dat operam, tametsi unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad diaconi, presbyteri, episcopi iul hypodiaconi ordinem admittit (Ecclesia), sed cum dumtaxat qui ab unius uxoris consuetudine sese continuerit, aut ea sit orbatus; quod in illis locis praecipue fit, ubi ecclesiastici canones accurate servantur ».M At disertus prae omnibus videtur hac super causa S. Ephraemus Syrus, Diaconus Edessenus universaeque Ecclesiae Doctor, qui ‹ Spiritus Sancti/ cithara merito appellatur ». ° Is nimirum Abraham Episcopum amicum suum, r per haec numeris adstricta verba, alloquitur: ‹ Respondes nomini tuo, Abraham, quia tu quoque factus « pater multorum; sed quia tibi non est uxor, sicut Sara Abraham, ecce grex tuus est uxor tua. Educa filios eius in veritate tua. fiant tibi liberi spiritus et filii promissionis ut fiant heredes in Edem. O fructus pulcher castitatis, in quo sacerdotium complacuit,... cornu efferbui: et unxit te, manus incubuit tibi et elegit te. Ecclesia optavit et dilexit te». u Atque iterum: ‹Non sufficit sacerdoti et nomini eius, offerenti vivum corpus, purgare animum et mundare linguam et expurgare manus et clarum reddere totum corpus, sed omnino purus esse debet omni tempore, quia positus est sicut mediator inter Deum et genus humanum. Laudetur ille, qui mundavit ministros suos! »n Hoc pariter Chrysostomus asseverat « sacerdotium obeuntem ita purum esse debere, ac d in caelis inter Potestates illas collocatus esset »."

Ceterum ipsa christiani sacerdotii excelsitas, itemque. ut S. Epiphani! sententia utamur, eius « incredibilis honor et dignitas »,ri quam supra breviter pressequ» attigimus, summum evincit caelibatus decus Hliusque legis opportunitatem, qua eiusmodi institutum sacris altaris administris praecipitur: qui officio fungitur, quod muneri quodammodo praestat supernorum spirituum ‹ qui astant ante Dominum », * nonne omnino consentaneum est eum caelestem pro viribus vitam agere? Qœ « in iis. quae Domini sunt » ” totus esse debet, nonne eum a terrenis rebus abhorrere, eiusque « conversationem in caelis esse » n addecet? Qui ad aeternam hominum salutem ita sedulo continenterque contendat oportet. ut divinam Redemptoris ope ram pro sua parte persequatur, nonne eum opportunum est a propriae familiae curis animum vacuum solutumque habere, quae non mediocrem navitatis suae partem abstraheren ac distinerent? s

Grande sane spectaculum est incensaque admiratione dignum, quod tam crebro in catholica Ecclesia ever iuvenes nempe levitas cernere, qui, antequam Subdisconatus ordini initientur, antequam scilicet divino famulatui ac cultui se omnino dedant, ultro libenterqw polliceantur sese gaudiis atque solaciis esse abdicaturos, quae in alio vitae instituto honeste capessere possent Ultro libenterque dicimus; namque, si, sacro ordine suscepto, iam non integrum iisdem neque liberum est terrenas nuptias Inire, ad sacra tamen amplectenda munia nulla lege nullave persona coacti accedunt, sed propria cuiusque sua permoti voluntate.”

Nihilo secius quae adhuc, ecclesiasticum caelibatui commendantes, verba fecimus non idcirco intellegi volumus, ac si Nobis in mente esset absimilem illam disciplinam quodammodo improbare ac redarguere, quae in Orientalem Ecclesiam legitime invecta est; sed revera animus Noster eo unice spectat, ut eam veritatem efferamus, quam et praeclarissimam ducimus catholici sacerdotii gloriam, et quae videtur Nobis Sacrati lesu Cordis consiliis ac votis, ad sacerdotum animo? quod attinet, dignius aptiusque respondere.

Ac praeterea terrenarum rerum continents, haud

IV, U. « Cod. *îv. Can.,* c. 132. 11. 75 Io.. IV. 24. ** M T fdc Đ *ley.* lib II, c 3 et 10. » Cfr. *Lev.,* VIII, 33-25 ’ Cone EUbertt., can. 33 (Mansi, t. Π. coi. 11). ,, Cfr. *Br^v Rom* Hymn, ad Laud»» Ln feeto SS. Nom ku ·» Cfr.SUUh.XIX.il. ° *l* CorVII. 32 « Cfr. Matth., XIX. 11. « Cone. Carthag. Π, can. 2; cfr. MassS. *Collect. Cone.,* tom. IΠ. coi. 191. M S. Epiphan., Adaenx) *haeres. Panar.,* 59. 4 (Migne, P. *G.t XLI,* coi. 1024). » Srr. *Rom.,* d, 18 lun., leet. VI *M Carmina Nisibaena,* cann. li 17 Ibtd.. cann. 18. » *De saccrd.,* lib. IΠ, c. 4 (MIpc. P. G., XLVHI. M2). *n Advers. haeres. Panar,,* 59, 4 P. *G.*. XLI. coi. 1024). w Cfr. Tob., XII. 15. « Cfr. Loe. II. 49; *I Cor.,* VII. 32. « Cfr. *Philipp.,* IΠ, 20. « Cfr.

LARROLL UNIVLRSJTY CLEVELAND. Oh

minus quam castitatis amore, sacrorum administri excellant Cum homines cernere est omnia pecunia vendere, omnia pretio mercari, per vitiorum illecebras gradiantur illi nimio sui ipsius studio expertes; atque indignam quaestuum cupiditatem sancte respuentes, non rei nummariae sed animarum emolumenta quaerant non suam ipsorum, sed Dei gloriam affectent atque expetant Non mercenarii sunto, qui idcirco laborant
S ut sui operis/ mercedem assequantur; non eorum instar, qui, quamquam ex officio vacant demandato sibi muneri, suae tamen privatae etiam utilitati inhiant et ad altiora contendunt Sint « boni milites Christi », qui ‹ non implicant se negotiis saecularibus, ut ei placeant, cui se probarunt » ; ** sint Dei administri animarumque patres; ac mente reputent quam impendunt operam, quibus aestuant sollicitudinum studiis, non eadem posse hominum thesauris honoribusque compensari ac redimi. Quodsi iisdem haud vetitum est ea percipere, quae ad semet ipsos alendos ac sustentandos necessaria sunt, secundum illud Apostoli: « Qui altari deserviunt, cum altari participant, ... et Dominus ordinavit iis qui evangelium annuntiant, de evangelio vivere »; w attamen, ‹ in sortem Domini vocati », quemadmodum ipsum « clericorum » nomen sonat, nullam aliam appetant mercedem, nisi eam. quam Christus suis Apostolis spopondit: « Merces vestra copiosa est in caelis ». * Vae sacerdoti, si divinarum pollicitationum immemor, « turpis lucri cupidum » 9l se proferat, et in profanum hominum vulgus se trudat atque immisceat, de quibus Ecclesia Apostoli verbis conqueritur: « Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae lesu Christi! ».w Ita enim non modo demandato sibi muneri deesset, sed etiam concreditae plebi despicatui haberetur, quae procul dubio eius agendi rationem animadverteret evangelicis praeceptis repugnare, quae et divinus Magister luculenter edidit, et ipsemet populo suo nunciare debet: ‹ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo ».” Si animo perpendimus ludam, unum ex Christi Apostolis,
» ‹ unum ex duodecim », ut summa cum maestitia Evangclistae referunt, ob iniquam terre/narum rerum cupidinem ad interitum esse ruinamque prolapsum, facile intelligitur hoc idem aviditatis studium per saeculorum decursum tot tantaque peperisse Ecclesiae detrimenta. Cupiditas etenim, quae a Spiritu Sancto c radix omnium malorum »:® vocatur, ad quodlibet ilagitium rapere hominem potest; quodsi eatenus non processerit, sacerdos tamen, eiusmodi vitii contagione infectus, consulto inconsulte, Dei Ecclesiacque inimicis adsciscitur, eorumque improbis consiliis adiutricem dat operam.

At contra, germana illa atque sincera ab externis bonis continentia omnium animos sacerdoti conciliat; idque eo vel magis quod cum animo ab terrenis rebus alieno, qui intima Christianae fidei virtute enutriatur, incensa illa nullo non tempore coniungitur erga omne genus calamitatum miseratio, quae Dei administrum miserorum patrem efficit; quos ille. lesu Christi sententia memor: ‹ quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis ≫ ,veluti Redemptorem ipsum singulari caritate colit atque complectitur.

Itaque sacri ordinis vir, ab eiusmodi vinculis expeditus, quae eum nimio arctius cum terrenis rebus devincirent — ab propriae nempe familiae vinculis suarumque utilitatum nexibus — satius profecto caelesti ilio amoris igne inflammabitur, animarum dicimus amorem, qui e penetralibus lesu Christi Cordis erumpit, quique nihil aliud nititur, nisi ut apostolicos animos attingat hominumque universitatem incendat.w Hunc divinae gloriae hominumque salutis ardorem — ut de Redemptore evenisse Sacris Litteris edocemur — ,B Ecclesiae administrum urere ac veluti consumere oportet, ita quidem ut, se suisque commodis posthabitis, semet ipse excelso suo muneri omnino dedat, omniaque cotidie impensius experiatur, ut demandati officii partes satius in dies latiusque expleat/

Ecquid potest sacerdos evangelii praecepta meditari, bonique Pastoris questum percipere dicentis: « Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet rr.e adducere »; itemque cernere ‹ regiones quia albae sunt iam ad messem ». ** quin ‹ Domino messis » indefatigabilem se operarium impertiat, incensoque studio ita excitetur, ut errantes eiusmodi oves ad rectum iter adducat? Numquid potest tot tamque frequentes multitudines videre « iacentes sicut oves non habentes pastorem ≫— non modo in longinquis ab Missionalibus excolendis regionibus, sed proh dolor, in urbibus et in pagis etiam in quibus iam diu viget Christianum nomen — quin ipse vehementem commiserationem illam participet, quae divinum lesu Christi animum tantopere continenterque affecit? w Sacerdotem dicimus, qui probe novit se « verba vitae aeternae habere » suisque e manibus regenarationis salutisque opes oriri posse? Utique caelesti Numini immortales grates agimus, quod eiusmodi apostolici ardoris lux. praeclarum veluti ornamentum, sacrorum administrorum frontem illuminat; quodque cernere Nobis licet, haud mediocri cum paterni animi solacio. Nostros Venerabiles Fratres ac dilectos filios —Episcopos nempe ac sacerdotes— quasi in confertum lectissimumque agmen coeuntes, ita Summi Ecclesiae Moderatoris invitamento respondere, ut citatiore cotidie gradu ad ultimos usque terrarum orbis fines eo consilio procedant» quo pacifera et aspera ventatis adversus errorem, lucis adversus tenebras. Divini Regni contra Satanae regnum, certamina certent

At vero ex hoc ipso quod catholicus sacerdos promptus est strenuusque miles, necessitate consequitur ut is disciplinae spiritu, immo etiam — ut Christiano more loquamur — oboedientiae studio imbuatur; illius dicimus oboedientiae, qua ut varii ecclesiasticae hiérarchisé ordines concinne congruenterque con/tlnentur, ita ‹ cer- 32
te mira varietate Ecclesia sancta circumdatur, ornatur et regitur, cum alii in ea Pontifices, alii minoris ordinis sacerdotes... consecrantur, ct ex multis ct alternae dignitatis membris unum corpus Christi efficitur i.!" Hanc eamdem oboedientiam Sacrorum administri, adhuc a sacerdotio recentes, suo cuiusque Episcopo spoponderunt; atque itidem Episcopi, quo die ad sacerdoti! culmen evecti sunt, eo die supremo adspectabilique rei catholicae rectori, beati Petri successori ac lesu Christi Vicario, sanctissimis verbis adiuraverunt.

Istiusmodi igitur obtemperationis officium varios hiérarchisé ordines eiusque membra cotidie arctius inter se ct cum Pontifice Summo ita coniungat, ut reapse militantem Ecclesiam Dei osoribus terribilem eorum ‹ ut castrorum aciem ordinatam »: “▮ idemque eorum studio moderetur, qui nimio concitentur ardore; iis, qui languore vel inertia laborent, stimulos adiiciat; suas cuiusque partes, propria cuiusque munera unicuique tribuat; in cadcmque exsequenda ita quilibet se impendat. legitimae ut numquam auctoritati obsistat ; quod profecto non alio pertineret, nisi ut amplissimam Ecclesiae operam praepediret Accipiat quisque suorum moderatorum normas ut ipsius lesu Christi praecepta; qui vere unus est, cui omnes obtemperemus, catholicae religionis e ux ct auctor, quique pro nobis « factus est oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis ».14

Divinus enim, summus^ue sacerdos absolutissimam suam Aeterno Patri oboedientiam nobis singulari quodam modo patefieri voluit; cuius quidem oboedientiae frequentissima sunt in prophetarum evangclislarumque codicibus testimonia: « Ingredicns mundum dicit: hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi... tunc dixi: ccce venio; in capite libri scriptum est de me. ut faciam. Deus voluntatem tuam ».„M 31
c Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui mbit me ». Itemque e cruce pendens, non antea caelestis Patris manibus animam suam tradidit, quam sollemniter asseveraret ea omnia, quae Sacrae Litterae dc semet ipso praenuntiavissent — hoc est munus sibi a Patre concreditum ad arcanum illum usque questum ‹ sitio ». quem ‹ ut consummaretur scriptura » ‘u edidit — omnino expleta esse.

Qua procul dubio in agendi ratione id nomir.atim declaratum voluit, vel incensissimum nempe animarum studium oportere divino nutui nullo non tempore omnino subiiciatur; semper nimirum ad eorum voluntatem idem conformetur, hierarchicos dicimus kgitimosque moderatores, qui caelestis Patris personam gerunt, eiusque iussa nobiscum communicant.

Verumtamen catholici sacerdotis lineamenta, quae Nos in totius orbis luce collocaro cupimus, haud omnino illustrata verbisque definita pateant, si aliud sacerdotalis animi ornamentum, doctrinam scilicet, praetermit-

Cod. Zxr. *Can.,* can. 971. M Cfr. *II Tim.*. U. 3-4. * *I Cor.*. IX. 13. IL * Matth., V, 12. ” *TU.*. I. 7. '' *PMHpp.*. II. 71 '' Matth.. VI. 19-20. ›« *I Tim.*. VI. 10. » Matth.. XXV. 40 * Cfr. Luc.. XII. 49 ≫ Cfr. *Pt. LXVHT,* 10; Io.. II. 17. »· Io.. X, 16. ‹‹ Io., IV, SS . IX, 36 ꝛ cfr. Matth . IX. 36. XIV. 14; XV, 33; Marr. VI. 34; Vm. 2. etc. »· Am! *Λ′ɀ ., d» aMLnat* prasbyt. Cfr. C«I.. VI, 3. 9 ⅋ Cfr. IL t. *Hebr.*. X. 5-7. io Jo . IV. 34 lo.. XIX. M

tamus quam Ecclesia in eo postulat Ille nimirum, cum a Christo lesu officium munusque acceperit docendi veritatem: ‹ Docete. . omnes gentes »; u* ‹ magister in Israel »,lJ constituitur. Salutis praecepta tradere iubetur; quae quxem praecepta debet ut gentium Apostolus admonet. ‹ sapientibus et insipientibus »,u impertire. Atqui, quomodo poterit doctrinam cum ceteris communicare. si eadem instructus ornatusque non sit? Per Malachiam prophetam Spiritus Sanctus praemonet: ‹ Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore eius »; l,7 ac nemo profecto, in sacerdotis sapientiae commendationem, graviora potent, quam ea, admonita edere, quae caeleste ipsum Numen per Oseam edidit: ‹ Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne
34 sacerdotio fungaris/ mihi ».,u Necesse igitur est sacri ordinis virum omnes de catholica fide deque moribus disciplmas ita callere, ut easdem ceteris proponere queat, itemque dogmata, leges Ecclesiaeque cultum, cuius administer exsistit, chrlstifidelibus explanare possit: atque adeo oportet religionis ignorantiam, quae — quamvis humanarum rerum scientia mirabiles prorsus processus fecerit — multorum tamen mentes obumbrat, eloquii sui luce virtuteque collustret atque dispellat. Quod dilucide Tertullianus admonet: ‹ Hoc unum gestit interdum (veritas), ne ignorata damnetur », “· hodie, si umquam alias, animo reputare peropportunum est. Debet praeterea sacerdos praeiudicatas falsasque opinationes, quas aggesserit adversariorum simultas, e mentibus arcere; aetatis huius hominibus, veritatis appetentissimis, eamdem serena praebere sinceritate; incertos adhuc animos, vel dubitatione laborantes, erigere, confirmare, et ad securum illius catholicae fidei portum, quam edocti fortiter amplectantur, tuto fidenterque adducere; pertinacibus denique protervi erroris incursionibus strenuum opDonere animosumque pectus ac non perturbatam solidamque virtutem.

Sacerdos igitur. Venerabiles Fratres, etsi sui muneris occupationibus curisque distentus, altiora pro viribus gravioraque Theologiae studia repetat, atque adeo illius adiumentfs doctrinae, quam in Seminario hausit, uberiorem coditie addat sacrarum disciplinarum eruditionem. qua quidem magis magisque ad concionandum animosque regendos idoneus evadat.l> Idem praeterea, ut concrediti officii decus postulat, utque fidem aestinjtionemque populi, quemadmodum addecet, sibi concilia — quod procul dubio pastoralem operam suam cfficientiorem reddet — illa vel profanarum scientiarum copia praeditus esto, quas hodie exculti homines commune veluti patrimonium habent; sancte videlicet esto suorum temporum progressionibus necess'tati-
35 busqué non impar, eodem nimirum modo, quo ca/tholica Ecclesia aetates omnes omnesque gentes complectitur, bona cuiusvis incepta fovet ac provehit, ac veri nominis scientiarum, etsi audaces, ad altiora processus, nedum metuat, adiuvat Semper equidem cleri homines in quibuslibet humanae doctrinae itineribus praecessere alacres; immo etiam aliquando ita primum agmen assecuti sunt, ut nihil aliud nisi ‹ litteris eruditum » clerici nomen sonaret. Non modo Ecclesia incolumes humanitatis veteris codices servare enisa est. qui absque sua ac monachorum ope pessumdati ac fere omnino deperditi essent, sed per suorum etiam illustrium Doctorum operam In perspicuo posuit humanas omnes cognitiones catholicae fidei explanationi tuitionique inservire posse. Cuius profecto rei Nosmet ipsi, vel recens exemplum praebuimus praeclarissimum, cum sanctorum caelitum Doctorumque infula insignem illum decoravimus srmmi AquinaVs magistrum, Albertum dicimus Theutonlcum, quem iam eiusdem aetatis homines Magnum universalemque Doctorem nuncupantes venerabantur.

Nunc, procul dubio, a sacri ordinis viris hoc contendere non possumus ut in omni scientiarum campo primas ipsi ferant; iam siquidem humanae doctrinae rationes atque opes tam magnae sunt, ut nemo unus possit, nedum reteris in quibuslibet eius partibus praestare, eas omnino complecti. Iis tamen e cleri ordine animum addere prudenti consilio opportunum est. qui peculiari voluntatis suae inclinatione virtutisque dotibus praediti, ad unam alteramve e disciplinis et artibus — quae tamen ecclesiastici muneris professionem non dedeceat — sese vocari quodammodo sentiant; quandoquidem hoc. si suis contineatur finibus moderateque Ecclesiae praeceptis regatur, in eiusdem Ecclesiae ornamentum ac decus eiusque Capitis lesu Christi gloriam procul dubio redundat Atque itidem ceteris sacrorum administré omnibus non satis esto ea disciplinarum cultura ninx exornare suum, quae superioris aevi necessitatibus pa» fuisse videatur, sed reapse altiorem plenioremque onr.e genus doctrinam potiri iidem enitantur, quae ad chtasimum illum amplissimumque gradum pertingat, ad quem nostra in praesens/ actas, valde revolutis saeeukj u praestans — ut in universum de scientiarum perverti. * gationibus loquamur — data diligenter opera provecta est

Quodsi Deus interdum, ‹ ludens in orbe terrarum »,lll homines, nostris etiam temporibus, votas, harum, de quibus loquimur, disciplinarum copia fere omnino expertes, ad sacerdotalem dignitatem provehere, per eosdemque rerum mirabilia operari; id eo consil» procul dubio evenit, ut pluris a nobis sanctimonia quam doctrina fiat, utque nos fidem nostram, potius, quam ia humana, in divina ope collocemus: imo etiam, hac œ causa, nobis peropportunum est salutarem illam sentestiam identidem repetere intentoque animo reputare « Quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes... ut non glorietur omnis caro in conspectu eius ».m Attamen, quemadmodum in naturae ordna divina rerum miracula vim naturalium legum moment temporis intermittunt, sed easdem non abrogant; ita eiusmodi homines — in quibus vitae sanctitas ceto omnia quodammodo compensat atque explet — ut prorsus sunt superna virtute praediti, praeceptorum yentatem necessitatemque. quae Nos inculcando tradidimus, nedum demant, non minuunt.

lamvero, quod sacrorum administri, ut diximus, virtutis sapientiaeque laudibus in exemplum eniteant oportet. ut ab iisdem c bonus odor Christi »13 usque quique effundatur, hoc in praesens idcirco magis magisqs opportunum ducimus, quod catholicorum hominum Actio — illud nempe inceptum, quod Nos tantopere sohtur ac reficit, quodque animos ad excelsiora excita perfectionis fastigia — laicorum ordinis homines arctoi cum sacerdotibus coniungit. ut et hos adiutrlci opera adiuvent. et doctrinae duces, christianae vitae studtque apostolici exempla omnino habeant./ Γ

III

At si tam grandis est catholici sacerdotii dignitas, ii tam eximias postulat animi dotes, consequitur indidea. Venerabiles Fratres, necessarium omnino esse ut sacrcrum alumni recta consentaneaque ratione instituantur. Necessitatis huius sibi conscia ac memor Ecclesia nihj fortasse magis, per saeculorum decursum, actuosa maternaque sollicitudine provexit, quam idoneam suorum conformationem sacerdotum. Ea siquidem non ignorat quemadmodum populorum mores eorumque christianae fidei professio e cleri opera pendent, ita eamdem operam ex accepta a sacrorum administris institutione vm haurire suam, cum in eos etiam illa Spiritus Sanet sententia cadat: « adolescens iuxta viam suam, ctxn cum senuerit, non recedet ab ea ».134 Quamobrem ipsamet, Numinis instinctu ducta, Seminaria esse ubicumque gentium instituenda decernit, in quibus singulari cura sacri ordinis alumni educentur. Quotquot igitur. Venerabiles Fratres, gubernandae Ecclesiae munus Nobiscwn participatis. Seminaria veluti in oculis feratis oportet, eademque praecipue sunto vestrarum curarum parte Diligens imprimis esto moderatorum magistrorumqut delectus atque illius, peculiari modo, cui gravissimus concredatur officium sacerdotalis animorum conformationis. Sacris eiusmodi conlegiis sacerdotes tnbuite maxima virtute ornatos; neque gravemini eos e muneribus abstrahere, specie quidem maioris ponderis, qtae tamen cum hac capitali re, cuius partes nulla alâ susceperit, comparari nequeunt Aliunde etiam eos exquirite. ubicumque ad pernobile hoc institutum aptas idoneosque inveniatis. Eiusmodi sunto, ut sacerdotales virtutes exemplo vel magis quam alloquio doceant: atque ita doctrinam impertiant, ut fortem, virilem et apostolicum animum in sacrorum alumnis effingant Eorum operâ, pietas, castimonia, morum studiorinr.que disciplina in Seminario efflorescant; atque instituendi iuvenes et in/ praesens adversus vitiorum illecebras et 1
in posterum contra ea quae ingruant, gravioris momenti discrimina. — quibus quidem obsistant oportet, « ut omnes faciant salvos » —13 sedulo praemuniantur.

Utque qui futuri sunt sacerdotes, illam, ut diximus, quam tempora postulant, doctrinam assequi valeant.

'M Matth., XXVHL 19 l” Io. HI. 10 Rom.. I. U »»' Malarh . II. 7. »" O·., IV G “· Tertull . *Apoloq.,* *c* I. ·» Cfr. Cod /ttr. Ccn.. e 129. *Prov ,* VIII. 31.

! Cor.. I. 27 29. «n Cfr. *II Cor.,* Π. 15. «M Pror. XXΠ 5. »3 Clr / Cor., IX. 22. '> Cod. *Iwr. Can.,* c. I». § 1

id gravissimum officium est. ut, posteaquam classicas, quas vocant, disciplinas calluerint, *scholasticam* philosophiam affatim imbibant, recteque in eadem se exerceant ‹ ad Angelici nempe Doctoris rationem, doctrinam ct principia ». Haec « philosophia perennis ». quemadmodum Decessor Noster immortalis memoriae Leo XIII eam vocabat, non dumtaxat iisdem necessaria est ut altius christianae veritatis capita speculentur, sed etiam ut, adversus quaslibet nostrae huius aetatis fallacias, communiantur, et in quavis, quam instituturi sint, studiorum pervestigatione eorum mentis acies ita exacuatur, ut vera dispicere magis aptiusque possint quam n. qui huius philosophicae sint institutionis expertes, quantumvis ampliore eruditione praediti.

Quodsi, ut alicubi contingit, vel angustiores Dioecesis fines, vel exigua eademque lamentabilis alumnorum copia. vel denique idoneorum hominum rerumque penuria r.on concedant ut Episcopus quisque proprium optimeque instructum Seminarium habeat — ad normas nempe Codicis Iuris Canonici,[127] ceterasque Ecclesiae praescriptiones — tum summopere opportunum est ut sacri eiusdem regionis Antistites vires fraterno animo coniungant. casque in commune Seminarium conferant, quod nobilissimo demandato muneri omnino respondeat.

Haud mediocres, quae inde orientur, utilitates procul dubio suscepta incommoda atque impensas resarcient; ac vel id. quod Episcoporum animos nonnumquam maestitia afficit — suos nimirum sacrorum alumnos cernere ab Pastore per temporis spatium abstractos, qui apostolicum, quo flagrat, studium in suos/ laboris socios transfundere percuperet, itemque a locorum finibus abductos, ubi aliquando ipsimet suam navabunt operam — id etiam, dicimus, satis superque idcirco compensabitur quod eos stato tempore excipient illa spiritualium rerum copia institutos conformatosque, quam maiore cum Dioecesis suae profectu, ceteris impertient. Quapropter id genus incepta non modo Nos provehere atque fovere numquam intermisimus, sed eadem etiam, occasione data. suasimus ac vehementer commendavimus. Ac pro Nostra parte, ut omnes norunt, magnis impensis curis grandique pecunia, haud pauca istiusmodi Seminaria, ubi necessitas hoc postulare videbatur, aut e solo excitavimus, aut amplificata voluimus, aut aptiora denique reddidimus; idque, quod in Ecclesiae utilitatem, si unquam aliud, cessurum esse reputamus, et in posterum. lavante Deo, accuraturi sumus.

Hoc veruntamen, quod laudabiliter eo nititur, ut sacrorum alumni quam rectissime instituantur, parum sane profectus pepererit, si eorum delectus, quorum causa Seminaria exstant, haud consentanea diligentia fiat. Ad quem quidem delectum omnes, pro virili cuiusque parte, adiutricem operam conferant, quotquot cleri conforsatloni praeponuntur. Moderatores nempe, animorum disciplinae rector, ac confessarii — ad sui tamen cuiusque muneris fines ac terminos — quemadmodum hanc, divino instinctu inditam, ad ineundum sacerdotium inclinationem omni ope fovere ac roborare debent, :ta eos eodem diligentiae studio opportunoque tempore a sacro Ordine arceant, quos non idoneos perspexerint atque adeo inutiles ad digne sacerdotalia officia sustinenda. Ac quamvis aptius sit haud nimio serius ad hanc electionem devenire, quod mora soleat hisce de rebus et errores inducere et detrimenta afferre, attamen. quaelibet remorandi causa fuerit, cum primum e necto itinere deerratum esse aperte patuerit, tum. nullo habito hominum respectu, vitio medendum est Quitus vero hanc ineundi deliberationem officium est, eos doo falsi nominis misericordia moveat, quae non modo ώ Ecclesiam, cui quidem iners vel indignus administer praeberetur, sed in iuvenem ipsum crimen evaderet. * qui' viâ deceptus, summo cum aeternae salutis discrimine. sibi ceterisque offensioni esset

Neque is, qui prudenti vigilantique cura Seminario praeest quique concreditos sibi iuvenes. alium ex alio, studiosa sollicitudine prosequitur, eorumque mentis dotes impulsionesque diligenter rimatur, perdifficulter depexerit atque compererit quisnam ex iis ad suscipiendum sacerdotium superno nutu advocetur. Quae quidem ad sacra capessenda munia proclivis inclinatio, uti probe nostis. Venerabiles Fratres, potiusquam ex intimo conscientiae invitamento sensuumque motu, quae interdum ceesse possunt, ex recta eorum propensione eruitur iritenboneque mentis qui sacerdotio inhiant cum iis corpora animique virtutum ornamentis coniuncta. quae eosdem ad hoc officium amplectendum idoneos reddant.

Qui ad sacrum huiusmodi institutum ea una nobfliquc de causa contendat, ut divino famulatui animarumque saluti se dedat, simulque et solidam pietatem et probatam vitae castimoniam, et consentaneam, ut diximus, doctrinam assecuius sit vel assequi nitatur, is profecto, ut perspicuo patet, ad sacerdotale ministerium a Deo vocatur. At qui, contra, ab improvidis forsan parentibus compulsus, hoc idem eo consilio complecti velit, ut terrena, quae captanda prospexerit» emolumenta ac commoda potiatur — quod quidem elapso tempore crebrius contingere poterat —; qui ab disciplina obtemperationeque plerumque abhorreat, parum sit ad pietatem proclivis, nec satis laboris animarumque salutis studiosus; qui. peculiari modo, ad libidinis illecebras sese pronum impertiat, neque iam diu experiendo ostenderit illius dehonestamenta effugere posse; qui denique ad disciplinarum studia ita haud idoneus evadat, ut portendi liceat praescriptum eorum curriculum non posse eum. satis moderatoribus facientem, perficere; hi omnes ad sacrum hoc munus ineundum non nati aptique sunt: atque adeo si ab Seminarii aedibus opportuno tempore non arceantur, difficilius in posterum inde se abducere poterunt, ac forsitan, quamquam non divino instinctu neque sacerdotalis animi studio ducti, gravissimi tamen huius officii vinculis se obstem/gent. Perpendant igitur Seminariorum rectores, animadvertant ii qui in id genus domiciliis vel iuvenum animis moderantur vel sacras confessiones excipiunt, quam magni periculi — ad Deum, au Ecclesiam et ad ipsos iuvenes quod attinet — auctores fiant, si suas cuiusque partes omni ope non expleant, ne eiusmodi erratum perpetretur. Quod vero diximus spiritualis etiam disciplinae moderatores itemque sacros confcssarios hoc discrimen, pro concredito officio, in se recipere ; hoc ita intellegendum est non quasi iidem possint extrinsecus quoque ac publice operam proferre suam — quod immo vel ex religiose suscepto munere, vcl ex inviolabili sacramenti secreto iisdem vetitum est — sed ita potius» ut in cuiusque juvenis animum efficacem vim exserant, eosque firma paternaque constantia regant, prout assequenoa sempiternae salutis bona postulent Quamobrem ipsi — tum praesertim, cum externae rei moderatores vcl neutiquam, vel enervate ac languide suas partes peragant — non aptos aeque atque indignos, humano nullo habito respectu, pro officio iubeant e sacris Seminarii saeptis, dum tempus est, recedere; eaque in causa pertractanda tutiorem semper sententiam amplectantur, quae quidem, ad rem quod attinet, multo magis sacrorum alumnis favet, cum eos cx itinere avertat, per quod ad aeternam ruinam adduci possent.

Quodsi interdum non luculenter satis huiusmodi officium pateat, eam saltem iidem auctoritatem adhibeant quae cx sibi credito munere paternaque in alumnos caritate oritur, ut eos ad sponte sua ab instituto recedendum inducant, quos non ita, ut oportet, animatos noverint Habeant alte confessarii illa in animis insculpta. quae S. Alphonsus dc Ugorio haud absimili de causa docet: « Ut plurimum, quo severius (hac in re) confessarius cum paemtentibus agit eo tutius ipsorum saluti consulit; ac contra, eo se duriorem paenltentibus praestat quo ipsis se faciliorem impertit. S. Thomas α Villanova confessarios id genus, aequo nempe leniores. *impie pios* vocabat Huiusmodi caritas contra caritatem repugnat ». “·/

At rei, de qua dicimus, periculum in Episcopum, uti perspicuum est, potissimum recidit, cui cx destricto Ecclesiae iure imperatur ut ‹ sacros ordir.es nemini cor ferat, quin ex positivis argumentis moraliter certus sit de eius canonica idoneitate; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo sesc committit aItems communicandi peccatis ». ** Quod legis praescriptum hanc S Parii ad Timotheum sententiam quodammodo refert: c Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis ». * Quid est cito manus imponere — quemadmodum S. Leo Magnus. Decessor Noster, commentatur — nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum oboedientiae, ante experirnt am disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis aliens nisi et talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari’ » W quondoquidem. ut Chrysoetomus. Episcopum alloquens. dicit: « Peccatorum eius tam praeteritorum quam futurorum tu quoque poenam dabis, qui «Ui dignitatem dedisti »

» Cod *Jur. Can.,* tit. XXI, cc. 1352-1371. » s. Alf. M deXiguort. <uc. rol III <«d. Marital. 1M7I. pag 122 Cod /ar. Con.. c. fH. 3 V. » ™ S Leo Magnus, *Epist* 12 (Mune. *P* L. UV MT» lU S. Io. Cmost Won *M tn* Πη (M’gnr, P O LXH MTI

Gravissima hac sententia. Venerabiles Fratres, maximopere formidolosum significatur onus, quo perterritus insignis Mediolanensium Episcopus S. Carolus Borromaeus aiebat: ‹ Qua in re modica etiam negligentia mea maximam irrogare mihi potest culpam ».U1 Saluberrimum igitur S. loannis Chrysostomi monitum amplectamini: « Non post primam probationem, nec post secundam, vel tertiam, sed postquam circumspexeris et accurate examinaveris, tunc impone manus ».w Quod quidem de candidatorum sanctimonia in primis intellegatur oportet. Auctore enim piissimo Episcopo et Doctore. Alphonso nempe Maria de Ligorio: « Non sufficit quod Episcopus nihil mali no/verit de ordinando, sed debet fieri certus de eius positiva probitate ».UJ Hac in causa, nimiae austeritatis invidiam, quae facile inde oritur, posthabentes, ita concredito vobis iure officioque utamini, ut hanc experimentis cognoscendam probitatem in antecessum expostuletis, ac, si quid dubii relictum fuerit, ad aliud tempus sacrorum ordinum collationem prolatetis. « Apta namque — ut S. Gregorius Magnus egregie docet — aedificationibus de silvis succiduntur, nec tamen adhuc viridibus aedificii pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccaverit et apta ad necessarium usum effecerit; quae observantia si forte negligatur, citius superimposita mole franguntur »; cui comparationi haec Angelici Doctoris dilucida verba apprime resonare videntur: « Ordines sacri praeexigunt sanctitatem...; unde pondus ordinum imponendum est parietibus iam per sanctitatem desiccatis... ab humore vitiorum ».

Ceterum si, quoad suae cuiusque sunt partes, ecclesiasticis praescriptis plene perfecteque fuerit satisfactum itemque normis obtemperatum, quas hac super re per Sacrum Consilium Sacramentorum disciplinae praepositum paucos abhinc annos edidimus,111 causae profecto magnam partem demovebuntur, cur catholica Ecclesia lacrimas fundat simulque Christianus populus in sacerdotum moribus offendat. Ac verba Nostra hoc loco ad supremos moderatores Religiosorum Ordinum convertentes, eos monitos vehementer volumus, ut in instituendis ad sacerdotium alumnis, si quos forte habeant. non modo legibus obsequantur, non secus ac eos m atque ad saecularem clerum a Nobis datis, sed ad se etiam ea omnia spectare arbitrentur, quae hactenus de sacra iuventute colenda in universum perdocuimus; ea vel etiam de causa, quod Episcopus religiosos iuvenes
44 sacris' ordinibus initiaturus, ad moderatorum suorum iudicium rem ut plurimum defert

Nec quidquam de debita severitate vel Episcopi vel religiosarum sodalitatum rectores remittant, eo ducti metu, ne aut in Dioecesi aut in religioso Instituto sacerdotum copia imminuatur. Hanc opinionis captionem S. Thomas Aquinas, ut iam occupaverat, ita. quo erat ingenii acumine sententiarumque planitate, revicerat: ‹ Deus numquam ita deserit Ecclesiam suam, quin inveniantur Idonei sufficientes ad necessitatem plebis, si digni promoverentur et indigni expellerentur ».m Ceteroqui praeclarissimus idem Doctor, verba Concilii Oecumenlci Lateranensis IV ex verbis propemodum reddens, peropportune monet: ‹ Si non possent tot Ministri inveniri, quot modo sunt, melius esset habere paucos Ministros bonos quam multos malos ». ‘c Qua quidem cum magni ponderis sententia Id plane concinit, quod frequens Episcoporum ex Italia multitudo tum a Nobis excepit, cum undique gentium sacrorum alumni Romam convenerunt, iubilarem sacerdotii Nostri memoriam celebrandi causa; monuimus videlicet pluris esse procul dubio unum tantummodo sacerdotem haberi, qui sit omni ex parte ad sacerrimum officium suum institutus, quam plures. qui aut nihil aut parum sint ad idem conformati. In his enimvero nihil spei Ecclesia reponere potest, ut ei non sit potius horum causa effuse lugendum. ‘41 Reformidandae equidem aliquando. Venerabiles Fratres, a nobis reddendae erunt rationes Pastorum Principi144 eidemque supremo animarum Episcopo, d populos rectoribus inertibus imperitisque magistris permiserimus'

At quamquam eorum qui probe sacrae iuventuh fingendae impendunt studia, nullo pacto oportet praecipuas curas de alumnorum copia esse, omnium tamen est conari ut. spirituali/bus publicae rei augescenlicj V necessitatibus, strenuae simul peritaeque in vinea Domini operae augeantur. Cuius quidem optimae rei usequendae rationem prae ceteris efficacem adituque omnibus facilem, precandi nimirum assiduitatem, ex lesu Christi praecepto commendamus, qui dixit: ‹ Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messes suam ».144 Num qua vota sacratissimo Redemptoris Cordi his gratiora susceperimus? Quandonam citius coplosiusque nobis precantibus satis speremus fieri, quas cum haec rogamus, quae tantopere cum divinissimi illius Cordis studiis consentiunt? « Petite — igitur —et dabitur vobis »; 147 precando videlicet, bonos sanrtissimosque sacerdotes Ecclesiae suae a Deo excitari efflagitate. Non deerit profecto supplicationibus ille vestris, qui si tales nullo non tempore per saecula impertiit sacerdotes, vel frequentiores tunc largitus «ζ cum temporum morumque cursus magis videbatur sacrorum alumnis conscribendis inimicus; cuius rei, ut ceteros praetermittamus, testimonio sunt praestantistmi viri saeculo xix ex utroque clero exorti; in quibus, siderum praecipuae magnitudinis instar, tres illi sanctitatis heroes, ob egregia etsi absimilis generis facinora, eminent, quos Ipsimet, summo cum animi solacio, in Sanctorum album rettulimus: Sanctos dicimus loannen Mariam Vianney, losephum Benedictum Cottolengo et loannem Bosco.

Nihilominus nullae ex homini permissis industriis curisque neglegendae sunt, quae illuc in primis spectent, ut in generosis iuvenum animis divinitus acceptus affatus quam diligentissime excitetur; quapropter et merita laude hoc loco extollimus, et. fausta cupientes. Nostra commendatione vehementer saluberrima illa praedicamus opera sedulaque incepta. Sancti quidem Spirits instinctu exorta, quae, vel tuendis vel provehenda iuvandisve ad sacerdotalia munia animorum propensionibus maxime conducant. Ita ut illud appareat a S. Viacentio a/ Paulo, insignis caritatis viro, verissime dictum: H « Quantumcumque cogitatione effecerimus, semper utique experiemur ad maioris momenti institutum numquam nos conferre potuisse operam, quam si bonos sacerdotes excitaverimus ».,a Re enim ipsa nihil sive summo Dei numini acceptius, sive catholicae Ecctebe honestius, sive denique hominum animis muneri dari salubrius potest, quam sancti sacerdotes. Si qui igitur calicem aquae ex Christi discipulis minimo praebuent ‹ non perdet mercedem suam », quam mercedem pretiumque eos esse laturos arbitramini, qui sacrum Calicem. Redemptoris sanguine rubescentem. Integris adulescentis levitae manibus quasi porrexerint, eidemque iuveni. in extollendo ad caelum tanto pacis ac prosperitatis pro hominibus pignore, velutl adiutores accesserint?

Atque heic iterum gratissimo animo Nostro Ad» illa Catholica sucurrit, tantopere a Nobis Imperata, provecta atque propugnata, quae, ut laicos homines cum ecclesiastica hierarchia communione laborum coniungil, ita facere haudquaquam potest quin hoc tam magni ponderis negotium ad se potissimum pertinere putet Enimvero pernobilem hanc militiam ut quovis chistiane coeptorum genere, ita hoc maxime praecellere libentissime videmus; cui plane laudandae navitati id Deus praemii tribuere amplissime videtur, ut quam plurimos e iuvenum consociationibus ad utrumque clerum educat atque deligat. Quod praeterea argumento est quam recte Actio Catholica vel cum frugifero agro comparari possit, ubi virtutum omne genus semina contineantur, vel verius cum diligenter consaepta implgreque exculta areola, ubi fragrantiores suavioresque flosculi. a periculis remoti, dehiscant Intellegant igitur sodales quanto hisce de causis honore Actio Catholica afficiatur; habeantque sibi omnes persuasum laicos homines nullo potius pacto quam augendis utriusque cleri ordinibus, illam « regalis sacerdotii »/ se dignitatorn participaturos, quam Apostolorum Princeps universae redemptorum hominum multitudini asseruit’

1« S Carol Borrom.. Hom. ad *ordinandos,* dic 1 Iunii 1577 *(Homttiae.* ‹d. Ubi. Ambros. Mediolani, 1747, t. IV, pag. 270). ‹ S. Io CtryxMt., *Hom. if* in Tim. (Mlgne. P. *G.,* LXII. W7). S. Atph. M do Liguori. *Thcol. mor de Sacram. Ordin* . n M3. 3. Crogor. Magn., *Epist.,* Ubr. IX, ep. 106 (Mignt. *P L.* LXX. 1031). v’ S. Thom. Aquln., *Summ.* ‹ 2 •-2 :** q. I». ». 1. ad 3-, m Instructio super scrutirandldaîorum Instituendo antequam nd Ordines promoveantur. d ‹l 27 ‹d IWO (A A 3.. vol. XXIII. p. 120). ’▮ InrtrurUo ad supremos Mlgtoorum, etc. Moderatores de formAtlone etadeaU. etc., d. d. 1 dec. 1931 fA A S.» vol. XXIV. pp “4-411 '.« 3 Thom. Aquln., Summ. *Thcot.. Sup*p;r^ Xi, I Bd Im. »·· Cone. Later. IV. an 1215, can. 22 ·· 3 Thom Aquln . loc. eit ’·’ Cfr. OJirrwtfore *Ro-mano,* anno LXIX. n. 21.022 ian. 1929. n. 176; 29-30 luglio IKJ'

144 Cfr. *1 Petr.,* V. 4. Ctr. *I Pttr..* II, 25. IX. 37. IS. m· Matth . YII. 7. ’« Cfr. P. Renaudin. Sf Γλ·cvni de *Paul,* chap. V. Matth.. X. 42. C&. I Prtr.

GIN CARROLL UNIVERSITY LH3I Cleveland. ohio

Verum enim vero, praecipuum nativumque viridarium. ubi propagandos in sacra ephebea flores germinare atque emergere oportet, est procul dubio habendus domesticus convictus, qui Christiane quidem sapiat, christianeque agat Re enim ipsa constat sacrorum Antistitum ac sacerdotum plerosque « quorum laudem nuntiat Ecclesia > m tum dignitatis tum sanctimoniae suae germina vel a patre accepisse Christiana fide ac virtute spectato, vel a matre castimoniae ac pietati apprime dedita, vel a tota denique familia, cuius membra caritatis in Deum atque in proximos integre perfecteque formam referrent.

Quod contra minus saepe fit. clarius convincit quid sit ex communi providentissimi Dei ordine statutum. Ubi namque familia tam sancte sit informata ut parentes. Tobiae et Sarne progenitorum instar, frequentem a Deo deposcant posteritatem « in qua benedicatur nomen Domini in saecula saeculorum » grateque coeleste donum carissimumque pignus divinitus acceptum, subolem nempe, a primis aetatulis ad Dei timorem, ad incensum erga lesum eucharisticis velis delitescentem atque erga Deiparam Virginem amorem, ad sacrorum denique virorum locorumque observantiam effingant et alant; ubi liberis semetipsos parentes absolutum probitatis, laboris, ac pietatis exemplar proponant; ubi item liberi parentes suos videant inter sese amare, sacra saepe per annum participare, ac non modo statis ab Ecclesia diebus certo ciborum genere abstinere ac ieiunii legi obtemperare. sed voluntariae etiam corporis castigationis studio permoveri; ubi cunctam videant in unum congregatam familiam communes Deoque gratas fundere preces; ubi iidem praeterea videant parentes, misericordia ductos, proximorum egestati pro potestate opitulari; tunc non contingere non potest ut et omnes filii vitam cuiusque « suam parentum/ exemplis conforment, et unus saltem huic Divini Magistri assentiat vocatui: < Veni sequere me >,n < et faciam te fieri piscatorem hominum ».154 O fortunati coniuges qui, si ea animi excelsitate non sunt ut quod superioribus saeculis quam nunc crebrius fieri consueverat, divinos istiusmodi invitatus filiis suis precando a Deo concilient, cum tamen hi ad sacerdotalia munera vocantur, tantum abest ut iisdem obsistant, ut etiam insigni honore sese affectos, familiamque suam peculiari caritatis pignore donatam arbitrentur.

At vero, vel ex iis qui in catholica fide se iactant, parentes saepcnumero non desunt — praesertim in sublimioribus atque eruditioribus Civitatis ordinibus — qui con modo aegre ferant Deo mancipari filios suos, verum etiam huic delectui eiusmodi fallaciis obniti non vereantur, quibus carissimae subolis simul divinitus facta selectio, simul fides aeternaque salus periclitentur. Quae pessima exempla, e quibus necessario proficiscitur ut populi primores nonnisi perpaucos sacerdotali cohorti suppeditent adulescentes, non minori nunc probo ipsis vertunt, quam, anteactis temporibus, ad ecclesiastica ministeria vel invitos vel ineptos adegisse filios.in Etenim, si hodiernae vitae oblectamenta, si innumerabiles corruptelarum illecebrae, quae in frequentioribus nominatim urbibus iuventuti struuntur, si discendi ludi multis locis praecipua in causa sunt, cur in nobilium atque opulentorum domibus Christo invitanti, ut plurimum, aures non dentur, diffitendum tamen non est id palam quoque facere quatenus in huiusmodi domibus catholicae fidei acies hebescere coeperit. Si namque Christian! coniuges ad fidei praecepta res omnes referrent, quamnam iidem filiis suis ampliorem dignitatem, quodnam munus exoptarent excellentius illo, quod hominum angelorumque religione dignum esse declaravimus? Res ip antiquo ac peracerbo experimento confirmat multas lacrimas tum liberis suis, tum sibi nullius consilii « parentes excus'sisse, qui proditione quadam — vocem hanc ne habeatis aequo duriorem — subolem suam a divino delectu abduxissent. Atque utinam eorum lacrimae ne adeo effundantur serius, ut in aeternitatis aevum eliciantur.

IV

Nunc autem vos. dilecti filii, patris animo compellamus. quotquot ex utroque clero ubique gentium versamini. Atque vobis < gloriae nostrae et gaudio » ** qui < pandus dici et aestus » viriliter animoque magno sustinentes. Nobis et Nostris in Episcopatu Fratribus adiutores in Christi pascendo grege vos impertimini, grata equidem cum voluntate de impensis actuose laboribus. stimulos» ut tempora postulant, admovemus. Quo enim inclinatior videtur aetatis cursus, eo a vobis, qui « estis sal terrae, estis lux mundi ».154 acriores animi viresque ad hominum salutem paratiores optimo iure deposcuntur.

Sed, ut quam confertis operam, aspirante iuvanlcque Deo, optatorum fructuum copiam pariat, vitae sanctitate excellatis oportet. Hoc praecipuum catholici sacerdotis ornamentum adeo valet, ut. eo remoto, ceterae animi laudes nihil fere possint; eo vero praesente, etsi ceterae dotes non eminent, res tamen mirabiles peragi possint; quod — ut duo instar plurium sint — S. losephus a Copertino ostendit, et recentiore aetate demississimi ille animi vir, loannes Maria Vianney. quem universis animarum curatoribus exemplum cumdemque caelestem patronum statuimus. Quam ob rem « videte — cohortatione ad vos utimur Doctoris gentium — videte vocationem vestram >; quia si haec animo cogitationeque contemplati fueritis, facere neutiquam poteritis, quin cotidie pluris gratiam aestimetis, vobis sacros suscipientibus ordines collatam, atque spiritus' 50 strenue sumatis ut < digne ambuletis vocatione, qua vocati estis >.,M

Quod maxime salutare propositum ut ad effectum deducatis, uberi vobis fructui illud fore non dubitamus institutum, quod f. r. Decessor Noster Pius X in piissima ac saepe vobis pervolvenda < Exhortatione ad clerum catholicum »w' potioribus rationibus accenset quibus sacerdotalis gratia alatur atque augeatur; quodque Nosmet ipsi haud semel, opportunitate data, ac praesertim per Encyclicas Litteras « Mens Nostra » ct christifidelibus omnibus enixe, et sacerdotibus enixius praecepimus: Spiritualia dicimus Exercitia. Et quemadmodum quinquagesimum sacerdotii Nostri natalem exeuntem apud filios Nostros utilius atque salubrius commemorandum non putavimus, quam si per Encyclicas, de quibus diximus. Litteras, eis auctores vehementer essemus ut in vitam aeternam salientem aquam ex hoc iugi fonte derivarent, qui providentis Dei consilio in Ecclesia scatet; eodem sane modo nunc vos, dilecti filii, eo Nobis cariores quo Noblscum elaboratis constantius ad Christi regnum inter homines stabiliendum. maximopere iterum vos hortandos putamus, viam hanc sanctimoniae adipiscendae ne praetermittatis. Immo vero meliore qua poteritis ratione, pro datis a Nobis normis, identidem secedite ad sacras animi meditationes instituendas, non per temporis dumtaxat spatia, ecclesiasticis legibus praescripta,!*4 sed, quoad licuerit, saepius etiam atque diutius; ac praeterea singulis mensibus, ab cotidianis negotiis remoti, peculiari secessui diem destinate, ut semper fuit piorum sacerdotum in more.

E sacris huiusmodi secessibus id etiam profluere utilitatis quandoque potest, ut qui « in sortem Domini » non a Christo ipso adseitus, sed terrenis suis consiliis ductus venerit, « re/suscitare gratiam Dei »m possit; 51 nam cum et is iam sit Christo Ecclesiaeque perpetuo vinculo addictus» facere idcirco non potest quin illud S. Bernardi non amplectatur: < Bonas fac de cetero vias tuas et studia tua et ministerium sanctum: si vitae sanctitas non praecessit, sequatur saltem ». * Quae communiter a Deo datur gratia, daturque peculiari ratione sacramentum Ordinis suscipienti, haud dubie eidem, si modo reapse velit, opitulabitur non minus ad emendandum quod initio a se fuerit vitiose forte positum, quam ad sui muneris accuranda et exsequenda officia.

Omnes vero, cum e sacris hisce secessibus ac commentationibus abscedetis, fieri non potest quin incensior comitetur erga Deum caritas, de proximorum salute laboriosior sollicitudo, contra mundanas fallacias contentio vlgilantlor; quae omnia, si unquam alias» nostris potissimum temporibus, sacerdotes addecenL ubi si ex altera parte fides tam misere torpet vitacque mores ad mollitiem labuntur: ex altera tamen, late tn populis recalescente in Deum pietate. Spiritus Sanctus terrarum orbem ideo afflare cernitur, ut illum effectrice virtute sua renovet sanctcque redintegret. w Quo si Spiritus Sancti afflatu vos critis ipsi perfusi, tum divini amoris flammam, velutl ineluctabile incendium in tantopere agitatum humanum genus Inferentes, chrl-

ri, 9. *Ctr. Eccli.*. XLIV. 15. U2 Cfr. Tob.» Vin, 9. Mirth.. XIV, 21. im Cfr. MaUh.. IV. 19. »» Cfr. Cod. *fv.. Ctn..* c. 971. ⅜ */ nari.,* II. 20. w Matth.. XX, 12. Cfr. Matth . V. 11-14. *w / *IV*. 1. * .4. S. S. vol. XLI. pp S5MT7. vol. XXI. pp «S-W. Cfr iO. IV, 14. Cfr Cod. *lur. Can.*, re. 124. $95. 1Ô01. I3CT * *Cfr A A. S*, vol XXI. p. 703. >- *Ctr U* TM, I. «. M?

stiano sensu penitus illud imbuetis, atque adeo illud ad salutem adducetis, quippe cui. praeter Christum, qui est ‹ vere Salvator mundi a,l* nulla iam salutis spes reliqua sit

Sed ante quam scribendi finem facimus, ad vos iuvenes, qui ad sacerdotium adulescitis, mente cogitationeque Nos studiose convertimus, quamque maxime vos hortamur, ut ad praestantissimum, quod appetitis munus, diligenter digneque componatis animos. Vobis enim omnes innituntur Catholicae Ecclesiae et populorum spes; cum a vobis omnes salutis aeternae opes

52 ra'tionesque expectentur, quarum caput est agens illa et efficax Dei ac Christi lesu cognitio, in qua sempiterna hominum vita vertitur.,?a In eo igitur opera vestra nunc praecipue certet, ut vosmet ipsos pietate, castimonia, vestri despicientia, obtemperatione, disciplina doctrinarumque studiis ornantes, tales aliquando exsistatis sacerdotes, quales Christus vos esse iubet. Vobis nimirum omnino persuasum habeatis quantumvis constantiae ac diligentiae illuc intenderitis, ut ita vestros conformetis animos, numquam sane vos esse, praeter quod res postulat, allaboraturos, quippe cum exploratum probe sit ex huiusmodi institutione vestra frugiferam sacerdotalis muneris perfunctionem fore magnam partem manaturam. Quapropter, omni quo potestis studio et contentione, efficite, ut iam nunc iis animi ornamentis fulgeatis, quae Ecclesia sacris vos initiatura ministeriis per haec verba a vobis postulabit: ‹ Caelestis sapientia, probi mores et diuturna iustitiae observatio vos commendet ». ut videlicet ‹ sit odor vitae vestrae oblectamentum Ecclesiae Christi, ut praedicatione atque exemplo aedificetis domum, idest familiam Dei ».m

Ita solummodo catholici sacerdotii laudes per vos etiam in populorum admirationem usque florebunt, ac plurimum operis conferetis et ipsi, ut quam primum dies ille auspicatissimus civili hominum convictui illucescat, quo ‹ Pacis Christi in Regno Christi » beneficiis cumulatissime perfruemur.

Extremum, daturi publice vobis. Venerabiles in Episcopatu Fratres, universisque, per vos, ex utroque clero filiis grati ac benevolentis animi Nostri testimonium ob impigre idcirco collocatam operam, ut e celebrato divinae Redemptionis iubilari anno uberes perciperentur a fidelibus fructus; itemque facturi, ut perenni consignata monumento, diuturnior illius memoria et laus vigeat sacerdotii, cuius omnes Dei administri non intermissam communicant potestatem, opportunum duximus, adhibita in consilium Sacra Congregatione ca-

53 tholicis ritibus tuendis? propriam summi et aeterni Sacerdotis lesu Christi votivam Missam apparari, unaque cum hisce Litteris in lucem edi; quae quidem Missa, quavis feria quinta, ad liturgicas normas, celebrari poterit

Iam nihil aliud restat. Venerabiles Fratres, quam ut Apostolicam ac paternam Benedictionem iis omnibus dilargiamur, qui eam a communi Patre expetunt ac praestolantur; quae sane, ut ex grato proficiscitur animo ob tot tantaque a superna largitate per iubilares divinae Redemptionis celebrationes impertita beneficia, ita mox exorienti anno sit felix faustumque omen.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Decembris, anno mdccccxxxv, ab inito a Nobis sacerdotio exeunte 1 h. Pontificatus Nostri decimo quarto.—Pius Pp xi.

Ardut. « Cfr. *Pi. CHI.* 30, Io., TV, 42. ». Cfr. Io., XVII, 3. n Cfr. *Pont. Rom., de* ordinat, presbyt.

Romae, die 24 Decembris 1935.—C. Card. Laubestl *Praef.* A. Carinci, *Secr.*

Adn. G. MARTINEZ DE ANTOAANA in ELIP 51 (1937) 7313 L MOSS in CR 11 (1936) 250: A. PALADINI in EL 50 (1934 53-55; L PAUWELS iη NrT 63 (1936) 306-307.

1304

1935 .....-SC ORIENTALIS, NORMAE. PART.·

De forma celebrationis matrimonii maronitarum **Etna PROPRIUM PATRIARCHATUM COMMORANTIUM**

I. - S. E. Mons. Cicognani con lettera de) 31 nurzo 1x5. alia quale fece seguito un'altra del 18 aprile. donurxUn a questa S. Congregazione. sc 1 fedeli degli Stati Uniti ώ Rito Maronita ivi residenti sono tenuti *ad* vahditakn a celebrare il matrimonio dinanzi al Proprio Parroco. Pregava che si desse una risposta mdependente de! Ccdze Orientale, e che riguurdasse solo ed esclusivamente i SUroniti che risiedono fuori dei Patriarcale, in regione deve non sono dioeesi dc! loro Rito.

II. - Ora, la dottrina ncevuta difende che i matnmcc.1 dei quali si parla sono *indubbtamenle validi* anche se non celebrati avant! al *proprio* Parroco. Rtassumiamo brevemente la dottrina sui matrimonii dei Maroniti, per riguardo *alla clandcstimtà.*

1. I Maroniti nel Sinodo Libanese dei 1736 stabiliret» la disciplina tridentina con queste precise parole: " Nullum est matrimonium clandestinum, id est quod ahter quam praesente parocho vel sacerdote de ipsius parcchi vel Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus * (II, XI. 8. XU).

2. Questa disciplina é obbligatoria per la validità del nutrimomo in questi casi: 1) se contraggono due Maronld entro il territorio del *Patriarcato;* 2) se contraggono due Maroniti *fuori del Patriarcato, ma in luogo dove* non /us-tio *acquistato r.c* domicilio ne quasi domicilio, che Tftttgono nd *luogo d'onde provenpono.*

3. Questa disciplina non é obbligatoria per h vahdrJ 1) se i Maroniti contraggono, entro o fuori dei Patriarcal, con fedeli di altri Riti Orientali (si communica l'esenziow. 2) se *lasciato il domicilio che avevano nel* proprio territano contraggono duc Maroniti fuori di esso, sia che abbiaxo acquistato o che non abbiano acquistato domicilio o quasi domicilio ; 3j *3C* ottenuta legittima dispensa contrapono ! Maroniti entro o fuori dei Patriarcato con acattolicl ner. battezzatl o battezzati, che non siano stati battezzatl ed educati nella Chiesa Cattholica.

4. I Maroniti poi come tutti gli Orientali sono ObbUpti alia forma prescritta dei Codex Latino (c. 1094) se contra^· gono con cattolici latini (c. 1099. par. 1. 3) o con acattolict latini. eretici o scismatici che furono battezzatl ed educiti nella Chiesa cattolica o si convertirono ad essa, abbandonandola poi (c. 1099. par. 1. 1).

IIL - Nel caso prospettato da Mons, Cicognani si tratti dl Maroniti che non hanno domicilio ne quasi domicilio nd Patriarcato e contraggono fuori di esso (cfr. sopra Π. 2·. anzi avendo domicilio o quasi domicilio nel luogo devt contraggono. E' valido il matrimonio di questi fatto aun'J al parroco dei luogo e non al parroco Maronita che sia il parroco proprio, o al suo delegato, ecc.

IV. Non ě dunque difficoltà nd dichiarare che I Mamniti come tutti gli Orientali nelle regioni dove non ci seno dioeesi loro, possono contraire matrimonio a tenere dc' can. 1094. cioe che basta per la validità la celebraikne coram parocho vel loci Ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato et duobus saltem testibus.

• Delegato Ap. In 5. F. Americae Septentrionalis: Hrlsl 4 (1944) 234-235. Adn. GULOVICH in Jurist 4 (1944) 230-236 J. MARBACH. Marriage Legislation lor the Calholies of the Orfeab Rites In the United States and Canada, Washington 1946. p. ISC-160.

1303

1935 DEC 2I.-SC RIT., DECR. AAS 23 (19361 56

URBIS et ORBIS

Missa votiva d. n. i c. summi et aeterni sackrdotis **APPROBATUR**

Missam votivam D. N. I. C. summi et aeterni Sacerdotis, de mandato Ssfhi D. N. Pii Papae XI ab hac Sacra Congregatione concinnatam. Eadem Sanctitas Sua iuxta prnciena exemplar approbavit, atque inter mis-«as votiva· Missalis Romam Inseri Iussit.

1305

1935 .....-SC REL.» INDULT.-NORMAE. PART.·

Mitigatur clausura ct normae dantur pro scholis **REGENDIS A MONIALIBUS**

I - RESCRIPTUM

Beatissime *Pater,* Priorissa Communitatis Monasterii SS.mi Rosarii, Ordinis Sancti Dominici, civitatis N. N. dioecesis N., ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime

provoluta, expostulat facultatem ut in domo, non legi clausurae sublecta sed Monasterio adnexa, impluvio c;usdem Monasterii intergerino. instituere valeat Collegium pro educatione puellarum et iuvenum sub moderatione Religiosarum. Communitate consentiente, imo et volente. Item Priorissa licentiam petit: Ut Religiosae memorati Monasterii transire queant in domum praedictam tum ad scholas tradendas et puellas invendue invig.iandas. tum munditiem domus curandam, et puellae et iuvenes Collegio assistentes impluvium antea memoratum et viridarium praedicti Monasterii ingredi valeant ad propriam recreationem; alium enim locum domus non habet ad hoc exercitium aptum.— Et Deus...

Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Exc.mi Ordinarii N. N. Eidem benigne commisit ut pro suo arbitrio et conscientia gratiam concedat iuxta preces, ad quinquennium. servatis normis quae in adnexo folio adnotantur.

Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae...

Π-NORMAE PRO SCHOLIS HABENDIS PUELLARUM ÜIVKNO TEMPORE INTRA CLAUSURAM MONASTERII

D Aliqua cubicula Monasterii ad scholas apta separentur a ceteris partibus aedificii, ad quae puellae per hauam externam. Moniales vero, designandae ut infra dicetur, per ianuam interiorem accedere possint; separatio talis ut puellae prospicere nequeant in alia cubicula vel hortos Monasterii et vita regularis Sanctimonialium detrimentum ne oatiatur.

2.l Quaeçam Moniales uti Magistrae vel Assistentes a Soperlorissa cum suo Consilio eligantur, ita ut nemini Religiosarum liceat absque venia regimini se immiscere.

3) Numerus puellarum recipiendarum in scholam conformis sit ad capacitatem locorum et antecedenter determinatus; admissio puellarum statuitur a Superiorissa cum suo Consilio.

41 Puellae quae septem annorum natu minores sunt, in scholam ne admittantur; pro quibusdam exceptionibus Ordinarii loci est decidere.

5) Puellae modestis utantur vestibus, seposito quocumque ornatu, qui virgines Christianas dedecet.

6) Cum finis scholae sit docere puellas bonos mores et Christianam doctrinam, haec ante ceteras habeatur disciplinas.

7) Pensio solvenda determinetur iusta. antecedenter, ne officiatur conditioni oeconomicae Monasterii.

8» Quaedam pia mulier saecularis praesto sit in scholis ad adsistentiam vel comitatum forte necessaria.

Si in munus Magisterii necesse fuerit laicam assumere, ipsa sit praesertim exemplo vitae Christianae.

10) lanua, quae in Monasterium immediate ducit, clausa sit permanenter, ita ut singulis vicibus, cum aperiri debeat vocetur monialis in internis custodiae addicta.

11) Expleto diurno tempore scholae et omnibus in ordine dispositis pro die subsequenti, ianua externa item et interna duabus clavibus claudantur, quarum una a Superiorissa, altera a Moniali deputata ab Ordinario asserventur.

12) Ingressus in viridarium, intra clausuram positum, tat statis ab Ordinario temporibus ct una simul ab omnibus puellis, quarum relaxatio desideratur, ita ut custodia clausurae servetur, vetito iisdem imposito petendl alia loca Monasterii.

13) Institutio puellarum subsit omnino vigilantiae Ord narii loci, cuius quoque erit alias cautelas opportunas statuere ne inconvenientia oriantur et consensus exquirendus in omnibus quae ad scholam ipsam periment

• CpR 16 (1935) 419-420. Adn. A. EU.I5 in PrM 26 (1937) W41.
136.

1306

STATUTA
PONTIFICII ATHENAEI SEMINARH ROMANI 1’l

Tit. L De ATHENAEI CONSTITUTIONE

Art. 1. - Pontificium Athenaeum Seminarii Romani sacrorum alumnis erudiendis institutum hoc sibi proponit: 1) sacras disciplinas ceterasque cum iis coniunctas altius excolere ac longius provehere; 2) doctrinae fontes inquirere; 3) ad docendi scribendique laborem discipulos instruere.

Art. 2. - Athenaeum regitur Constitutione Apostolica *Deus scientiarum Dominus,* eidem adiectis Ordinationibus a S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus. et hisce Statutis. Quamquam Pont Seminario Romano adhaeret, tamen eius regimini non subicitur. sed suo utitur iure.

Art. 3. - Athenaeum constat Facultate theologica. Facultate philosophica et Instituto utriusque iuris. Institutum autem utriusque iuris Facultate iuris canonici et Facultate iuris civilis constat

Facultati theologicae et Facultati philosophicae adhaeret cursus seminaristicus, qui suis regitur regulis.

Art. 4. - § 1. Gradus academici, qui in singulis Facultatibus Athenaei conferuntur, sunt: Baccalaureatus. Licentia et Laurea.

§ 2. Institutum utriusque Iuris gradus academicos etiam in Utroque Iure coniunctim confert

§ 3. Cuique Facultati potestas quoque est peculiarium diplomatum conferendorum in singularibus disciplinis.

Art. 5. - Athenaeum sanctissimo Domino nostro lesu Christo Servatori et Regi, qui fons veritatis est et origo cuiusvis iuris, dicatum, Mariam Virginem sine labe conceptam praecipuam sui patronam constituit

Trr. II. De regimine athenaei

Art. 6. - § 1. Auctoritates academicae in Athenaeo sunt: Magnus Cancellarius. Rector Magnificus et Decani Facultatum.

5 2. Consilia vero academics sunt: Senatus acadcmicus. Consilia singularum Facultatum et Consilium de re oeconomica.

De Auctoritatibus Academicis.

1. *De Magno Cancellario,*

Art. 7. - Athenaei Magnus Cancellarius est EiTius Cardinalis Summi Pontificis in Urbe pro tempore Vicarius.

Art 8. - Magno Cancellario sunt omnia lura, quae Const. Ap. *Deus scientiarum Dominus* et adlectis Ordinationibus S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus huic muneri ascribuntur. Graviora si qua occurrerint negotia dc iis ad Magnum Cancellarium referetur.

2. De *Rectore Magnifico.*

Art. 9. - Rector Magnificus sub Magni Cancellarii auctoritate Athenaeum proxime regit

Art. 10. - Rector Magnificus ne quis eligatur nisi laurea doctoral! vel in Theologia vel in Philosophia vel in iuridicis disciplinis insignitus, isque non modo summae doctrinae laude scriptis et magisterio comprobatae, verum etiam rerum agendarum prudentia et consilio emineat

Art 11. - Rector Magnificus, proponente EΛo Magno Cancellario, nominatur a S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus, et quattuor annos suo munere fungitur. Potest autem iterum nominari

Art. 12. - 1 1. Rectoris Magnifici propria sunt iura et officia quae Const Ap. Deus scientieruri *Dominus* ct adiectis Ordinationibus S. C. de Seminariis et studio rum Universitatibus huic muneri assignantur.

5 2. Rrctoris Magnifici praecipua haec sunt:

f Nunc rwo: STATUTA PONTIFICIAE UNIVERSITATIS LATERANENSIS].

1) ad Magnum Cancellarium referre quae a Senatu academico statuta, ab illo confirmanda sunt;

2) eidem Magno Cancellario exhibere annales relationes Decanorum, Secretarii Generalis et Bibliothecarii ad S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus transmittendas;

3» professorum nominationes et in ampliorem ordinem provectus, quaesito antea voto Consilii Facultatis, ac eorumdem, si casus ferat, remotionem sive in tempus sive in perpetuum, quaesito voto Senatus academici, M. Cancellario proponere;

4) officiales Athenaei nominare secundum art. 26;

5) quidquid ad utilitatem ac profectum Athenaei conferre videtur, agere et providere. Consiliis Facultatum vel Senatu academico auditis, et Emi M. Cancellarii approbatione impetrata.

§ 3. Rectoris Magnifici insuper munus est, audito si oportet Senatu academico, agere cum Rectoribus et Superioribus auditorum circa ea quae spectant rem disciplinarem et eorum etiam consilio opportuna providere.

3. *De Decanis.*

Art. 13 - Decanus sub auctoritate Rectoris Magnifici suae Facultati proxime praeest Subdecanus autem Decanum in explendo munere adiuvat eiusque impediti vices gerit

Art. 14. - Decanus et Subdecanus inter Professores ordinarios a Consilio Facultatis mense iunio exeunte alternis annis eliguntur: electi a Rectore M. confirmandi sunt: prima die subsequentls anni academici munera Ineunt.

Art 15. - § 1. Decanorum munera Const Apost *Deus scientiarum Dominus* et adiectis Ordinationibus S. C. de Seminariis et studiorum Universitatibus describuntur.

§ 2. Decanorum praecipua haec sunt:

1) praelectionum horas in hebdomada distribuere;

2) consilium Facultatis convocare, rerum agendarum ordine per Secretarium Consilii saltem tribus ante diebus singulis professoribus denunciato;

3) curare ut professores disciplinas cuilibet anno adsignatas rite absolvant, ac omnia in Facultate recte se habeant;

4) professorum collegia discipulis examinandis designare eaque praecipere quae ad pericula rite perficienda necessaria esse videntur;

5) quolibet anno, exeunte mense iunio, scriptam relationem Rectori M. exhibere de Facultatis condicione et incremento, de ordine studiorum, de singularibus disciplinis proximo anno academico tradendis, de necessitatibus Facultatis et de votis a Consilio Facultatis editis.

§ 3. Relationes vero moderatorum singularum sectionum. disciplinarem et oeconomicam relationem secretarii singuli Decani, opportunis animadversionibus adiectis, item Rectori tradant.

II. De Consiliis ncademlcts

1. De *Senatu academico.*

Art. 16. - Senatus academicus in regendo Athenaeo Rectori M. assidet et gravioribus in negotiis illum adiuvat

Art. 17,- Ç 1. Senatus academicus constat Rectore Magnifico. Decanis ct Subdecanis Facultatum.

5 2. Subdecanus in docendo iunior Senatui academico a secretis erit.

Art 18. - Ad Senatum academicum spectat:

1) curare ut S. Sedis praecepta ac Athenaei statuta religiose serventur omnlaque disponere quae ad ecclesiastica studia provehenda ct perficienda apta esse videantur;

2) quae sibi deliberanda proponantur diligenter perpendere et de Hs coram Deo sententiam ferre;

3) quaestiones a Consiliis Facultatum propositas definire et de querelis contra deliberationes Consilii Facultatis allatis iudicare.

Art. 19. - I 1 Senatus academicus quarto quoque mense convocandus est ac quoties sive Magno Cancellario vel Rectori Magnifico visum fuerit, sive hoc petant 1res ctItem ex Decanis et Subdecanis.

§ 2. Quinque minimum diebus ante convocationem Rector Magnificus per Secretarium Senatus ordinem rerum agendarum Decanis et Subdecanis remittat

§ 3. Ut conventus firmus atque ratus habeatur major pars adsit oportet. Suffragia secreto ferantur: illa vero sententia praevaleat quae suffragiorum numerum absolute maiorem retulerit. In electionibus peragenda applicetur Can. 101 § 1, C. I. C.

2. *De Consilio Facultatis.*

Art. 20. - § 1. Consilium Facultatis Decano assidet in regenda Facultate. Constat autem Professoribus ordinariis et extraordinariis, eo tamen pacto ut extraordinarii absint si de iisdem promovendis agatur.

§ 2. Professor recentior munere secretarii in Consilio fungatur.

Art. 21. - Ad Consilium Facultatis spectat:

1) decanum et subdecanum eligere;

2) professores nominandos vel in superiorem ordinem provehendos proponere;

3) quotannis mense iunio studiorum rationem in posterum annum praestituere, idest disciplinas ipeciales indicare, programmata curriculorum, exercitationes disponere, praelectionibus horas adsignare, doctores nominandos proponere, caeteraque imperare quae ad studia provehenda conferre videantur;

4) de alumnis in singulas Facultates adseribendis iudicare cum res dubia fuerit, itemque de validitate periculorum, de sanctionibus alumnis irrogandis etc;

5) acceptorum et datorum Facultatis rationem agendam praestituere vel actam approbare.

Art. 22. - § 1. Consilium Facultatis convocandum est alternis saltem mensibus et quoties Decano opportunum visum vel a tribus professoribus petitum sit.

§ 2. Tribus saltem diebus ante conventum, per Secretarium Consilii ordo rerum agendarum omnibus professoribus. qui Consilium constituunt, mittendus est

§ 3. Consilio Facultatis applicentur quae pro Senatu Academico prescribuntur art 19 § 3.

§ 4. Rector Seminarii Romani, cum de rebus disciplinaribus agitur, ad Consilia Facultatum advocatur.

3. *De consilio* rei *oeconomicae agendae.*

Art. 23. - § 1. Consilium de re oeconomica constituitur Rectore Magnifico, Officiali delegato Admialstrationis bonorum S. Sedis, Secretario Generali et duobus Professoribus officialibus a Magno Cancellario eligendis.

§ 2. Huiusmodi Consilii est rationem acceptorum et datorum anni iam praeteriti ducere, impensas postero anno faciendas praestituere ita ut de hisce omnibus per Secretarium Adminlstrationis Bonorum Sanctae Sedis Summo Pontifici plena relatio fiat.

Trr. III. De officialibus

Art. 24 - § 1. Officiales maiores Athenaei sunt Secretarius generalis, Bibliothecarius generalis aliique Secretarii et Bibliothecarii. qui tum Secretarium generalem tum Bibliothecarium generalem in suis muneribus adluvant. Ceteri omnes officiales sunt minores.

§ 2. Res oeconomica Athenaei Secretario generali agenda committitur.

Art. 25. - Officiales maiores Athenaei sacerdotes sint oportet. Secretarius generalis et Bibliothecarius laurea doctorali praediti esse debent.

Art. 26. - Officiales maiores Athenaei a Rectore nominantur, audito Senatu academico. Officiales proprii singularum Facultatum nominantur a Rectore, audito Consilio Facultatis. Omnes a Magno Cancellario confirmandi sunt.

Art. 27. - Ad Secretarium generalem spectat:

1) documenta omnia exigere et probare, praesertim quae alumnorum inscriptionem respiciunt;

2) auditorum disciplinae et assiduitati perpetuo invigilare, ac in Athenaeo ordinem religiose lutari;

3) Athenaei acta servare et in archivo custodire, documentis subscribere post ceteros ius habentes» testimonia authentica conficere, epistolas conscribere etc.;

4) kalendarium scholasticum atque praelectionum rationem et ordinem promulgare ac de periculis faciendis imperata exsequi;

ŠC'Ht CfcRrtOLt UNIVLftSl CLEVELAND, Ql

5) libellum annalem parare, relationes de auditorum disciplina ac de ratione accepti et expensi Facultatum exarare et Decanis exhibere.

Art. 28. - Ad Bibliothecarium spectat:

1) Bibliothecam generalem, iuxta Rectoris praecepta, custodire, ordinare, augere, aptis indicibus ditare;

2) ita particulares bibliothecas per suos adiutores disponere, ut Professoribus et alumnis, qui exercitationibus vacant, praesto sint;

3) curare ut omnia quae Rector de temporis ordine, de libris distribuendis vel commodandis praeceperit, rite observentur;

4) quotannis, mense iunio, relationem de statu et incremento Bibliothecae generalis Rectori tradere et curare ut de particularibus bibliothecis singulae relationes Decanis exhibeantur.

Art. 29. - § 1. Officiales minores Athenaei (ministri, custodes) sub Rectoris et Decanorum auctoritate ac Secretarii et Bibliothecarii ductu, Athenaei ordinem et nitorem curabunt

§ 2. Officiales Athenaei, sive maiores sive minores, possunt ad tempus vel stabiliter assumi. Stabiles autem nonnisi post biennium laudabiliter expletum haberi possunt

Tit. IV. De professoribus

Art. 30. - Professores officiales sunt ordinarii vel extraordinarii: praeterea sunt professores designati ad tempus, consociati, et adiutores: quo ordine gradus et dignitas eorumdem professorum statuitur. Si vero plures fuerint professores eiusdem ordinis, gradus a tempore suscepti muneris reputetur.

1. *De professoribus ordinariis et extraordinariis.*

Art. 31. - Singulis Facultatibus octo *minimum* professores ordinarii sunto, quibus disciplinae (vel summa disciplinarum affinium) committantur, quae saltem tribus horis in hebdomada tradendae sint

Art. 32. - Nemo professor ordinarius nominari potest nisi tres minimum annos in aliqua Facultate extraordinarius professor antea fuerit.

Art. 33. - Ut professor extraordinarius quis nominetur, haec opus sunt:

a) doctoralis laurea in disciplina tradenda;

b) documenta egregiae peritiae, praesertim scriptis et commentariis editis comprobatae et artis in doctrina exponenda.

Art. 34. - Qui tres annos extraordinario docendi munere functus est petere potest ut in professores ordinarios adscribatur. dummodo laboris et sollertiae suae exemplum in scientia excolenda obtulerit. Si cuius petitioni satisfactum non fuerit, duos post annos altera petitio exhibenda est: qua omissa vel reiecta, professor ipse ab Athenaeo dimissus habeatur.

Art. 35. - Si quod munus professoris officialis in Athenaeo vacaverit. Consilium Facultatis (vel ex eorum petitione, quorum interest, vel ex officio) diligenti inquisitione facta de moribus et scientia candidatorum, eligendos Rectori per Decanum proponeL Rector, *perdensis* omnibus, unum ex propositis professorem nominat et nominati confirmationem a Magno Cancellario petit. Magnus Cancellarius, « Nihil obstat » impetrato a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus. missionem canonicam electo confert, qui praescriptam fidei professionem coram Rectore emittit *d normam Ordinat. S. C. de Semin, et Stud. Univer„ art 6. 2·.

Art 36. - Cum munere professoris officialis componi nequeunt quaelibet alia officia ecclesiastica vel civilia. publica vel privata, quae cotidianum, vel diuturnum a tranquillis studiis impediens, opus requirant

Art 37. - § 1. Expleto LXX° aetatis anno professores officiales a munere suo ipso iure decidunt

i 2. Professor ordinarius, qui amplioris officii causa vel infirma valetudine vel provecta aetate docendi munus reliquerit, inter emeritos professores habeatur, servato titulo et ordinis loco.

2. *De professoribus ad tempus designatis.*

Art. 38. - Professoribus ad tempus designatis tradecdae committuntur:

a) disciplinae, quibus una vel duae horae in hebdomada attributae sunt;

b) disciplinae, quibus etsi tres vel plures horae in hebdomada datae sint tamen his suus deest professor ordinarius vel extraordinarius;

c) disciplinae quae, professore legitimo impedito, vicariam operam requirunt.

Art. 39. -5 1. Professor ad tempus designatus doctorali laurea praeditus sit oportet, aut singulari peritiae laude excellat in disciplina quae ei tradenda committitur.

5 2. Nemini tamen plures quam duae designationes concedantur; cui vero aliud officium sit vel munus docendi, una tantum.

Art. 40. - Designationes annuae sunt; prorogari tamen possunt

Art. 41. - Exeunte mense iunio Consilium Facultatis per Decanum designationum distributionem in posterum annum Rectori M. proponat. Rector M. Cancellario illam distributionem una cum relationibus de quibus in art. 12 n. 2 confirmandam subiiciet.

3. De *professoribus consociatis.*

Art. 42. - Professores consociati dicuntur qui singulari doctrina praestantes Athenaeo operam suam in scientiae pervestigatione adiunxerunt

Art. 43. - Professores consociati a Consilio Facultatis proponuntur, a Rectore Magnifico nominantur. Magni Cancellarii confirmatione impetrata.

Art. 44. - Professoribus consociatis etiam cursus extraordinarii de aliquo argumento cum ecclesiasticis disciplinis coniuncto concredi possunt, annuente Rectore: qui cursus eodem numero ac disciplinae speciales quoad gradus academicos haberi poterunt

4. De *professoribus adiutoribus.*

Art. 45. - Adiutores professoribus officialibus tum in docendo tum in moderandis exercitationibus adsident, necnon auditores in elaborandis thesibus ad lauream adiuvant

Art. 46. - Adiutores, praevio suffragio Consilii Facultatis, a Rectore eliguntur et n Magno Cancellario confirmantur. Eorum munus annuum est. sed prorogari potest

Art. 47. - Professor qui officio suo defuerit primum a Decano moneatur. Quod si iterata monitio nihil profecerit. ad Rectorem res deferatur, cuius est quidquid expedit decernere.

Graviores tamen sanctiones Rector sumere nequit, nisi assentiente Senatu academico. In caeleris normae a S. Sede pro suis officialibus statutae serventur.

Trr. V. De auditoribus

Art. 48. - § 1. Auditores alii ordinarii. alii extraordinarii, alii hospites vocantur.

f 2. Ordinarii sunt qui Facultati adscript:, omnibus disciplinis imperatis operam navant ut gradus academicos consequantur.

5 3. Extraordinarii vero dicuntur qui. consulto Decano, cursus academicos regulariter frequentant Hi diligentiae ct facto periculo peritiae quoque suae testimonium a Rectore referre poterunt

§ 4. Hospites vocantur discipuli, quibus a Decano, sive per annum sive ad tempus, audiendarum quarundam praelectionum potestas data est

Art. 49. - Qui in numerum discipulorum ordinariorum referri cupit, scriptam petitionem Rectori per Secretarium praebeat una cum documenti» Constitut Apost. art 24 et 25 statutis.

Art. 50. - § 1. Si quis curriculum medium studiorum classicorum ad normam artic. 13 Ordin. S. Con· greg. de Semin, et stud. Univers se rite absolvisse probare nequiverit, ne cui Facultati adseribatur, nisi doctrinae et ingemi congruum specimen antea dederit.

5 2. Si quis e schola media venerit, in qua una vel plures disciplinae, de quibus in art. 13 carundem · Ordinationum ». omnino non sint aut saltem non satis <lnt traditae, earum studium supplere atque in examine satisfacere debet.

Quod examen fiet coram professoribus a Decano hac in re designatis, praesidente uno ex professoribus Facultatis.

Art 51. - Qui in Facultatem theologicam petit asrri bi. careat autem testimonio de biennio philosophico

rite confecto, necesse est suae In philosophia eruditionis periculum faciat coram professoribus philosophicae Facultatis a Decano designatis, servatis tamen praescriptionibus artic. 16 Ordin. S. Congr. de Semin, et Stud. UniversiL

Art. 52. - Qui curriculum theologicum secundum' can. 1365 C. I. C. in aliquo Seminario confecerit, petat autem ascribi in quartum annum theologicae Facultatis, periculo subiciatur, quo se idoneum ad potiora studia capessenda esse probet Quod periculum de omnibus disciplinis tum principalibus tum auxiliaribus, art 27 Ordin. S. Congr. de Sem. et Studiorum Univ. contentis, verbo et scripto faciendum erit Ascriptio in quartum annum theologicae Facultatis Baccalaureatus locum tenet

Art. 53. - Auditores, qui in alia ecclesiastica Facultate studiis inceptis in Athenaeum transire postea cupiverint scripta postulatione ac studiorum documentis allatis Rectorem orent, ut in Facultatem eiusdem generis recipiantur.

Consilium Facultatis in re, quaenam conditiones imponendae, quaeve disciplinae praescribendae, sententiam feret

Art. 54. - Adscriptionis in Facultates a primo die mensis octobris ad quartum mensis novembris fiant; posthac Rectoris tantum iussu concedantur iusta de causa; post ultimum diem mensis decembris omnino prohibentur.

Art. 55. - Auditores ordinarii omnes praelectiones et exercitationes frequentare tenentur, quae studiorum ratione Facultatis praecipiuntur. Speciales disciplinae ante postremum diem mensis novembris cuique auditori eligendae ac Secretario Facultatis denunciandae sunt.

Art. 56. - Auditores in studia quam diligentissime incumbant, praesides et professores summa observantia colant, inter sese ament, humanitatem et ordinem servent

Art. 57. - In auditorem ab officio suo discendentem primum Secretarius deinde Decanus animadvertat. His animadversionibus non proficientibus, noxius publicae correptioni subiciatur. In casibus gravioribus poenae sunt concessorum beneficiorum privatio, periculorum dilatio, remotio temporanea vel perpetua a Facultate vel ab Athenaeo.

Graviores poenae a Rectore vel Decano, acta re cum Consilio Facultatis, irrogantur: dimissio ab Athenaeo a Rectore irrogatur, consulto tamen Consilio Facultatis.

Tπ. VI. De studiorum ratione

Art. 58. - Studiorum curriculum ad Lauream adiiiscendam in S. Theologia absolvitur annis quinque, n Jure Canonico annis tribus, in Jure civili annis tribus. in utroque Jure annis quattuor, in Philosophia annis quattuor.

Art. 59. - § 1. In Facultate Theologiae sequentes traduntur disciplinae:

A) Principales:

1. Theologia fundamentalis: 6 horae in hebdomada per duo semestria.

2. Theologia dogmatica: 4 horae per duo sem.. 7 horae per quattuor semestria.

3. Theologia moralis: 1 hora per duo semestria (an. I) et 3 horae per sex semestria (an. II. Ill, IV).

4. Scriptura sacra (L e. Introductio et Exegesis V et N. Testamenti): 3 horae per octo semestria.

5. Historia ecclesiastica: 2 horae per octo semestria.

6. Patrologia: 2 horae per quattuor semestria.

7. Archaeologia Christiana: 1 hora per quattuor semestria.

8. Institutiones Iuris canonici: 1 hora per duo semestria (an. I) et 2 horae per quattuor semestria dm. II. III).

B) Auxiliares:

1. Lingua hebraica: 2 horae per duo semestria.

2 Lingua graeco-biblica: 1 hora per quattuor semestria.

3 Institutiones systemntico - historicae Liturgiae: 1 hora per quattuor semestria.

4. Ascetica: 1 hora per quattuor semestria.

5. Quaestiones theologicae ad Orientales maxime spectantes: 1 hora per quattuor semestria.

O Speciales et cursus peculiares:

I. *Sectio dogmatica.*

1. Quaestiones selectae de Theologia fundamentali: 2 horae per duo semestria.

2. Quaestiones selectae de Theologia dogmatica: 1 hora per duo semestria.

3. Quaestiones selectae de Theologia sacramenUria: 1 hora per duo semestria.

4. Theologia mystica: 1 hora per duo semestria.

5. Historia religionis: 1 hora per quattuor semestria.

II. *Sectio biblica.*

6. Theologia biblica: 1 hora per sex semestria.

7. Quaestiones selectae de Introductione biblica: 1 hora per duo semestria.

8. Quaestiones de Exegesi biblica: 1 hora per duo semestria.

9. Lingua hebraica: 1 hora per duo semestria.

10. Lingua graeco-biblica: 1 hora per duo semestria.

11. Lingua syriaca: 1 hora per duo semestria.

12. Lingua arabica: 1 hora per duo semestria.

III. *Sectio moralis.*

13. Quaestiones selectae de Theologia morali: 1 hora per duo semestria.

14. Theologia pastoralis: 1 hora per quattuor semestria.

15. Medicina pastoralis: 1 hora per quattuor semestria.

IV. *Sectio historica.*

16. Quaestiones selectae de Historia ecclesiastica: 1 hora per duo semestria.

17. Quaestiones selectae de Patrologia: 1 hora per duo semestria.

18. Hagiographia: 1 hora per sex semestria.

19. Historia artis sacrae: 1 hora per quattuor semestria.

§ 2. E disciplinis specialibus, prioribus quattuor annis. seligenda est auditori cuique una.

5 3. Anno quinto auditores praeter disciplinas omnibus praescriptas, alias selectae ab eo sectionis proprias, iuxta art. 87, frequentare debent usque ad 7 saltem horas in hebdomada.

Art. 60. - In Instituto Utriusque Juris sequente traduntur disciplinae:

A) Principales.

1. Ius naturale et Philosophia iuris, hora 1 is hebd. per duo semestria.

2. Normae generales, horae 3 per semestre.

3. De personis, horae 3 per tria semestria.

4. De rebus, horae 3 per quattuor semestria.

5. De processibus, horae 4 per duo semestria.

6. De delictis et poenis, horae 2 per duo semestria.

7. Ius publicum ecclesiasticum, horae 2 per duo semestria.

8. Institutiones iuris romani, horae 3 per duo semestria.

9. Ius romanum, horae 3 per quattuor semestris.

10. Ius publicum internum comparatum, horae 3 per duo semestria.

11. Ius poenale comparatum, horae 3 per duo semestria.

12. Ius processuale comparatum, horae 3 per duo semestria.

13. Ius privatum comparatum, horae 3 per duo semestria.

14. Ius internationale, horae 3 per duo semestris.

B) Auxiliares,

1. Ius concordatarium. horae 2 per duo semestria.

2. Elementa iuris civilis vigentis, horae 3 per duo semestria.

3. Historia iuris canonici, horae 2 per quattuor semestria.

4. Oeconomia socialis, horae 2 per duo semestria.

5. Statistica et Geographia eccles., horae 1 per duo semestria.

6. Medicina legalis, horae 2 per duo semestria.

7. Historia iuris romani et Exegesis fontium, horae 3 per duo semestria.

8. Historia iuris civilis praesertim communis, horae 3 per duo semestria.

O Speciales et cursus peculiares.

1. Ius eccles. orientale, hora 2 per duo semestria.

2. Ius missionum, hora 1 per duo semestria.

1 Diplomatia ecclesiastica, hora 1 per duo semestria.

4. Praxis administrativa canonica, hora 1 per duo semestria.

5. Praxis processualis canonica, hora 1 per duo semestria.

6. Historia diplomatiae pontificiae, hora 1 per duo semestria.

7. Epigraphia iuridica, hora 1 per duo semestria.

8. Palaeographia et diplomatica, hora 1 per duo semestria.

9. Historia iuris graeco-romani, hora 1 per duo semestria.

10. Methodologia historico-iuridica, hora 1 per duo semestria.

11. Stilus latinus Curiae Romanae, hora 1 per duo semestria.

12. Expositio doctrinae catholicae, hora 1 per sex semestria (laicis praescripta).

Art. 61. - § 1. Curriculum iuris canonici comprehendit omnes disciplinas quas Art. 60, A.: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, et B.: 1, 2, 3 spectat, *curriculum* iuris civilis omnes disciplinas art 60, A.: 1, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13. 14 et unam ex 2, 3, 4, 5, 6 recensitas, praeter auxiliares B.: 1, 4, 5, 6, 7, 8; curriculum *utriusque* iuris comprehendit omnes iuridicarum Facultatum disciplinas sub litteris A et B enumeratas.

{ 2. Praeterea auditores omnes tum Iuris canonici, tum Iuris civilis anni I et II, item utriusque Iuris mnis I, II et III unam saltem e disciplinis specialibus «eligere debent.

i 1 Anno III autem tum Iuris canonici tum iuris civilis et IV utriusque iuris auditor quisque praeter disciplinas omnibus praescriptas alias selectae ab eo sectioni proprias, iuxta art. 87, frequentare debet usque ad octo saltem horas in hebdomada.

Art. 62. - In Facultate Philosophiae sequentes traduntur disciplinae:

A) Principales.

1. Logica et Criteriologia, 3 horae in hebd. per duo semestria.

2. Ontologia, 3 horae per duo semestria.

3. Cosmologia, 3 horae per duo semestria.

4. Psychologia, 3 horae per duo semestria.

5. Theologia naturalis, 3 horae per duo semestria.

6. Ethica. 3 horae per duo semestria.

7. Historia philosophiae. 3 horae per quattuor semestria.

B) Auxiliares.

1. Psychologia experimentalis, 3 horae per quattuor semestria.

2. Quaestiones c Mathesi, 2 horae per duo semestria.

3. Quaestiones e Physica et Chimia, 2 horae per quattuor semestria.

4. Quaestiones e Biologia, 2 horae per quattuor semestria.

5. Quaestiones ex Anthropologia, 2 horae per quattuor semestria.

6. Interpretatio textuum selectorum ex Aristotele et S. Thoma, 2 horae per duo semestria.

C) Speciales et cursus peculiares,

I. Aesthetics, 2 horae per duo semestria.

2. Paedagogia, 2 horae per duo semestria.

3. Philosophia scientiarum, 2 horae per duo semestria.

4. Historia scientiarum, 2 horae per duo semestria.

Possunt insuper auditores, de consensu Rectoris Magnifici, ceterarum Athenaei Facultatum seligere disciplinas cum propriis studiis congruentes.

Art. 63. - Primo biennio traduntur disciplinae principales et auxiliares quae sub litt A) et litt B>, 1-5 recensentur. Altero biennio traduntur cursus de disciplinis tum principalibus cum auxiliaribus, de quibus sub litteris A), B) atque disciplinae speciales et cursus peculiares quae sub litt O recensentur.

Art. 64. - Doctrinarum expositio in singulis Facultatibus ita digesta sit ut prioribus annis generales institutiones, posterioribus autem singularia studia praevaleant

Art. 65. - Praeter disciplinarum auditiones discipuli ordinarii tenentur exercitationum cursus adire qui quoque anno disciplinis adiuncti sunt: horum cursuum rationem singulis annis professores, Decano approbante, proponent, eosque habebunt ab initio mensis decembris ad finem aprilis singulis hebdomadis, nisi aliter evidens utilitas suggesserit: eorum tamen unum saltem alumnus suo quisque lubitu eliget complebitque.

Art. 66. - Annus academicus in duas partes (semestria) dividitur, quas postrema dies mensis februarii partitur.

Tit. VII. De gradibus academicis et examinibus

Art. 67. - Auditores academicos gradus factis periculis ascendunt, pericula vero alia scripto alia sermone facienda sunt. Quae sermone facienda, publica sunto.

Art. 68. - § 1. Sessiones discipulis examinandis mense iulio et octobri habendae sunt.

δ 2. Pericula de singulis disciplinis verbo tenus facienda ne minus horae quadrantis intervallo producantur.

Art. 69. · f 1. Collegia professorum discipulis examinandis a Decano Facultatis constituuntur: unum quodque collegium duobus professoribus minimum constet

§ 2. Collegio praesunt auctoritates academicac. si intersint: secus, si unius disciplinae periculum fiat, professor huius, si plurium simul, professor ordine aut tempore ab inito magisterio praestans praeses erit.

5 3. Professor recentior in collegio a secretis erit

Art. 70. - § 1. Facto periculo, post habitam inter se consultationem, professores duplex suffragium ferent: alterum uno calculo (albo vel nigro) quo probatio aut reiectio iubetur, alterum dpeem calculis, quo meriti gradus statuitur.

5 2. Probatio habetur cum duae tertiae partes calculorum in primo suffragio relatae sint

§ 3. Meriti gradus ita statuitur ut qui sex decimas partes calculorum retulerit, probatus: qui septem, bene probatus: qui octo, cum laude probatus: qui novem, magna cum laude probatus: qui decem summa cum laude probatus habeatur.

5 4. Suffragia secreto ferenda sunt

5 5. At cum de una disciplina periculum fiat, illa ratio procedendi omitti potest si professor huiq^ disciplinae suffragium proponat, ceteri vero, qui adsunt, non renuant

§ 6. Pro summa computanda suffragiorum, singulis disciplinis et experimentis coefficiens assignandum peculiaribus Athenaei normis statutum est

Art. 71. - Discipulo, qui in periculo repulsam tulit. ius est iterandi periculi, non tamen in eadem sessione.

I. - Dr Ikicailaureatn

Art. 72. - Baccalaureatus in S. Theologia confertur non ante annum secundum, ln Iure canonico non ante annum primum, in Iure civili non ante annum primum, in Utroque iure non ante annum secundum, in Philosophia non ante annum secundum.

Art. 73. - Baccalaurcus in S. Theotoga vel in utroque Jure vel in Philosophia, is renuntiabitur qui pericula in omnibus ct singulis disciplina primo et se-

eundo anno curriculi propriae Facultatis praescriptis, feliciter superaverit

Art. 74. - Baccalaureus vero in Jure canonico vel in Jure civili, is renuntiabitur qui pericula in omnibus ct singulis disciplinis primo anno curriculi propriae Facultatis» feliciter superaverit.

Art. 75. - In Baccalaureatu is erit meriti gradus, Sui ex collatis suffragiis singulorum periculorum meius effingetur ad normam art. 70, § 3.

IL - De Licentia

Art. 76. - Licentia in S. Theologia confertur non ante expletum annum quartum, in Iure canonico non ante expletum annum secundum, in Iure civili non ante expletum annum secundum, in utroque Iure et in Philosophia non ante expletum annum tertium.

Art. 77. -5 1. Candidatus qui ad Licentiam accedit oportet:

a) ut omnia et singula pericula disciplinarum post Baccalaureatum praescriptarum feliciter superaverit;

b) ut exercitationibus interfuerit;

c) ut se idoneum ad scribendum de aliquo doctrinae capite ostenderit per dissertationem latine scriptam a professore approbandam iuxta praescripta art 37 Ordin. S. C. de Scm. et Stud. Univ., litteris explicuerit atque illustraverit;

d) ut ex tribus propositis argumentis, quinque horarum spatio, unum, quod libuerit, latinis litteris explicuerit atque illustraverit;

e) ut coram quinque Professoribus Facultatis periculum subeat de universa doctrina uniuscuiusque Facultatis propria, ad normam art. 38 § I Ordin. S. C. de Sem. et Stud. Univ.

§ 2. Ad Licentiam in Iure civili propria Facultatis disciplina est vel Ius romanum vel Ius civile comparatum, prouti candidato placuerit.

Art. 78. - Scriptae dissertationes, de quibus in art. 77 c) d), a professoribus disciplinarum examinandae sunt, qui eas tradunt

Art. 79. - In statuendo meriti gradu tum exitus periculi de universa doctrina, tum ceterorum periculorum respiciendus est, necnon scriptarum disputationum praestantia et in praelectionibus et exercitationibus frequentandis diligentia, attento uniuscuiusque disciplinae momento et gravitate. In summa suffragiorum vota promerita ln examine de quo in art. 77 e), pro medietate computanda sunt.

1IL-De Laurea

Art. 80. - Laurea in S. Theologia confertur non ante expictum annum quintum, in Iure canonico non ante expletum annum tertium, in utroque Iure et in Philosophia non ante expletum annum quartum.

Art. 81. - Candidatus ad Lauream accedens oportet:

a) ut Licentiam consequutus sit;

b) ut pericula postremo curriculi anno praescripta superaverit ct exercitationibus operam dederit;

c) ut Ihesim doctoralcm latinis litteris vel. in casibus peculiaribus, aliqua ex modernis linguis quam Facultas approbaverit, conscriptam duobus mensibus ante publicam disputationem Secretario Facultatis tradiderit;

d) ut tres quaestiones e distinctis disciplinis selectas atque a Consilio Facultatis approbatas, conveniente temporis spatio, explicet, aut eiusdem Consilii Judicio publicam acroasin de argumento antecedente die adsignato habeat;

e) ut doctoralcm thesim per integram horam illustret ac defendat

Art. 82. - 5 1. Argumentum theseos, de consensu Rectoris, a professore disciplinae, in qua thesis ipsa versatur, approbandum est. antequam inchoetur.

t 1 Doctoralis thesis a duobus professoribus examinanda est. quorum provincia illa continetur, quos Rector elegerit; neque candidato publica disputatio concedatur nisi professores scriptum iudicium de illa ante protulerint

I 3. Thesis In publicam disputationem ne veniat, nisi Rectore consentiente.

Art. 83. - Publica disputatio, sollemni apparatu, professorum officialium, emeritorum, consociatorum aliorumque clarissimorum virorum et ecclesiasticorum Praesulum concursu ac frequentia fiat Candidatus, exposito argumento theseos ac methodo explicata, conclusiones suae investigationis in medium proferat Professores, in primis qui thesim scriptam examinaverunt, illam oppugnent Omnibus, qui intersunt, dicentem interpellare fas sit.

Art. 84. - Conventui, de quo in art. 83, Magnus Cancellarius, vel Rector, vel Decanus praeest. eique omnes professores Sectionis Facultatis, ad quam thesis pertinet, intéressé debent aliique qui a Decano designati sunt

Art. 85. - Auctoritates academicae et professores qui suffragium de publica disputatione thesis doctoralis ferunt, non minus septem sunto. In ferendo suffragio de doctorali laurea tum scriptae tum publicae disputationis praestantia et simul exitus praecedentium periculorum ac exercitationum inde a Baccalaureatu ex aequo attendenda sunt

Art. 86. - Nemo doctor renuntietur antequam octoginta exemplaria doctoralis theseos, typis editae Secretariae Atheneaei deposuerit, ut mittantur ad S. Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus et ad Facultates studiorum ecclesiasticorum ad normam Ordin. eiusdem Sacrae Congregations, art 41

Tit. VIII. De sectionibus uniuscuiusque FACULTATIS, DE BIBLIOTHECIS ET CONCLAVIBUS PRO NATURAE REBUS INVESTIGANDIS

Art. 87. - Ut practicae exercitationes probe absolvantur utque singularum scientiarum pervestigationes foveantur, quattuor sectiones sint in theologica Facultate, videlicet dogmatica, biblica, moralis, historica; in Instituto iuridico octo sectiones: iuris naturalis, iuris publici, iuris canonici, iuris romani, iuris privati, iuris processualis et poenalis, historiae iuris, scientiarum socialium; in philosophica Facultate tres sectiones: metapbysica. historica, scientifica. praeter musaea physices, biologiae et psychologiae experimentalis, et conclavia pro naturae rebus investigandis.

Art 88. - Praeter Bibliothecam generalem habentur in Athenaeo speciales Bibliothecae sectionibus de quibus in art. 87 destinatae. Omnes bibliothecae Professoribus, auditoribus et doctis viris cotidie statutis horis patebunt

Tit. IX De stipendiis, tributis et rationibus ACCEPTI ET EXPENSI

I. De .stipendiis.

Art. 89. - Rectori Magnifico quotannis beneficium rependitur 3000 lib., pro expensis suo muneri necessariis.

Art. 90. - § 1. Professores statim ac extraordinarii nominantur, ad omnes effectus iuridicos inscribuntur tertiae categoriae officialium S. Sedis (= adiutoribus studii primae classis); cum ordinarii nominantur aequiperantur quartae categoriae (= substitutis secundae classis): post quindecim annos ordinariatus, officio adscribuntur quintae categoriae (= subsecretariis).

§ 2. Attamen si professor ordinarius vel extraordinarius beneficium habet vel officium S. Sedis semiplenum. ex quo pecuniae summam percipiat quae excedat annua 3000 lib., dimidia pars excessus a stipendio academico subtrahatur.

Art. 91. - § 1. Professores ad tempus designati operam suam navant gratuitam vel recepto honorario.

§ 2. Honoraria professoribus non officialibus, solvenda haec sunt: pro una hora praelectionis in hebdomada. quotannis solventur 3000 lib.; pro duabus 4500 lib.; pro tribus 6000 lib.; pro quattuor 6500 lib.; pro quinque 7000 lib.; pro sex 7.500 lib.

§ 3. Honoraria solvenda professoribus officialibus Athenaei ob specialia docendi munera ipsis commissa, erunt: pro una hora praelectionis in hebdomada, annua 2000 lib., pro duabus 3000 lib», pro tribus 4000 lib., quibus tot 500 libellarum summae adicientur quot horae addentur in hebdomada praelectionum.

§ 4. Relata stipendia non nisi in casibus extraordinariis nec unquam ultra 10.000 lib. augeri permittuntur.

Art. 92. - Professores consociati, nisi forte aliquod docendi munus a Consilio Facultatis fuerit ipsis, tamquam ad tempus designatis, commissum, nullam mercedem accipiunt.

Art 93 - Adiutores operam praestant gratuitam, te qui ad stabile munus adsumuntur iustum laboris prttium assignabitur quod tamen 500 lib. quolibet men- « excedere nequit.

Art 94. - 5 1. Secretarius Generalis et Bibliothecarm recensentur inter officiales S. Sedis et inscribuntur secundae categoriae (= Adiutoribus studii secundae cassis); ceteri secretarii, inscribuntur primae categorie (= Scriptoribus).

51 Si forte Bibliothecarius in Athenaeo doceat, alterutrum munus non nisi ex designatione gerere potest

Art. 95. - Custodes, Janitores aliique famuli Athene- inscribuntur primae categoriae famulorum qui addicti sunt Sacrae Apostolicae Domui.

Art. 96. - Pro Professoribus. Officialibus Secretariis» Bibliothecariis, atque famulis Athenaei valet Ordinatio pensionum S. Sedis a. 1924 edita, congrua conduis referendo atque habita ratione limitis aetatis qui ad septuagesimum vitae annum extenditur.

II. De tributis.

Art. 97. - Ea tributa ab auditoribus solvenda erunt quae communi conventione inter Moderatores omnium Facultatum Romae exsistentium atque probante S. Conpegatione de Seminariis et studiorum Universitatibus, fuerint decreta, prout in Appendice II· habentur.

III. De rationibus accepti et expensi.

Art. 98. - Administratio bonorum S. Sedis ex Sumπύ Pontificis liberalitate Athenaeo tradit singulis annis eam pecuniae summam quae ad solvenda stipendia et indemnitates, ad consulendum incremento Bibliothecae. ad comparanda instrumenta scientifica, ad studia fovenda nec non ad sustinendos reliquos sumptus est necessaria.

Art. 99. - Aequa distributio pecuniae a Summi Pontificis liberalitate assignatae peragitur a Consilio rei oeconomicae praeposito pro singularum Facultatum necessitatibus et votis.

Art. 100. - Quolibet anno Consilium Facultatis rattonem accepti et expensi gestam praeterito anno, et gerendam proxime futuro a Secretario Facultatis exhibitam examinat atque» si nihil obstat, approbat Relations oeconomicas singularum Facultatum Rector Magnificus Consilio rei oeconomicae praeposito subicit ac demum una cum relatione Secretarii generalis approbationi Magni Cancellarii proponit

Dispositiones transeuntes

Art. I. - Professores qui ad docendum in Athenaeo stabiliter assumpti sunt ante inceptam applicationem Ccnst Ap. *Deus scientiarum Dominus* in suo munere confirmantur eisque omnia iura acquisita integra ma- .nnt

Art. II. 5 1.- Professores qui condiciones omnes de qtnbus in art. 21 Constitutionis Apostolicae *Deus scient'STum Dominus* impleverint, Ordinarii rite nominantur, cum omnibus effectibus iuridicis huius ipsius muneris.

5 2. - Qui vero praefatas condiciones non impleverint honorarium percipiunt quod sequitur: 500 lib. pro una hora praelectionis in hebdomada, 750 pro duabus. ICCO pro tribus; quibus, tot 100 lib. adicientur quot horae praelectionum. Haec autem honoraria non augentur muneris antiquitate.

Art. III. - Pro iis omnibus de quibus in aa. I, II, valet Ordinatio pensionum, de qua in art 96, supputatorie facta a die quo docendi munere aucti sunt in Athenaeo.

Art. IV. § 1. - Professores supra recensiti qui habent officia plena vel beneficia quae chorale servitium coUdianum requirunt, officia vel beneficia retinere permittuntur, sed eorum stipendium universitarium coarctatur iuxta normam statutam art. 90 § 2.

5 2. - Professores vero qui plura munera docendi habent non nisi unum titulo ordinario servare possunt ad normam art. 36.

5 3. - Omnes autem professores tenentur ita reliqua negotia coarctare ut muneri docendi ac scientificae activitati potissimum incumbant.

APPENDIX I

SPECIMINA DIPLOMATUM QUAE AB ATHENAEO CONFERUNTUR

PRO BACCAIjAUREATU

Pontificium Athenaeum Seminarii Romani
I" Nomine
Sanctisin.. Domini Nostri ...
feliciter regnantis

Ex decreto Facultatis ...in Pontificio Athenaeo Seminarii Romani legitime erectae, auctoritate a Sancta Sede concessa, Admodum Reverendus Vir... Dioecesis... praescriptis examinibus rite superatis,... BACCALAUREUS... renuntiatur, honoribus iuribus privilegiis augetur auctusque publico hoc diplomate declaratur.

In Urbe dib...

Rector Magnificus

Decanus

PRO PROLYTATU

Pontificium Athenaeum Seminarii Romani
In Nomine
Sanctissimi Domini Nostri ...
feliciter regnantis

Ex decreto Facultatis... in Pontificio Athenaeo Seminarii Romani legitime erectae, auctoritate a Sancta Sede concessa, Admodum Reverendus Vir... Dioecesis... praescriptis examinibus rite superatis... PROLYTA... renuntiatur, honoribus iuribus privilegiis augetur auctusque publico hoc diplomate declaratur.

In Urbe die...

Magnus Cancellarius — Rector Magnificus

Decanus — A Secretis

PRO LAUREA

Pontificium Athenaeum Seminarii Romani
In nomine
Sanctissimi Domini Nostri ...
feliciter regnantis

Ex decreto Facultatis ... in Pontificio Athenaeo Seminarii Romani legitime erectae, auctoritate a Sancta Sede concessa. Admodum Reverendus Vir... Dioecesis... praescriptis examinibus rite superatis, dissertatione quae inscripta est:... cum eruditione conscripta approbata... DOCTOR... renunciatur, honoribus iuribus privilegiis augetur auctusque publico hoc Diplomate declaratur.

In Urbe die...

Magnus Cancellarius — Rector Magnificus

Decanus — A Secretis

APPENDIX Π

TRIBUTA SOLVENDA

Pro	**INSCRIPTIONE**:		50
Pro	admissione;	Quotannis:	100
Pro	examinibus:	Baccalaureatus:	100
	»	Prolytatus:	» 200
	>	Laureae:	300
Pro	diplomate:	Baccalaureatus:	
	»	Prolytatus:	30
	>	Laureae:	50

Alumnis gradus academicos non petituris inscriptionis et admissionis tributum solvendum est.

E volumine Statutorum seperete edito.

1307

1935 .....-S. PAEN, MON. AAS 27 (1935) 62

Monitum de litteris pro casu occulto mittendis

Quamvis ipsa naturalis prudentia doceat casus occultos ad forum conscientiae pertinentes litteris clausis et reticitis partium nominibus Sacrae Panitentiariae vel Emo Cardinali Paenitentiario Maiori directe esse proponendos; non desunt tamen conscientiarum moderatores qui per litteras apertas, procuratorum (vulgo < agenti ») manu tradendas, eos exponere non vereantur.

Ad tam grave inconveniens omnino e medio tollendum Sacra Paenitentiaria omnes et singulos ad quos spectat, expressis verbis, monitos vult ne quid simile in posterum audeant; sed ut huiusmodi litteras ceterasque omnes quae pro opportunis declarationibus vel supplementaribus informationibus exhibendis postea sint addendae, directe ad Sacram ipsam Paenitentiariam vel ad Emum Cardinalem Paenitentiarum Maiorem aut per publica epistularum diribitoria (vulgo < posta >) aut, si procuratorum ope uti eis placeat, sub peculiari involucro bene clauso mittere velint

Adn. A BENTLEY in CR 10 (1935) 231; J. C in N/T 62 (1935) 411.

ANNUS 1936

1308

1936 IAN 7.-SC STUDIORUM, INSTR. PART."

Instructio circa alumnos qui munere funguntur praefecti apud seminaria regionalia itallke

Eccelienza *Reverendissima,* quesU Sacra Congregazione ha dovuto con rincrescimento rilevare come 1 glovani trattenuti quali prefetti nei Seminari Diocesan! restino *spesso,* con grave danno della loro formazlone. senza guida ed abbandonatl a se stessi. specialmente per quanto riguarda gli studi. Ne viene di conscguenza che spesse volte si presentano agli esami presso il Seminario Regionale assolutamente Impreparatl e con progammi ridottl.

Per owiare a sl grave inconveniente questa S. Congregazione crede suo stretto dovere di ricordare che gU alunni 1 quali fungono da prefetti nei Seminari Diocesanl. coi permesso di questa S. Congregazione e in via. ben s'intende. dei tutto eccezionale. sono obbligati a sostenere presso 11 Seminario Regionale gli esami regolari in *tutto uguali* per *extensione* di *programma, per serietd* di piudizio *e per valorc* di *conseguenze a quelli dati dai loro compcgnl rimasti nel Regionale stesso.*

Tale disposlzione viene ora conformata anche in ossequi agli ammonimenti contenutl nellTEncIcllca *Ad* catholici Sacerdotii *fastigium* emanata dal S. Padre il giorno dl Natale u. s. (LE 13021.

Con sensi di venerazlone mi professo di Vostra Eccellenza Revana dcv.mo per servirla —G. Card Bisletl

• PrMtkfi Cornmtaionls Eplscopilii pro Seminariis Regionalibus in Italia. Pnrt. N. 2263/35: PrM 25 (1936) 53-54.

1309

1936 IAN 16.-SC RITUUM, RESP. PART.·

Circa benedictionem gutturis in festo S. Blasti

Hodiernus Episcopus Limburgensis Sacrae Rituum Congregationi exposuit in nova editione typica Ritualis Romani in ritu benedictionis candelarum in festo S. Blasii Episcopi et Martyris exstare rubricam: " Deinde sacerdos duos cereos m modum crucis aptatos apponit sub mento gutturi singulorum. . ** dum in veteribus Ritualis Romani editionibus praescriptum erat, ut cerri ln casu essent accensi. Jam vero ex hoc alii dicunt cereos non esse accendendos propter incommoda cum tali modo benedicendi conluncta; alii e contra tenent veterem ritum ex sola omissione verbi * accensos * non esse mutatum. Quare Episcopus orator ab eadrm Sacra Congregatione benignam propositi dubii petiit solutionem.

E». Sacra Rituum Congregatio, omnibus mature perpensis. audito quoque specialis Commissionis suffragio, praeposito dubio respondendum censuit:

In nova editione typica Ritualis Romani verbum * ac- – consulto omissum esse. Atque ita rescripsit atque declaravit Contrariis non obstantibus qulbuscumquc.

Die 16 ianuarii 1936—A. Carinct, S. *R. C. Secr,* Henricui Dante. Subrt.

• Ordinario Limburçensi, Prot. N. 5/936: PrM 26 (1937) 349 Adn. F. X. HECHT in PrM 26 (1937) 350; E. J. M. In CR 14 (1938) 172; I. P. in ELIP 51 (1937) 101.

1310

1936 LAN 16.-COM. INTP.» RESP. AAS 28 (1936) 178

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

De postulatore in causis Servorum Dei

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretando, propositis in plenario coctu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I - De postulatore in causis servorum dei

D. Utrum, vi canonis 2004 § 3, in Urbe fixam habere sedem teneatur dumtaxat postulator in processibus apostolicis, an etiam postulator in processibus informativis seu ordinariis.

R. Affirmative ad primam partem; negative ?d secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 16 Ianuarii anno 1936—Æ Card. Sincero, Episcopus Praenestinus, *Praeses.* I. Bruno, *Secr.*

Adn. G BERNARDINI In Apoll. 9 (1936) 193-194; 1. C in NrT 63 (1936) 752-753; J. MOSS in CR 11 (1936) 503-504; REGATILLO n. 857.

1311

1936 IAN 18.-SC CONC. RESOL. AAS 29 (1937) 343-345

BOGOTEN.

Voti ieiunandi a clero ex consuetudine

Die 18 ianuarii 1936

Species facti. — Die 27 octobris 1849 Archiepiscopus Bogotensis, una cum clero saeculari et regulari ac Capitulo ecclesiae cathedralis civitatis Sanctae Fidei de Bogotà, grati animi causa erga B. M. Virginem ex multiplicatis beneficiis urbi collatis, duplex emisit votum, celebrandi nempe quotannis festum Immaculatae Conceptionis eo die quo R. Pontifex dogma definiret, atque ieiunium servandi in pervigilio eiusdem festi.

Die 20 novembris a. 1870, novus Archiepiscopus, in memoriam revocans praedictum votum, edictum pro·

Kulnvit in quo de novo celebrationem solemnem festi Laculatae Conceptionis iniunxit, adiungens praeterea ictum votum in eodem festo renovatum iri a se et ib omnibus ad festum concurrentibus, qui votum illud emittere voluissent De voto vero ieiunii nuUum verto Ceteri Archlepiscopi successores nihil de illo/ duplid voto dixerunt Nonnullis quidem annis magister «rtmoniarum, iussu Archlepiscopi. in Ordine divini Officii adiecit: " ieiunium pro clero archidioecesis iuxu consuetudinem ex voto », vel « ieiunium pro clero Bojotensi ».

Qua de causa cum deinde quaestio orta esset, an select clerus enunciate voto adstringeretur, hodiernus Archiepiscopus quod sequitur dubium huic Sacrae Conjregitioni Concilii solvendum proposuit: < an et quomodo adhuc vigeat votum in casu ».

Synopsis discdtatwnis. — Iure communi votum non cbbgat raUone sui nisi emittentem (can. 1310 f 1). nec quisçjim voto alieno vi voti obligari potest, nisi ipse votum pin'.er emittat; est enim votum actio personalis, quae a propria voluntate voventis fiat necesse est et in illa proxune et Immediate niti debet. Quodsi De Angelis. Praei, aris ccnonici, lib. III. tiL 34. n. 2. putavit votum ab aliqua societate emissum vi voti obligare etiam successores in eidem societate, ln hac re sectatores non habuit et iuris textus ac doctorum doctrinas sibi habet adversantes (cir. cap. 6. de voto III. 34 ; Schmalzgrueber in h. tit,, n. 45 sq., 51 SQJ.

Quare si civitas vel communitas, velut dioecesis aut paroecia. voveat peragere tale ieiunium. vi voti non obligantur nisi qui voverunt, v. gr., qui Episcopo pro dioecesi voventi adhaeserunt cum intentione se eodem Episcopi voto obligandi, aut cum eadem intentione ratum habuerunt votum nomine fidelium dioecesanorum factum. Quoad posteros. qui eiusdem communitatis deinde facti sunt membra, nimis evidens est hos non obligari voto communitatis, tunc emisso quando necdum nati erant. Generatim ergo Eembra communitatis, quae personaliter votum non emiserunt, obligari possunt a legitima auctoritate ecclesiastica, d legis latae, quae utique ferri etiam potest ob motivum religionis. Et S. C. Rituum hac de re constanter respondit :d huiusmodi observantias per votum inductas solos tantum teneri voti obligatione qui vota emiserunt ; reliquos posse teneri ex lege ecclesiastica, quam statuere et ex causa abrogare sit penes auctoritatem ecclesiasticam. Cfr. *(ed· 3)· Rescripta authent., n.* 1444, 1621, 1371. 2019. 4122.

Quod dictum est de lege, valet de statuto. Quapropter n Capitulum cathédrale voveret ieiunium, successores in Capitulo possent manere obligati ex statuto capitulari, non ex voto quod non emiserunt, nisi in Ingressu in Capitulum votum personaliter emitterent.

Iam vero in casu nostro, omnes qui votum ieiunii a. 1£49 emiserunt et formulae voti subscripserunt, iamdiu r.ortui sunt. Hi qui post eorum mortem in dero succesXi ruat. tale votum non emiserunt. Vel ipso a. 1870/ cum facta est publica renovatio voti, solum actum est de voto solemniter celebrandi festum Immaculatae Conceptionis, de leiunio observando in pervigilio edictum Archlepiscopi suet. Nihil igitur mirum quod hodie clerus dubitet de tali obligatione ex lege dioecesana. quae debuisset esse clara et convenienter promulgata. Quod autem talis lex non f-ent promulgata videtur evinci ex ipsa ignorantia Episcoporum sibi succedentium, ex ignorantia populi, ex ipso djblo et difficultate facta ex parte plurium de dero.

Ubi illud etiam opportunum est adnotare, quod iure Codicem praecedente nullus quidem iuris communis ct universalis textus allegari poterat, quo Episcopis aut Condliis particularis esset ablata potestas in suis territoriis ieiunla aut abstinentias praecipiendi (cfr. Benedictum XIV, Dc *Synodo dloec.,* lib. XIII. cap. 4. n. 6. 7; cap. 5, n. 8): at passim dictores tradebant iamdiu Episcopos illo iure uti non solere, et solummodo urgere observationes ieiuniorum. quae iure communi essent praescripta. Unde saltem consequens erat, ut si quando illa potestate iamdiu non usitata uti vellent, deberent id facere claris expresslsque verbis per legem convenienti modo promulgatam.

Quae lex clara et praecisa indubitabili modo promulgata a praesenti Archiepiscopo et a suo dero ignoratur, et certe Inter documenta allegata non reperitur. Si allegatur quod ln Ordine divini officii adliciebatur aliquando: " ieiunium pro clero Bogotensi ;** ex hoc nihil inferri potest, cum non dicantur anni. In quibus illa adiectio facta fuit quae fca cessavit : nam dum viverent qui votum emiserunt, profecto hi erant obligati ex voto. At. iure Codicis. Ordinarii locorum etiam pro suo territorio non possunt instituere aliquam diem abstinentiae aut ieiunii: solum possunt aliquem peculiarem diem abstinentiae aut ieiunii in sua dioecesi per modum *actus* indicere ob *peculiarem causam* (can. 1244). Quapropter in prae^ntl. quoad actualem clerum ri quae ^et obligatin. ea ex lege dloee proveniret· et nunc, ad normam can. 1244. talis obliBatlo ieiunii non amplius existit.

Rfrolutio. — In plenariis comitiis huius Sacrae Congregationis habitis die 18 ianuarii 1936 ad prop^ntwn dubium An et *quomodo adhuc vioeat votum* m *casu;* Erhi Patres respondere censuerunt: *Ex deductis non constare de obligatione voti.*

Facta autem postridie Ssmo Dno Nostro Pio Pp. XI per subscriptum huius Sacrae Congregationis Secretarium relatione. Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata esL—l. Bruno, Secr.

Adn. E. PERGH in NrT 63 (1936) 100; I. L ln PrM 27 (1938) 133; IP 17 (1937) 271.

1312

1936 IAN 20.-SC S. OFF., DECR. AAS 2« (1936) 71

Declaratur praedamnatum opusculum, cui titulus: M **PIETRE MILIARI NELLA STORIA DEL CRISTIANESIMO AUCTORE ERNESTO BUONAIUTI**

Feria IV, die 15 Ianuarii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito Dominorum Consultorum voto, ipso iure damnatum, vi canonis 1399 C. I. C., declararunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opusculum, cui titulus: *Pietre miliari nella storia dei Cristianesimo* ab Ernesto Buonaiuti. excommunicato vitando, nuper editum.

Et sequentia Feria V, die 16 eiusdem mensis anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI. in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam sibi Entorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 20 Ianuarii 1936.—I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. J. MOSS In CR 11 (1936) 251-252; ME 48 (1936) 97-98.

1313

1936 FEB 4.-SC RITUUM. INDULT. PART.·

Facultas **CONCEDENDI SORORIBUS VASA SACRA TANGERE SACRASQUE SUPELLECTILES PURIFICARE**

Preces - *Beatissime Pater,* Episcopus Aquisgranensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae procumbens, facultatem implorat qua Sorores suae Dioeceseos Sacrario pro tempore addictae vasa sacra tangere sacrasque supellectiles purificare possint

Rescr.—Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, preces remisit prudenti arbitrio Eximi Ordinarii Aquisgranensis, qui nomine et auctoritate S. Sedis, ad proximum quinquennium indulgeat, ut in respectivis domibus Sorores Sacrario pro tempore addictae possint ad proprium officium explendum, vasa sacra tangere sacrasque supellectlles purificare. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 4. Februarii 1936.—A. Carinci, S. *R. C. Secr.* Henricus Dante, *Subst.*

• Ordinario Aquixgranensl, Prof. N 049/936: AKKR 1>7 (1937) 211.

1314

1936 FEB ll.-SC CONC., DECR. AAS *28* (1936) 167-163

Decretum: De pus fidelium peregrinationibus **AD CELEBRIORA SANCTUARIA MODERANDIS**

Inter publicas communesque pietatis Christianae m catholica Ecclesia significationes, inde a remotissimis temporibus peculiarem locum sibi iure vindicant piae ad celebriora Sanctuaria. Deo. beatae Mariae Virgini

vel Sanctis dicata, peregrinationes, ut quae ad poenitentiam agendam, ad fidem profitendam eandemque firmandam, ad gratiarum actionem pro acceptis divinitus beneficiis reddendam plurimum conferant

NΠ mirum proinde si, auctis hac nostra aetate itinerum facilitate atque commodis, et ipsae piae peregrinationes evaserint frequentiores opera praesertim et sollertia plurium coetuum, qui fere omnibus in Nationibus ad eas promovendas et moderandas constituti sunL

Nec quempiam latet quas memoravimus itinerum facilitatem et commoditates illud insimul effecisse, ut etiam itinera multiplicarentur, quae alium in finem, recreandi scilicet animos, vel visendi urbes, vel studia et artes colendi, aliaque id genus unice vel praecipue susciperentur.

Quae quidem rerum temporumque conditio ipsis piis ad Sanctuaria peregrinationibus nonnulla profecto incommoda parere potest, nisi vis moderatrix ecclesiasticae Auctoritatis, ad quam religionis ac pietatis christionae actus moderari unice spectat, opportunam, it, quantum res fert, communem ubique Inducat disciplinam.

Quapropter haec S. Congregatio Concilii, probante Ssmo D. N. Pio Pp. XI, locorum Ordinariis mandat ut in memoratis piis peregrinationibus parandis et peragendis serventur normae quae sequuntur:

1. Hae piae peregrinationes characterem vere religiosum semper praescierant, habeantur et peragantur uti actus ad pietatem Christianam pertinentes, atque ab itineribus ob merum solatii finem susceptis probe distinguantur. Quidquid igitur praefato huic fini pio ac religioso minus congruit, omnino arceatur, eaque omnia vitentur, quibus coniici possit has peregrinationes, religionis quidem specie, re autem vera solatii vel oblectamenti causa praecipue fuisse susceptas.

2. Ius pias peregrinationes promovendi, easque moderandi ad legitlnam Auctoritatem ecclesiasticam
1® unice spectat Nulli igitur coetus, ne/ iis quidem exceptis» qui ab Institutis religiosis vel ab eorum sodalibus excitentur, constitui possunt, qui non sint ab eadem Auctoritate vel promoti, vel saltem approbati; omnesque ea ratione, eoque ordine ac tempore agant quae sint statuta, praesertim si plures coetus eundem finem prosequantur.

3. Eiusdem Auctoritatis ecclesiasticae cura erit ut quaevis pia peregrinatio paretur et ducatur sub moderatione delectorum virorum; nec desit unquam vir ecclesiasticus qui munere fungatur moderatoris spiritualia

4. In pretiis statuendus, ab his moderatoribus ea ratio servetur ut piae peregrinationes fidelibus quoque tenuioris condicionis patere possint. Nihil igitur ultra a piis peregrinantibus petatur, quam rei exigat prudens administratio, cuiuscumque lucri specie omnino remota.

5. Qui de cle/o sive saeculari sive religioso sunt in iis quae spectant harum peregrinationum apparatum technicum qui dicitur, ne se immisceant, cum ea dignitatem ecclesiasticam minus deceant. Committendum igitur erit hoc munus viris laicis, probis et peritis, a quibus id omnino exigatur ut, advigilante Auctoritate ecclesiastica, in iisdem instruendis nihil sit quod earum fini religioso dissentiat, quin imo omnia pietati Christianae congruant, eandemque foveant

Datum Romae, die 11 februarii anno 1936.—I. Card. Serafini, Prae/. I. Bruno, *Secr.*

Aàn. P F.ARBIER! in Apoll. 9 (1936) 190-192; IP 16 (1936) 109.

1315

1936 FEB U.-SC PF., INSTR. AAS 2« (1936) 208-209

Instructio pho religiosis mulierum **ixsTrruns.** ad 7UEXDAM PUERORUM MATRUMQUE VITAM IN LOCIS MISSIONUM

Constans ac sedula huic S. Congregationi consuetudo fuit rationem apostolatus ad diversas temporum locorumque necessitates componendi. In praesentia autem complures missionum Ordinarii documenta S. Sedi ultro attulere de necessitate aptiora adhibendi praesidia in matrum ct infantium salutem, In quibusdam enim Africae regionibus nonnullae tribus in dies decrescunt et ad extinctionem adducentur, nisi efficacbribus curis matrum et infantium vitae subveniatur. Alibi vero, neglectis elementaribus valetudinis servandae praeceptis, tngentissimo numero pueri vel prima vitae diebus decedunt. Earum regionum civilis potestas et acatholicae quoque sectae studiose ad rem animo mentesque intendunt; atque nonnulli Gubernatores Sorores in nosocomia non admittunt nisi probationis testimonio seu diplomate curandi infirmos praeditas.

Iam nunc privatis consiliis exorta sunt hic atque illic varia pro servandis matribus et pueris sodalicia, quae oportet in certam disciplinam et ordinem quamprimum instruere.

Haec igitur Sacra Congregatio huic urgentiori missionum necessitati, qua par est consideratione prospiciens. obtenta a Summo Pontifice Pio Div. Prov. Pp. XI debita facultate consiliisque conlatis cum S. Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposita, has quae sequuntur normas ac instructiones edendas opportunum censuit

Optandum sane est ut nova instituantur Sororum Sodalicia, quae iuvandis matribus et infantibus periclinantibus, servatis servandis» sese devoveant. Haec auspicata Instituta ad normam iuris communis efformanda sunt. Praeterea huic S. Congregationi gratum acceptumque erit si in Institutis Religiosis iam exsistentibus coetus Sororum formentur quae ad praedictum finem contendant Si res postulaverit constitutionibus Institutorum ab hoc S. Consilio dependentium opportunae normae adiicientur.

Ea tamen quae supra disposita sunt» hisce quae sequuntur. condicionibus subsunt:

a) Necesse non est ut *omnes* Religiosae mulieres ipsaemet operam omni curationum generi praestent Eae poterunt laicas indigenas, in/firmorum ministras, xs sibi subiectas habere, documentis probatae peritiae munitas. coniunctas vero cum Instituto Religioso societate vitae et animorum.

b) Nulla Soror obligari poterit a Superioribus ad ministerium obstetriciae artis; sed tantum illae Sorores quae libero studio hoc peculiare missionalis caritatis munus a Superioribus acceptare vellint

c) Nova ista munera tum adaequatam postulant medicae artis cognitionem, tum specialem animae disciplinam. Necesse est ergo ut Sorores vel de re medica vel de ministerio infirmis praestando publicas litteras probationis obtinuerint; sed in primis ut ipsae peculiaribus praesidiis custodiantur determinanda sunt ln ministerio curationum sentire debent sanctam inesse caritatis exercitationem et meritum, quum, dolores corporum lenientes, ad gratiam Redemptionis iter animis aperiant. Illud S. Francisci Salesii meminisse iuvat, caritatem scilicet esse vigilem castitatis custodem.

d) Necesse sane est ut Sorores, ad litteras probationis obtinendas, valetudinaria et universitates catholicas adeant, et, si ea desint, nosocomia a magistris catholicis recta. Si tamen valetudinaria et universitates catholicas adire nequeant. Sorores, impetrata licentia ab hac S. Congregatione, etiam laicalla valetudinaria frequentare poterunt Candidatae, binae saltem, nosocomia frequentent, et, quatenus opus sit modestis laicalibus Indutae vestibus; in religiosis vero domibus degant ubi quotidie eis praesto sint solacia et spiritualia praesidia.

c) In novis vero Institutis, quae ex professo operam dabunt matrum et infantium curandae saluti candidatae universitatis studia compleant ante perpetuorum professionem. In Institutis iam exsistentibus huius normae consideratio habeatur et, quantum constituti> nes permittant, norma servetur.

Quod attinet ad exercitium medicinae et chirurgiae a missionariis explendum, huiusmodi exercitium praescriptis can. 139 C. I. C. definitur, atque induitis quae Sacra Congregatio concedere solet.

Datum Romae, cx Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 11 februarii 1936.—P. Card. Fumasoni Biondi, Prae/. C. Costantini. Archiep. tit Theodosien., Secr.

Adn. V. BARTOCCETTI in Apoll. 9 (1936) 359-36V, J. CREUSEN In PrM 25 (1936) 47-53 et in NrT 63 (1936) 580-59S: J MOSS in CR 11 (1935) 331-332; IP 16 (1936) 317.

1316

1936 FEB 13.-SC S. OFFICII. RESP. PART.

Dubium circa sepulturam personae catholicae in COEMETERIO ACATHOLICO

Suprema S. Congregatio Sancti Officii respondit circa quaestionem sepulturae personae catholicae in coeoeterio acatholico prolatam a Revmo Ordinario Olomuccnsi litteris de die 21 Martii 1936, Num. 1711/35, uti »equitur:

c Ia Congregatione Generali Feriae IV, diei 13 Februarii 1936. Eminentissimi ac Reverendissimi Patres, perpenso dubio ab Excellentia Tua Rev.ma proposito, «titan nempe liceat sepelire in coemeterio acatholico rilu catholico et per ministrum catholicum personam catholicam quae id ex pietate erga acatholicos parentes, propinquos aut amicos petat, aut ex alio fine hou$to, decreverunt: Tumulationem catholici in coemeterio acatholico non esse permittendam, multo minus cum adsistentia ministri catholici et ritibus sepulturae ecclesiasticae.

Mens est autem huius Supremae S. Congregationis ut rite fideles doceantur circa doctrinam et disciplinam Ecclesiae in hac re ».

• **Ordinario Oiomucensi. Prot. N. 1711/35: AKKR 116 (1936) 07.**

1317

W36 FEB 15.-SC CONC. RESOL. AAS 29 (1937) 272-275

DIOECESIS C.

Iurispatronatus capituli in praebendas canonicales

Die IS februarii 1936

Facti species. — Anno 1703 in civitate C. erectum fuit Capitulum collegiale, cuius dotationem pluribus cWationibus cives ipsi constituerunt, qui solliciti ne erectio Collegiatae in discrimen aliquando vocaretur, nxspatronatus in beneficia ab ipsis dotata et activum et passivum sibi constituerunt, hoc praecaventes ut, extinctis patronis eorumque agnatis vel heredibus, ius activum devolveretur ad Capitulum, passivum vero ad originarios vel cives eiusdem civitatis./

Ineunto autem saeculo decimo octavo, eadem Collocata a S. Sede ‹ praevia collegialitatis suppressione et extinctione ad cathedralis ecclesiae gradum " fuit erecta.

Hac tamen non obstante innovatione. Capitulum cathedra!e ius activum usque in praesens exercuit sailed quoad sex praebendas canonicales. Ex quo factum «t ut ex quatuordecim quibus Capitulum nunc constat canonicis, cum quatuor sint dignitates quoad collationem S. Sedi reservatae, duo, theologus et poeniteatiarras» obnoxii legi concursus, unus sit iurispatronatus cuiusdam nobilis familiae. Episcopus liberam non habeat collationem nisi unius canonicatus. Exinde quaeὼo de qua agitur, num huiusmodi iuspatronatus et activum et passivum adhuc sustineatur, in casu.

A.oudtthsiones. — Ex pluribus deducitur nec iuspatronatus activum nec passivum ad Capitulum pertinere, ex ι» tempore Coliegiata ad cathedraicm ecclesiam evecta

Et Ln primis, potius quam ex lege fundationis, ex iure ccmmuni ante Codicem vigente repetendum est ius Capituli neminandt memoratos canonicos. Sane ex ipsa historia fundationis praebendarum canonicalium de quibus agitur, patet hoc unum, vel saltem praecipuum fuisse fundatorum coosdium in iis constituendis ut conferrentur originariis stu civibus eiusdem civitatis. Quod onus nulli profecto imponi poterat nisi lis quorum ius erat nominatio. At ius nominandi canonicos ecclesiae collegiatae ex iure communi ante Codicem vigente pertinebat ad ipsum Capitulum collegiatum. Iu Wemz. *Ius decretalium,* torn. Π. n. 784 tradit: • In Capitulis ecclesiarum collegUtarum cx iure communi ics eligendi scu praesentandi dignitates seu canonicos spectat ad ipsum Capitulum : ius *vero* confirmandi seu instituendi pertinet ad Episcopum, nisi hic ex specialibus titulis perfectiora iura sibi indicare possu Nec nuter Leurc-MiS, *Forum benefletale,* CenceilB Capt/ tslis, pag 243: Riganti, m CanceJ Apos.., reg. 4. part 1 rêg. 9. par 1 et 2; Garcia. *De bcncf.. part v.* cap. 4. n. 53 seq.; Lottcrius, *De benef.,* tom. II, q. 21. n. 135, ctc.

Quapropter non ex lege fundationis, sed ex iure communi canonici ius repetebant nominandi ad memoratas praebendas canonicales. Cum autem ius illud commune per Codicem mutatum sit. nunc standum est canoni 403» ut manifeste fert canon 6. Porro illi iuris mutationi pluries ipsi canonici sese accommodarunt, cum v. g. nullam difficultatem moverint ex eo quod dignitatum collatio fuerit reservata S. Sedi cx canone 1435, vel cum duae praebendae aa quas, uti ad ceteras, ipsi/ nominabant, erectae fuerint 274
in thcologalem et poemUntiariam. ct obnoxiae legi concursus.

Praeterea iam ante Codicem, evecta Coliegiata ad cathedralem ecclesiam, ius illud canonicorum fere evanuit, cum ex communi observantia ante Codicem, exceptis praebendis S. Sedi reservatis, ceterorum canonicatuum collatio pertineret ad simultaneam collationem Episcopi ct Capituli, In casu autem illud est animadvertendum quod ante novae ecclesiae cathedralis erectionem decernendam. Pontifex expressis verbis suppressit et exlinxit qualitatem collegial!latis. " praevia collegialitatis suppressione et extinctione Quae verba denotare videntur personam moralem ecclesiasticam Collegiatae Summum Pontificem abolevisse, et novam erexisse personam moralem ecclesiasticam, seu cathedralis, scilicet novum ordinem, novam institutionem, novum ius constituit.

Abolita autem seu legitime cxtincta persona morali Collegiatae. eius quoque iura ct privilegia abolita et extincta censenda sunt, quia deesset eorum sublectum ct fundamentum iuxta tritam iuris regulam: - Privilegium personale personam sequitur et extinguitur cum fila ". Et canon 1501 statuit: " Extincta persona morali ecclesiastica, eius bona fiunt personae moralis ecclesiasticae immediate superioris Et revera Summus Pontifex in casu statuit ut bona Collegiatae ad noviter erectam cathedralem ecclesiam transirent.

Ad rem Wemz. *Ius Decretalium,* vol. Π. n. 276 tradit: *. Suppressio est totalis extinctio officii ecclesiastici. Per illam officium ecclesiasticum simpliciter desinit in rerum natura, suamque amittit personalitatem iuridlcam; consequenter ipsius bona et ius in reditus bénéficiâtes carent sublecto et fundamento atque aliis officiis ecclesiasticis vel causis piis sunt applicanda Et in subsequent! numero 281 ita prosequitur: " Suppresso officio, omnia iura collatorum, electorum, patronorum quoad collationem, electionem, praesentationem vel Institutionem illius officii cessant, et penitus extinguuntur; deest enim obiectum in quod illa iura exerceri possent. Iura officii in suppressione ita perfecte extinguuntur. ut nequaquam Ipso facto reviviscant. sive forte postea idem specie officium restauretur, sive denuo erigatur, sed iura officii restaurati nituntur aut concessionibus iuiis communis cum erectione novi ofncu restaurati, aut plane nova et rpeciali concessione Haec autem quae auctor ad singula officia vel beneficia ecclesiastica applicat, ad plura simul officia ecclesiastica quae Collegiatam constituunt, extendenda videntur, tum quia eadem est ratio, tum quia et Coliegiata et singula cius beneficia sunt personae morales ecclesiasticae.

Idipsum confirmat Pallottini, Collectio, vol. II. verb. lus-*patrona/tu3,* IU. n. 15, qui. pluribus recensitis huius S. 275
Congregationis decisionibus, scribit; w Si Summus Pcntifcx sedes episcopales extinxerit. etiam Capitulorum privilegia, iura omnia et nominatim patronatus una cum dioeccslt os extincta censentur, nec reviviscere possunt. Idcirco, quum post extlnctlonem Summus Pontifex lus nominandi haud do novo tribuerit, illud extlnclum perstat, et Episcopus gaudet iurc liberae collationis

Tandem saltem analogice est ad rem praescriptum canonis 1470. quo, inter alia, statuitur " ius patronatus extinguitur si. consentiente patrone, ecclesia vel beneficium uniatur alii liberae collaticnic. aut ecclesia fiat electiva vel regularis ". Qurpropter Iuxta huius S. Congregationi? praxim numquam permittitur unio beneficii iurispatronatus alii beneficio liberae collationis, nisi patronus mri suo antea renuntiaverit.

Neque ex adverso adduci potest consuetudo centenaria in huiusmodi iure patronatu sive activo sive passivo exercendo, quae fuerit inducta post erectam cathedralem ecclesiam. cum obstet iuris principium: " Quod ab initio vitiosum est. non potest tractu temporis convalescere ct quia consuetudo hac de re expresse in cancne 403 reprobatur.

Resolutio. — In plenariis autem Comitiis, die 15 februarii 1936 habitis, ad proposita dubia: 1) An tus *Capituli cathedralis civitatis C. nominandi sex canonicos sustineatur in casu;* 2) An *iidem canonici nonn ex indigenis* seu civibus rei *originariis eiusdem* civitatis *eligendi sint in casu;* Emi Patres responderunt: *Negative od utrumque.*

Quam resolutionem, in Audientia diei 24 eiusdem mensis, referente subscripto S. Congregationis Secretario. Ssmus Dominus Noster P.us Pp._ XI approbare et confirmare dignatus est—L Bruno. Secr.

Adn. E. BERGH In NrT 63 (1936) 884-335; IP 17 (Î93T) 176.

1318

1936 FEB 22.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

CONGREGATIONI MISSIONIS CONCEDITUR FACULTAS ADDENDI Di MISSA CONVERSIONIS S. PAULI ORATIONEM PRO GRATIARUM ACTIONE IN MEMORIAM INΓΓΠ EIUSDEM CONGREGATIONIS

Rcvjnus Dominus losephus Scognamillo, Procurator Generalis Congregationis Missionis, ad pedes Suae Sanctitatis provolutus exposuit S. Vincentium a Paulo die 25 ianuarii anno 1617 a virtuosissima Domina Gondi rogatum habuisse agricolis loci Folleville sermonem de confessione generali, atque Deum illa occasione tales effudisse gratias ut omnes agricolae, perbene dispositi generalem confessionem fecerint Ex miris effectibus Illius sermonis mota, praefata Domina Gondi. una cum viro suo. de consensu Exc.mi Archiepiscopi Pansiensis, statuit fundare Congregationem pro agricolarum evangellzatione mediantibus Missionibus. Hinc S. Vincentius a Paulo numquam immemor tanti beneficii a Deo obtenti illa die in qua initium veluti habuit Congregatio Missionis, suis filiis praecepit ut, eodem die in posterum recurrente, immortales Deo agerent gratias. Et sodales Congregationis Missionis, numquam Immemores praecepti fundatoris, enixis precibus Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam » humiliter rogaverunt ut benigne dignaretur concedere facultatem qua. Sacerdotes e Congregatione Missionis, ln Missa conversionis S. Pauli, cuius festum occurrit praefata die 25 ianuarii. addere valeant orationem pro gratiarum actione.

Et S. Congregatio Rituum, attentis expositis peculiaribus adiunctis. vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa xi. benigne annuit pro gratia iuxta preces. Rubricis servatis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 22 februarii 1936.—C. Card. LACaExn, *Praef.* A. Carinci. *Secr.*

• **EL 50 (1936) 324. Adru PrM 26 (1937) 85.**

1319

1936 MAR 3.-SC RITUUM. RESP. PART.·

BRUNEN.

19 cius successor, a omni'potentis Dei et eius Genetricis glorio-ae Virginis Mariae laudem et gloriam, Apostolicis sub plumbo Litteris, die decima septima octobris mensis, anno millesimo undequingentesimo datis, canonice instituit In quibus Apostolicis Litteris Capellanias istas conferendi, quoties illas, etiam apud Sedem ApostoHcam. vacare contigerit. Presbyteris Cardinalibus Sancti Marci ct Sanctae Praxedis Tituli pro tempore existentibus, et. si illi ambo a Romana Curia absentes fuerint. Presbytero Cardinali Tituli Sanctae Caeciliae, qui pro tempore fuerit, plenum ius concessit. Ita res uijuc adhuc sese habuerunt. Nunc vero, quum dilectus Filius Noster Raphael Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Rossi, qui Sanctae Praxedis Titulum nunc obtinet, suum Nobis votum porrexerit, ut in posterum illarum Capellaniarum collatio ad Iuris Canonici normam fiat; quum insuper hodierni earumdem Capellaniarum Capellani preces Nobis obtulerint ut. attentis potissimum praesentis temporis adiunctis ct Capellanlarum reddituum imminutione, eorum onera quoque in posterum imminuantur, simulque honores ct privilegia, quibus ip hucusque fruiti sunt, n Nobis confirmentur, et ceteris in Apostolicis quas supra memoravimus Litteris decretis derogetur. Nos, collatis cum dilecto Filio Nostro Eugenio S. R. E Presbytero Cardinale Pacelli. Pctrianae Basilicae Archipresbytero. consiliis, qui Nobis retulit quod praefatae Raphaëlis Caroll Cardinalis Rossl sententiae, venerabilis quoque libentissime accessit Frater Noster Elias S. R. E. Presbyter Cardinalis Dalla Costa. Tituli S. Marci. Archiepiscopus Florentinum. et vacante in praesentiarum Sanctae Caeciliae Titulo. omnibus mature perpensis, certa scientia, ac suppleti?. quatenus opus «It, quorum intersit, vel eorum qui sw» intrrerie praetumat consensu, de Apostolicae pnU^tatls plenitudine, praesentium vi. perpetuumque in nvxlum. quibusdam in praefatis Litteris Alexandri Papae Sexti. Praedecessoris Nnstri. dispositionibus deroiantri haec quae uequuntur decernimus atque statuimus· h Caoellnninrum ln Vaticana Basilica, quae Innoce-«tion.ie nuncupantur, collatio et canonica institutio hinc deinceps fiat ad tramitem et normam iuris communis; 11° Ex quatuor Capellanis vicenas quisqu- Missas quotannis celebrabit ad animarum expiationem tum Pontificis Capellaniarum Fundatoris eiusque progenitorum, tum praefatorum Cardinalium Tituli S. Praxedis. S. Marci et S. Caeciliae; 111° Singuli Capellani. singulis diebus festis de praecepto per annum. Misais et Vesperis, quae in Choro praefatae Basilicae per illius Canonicos et alios Beneficiatos et Clericos al'a voce, in cantu celebrantur, intéressé debent; item ad Matutinum Pontificale in festo S. Petri, Principis Apostolorum, in obsequium sanctae sollemnitatis; nec non 2. in festo Natalis D. N. I. C. ad Matutinum, primam Missam, Laudes et tertiam Missam; ad Matutinum Tenebrarum. Missam et Vesperas feria quinta, sexta et sabbato sancto maioris hebdomadae, atque ad Missam solemnem in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum et in die anniversaria Innocenti! Papae Octavi depositionis, quae vicesima sexta iulii *mezu* die. Capellanorum Collegii cura, omnibus Canonicis, Bénéficiâtes et Clericis intervenientibus, quotannis celebranda est; IV° Insuper singuli Capellani intéressé debent Processionibus, quae in Basilica fieri $olea prima quaque cuiusvis mensis dominica, in Litaniis Maioribus in festo S. Marci, in feriis quinta ac sexta maioris hebdomadae et in die sollemni Paschae ante vesperas, in Corporis Domini sollemnitate eiusque die octava, nec non in quavis processione cuncto clero romano indicta; V° Capellani, qui aut supra memorato Missarum celebrationis oneri sibi imposito satisfacere neglexerint, aut praefatis Missis Cantatis, Matutinis, Vesperis et Processionibus non interfuerint, nisi legitima causa, quemadmodum ceteri chorales, excusentur, mulctari et punctari debent; venerabili autem Fratri Roberto Viccntini. Patriarchae Antiocheno Latinorum et Vaticanae Basilicae Cardenalis Archipresbyteri Vicario. per praesentes easdem Litteras committimus ut peculiari decreto cuiusvis illegitimae absentiae mulclam seu punctaturam ipse statuat, negligentibus omnino solvendam; NT0 Indulgemus insuper ut quilibe: Capellanus a choro quotannis abesse queat quindecim tantum dies, sive continuos sive intermissos, excepti tamen diebus Natividatis D. N. I. CM tribus ultimis maioris hebdomadae diebus, necnon Paschatis et Corporis Domini et SS. Petri et Pauli sollemnitatibus; VII° Capellaniarum autem bona omnia et redditus, quorum capita seu tituli apud Capitulum asservantur, ab eodem Capitulo deinceps administrentur; VIIIe Confirmamus denique quod per Apostolicas, quas supm diximus. Litteras Alexandri Papae Sexti sancitum es!, videlicet quod ipsi quatuor Capellani omnibus ct singulis privilegiis, libertatibus, induitis, concessionibus gratiis et immunitatibus, quibus alii Bénéficiât! ßation suorum beneficiorum, quae in eadem Basilica pro tempore obtinent, utuntur, potiuntur et gaudent, absqu·· tamen eorum praeiudiclo. uti, potiri et gaudere libere ct licite uossint et debeant, subiicianturque et subsint ratione dictarum Capellaniarum iurisdictioni Vicarii dictae Basilicae pro tempore exsistentis in spiritualibus Generalis, quemadmodum Bénéficiât! praedicti ratione suorum beneficiorum subiiciuntur et subsunt Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda dilectum quem supra memoravimus Filium Nostrum Patriarchalis Basilicae Vaticanae Archipresbyterum deligimus, eidemque necessarias et oportunas' 21 tribuimus facultates, etiam subdelcgandi. ad effectum de quo agitur, virum in ecclesiastica dignitate constitutum eique onus imponimus peractae exsecutionis acta ad eiusdem Basilicae archivum transmittendi, ut ibi religiose asserventur. Praesentes autem Litterae et in eis contenta quaecumquc rata ac valida esse volumus et iubemus. contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis notarii oublie! cuiusvis manu subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris haberetur si exhibitae vel ostensae forent Nemini autem hanc Paginam derogationis, constitutionis. statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ct beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo sexto, die tertiadecima mensis iunii. Pontificatus Nostri anno quintodvcimo.-Fr. TH Pros. O. P. Card. Boggiani. Car.wllanut S. R. E. loseph WilpcrL Decanus Collegii Pro-

tercet Ap<wt. Vinccntius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius* Apostolicuj.

1340

1JS IUN 17.-SC S. OFF., DECK. AAS 28 (1936) 234

DüO DAMNANTUR LIBRI A SAC. GEORGIO SEBASTIANO HUBER CONSCRIPTI

Feria IV, die *10 lunii 1936*

h generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sireti Officii Enli ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorcn prohibitorum inserendos mandarunt duos libros a Sac. Georgio Sebastian© Huber conscriptos, quibus tituli:

Vom *Chrislenlum zum Rciche Gottes,* Regensburg, 1934;

Weisheit des *Kreuzes,* Regensburg, 1935.

Et sequenti Feria V. die 11 eiusdem mensis et anni. Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, tn •dita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 17 Iunii 1936.—I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Sotarius.*

1341

1936 IUN 29,-PIUS XT, ENCYC. AAS 28 (1936) 249-263

EPISTULA ENCYCLICA

VINIRABILIBUS FRATRIBUS FOEDERATARUM AMERICAS CIVIUTUM ABCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS:

De cinematographicis spectaculis

PIUS PP. XI

Venerabiles fratres salutem et apostolicam **BENEDICTIONEM**

Vigilanti cura, ut Nostrum deposcit apostolicum ctfcium. laudabilem omnem sacrorum Antistitum toÜusque Christiani populi operam prosequimur: atque adeo summo cum animi gaudio certiores facti sumus providum illud inceptum salutiferos iam edidisse fructus, itque ad uberiores usque contendere utilitates, quod vos P.us duobus abhinc annis eo consilio instituistis pecurique modo « Legioni a decentia » efficiendum credii-stis, ut, sanctissimum veluti certamen, cinematographicae artis pravitatem compesceret

Id optatam diu Nobis affert opportunitatem, ut satius rrentem Nostram hac de re aperiamus, quae ad totius Christianae plebis mores religionemque tam arctissime pertineat At primum, quod Vobis ducibus ac magistris, et christifidelibus adiutricem vobis navitatem suam
S praestantibus. Legio ista, hoc in apostola/tus campo, tam sollerter allaboraverit, eo vehementius gratulari voblscum cupimus, quo sollicitiore animo videbamus hanc eamdem artem eiusdemque generis industriam j-oc. quasi M per magnos passus extra viam M evasisse, « prostarent omnibus, luce expressa, vitia, scelera, delicta.

Altissimi officii Nostri partes duximus, quotiescumque Nobis obversabatur occasio, non modo Episcopos eccnpellare ceterosque e clero, sed omnes etiam, quotquot sunt probi volentesque homines, ut gravissimam hujuscemodi causam intento animo considerarent

Iam scilicet in Encvclicis Litteris « Divini illius Magistri › [LE 9391, idcirco conquesti sumus quod validissima eiusmodi ad quidvis evulgandum subsidia, quae, si ad sana principia apte regantur, eruditioni ragr.operc atque educationi prodesse queant, saepe – proh dolor — provehendis vitiorum illecebris sordidisque quaestibus serviunt | Atque anno mdccccxxxiv. mense augusto, cum aliquot, coram admissos, e foederatione illa alloqueremur, cuius est in quibusvis Nationibus ephemerides scriptionesque edere, quae ad cinematographea attineant, horum spectaculorum momentum nostra hac aetate ingravescens indicavimus, eorumque gliscentem vim, cum ad virtutem, tum ad vitia suadenda; ac praeterea animadvertebamus omnino necesse esse cinematographicis scaenis ea praescripta tribuere, quae grande ingenuae artis munus regant ac moderentur, ut Christiana, quin immo humana ipsa ad naturalem legem composita, morum ratio iniuria probroque non afficiatur. lamvero ars quaelibet nobilis in id potissimum nitatur oportet, eoque suapie naturà spectet, ut debita hominem probitate virtuteque perficiat; atque adeo sit ad moralis disciplinae principia ac praecepta redacta. Exinde vero necessitate consequi monebamus, probantibus equidem lectissimis illis viris, — grata adhuc subit recordatio animum — opus esse prorsus cinematographicos ludos ad rectas normas conformari, ut ad vitae integritatem verique nominis educationem spectatores omnes excitent/

Ac recens quoque, superiore nempe mense aprili, cum grato animo nonnullos coram admisissemus, qui Romam in congressum e variis Nationibus convenerant, ut de cinematographicis scriptionibus vulgo edendis causam agerent, huius negotii momentum gravitatemque iterum proponebamus; itemque, religionis nomine non modo, sed civilis etiam in ordine morum prosperitatis, omnes cordatos homines adhortabamur, ut scriptis prelo excusis omnique ope contenderent, quo cotidie magis id genus spectacula ad sanam institutionem educationemque valerent, non vero ad animarum ruinam carumque interitum.

At tanti ponderis res est, perspectis praesertim civilis nostrorum temporum societatis condicionibus, ut opportunum Nobis videatur eam iterum per has Litteras magisque enucleate edisserere, vobis non solum. Venerabiles Fratres, sed universis etiam catholici orbis Episcopis impertientes praecepta, praesentibus necessitatibus consentanea. Siquidem pernecessarium est ac penitus urget id providere atque efficere, ut quidquod ex Dei munere progrediens actas in humanas disciplinas ac vel in ipsas technicae industria artes invexerit, ita divinae gloriae, animarum saluti et lesu Christi propagando regno reapse inserviat, ut omnes, quemadmodum Ecclesia nos precari iubet, " sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna ».

lamvero facile omnibus in comperto est cincmatographicam rem quo mirabiliora susceperit incrementa, co evenisse morum integritati, Religioni ac vel ipsi .ivilis consortionis probitati perniciosiorem.

Quamobrem ii etiam, qui in Foederatis Americac Civitatibus id genus industiae praesunt, huius rei .-ationem atque periculum in se recepisse professi sunt, non modo ad singulos quod attineret cives, sed ad universam etiam hominum communitatem. Etenim anno mdccccxxx, mense martio, sponte sollemniterque sanxerunt ac polliciti sunt — datis in id scriptis commuai consensiones subsignatis ac typis editis — se esse m posterum eorum, qui cinematographicos ludos celebraturi essent, honesta'tem tutaturos. Ac nominatim per 252
eiusmodi acta spoponderunt nullam se unquam esse imaginum seriem exhibituros, quae rectos spectatorum mores demitteret, quaeque vel naturalem humanamque legem decrectaret, vel eiusdem violationem suaderet.

Nihilo secius, quamvis haec laudabili sane consilio statuissent, ii tamen, quorum causa esset, itemque imaginum effectores, vel non posse vel prorsus nolle, ex suscepta ultro obligatione, id exsequi visi sunt Quamobrem. cum ex paene irrita illorum voluntate vit;a ac scelera in cinematographeis exhiberi pergant probus quisque plerumque prohibetur quominus, honestae oblectationis gratia, hisce spectaculis intersit.

Quibus in gravissimis rerum adiunctis, vos prae primis. Venerabiles Fratres, modis rationibusque studuistis. quibus creditum vobis gresrem ab ingruente istiusmodi discrimine lueremini; idque fecistis, cum Legionem a decentia " sacram veluti aciem institutstis» cuius opera optima quaeque proposita ac principia, ad naturalis christianaeque probitatis normas confermata, excitata tandem revirescerent Qua in re tantum abfuit ut vobis mens esset huic industriae detrimenta inferre, ut eam potius ab interitu vindicare pro vestra parte eniteremini, in quem dilabi quaevis ludicra pronum esset quae in artis dehonestamenta depntvationesquo corruissent

L·? * 4 (i

t A *Ap Sed.*. **1930. vol. XXII. p. 83.** › **Matta, XVHT. 5-7.**

Suscepta a vobis consilia chr*ist*ifidelcs. vestris demandati curis, prompto paratoque animo complexi sunt Ad decies nempe centena milia Foederatarum Americae Civitatum catholici fidem obligationemque, quam ‹ Legio a decentia » proposuerat, in se libenter recipientes, nullam se polliciti sunt cincmatographicam spectationem participaturos, quae Christianos mores Offenderet, rectaque vitae praecepta. Itaque populum apud vos sacrorumque Antistites — quod vehementi cum animi gaudio profiteri libet — tam concordes vidimus hoc tn incepto data opera provehendo, ut nunquam alias, hac recentiorc aetate, arctius inter se conjunctos eos cernere potuerimus.

Neque solummodo catholicae Ecclesiae filii, sed e Novatoribus etiam et ex Hebraeis lectissimi viri, aliique non pauci ' vestra consilia ac proposita exceperunt; vestrisque nisibus idcirco obsecundarunt ut cinematographicae scaenae ad digna ingenuae artis morumque praescripta redigerentur. In praesens autem fateri summo Nobis solacio est laudabiliter initam contentionem non mediocres iam assecutam esse exitus atque utilitates. Siquidem perlatum Nobis est cinematographicam artem, ob sedulam vigilantiam vestram communisque opinionis vim. non parum iam ad emendatiorem modum processisse. Vitiorum nempe scelerumque imagine non ita crebrius, ut antea, subicctae oculis; prava quaelibet admissa non ita licentius probata, conclama'a; neque procaci eadem ratione, falsa ducendae vitae principia mollibus concitatisque Juvenum mentibus exhibita.

Quodsi in nonnullis civium ordinibus in antecessum asseveratum est fore ut. sedula eiusdem ° Legionis " navitate huius artificii ornamenta ac decora non parum remitterent, res tamen visa est in contrariam evasisse partem.

Siquidem non parum etiam, pro viribus, allaboratum est, ut scaenicae eiusmodi actiones ad nobilissima liberalium artium praecepta conformarentur; atque adeo, ut vel vetera optimorum scriptorum, vel nova humanae mentis opera spectatorum oculis proponerentur. quae haud communi Laude eniterent.

At neque ii. qui pecuniam suam in huius industriae inceptis co locaverant, detrimenta hac de causa perpessi sunt, quemadmodum nonnulli, quin consentaneam adderent rationem, praemonuerant; haud paucis enim, qui a cincmatographicis ludis, ob inustam per eos rectis moribus miuriam. abhorruerant, cum facinora luce expressa cernere licuit, quae humanae probitati chrislianaeque virtuti non detrimentosa viderentur, iterum haec spectacula celebrare sollemne fuit

Ubi vero vos» Venerabiles Fratres, hoc voluti sacrum certamen instituistis, non defuerunt qui dicerent, susceptos hoc in genere nisus eorumque, qui exspectabantur, exitus, fluxos fore brevique tempore dilapsuros; quatenus, remissa pcdctemptim vestra vestrorunique vigilantia, harum imaginum auctoribus,' integrum esset, pro suo cuiusque arbitrio, ad pristinas iterum redire agendi rationes. Facile equidem dispicitur cur hdem non honestas, ideoque prohibitas a vobis, scaenicas actiones repetere excupiant, quae ad ignobiles cupidines instimulare queant. Si enim harum pe'liculaрum ‘enes, quae hominum gesta praeferant virtuti consentanea, summo artificio effingere multum profecto ingenii, laboris, peritiae ac vel sumptuum interdum expostulat; at facile plerumque est quosdam homines et quorumdam civium classes ad cinematographira arcessere theatra, in quibus id genus spectationes habeantur, quae libidines incendant, pravosque exsuscitent in animis latentes motus.

Quamobrem necesse est ut vigilans eademque sedula omnium opera penitus industriae huius artificibus suadeat, hanc ‹ Legionis a decentia » contentionem non idcirco initium sumpsisse, ut brevi temporis spatio excidat ac neglegatur, sed ut potius — foederatarum Amrrlcae Civitatum Epbcopis moderatoribus — honesta populi oblectatio, quovis tempore ac quibusvis rationibus habita. Pro viribus in »uto ponatur.

Corporis animique oblectamenta, in quae nostra haec artas vanas induxit formas rationesque. iis omnibus. quotquot negotiü vitaequo sollicitudinibus dLtmenntur. necessaria prorsus ••-se nemo est qui non videat; attamen nd hnminis dignitatem eodem sunto et od morum redac'a integritatem·, atque adeo eo s;»ectent ut reapse nobiles sensus commoveant atque mitent Graviter procul dubio populorum magnitudo ntque potentia periclitantur, qui per requietis tempora ludicris ‹·· dedant, quae decoris, dignitatis honestatisque principia laedant, quaeque ad admissa perpetranda, juventuti praesertim, occasionem praebeant

Quibus in ludicris, ut omnibus perspectum est cftumatographea maximi momenti sunt, cum nostra hac aetate ad universas gentes pertineant Dicere vix attinet cives ad decies centena millia bene multa huiuscemodi spectationes cotidie participare; penes quoslibet populos, sive funditus, sive leviter excultos? horum theatrorum numerum magis magisque increbrescere; cademque communem iam se relaxandi oblcctandiquc rationem impertire, locupletium non modo, sed cuivis etiam societatis ordini.

Ceterum, aliud nihil in praesens invenire queas, quod tanta efficacitate in multitudines Polleat, cum ob ipsam imaginum naturam, quae versatilis lucis motu effinguntur, tum ob ludorum facilitatem, qui vel popularibus conceduntur, tum denique ob rerum adiuncta, quae iisdem ludis comitantur.

Quae quidem efficacitas ex eo profluit, quod per vividas illas species ac formas cinematograpbica ars loquitur, quae magna cum animi delectatione nulloque negotio eorum quoque sensibus obilciuntur, qui, ut rudes sunt atque inculti, sive e rerum concretione enitendo ratiocinandoque discedere, sive ex causis carum effectus eruere, vel nolunt, vel saltem nequeunt Legere etiam ac vel aurem dare alicui dicenti, quamdam postulat intentionem mentisque nisum; quod quidem cinematograohica visio, per subséquentes con'inua'n ordine oculisque subiectas imagines, summo cum gaudio removet Atque efficientia eadem per cinematogrаpher illa adaugetur, in quibus spectationes cum congruentibus vocibus copulantur; ita enim facinora luce expressa expeditius intelleguntur, et scaenica actio, magna utique cum fascinatione, musicis concentibus coniungitur.

Per choreas vero ac per Interfectas illas ex arbitrio scaenas, quas « varietates » vocant, perturbati animi motus cupidinesque gliscunt citatioreque gradu increscunt

Quapropter haec theatra veluti rerum scholae sur.l quae, magis quam meraca ratiocinatio, plerosque homines ad virtutem aeque ac ad pravitatem instimulare possunt Oportet igitur salutaribus provehendis Christianae conscientiae propositis eadem inserviant, atqu^ adeo res omnes ab se detrahant, quae integros corrumpant depraventque mores.

In comperto cuique est quantopere improbae id genus scaenae in spectatorum animos influant; ut cupidinum enim libidinumque laudes efferunt ita vitiorum occasionem praebent; iu'venes e recto itinere transversos agunt; ducendae vitae rationem fucafa luc.s specie proponunt; capessendae perfectionis consilia infuscant atque debilitant; castum denique amorem matrimonii sanctitatem atque intimas domestici convi?·tus necessitudines restinguunt Publicatas praeterea falsasque opiniones cum singulis hominibus, tum civium classibus, nationibus variisque gentibus ingenerare queunt

At contra, eiusmodi ludi si ad optimas normas conformentur. vim possunt in spectatores elicere sane saluberrimam. Non tantummodo siquidem delectant, sed etiam ad nobilissima quaeque erigunt atque excitant: valde utilia praecepta impertiunt: itemque suae cuiusque ccterorumque patriae egregie gesta pulchritudinesque demonstrare possunt: virtutem veritatemque grato speciosoque more ostendere; in Civitatis ordinibus, in Nationibus, variisque stirpibus mutuae cognitionis voluntatisque studia gignerc vel saltem promovere; iustitiae quoque causam amplecti; ad virtutem advocare omnes; ac denique ad novam magisque aequam humanae societatis ordinationem temperationemque adiutricem operam ennferre.

Quae animadversiones Nostrae magis profecto cx eo sumunt gravitatis, quod cinematoghaphica ars non singulis civibus sed hominum stipationibus quodammodo loquitur; idque per temporum, rerum locorumque condiciones, quae, ut ad pravum, ita ad optimum conflandum animorum ardorem perquam apta videntur: quod quidem ardoris studium in communem illam c prorsus insanam concitationem evadere potest, quam experiendo novimus.

Imaginum nempe series volubili luce spectatoribus proponuntur, qui in subobscuris theatris assidunt, et quorum mentis facultas spiritualesque vires plerumque languent. Atque id genus theatra longe quaerere non est opus; eadem enim domibus, sacris aedibus ac popularibus litterarum ludis ita contigua sunt, ut vim

;ir habeant in communem omnium vitam maximam rxwnumque momentum.

Ci5us praeterea rerumque vicissitudines, quae per e etana tographea effinguntur. ab hominibus sustincn- mulieribusque, dotibus naturâ datis ct artificio auctis, omnique ope tam instructis atque exornatis, ut interdum ad corruptelarum blandimenta adulescentes peculiari modo pellicere possint Huc accessere musici coccentus. sumptuosa loca, res procaciter obicctae ocu- li omnisque novitatis varietatisque deliramenta. Qua pnecrtim ex causa horum ludorum fascinatio puero- ıβη iuvenumque animos afficit ac tenet; ita quidem ct hac ipsa aetate, qua honestatis sensus innascitur atque ir.fomatur. qua iustitiae probitatisque principia e mentibus evolvuntur. qua denique officiorum notiones trergunt et optima perfectionis proposita vitam at- tr^unt atque pervadunt, cinematographies ars vim «an exerceat summamaue efficacitatem.

At. proh dolor, hujuscemodi efficientia, praesentibus fa rerum adiunctis, nimio saepius in detrimentum ver- ttur. Quamobrem dum tantam recogitamus iuvenum Koinatim ac puerorum ruinam, quorum integritas ac astitas hisce in theatris nericlitatur, acerrima illa tn lecuiorum corruptores Nobis succurrit lesu Christi sen- tais: « Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola isiaaria in collo eius et demergatur in profundum naris».J

Pernecesse igitur est. nostris hisce temporibus, ad- velare omnique ope allaborare ut id genus spectacula xn illecebrarum scholae evadant, sed ut potius ad rectem hominum educationem et ad elatiorem morum dÿnitatem summopere conferant.

Hcic vero animadvertere operae pretium est — quod Xos libentissime facimus — nonnullos ex iis, qui Ci- vitatis gubernacula moderantur, idcirco sollicitudine percoti, quod magnam in hominum mores huius artis impulsionem cernerent, per Probos viros ex patribus pnesertim matribusque familias selectos, peculiares . hstituisse coetus, quibus sit res quae hac in causa edantur, inspicere, recognoscere ac dirigere. Ac novi- 3 rus etiam/ eos saepenumero eamdem artem ad suo- ren cuiusque Nationis optimorum auctorum poëtarum- scripta hisce imaginibus referenda convertere con- tesdisse.

lamvero, si maxime opportunum est vos, Venerabi- le Fratres, vigiles curas cogitationesque in cinemato- traphicam Nationis vestrae industriam conferre, quae iam magna susceperit incrementa, quaeque non medio- cri pul.su in ceteras quoque gentes influxerit, at omni- catholici orbis Episcopis officio est, in communi ^c, cademque potentissima. oblectationis institutionis- W forma collatis inter se viribus evigilare. Atque ex uiuria ipsa quae probitatis religionisque conscientiae, itemque Christianae doctrinae praeceptis inferatur, cau- λώ sumere, cur pravos istiusmodi ludos prohibeatis, oihil reliqui facientes, ut omnia pro facultate arceatis, q-ae decori honestatisque sensus in populo laedere at- que restinguere enitantur.

Quod quidem officium non modo Episcopos, sed cmribet catholicos etiam omnesque cordatos homines tenet, quibus et domestici convictus, et patriae cuius- que suae, et totius humanae consortionis honos atque ntejtritas cordi sit.

In praesens vero, quaenam vigilantiae cura habente Mt, inquiramus atque explanemus.

Causa dc cinematographicis pelliculis, quas vocant, efficiendis. ad probos mores quod attinet, funditus om- axo feliciterque componeretur, si facultas esset ima- gines proferre, quae ad Christiana fuissent principia conformatae.

Quamobrem numquam eos dilaudare desistemus, qui «- huic arti devoverunt, vel in posterum devovebunt, hoc tamen enitentes ut haec scaenica spectacula ad «aram hominum educationem et ad Christiana propo- rita reapse spectent. Id vero non leviter, sed techni- corum more accuratisquc rationibus faciant, ne ineas- Him vires sumptusque effundant

At quoniam Nobis perspectum est quot quantaeque wurrant in re praesertim oeconomica, difficultates. Quominus haec incepta ordinatim componantur: ac 51 quandoquidem penitus ne'cessarium est res omnes hoc in genere edendas ita moderari, ut morum civilisque ratio detrimenta eaedem non pariant. Idcirco sacri Pastores oportet ad imagines omnes curam convertant, quae undecumque Christianae plebi proferantur.

Universos igitur catholici orbis Episcopos, quorum in Nationibus cinematographicae peniculae effingun- tur. ac vos potissimum, Venerabiles Fratres, vehemen- ter adhortamur, ut christifideles illos paterno animo compellatis, qui huius artis industriam quoquo modo participent. Graviter iidem animadvertant et sua ipso- rum officia, et eam. qua ut Ecclesiae filii tenentur, obligationem, pro viribus nempe enitendi ut imagines, quas vel ipsimet edant vel edendas adiuvent, saluber- rimis principiis sint rectisque normis consentanea»?. Haud pauci sane ex catholicis viris numerantur qui exsecutorum, moderatorum, auctorum, actorumve hac in re partes agant; attamen dolendum est non semper eorum operam cum eorum fide eorumque propositis consentire. Quapropter Episcoporum erit eosdem com- monere ut sua cuiusque actio proborum hominum con- scientiae ac lesu Christi sectatorum officio omnino re- spondeat.

Hoc etiam in apostolatus campo, quemadmodum in ceteris omnibus, sacrorum Antistites eos procul dubio optimos experientur laboris socios, qui in Actionis Ca- tholicae agminibus militant; quos Nos contineri non possumus quin per has Litteras iterum atque iterum excitemus ut. hanc etiam in causam, sedulam conferant atque indefatigabilem navitatem suam.

Opportunum equidem est ut identidem sacri Pa- stores huius artis effectorum in memoriam redigant, si- bimetipsis — quemadmodum de ceteris rebus, quae ad ministerium suum pertineant — ita de qualibet etiam honestae oblectationis forma curam esse: cum divino mandato teneantur concrediti sibi populi mores, vel relaxationis tempore, regere atque moderari. Postulat enim sacrum, quo funguntur, munus, ut palam aperto- que moneant dehonestamenta ludorum virtutis nervis in ipsis Nationibus elidere. Quamobrem. quod hoc in genere expetunt» non/ ad catholicos dumtaxat respicit, 2G0 sed ad quosvis etiam horum theatrorum spectatores.

At vobis peculiari modo fas est. Venerabiles Fra- tres. id ab cinematographicae artis auctoribus conten- dere, quod iidem, ut diximus, in Foederatis Americac Civitatibus, ex suscepta ultro obligatione, polliciti sunt, huius rei rationem atque periculum, ad humanam so- cietatem quod attinet, in se recipientes.

Omnes vero, quotquot ubique terrarum episcopali dignitate aucti sunt, summopere curent, ut iis veluti ante oculos ponant, qui huic industriae dant operam, rem tam pollentem iamque in communem usum invec- tam perutiliter posse ad elatiorem morum perfectio- nem cum singulos, tum universam hominum consortio- nem convertere atque dirigere.

Ecquid enim de malis vitandis solummodo causa agatur? Et cur cinematographea inanes tantum otii ho- ras conterant? At eadem possunt ac debent mirifica ef- ficacitate sua spectatorum animos collustrare, ac reapse ad virtutes omnes compePerc.

In praesens vero, argumenti huius gravitate per- specta. opportunum ducimus peculiares aliquas animad- versiones edere, huic rei consentaneas. Irnprimlsque singuli curent animarum Pastores, ut — quemadmodum Foederatarum Amcricae Civitatum catholici — chri- stifideles sibi crediti quotannis spondeant se numquam cinematographica spectacula participaturos, quae veri- tatem offendant chrisLanaequc doctrinae instituta. Quae quidem pollicitatio dandaque fides in sacris prae- sertim aedibus et in litterariis ludis haberi poterit: at- que in hanc rem Episcopi adiutricem advocent nctuo- samque operam, cum patrum matrumque familias, qui peculiari hac in causa obstringuntur officio, tum ca- tholicorum etiam scriptorum, quibus erit mifus veluti sacrae contentionis momentum diligenter utiliterque explanare.

Ut autem sollemnis eiusmodi sponsio feliciter effec- ta detur, omnino necesse est, ut nopulo penitus in comperto sit auaenam imagines libere omnibus >d spectandum Pateant, quasnam vero certis dumtaxat positis cautionibus videre liceat, ac denique quaenam perniciosae sint, vel reapse pravae. Quod profecto Id exposcit, ut peculiaria ordine conficiantur typbque edantur rationaria seu elenchi, in quibus quam saepis- sime cinematographicae pelliculae distribute, ut dixi- mus.. ita proponantur, ut omnium in notitiam venire possint

In votis equidem est. unum tantummodo pro uni- versis terrarum orbis partibus harum rerum rationa-

rium statuere, quandoquidem omnes eadem in genere morum lege tenentur.

Attamen, cum de scaenicis actionibus agatur, quae ad quaslibet pertinent societatis classes, ad ineruditos nempe doctrinaque excultos, ad populares aeque *zc* ad primores civitatis, eadem procul dubio ubique gentium haberi sententia non potest Dissimilia etenim sunL pro variis regionibus, rerum adiuncta vitaeque rationes; quapropter unum ubique omnibus elenchum impertiri non consentaneum est At vero, si in quavis Natione distincto, ut diximus, ordine, rationarium exhibeatur, generalis iam, quae requiritur, habeatur norma.

Quam ad rem prorsus necessarium est Episcopos stabile pro tota Natione inspectionis Officium constituere, cuius sit honestas imaginum series promovere, ceteras autem indicato more generatim distribuere, ac denique editum abs se iudicium sacerdotibus et christifidelibus significare. Quod quidem Officium Centralibus. ut aiunt. Catholicae Actionis Consiliis peropportune demandari poterit, quae, ut omnes norunt, a sacrorum Antistitibus pendent Utcumque hoc pro certo habeatur, hanc scilicet inspectionis operam, ut valida in rectamque formam redacta eveniat, unam pro unaquaque Natione efficiendam esse, ab unoque regimine moderandam.

Attamen, si satis graves causae id reapse postulare videbuntur, sacris Pastoribus, in sua cuiusque Dioecesi, integrum erit per suos ad hoc delectos dioecesanos coetus severiore ea sententia uti, quam peculiaris deposcat illius regionis indoles; cinematographicas videlicet pelliculas vetando, quas generale rationarium idcirco permiserit, quod normas tradere teneatur, quae ad universam Nationem respiciant/

262 Hoc praeterea Officium theatra id genus, quae vel penes paroeciales aedes, vel in catholicarum sodalitatum domibus habeantur, ita ordinando curet, ut eadem probatis solummodo imaginibus fruantur. Per idoneam enim horum theatrorum disciplinam ordinationemque, quae in facilem saepenumero huius industriae effectorum clientelam transeant, id etiam vindicari poterit, ut nimirum effectores iidem res Proferant, quae propositis nostris omnino respondeant, quaeque non modo scaenicis hisce catholicorum spectationibus, sed ceteris etiam inservire queant

Haud ignoramus equidem Officii huius constitutionem non mediocres a christifidelibus postulare labores, postulare sumptus. Nihilo secius magnum huius causae momentum, itemque necessitas cum christianae plebis integritatem, tum totius Nationis honestatem tutandi, id impensae atque operae satis superque requirunt Siquidem ob detrimentosum illud pravae cinematografjhicae artis ulcus, et scholarum nostrarum, et Catho icae Actionis sodalitatum, et sacri ipsius ministerii vis atque efficacia imminuitur atque periclitatur.

Animadvertendum vero est in Officium idem oportere prorsus ut viri coeant qui tam sint huius rei industriaeque periti, quam christianae doctrinae praeceptis penitus conformati. Ac praeterea sacerdos ab Episcopis delectus eosdem dirigat ac moderetur.

Mutua etiam necessitudinum notitiarumque commercia. quae inter eiusmodi Nationum Officia peropportune habeantur, hanc inspectionis operam efficientiorrm procul dubio magisque concordem reddent; quamquam dissimiles rerum, locorumque condiciones hac In causa diligenter reputandae sunt. Ita enim, omnium catholicorum scriptorum ope. miram sentiendi, .udicandi. agendique unitatem assequi fas erit

Officia eadem non modo ex experimentis inceptorumque eventibus, in Foederatis Americae Civitatibus habitis, utilitatem opportune percipient, sed ex laboribus etiam, quos in cinemntog^aphicae artis campo ca-
263 tholici ceterarum regionum homines susceperint./

Quodsi huius Officii sodales — quamvis optimis consiliis propositisque praestent — pro sua tamen hominum infirmitate, e recto interdum itinere deflexerint. videant sacrorum Antistites, pro sua ipsorum pa gtorali prudentia, ut, efficaciore quo poterit modo. 11lapsk erroribus medeantur: utque debitam Officii auctoritatem ec nomen pro viribus tutentur, vel aliquem eidem attribuendo socium ampliore virtute enitentem, vel in locum eorum, qui ad gravissima haec obeunda munera non omnino apti visi fuerint, alios sufficiendo lectissimos viros.

Si igitur catholici orbis Episcopi id in se receperint. Ut ad impertitas normas de cincmatnjjruphlcis spectaculis vigilem curam agant — quod Nos. quibus pastorale eorum studium omnino perspectum est, fort non dubitamus — perutilem profecto Iidem operar, conferre poterunt ad optimos tuendos, relaxationis oblectationisque tempore, sui populi mores. Omnium pro certo cordatorum hominum, catholicorum non modo, sed eorum etiam qui nostram non profitentur fidem, laudes adipiscentur et adiutricem navitatem; idque pro sua cuiusque parte efficient, ut maxima hujuscemodi vis, quae ad universas Nationes pertinet — dnematographica nempe ars — ad nobilissima quaeqw provehenda proposita et ad rectioris vitae ratione; commendandas convertatur.

Interea vero, ut haec omina ac vota, quae paterno ex animo fundimus, virtutem sumant, divinae gratiae auxilium imploramus; cuius sit auspex Apostolica Benedictio, quam vobis. Venerabiles Fratres, cunetoque clero ac populo, unicuique vestrum demandato, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xnx mensis iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri et Paub, anno mdccccxxxvi, Pontificatus Nostri quinto decimo,— PIUS PP. XI.

Adn. A. BROHÉE In NrT 63 (1936) 961-977; J. E. COFFEY ά PrM 26 (1937) 65-74.

1342

1936 IUL 4.-SC CONO, RESOL. AAS 29 (1937) 474-476

DIOECESIS V...

Iuris funerandi alienigenas. *Die 4 iulii 1936*

In quadam civitate dioecesis V ... duae extant paroeciae, altera S. C..... altera vero S. L...., in cuius finibus situm est coemeterium, utrique paroeciae commune. Non longe autem ab ecclesia paroeciali S. C... est statio viae ferreae, ex quo factum est ut ab aliquot annis nonnulla cadavera defuntorum, in memoratam urbem delata, quique inibi nec domicilium nec quaii domicilium unquam foverunt, nec legitimam elegerunt sepulturam, a parocho S. C.... funera receperint

Quod aegre ferens parochus S. L..... occasione funerum cuiusdam viri, quae mense aprili 1930 parochus S. C.... persolvit, penes Curiam dioecesanam, die 20 maii 1930, querelas movit, innixus praescripto can> nis 1230 § 7 Codicis L C. Et Curia V..., exhibitis -b utraque parte deductionibus et documentis, die 8 novembris 1935 decretum tulit: < che si stia fic et irm*pliciter* al diritto comune, come dal canone 1230 § 7 Codicis I. C., nel senso che viene negata l'esistenza di ogni consuetudine od altro statuto diocesano ».

Contra hoc decretum parochus S. C.... die 2 decembris 1935 ad hanc S. Congregationem recurrit contendens sibi favere in casu consuetudinem quam sarciam tectamque vult memoratus canon 1230 § 7. cum ab anno 1881 ad annum 1930 triginta tria funera, non contradicente parocho S. L...., ab ipsomet fuissent peracta defuntorum qui in sua paroecia domicilium vel quasi domicilium nunquam habuerunt. Affirmat e contra parochus S. L.... ab anno 1887 ad annum 1916 funera quadraginta duorum defunctorum, etsi alio commorantium. seipsum persolvisse, instans proinde ut decernatur servari in posterum ius commune, ad normam citati canonis.

Animadversioxes. — Ex actis et allegatis certo colligitur annis praeteritis ab utroque parocho iunera defunctorum de quibus agitur indiscriminatim facta fuisse, quin de suis iunbus tuendis uterque nimium sollicitus fuerit. Quod aperte declarat ipse patronus parochi S. C. / lamvero. his 15 attentis, facile patet perperam a parocho S. C invocari consuetudinem, qua Iuri communi per Codicem inducto derogare in casu fas esset. Iure enim quo utimur, ut acres et diuturnae controversiae circa ius funerandi et percipiendi emolumenta praecaverentur. Codex firmiores et magis definitas regulas edixit in re funeraria. Praecipue id apparti in praescripto canonis 1230 § 7, quando scilicet iura proprii parochi defuncti qui in alius loci coemeterio sepeliendus transfertur, exerceri non possunt, nec ratione primi et pctioris tituli, cum defunctus ad propriam paroeciam non mittatur, nec ratione alterius tituli, electionis nempe ecclesiae funeris, neque adsit ecclesia vere funerans, cum coemeteria omnibus ecclesiis sint communia, tum legislator attendit primum ad praemlnentiam inter ecclesias loci, quae est ecclesia cathedralis. qua deficiente, ius funerandi attributum est ," ad ecclesiam paroecialem in qua coemeterium situm sit ·.

Veruntamen provisio huiusmodi est mere pratica, ad prxeavendos abusus de quibus antea, quapropter fit locus et 1U1A provisionibus, addit enim canon: " nisi aliud ferant ixi consuetudo aut dioccesana statuta Est ergo statutus ordo, adeo ut nullus fiat locus indeterminatis ecclesiis vel

Vis proinde consuetudinis in citato canone ea debet esse, quae praecise designet parochum cui ius est, idque exdusivum. defunctos de quibus agitur funerandi, ne ex tx rei incertitudinc incommoda exoriantur, quibus reaeveodis praescriptum Codicis intendit. At, cum ex antea rebus in memorata urbe cadavera defunctorum alienigcairum usque adhuc indiscriminatim funerarentur ab utroque parocho, iure infertur hanc consuetudinem nullam esse id effectum citati canonis, immo nullam in casu exlire consuetudinem, quia non determinatur praecise utri pirccho ius competat alienigenas funerandi. Res itaque erat lacerta, qued ante Codicem sustinebatur, in praesens, refcrmito iure. amplius non tenet.

Quod autem attinet ad vim ipsam consuetudinis, a parocho S. C. adductam, satis sit animadvertere: a) omittenda «se funera peracta ante Codicem promulgatum ; b) adsertom praxim non fuisse pacificam, nec generalem, multa enim cadavera inhumation! dedit parochus S. L...: c) deficere omnia elementa constitutiva legitimae consuetudinis, vn enim est tantummodo de actis contra legem unius parwhi. non communitatis cuiuscumque. A fortiori nec potest Invocari praescriptio.

Resolutio. — In Congregatione plenaria huius S. Congregationis diei 4 iulii 1936. dubio proposito: *An* α *TKursus parochi S. C. .. contra' decretum Curiae* V.. diei 8 *novembris 1935 admittendus* sit in casu; Emi Patres responderunt: *Negative, seu recursum esse Tciciendum.*

Facta autem de his relatione Ssmo Domino nostro Pio div. Prov. Pp. XI per subscriptum Secretarium bolus Sacrae Congregationis in Audientia diei 10 iulii 1936» Sanctitas Sua relatam resolutionem approbare et confirmare dignata est.—I. Bruno, *Secr.*

Adn. E. BERGH in NrT 65 (1938) 344-346.

1343

1936 IUL 10.-SC RITUUM, RESP. PART.·

De colore paramentorum in missa votiva
SUMMI ET AETERNI SA US

Revmus Dominus Episcopus Ruraemondensis in Hollaadia Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione proposuit: Quum auctores unanimes non sint in adsignando colore paramentorum pro missa votiva D. N. J. C. Summi et Aeterni Sacerdotis, quaeritur: An adhibendus sit color albus vel potius ruber.

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, respondit: Adhibendus est color albus.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 10 Julii 1936 -Henricus dante. S. *R. C.* Subst.

• Ordinjno Ruraemondensi: PrM 25 (1936) 141. Adn. H. BEIIK58ERGEN in PrM 25 (1936) 141-142.

1344

1538 IUL 13.-CT. CARD. RESP. AAS 23 (1936) 306-307

De honorificentiis et insignibus equestribus
A B. MARIA VIRGINE DE MERCEDE NUNCUPATIS

Peculiaris Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Commissio, quam Ssrhus Dominus Xojter Pius Div. Prov. Pp. XI constituit ut dijudicaret de conlatione honorificentiarum et insignium equestrium, quae fit ab Ordine Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum.

proposito dubio:

An expediat ut Sancta Sedes memoratas recognoicat honorificentias et insignia equestria (vulgo: decorazioni), *quae confert dictus Ordo;*

respondit: *Negative et ad mentem./*

Mens vero est:

I Ordo praefatus a Mercede se adbstincat a quaslibet honorificentias in futurum conferendo et insignia equestria praedicta, sive per aggregationem, sive per conlationem directam.

II. Ordinis praelaudati Constitutiones quam primum cum normis congruant vigentis Codicis Iuris Canonici. Ordo vero idem nuncupetur tantum: *« Ordo Beatae Manae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum ",* omissis omnino praedicatis: *" Coelesti, Regali. Militari » et* quibusvis aliis huiusmodi appellationibus.

III. Fidelium aggregationes Ordini de Mercede sint in posterum aggregationes, quae charactere tantum polleant mere et stricte religioso et spirituali, exclusa prorsus quavis caeremonia atque aggregatorum appellatione. quae speciem militarem sive equestrem significationem inducant; propterea ad hunc explicitum finem Ordinis praelaudati Caeremonialia aptentur.

IV. Illos autem, quibus usque nunc honorificentiae et insignia cuiusque generis ex parte dicti Ordinis conlata sunt, eadem Eminentissimorum Patrum Cardinalium Commissio, omnibus perpensis, non esse inquietandos edixit

Facta autem de his omnibus Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. Xl relatione per infrascriptura Emae Commissionis Secretarium in audientia diei xm m. Iulii. an. mcmxxxvi, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum Cardinalium sententiam in omnibus adprobare et confirmare dignata est atque etiam iussit ut eadem, quae plenum vigorem obtinet ab hac ipsa die, publici iuris fiat.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die xin mensis Iulii anno mcmxxxvi.—Albertus Serafini, *Commissionis Emorum Patrum Cardinalium a Secretis.*

Adn. J. CREYGHTON in PrM 25 (1936) 195-196.

1345

1936 IUL 14.-SC RITUUM, RESP. PART.·

Circa festorum praestantiam ob eorum maiorem solemnitatem

Quum quoad festorum praestantiam post ritum attendenda sit " maior solemnllas, scilicet sl festum celebretur cum feriatione, etiam in foro reducta vel sublata, aut cum Octava ** (novae Rubricae Breviarii tit. u num. 1), hodiernus Procurator Generalis Piae Societatis Missionum haec pro opportuna explicatione proposuit dubia:

1 - Utrum ferlatio actualis praevaleat feriationl suppressae etsi cum Octava coniunctae?

2 - Utrum festum cum feriatione reducta vel sublata solemn!us sil quam festum cum Octava. sed sine feriatione?

3 - Utrum festum feriatum cum Octava universali praevaleat festo feriato cum Octava particulari, veluti festum Omnium Sanctorum festo Demini nostri lesu Christi Regis, slcubi hic est titulus ecclesiae?

4 - An Octava communis tam universalis quam particularis aequivaleat sub ratione solemnitatis. ideoque ex sequenti charactere dignitatis personalis praestantia dimetienda sit?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito quoque specialis Commissionis suffragio, propositis dubiis respondendum censuit:

Ad primum: Negative,

Ad secundum: /Iffirmative.

Ad tertium: *Affirmative.*

Ad quartum: *Negative*, quia Octavae inter se praefcruntur eadem lege, qua festa ipsa, ad quae pertinent.

Atque Ita rescripsit atque declaravit.

Die 14 Iulii 1936.—A. Carino, S. R. C. Secr. Henncus Dante. Substitutus.

• Procuratori Generali PÎM Societati* MtMionvn, Prot. N. 24 336· PrM 26 (1937) 86-87. Adn. F. X. HECHT In PrM 26 (1937) 144-147.

1346

1936 IUL 23.-SC S. OFF,, DECR. AAS 28 (1936) 294

Damnatur publicatio periodica, cui titulus
CTERRE NOUVELLE!

Feria IV, die 3 Iulii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revifti Domini Cardinales rebus

fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD, Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendam mandarunt publicationem periodicam, quae inscribitur:

‹ *Terre Nouvelle », organe des chrétiens révolutionnaires.*

Hac occasione capta, ipsi Emi Patres monent fideles, ut caveant ab omnibus libris, publicationibus diariis, pericdicis et aliis editis scriptis insidiose propugnantibus praesertim sub paetextu amicalis cooperationis in charitatis operibus fovendis) collaborationem catholicorum cum communismi asseclis.

Et sequenti Feria V, die 9 eiusdem mensis et anni. Ssfnus D. N, D. Pius Divina Providentia Pp. XI. in solita audientia Excmo ac Revfno Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 23 Iulii 1936.—I. Venturi. Supr. S. *Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. J. G in PrM 25 (1936) 137-138.

1347

1936 AUG 15.-SC SACR. INSTR. AAS 28 (1936) 313-361

INSTRUCTIO

Servanda a tribunalibus dîoecesanis in pertractandis CAUSIS DE NULLITATE MATRIMONIORUM

DECRETUM

Provida Mater Ecclesia, ut matrimonii dignitatem tueretur, animarumque saluti consuleret, constantem adhibuit sollicitudinem sive Constitutionibus sive Instructionibus, regulas inter alia praescribens causas de matrimonii valore respicientes, ne, quod Deus coniunxit, homo separare auderet, vel ex adverso validum idem enuntiaret vinculum nullitate laborans.'

Et quidem hoc editas consilio normas Codex Iuris Canonici opportune perfecit leges statuens in genere de iudiclis et in specie de causis matrimonialibus. Verumtamen rerum usus docuit curiales iudices singulis casibus aptaturos processuales leges, praesertim generales, pluribus in difficultatibus aliquando versari Unde
314 sacra hacc Congregatio, /cui proposita est universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum, plene perpendit pericula quibus, debita in iudicibus deficiente peritia, *magnum Sacramentum* necnon et Ecclesiae ipsius decus in eiusmodi causis Pertractandis exponuntur.

Saepe enim a Christianae fidei hostibus callide ac temere Ecclesia impetitur, quasi ipsa divortio viam sternat, dum e contra hisce m causis de validitate vel minus tantum initi matrimonii agitur.

Eapropter, quo citius ct securius instruendis dirimendisque iisdem causis prospiclatur. quae frequentius quam antea, in magnis praesertim dioecesibus ac civitatibus agitantur, huic S. Congregationi nedum opportunum sed necessarium visum est quasdam exarare regular quibus dioecesani iudices veluti manuducantur ad huiusmodi magni momenti expedienda negotia.

In hisce regulis iudices ipsi et tibunalium administri praecipuos canones de processibus agentes accurate apteque dhpositos reperient, necnon brevem facilemque eorundem explanationem, ex iurisprudentia praesertim erutam atque cx Normis S. R. Rotae, quo plenius ipsis iidrm Codicis canones, quibus derogatum non est. sint perspecti, eosque expeditius singulis aptare possint matrimonialibus causis.

Attamen animadvertatur oportet eiusmodi regulas insufficientes ad propositum finem evasuras esse, nisi dioecesani iudices sacros canones apprime calleant ct forensi experientia bene sint Instructi.

1 Ante pramultfatum Codlrrm I. C. odit··® fuerunt Const Benedicti XW. Dei *mtoervHo* 3 nov. 1741 (CICF n. 318); Instr. R C C., 22 itu; IMO. pro con/rrttone promitti tn cauiii ma·frhnonmibv» (CICF n W60]. Instr rinr data S. C. S. Officii —ñdi cn-rtrtmdo procejwu timer rtn Impotentia etc. (CICF n. 9461, tn S. C. S Offlril. feria IV. dici 25 iunii 1883 (CICF n 1074 ; M InMnicUo Austriaca tCIC? n. 43011

Hinc S. Sedis mens est, et hoc Rmi locorum Ordinarii probe noscant, ut electi iuvenes. doctorali saltem in iure canonico in hac Alma Urbe laurea decorati, praesertim apud Studium S. R. Ro.ae, ad processus rite conficiendos atque ad recte iudicandum erudiantur, iustitia ac veritate ducibus.

Quamobrem Emi ac Rmi Patres Cardinales huiusS.C. de disciplina Sacramentorum, in Plenariis Comitiis die 18 Iulii 1936 in Civitate Vaticana habitis, perpensa peritorum virorum votis ceterisque ad rem facientibus maturo ac diligenti examini sublectis, sequentem Revmis locorum Ordinariis dederunt Instructionem, quam omnes dioecesani iudices tum in conficiendis processibus super matrimoniorum nullitate tum in sententiis, ex quocumque nullitatis capite ferendis, servare tenentur.

Ssfnus autem Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in Audientia diei 24 eiusdem mensis et anni habita ab infrascripto sacrae Congregationis Secretario, hanc Instructionem approbare et Apostolica Auctoritate munire dignatus est, mandavitque ut eadem in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali* ederetur, ab omnibus, ad quos spectat, rite ac religiose servanda./ 315

NORMAE

TIT. I. - De foro competenti

Art **I.-5** 1. *Causae matrimoniales inter* baplizafoi *iure proprio ef exclusivo ad iudicem ecclesiasticum spectant* (can. 1960).

Idem obtinet si una tantum pars sit baptizata.

§ 2. *Causae de effectibus matrimonii mere civilibus, si principaliter agantur, pertinent ad civilem magistratum ad normam can.* 1016; *sed* si *incidenter et accessorie, possunt etiam a iudice ecclesiastico* ex *propria potestate cognosci ac definiri* (can 1961).

§ 3. Causae matrimoniales respicientes vinculum nequeunt dirimi partium seu coniugum transactione, aut compromisso m arbitros, aut iureiurando litis decisorio. sed tantum publica auctoritate per sententiam tribunalis competentis, vel Ordinarii in casibus exceptis (cfr. cann. 1927 § 1; 1930; 1835 n. 1; 1990. et infra art 226 et seqq.); salvo praescripto sequentis articuli

In hisce causis aliorum iudicum incompetentia est absoluta.

Art 2. - 5 1. Romani Pontificis dumtaxat ius est iudicandi in quibuslibet causis, ac proinde etiam in matrimonialibus, eos qui supremum tenent populorum principatum, horumque filios ac filias, eosve quibus ius est proxime succedendi in principatum (cfr. can. 1557 § 1 n. 1).

§ 2. Causas ad hos spectantes illa S. Congregatio vel illud Tribunal aut specialis ea Commissio exclusive cognoscet, cui eas toties quoties Summus Pontifex delegaverit (cfr. can. 1962).

§ 3. Idem dicendum de aliis causis matrimonialibus, quas Romanus Pontifex ad suum advocaverit iudicium (cfr. can. 1557 § 3).

§ 4. Ad S. C. de disciplina Sacramentorum deferri *possunt quaestiones de validitate matrimonii,* quas *tamen,* si *accuratiorem disquisitionem aut investigationem exigant, ad tribunal competetis ipsa remittit* (can. 249 § 3).

Art. **3.-5** 1. In aliis causis *matrimonialibus iudex competens est iudex loci in quo matrimonium celebratum est aut in quo pars conventa vel,* si *una sit acatholica, pars catholica domicilium vel* quasi-domicilium habet (can. 1964).

§ 2. Ordinarii nomine non veniunt in hac Instructione neque Vicarius Generalis, quando agitur de ponendis actis iudicialibus (cfr. can. 1573 § 2), neque Superiores religiosi./ jil

Art 4. - Domicilium et quasi-domicilium acquiruntur et amittuntur ad normam cann. 92-95.

Art. 5. - Si causa proponenda sit coram Ordinarii quasi-domicilii, servanda est Instructio H. S. C. diei 23 Decembris 1929 (vide App. II) [LE 9371.

Art. 6. - 5 1. Uxor etsi a viro malitiose deserta, eum convenire debet vel coram Ordinario loci in quj matrimonium celebratum est, vel coram Ordinario domicilii vel quasi-domicilii viri ipsius.

$ 2. Uxor, a viro perpetuo aut ad tempus indefinitum separata legitime. 1. e. per sententiam iudicialem competentis tribunalis ecclesias tici, vel etiam civilis a S. Sede, vi concordati, recognitam, aut per Ordinarii

decretum, non sequitur domicilium viri, ideoque conveniri debet vel coram Ordinario loci in quo nuptiae citae sunt vel coram Ordinario sui domicilii vel quasiàxnküil

I lUxor catholica, etsi a viro non legitime separata, vixum acalholicum convenire potest vel coram Ordinaria proprii ac coram distincti quasi-domicilii, vel coïts Ordinario domicilii viri (Comm. Pont. 14 Iulii 19 ad can. 93 et 19G4) ILE 4391.

Art. 7. - Uxor, a viro non legitime separata, quae prexium quasi-oomicilium habeat, conveniri potest dum coram Ordinario domicilii viri, non autem quasiàodieilü eiusdem viri, nisi in casu quo hic domicilio careat

Art 8. - Lite pendente, mutatio domicilii vel quasitaicilii coniugum competentiam tribunalis, citatione tirecatam, minime tollit aut suspendit (cfr. can. 1725 ώ. 2. 5).

Art. 9. - Si exceptio proponatur contra tribunalis competentiam, hac de re ipsum tribunal videre debet (cfr. can. 1610 § 1 et artt. 27-29).

Art 10. - Si inter duo aut plura tribunalia oriatur controversia, quodnam eorum sit competens, servetur praescriptum can. 1612.

Art 11. - Quando eadem causa potest proponi coram &obos vel pluribus tribunalibus aeque competentibus. tribunali ius est causam cognoscendi, quod prius ratione reum legitime convenerit (cfr. can. 1568).

Art. 12. - Causae inter partem catholicam et pariem «atholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, in prima et in altera instantia cognosci possunt a triburalitus dîoecesanis; attamen, si ad Sanctam Sedem delatae fuerint, exclusive competunt ad S. C. S. Officii, quae tamen potest, si ita censeat et casus ferat, causam «sütîere ad Tribunal S. R. Rotae (cfr. can. 247 § 3 ct Z resp. S. C. S. Officii, 27 Ian. 1928 ad II) [LE 814]./

TIT. 11. - De trlhimnll constituendo

Art 13. - fi. Reprobata qualibet contraria consu3diae et revocato quolibet contrario privilegio ante Codicem obtento, et firmo praescripto art 2. causae de vjxulo matrimonii tribunali collegiali trium saltem indicum reservantur (cfr. can. 1576 § 1 n. 1); sententia aatem forte prolata contra huiusmodi praescriptum iit» insanabilis nullitatis laborat (cfr. can. 1892 n. 1).

f 2 In locis tamen missionum causae matrimoniales regnosci possunt iuxta speciales instructiones a competenti S. C. prolatas.

Art. 14. - § 1. *Tribunal collegiate collegialiter prot'dtre debe', et ad maiorem suffragiorum partem tmlentiai ferre.*

_i 2. *Eidem praeest officialis vel vice-officialis,* ab Episcopo constitutus ad normam can. 1573, cuius est procesrum *dirigere, et decernere quae pro iustitiae aïminisfra'ione in causa quae agitur necessaria sunt* lean. 1577). jKwm

• 3. Quamvis Episcopus possit eidem tribunali praesse. valde expedit ne id faciat, nisi speciales causae id « gant (cfr. can. 1578).

i 4. Duo alii iudices ad collegiale tribunal constituendum eligendi sunt inter iudices synodales, quos desi-*PiSre* potest, sed per turnum, etiam officialis, qui cum potestate ordinaria iudicandi absque ulla causarum rtiervalione ad normam can. 1573 § § 1-2 electus fuerit, risi Eoiscopus aliter in singulis casibus statuerit (cfr. Qi 1576 § 3; Comm. Pont., 28 Iulii 1932) ILE 1113).

Art. 15. - § 1. Constituendus est ab Eoiscopo stabiliter aut pro singulis causis matrimonialibus designandus defensor vinculi, cuius praesentia in evolutione ;rocessus semper requiritur.

f 2 Vinculi defensore non citato, acia irrita sunt, *nisi* ipse, etsi non citamus, revera interfuerit Si vero licet legitime citatus, aliquibus actibus non interfuerit acta quidem valent, verum postea ipsius examini sublidenda omnino sunt, ut ea omnia sive voce sive «criptis possit animadvertere et pro'wnere. necessarla aut opportuna iudicaverit (cfr. can. 158/).

Art 16. - § I. Promotor iustitiae intervenire deb^t cum ipse matrimonium accusat, et ubi de lege procesRali tutanda agitur. Hoc in casu ntstitiae decerniiur ab Episcopo vel a co '^,o offtrio. sive ad instantiam Ipsius promotoris iustitiae. rei defensoris vinculi, vel partium./

§ 2. Eodem modo constituitur ac defensor vinculi, (t eodem modo citari et intervenire debet (cfr. can. 1587).

Art. 17, - Cuilibet *processui intéressé oportet notarium, qui actuarii officio fungatur; adeo ut nulla habeantur acia,* si actuarii *manu non fuerint exarata,* pel *saltem ab eo subscripta* (can 1585 § 1). Quare antequam tribunal causam cognoscere incipiat, eiusdem praeses debet in actuarium assumere unum e notariis legitime constitutis ad normam can. 373, nisi Ordinarius aliquem pro peculiari causa designare censeat (cfr. can. 1585 § 2).

Art. 18. - § 1. Ad *acta tribunalis intimanda, nisi alia sit probata tribunalis consuetudo, constituantur cursores sive pro omnibus causis sive pro causa peculiari; item apparitores ad sententias ac decreta tribunalis, eo committente, exsecutioni mandanda. Eadem persona utroque officio defungi potest* (can. 1591).

§ 2. *Laid ipsi sint, nisi prudentia in aliqua causa suadeat ut ecclesiastici ad id muneris assumantur; quod vero ad eorum nominationem, suspensionem €t revocationem attinet, eaedem serventur regulae quae pro notariis canone* 373 *statutae sunt* (can. 1592).

§ 3. *Acta quae hi confecerint, publicam fidem faciunt* (can. 1593).

Art 19. - § 1. Tum iudicibus tum promotori iustitiae et defensori vinculi, tum actuario, sicut et cursori atque apparitori, ab Episcopo per decretum, de quo in actis mentio fieri debet, dari possunt substituti, sive ab initio sive decursu processus, qui eorum vices gerant, si et quando illi, qui primo loco electi fuerant impediantur.

§ 2. Curandum est ut iidem iudices causam et cognoscant et definiant: quod si iudex substitutus pariem habuerit in sententia aliqua incidentali. ipse processum absolvat.

§ 3. Tribunalis praeses et ipse potest designare actuario adiutorem, qui eum coadiuvet in actis scribendis, transumptis conficiendis, documentis inter sc conferendis.

Art 20. - Excepto Episcopo, qui per se potestatem iudiciariam exerceat, omnes qui tribunal constituunt aut eidem opem ferunt, iusiurandum de officio rite et fideliter implendo, coram Episcopo, si aga ur de officiali, pro aliis vero coram Ordinario vel coram iudice a quo electi sunt, vel coram viro ecclesiastico ab alterutro delegato, praestare debent: idque ab initio suscepti officii, si sint stabiles, aut antequam causa agi coeperit, si pro peculiari causa sint constituti, aut antequam suo munere fungi incipiant, si. causa pendente, suffecti sint ad normam art. 19 (cfr. can. 1621 § 1).

Art 21. - Attenta harum causarum gravitate necnon difficultate, tum/ quoad leges procédurales servandas, tum quoad intrinsecum causae meritum. Episcoporum est, *graviter onerata eorum conscientia,* caute et diligenter seligere sacerdotes, quorum prudentia et probitas sit omni exceptione maior, quique laurea vel saltem licentia in Iure canonico sint praediti, sin minus scientia et experientia iuridica vere polleant.

Art. 22. - § 1. *Tribunanlis collcgialis praeses debet unum de iudicibus collegii ponentem seu relatorem designare qui in coetu iudicum de causa referat ct sententiam in scriptis* latine *redigat; cl ipsi idem praeses potest alium ex iusta causa substituere* (can 1584).

5 2. Ipsemet praeses ponentis seu relatoris munere. assentiente tribunali, defungi potest

Art. 23. 5 1. Episcopus unum aut plures auditores seu actorum instructores, sive stabiliter, sive pro certa causa, constituere potest Officialis tantum pro certa causa id peragere potest, nisi Episcopus iam provident (cfr. can. 1580).

5 2. Auditores, quantum fieri potest, deligantur ex iudicibus synodalibus (cfr. can. 1581).

Art 24. - *Auditorum est testes citare* cf audire alia*que acta iudicialia instruere secundum tenorem mandati, non autem sententiam definitivam ferre* (can. 1582».

Art 25. - Auditor in *quovis litis momento* ob *officio removeri potest ab eo qui eundem elegit, iusta tamen de causa, e! citra partium praeiudicium* (can 1583).

Art 26. - Nomina iudicum. auditoris et tribunalis ministrorum debent statim partibus notificarl, ut exceptiones. si casus ferat, proponere valeant: idem servari debet si forte fiat eorundem substitutio.

Art. 27. - § 1. Exceptio incompetentiae relativae

proponenda et cognoscenda est ante litis contestationem (cfr. can. 1628 § 1). Exceptio autem incompetentiae tribunalis a partibus opponi potest in quovis statu et gradu causae (cfr. can. 1628 § 2).

§ 2. Tribunal *quovis in stadio causae se absolute incompetent agnoscens, suam incompetentiam declarare tenetur* (can 1611).

§ 3. Exceptiones suspicionis proponendae et cognoscendae sunt ante litis contestationem, nisi postea primum emerserint, aut pars iureiurando affirmet eas tunc tantum sibi innotuisse (cfr. can. 1628 § 1).

Art 28. - § *1. In casu exceptionis de incompetentia relativa, si tribunal se competens pronuntiet, eius decisio non admittit appellationem.*

§ *Z Quod si* tribunal se *incompetens declaret, pars, quae se gravatam reputat, potest intra decem dierum spatium appellationem ad superius tribunal interponere*
S20 (can. 1610 § § 2. 3)./

Art. 29. - Contra tribunalis decisionem, quae incompetentiam absolutam admittat aut reiiciat datur appellatio intra decem dies ad superius tribunal·

Art 30. - § 1. Iudices *cognoscendam ne suscipiant causam, in qua ratione consanguinitatis vel affinitatis in quolibet gradu lineae rectae et in primo et secundo gradu lineae collateralis, vel ratione tutelae vel curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis, vel lucri faciendi, aut damni vitandi, aliquid ipsorum intersit, vel in qua antea advocatum aut procuratorem egerint,*

§ 2. *ln iisdem rerum adiunctis ab officio suo abstinere debent iustitiae promotor et defensor vinculi* (can. 1613).

Art 31. -5 1. Cum iudex a parte recusatur ut suspectus, haec exceptio, si proponatur contra collegium vel maiorem delegatorum iudicum partem, definienda est a delegante; si contra unum vel alterum ex pluribus iudicibus delegatis, etsi collegii praesidem, a ceteris iudicibus delegatis et non suspectis; si contra officialem, ab Episcopo: si contra auditorem, ab eo qui illum designavit (cfr. can. 1614 5 1).

§ 2. Si *ipsemet Ordinarius sit iudex ct contra ipsum exceptio suspicionis opponatur, vel abstineat a iudicando vel quaestionem suspicionis definiendam committat iudici immediate superiori* (can. 1614 § 2), seu iudici appellationis.

§ 3. *Si exceptio suspicionis opponatur contra promotorem iustitiae, defensorem vinculi aut alios tribunalis administros, de hac exceptione videt* tribunalis *praeses* (can. 1614 | 3).

Art. 32. - Si quis iudicum vel etiam omnes iudices, qui tribunal collegiale constituunt, suspecti declarentur, personae mutari debent, non vero iudicii gradus (cfr. can. 1615 § 1).

f 2. Ordinarii *autem est* in *locum iudicum qui suspecti declarati sunt,* alios a suspicione *immunes subrogare* (can. 1615 § 2).

§ 3. *Quod* si ipsemet *Ordinarius declaratus fuerit suspectus. idem peragat iudex immediate superior* (can. 1615 $ 3). seu iudex appellationis.

Art. 33. - Exceptio suspicionis expeditissime definienda est, auditis partibus, promotore iustitiae, si intersit, et vinculi defensore, nec in ipsos suspicio cadat (cfr. can. 1616), exclusa appellatione ad normam
321 can. 1880 n. 7./

7ΓΤ. III. - De Iare accusandi matrimonium

Art. 34. - Tribunal collegiale *nullam causam matrimonialem cognoscere vel definire* potest, nisi *regularis* accusatio vel iure facta petitio praecesserit (can 1970).

Art 35. -11. Habiles ad accusandum sunt:

Ie Coniuges, nisi ipsi fuerint impedimenti causa;

2° Promotor iustitiae. in impedimentis natura sua publicis, iure proprio (Comm. Pont 17 lulii 1933 ad IV) (LE 1181) et absque praevia denuntiatione; praevia autem denuntiatione in aliis impedimentis, si iure actionem instituendi ad obtinendam declarationem nullitatis sui matrimonii denuncians careat, salvo tamen praescripto art 38 et 39.

§ 2. Reliqui omnes, etsi consanguinei, non habent ius accusandi matrimonium, sed tantum nullitatem matrimonii Ordinario vel promotori lustitiae denuntiandi (cfr. ran. 1971).

t 3 Itidem actoris partes agere nequeunt in cautis matrimonialibus ncatholicl sive baptirati sive non baptizati; si quidem autem speciales occurrant ratinne? ad eosdem admittendos, recurrendum est in singulis casibus ad S. C. S. Officii (cfr. responsionem S. C S. 0 diei 27 ianuarii 1928) (LE 814].

Art 36. - Iis in dioecesibus in quibus officia promotoris iustitiae et vinculi defensoris eadem ln persona cumulantur (cfr. can. 1588), si causa a promotore iustitiae instituatur, alia persona in vinculi defensorem deputanda erit

Art 37. - Si. Coniux inhabilis est ad accusandum matrimonium, si fuit ipse causa culpabilis sive impedimenti sive nullitatis matrimonii.

§ 2. Qui causam impedimenti honestam et licitam apposuit habilis est ad accusandum matrimonium.

§ 3. Habilis est ad accusandum matrimonium coniux qui metum aut coactionem passus est

§ 4. Qui inhabilis est ad accusandum suum matrimonium, denunciare potest eiusdem matrimonii nullitatem vel Ordinario vel promotori iustitiae tribunalis competentis (cfr. can. 1971 § 2 et Comm. Pont, 12 Martii 1929; 17 Febr. 1930 et 17 lulii 1933, ad I. II. III) (LE 888, 961, 1181].

Art 38. — § 1. Ubi agitur de denuntiatione nullitatis a coniuge vel coniugibus facta, quia alteruter vel ambo

a)positivo voluntatis actu excluserunt matrimonium ipsum, aut/ omne ius ad coniugalem actum, aut essen- 322
tialem aliquam matrimonii propietatem; vel

b)condicionem apposuere contra matrimonii substantiam,

promotor iustitiae matrimonium ne accuset, sed coniugem vel coniuges pro viribus moneat ut suae conscientiae consulant, et, si fieri possit, causam impedimenti auferant, e. g. per novum consensum rite praestandum.

§ 2. Si tamen matrimonii adserta nullitas publica evaserit et scandalum revera adsit, denuncians autem resipiscentiae signa. Ordinarii iudicio, revera dederit; itemque denunciata nullitatis causa argumentis nitatur, sive in facto sive in iure, ita certis et validis, ut probabilis omnino sit ipsius matrimonii nullitas, tunc promotori iustitiae ius et officium est denunciatum matrimonium rite accusandi.

Art 39. - Si vero matrimonii nullitas a coniuge vel a coniugibus denunciatur, qui causa culpabilis fuerint sive impedimenti sive nullitatis matrimonii, exceptis casibus de quibus in art praecedenti, promotor iustitiae accusationem ne instituat, nisi haec tria concurrant:

a)de impedimento agatur quod publicum evaserit, quodque argumentis nitatur, sive in facto sive in iure, ita certi et validis, ut de eiusdem impediment exsistentia et vi serio dubitari non possit;

b)bonum publicum, scandali nempe amotio. Ordinarii iudicio. id revera postulet;

c)fieri nequeat ut, cessato impedimento, matrimonium rite ineatur.

Art. 40. - Ordinarius, etsi nullitatis denunciatio sibi facta fuerit, accusationem numquam ipse instituat, sed rem deferat promotori iustitiae sui tribunalis, qui iuxta superius dicta procedat

Art. 41. - § 1. Denunciationes scripto exhibitae, quarum auctores personaliter interrogari nequeant, ut sufficiens causa instituendi processus, in peculiaribus tantum rerum adiunctis. Ordinarii iudicio, haberi possunt; praehabitis tamen opportunis aptisque investigationibus.

§ 2. Nulla ratio habenda est tum denunciationum anonymarum, nisi positivas et graves facti probationes indicent, tum denunciationum non anonymarum, quando ius accusandi coniugibus competit, neque de impedimentis agitur natura sua publicis (cfr. art 35 § 1, n. 2)

§ 3. Si quae denunciatio ab aliis facta probationes contineat, ex quibus matrimonii nullitas probabilis appareat, Ordinarii vel promotoris iustitiae erit investigare. interrogatis caute et secreto denunciatoribus, utrum locus sit accusationi ex *officio,* ad normam art 38 et 39. an vero dispensationi ad matrimonium revalidandum.

§ 4. Promotoris iustitiae est ab accusatione recedere sl postea sibi/ constiterit, factam accusationem sustineri S3
non posse vel in iure vel in facto.

Art. 42. - Matrimonium, quod, utroque coniuge vivente, non fuerit *accusatum, post mortem alterutrius vel utriusque coniugis* ita *praesumitur validum fuisse*

it contra hanc *praesumptionem non admittatur prolatio, nui incidenter oriatur quaestio* (can. 1972).

TIT. IV. - De procuratoribus et advocatis

Art 43. - I 1. Quamvis pars per seipsam agere et respondere possit in iudicio, expedit tamen ut habeat advocatum, vel a se electum vel a praeside datum, iuxta normas quae sequuntur.

I 2. Praeses, audito iudicum collegio, potest etiam alium advocatum designare, si casus ferat, veluti in casibus negligentiae advocati a parte delecti (cfr. can. Ifôô I 2).

f 3. Si uterque coniux nullitatis declarationem petat, sufficit si alteruter advocatum constituat, nisi altera pars suum proprium constituere velit, aut praeses id opportunum duxerit

I 4. Pars conventa, quae matrimonii nullitatem oppugnet constituere potest advocatum, quamvis adsit vinculi defensor qui pro vinculo certare debet, cui ipsa pars argumenta et probationes suppeditare valet.

Art. 44. - § 1. Pars constituere quoque potest procuratorem ab advocato distinctum.

l 2. Procuratoris est, partem repraesentare, libellos aut recursos cuiuscumque generis tribunali exhibere; quae vero spectant ad defensionem semper advocato reservantur.

Art 45. - *Licet actor vel* conventus *procuratorem* «ut *advocatum constituerit, semper tamen tenetur* m itdicio insemel *adesse ad praescriptum iuris vel iudicis* (can. 1647).

Art 46. - Causa a promotore iustitiae instituta ad norman artt. 35 § 1 n. 2, 38 et 39, coniux, cui ius non est accusandi matrimonium, advocatum sibi constituere potest: sed, promotore iustitiae accusationem revocante vel a lata sententia non appellante, advocati eiusdem cfiicium cessat

Art 47. -5 1. *Unicum quisque potest eligere procuratorem, qui nequit alium sibimet substituere, nisi adressa facultas eidem facta fuerit* (can. 1656 § 1).

J 2. *Quod si, iusta causa suadente* et annuente praesi» de, plures *abfeodem deputentur, hi ita constituantur, ut detur inter ipsos locus praeventioni* (can. 1656 § 2).

i 3. *Advocati,* firmo art. 46, *plures simul constitui* queunt (can. 1656 § 3).

5 4. Procurator, nisi aliud praeses indulgeat ob peculiaria adiuncta. in ipsa civitate ubi est tribunal, vel in loco propinquo, residere debet

Art. 48. - § 1. Procurator et advocatus esse debent catholici, aetate maiores et honestate ac religionis fama praestantes: acatholicus non admittatur nisi per exceptionem et ex necessitate (cfr. can. 1657 § 1).

J 2. Advocatus sit oportet praeterea doctor saltem in ture canonico (cfr. can. 1657 § 2) et per triennium tirocinium laudabiliter exercuerit; quod valde optandum est ut fecerit apud Tribunal S. R. Rotae.

5 3. Procurator sit oportet in iure canonico saltem prolyta et per annum tirocinium, de quo in § 2. laudabiliter expleverit.

} 4. Procurator et advocatus, ut ad sua munera exercenda admittantur, indigent approbatione Ordinarii. quae aut generalis sit ad omnes causas, aut specialis pro certa causa (cfr. can. 1658 § 2). Advocati autem S. Consistorii vel in albo S. R. Rotae admissi hac approbatione non indigent, cum ius habeant patrocinium exercendi in quibuslibet dioecesanis tribunalibus, nisi Episcopus gravi de causa eos prohibuerit, quo in casu datur recursus ad S. C. de disciplina Sacramentorum

Art 49. -5 1. Procurator a praeside ne admittatur nisi prius apud tribunal deposuerit speciale mandatum ad lites scriptum» etiam in calce libelli vel citationis, mandantis subscriptione munitum, et locum, diem, mensem et annum referens, dummodo subscriptio a parocho vel a Curia recognita sit (cfr. can. 1659 § D.

5 2. Quod si mandans scribere nesciat, hoc ipsum ex scriptura constet necesse est, et parochus vel notarius Curiae vel duo testes, quorum subscriptiones sint a parocho vel a Curia recognPae. loco mandantis, mandatum subsignent (cfr. can. 1659 § 2).

5 3. *Mandatum procuratoris asservari debet in actis ccusae* (can. 1860).

5 4. *Advocatus, ut causae patrocinium suscipiat, habeat necesse est* a *parte vel a* praeside (cfr. art. 43) *commissionem ad instar mandati procuratorii, de qua* in actis *constare debet* (can. 1661).

Art. 50. - Nisi Speciale mandatum habuerit, procurator non potest renuntiare actioni, instantiae vel actis judicialibus, et generatim ea agere pro quibus ius requirit mandatum speciale (cfr. can. 1662).

Art 51. - Tum procurator tum advocatus possunt a tribunali, dato decreto, repelli, sive *ex officio* sive ad instantiam partis, iusta tamen et gravi de causa (cfr. can. 1663), salvo iure recursus ad Episcopum./

Art 52. - § L Advocati et *procuratores possunt ab eo, a quo constituti sunt, removeri, salva obligatione solvendi honoraria ipsis debita; verum ut remotio effectum sortiatur, necesse est ut ipsis intimetur,* et, si lis iam *contestata fuerit,* praeses et *adversa pars certiores facti sint de remotione* (can. 1664 § 1).

§ 2. Mandatum exspirat causa per sententiam definitivam decisa, salvo iure et officio interponendae appellationis inter decendium, nisi mandans renuat (cfr. can. 1664 § 2).

Art 53. - § 1. Episcopi est publici luris facere indicem seu *album,* in quo adnotentur advocati et procuratores apud suum tribunal admissi. In albo expressa mentio fiat de iure, quod habent ad normam art 48 § 4, patrocinium exercendi, tum advocati S. Consistorii, tum advocati a S. R. Rota approbati.

§ 2. Advocati in albo inscripti tenentur, de mandato praesidis tribunalis, gratuitum patrocinium, aut gratuitam assistentiam praebere iis quibus hoc beneficium tribunal concesserit (cfr. artt. 237-240).

Art 54. - Advocati et procuratores vetantur:

P sibi de immodico emolumento pacisci: quod si fecerint pactio nulla est et poenae imponendae erunt de quibus in can. 1665 5 2;

2° ob dona, pollicitationes aliamve causam prodere officium, sub poenis, de quibus in can. 1666;

3° renunciare mandato, lite pendente, sine iusta causa a praeside probanda.

TIT. V. - De libello causae Introductorlo

Art 55. - § 1. Uli tantum causam de nullitate matrimonii introducere possunt, qui accusandi matrimonium iure pollent ad normam regularum, quae in Titulo III traditae sunt

§ 2. Qui matrimonium accusare vult, debet libellum competenti tribunali exhibere, in quo obiectum controversiae proponatur et ministerium iudicis expostuletur ad matrimonii nullitatem declarandam (cfr. can. 1706).

Art 56. - Si actor scribere nesciat aut legitime impediatur quominus libellum exhibeat, potest oretenus suam petitionem coram tribunali proponere. Quo in casu officialis actuarium iubeat actum in scriptis redigere; scriptum vero legendum est actori et ab eo probandum signo crucis per se apposito in testimonium approbationis, de cuius signi sensu notarius testetur (cfr. can. 1707 5$ 1, 3)./

Art 57. - Libellus ita conficiendus est:

1° exprimatur tribunal coram quo causa erit introducenda, v. g. coram tribunali ordinario ecclesiastico dioecesis *N.;*

2° indicetur petitio; nempe ut matrimonium declaretur nullum, et quidem ob hoc vel illud caput ex gr. ob impotentiam, ob metum etc., vel ob plura, si plura sint nullitatis capita;

3° exponatur, generatim saltem, quo iure innititur actor ad comprobanda ea quae allegantur et asseruntur. Non est necesse. nec expedit, ut conficiatur accurata et longa argumentorum enucleatio, nam haec pertinent ad probationis et defensionis periodos; sufficit ut appareat haud temere fuisse petitionem exhibitam.

4® afferi etiam debent ea quae pertinent ad partium domicilium vel quasi-domicilium. nec non ad actualem earundem commorationem, ita ut tribunal videre possit de propria competentia;

5° libellus debet subscribi ab actore vel, si iam fuerit nominatus, ab cius procuratore, salvo praescripto art 56. appositis die. mense et anno, necnon loco in quo actor vel eius procurator habitant aut residere se dixerint actorum recipiendorum gratia (cfr. can. 1708).

Art 58. - Officialis curare debet ut constet de personae. quae matrimonium accusat identitate, iuxta Instructionem huius S. C. diei 27 Martii 1929 (vid- App. I) [LE 893].

Art 59. - Si proponatur probatio *per instrumenti* seu *documenta,* haec una cum libello tradantur, quantum fieri potest; si *per testes,* eorum nomina et domicilium indicentur (cfr. can. 1761 I 1). designatis urbe, via et numero domus, et si *per praesumptiones,* indicentur saltem ln genere facta seu indicia, unde illae eruuntur. Nihil tamen impedit quominus actor ulteriores probationes *in* iudicii cursu afferat.

Art 60. - Libello addantur mandatum procuratoris *(si non fuerit* iam traditum), commissio advocati ad instar mandati procuratorii et exemplar authenticum celebrati matrimonii integre transcriptum.

TIT. V. - De libelli admissione vel refectione

Art 61. - *Tribunal, postquam viderit et rem esse suae competentiae ct actori legitimam personam esse standi* in *iudicio. debet quantocius libellum aut admittere aut reticere, adiectis in hoc altero casu reiectionis causis* (can. 1709 5 1).

Art 62. - *Si* tribunalis collegialis *decreto libellus reiectus fuerit* ob *vitia quae emendari possunt, actor* W *novum libellum rite confectum potest/ eidem* tribunali *denuo exhibere; quod si* tribunal *emendatum libellum reieceri', novae reiectionis rationes exponere debet (can.* 1709 i 2).

Art 63. - Libello acceptato, tribunal, instante promotore iustitiae vel *ex officio,* coniugum separationem, si adhuc forte convivant, et grave scandalum. Ordinarii iudicio, adsit indicere debet

Art 64. - Si factum, quo accusatio nititur, licet undequnque verum, matrimonio tamen irritando impar omn'no foret. vel. quamvis factum matrimonium foret quidem irritaturum, assertionis vero falsitas sit ln aperto, libellus decreto tribunalis collegialis reiiciatur.

Art. 65. - § 1. Quod si impedimentum in ius adductum tale sit. ut, quomodocumque veritas rei se habeat, consensus coniugis sufficiat ad illud removendum, officialis rem deferat Ordinario qui. pro sua conscientia et pro rerum et personarum adiunctis, parocho coniugum aliive sacerdoti iniunrat, ut admonitionibus opportunis partem matrimonium impugnantem inducat ad illud, consensus renovatione, convalidandum.

? 2 Si coniux convalidationl consentiat. Ordinarius dispensationem, qua opus sit, ipse, si poterit, tribuet, vel a S. Sede obtinebit, satagens ut convalidatio peragamur remoto omni scandalo aut rumore.

Art, 66. - § 1. Adversus libelli refectionem *integrum semj>er est parti intra tempus utile decem dierum recursum interponere ad superius tribunal; a quo, auditis parte et vinculi defensore, quaestio reiectionis expeditissime definienda est* (can. 1709 5 3), exclusa appellatione ad nonnam canonis 1830 n. 7.

J 1 Si tribunal superius libellum admittat, causa remittenda est pro eius definitione ad tribunal α quo.

Art 67. - Si tribunal continuo *mense ab* exhibito libello decretum *non ediderit quo* libellum admittit vel reficit ad normam art. 61. *pars cuius interest instare potest* ut tribunal suo *munere (ungatur;* quod si nihilominus tribunal sileat, lapsis quinque diebus a *facta* instantia, poterit recursum ad Ordinarium loci, si ipse iudex non sit. vel ad superius tribunal *interponere ut vel* radices ad *definiendam* causam adigantur, vel alii ludices In eorum locum *subrogentur* (can. 1710).

TIT VII. - De offlrln Indicum rt tribunal!» ministrorum pext can^im per libelli acceptationem rite Introductam

Art. 68. - $ 1. Paesidis officium est: dirigendi processum et decernendi quae pro iustitiae administratione In causa necessaria sunt (nrt. 14 5 2); designandi 5® relatorem seu ponentem causae (art. 22): cognoscendi exceptionem suspicionis contra tribunalis administros (art. 31 |3): praecipiendi ut in nonnullis casibus defensio typis Imprimatur una cum documentis principalibus (art 179 5 2); moderandi nimiam defensionum extentionem. nisi de hoc peculiari tribunalis lege sit cautum (art 1R2>; constituendi diem et horam, quibus iudtcrs ad deliberandum de sententia proferenda conveniant (nrt. 185): ducendi moderatam discussionem ari rem habendam (art. 198 β 3). et omnes iudicio nsshteOtes. qui a reverentia et obedlentla tribunali debita gravi'er desciverint, nd officium reducendi (cfr can. 1640 I 2).

§ 2. Idem insuper potest, nisi collegium aliquid «ibi reservaverit: litis contestationem peragere. 1er· minos itntwre ad probationes afferendas atque ad defensiones exhibendas, testes inobedientes coercere et si casus ferat, mulctare, probationes admittere ante litb contestationem in casibus de quibus in canone 1737 testium indemnitatem atque impensas taxare, peritos eligere, eorum iusiurandum excipere, necnon expensu atque honoraria definire, exhibitionem documentorum imponere, designare advocatum ex *officio,* declarare litem contestatam, causam conclusam, instantiam peremptam esse aut eidem renuntiatum etc.

5 3. Praeses quoque potest, nisi adsit instructor ad normam art. 23, ea peragere quae ad causae instructionem pertinent.

Art 69. - Adversus actus praesidis vel instructoris recursus patet ad collegium, cuius est decretum vel sententiam interlocutoriam edere, audito vinculi defensore et *si* adsit, promotore iustitiae (cfr. Tit XI).

Art 70. -5 1. *Defensoris vinculi est:*

P *Examini partium, testium et peritorum adeste; exhibere iudici interrogatoria clausa et obsignata, tn actu examinis a iudice aperienda, et partibus aut testibus proponenda; novas interrogationes, ab examine emergentes, iudici suggerere;*

2° *Articulos a partibus propositos perpendere, eisque, quatenus opus sit, contradicere; documenta a partibus exhibita recognoscere;*

3® *Animadversiones contra matrimonii nullitatem ac probationes pro validitate matrimonii scribere et allegare, eaque omnia deducere, quae ad matrimonium tuendum utilia censuerit* (can. 1968).

§ 2. Defensor vinculi curet ut interrogatoria proponantur omnino recte concinnata, quaeque ad rem faciant attento nullitatis capite de quo agitur, facta eidem facultate articulos a patronis propositos reformandi. quod facere non omittat praesertim si suggestivi videantur, ita tamen ne supprimat quae necessaria et opportuna sint ad plenam rei veritatem dignoscendam ; documenta, a partibus exhibita, recognoscat, aliaque. si opus sit, ex *officio* expetat/ 33

Art 71. - § 1. *Defensori vinculi ius esto:*

P *Semper et quolibet causae momento acta processus, etsi nondum publicati, invisere; novos terminos ad scripta perficienda flagitare, prudenti* praesidis arbitrio *prorogandos;*

2° *De omnibus probationibus vel allegationibus ita certiorem fieri, ut contradicendi facultate uti possit;*

3° *Petere ut alii testes inducantur vel Udem iterum examini subiiciantur. processu etiam absoluto vel publicato, novasque animadversiones edere;*

4' *Exigere ut alia acta, quae ipse suggesserit, conficiantur, nisi tribunal unanimi suffragio dissentiat* (can. 1969).

§ 2. Quando promotor iustitiae matrimonium accusat ipse quoque proponere debet vinculi defensori articulos pro interrogatoriis deferendis partibus, testibus ac peritis. Horum articulorum necessariam rationem habere debet vinculi defensor, dempta ei facultate variandi, in conficiendis articulis seu positionibus ad normam art 70 § 1 nn. 1, 2, quae sunt dein clausa instructori tradenda.

Art 72. - Defensor vinculi potest, et. si casus ferat, id facere ne omittat, opportunas exquirere notitias praesertim a vinculi defensore illius dioecesis ubi matrimonium initum fuit itemque exquirere a parocho, cui ius assistendi matrimonio fuit authenticum exemplar investigationum ante matrimonii celebrationem peractarum, et interrogationum quas hic. ad normam iuris. nupturientibus detulit

Art 73. - Actuarii est omnia diligenter et fideliter conscribere; acta caute, ordinate et religiose colligere et servare; curare ne acta, praecipue secreto custodienda. ad extraneos deveniant; de omnibus fidem facere et omnia cum praeside subsignare; rite digestum habere librum causarum, seu *protocollum* : positiones conficere; adstare quoties iusiurandum de iure praestatur; citationes subscribere easque, denunciatas. adnotare: intéresse processus instructioni ac dismPationi: fidelitatem exemplarium cum autographo declarare: rescriota. decreta, decisiones curare, ut ad exsecutionem mandentur; partem sententiae dispositivam partibus significare: sentenVarum autographa subsignare et de earum exemplaribus fidem facere./ sx

TIT. VIII. - De citatione nn non de litis contestatione ct contumacia

Art. 74. - il. Libello vel orali petitione admissa.

beas *est vocationi* in ius scu citationi alterius pa~..i kis. 1711 § D nec non defensoris vinculi ad litem ccaîestandam: quae, instante actore, vel etiam *ex of-*
co, fieri potest

11 Quod si *partes litigantes sponte coram iudice κ rxant ad causam agendam, opus non est citatione, id actuarius significet* in actis *partes sponte sua iudi-ao* adfuisse (can. 1711 § 2).

§ 1 Citatio debet etiam actori denunciari ut. sta-tuta die et bora, ipse quoque coram iudice se sistat (dr. can. 1712 § 3).

I 4. Si reus vel actor procuratorem legitime constituerit. ad normam art. 44 § 1, citatio procuratori fieri potest; itidem et advocato, qui procuratoris defectu, eios impleat partes.

Art. 75. - Si causa instituatur agente *ex officio* proootore iustitiae, ambo coniuges citandi sunt

Art 76. - 11. Citatio *denuntietur per schedam, quae pieceptum nidicis parti conventae factum ad compa-*fndum *exprimat, id est a quo iudice, ob quam causam* isltem *verbis generalibus indicatam, quo actore, reus, wcüne et cognomine rite designatus, conveniatur; •er.on locum, et tempus, idest annum, mensem, diem* ei horam ad *comparendum praefixam perspicue indicet.*

i 2. Citatio, *sigillo tribunalis munita, subscribenda est a* praeside vel ab eius *auditore et a notario* (can. 1715).

ArL 77. - Si pars conventa rationis usu sit destituta, vel minus firmae mentis, citatio tutori vel curatori denuntianda est.

ArL 78. - § 1. Ubi tutor vel curator a civili auctori-Ute constitutus adest, hic ordinarie admittatur, nisi peculiares rationes Ordinario aliud suadeant (cfr. can 1651).

? 2. Si tutor vel curator non est a civili auctoritate constitutus, vel, etsi constitutus, ab Ordinario non fuit admissus» eiusdem Ordinarii erit eum designare.

» 3. In curatore constituendo ab Ordinario procedendum est iuris ordine servato, audita altera parte, necnon vinculi defensore.

ArL 79. - § 1. Citationis *scheda, si fieri poterit, per Csriae cursorem tradenda est ipsi convento ubicumque u invenitur.*

5 2. *Ad hoc cursor etiam fines alterius dioecesis rgredi potest, si* praeses id *expedire censuerit et ei-dem cursori mandaverit./*

§ 3. *Si cursor personam conventam non invenerit n .oco ubi commoratur, relinquere poterit citatoriam rchcdam alicui de eius familia aut famulatu, si hic* am *recipere paratus sit ac spondeat se reo convento itunpnmum schedam acceptam traditurum;* (quo in ruu optandum est ut scheda tradatur clausa) sin *minus* t:m *ad* praesidem *referat, ut transmittatur ad normam* c«n. *1719, 1720* (can_ 1717; cfr. artt 80. 83).

Art 80. - Si ob *distantiam vel aliam causam diffculter per cursorem tradi possit reo convento scheda caatoria, poterit iussu* praesidis *transmitti per tabel-':noj publicos, dummodo commendata et cum syngra-receptionis, vel alio modo qui secundum locorum '.eges ct conditiones tutissimus sit* (can. 1719).

ArL 81. - § 1. Cursor schedam traditam subsignet die et hora traditionis adnotata. et tribunali relationem scriptam faciat de persona cui traditio facta est. Curet eîiam ut schedae acceptilatio, si fieri potest, a citato subsignetur (cfr. can. 1721 §§ 1, 2).

› 2. Quod si citatus receptionem schedae recuset, eam cursor tribunali remittat, a se subsignatam, die. hora et causa recusationis adnotata (cfr. can. 1721 i 4).

Art 82. - Qui citationem recipere recuset, legitime citatus habetur (cfr. can. 1718).

Art 83. - Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoretur ubi degat pars citanda, sive reus sit rive etiam ipse actor, locus est citationi per edictum. quae fit affigendo per cursorem foreyÆjyiae schedam citationis ad modum edicti, per tempus prudenti praesidis arbitrio determinandum, et in aliqua publica ephemeride inserendo; quodsijutrumque fieri nequeat, alterutrum sufficit (cfr. can. 1720).

Art 84. - Si *scheda citatoria non referat quae* in 76 *praescribuntur aut non fuerit legitime intimata. Talius momenti sunt tum citatio tum acta procewus lean.* 1723).

Art. 85. - Cum citatio legitime peracta fuerit, res desinit esse integra, firmatur tribunalis iurisdictio et Hs pendere incipit (cfr. can. 1725 nn. 1. 2 et 5).

Art 86. - *Quaelibet citatio est peremptoria* (can. 1714). Praesidis autem arbitrio relinquitur eam iterare, praesertim si ex rationabili causa dubitandum sit utrum citatio pervenerit ad manus citati necne.

ArL 87. - *Obiectum seu materia iudicii constituitur ipsa litis contestatione, seu formali conventi contradictione petitioni actoris, facta animo litigando coram iudice* (can. 1726).

Art 88. - Contestatio fit per dubii concordationem coram praeside et/ semper discutiendum erit dubium: *an constet de matrimonii nullitate,* ob caput vel capita recensita, *in casu*

Art 89. - § 1. Reo citato et neque per se neque per legitimum procuratorem comparente, et aliam quam incompetentiae excusationem allegante, praeses de eadem admittenda vel reiicienda. audito vinculi defensore, Judicabit, et decisionem parti non comparenti denuntiabit scripto, ad normam art 79 et seqq., praefixo termino peremptorio ad comparendum, si praeses Ipse excusationem non admiserit

I 2. Si reus primo citatus siluerit aut denuntiationi praedictae non responderit intra praefixum tempus, praeses, postquam legitime constiterit citationem ad eum pervenisse, nec ullam non comparcndi legitimam causam fuisse allatam, eum, audito vinculi defensore, declarabit contumacem; et, declaratione contumaciae in actis relata, dubium statuatur, actore postulante.

§ 3. Dubium statim parti contumaci notum fiat ut quas velit possit proponere exceptiones et a contumacia se purgare.

5 4. Si reus, vel personaliter vel per epistulam, declaraverit sese remittere iustitiae tribunalis, dubii concordatio fiat eidemque significetur, ut in paragrapho praecedenti.

Art. 90. - Contumacia in quovis litis momento usque ad sententiae definitionem purgari potest Purgata autem contumacia, pars contumax, nisi velit causam in eo statu acceptare ad quem pervenerit, expensas alteri parti reficere debet

Art 91. - 5 I. Si actor, ad litem contestandam, neque per se. neque per legitimum procuratorem comparucrit, iterum, instante convento, cum comminatione contumaciae citandus est: quod si nec altera vice comparuerit, nisi reus instet pro matrimonii nullitate, causa a praeside deserta declarabitur (cfr. cann. 1849, 1850 § 1).

§ 2. Permittitur tamen iustitiae promotor! instantiam facere suam, eamque prosequi quoties publicum bonum, scandali nempe amotio, id. Episcopi iudicio. postulare videatur (cfr. 1850 § 2).

Art 92. - § 1. Dubiorum formula, vel partibus consentientibus, semper a praeside probanda est (cfr. can. 1729 § 2).

5 2. Partibus de dubiorum formula dissentientibus, collegium ***ex officio*** formulam praefiniet (cfr. can. 1729 § 3)./

TIT. IX. - De probationibus

Art 93. - *Non indigent probatione:*

1' *Facta notoria, ad normam can. 2197* nn. 2. *3;*

2° *Quae ab ipsa lege praesumuntur* (can. 1747 nn. I, 2».

Art 94. - Onus *probandi incumbit ei qui asserit* (can. 1748 S 1).

Art 95. - § 1. Probationes, quae ad moras iudicio nectendas postulari videantur, praeses ne admittat

5 2. Si probationes petantur, quae processus evolutionem nimis protrahant, ut examen testis longe dissiti, aut cuius domicilium nescitur, vel cognitio documenti quod cito haberi non potest, praesidis est, auditis partibus et vinculi defensore, perpendere utrum requisitae probationes admittendae sint: eas tamen adint:-tat, si necessariae videantur, et ceterae deficiant aut satis non sint (cfr. can 1749); quod si renuat, palet recursus ad collegium.

Caput. I - Generalia de PROBATIONIBUS

Art 96. - § 1. Antequam praeses vel instructor vel auditor — (quae quidem personae hic et in sequentibus articulis huius tituli ind'seriminatim accipiuntur) — procedat ad examen cuiuspiam in ius vocati, sive partis sive testis sive periti, exquirat ab eo iusiurandum de

r;

veritate tota et sola dicenda, tacto sacro JEvangeliorum libro, vel, si de sacerdote agatur, tacto pectore. Quod si citatus suas attestationes sub iureiurando reddere renuat, et instructor censeat eas fore utiles ad veritatem detegendam, potest easdem excipere, facta tamen in actis mentione de iurisiurandi recusatione, eiusque causa.

J 1 lusiurandum praestituros instructor, prout casus ferat, commonefaciat de iurisiurandi sanctitate, deque gravissimo delicto periurii, necnon, quatenus prudentia id saudeat, de poenis, praesertim spiritualibus. In periuros (cfr. can. 1743 § 3).

Art. 97. - Nemo ad deponendum admittatur, qui propriam identitatem legitimo documento non comprobaverit ad normam art 58, nisi aliunde instructori aut alicui ex judicibus aut defensori vinculi aut actuario de eadem identitate certo constet, quod in actis referatur.

Art 98. - § 1. Personae autem, de quibus in canone 1770 5 2, eximuntur ab obligatione examini sese sublidendi in ipsa tribunalis sede, earumque examen per-
334 ficitur ad normam citati canonis./

§ 2. Pro personis quae in aliena dioecesi commorantur. ius est partibus, ipsis personis consentientibus, petendi ut ad sedem tribunalis accedant

Art 99. - § 1. Interrogationes proponendae cuivis, sive coniugi sive testi sive perito, aliae sunt *generales, aliae particulares* seu speciales, idest circa *obiectum causae.*

5 2. Generales faciendae sunt omnes et singulae in depositionis initio, neque necessarium est easdem iterare. si quis iterum veniat ad deponendum. Eaedem ordinantur ad inquirendum de generalibus personae adiunctis, de eius origine, aetate, religione, conditione, domicilio (urbe, paroecia, via et numero domus), de necessitudine aut relationibus cum partibus in causa, praesertim an sit alterutrius consanguinea vel affinis.

5 3. Posteriores ordinantur ad eruendam veritatem circa factum unde pendere dicitur matrimonii nullitas; et varietati causarum vel impedimentorum aptandae sunt (cfr. can. 1774).

Art 100. - Sciscitandum est a testibus unde et quomodo ea quae asserunt habeant cognita (cfr. ib.): an nempe de visu aut propria experientia, an de auditu a videntibus, an de auditu auditus, an ex fama etc. et praesertim *quo definito tempore.*

Art 101. - Interrogationes, tum generales tum particulares, fiant semper ab instructore, non ab alio nec a defensore quidem vinculi. Instructor autem illas interrogationes particulares prius deferat parti aut testi aut perito, quas sibi defensor vinculi, ad normam art 70 5 1 n. 1, clausas tradiderit immediate ante examen. Iisdem et aliis, quas in examinis decursu defensor vinculi vel partes, si, annuente instructore ad normam art 128. adsint parti aut testi deferre postulaverint et ipse instructor admiserit hic potest novas adiicere *ex officio,* quoties Id necessarium aut utile putaverit ad veritatem eruendam vel accuratius exponendam (cfr. can. 1742 § 1); actuarius vero praemittat tunc in actis: *ex officio,* et addat propositam quaestionem.

Art. 102. - Interrogationes *breves sunto, non plura simul complectentes, non captiosae, non subdolae, non suggerentes responsionem, remotae a cuiusvis offensione et pertinentes ad causam ouae agitur* (can. 1775). Debent insuner esse interrogandi intelligentlae accomodatae et vulgari sermone expressae.

Art 103. **-11.** Partes, testes et periti:

a) nunquam praemoneantur de interrogationibus, quae ipsis sunt deferendae;

b' Responsiones reddant semper oretenus. neque ip-
335 ris licet ex scripto recitare (cfr. cann. 1776 5 1-1777)7

5 2, Partis, testis et periti responsio ex continenti redigenda est scripto ab actuario, non solum quod rd substantiam spectat, sed etiam, si id instructori videbitur necessarium vel opportunum, aut oartes. testes, periti id postulent, quod attinet ad editi testimonii verba (cfr. can. 1778).

Art 104 **-11.** Parti, testi et perito, absoluto Interrogatorio. debent legi responsiones, quas actuarius scripto redegerit, data Iisdem facultate addendi, supprimendi. variandi.

§ 2. Cum autem ipsi responderint se nihil amplius habere quod addant supprimant, corrigant aut mutent lusiurandum emittant de rerltate dictorum et de *secre-*

to serrando usque ad processus publicationem. Imo etiam perpetuo ad normam can. 1623 § 3: deinde depositioni immediate subscribere iubeantur, et post eos subscribant defensor vinculi, promotor iustitiae. sl adfuerit instructor et actuarius (cfr. cann. 1769, 1780).

Art. 105. - § 1. In conficiendis actis, seu in relatione scriptis redigenda de iis quae fiunt aut decernuntur in sessionibus tribunalis, lingua latina adhibeatur; citationes vero, iusiurandum a partibus, testibus et peritis praestandum, horum responsiones, necnon relationes et vota peritorum, lingua vernacula exprkni debent

§ 2. Appellatione facta ad Apostolicam Sedem, acta et documenta, quae lingua latina, italics aut gallica exarata non sint, in unam ex iis linguis authentice et fideliter vertantur, ad normam canonis 1644 § 2. Si ad versionem faciendam interpres foret adhibendus, is a tribunali, audito vinculi defensore, eligatur, eique, sicuti aliis tribunalis ministris, duplex iusiurandum erit deferendum, nempe de munere fideliter obeundo et de secreto servando.

§ 3. Una cum versione. et firmo praescripto can. 1644 § 3, acta et documenta in exemplari authentico transmittantur in fasciculum religata et cum eorum indice; originalia autem tantum si a Tribunali S. Sedis requirantur et adhibitis opportunis cautelis.

§ 4. In casu autem appellationis ad aliud tribunal superius, serventur praescripta can. 1644.

5 5. In causis in quibus pars, quae ad S. Sedem provocat, ad patrocinium gratuitum iam admissa fuerit, versio actorum fit *ex officio* a tribunali coram quo acta ipsa exarata sunt

Art 106. - § 1. Processus in sessiones dividitur: hinc interrogatio partis, excussio testis vel periti, aut quilibet actus iudicialis. qui expleri nequeat unica sessione, completur in altera.

§ 2. Si vero agatur de interrogatione partis, testis vel periti praescrioto articuli sequentis in singulis sessionibus standum est

Art 107. - § 1. Partes, testes et periti poterunt durante inquisitione,/ altera parte aut defensore vinculi id postulantibus, vel idipsum statuente tribunali *ex officio,* sed audito vinculi defensore, denuo ad examen vocari, vel circa ea. quae testati sunt vel circa nova facta vel quaestiones ex processu emergentes.

5 2. Quoties id expostuletur a partibus, tribunalis est suo decreto, audito vinculi defensore, eiusmodi postulationem reiicere vel admittere: cauto tamen, si eam admittat, ut omnis co''usionis aut corruptelae periculum absit (cfr. can. 1781).

§ 3. Cum pars vel testis vel peritus iterum interrogatur. eadem serventur, congrua congruis referendo, quae de eorum examine praescribuntur.

Art 108. - Si cui actui processuali interveniat persona linguae loci ignara, et instructor linguam huius personae propriam non intelligat, adhibeatur interpres iuratus, ab instructore designatus, oartibus et vinculi defensore auditis, ut si velint legitimam contra eum exceotionem prononere possint

Art 109. - Pro testium et peritorum citatione, ea serventur, quae de partium citatione in Tit. VHI constituta sunt.

Caput. II. - De partium depositione

Art. 110. - Lite contestata, instructor partes interroget delato ipsis iureiurando ad normam can. 1744. ab actore incipiendo, nisi gravis ratio aliud suadeat

Art. 111. - *ludici legitime interroganti partes respondere tenentur et fateri veritatem^ nisi agatur* de delicto ab *ipsis commisso* (can. 1743 § 1).

Art 112. - Si pars legitime interrogata resnondere recuset quanti facienda sit haec recusatio, iudicis est aestimare (cfr. can. 1743 § 2).

Art 113. - § 1. Pars, quae matrimonium accusaverit primo interroganda est Absoluta interrogatione, libellus parti ipsi perlegatur atque ab eadem quaeratur, utrum ln singulis nartibus eundem confirmet necne. Alter coniux similiter interrogetur; et dein eidem perlecatur actoris libellus, et interrogetur an accusationi se opponat necne.

§ 2. Si utraque pars matrimonium accusaverit aut E?r^c?n.ve»nta rÇsponderit se nihil opponere accusation instructor, etiam ex *officio,* caute inquirat de ratio-

oibus ob quas ambae in accusatione concordent aut dûq dissentiant

J 3. Itidem, quum ex coniugum responsione oriatur collusionis suspi/cio, veritas subtilius perquirenda est etiam, si opus fuerit, per testes ex *officio* inducendos.

Art. 114. - § 1. Coniux post examen invitari potest ai quaestiones, si quas adhuc habeat, proponat, super quibus alter coniux examinandus sit.

J 2. Parti, quae secundo loco interrogatur, si eius responsiones graviter discrepent a responsionibus alterius partis, instructor, ad instantiam defensoris vinculi vel etiam ex *officio,* proponat interrogationes ad diluendas difficultates et dubitationes, facta vel minus œentione coniugis contradicentis, prout casus ferat et prudentia suggerat Imo. si opus sit. vocet iterum alterum coniugem, cui discrepantiam opponat, et, si casus ferat, ambo conluges inter se *conferantur.*

Art 115. - Si actor non compareat serventur normae in art 91 praefinitae. Reo non comparente, instructoris erit, audito defensore vinculi, perpendere, utrum renovanda sit citatio, an aliis modis opportunis utendum sit. veluti interventu personae amicitia coniunctae et auctoritate gravis, quae ad comparendum eum inducat Quod si comparere renuat, collegii erit decernere utrum contumax declarandus sit, an ut frangatur eius resistentia poenis canonicis sit plectendus (cfr. can. 1849 coll, cum can. 1845).

Art 116. - Confessio extraiudicialis coniugis, quae adversus matrimonii valorem pugnet, prolata ante matrimonium contractum, vel post matrimonium, sed tempore non suspecto, orohationis adminiculum constituit a iudice recte aestimandum.

Art. 117. - Depositio iudicialis coniugum non est apta ad probationem contra valorem matrimonii constituendam.

Caput. III. - De probatione per testes

Art 118. - *Omnes possunt esse testes, nisi expresse a iure repellantur vel in totum vel ex parte* (can. 1756).

Art 119. - § 1. *Ut non idonei repelluntur a testi*wmio *ferendo impuberes et mente debiles.*

11 Ut *suspecti:*

I' *Excommunieati, periurii, infames, post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam;*

2.® Qui ita *abiectis sunt moribus ut fide digni non habeantur;*

3? *Publici gravesque partis inimici.*

5 3. *Ut incapaces:*

ℙ. Qui *partes sunt in causa, aut partium vice fun*3 *dantur, veluti tutor/ in causa pupilli, iudex eiusve asrislentes, advocatus aliinue qui partibus in eadem cauta assistunt vel astiterunt;*

2 *Sacerdotes, quod attinet ad ea omnia quae ipsis tx confessione sacramentali innotuerunt, etsi a vinculi vçillo soluti sint; imo audita a quovis et quoquo modo occasione confessionis ne ut indicium quidem veritatis recipi possunt;*

3· Coniux in *causa coniugis, consanguineus et affinis in causa consanguinei vel affinis, in quolibet gradu lineae rectae et in primo gradu collateralis, nisi cgatur de causis quae ad statum civilem aut religiosum personae svectant, culus notitia aliunde haberi nequeat, et bonum publicum exigat* ut *habeatur* (can. 1757): salvo praescripto art 122 et 137.

Art 120. - *Non idonei et suspecti audiri poterunt ex decre'o iudicis, quo id expedire declaretur; sed eorum testimonium valebit tantummodo ut indicium et probationis adminiculum, et generatim iniurati audiantur (can.* 1758).

Art. 121. - § 1. *Testes iudici legitime interroganti respondere et veritatem fateri debent,*

§ 2. *Salvo praescripto* art 119 § 3 n. 2, *ab hac obligatione eximuntur:*

1° *Parochi aliique sacerdotes quod attinet ad ea quae ipsis manifestata sunt ratione sacri ministerii extra sacramentalem confessionem; civitatum magistratus, medici, obstetrices, advocati, notarii aliique qui cd secretum officii etiam ratione praestiti consilii tenentur, quod attinet ad negotia huic secreto obnoxia; nisi* ab iis quorum interest secreti lege solvantur et deponere se posse prudenter censeant:

2® *Qui ex testificatione sua sibi vel consanguineis* rei *affinibus in quolibet gradu lineae rectae et in primo gradu lineae collateralis, infamiam, periculosas vexationes, aliave mala valde gravia obventura timent,*

§ 3. *Testes iudici legitime interroganti scienter falsum affirmantes^ aut verum occultantes puniantur ad normam can. 1743 § 3; eademque poena mulctentur omnes, qui testem vel peritum donis, pollicitationibus aut alio quovis modo inducere praesumpserint ad falsum testimonium dicendum aut ad veritatem occultandam* (can. 1755).

Art 122. - In causis matrimonialibus, *consanguinei et affines de quibus'in* art 119 § 3 η. 3, *habentur testes habiles in causis suorum propinquorum* (can. 1974).

Art 123, - 5 1. Testes induci possunt ab actore vel a reo convento vel a vinculi defensore, vel a promotore iustitiae, si causae intersit (cfr. can. 1759 §§ 1. 2). Induci vero debent ab instructore vel ab ipso collegio ex *officio,* si quocumque modo opportunum censeatur ad probationes complendas (cfr. can. 1619 § 2)./

§ 2. *Iudici ius et obligatio est nimiam multitudinem testium refrenandi* (can. 1762). Id praesertim caveatur ab instructore, dato decreto, quando inducuntur pro re, quae directe ad probationem non pertinet vel cum eadem haud necessario connexa sit: et generatim quando inducuntur ad moras nectendas vel alteri parti damnum inferendum, aut quando causa paucioribus sufficienter instructa habeatur.

Art 124. - Testes, qui sponte se exhibent ad testificandum, arbitrio instructoris admitti vel repelli possunt Sunt tamen omnino repellendi si comparere videantur ut moras causae nectant vel iustitiae et veritati quoquo modo officiant (cfr. can. 1760).

Art 125. - § 1. Quicumque probationem per testes postulant debent tribunali indicare eorum nomina, paternitatem, si opus fuerit et domicilium cum designatione urbis, viae et numeri domus, et insuper exhibere positiones seu articulos super quibus testes sunt interrogandi (cfr. can. 1761 § I).

§ 2. Positiones seu articuli, quos partes exhibuerint vinculi defensori tradantur, qui. iuxta art. 70 § 1 n. 2. de iis rationem habeat in conficiendo Interrogatorio testibus proponendo, aut saltem in actu examinis iuxta art 101.

Art 126. - § 1. Testium nomina parti, cuius interest a tribunali tempestive nota fieri debent ut ipsa exceptionem, si velit testis reprobatoriam opponere possit.

§ 2. Si haec notificatio. gravi de causa prudenti instructoris iudicio aestimanda, vel instante vinculi defensore, ante testium examen non expediat saltem ante testificationum publicationem facienda est (cfr. can. 1763).

Art. 127. –|1. *Testis rite citatus parere debet aut causam suae absentiae iudici notam facere,*

§ 2. *Testis inobediens, qui nempe sine legitima causa non comparait, aut, etsi comparait, renuit respondere vel iusiurandum praestare vel attestationi subscribere, a iudice potest congruis poenis coerceri et insuper mulctari pro rata damni quod ex eius inobedientia partibus obveniat* (can. 1766).

§ Testi, si id postulat, debetur indemnitas taxanda ad normam can. 1787 § 2.

Art 128. - Regulariter examini testium neque partas neque earum procuratores aut advocati assistere possunt. Fit tamen facultas per modum exceptionis instructori vel partes vel earum procuratores aut advocatos admittendi, si causae adiuneta pro suo prudenti arbitrio id suadere videantur./

Art 129. - Testium reponsiones iuxta articulos propositos in actis a notario, dictante instructore, sed salvo praescripto art 103 § 2, *integre et fidelissime* consignandae sunt, ita nempe ut nihil praetermittatur quod in iudicium influere possit Caveatur, igitur, tum excessive diffusa relatio, tum, praecipue, nimia brevitas, ita ut evitentur monosyllabicae responsiones.

Art 130. -5 1. Potest semper instuctor, si id exigat necessitas impediendi ne gravia oriantur dissidia, neve testes gravi alicui periculo obiiciantur, procuratores et advocatos iureiurando adstringere de secreto servando.

§ 2. Si testis suam fecerit depositionem ea lege, ne suum nomen manifestetur alterutri parti vel neutri, et instructor censuerit hanc legem esse gravi ratione innixam, illi fas est delegare duas aut tres personas, quarum causa nihil intersit, omni exceptione maiores, et parti vel partibus, quantum fieri potest, non suspec-

tas, quibus significetur testis nomen ut inquirant an ipse fidem mereatur.

ArL 131. - **JI.** Reprobatio testium fieri debet intra triduum post eorum nomina significata, nisi locorum distantia, arbitrio instructoris» longiorem terminum requirat Serius facta non admittitur, nisi pars probet aut saltem iureiurando confirmet non antea defectum sibi innotuisse (cfr. can. 1764 J *4).*

ξ 2. Nisi causa reprobationis testis sit ab ipso iure determinata, instructor parti reprobanti ad probationem afferendam brevem praefigat terminum, et deinde procedat ut in causis incidentibus ad normam Tit XI.

i 3. Quod sl reprobatio non sit statim et facile probanda, eius discussio in finem litis est reservanda: interim vero testis audiendus est (cfr. can. 1764 § 5).

S 4. Futiles aut dilatorias reprobationis petitiones illico instructor suo decreto reliciaL

Art. 132. - 5 1. Pars renunciare potest testi a se producto, salvo iure alterius partis et defensoris vinculi, ul ipse testis ad testificandum evocetur (cfr. can. 1759 f 4).

§ 2. Ex causa, quae postea supervenerit, potest etiam pars testem a se productum reprobare.

ArL 133. - Instructoris est decernere, audito vinculi defensore, an sit locus collationi testium sive inter se sive cum partibus ad normam can. 1772 § 2.

ArL 134. - Absoluto testium examine, nisi instructori aut vinculi defensori videantur alii esse testes *ex officio* vocandi aut aliae probationes exquirendae, acta
341 decreto praesidis rite publicentur (cfr. arL 175)./

ArL 135 - 5 1. Post evulgatas testificationes, testes iam auditi denuo super iisdem articulis ne interrogentur, neque novi testes admittantur, nisi caute et ex gravi ratione et in quolibet casu omni fraudis et subornationis periculo remoto, altera parte audita, et requisito voto promotoris iustitiae, si iudicio intersit, et defensoris vinculi, quae omnia iudex decreto suo definiat (cfr. can. 1786).

5 2. Verum, si ex inquisitione emerserint facta, quae partes ignorare poterant, facultas eisdem relinquitur vel testes excussos iterum ad testificandum evocandi vel alios inducendi.

ArL 136. - J L Quod attinet ad *aestimandam testimoniorum fidem,* standum est praescripto cann. 1789, 1790. 1791.

I 2. Quando agitur de circunstantia ex qua valor matrimonii dependet, diligentius inquiratur in testium honestatem, quae periurii suspicionem removeaL

5 3. Quod coniuges contra testem aliquem nihil excipiant, rationem id sane per se non suppeditat ut habeatur fide digna eius depositio contra matrimonium directa.

Art. 137. - *In causis impotentiae vel inconsummationis, nisi impotentia rei inconsummatione aliunde certo constet, debet uterque coniux testes, qui septimae manus audiunt, inducere,* sanguine aut *affinitate sibi conjunctos, sin minus ricinos* bonae *famae,* aut alioquin de *re edoctos, qui iurare possint de ipsorum coniugum probitate, et praesertim de veracitate circa rem* in *controversiam deductam;* quibus iudex ad *normam* can. 1759, Î J ahos testes potest ex *officio adiungere* (can. 1975

Art. 138. - 5 1. De omnibus testibus exquiratur ex *officio* testimonium religiositatis, probitatis et credibi-1ltatis: et eo maior ipsis fides adiicienda est. quo poliora habeantur documenta de requisitis bonae fidet
§ 2. Testimonia huiusmodi omnia sunt publicanda, nisi de quibusdam cx ipsis, ad gravia damna vitanda attento eorum tenore, collegium aliud decernat (cfr. arL 130 J 1).

Caput. IV. - De peritis

ArL 139. - In causis impotentiae et defectus consensus ob amentiam requirendum est suffragium peritorum (cfr. cann. 1976-1982).

ArL 140. - 5 1. In aliis causis peritorum sententia est exquirenda, quoties iudicium est faciendum, quod peculiarem in aliqua arte requirat peritiam: e. g. si de cuius scripti authenticitate inquirendum sit (cfr. can.
3C 1792)./

1 2. An. in casu de quo in 5 1. peritiae locus esse debeat, instructor decernet sive una ex partibus postulante sive ex officio, audito in quocumque casu vinculi defensore. Partibus dissentientibus, instructor rem collegio deferat

ArL 141. - Periti designandi sunt, audito vinculi defensore, a praeside, cuius est eorum numerum praefinire (cfr. can. 1793); salvo praescripto arL 150.

Art. 142. - § 1. Ad periti munus deligantur qui non tantum idoneitatis testimonium a competenti magistratu obtinuerunt, sed etiam qui artis suae experientia sint insignes et religionis atque honestatis laude commendati.

§ 2. Qui *a testimonio ferendo excluduntur ad normam* art. 119, *ne ad peritorum quidem officium assumi poterunt* (can. 1795 § 2).

§ 3. Excluduntur quoque a periti munere qui quemlibet cum alterutra parte necessitudinis nexum habeant

ArL 143. - In causis impotentiae vel amentiae excluduntur quoque a periti munere qui coniugem privatim inspexerunt; hi autem in casu impotentiae possunt (cfr. can. 1978), in casu amentiae debent (cfr. can. 1982). induci uti testes.

Art 144. - Si periti ante peritiam exaratam, aut suspecti evaserint, aut eos muneri obeundo impares esse compertum fuerit, a praeside substituendi erunt ad normam art. 141.

ArL 145. - Periti possunt ab utraque vel alterutra parte recusari, si de partium studio sint suspecti (cfr. can. 1796 § 1). In quolibet casu praeses suo decreto edicat utrum sit admittenda recusatio necne et, recusatione admissa, in locum periti recusati alium sufficiat ad normam art 141 (cfr. can. 1796 § 2).

ArL 146. - Periti iusiurandum de officio fideliter adimplendo et de secreto servando praestare debent coram praeside, citatis partibus et vinculi defensore.

ArL 147. - § 1. Instructor decreto suo definiat auditis partibus et defensore vinculi, omnia et singula capita circa quae peritorum opera versari debet (cfr. can. 1799 § 1): ut puta, utrum amentia sit habitualis, an fuerit transitoria et an lucida admiserit intervalla; utrum impotentia sit absoluta an tantum relativa, utrum instrumentalis an functionalis, utrum antecederis an subsequens matrimonium, utrum perpetua an sanabilis sine gravi vitae periculo.

§ 2. Peritis, ut iudicium suum recte facere possint, omnia causae acta, quae instructori necessaria aut opportuna videantur, remittenda sunt

§ 3. Partibus fas est quaestiones proponere, de quibus. nisi instructor./ audito vinculi defensore, ex iusta ^3
causa eas reiiciendas censuerit, periti, in peritia conficienda, rationem habere debent.

§ 4. Praefigatur quoque ab instructore tempus intra quod examen est perficiendum et votum proferendum; quod tempus ab ipso instructore ex rationabili causa, partibus auditis, prorogari potest (cfr. can. 1799 5 2).

Art. 148. - § 1. Periti examen singillatim et seorsim exsequi debent; alter alteri examinis exitum ne pan-dat votum suum in scriptis uterque proferat: in relatione, propria manu subscripta, perspicue quisque indicet qua via et ratione in explende munere sibi demandato processerit, et quibus potissimis argumentis conclusiones prolatae nitantur (cfr. can. 1802).

§ 2. Praeses decernere poterit, ex peculiari ratione, ut examen a peritis collegialiter exsequatur. Quo in casu paritorum discrimina, si quae adsint, in relatione, datis rationibus, adnotentur (cfr. ib.).

Art 149. - Si agatur de cuius scripti authenticitate investiganda, standum est dispositioni can. 1800.

Art. 150. - In causis impotentiae:

1.® ad Inspiciendum virum duo medici deputentur, qui monendi sunt ut honestis tantum mediis utantur ad impotentiam cognoscendam;

2.° ad inspiciendam mulierem deputentur duae mulieres, si adsint, quae in arte medica laurea doctorali et experientia sint praeditae, vel, ex mulieris consensu aut ex decisione collegii, duo medici, sin minus duae obstetrices vere peritae. Corporalis mulieris inspectio fieri debet regulis christianae modestiae plene servatis et adstante semper honesta matrona *cx officio* designanda (cfr. can. 1979).

Art 151. - In causis amentiae unus vel, pro casus gravitate, duo medici deputentur, qui in scientia psych intrica peculiariter sint versati, cauto tamen ut excludantur qui sanam (catholicam) doctrinam hac in re non profiteantur.

ArL 152. - Exhibitis relationibus, instructoris erit peritos vocare, ut singillatim suas conclusiones recopioscant et iuramento confirment et quaestionibus a vinculi defensore opportune concinnatis respondeant.

Art 153. - Si periti inter se discrepent, praeses alium, quem vocant peritiorem, designare potent ud Dormam art 141. qui suum votum proferat atque confirmet ad normam art. 148 et 152.

Art 154. - § 1. Tribunal non tenetur sequi peritorum iudicium, etsi eorum conclusiones sint concordes, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat (cfr. can. 1804 § 1).

f 2. Tribunal debet in rationibus decidendi expricere, quibus motum argumentis peritorum conclusio-
344 nes vel admiserit vel reiecerit (cfr. can. 1804 § 2)./

Caput V. - De probatione per instrumenta seu DOCUMENTA

ArL 155. - *In quolibet iudicii genere admittitur probalto* per *documenta tum publica tum privata* (can. 1812).

ArL 156. - § 1. *Praecipua documenta publica ecclesiastica haec sunt:*

1.· *Acta Summi Pontificis et Curiae Romanae ct Ordinariorum in exercitio suorum munerum authentica [arma exarata, itemque attestationes authenticae de iisdem actibus datae ab illis vel eorum notariis;*

2.® *Instrumenta a notariis ecclesiasticis confecta;*

1° *Acta iudicialia ecclesiastica;*

4 *Inscriptiones baptismi, confirmationis, ordinabis, professionis religiosae, matrimonii, mortis, quae rabentur in regestis Curiae vel paroeciae, vel religiosis, et attestationes scriptae ex iisdem desumptae et a pirochis, vel Ordinariis, vel notariis ecclesiasticis confectae aut earum exemplaria authentica.*

§ 2. *Documenta publica civilia ea sunt quae secundum uniuscuiusque loci leges talia iure censentur.*

13. *Litterae, contractus, testamenta et scripta quaelibet a privatis confecta, privatorum documentorum numero habentur* (can. 1813).

ArL 157. - Documenta, quibus probatur baptismus rei ordo receptus, mors, professio religiosa, matrimonium, cognatio spiritualis, dispensatio ab impedimento canonico, debent esse ecclesiastica, idest confecta a legitima auctoritate ecclesiastica ad normam art 156

Art 158. - Utriusque generis documenta nisi partes sponte exhibeant, tribunalis est auctoritate sua perquirere, et de iis partes vel testes in examine interrogare.

Art 159 - § 1, Documenta vim probandi in iudicio non habent, ideoque admitti nequeunt, nisi originalia sint aut in exemplari authentico exhibita, et penes tribunalis cance ariam deposita (cfr. can. 1819).

f 2. Ut exemplar habeatur authenticum, oportet sit manuscriptum, firmatum subscriptione eorum qui archivis, ubi exstant originalia, sunt praepositi, vel notarii ecclesiastici, et sigillo munitum.

f 3. Pro documentis publicis civilibus exemplar habetur authenticum, dummodo sit ea forma descriptum, quam civiles leges praefiniunt.

ArL 160. - *Documenta in forma authentica sunt exhibenda et in iudicio deponenda, ut a iudice et* cb *adversario examinari possint* (can. 1820).

ArL 161. - Documenta, penes tribunalis cancellariam deposita, ab actuario in ipso cancellariae loco custodiantur, et ibidem a partibus, defensore vinculi et ab ipsis iudicibus expendantur./

Art 162. - § 1. Si quod dubium oriatur circa alicuius documenti exemplaris authenticitatem, aut a parte vel ab eo cuius interest aliqua exceptio opponatur, servetur praescriptum can. 1821.

5 Z Si dubium aut exceptio versetur circa documenti veritatem, quaestio incidens proponatur etiam *ex officio,* vocatis et judicialiter examinatis iis omnibus, quibus documenti origo et veritas nota esse praesumitur.

ArL 163. - § 1. Inter documenta privata non exigui ponderis esse 'possunt, praecipue in causis de vi ct metu et de conditione, epistulae quas vel sponsi ante matrimonium, vel coniuges postea, sed raspccto, sibi invicem vel aliis dederint; dummodo de earum authenticate et de tempore quo exaratae sint aperte constet.

§ 2. Instructor has epistulas opportune ĕxquira partes vel testes monendo, ut, si quas habeant, eas tribunali exhibeant Quae vero ab una parte proferuntur, ab alia recognosci debent

Art 164. - Epistulae sicut alia documenta privata illud pondus habent quod ex circumstantiis et praesertim ex tempore quo redactae fuerint aestimandum est

Art 165. - Litterae, quas vocant anonymas» aliaque cuiuscumque generis anonyma documenta per se ne tamquam indicium quidem haberi possunt; nisi facta referant quae et quatenus aliunde comprobari possint

Art 166. - Si quid ex documento excerptum proferatur, quamvis in forma authentica redactum, tum altera pars, tum vinculi defensor, tum instructor *ex officio* ius habent postulandi ut integrum documentum, sive in originali sive in exemplari authentico, exhibeatur.

Art 167. – 11. Quoties pars documentum tradere recuset, quod ipsa fertur possidere atque aliquod pondus in causa habere praesumitur, instructoris erit, ad instantiam partis vel *ex officio,* audito vinculi defensore, per decretum statuere an et quomodo exhibitio facienda sit

§ 2. Parte adhuc exhibitionem recusante, instructor rem deferat collegio, cuius erit perpendere quanti sit facienda haec recusatio.

§ 3. Parte vero negante se documentum possidere, instructor eam ad negationem iureiurando firmandam invitare potest

Art 168. - Si civile vinculum per divortium est solutum aut nullum declaratum, instructor curet ut partes tum petitionem in foro civili oblatam, tum sententiam a magistratu datam exhibeant, atque, si casus ferat etiam civilis causae acta.

Art 169. - Circa vim et fidem instrumentorum serventur dispositiones cann. 1814, 1816, 1817, 1818./ 346

Caput. VI. - De indiciis seu praesumptionibus

Art 170. - § 1. *Praesumptio est rei incertae probabilis contectura; eaque alia est iuris, quae ab ipsa lege statuitur; alia hominis, quae a iudice coniicitur,*

§ 2. *Praesumptio iuris alia est iuris simpliciter, alia iuris et de iurc (can.* 1825).

Art. 171. - *Matrimonium gaudet favore iuris; quare in dubio standum est pro valore matrimonii, donec contrarium probetur, salvo praescripto can. 1127* (can. 1014).

Art 172. - Dubium sive iuris sive facti, quod faveat matrimonio, debet esse prudens, seu probabili fundamento nixum, ut praesumptioni pro matrimonii valore locus sit.

Art. 173. - *Praesumptiones, quae non statuuntur a iure, iudex ne coniiciat, nisi er facto certo et determinato, quod cum eo. de quo controversia est, directe cohaereat* (can. 1828).

Art. 174. - Praesumptionibus *hominis* est potissimum locus in causis, quae spectant ad consensus defectum. Ad eas constabiliendas instructoris est curare, ut circumstantiae proferantur in lucem, quae matrimonium praecesserunt, comitatae vel secutae sunt

TIT. X. - De procemus publicatione, de conclusione ln ćau et de causae discussione

Caput. I. - De publicatione processus

Art 175. - $ 1. Perpensis a defensore vinculi, a iudice instructore et a praeside probationibus hinc inde adductis, facienda est actorum omnium communicatio inter partes.

5 2. Haec facultas communicationis fit decreto praesidis. quo partibus earumque advocatis ipse concedit potestatem inspiciendi testificationes ceterasque omnes probationes quae in actis reperiuntur. quaeque secreta permanserant, et petendi actorum exemplar (cfr. cann. 1858. 1859).

§ 3. Eodem decreto praeses tempus utile praestituat. intra quod partes et defensor vinculi possint exhibere documenta, exponere argu'menta. quibus allatae ab ipsis probationes et impugnationes roborentur, explicentur, compleantur. 347

5 4. Fas adhuc est partibus novos testes inducere, verum tantummodo ad normam art 135.

Art 176. - Elapso praestituto tempore vel etiam prius, si defensor vinculi et partes tribunali declaraverint se nihil aliud exhibendum habere, deveniatur ad conclusionem in causa (cfr. cann. 1984 § 2, 1860).

Caput. II. - De conclusions in causa

Art 177. - i 1. Conclusio in causa fit decreto praesidis, quo declaratur fuisse satisfactum praescripto praecedentis articuli Ideoque causam satis instructam haberi.

f 2. Caveat tamen praeses ne decretum conclusionis in causa edat, si quid adhuc putet esse exquirendum, ut causa satis instructa habeatur. Quo in casu, audito defensore vinculi, iubeat ea suppleri quae desint

Art *178.* - § 1. Etiam post conclusionem in causa admittuntur in his causis novae probationes, praesertim si afferantur documenta ex novo reperta, aut producantur testes, qui ob legitimum impedimentum non potuerunt induci tempore utili (cfr. can. 1861 M et art 135).

§ 2. Si praeses probationes admittendas censeat, :d decreto statuat; quod si renuat, patet recursus ad collegium.

5 3. Collectis novis probationibus, ab instructore moneantur partes et vinculi defensor eisque praestituatur congruum tempus, ut probationes ipsas perpendere et impugnare possint; aliter iudicium est nullius momenti (cfr. can. 1861 § 2).

Caput. III. - De causae discussione

Art. 179, - § 1. Edito decreto conclusionis in causa, praeses terminum praefiniat partibus vel earum patronis. necnon promotori iustitiae, si ipse matrimonium accusavit, ad defensiones suas sive allegationes tradendas (cfr. can. 1862 δ 1).

§ 2. Defensio, ab advocato subsignata, praesidi exhibenda est, eiusque, de licentia ipsius praesidis scripto apponenda in calce scripturae, tot exemplaria conficienda quot sunt necessaria.

δ 3. Praeses jubere potest ut exemplaria typis ex-
348 arentur./

5 4. Licet advocato, una cum defensione, exemplar exhibere allegationum et potiorum documentorum.

δ 5. Defensiones uti supra exhibitae statim distribuendae sunt, una cum exemplaribus documentorum, cura tribunalis, ne causae definitio perniciosam patiatur moram.

Art 18O.-5 1. Recepta partium defensione, vinculi defensor intra terminum a praeside designandum suas animadversiones exhibeat.

5 2. Partes, necnon promotor iustitiae si adsit, Ius habent animadversionibus respondendi intra terminum decem dierum.

I 3. Vinculi defensor, accepta responsione, et ipse, intra decendium, eodem respondendi iure, si velit, uti potest.

5 4. Respondendi ius semel tantum partibus esto, nisi praesidi, gravi ex causa, iterum videatur concedendum. Concessio vero uni parti facta, alteri quoque facta censebitur.

Art 181. - Termini pro animadversionibus, defensionibus aut responsionibus exhibendis possunt rationabili de causa prorogari a praeside. Possunt etiam, omnibus consentientibus, iidem termini coarctari (cfr. can. 1862 i 2).

Art 182. - Praeses nimiam defensionum extensionem etiam praefixo paginarum numero, si id expedire iudicaverit moderari potest; ordinarie non excedatur numerus viginti paginarum in defensione et decem in responsione (cfr. can. 1864).

Art 183. · H. Semper defensori vinculi ius sit ut ultimus audiatur

1 2 Sl defensor vinculi intra decem dies (cfr. art 180 i 3) nil responderit, praesumitur nil habere deducendum, et ad ulteriora procedere licet (cfr. can. 1984).

Art. 184. - Curet quoque praeses, sive *ex* officio sive nd instantiam partis vel defensoris vinculi aut. ri Intersit, promotoris iustitiae. ne exemplaria, vel typis non edita, ubi causae natura id exigat, ad extraneorum manus perveniant, peculiari lege de hoc partibus earunque advocatis ct procuratoribus districte per decretum Imposita.

Art 185. - Iudicii dies et hora, nisi antea fuerint praefinitae, a praeside destinandae et partibus significandae sunt, ita tamen ut inter ultimam defensionem et iudicii diem decendium saltem intercedat

ArL 186. - § 1. Praesidi fas est, vel *ex officio* vel defensore vinculi vel alterutra parte instante, oralem quoque causae discussionem admittere.

§ 2. Discussio oralis post ultimam exhibitam responsionem expetenda est: in omni casu intra septem dies ante tempus praefinitum pro causae definitione, jo

§ 3. Pars, quae petit oralem discussionem, articulos seu capita proponat de quibus discussio facienda est

§ 4. Praesidi advigilandum est, ne discussio oralis moderatae disputationis terminos excedat, neve inutiliter repetantur ea de quibus in defensionibus atque responsionibus actum esL

§ 5. Orali discussioni assistet notarius, ut, si praeses praecipiat, aut vinculi defensor vel pars postulet et praeses consentiat, possit de disceptatis, confessis vel conclusis scripto ad tramitem iuris ex continenti referre (cfr. can. 1866).

TIT. XI. - De causis Incidentibus

Art 187. - *Causa incidens habetur, quoties, incepto saltem per* **citationem** *iudicio, ab una ex partibus* ou! a promotore iustitiae, sl iudicio intersit, vel vinculi defensore, *quaestio proponitur quae, tametsi libello, quo lis introducitur,* **non** *contineatur expresse, nihilominus ita ad* **causam** *pertinet ut resolvi plerumque debeat ante* **quaestionem** *principalem* (can. 1837).

ArL 188. - | 1. Parti legitime instanti instructor satis facere tenetur per decretum.

§ 2. A quocumque instructoris decreto pars cuius interest ad collegium recurrere potest, ut quaestio incidens instituatur. Recursus tamen intra decem dierum spatium a decreti notificatione instituendus erit, secus partes decreto acquievisse censentur.

§ 3. Recursus instructori, a quo decretum prodiit, est exhibendus; qui tamen, nisi decretum a se factum revocandum censuerit, illum tribunali sine mora deferre debet

Art. 189. - 5 1. Exorta quaestione incidenti, collegium, auditis altera parte et vinculi defensore, necnon. si intersit promotore iustitiae, ante omnia perpendere debet, an quaestio nexum habeat cum causa principali. simulque an aliquo probabili fundamento nitatur.

δ 2. Quae duo si concurrant, collegium vel quaestionem incidentem admittat, vel, si iudicet eam necessario non esse resolvendam ante sententiam definitivam, decernat, ut de ea habeatur ratio die propositionis causae. Si autem duo simul non concurrant, collegium recursum reiiciat (cfr. can. 1 «R

Art 190. - 5 1. Quaestione incidenti admissa, collegium, audita altera parte et vinculi defensore, necnon promotore iustitiae, si intersit, ante omnia statuat, utrum solvenda sit. attenta eius natura et gravi·1 350 tate, servata forma iudicii per interlocutoriam sententiam. an. non servata forma iudicii. per merum decretum (cfr. can. 1840 § 1); quae collegii decisio inappellabilis est

5 2. Collegium, ad instantiam partis aut *ex officio,* interventum promotoris iustitiae. si processui iam non intersit, exquirere debet, si constiterit bonum publicum in discrimen vocari; exquirere autem potest si quaestionis incidentalis natura vel difficultas id consulat

Art 191. - Si quaestio incidens per sententiam solvi debeat, concordentur dubia, et eae serventur regulae quae de causa principali statutae sunt exceptis terminis. qui statuantur brevissimi (cfr. can. 1840 § 2).

Art 192. - § 1. Si quaestio incidens solvenda sit per decretum, partibus et vinculi defensori terminus assignandus est in quo suas rationes afferant per breve scriptum seu memoriale.

5 2. Collegii est decernere utrum facultas memoriali respondendi, quam partes et vinctili defensor postulaverit. concedenda sit brevissimo termino statuto, an potius discussio oralis ad normam art 186.

Art. 193. - In decreto quo collegium quaestionem incidentem definit rationes quibus nititur in iure et in facto breviter exponantur (cfr. can. 1840 § 3).

Art, 194. - Quaestio incidens et causa principalis,

si casus ferat, una eademque sententia super meritn "definiri possunt.

Art 195. - *Antequam finiatur causa principalis,* collegium *interlocutoriam* ***sententiam*** *potest, iusta intercedente* causa, *corrigere* ***aut*** *revocare* sive ex se. auditis partibus, sive ad *instantiam unius partis audita* alum parte, et requisito semper voto *promotoris* iustititt» si adsit, et *defensoris* vinculi (can. 1841),

TIT. XII. - De pronunclatlone sententiae

Art 196. - § 1. *Legitima pronuntiatio qua* iudex «usam a litigantibus *propositam et iudiciali modo* pertractatam *definit, sententia est: eaque interlocutoria dxitur,* ***si*** *dirimat incidentem causam; definitiva, si principalem.*

l 2. *Ceterae iudicis pronuntiationes decreta vocantor* lean. 1868).

Art 197. - § 1. *Ad pronuntiationem* ***cuiuslibet*** *sen-Wide requiritur in iudicis animo moralis* ***certitudo*** arca rem *sententia definiendam.*

§ 2. Hanc *certitudinem iudex haurire* ***debet*** *ex* acris et probatis.

§ 1 *Probationes autem aestimare* ***iudex debet*** cx jl raa *conscientia,/* nisi lex *aliquid* ***expresse statuat*** *de efficacia alicuius probationis* (can. 1869 § § 1, 2, 3).

i 4. Iudex qui eam certitudinem post diligens causae examen efformare sibi non potuit, pronuntiet: non ro-jtare de *matrimonii nullitate in casu* (cfr. can. 1869 Ht

Art 198. - S 1. Expleta causae disceptatione, die et bora a praeside ad normam arL 185 statutis, conveniant soli iudices, remotis quibusvis tribunalis administris, in ipsa tribunalis sede, nisi peculiaris causa alium locum suadeat, ad proferendam sententiam (cfr. cann. 1870, 1871 S 1).

› 2. *Singuli iudices scriptas afferent conclusiones* ***au*** *in merito causae,* et *rationes* ***tam in facto quam*** m iure. quibus *ad conclusiones* ***suas venerint:*** *quae cwiclusiones actis causae adiungantur, secreto servante.*

I 3. *Prolatis ex ordine, secundum praecedentiam,* tn *tamen ut* ***semper a causae ponente seu relatore initnm fiat, singulorum conclusionibus, habeatur moderna*** *discussio sub tribunalis praesidis ductu, praesern*rnn ut *constabiliatur quid statuendum sit in parte dirpontiva sententiae.*

f 4. *In discusione autem fas unicuique est a prittina sua conclusione recedere,* rationibus tamen breviter significatis in eodem voto scripto.

f 5. *Quod si iudices in prima discussione ad hanc* ***sententiam*** *devenire aut nolint aut nequeant, differri poterit decisio ad novum conventum* (can. 1871 δ§ 2-5), dato rescripto: « resolutio dabitur in proximo ». Haec dilatio tamen *ultra hebdomadam comperendinari non debet* (ib.).

5 6. Constabilita decisione, ponens eam scribit sub forma responsionis affirmativae vel negativae ad propositum dubium, eamque subscribit una cum aliis Judicibus et unit fasciculo actorum.

Art 199. - Causae decisionem notarius protocollo addictus partibus oretenus communicare valet, eiuscerr.que decisionis exemplar, si petatur, tradere, dummodo collegium decisionem secreto servandam esse non decreverit usque ad formalem sententiae publicationem: quo in casu id ponens suo decreto statuat Haec communicatio nullam vim habet quoad decursum temporis pro appellatione interponenda.

Art 200. - § 1. Sententia quam primum edenda est con ultra mensem a die qua causa definita est. nisi collegium gravi ex ratione longius tempus praestituerit

5 2. Sententia latino idiomate exaranda est a porente. nisi torte alii ex iudicibus in discussione hoc 3 rr.unus, iusta aliqua de causa, commissum sit/

I 3. ***Sententia*** *debet continere rationes seu motiva quae* ***dicuntur, tam in*** *facto quam in iure, quibus dispositiva* ***sententiae*** *pars innititur et statuere de litu expensit (can.* 1773 § 1 nn. 3.°, ⁂.

I 4. ***Motiva ab extensore*** *desumantur ex iis quae sinΓ-ΰΰι* ***iudices in discussione*** *attulerunt, nisi* ab *ipsa iudiΛ-ι* ***maiore parte*** *praefinitum fuerit quaenam sint* ***Win*** *proferenda* (ib. § 2): haec omnia vero distincte, ordinate et breviter exponenda sunt.

à 5. Sententia singulorum Judicum examini subiicenda est pro eorum approbatione et subsignatione.

Art. 201. - § 1. Si collegium censeat nullitatem matrimonii nondum ex deductis probari, autumat autem per suppletivam instructoriam probari posse, pronunciare debet: dilata et *compleantur acta* vel: coadiuventur probationes.

§ 2. Instructiones pro inquisitione supplétive, audito defensore vinculi, secreto dandae sunt

Art 202. - § 1. *Sententia ferri debet, divino Nomine ab initio semper invocato.*

§ 2. *Dein exprimat oportet ex ordine qui* sit *iudex aut tribunal; qui sit actor, reus, procurator,* advocatus. *nominibus et domicilio rite designatis, pomotor iustitiae, defensor vinculi, si partem* in iudicio *habuerint.*

§ 3. *Referre postea debet breviter facti speciem cum partium conclusionibus.*

§ 4. *Hisce subsequatur pars dispositiva sententiae, praemissis rationibus* quibus innititur.

§ 5. *Claudatur cum indicatione diei et loci in quibus exarata est et cum subscriptione omnium iudicum ct notarii* (can 1874).

§ 6. Addatur insuper decretum exsecutorium (cfr. can. 1918).

ArL 203. - § 1. Vota iudicum actis causae adiungi non debent, neque ad tribunal appellationis sunt transmittenda, sed in speciali archivo secreto servanda, saltem per decennium. Quo elapso fas erit ea comburere.

§ 2. Inviolabile etiam secretum est servandum de discussione quae in tribunali ante ferendam sententiam habetur, itemque de suffragiis et opinionibus ibidem prolatis.

Art 204. - § 1. *Publicatio sententiae fieri potest tribus modis, vel citando partes ad audiendam sententiae lectionem sollemniter factam a iudice pro tribunali sedente; vel partibus denuntiando sententiam esse penes concellariam tribunalis, unaque facultatem ipsis fieri eandem legendi et eiusdem exemplar petendi; vel tandem, ubi usus viget, sen/tentiae exemplar transmittendo ad partes per publicos tabellarios ad normam can. 1719* (can. 1877). 353

§ 2. Sententia simul eademque ratione vinculi defensori et promotori iustitiae, si partem in iudicio habuerit, semper notificari debet; ita pariter notificari debet reo convento contumaci.

§ 3. Si pars procuratorem habuerit, huic notificari potent sententia.

5 4. A die notitiae publicationis sententiae decurrit decendium pro appellatione.

ArL 205. - § 1. Sententia definitiva, eaque valida, etsi iudices unanimiter consentianL retractari non potest

§ 2. Attamen si error materialis inciderit ln textu sententiae sive in transcribenda parte dispositiva sive in aliquo facto referendo, sententia ipsa, postquam effecta fuerit eius notificatio, corrigi potest vel ad instantiam unius partis, auditis tamen altera parte ct vinculi defensore, vel etiam ex *officio,* auditis partibus et vinculi defensore.

£ 3. Altera parte aut vinculi defensore obstantibus, petitio per quaestionem incidentem definienda est (cfr. can. 1878).

Art 206. - 5 1. Si causa dc nullitate matrimonii agitata fuerit ex capite impotentiae, et cx actis et probatis, tribunalis iudicio, non impotentiae sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio, tunc, accedente petitione unius vel utriusque coniugis pro Apostolica dispensatione imploranda, acta omnia, una cum voto tribunalis ipsius, argumentis firmato sive in iure sive, praesertim, in facto, quo, exclusa impotentia, accusati matrimonii inconsummatio probata retinetur, transmittantur ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum. quae iis uti poterit ad sententiam superato ct non consummato ferendam (cfr. can. 1963 12»

Quod si. collegii iudicio, probationes de non secuta matrimonii consummatione, hactenus collectae, habeantur non sufficientes iuxta Regulas a praefata S. C die 7 Mail 1923 datas (cfr. *A.* A. S.. a. 1923. pp. 392 seqq.) ÎLE 5131. eaedem a praeside vel instructore compleantur. et acta dein plene instructa ad S. C remittantur. una cum voto scripto Episcopi et animadversionibus defensoris vinculi (cfr. dictas Regulas n. 3 f 2 et n. 98).

§ 2. Quatenus vero agatur de alio nullitatis capite (ex gr, de defectu consensus, de vi et metu, etc.) et, collegii iudicio. matrimonii nullitas evinci non possit, sed *inctdenter* dubium valde probabile emerserit ie non secuta matrimonii consummatione, tunc integrum est alterutri vel utrique parti libellum porrigere Romano Pontifici, pro dispensatione a matrimonio rato ^t
354 non consummato; et praesidi vel instructori ius est/ causam instruendi iuxta normas in Regulis ipsis determinatas. Dein autem acta omnia, una cum voto Episcopi ct animadversionibus de quibus supra, mittantur ad S. C. (cfr. ib. n. 4).

TIT. XIII - De Inrls remediis contra sententiam

Caput. I. - De querela nullitatis

Art 207. - Sententia vitio insanabilis *nullitatis laborat, quando:*

1' *Lata est a* tribunali absolute *incompetente vel a non legitimo iudicum numero contra praescriptum can,* 1576» 5 *1;*

T Lata ejt inter partes, *quarum altera saltem non habet personam standi* in iudicio;

3' Quis nomine alterius *egit sine legitimo mandato (can.* 1892).

Art 208. - .Vullitas da qua in art 207 *proponi potent* per *modum exceptionis in perpetuum, per modum vero actionis coram* tribunali quod sententiam tulit infra *triginta annos a die publicationis sententiae* (can. 1893).

Art 209. - Sententia vitio sanabilis nullitatis *laborat, quando:*

Ie *Legitima defuit citatio:*

2' *Motivis seu rationibus decidendi est destituta;*

39 Subscriptionibus caret iure praescriptis:

4A Non refert indicationem anni, mensis, diei et loci quo prolata fuit (can. 1894);

Art 210. - Querela nullitatis. in casibus dc quibus in art 209. proponi potest vel una cum appe'latione. intra dccendium. tribunali superioris instantiae, vel scorsim et unice qua querela intra tres menses a die publicationis sententiae coram tribunali quod sententiam tulit (cfr. can. 1895).

Art 211. - 5 1. *Querelam nullitatis interponere* possunt *nedum partes, quae se gravatas putant, sed fiam promo'or iustitiae.* si iudicio interfuerit, et *defensor vinculi.*

§ 2. *Imo* ipsum tribunal *potest ex officio sententiam nullam a sc latam retractare et emendare intra terminos ad egendum supra statutos* (can. 1897).

5 3. Quod si intra statutos terminos nec querela
355 nu'liiatis interposita fuerit neque sententia emendata, nu'litas, quae sanabilis sit. censetur sanata.

5 4. Si pars vereatur ne collegium, quod sententiam, querela nuditatis impugnatam. tulit, praeoccupatum animum habeat et proinde illud suspectum merito existimet, exigere potest ut, in eadem iudicii sede, alii fudices subrogentur (cfr. can. 1896).

Caput. II. - De appellatione

Art 212. -9 1. Pars, quae sententia se gravata a censet, necnon promotor iustitiae. si causae interfuerit, lus habent appeVandi. idest provocandi a tribunal·, quod sententiam tulit, ad superius tribunal (cfr. can. 1879».

5 2. Defensor autem vinculi a prima sententia, matrimonii nuditatem declarante, ad superius tribunal provocaro fenetur intra legitimum tempus: quod si facere npfbpn·. auctoritate praesidis compellendus est (cfr. can. !98ß>

I 3. Appe^aUo a vinculi defensore interposita prodest et parti, quae pro matrimonii validitate stat, salvo illi iuro pronrio aooe'landi; appellatio e contra a parte interposl'9 vinculi defensorem non relevat ab obligatione appellandi.

Art 213 - In gradu appellationis eodem modo ct ratione ac in prima instantia (Tit. ID. tribunal constituatur. eodemquo modo ot ratione (Tlt V1I-X1ID orocedatur, non omissis citationibus et dubii concordatione.

Art 214. - ! L A sententia interlocutoria vel a decreto Interlocutnrin (Tit. XI) ad superius tribunal appellari notes! tunc tantum quando habent vim definitivae (cfr. can. I88D n. 6).

1 2 Sententia vel decretum tunc censentur habere vim definitivae, quum gravamen inferant, quod non potest per definitivam sententiam reparari: ut puia si probationes, quae in iudicium ferendum vere influere possunt, sententia vel decretum admittere recusent

Art 215. - § L Appellatio intra spatium decem dierum facienda est et intra mensem prosequenda ad normam canonum 1881. 1882. 1883. 1884.

§ 2. Si quaestio oriatur de iure appellandi, de ea videat tribunal appellationis.

Art. 216. -5 1. Tum defensor vinculi tum partes possunt, omisso medio, si id expedire iudicent in causis praesertim magni momenti, /ad S. R- Rotam, vel, io casu de quo in art 12, ad tribunal S. Officii appellare.

§ 2. Si appellantium alteruter ad praefata tribunalia Sanctae Sedis provocet, coram tribunalibus istis appellatio exclusive prosequenda est.

§ 3. Ita pariter parti, quae ad tribunal appellationis dioecesanum tempore utili provocavit, ius est petendi ut de sua appellatione videat S. R. Rota. vel. in casu arL 12, tribunal S. Officii, nisi tamen a tribunali appellationis dioecesano citationes iam legitime factae fuerint (cfr. art 85). Itidem dicendum de vinculi defensore.

Art 217. - SI. Cum sententiae in causis matrimonialibus numquam transeant in rem iudicatam, causae ipsae retractari poterunt coram tribunali superiori, non exceptis casibus in quibus appellatio defuerit vel deserta aut perempta fuerit

§ 2. Sed ex duplici sententia conformi in his causis consequitur ut ulterior propositio non debeat admitti, nisi novis prolatis iisdemque gravibus argumentis pel documentis (cfr. cann. 1903. 1989).

§ 3. Talia argumenta vel documenta non requiritur ut sint gravissima, multoque minus decretoria, hoc est quae peremptorie exigant contrariam decisionem; eorumque pondus pro causae revisione a tribunali tertae instantiae aestimandum est, audito vinculi defensore.

Art. 218. - § 1. Causa matrimonialis ab uno tribunali iudicata. ab alio tribunali eiusdem gradus iterum iudlcari nunouam potest, etiamsi praesto sint nova argumenta vel documenta, sed de ea videre potest iterum *tantummodo* tribunal superioris instantiae, praevia appellatione (Comm. Pont.. 16 Iunii 1931) [LE 1035].

§ 2. Praefata dispositio ita intelligatur, ut locum habeat si agatur revera de *eadem causa,* hoc est, *propter idem matrimonium* et ob *idem nullitatis caput*

Art. 219. - § Si. lite pendente, aliud nunitat-s caout afferatur, decernendum est utrum illud admitti debeat iuxta ordinarias normas competentiae; eoque admisso, serventur reliquae regulae pro causae instructione.

5 2. Si vero novum hoc nullitatis caput afferatur in gradu appellationis, illudque, nemine contradicente, collegio admittatur, de eo judicandum est tamquam id prima instantia.

Art. 220. - *Post secundam sententiam, quae matrimonii nullitatem confirmaverit, si defensor cincu'i tn gradu appellationis pro sua conscientia non crediderit esse appellandum, ius coniugibus est, deceri diebus a sententiae denunciatione elapsis, novas nuptia contrahendi* (can. 1987)./

Art 221. - 5 1. Si post alteram sententiam pro nullitate matrimonii vinculi defensor iudicet, pro sua conscientia, ad tertiam provocare instantiam, ad normam art. 213 agendum est ,

§ 2. Vinculi autem defensor ulterioris istius instantiae interpositam appeUationem pro sua conscientia prosequi vel deserere potest

§ 3. In casu autem desertionis, partibus ius est ad novas nuotias convolare, habita notificatione decreti quo collegium statuerit appellationem desertam (cfr. can. 1886>. vel peremptam (cfr. cann. 1736. 1737) habendam esse.

1 Si ex authenticis documentis constet. pendente causa et sententia nondum prolata, mortuum esse alterutrum coniugum. acta reponantur in archivo, ct ad decisionem ne deveniatur nisi alter coniux aut defuncti heres instent gravibus de causis» ut ßu ad prolem forsan ex attentato matrimonio natam ledtimnndam vel ad hereditatem consequendam (cfr. can. 1972). Hisce in cavbus appellationem interponere et prosequi udem possunt

ß 2. \ inculi autem defensori, mortuo alterutro vel utroque coniuge. neque officium neque ius est appelta-

tonem interponendi vel prosequendi, de qua in can. 1986.

Art 223. - Si alteruter vel uterque coniux post primam vel duplicem conformem sententiam affirmativam pro nullitate. a qua appellatum sit, matrimonium attentaverit, collegii erit decernere, ex *officio* vel instante vinculi defensore, inhibitionem exercitii iuris, id tramitem can. 1672 § 3, usque ad definitivam sen-Untiam.

TIT. XIV. - Dc 115 quae fleri debent post declaratam matrimonii nuditatem

Art 224. - Post duplicem sententiam pro nullitate catrimonii partibus denuntiatam iuxta praescriptum art 204 § 1 et intra decem dies a defensore vinculi non appellatam, praeses tenetur eam notificare Ordinario kcl ubi matrimonium celebratum fuit (cfr. cann. 1987. 1988).

Art 225. -5 1. Ordinarius loci praedicti obligatione idstringitur iniungendi quantocius rectori paroeciae, ubi matrimonii celebratio est paroecialibus regestis consignata, ut de sententia nullitatis ac de vetitis forsan statutis, ex gr. in causis impotentiae, in iis lieat mentionem necnon in baptizatorum regesto, si .n ea paroecia uterque vel alteruter coniux fuerit baptizatus.

f 2. Rector autem paroeciae tenetur sententiam nul-
5 litatis ac vetita/ forte statuta statim adnotare in praedatis regestis et, si uterque vel alteruter coniux alibi baptizatus fuit, parochum vel parochos loci baptismi collati monere de prolata nullitatis sententia, ac de vetitis forte statutis, ut haec in renatorum libro ipsi adaotent, necnon de iis a se peractis certiorem quam primum reddere proprium Ordinarium.

TIT. XV. - De modo procedendi Ln ensibus exceptis

Art 226. - Quoties agatur de casu excepto ad normam can. 1990, officialis, auditis coniugibus, si comparuerint, et perpensis rebus, videat an de impedimenti exsistentia seu de nullitatis causa ex certo et authentico documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni c-bnoxium sit, constet. De quo si sibi videatur constare, cecnon pari certitudine vel alio legitimo modo (Comm. Pont.. 16 Aprilis [Iunii] 1931. ad I) [LE 1035], appareat dispensationem concessam non fuisse, rem Ordinario deferat

Art 227. - § 1. Ordinarius, iudicem agens, citatis semper partibus iisque auditis, voto etiam exquisito defensoris vinculi necnon promotoris iustitiae, si iste matrimonium accusaverit vel ipsum Ordinarius audire censuerit. potest iuxta suum prudens iudicium matrimonii nullitatem sententia declarare, rationibus breviter adductis in iure et in facto.

I 2. Quod si Ordinarius indicaverit non omnia concurrere quae requiruntur vi canonis 1990, ut de nullitate matrimonii tamquam de casu excepto ipse agere queat, causam remittat ad tribunal dioecesanum, quod per viam ordinariam procedat, ad normam Tituli V ct seqq.

Art 228. - Ordinario absente aut impedito, sententia, de qua in articulo praecedenti, datur ab officiali de mandato speciali Ordinarii.

Art 229. - § 1. Adversus istam Ordinarii aut officialis wntentiam, nullitatis matrimonii dedaratoriam, defensor vinculi, ad normam can. 1991, idest si prudenter existimaverit impedimentum non esse certum aut dispensationem super eodem probabiliter intercessisse, provocare tenetur ad tribunal secundae instantiae, cui zeta sunt transmittenda, quodque scripto monendum est agi de casu excepto vi can. 1990.

f 2. Idem ius competit sive promotori iustitiae, si interfuerit, sive parti, quae praefata sententia se gratatam senserit

Art. 230. - Tribunal secundae instantiae definiat, eodem modo ac in art 227. utrum sententia sit confirmanda, an potius procedendum sit- ad ordinarium tramitem iuris: quo in casu acta remittat ad tribunal primae instantiae (cfr. can. 1992).

Art 231. - 5 1. Si quis certo tenebatur ad canonicam formam celebrationis matrimonii, et tantum civüe matrimonium contraxit, vel coram ministro acatholico T.atrimonium inivit, aut si apostatae a fide catholica in ipoitasia civiliter vel ritu alieno se lunxerunt ad hoc ut constet de horum statuto libero, neque Judiciales «Ilemnitates requiruntur, neque interventus defensoris vinculi: sed hi casus solvendi sunt ab Ordinario Ipso. vel a parocho, consulto Ordinario, in praevia investigatione ad matrimonii celebrationem, de qua in can. 1019 sqq.

§ 2. Si quod dubium supersit de recensitis conditionibus in § 1. quaestio ordinarii processus tramite definienda est.

TIT. XVI - De expensis Judicialibus et de gratuito patrocinio aut expensarum iudiciallum reductione

Art. 232. - Partes adigi debent ad aliquid solvendum, titulo expensarum iudicialium. nisi ab hoc onere eximantur ex concessione gratuiti patrocinii (cfr. can. 1908).

Art 233. - Quodlibet tribunal habeat taxarum notulam ac regulam, a Concilio provinciali vel conventu Episcoporum exaratam, in qua praefiniatur quid a {lartibus solvendum sit pro singulis actis iudiclaibus et quae sit retributio pro advocatorum et procuratorum opera a partibus solvenda; quae mercedis mensura pro versionibus et transcriptionibus; pro his examinandis et fide facienda de earum fidelitate, itemque pro exscribendis ex archivo documentis (cfr. can. 1909 § 1).

Art. 234. - Curet autem tribunal:

1° ne expensae iudiciales nimis augeantur ex actis non necessariis aut inutüibus;

2¿ ne partes plus aequo graventur peritorum honorariis et expensis, quae a praeside taxanda erunt, iuxta consuetudinem in foro civili habitam pro similibus interventionibus;

3 ne procuratores et advocati alia emolumenta pro honorariis et expensis a partibus exquirant» nisi quae tabulis in tribunali exsistentibus probata sunt, ita ut, si pars id postulet, quaenam sint emolumenta solvenda praeses suo decreto definiat

Art 235. - § 1. Ut prospiciatur expensis iudicialibus, peritorum honorariis, si peritiae fiat locus, necnon testium indemnitati, praeses/ decernere potest ut congrua pecunia deponatur in arca tribunalis: quae sane pecunia, lite pendente» si id praesidi videatur, augenda erit

§ 2. Quamvis haec pecunia ab actore deponi soleat, si tamen altera pars causae interveniat, praesidis erit statuere an et qua mensura depositum etiam ab altera parte faciendum sit

§ 3. Parti renuenti terminus peremptorius ad pecuniam deponendam praefigi potest.

Art 236. -5 1. Collegii est statuere in sententa definitiva, utrum expensae ab uno actore, an vero etiam ab altera parte sint solvendae, quoties causae interfuerit, et solutionis proportionem inter unam alteramque partem praefinire.

§ 2. Habenda autem est ratio paupertatis partis victae ad effectum expensarum compensationis decernendae.

§ 3. A *pronuntiatione circa expensas non datur distincta appellatio; sed pars quae se gravatam putat» oppositionem intra decem dies facere potest coram eodem iudice: qui de hac re cognoscere denuo poterit, et taxationem emendare ac moderari* (can. 1913 § 1).

§ 4. *Appellatio a sententia circa causam principalem secumfert appellationem a pronuntiatione circa expensas* (ib. 5 2).

Art 237. - 5 1. Actori, si constet dc eius vera paupertate necnon de boni iuris fumo, gratuitum patrocinium a collegio concedendum est, advocato a praeside designato. Idque obtinere poterit pars conventa, quoties gravissimis de causis opportunum illud concedere collegium Judicaverit

§ 2. Si pars non sit omnino pauper, sed impar ordinariis litis exoensls ferendi·;, eorum deminutionem obtinere poterit, advocato tamen semper ex *officio* designato.

Art 238. - 5 1. Qui exemptionem ab expensis iudicialibus vel earum deminutionem assequi vulL praesidi libellum tradere debet, adiunctis documentis quibus quae sit eius eoconomica conditio perspicue demonstret: simulque probare debet se. in lite agenda, non futilem neque temerariam causam agere.

2- Praeses exquirat ante concessionem gratuiti patrocinii vel expensarum deminutionem, votum pr»>-motoris iustitiae ct vinculi defensoris» ad eosdem transmissis libello et documentis, et si necessarium ducat alias notitias etiam secretas percontetur <rfr. can 1915».

Art. 239. - Si concessa exemptione totali vel partiali

ab expensis judicialibus, appareat postea in decursu processus, vel ex actis causae vel ex novis documentis, non adesse assertam paupertatem aut praesumptum bonum ius, collegium, vel ex *officio* vel ad instantiam
361 defen/soris vinculi aut promotoris iustitiae, exemptionem vel deminutionem revocare debet

Art 240. - § 1. Advocatus ad gratuitum patrocinium designatus ab hoc explendo munere se subducere nequit, nisi ex causa praesidi probata; secus a praeside congrua poena plecti potest, quam etiam ad suspensionem ab officio collegium producere valet (cfr. can. 1916 § 1).

δ 2. Si autem advocatus munus suum debita diligentia non adimpleat, a praeside ad illius observantiam revocabitur, sive ex *officio,* sive ad instantiam defensoris vinculi aut, si causae intersit, promotoris iustitiae.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 15 Augusti anno 1936.—D. Card. Jorio, *Praef.* F. Bracci, *Secre.*

MEMORANDUM

in mentem RR. Ordinariorum locorum revocatur observantia praescriptionum, quae continentur in Litteris H. S. C. dici *1* Iunii *1932,* in AHcg. *III relatis, praesertim quod attinet ad notitias* quotannis ad *hanc eandem S. Congregationem transmittendas circa causas matrimoniales* in suis tribunalibus *agitatas.*

APPENDIX

1

Normae observandae in processibus super matrimonio
RATO ET NON CONSUMMATO AD PRAECAVENDAM DOLOSAM PERSONARUM SUBSTITUTIONEM

In processibus conficiendis super matrimonio rato et non consummato, etc

Vide tertum supra sub dic 1929 Mart. 27: LE 893.

Il

Instructio de competently iudicis in causis
MATRIMONIALIBUS RATIONE QUASH>0MICILII

In tam effrena divortiorum cupiditate hodie invalescente. etc.

Vide *textum supra sub* dic *1929 Dec. 23:* LE 938.

Ill

Liitera ad excellentissimos archieplscopos, episcopos
ATQUE LOCORUM ORDINARIOS DE RELATIONE CAUSARUM MATRIMONIALIUM QUOTANNIS SACRAE CONGREGATIONI DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM MITTENDA

In Plenariis Comitiis die 27 februarii labentis anni habitis in Civitate Vaticana, etc.

Vide textum supra sub die 1932 lui. 1: LE 1105.

INDEX

			ART.
Decretum		coi. 1739-1740	
Tit. I	-De foro competenti ...		1-12
Tit. II	-De tribunali constituendo.....		13-33
TiL III	-De iure accusandi matrimonium		34-42
TIL IV	-De procuratoribus et advocatis.....		43-54
Tit. V	-De libello causae introductono		55-60
Tit VI	-De libelli admissione vel reiectione.....		61-67
Tit. VII	-De officio iudicum et tribunalisministrorum post causam per libelli acceptationem rite introductam		68-73
TiL VIH	- De citatione necnon de litiscontestatione et contumacia.....		74-92
TiL IX	-De probationibus.....		93-95
	Caput I -Generalia de probationibus		96-109
	Caput Π -Dc partium depositione		110-117
	Caput III -De probatione per testes		118-138
	Caput IV -De peritis		139-154
	Caput V -De probatione per instrumenta seudocumenta		155-169
	Caput VI - De indiciis «u praesumptionibus		170-174
Tit. X	- De processus publicatione, de conclusione ln causa et de causae discussione:		
	Caput I - De publicatione processus ...		175-170
	Caput II - De conclusione in causa ...		177-176
	Caput III - De causae discussione .		175-1j8
TiL XI	- De causis incidentibus.....		187-135
TiL XII	- Dc pronunciatione sententiae		1S6-X4
Tiî. XIII	- De iuris remediis contra sententiam:		
	Caput I - De querela nullitatis.....		2Û7-Ü1
	Caput II - De appellatione		212-223
Tit. XIV	- Dc iis quae fieri debent post declaratam matrimonii nullitatem		224-223
TiL XV	- De modo procedendi in casibus exceptis		226-231
TIL XVI	- De expensis iudicialibus ct de gratuito patrocinio aut expensarum iudicialium reductione.....	232-240,	
Memorandum		coL 1767	
Appendix I	- Normae observandae in processibus super matrimonio rato et non consummato ad praecavendam dolosam personarum substitutionem .....–,.....~	coi. 1767	
Appendix II	- Instructio de competentia iudicis in causis matrimonialibus ratione quasi-domlcilii..... ...	coi. 1767	
Appendix III	- Litterae ad Excellentissimos Archleplscopos. Episcopos atque locorum Ordinarios de relatione causarum matrimonialium quotannis S. Congregationi dc disciplina Sacramentorum mittenda.....	coL 1767	

Adn. C BERNARDINI In Apoll. 9 (1936) 521-585; J. HARING In Apoll. 9 (1936) 593-594; !P 16 (1936) 258-315; I. SENE DETTI. Ordo Judiciali» processus canonici »uper nullitate m»tria> nil instruendi iaxt» Instructionem a S. C. de Sacramentis. TacrLd 1938; J. DOHENY, Canonical procedure in matrimonial oses. Milwaukee 1933; R. NAZ. La procédure des actions en nullité de mariage, Paris 1938; I. TORRE, Processus matrimonialis, «d.3 Ncapoïï 1956.

1348

1936 SEP 19.-SC REU DECR. AAS 28 (1936) 405-406

De **TEXTU CONSTITUTIONUM AB OMNIBUS MONAST CARMELITARUM EXCALCEATARUM UNICE ADHIBENDO**

Ssmus Dominus Noster Pius Papa XI, die 22 mensis Iunii a. 1926. Constitutiones Monialium Excalceatarum B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, quas Summi Pontifices Xistus V, Gregorius XIV et Urbanus VIU probaverant, postquam ipsae ad normam Codicis luns Canonici emendatae eiusdemque Codicis legibus auctae atque ln nonnullis etiam levioris momenti, arrepta, occasione, immutatae fuerant, denuo ita approbare ct confirmare dignatus est, ut omnia in ipsis contenta, eodem prorsus modo, apostolico robore ac firmitate donarentur.

Haec Sacra Congregatio Religiosorum Negotiis praeposita, dum ita solemniter approbatas et confirmatas Constitutiones Revmo P. Praeposito Generali Ordinis Fratrum Excalceatorum B. M. Virginis a Monte Carmelo transmitteret per litteras diei 22 Iulii a. 1926, unitati et bono Filiarum Sanctae Matris Teresiae consulens, officii sui esse duxit votum exprimere ut talis Textus unanimiter ab omnibus Monasteriis Carmelitarum Excalceatarum adhiberetur. Voto S. Congregationis plura sane Monasteria fideliter obsecundarunt, ita ut commendatas Constitutiones maior pars Monasteriorum, transactis decem annis, ad praxim reduxerit.

Quo autem plene auspicata atque his annis suaviter parata constitutionum unificatio inter pias Sanctimoniales. quae unius S. Matris/ Teresiae nomine et spiritu gloriantur, quantocius iam obtineri valeat. Sanctitas Sua. in Audientia diei 10 Septembris anni 1936 infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis concessa, mandare dignata est. ut in posterum in omnibus Monasteriis Monialium Excalceatarum Ordinis B. M. V. a Monte Carmelo, sive ipsa Ordinariis locorum ex S. Sedis dispositionibus, quae firmae remanent, subiecta sint, sive ad normam Constitutionum anni 1926. Revmo P. Praeposito Fratrum Excalceatorum eiusdem Ordinis subdantur, praedictus Constitutionum Textus, anno 1926 datus, aliis omnibus e medio sublatis, ut vigens recipiatur ipseque regularis observantiae formam omnibus S. Teresiae Filiabus unice iam praebeat Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de

Rel'dosis die 19 mensis Septembris a. 1936.—V. Card. U S *Praef.* Fr. L. H. Pasetto. Secr.

Ada J G In NrT 64 (1937) 195; A. ELLIS in PrM 26 (1937) ;£.'1 5 GOYENECHE In CpR 18 (1934) 74 78.

1349

133$ OCT 21.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

Circa usum calendarii proprii religiosorum LN MISSIONIBUS

Accepit et consideravit haec S. Congregatio litteras ex Shihoku missas (absque indicatione diei) a Rmo Superiore Regulari Aemiliano Dominguez, quibus petebatur. Te probante et commendante, ut in omnibus Praefecturae Apostolicae ecclesiis commissis fratribus Ordinis Praedicatorum permitteretur religiosis eiusdem Ordinis usus proprii kalendarii et proprii missalis.

Similes petitiones non semel iam factae sunt ad hanc S. Congregationem a nonnullis religiosis Ordinibus Quamvis vero haec eadem S. Congregatio agnosceret rationes, quibus moverentur oratores, esse laudabiles, quippe quae manifestarent desiderium utendi omnibus subsidiis ad alendum sensum amoris filialis erga Ordinem et fraterni erga consocios, tamen censuit huiusmodi bonum praeponendum non esse generaliori bono operis missionalis, quod, suo iudicio, periculo alicuius detrimenti obiiceretur ex exauditis petitionibus. Ut clarius innotescat quaenam sit mens S. Congregationis. adnecto exscriptum responsionis datae hac super re Excmo Vicario Apostolico de Funing, ex eodem vestro Ordine [LE 1331].

Precibus ergo Rmi Superioris Regularis Tuae Praelecturae non duco esse opportunum annuere. Nullum autem mihi dubium est de vestra volenti obedientia quae in vos et in vestram apostolicam operam copiosas a Deo gratias conciliabit—Petrus Card. Fumasoni Bzuxdi, *Praef.* Celsus Costantini, *Secr.*

• Ordinario do Shikoku: Syllogc n. 202.

1350

1936 OCT 28.-PIUS XI. MP. AAS 28 (1936) 421-424

De pontificia academia scientiarum

PIUS PP. XI

In multis solaciis, quibus Dei benignitas Pontificatus ?Ostri cursum prosecuta est, illud etiam adnumerare Lbet, Nos videlicet eorum cernere potuisse non paucos, qui naturae secreta experiundo rimantur, mentium habitum propensionemque. ad religionem quod attinet, ita immutasse, ut animos alio iam intendisse videantur. Scientia, quae vera rerum cognitio sit, numquam Christianae fidei veritatibus repugnat; immo etiam — ut qui scientiarum annales pervolutaverit, non fateri non poterit — quemadmodum Romani Pontifices unaque simul Ecclesia nullo non tempore doctorum hominum vestigationes, iis etiam in rebus quae experimentis cognoscuntur, provehendas curarunt, ita vicissim eiusmodi disciplinе ad tutandum caelestis veritatis thesaurum, eidem Ecclesiae creditum, viam munierunt Quapropter, ut Vaticanum Concilium sollemniter docuit, « non solum fides et ratio inter se dissidere numquam possunt, sed opem quoque sibi mutuam ferunt, cum recta ratio fidei fundamenta demonstret, eiusque lumine illustrata rerum divinarum scientiam excolat; fides vero rationem ab erroribus liberet ac tueatur, eamque multiplici cognitione instruat ».[1] Utique, proh dolor, per proxime revoluta tempora, eruditi homines interdum, qui paternam antea avitae religionis domum incoluerant, eam miserrime — quamvis reapse non addiscendae veritatis causa — < prodigi filii » instar dese'ruerunt ; atque 2
etiam, superiore praesertim saeculo, humanae scientiae divinaeque revelationis vias rationesque sibi invicem adversari commenticio quodam modo ausuque temerario asseveratum est Attamen praejudicatae Istiusmodi opiniones — quod quidem haud mediocri cum animi solacio fateri licet — iam ita absoleverunt, ut nemo fere inveniatur unus, qui digne pervestigando in physicarum rerum inquisitionem incumbat» huiusque erroris adsertor ac vindex evadat

Quin immo nolumus heic silentio praetermittere scientiarum cultores non paucos per Pontificatus Nostri decursum — quos inter non deerant, qui et summi ln sua cuiusque disciplina haberentur, et maximis honoribus dignati essent — cum c longinquis etiam variisque nationibus peregre Romam petiissent. Conventus ad optima promovenda studia celebraturi, ad Nos coram adiisse, ut sua humanitatis officia Nobismet ipsis, vel illi potius auctoritati venerabundi deferrent, quam Apostolica haec Sedes per immerentem quoque Beati Petri Successorem perpetuo obtinet. Contigit etiam ut horum in numero nonnulli essent, qui, tametsi pretiosissimum catholicae fidei munus non adepti, consentaneum tamen ducerent hanc, quae Nostra est, veritatis Cathedram prona fronte vereri. Nec defuerunt qui, cum ad Nos suo suorumque nomine verba facerent» iure optimo edicere non dubitarent rerum omnium scientiam ad Christianam fidem viam sternere ac communire; quod profecto magnum paterno animo Nostro gaudium indidit

Quibus positis propitiis rerum temporumque adiunctis, « Pontificiam Academiam Scientiarum » ad nova potiunda incrementa promovere opportunum esse autumavimus.

Quattuor iuvenes, ut omnes norunt, in quibus Fridericus Cesi, die xvn mensis augusti, anno mdchi, hac in alma Urbe « Lynceorum philosophorum Ordinem, seu Consessum, seu Academiam » condiderunt Cuius quidem Fridericus Cesi, princeps delectus, per « Lynceographum » hoc esse Instituti propositum edixit uc definivit nempe < rerum cognitionem et sapientiam non solum acquirere, recte pieque simul vivendo, sed et hominibus voce et scriptis absque ullius noxa pacifice pandere ». Varias deinceps hic doctorum virorum coetus, decursu aetatis, fortunae vices cepit: non semel ex antiquo splendore decidit, itemque non semel fuit ad pristinum decus restitutus; usque dum anno mdcccxlvii decessor Noster im. r. Pius IX, nova instauratione peracta, non iam a privatis scientiarum cultoribus, sed a Romano ipso Pontifice et a publica eius auctoritate illum pendere decrevit Quo ex tempore institutum idem « Pontificia Academia Novorum Lynceorum » cognominatum est, idque sibi proposuit ut graviorum disciplinarum studia/ eorumque incrementa, 423
data a sodalibus sollerter opera, promoveret. Ac mox alius decessor Noster s. m. Leo XIII, anno mdcccl xxxvii, novas statuit normas, quibus huius coetus, momentum gravitatemque foveret; idque per amantissimas litteras ad Venerabilem Fratrem Aloisium S. R. E. Card. Oreglia. Episcopum Praenestinum, eumdemque Academiae Patronum; in quibus haec, inter alia, scripsit: c Multa commendatione dignam censuimus et ab exordiis Pontificatus Nostri praecipua benignitate complexi sumus Pontificiam Academiam Novorum Lynceorum, cuius observantia et fides, tempore etiam difficili, ie Nobis probavit ».

lamvero Nos. cui quidem felices humanarum scientiarum processus tantopere cordi sunt, quique Apostolicae Sedis ac Vaticanae huius a Nobis constitutae Civitatis ornamenta ac decora in oculis ferimus, postquam Academiae huic Nostrae et opportunas opes ad sua incepta assequenda, et dignam sedem memoriisque insignem attribuimus, consentaneum omnino existimavimus eam prope funditus instaurare; idque hoc die facere libuit, quo die, ante annos xvn. summum a Deo accepimus beneficium, cum episcopali dignitate insigniti fuimus.

Hoc igitur consilio ducti. Nos, de Nostrae plenitudine potestatis, motu proprio, ac matura deliberatione Nostra, hoc studiorum domicilium ad novas normas redactum restauramus, idemque « Pontificiam Academiam Scientiarum » constituimus ac declaramus; itldemque Statuta, heic adiecta, eidem propria promulgamus, quibus in posterum et coetus ipse regatur, et quibus ii omnes, quorum res est. obtemperent» obtemperationemque haberi iubeant.

Ut vero iam nunc huic Instituto dignitatem esse testemur excelso suo muneri parem, septuaginta illos egregios viros, qui Pontificiam Academiam efficiant, quique idcirco < Academici Pontificii » nuncupentur. Nosmet ipsi —- et hac prima vice non modo auctoritate Nostra, sed directo etiam Nostraque sponte — nominamus. Ex variis nemque scientiarum cultoribus, qui satius singulis nationibus honori sint, summa equidem

[1] Sess. III. cap. IV.

cura eos delegimus. Ad quem quidem faciendum delectum, ut laborum potissimum operumque gravitate ducti fuimus, quae in scientiarum emolumentum unusquisque pro sua parte contulisset, ita nominis etiam Nos moverunt laudes, quibus, omnium consensu ac plausu, in doctorum virorum ordine iidem fruerentur. Ab eis itaque Apostolica haec Sedes id auxilii ac decoris exspectat ac praestolatur, cuius hic veluti doctorum hominum Senatus, seu < Scion tifieus > Senatus, certum portendit auspicium. Neque idcirco nimii videamur, quod hunc optimarum disciplinarum coetum
<24 quasi Apostolicae Sedis in scien'tiarum provincia Senatum nuncupaverimus; quidquid enim honoris a doctrinae cultoribus caelesti Numini tribuitur, id procul dubio, ut debitum humanae rationis obsequium Summae Veritati testatur, ita nobilem prae primis procreatori Deo observantiam praestat

Nobis autem in votis exspectationeque est fore ut Pontificii Academici, vel per hoc Nostrum suumque studiorum Institutum, ad scientiarum progressionem fovendam amplius excelsiusque procedant; ac nihil praeterea aliud petimus, quandoquidem hoc eximio proposito praeclaroque labore famulatus ille nititur servientium veritati, quem ab iisdem postulamus.

Qui vero in Academiae coetum, a Nobis in praesens restauratae, iam adlecti fuerunt, quique superioribus annis ad illius incrementa sedulo contulerunt, eis. grati Nostri animi causa, libenter damus ut. quoad huius vitae usura fruentur, quemadmodum antea ita et in posterum. Institutum hoc Nostrum vel qua honorarii. vel qua ordinari, vel qua < corresoondentes », ut aiunt. Socii participent; atque adeo honoribus potiantur. quos per Statuta a Nobis promulgata iisdem dilargiti sumus.

Atque interea Pontificiis Academicis cunctisque Sociis. iisoue omnibus, oui suam Academiae huic praebebunt ooeram. caelestia munera, ad labores cuiusque suos feliciter insumendos, impense a Deo precamur: quorum quidem munerum conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam tum iisdem singulis universis impertimus. tum in primis eorum Praeside, dilecto nemoe filio Augustino Gemelli O. F. M.. ut divino fretus auxilio ditas heic a Nobis normas ad rem deducere auspicato valeat

Quaecumque vero a Nobis, hisce literis motu proprio datis, statuta sunt ea omnia firma ac rata esse iubemus. contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvui mensis octobris, anno xiocccrxxxvr. Pontificatus Nostri quinto decimo.·—PIUS PP. XI.

Ad». J. L. In HrT 64 (1937) 79-80; I. 5TEIN In PrM 26 (1937) 178-181.

1351

1936 OCT 28.-PIUS XI, NORM. AAS 28 (1936) 427-436

STATUTA PONTIFICIAE ACADEMIAE SCIENTIARUM

TIT. I. - Constitutio ct finis

Art. I. Pontificia Academia Scientiarum hoc sibi assequendum proponit ut scientiarum physicarum, mathemat'eamm. naturalium studia, profectus historiamque foveat

Art II. Academia autem, ut quod sibi proponit attingat:

a) excutit et disputat potissimas quaestiones ad scientias physicas, mathematicas, naturales spectantes ope Dissertationum. Notarum et Commentationum:

b» Infamet studet sclcntificis inquisitionibus et Investigationibus perficiendis, aut Institutis vel privatis hominibus opitulatur, ut eisdem incumbant:

c) operam dat scriptis de rebus scicntificis edendis:

di parat conferentia», congressus, celebrationes.

'I'IT. Π. - Ordinatio

§ 1 — Academicorum *ordo*

Art III Ad Academiam pertinent septuaginta < Pontificii Academici ». quos ipsemet Romanus Pontifex deligit

Ipso iure pro munere c Pontificii Academici supranumerarii » sunt:

a) Rector Speculae Astronomicae Vaticanae: l) Praefectus Laboratorii Astrophysici Speculae Vatia, nae; c) Praefectus Bibliothecae Apostolicae Vaticanae; *d)* Praefectus Tabularii Vaticani ; e) Rector Scientifkui Musei Missionalls ethnologic!./ ca

Hi ad Academiam pertinebunt, usque dum memorata munera servarint

Extra ordinem iis annumerari queunt « Pontificii Academici honorarii ». quo titulo ii decorantur qui de Academia deque eius inceptis scientificis beneficiorum largitate praeclare meriti sunt

Art IV. Academiae Praeses Summo Pontifici eorwn nomina praefert, ut Academicorum titulo honestentur, qui initis in Academia suffragiis ad normam art XXIII favorabilis sententiae Judicium nacti sint

Praeses autem hac de forma discedere potest «i quem Pontificis Maximi delectui proponat doctrinae fama insigniter clarum.

Academici ad vitae tempus manent nisi de iis agatur, qui ad Academiam ex ipso suo munere pertinent.

Art V. Academici intersunt sessionibus ataue ibiden exhibent Dissertationes. Notas et Commentationes: discentant et suffragia ferunt; ius habent candidatorum nomina prof'ĕndi. nova investigationum argument proferendi. Bibliotheca ad praescriptas normas utendi

Academici non residentes rogari possunt ut scrioto qualibet de re sententiam aperiant vel in enucleandi» quaestionibus auxilia ferant, ubi eorum scientia praepolleat.

Omnes excioiunt Arfa academica et Commentationes de ouibus in art XXVIII.

Art VI. Academici in singulis Academiae sessionibus et in publicis celebrationibus gestare possunt numisma. quod in adversa oarte tiaram et claves verbis « Deus scientiarum Dominus » circumdatum habet in memoriam scilicet P:i XI Pont Max. ecclesiasticorum studiorum et iosftis Academiae Restitutoris: atoue In aversa parte insculptum oortat proprium Academici nomen olea lauroaue redimitum.

Academici nossunt consuete insigne gestare. qu>d minu»am breviatamque adversam numismatis partem referat

Iidem. cum habentur CanePae Pontificiae et peraguntur solemnia. ubi ipse Pontifex Maximus interest praefinitum in ecclesia locum tenent

Pontificiorum Museorum et Pinacothecarum iisdem Uber aditus patet/ &

§ 2– *Academica munera*

Art VTI. Academiae Summus Pontifex ipse tutelam exercet

Eandem moderantur et reeunt: 1® Praeses, 2° Consilium Academicum. 3° Ab actis. 4° Praepositus rei nummariae. 5° Bibliothecarius. 6° Censores, 7' Probatores impensarum redituumque.

Art. VIII. Praeses creatur *mo'u proprio* a Summo Pontifice, a quo immediate pendet

Munus tuetur quattuor annos, quibus exactis, confirmari notest ab eodem Summo Pontifice.

Praeses: a) Academiam repraesentat: b) summam Instituti rerum gerit: c) convocat Consilium Academiae necnon sessmnes. iisdemque praeest; dl a Consilio statuta exsequitur.

Si Praeses absit, potest aliquod Consilii membrum designare, ut suam vicem supplens sessionibus praesit itemque Academicum quemlibet pro Consiliario impedito substituere. Valet etiam, si id opportunum aestimaverit. unum aut olures Academicos legare ad Academiae personam alicubi gerendam.

Art. IX Consilium Academiae efformant: Praeses pro tempore: P'-nrses postremus, absoluto munere; quinque Academici

Academici Concilio cooptandi, latis a ceteris sociis favorabPHcr «uffragils. a Summo Pontifice nominantur rogatu Praesldis.

Non possunt eligi nisi Academici residentes aut quasi residences. In munere perstant quattuor annos. 430 quo exacto tempori» spatio Iterum eligi valent

Ex IILs quibus Consilium coalescit, designantur Ab nctl». rei nummariae Praepositus. Bibliothecarius, duo Censores·

1775

Consilium Academiae:

ei adiutricem operam navat Praesidi in Academia Eodennda;

b' in sessionibus pertractanda parat et componit alendanum academicum;

c) Instituti patrimonium curat itemque administratxcem gerit;

d) deliberat de ponendorum sumptuum redituumque aestimatione eorumque redditis rationibus» quae erjda praevie rei nummariae Praepositus apparat, «demque sollemni sessioni probanda subicit

Deliberata vigent, si pleraque Consilii membra adfuerint et in eandem sententiam convenerint

In paribus utrimque sufragiis Praesidis sententia praeponderat

Consilium cogitur alternis mensibus et praeter ordizem. si necessitas impellat aut duo eius membra id petierint

Art X, Academicus Ab actis: a) Academicorum denchum digerit et servat ad Praesidis mandatum; Î) Ab actis est in Academiae Consilio; c) Secretariae officiis in negotiis expediendis praeest

Quodsi absit aut utcumque impediatur, Praeses quempiam Consilio cooptatum designat ut eius vices ierat

Art XL Rei nummariae Praepositus:

e) curat congruam rei oeconomicae administratioκά et impensarum redituumque libros;

b) tuetur supellectilem Instituti, sive quae ad doaffln sive quae ad scientiam pertinet;

c) digerit ponendorum sumptum redituumque aestimationem. eorumque redditas rationes;

d) proventus exigit atque, cum suscepit perscriptocem Praesidis, ab Academico Ab actis ipso quoque nbscriptam. pecunias solvit;

e) temperat cuncta quae ad arcam nummariam atα tinent et ad rei oeconomicae dispensationem./

Art XII. Bibliothecarius: α) Bibliothecae praeficitur: b) vigilat ut Bibliothecae praescripta et normae serventur.

Art XIII. Censores sub moderanime Praesidis: σ) cavent ut cunc'a in Academia ordinatim fluant; M prospiciunt Statutis atque Ordinationibus diligenter tuendis: c> de Academicis adsciscendis praesentationes examinant et Consilio referunt

Art XIV. Academici impensarum redituumque probatores ab Academiae sociis diliguntur ex iis, qui nullam in Consilio partem habeant.

Biennii spatio in munere persistunt et iterum eligi possunt

Ii invigilant, ut rei oeconomicae administratio rite tat et impensarum redituumque libri rite serventur; roeculantur ponendorum sumptuum redituumque aestimationem eorumque reddi'as rationes, et impensas confirmant et Academiae referunt.

§ 3 - Opes

Art XV. Opes, quae Academiae praesto sunt, ut quod sibi proposuit assequi valeat, sunt: a) dos a Pio XI Summo Pontifice tributa, cuius gestionem Administrato bono-um ApostoVcae Sedis curat; b' Instituti supellex, necnon instrumenta quae ad scientiam pertinent et libri; c) munera et legata; d) reditus, qui ex opera Instituti proveniunt.

Quotannis quinque centenae de reditibus excipiunQ tur. ut stabilis pecun;ae provisus coacervetur./

TIT. III. - Actionis ratio

§ 1 - *Annus academicus et calendarium*

Art XVI. Annus academicus init Calendis Novembris et desinit die xxxi mensis Iulii.

1· caerimonia in Sacello Paulino, ut Deo agantur grates Eiusque benedictio in Academiae labores petatur, pro Ecclesia et Summo Pontifice preces fundantur, pro Academicis vita functis piae suplicationcs adhibeantur.

2 sollemni quadam sessione, ad quam ipse Summus Pontifex invitatur. Praeses superioris anni labores summatim breviterque illustrat ac novos inito anno obeundos delineat.

Art XVII. In postrema Sesione anni academic! Pracres calendarium venturi anni Academiae proban-

dum producit Hoc in Calendario, a Consilio confecto, dies sessionum, quae fixo certoque ordine fiunt notantur.

5 2- Sessiones *Academiae*

Art. VIII. Sessiones Academiae sunt ordinariae et extraordinariae, secretae et publicae.

Academia convenit in sessiones ordinarias diebus, qui in Calendario Academico constituti sunt

Sessiones extraordinariae indicentur a Praeside, cum id necessarium aestimaverit

Art XIX. In Sessionibus publicis: *a)* Academicorum nova nomina et dignitates renuntiantur; b) exhibentur Dissertationes. Notae, Commentationes scripta typis edita; c) concursuum exitus proclamantur et victa praemia destinantur.

Academici, qui loci intervallo aut impedimento quovis prohibentur, quominus Sessionibus publicis intersint possunt alium Academicum designare, qui pro se Dissertationes legat deferat Notas vel Commen/tationes 433
nes vel scripta typis mandata. Quodsi haec designatio facta non sit consulat Praeses.

Academici possunt producere Dissertationes. Notas et Commentationes etiam eorum, qui Academiae extranei sunt, si haec memoratu digna esse videantur.

Academici Dissertationes. Notas, Commentationes possunt proprio sermone exarare, epitome tamen adlecta latine conficienda.

Art XX. In Sessionibus secretis: a) negotia expediuntur sueta et extraordinaria; b) adprobantur ponendorum sumptuum reddituumque aestimatio eorumque redditae rationes necnon impensae; c) examinatur et decernitur quidquid ad intimam Academiae vitam spectat; d) tempora et argumenta harum sessionum a Praeside praefiniuntur.

Art XXI. De rebus deliberandis suffragia feruntur in Sessionibus secretis, postquam libera disceptatio habita est Praeponderat sententia, quae maiorem suffragiorum partem assecuta est; quo autem victricia contingant suffragia, in primo scrutinio minus decem, et in secundo minus quinque esse non debent Suffragiorum latio a Praeside proponitur; qui huiusmodi optatum respuere non potest in negotiis ordinariis, si tertia adstantium pars expostularit; differre tamen potest in rebus gravis momenti, de quibus opportunum censuerit Summae Auctoritatis exquiri sententiam.

In paribus utrimque suffragiis Praesidis sententia preoonderat

Suffragiorum latio secrete facienda, praescribitur, quoties deliberanda tangunt personas, dignitates, officiales, concursus aut id a tertia adstantium parte postulatur.

Art. XXII. Cum Academicis residentibus ordo argumentorum in Sessionibus pertractandorum tempestive communicandus est Ii tenentur sessionibus intéressé et nomen scribunt in pagella quadam, quae singulorum interventum ostendit

Academici residentes, qui triennii spatio a sessionibus absint si nullam excusationem attulerint, Academicorum dignitatem abnuere reputantur./ 434

Art XXIII. Ad novos Academicos nominandos, ita suffragia fiant:

Exactis duobus vacationis mensibus, eligendorum Academicorum praesentationes, quarum unaquaeque a duobus Academicis obsignatur, in epistola involucro clausa Praesidi afferuntur. Singulae habent expositionem. quae curriculum vitae et in disciplinis excolendis operositatem candidati demonstrat

Praeses submittit eligendorum Academicorum praesentationes cum memoratis expositionibus antea censoribus ac deinde Consilio Academico. Consilium autem, iis perlectis, relationem conficit quae cum omnibus Academicis communicari debet Eligendorum Academicorum praesentationes quae a Consilio nec respuuntur, nec procrastinantur. Academiae in sessione itidrm secreta non antea ineunda, quam mensis spatium defluxerit suffragii tentamina sumunt.

Academici vero, qui longinquitatis causa intéresse non valent, scripto suffragium mittere possunt

Generatim pro quolibet Academicorum loco vacante 1res viri suffragiis subeundis proponuntur, delecti cx eiusdem disciplinae cultoribus.

Quod si sententiae non convenerint designatio committitur ad diem a Praeside statuendam.

Art XXIV. Peculiares Ordinationes promulgabuntur ad Interiorem Academiae vitam regendam.

§ 3 - *Scientificae investigationes, operositatis incitamenta, compensationes*

Art. XXV. Academia potest praemia ponere, concursus promovere, ex ipsis Academicis comitatus conventusquc instituere ad peculiares scientificas investigationes.

Ea potest etiam labores et indagationes scientificas aggredi et fovere.

Art. XXVI. Academia potest conferre suis ipsis Academicis aut extraneis praemia, subsidia, honoraria, numismata.

Numerus, mensura, diuturnitas, modus harum tribuendarum rerum statuuntur ab Ordinationibus ad interiorem Academiae vitam regendam.

Academici nequeunt adire concursus, qui ab Academia indicuntur./

435

Art. XXVII. Academicis conferuntur honoraria pro praesentia et indemnitates, propterea quod Academiae vitam participant. Peculiares compensationes tribuuntur iis, qui singularia munera obierint.

Academicis Ab actis et Bibliothecario quotannis certa remuneratio tribuitur.

Qua ratione honoraria, compensationes, indemnitates solvenda sint. Ordinationes ad interiorem Academiae vitam regendam definiunt

§4 - *Scripta typis edenda*

Art XXVIII. Academia typis edit *Acta* et *Commentationes.*

Acta evulgantur per fasciculos. Quibus autem interstitiis ii quotannis prodire debeant Ordinationes ad interiorem Academiae vitam regendam praefiniunt Acta autem referunt in sessionibus publicis disceptata. Dissertationes» Notas, elenchum voluminum quae dono data sunt, ac nuntios de Academiae vita.

Commentationes non praefinitis intervallis typis mandandae, continent scripta ad disciplinas spectantia, gravis quidem momenti, quae Academia edenda suscepit necnon opera praemio coronata.

Art. XXIX. Academia praeterea de sua operositate refert ope Armuarii et *Nuntii radiophonici.*

Art. XXX. Academia, rogantibus Academicis in sessione secreta, potest sibi adsumere scripta typis edenda aut opitulari, ut haec ab aliis evulgentur, sive periodica sunt sive non sunt, dummodo eius finibus haec consona et attemperata esse videantur.

TIT. IV - Praescripta postrema et transitoria

Art XXXI. Academiae est Cancellaria, ad quam pertinent Secretaria, ministeria dispensationis oeconomicae et arcae nummariae.

Cancellariae praeficitur Cancellarius, a quo pendent omnes in Academiae officiis cuiuslibet ordinis mime-
436 nbus fungentes./

Condicio iuridica et retributio cuiuslibet ordinis muneribus fungentium et Cancellariae leges ab Ordinationibus ad interiorem Academiae vitam regendam deliniuntur.

Art. XXXII. Si Statutorum commata immutanda videantur, Academia, in sessione secreta, potest de hac opportunitate disceptare et vota conficere a Summo Pontifice probanda: eademque suo arbitrio nihil his legibus immutet

Art XXXIII. Ordinationes ad interiorem Academiae vitam regendam praeter normas his Statutis relatas alias quoque continent adiciendas, ut Academiae compositio et agendi ratio particulatlm decernantur.

Hac Ordinationes peculiares praescriptiones etiam continent quae ad Bibliothecam spectant.

Eaedem manant a Praeside, audito Academico Consilio.

Art. XXX1V. Socii Pontificiae Academiae Novorum Lynceorum, honorarii, ordinarii aut correspondentes, nisi nominentur Pontificii Academici, eundem retinent honoris gradum, scilicet honorariorum, ordinariorum vel correspondentium. Udem excipient Acta et Com- *mentatione Privilegiis de quibus sermo est ln alincls III et IV. art VI horum Statutorum fruentur. Acade- *mia Dissertationes legero et ad eam Notas ct Commentationes mittere poterunt Pariter concursus ab

Academia cum praemiis institutos participare Iisdem licet

Adn. I. STEIN in PrM 26 (1937) 178-181.

1352

1936 NOV 13.-SC RELIGIOSORUM. EPIST. PART.·

Formalitates servandae a religiosis in alienandis **BONIS ET DEBITIS CONTRAHENDIS**

A Letter addressed by the Apostolic Delegation al Washington to all religious Superiors in the United States, on Nov. 13. 1936. contains the following provisions.

The Sacred Congregation for Religious has considered for some time the necessity of formulating certain definite rules to assist religious Superiors in their grave and difficult obligations in the administration of temporalities.

The Sacred Congregation feels bound to recall all religious Superiors to:

1. An exact compliance with all the requirements of the Canon Law concerning the administration of temporal goods;

2. Greater prudence in every financial transaction.

To this end. the Sacred Congregation has authorized me to address a communication to all the religious Superiors in the United States in order to bring to their attention again *the obligation which they have in conscience of fully carrying* out the prescriptions of canon 534, 5 1. of the Code of Canon Law. And this obligation *extends to all religious* including regulars and other exempt religious.

Canon 534, § 1, prescribes that an apostolic induit is required under *pain of nullity of the contract, tor:*

1. Alienation of precious articles;

2. Alienation of goods which exceed the value of six thousand dollars;

3. For contracting debts or obligations beyond the sum of six thousand dollars.

In regard to other alienations of property which include the incurring of debts or the assuming of obligations for sums smaller than six thousand dollars, the Canon Law provides for certain formalities which should be scrupulously observed.

These required formalities are:

1. A favorable vote by secret ballot by the proper Council or Chapter, and further,

2. The written permission of the competent Superior or Superiors.

I

A proper and exact observance of canon 534, § 1, and canon 1533 requires compliance with the formalities prescribed for so-called alienations. The term *alienation* includes not only purchases or transfers of property, but includes as well any contract, debt, or obligation. The Canon Law regards all transactions, which may render the financial condition of the Institute, Province, or religious house less secure, as alienations.

The Sacred Congregation calls special attention to two systems of colecting funds or money which have become more widespread in this country in recent years. These two systems are (1) the issuance of bonds or debentures upon ecclesiastical property and the sale of such bonds or debentures in the public market or to private investors, and (2) the system of soliciting or accepting funds under the so-called annuity agreement providing for payments of an annuity to the donor for life. *Both of these systems of obtaining money fall within the provisions of canon 534.* For under both systems the moral religious person, who issues the bonds or debentures or accepts the funds under an annuity agreement, undertakes economic obligations which must be met at a certain time. Consequently both the issuance of bonds or debentures and the acceptance of annuities are governed by the provisions of canon 534. The conclusion is clear that any attempt by a religious Province, or religious house, to issue bonds or debentures or to accept annuities involving

! ɳ» exceeding six thousand dollars would be ẖo r/ju-M and invalid if made without a papal induit is true in all cases where the sums of money Ktniing from one or both systems or from the combiutioa of several operations either at the same time « at different times accumulate in a sum greater than VE >um of six thousand dollars.

Il

The aforesaid sum of six thousand dollars should be understood, in connection with the terms of the Code, as the equivalent of · thirty thousand lire or irucs › and in reference to the value of currency upon gold in distinction to other currencies, gold oxa being the true unit of value. In this connection «lue is based upon such stable gold content and nte of exchange.

Ill

An apostolic induit is required not only in the event ct a single transaction exceeding the sum of six thounad dollars, but an apostolic induit is necessary in every case where a coalescence of the debts or oblinbxis of every kind and nature exceeds the said sum ci six thousand dollars. For example:

l. If after having contracted a loan of four thounrd dollars, an occasion arises for borrowing a further sxn of more than two thousand dollars before payment of the hrs: has been made by the religious — since ie total of the financial obligations will exceed six thousand dollars after the second borrowing, it is necessary to have the permission of the Holy See before raring the second loan.

1 If a community undertakes several issues of bzids or debentures, each issue being within the limit permitted by the Canon Law, but the total of the issues aggregating a sum exceeding six thousand dollars, then 12 apostolic induit must be obtained.

1 In the event that a community desires to obtain coney by means of annuities or life pensions, there will be no need of recourse to the Holy See for a sum sp to six thousand dollars; but where the sums aggreote a sum exceeding six thousand dollars, then the community cannot receive any further funds through f-ch annuities without an apostolic induit

4. When the amount of existing debts or obligations totals four thousand dollars and it is proposed to incease such total indebtedness to more than six thousand dollars, then an apostolic induit is necessary. And meh permission is required whether the proposed increase in indebtedness is by contract, mortgage, bond cr debenture issue, or any other form which will bring the actual or contingent obligation to a total sum of sore than six thousand dollars.

5. When the total *present indebtedness* is over six thousand dollars, an apostolic induit is required for any contract, debt, or other obligation, even if such ecv indebtedness is incurred for the purpose of complete or partial payment of the pre-existing debts or obligations.

IV

The petition which must be presented to the Holy See. acording to the provision of canon 534. for permission and authorization to incur such obligations, must contain *definite and clear statements of the following fsets:*

1. The *reason* for contracting the debt or assuming the obligation.

2. The *nature of* the debt or obligation. A mere general statement does not comply with the requireTients for an explicit declaration of intention. For example, a mere statement that permission for a loan b required does not satisfy the requirements if an intention exists to issue bonds or debentures.

3. The name of the person, firm, or corporation with whom the debt or obligation is to be contracted.

Moreover, *the Sacred Congregation requires the following additional information:*

4 The proposed terms of meeting the debt or obligation. This requires a detailed and truthful statement of the arrangements for extinguishing such obligations both as to the interest requirements and the principal debt. This requirement demands a statement of the time contemplated for complete payment In this regard. attention is called to canon 536, § 5. which warns Superiors not to allow the contracting of debts unless it be certain that the tnieresf on them may be met from *current revenue* and that *within a reasonable time* the *capital* may be paid off by means of a lawful amortization fund. For example:

a) Loans — the plan of amortization must be presented.

b) Annuities — the amounts, the plan of investing the funds and interest arrangement, and plans for meeting annual payment, etc., must be stated in detail.

5. The *economic condition* of the petitioner, which must be illustrated by the following exhibits:

a) A balance sheet of current assets and liabilities. The value of each asset ought to be stated at the current price, not at the purchase or nominal price; g., bonds should be listed at the current quotation on the exchange; real state should be listed according to the tax assessment, depreciation, income, etc.

b) A statement of receips and expenditures oyer a sufficient period of time to give an accurate estimate of normal receipts and expenditures.

c) A separate list of the obligations which do not appear under (a); e.g., obligations as guarantor, surety, trustee, bondsman, etc. This information is required in order to estimate all the certain or contingent obligations of the petitioner, particularly with reference to the rule regarding coalescence, supra, n. HI.

If the petitioner fails to declare in the petition the debts and obligations which actually encumber the Institute, Province, or religious house for which the induit or permission is sought, *canon 534,* § 2, *of the Code of Canon Law declares the apostolic induit or the permission of the Superior* null and *void.*

V

In order to avoid the serious inconveniences and evils when religious Institutes imprudently contract obligations under annuity agreements and later are not in a position to satisfy the annuity requirements, it is strictly and formally forbidden to use all or any part of the capital annuity fund which should remain intact as long as the annuitant is living.

• SuperiorIlxrt religiosis 5. F. Ꞑnwrkc SeplenFrionalii îuxtt lïtteoi DilcgaM Ap. huius twrltorik EOUSCAF.EN II p. 161. Adn. REGATILLO n. 762.

1353

1936 NOV 25.-SC RITUUM, RESP. A/1S 29 (1937) 35

RESPONSA DE MISSA VOTIVA D. N. IESU CHRISTI. SUMMI ET AETERNI SACERDOTIS

Edito Decreto Urbis et Orbis diei 11 martii 1936, quo unica Missa votiva de Christo. Summo ct Aeterno Sacerdote, singulis primis feriis V cuiusque mensis celebranda concedebatur quibusdam sub conditionibus, (LE 1321], R. P. Pnncratius Pfeiffer, Superior Generalis Societatis Divini Salvatoris, Sacrae Rituum Congregationi haec humiuime subiecit dubia, pro opportuna declaratione.

I. *An in Missa hac votiva de Christo. Summo* et *Aeterno Sacerdote, concessa pro primis feriis quintis cuiusque mensis, dicendum sit Gloria et Credo?*

II. An quando face Missa impediatur a festo superioris ritus, duplicis nempe primae vel secundae classis, loco Missae impeditae dici possit eiusdem commemoratio sub unica conclusione cum prima oratione festi?

III. Quo *colore Missa votiva de lesu Christo, Summo ct Aeterno Sacerdote, sit celebranda?*

Sacra Rituum Congregatio, mature consideratis expositis. audito quoque Commissionis specialis suffragio, his precibus praelaudati Superioris Generalis respondendum censuit:

Ad I: Affirmative cx *gra'ia;*

Ad II: *Affirmative, dummodo* non occurrat festum D. N. *lesu* Christi, aut eius *Octava;*

Ad III: zldhibcafur *color albus*

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI relatione per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum. Sanctitas Sua sententiam ipsius Sacrae Congregationis ratam habuit et confirmavit Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 25 novembris 1936.—C. Card. Laurenti, *Praef.* A. Carinci, *Secr.*

Adn. F. X- HECHT (n PrM 26 (1937) 194-201; G. MARTINEZ DE ANTO9ANA In CpR 18 (1937) 4-7; J. PAUWELS in NrT 64 (1937) 411-412; 65 (1933) 335-337.

1354

1936 DEC 12.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.·

Circa subiectionem sororum ordinariis in missionibus

Mense iulio n. e. Paternitas Tua Reverendissima, de mandato Exemi Vicarii Ap. Kimberliensis in Australia, huic S. Congregationi haec dubia solvenda proponebat:

1. An inter ‘‘Missionaries", ie quibus edicit Instructio S. C. de Prop. Fide anno 1929 die 8 dec. edita (LE 935], eos subesse dispositioni Ordinarii loci, computandae quoque sint sorores in opere missionali educationis, scholari vel alio, occupatae.

2. An. quoad actionem missionalem sororum. Superioris Ecclesiastici sit dare decisionem definitivam, audito iudicio et consilio Superiorissae competentis, e gr. quoad destinationem sororum ad scholas vel ed formandam quocumque alio modo juventutem.

3. An liceat Superiori Ecclesiastico, audita Superiorissa competente, transferre sororem in aliam stationem. quae ad opus ibi exercendum specialiter idonea vel necessaria est.

4. Num. non obstante can. 611 et Instructione S. C. de Propaganda Fide supra citata, Superiorlssa prohibere possit, quominus epistolae sororum missionis sibi subditarum eleemosynam pro missione petentes benefactoribus transmittantur per ipsum Superiorem Ecclesiasticum.

5. An in casu dissensus inter iudicium Ordinarii loci et Superiorissae quoad res praedictas praevaleat auctoritas Ordinarii necne.

Petitio Tua Revmorum Consultorum Coetus iudicio delata est. qui ita responderunt:

Ad I: *Negative.*

Ad cetera quattuor: Standum praescriptis SS. Canonum et Constitutionibus Sororum. — Eadem responsa haec S. C. propria auctoritate firmavit atque Tibi hisce litteris nota facit, ut ea, etc.—P. Card. Fumasoni Biondi, *Praef.* C. Costantini, Archiep. tit. Theodosien.. *Secr.*

• Procuratori Generali Pia· Societatis Missionum: Sylloge n. 201 Adn. A. ELLIS In PrM 26 (1937) 479-480; ME 50 (1938) 69.

1355

1936 DEC 14.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

De ARTE CHRTSTLANA indigena in missionibus fovenda

Ecc. Revffia, Nel mio messaggio radiofonico dei 16 giugno 1936, rivolgendo un affettuoso saluto ai Venerabili Vicari Apostolici adunati a Leopoldville, io formulavo auguri per il pleno successo della prima iniziativa di una esposizione d’arte sacra Congolese. « ut in omnibus honorificetur Deus » (I. Petri IV. 11).

Ho poi ilcevuto il n. 43 de ΓArtisan liturgique. tu‘-to dedicato alia illustrazione di detta esposizione. Leggendo l dotti discorsi e osservando le numerose illustrazloni, devo dire che questo primo tentative ha ottenuto vernmente un grande successo. E‘ évidente che Parte Congolese va veduta con occhio diverso da quello con cui contempliamo la nostra vecchia arte cristiana. VI è qualcosa di primitivo, dl manchevolc nella forma ; ma vi è il candore e la sincérité dell'infanzia. quel fascino che nasce dalle expressioni ingenue e pooolari. come awiene della musica e dei canti dei popoii primitivi.

Del resto anche Finfanzia delTarte europea ba caratteri manchevoli. tanto che certe sculture delle nostre cattedrali romaniche possono accostarsi alia scultura dei popoii primitivi delTAfrica e di altrove. Non bisôgna poi dimenticare che Parte cristiana indigena, più che a noi, deve piacere agPindigenl

Ma per noi l'esposizione, più che una questione ·H arte, involge un problema di metodologia missionaria.

V. Eccellenza dice bel lamente: < La Chiesa catblica non è nè belga, nè francese, nè inglese, nè italiana o americana: essa è cattolica. Percio essa è belga nel Belgio. francese in Francia, inglese in Inghilterra ecc. Nel Congo, essa deve essere Congolese: ne ’a costruzione dei sacri edifici e nella confezione degli oggetti di culto, si deve accuratamente tener conto delle linee, dei colori e di tutti gli elementi delFartc Congolese.

Cosicchè, quando i Negri adorano e pregano nella chiesa silenziosa o quando prendono parte aile cerimonie ufficiali del culto, è tutto l’ediiicio, espressione autentica della loro anima, che adora, prega e canta con essi le lodi del Signore.

Allora, e allora solamente, una chiesa in mezzo a un popolo ha il suo senso completo, divino e umano neJo stesso tempo: essa è la Casa del Signore: essa è la Casa di Dio, piena della Sua presenza e la Casa dei fedeli, costruita dalle loro mani e decorata dalla propria arte.

Mi place pure di riferire alcune parole del discorso veramente notevole pronunciato dal Cig. P. Ryckmam, Governatore generale del Congo: < Bisogna sradicare una buona volta presso i Negri il pregiudizio che il Missionario è un iconoclasts, che distrugge per il piacere di distruggere. Bisogna invece convincere il moado pagano di questa vérité, che la Chiesa è di tutte le razze e di tutti i tempi; che essa approva tutto ciô che è buono nella vita di tutti i popoii; che essa toiler tutto ciô che è indifferente, e che essa non vuole distruggere che ciô che è cattivo, semplicemente perché è cattivo... lo dirô volentieri che Farte religiosa indigena deve essere incoraggiata. perché è *indigena* più ancora che per il suo contenuto artistico >.

Rallegrandomi con V. Eccellenza per questo nobile tentativo, che âpre nuove e belle vie all’applicazione dell’arte cristiana, ricca e suscettibile di vari sviluppi. Le porgo i miei rispetti e gli auguri di ogni bene.

Di Vostra Eccellenza Revma devotissimo nel Signore.—P. Card. Fumasoni Biondi, *Prefetto.* Celso Costantini, *Segretario.*

• Ad Dolejstum Aposîolicum in Congo: Sylîoge n. 203 bit.

1356

1936 DEC 15.-SC SACIU INDULTUM PART.·

Datur facultas dispensandi a ieiunio eucharistico cum fidelibus lx aetatis annum attingentibus et cum mulieribus praegnantibus

Preces, - *Beatissime Pater,* Episcopus Berolinensis, ad pedes S. V. provolutus, humiliter postulat facultatem dispensandi a lege ieiunii eucharistici fideles utriusque sexus. sexagesimum aetatis annum ingressos» nec non mulieres praegnantes, ut aliquid per modum potus vel medicina sumere possint ante Ssmam Eucharisticam Communionem.

Rescr, - Die 15 Decembris 1936. Sacra Congregabo de disciplina Sacramentorum, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Duo Nostro Pio Papa XI tributarum, attentis expositis ab Ordinario Berolinensi, Eidem facultatem tribuit, iuxta petita, *ad triennium,* ut fidelibus sexagesimum aetatis annum attingentibus et male affecta valetudine laborantibus, nec non mulieribus praegnantibus veniam largiatur aliquid sumendi per modum potus vel medicinae ante Ss. Eucharisticam Communionem, ots vel *ter in hebdomada,* de consilio Confessoriorum, durante tantum male affecta valetudine aut praegnatione, remota quacumque scandali ct admirationis occassinne^ Contrariis quibuscumque minime obstantibus.—D. Card. Jorio, *Praef?* *Q*

209* Ordinario BrntInaml, P^. N. 597</3(h AKKR

1357

1936 DEC 15.-SC SACK., INDULTUM PART.·

Facultas dispensandi a ieiunio eucharistico fideles
AΠATE PROVECTOS AUT ADVERSA VALETUDINE LABORANTES

Preces. - *Beatissime Pater,* Ordinarius Mechlinien., jd pedes S. V. provolutus, humiliter postulat facultates dispensandi a ieiunio eucharistico fideles Inde ab zcoepto sexagesimo anno, ob causam male affectae nJetudinis, mulieres durante tempore praegnationis, et per delegatum sacerdotem, cui committitur cura anicarum in nosocomio, fideles aegrotantes pro tempore eemmorationis in nosocomio, ut citati fideles aliquid per modum potus vel medicinae ante Sanctissimam Eicharislicam Communionem sumere valeant.

Rescr. - Die 15 decembris 1936, Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Dno Nostro Pio XI tributarum, attentis expositis ah Ordinario Mechliniensi, Eidem benigne tribuit facultates iuxta petita, ad triennium, ut am fidelibus in sexagesimo anno constitutis et advena valetudine laborantibus, tum mulieribus praepantibus, tum aegrotis in nosocomiis degentibus veniam largiatur aliquid sumendi per modum potus vel medicinae ante Ss. Eucharisticam Communionem, bis vel ter in hebdomada de consilio confessariorum durante male affecta valetudine, praegnatione et commoratione in nosocomio, remota quacumque scandali ci admirationis occasione. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.—D. Card. Jorio, *Praef.* F. Bracci. *Secr.*

• Ordinario Mechliniensi: ELIP 51 (1937) 126. Adn. E. B. In *T M (1937) 296-297; ELIP 51 (1937) 126.

1358

1936 .. .-SC REL.» RESCR. PART,·

Commoratio monialium itinerantium et sororum
EXTERNARUM INTRA CLAUSURAM PAPALEM MONASTERII

Eminenza Reverendissima, Questa Sacra Congregazione nel Congresso dei 28 corr. mese ha esaminato la domanda delFEminenza V. Rev.ma con la quale chiedeva:

1. - Una preventive facoltà di permettere che ie *Monache italiane ed estere di passaggio da Genova* potessero essere alloggiate entro la clausura dei Monaster! dello stesso Ordine, durante la loro permanenza temporanea o prowisoria.

Questo Sacro Dicastero, tutto considerato, concede aU'E. V. Rev.ma la chiesta facoltà per un triennio, *adhibitis cautelis ne quod oriatur inconveniens.*

2. - Se si poteva approvare la consuetudine ab *immemorabili* o le direttive dei Costumieri o antichi libri dei Monasteri di voti solenni di far dimorare le *Suore esteme* dentro la Clausura, nonostante le disposizioni degli Statuti di questa S. C. dei 16 luglio 1931 [LE)(H21 che prescrivono la loro abitazione in locali esterni annessi ai Monasteri stessi.

Questa S. Congregazione in proposito ritiene che gli Statuti dei 16 luglio 1931 hanno abolito qualsiasi consuetudine o direttiva di antichi libri o costumieri.

Portante quei Monasteri che hanno i locali adatti sono tenuti ad osservare gli Statuti anzidetti. Per quelli che difettano di detti locali, questo S. Dicastero concede che per un quinquennio possano continuare come hanno fatto sin qui, *dummodo interim provideatur* a norma dei precitati Statuti.

Colgo intante la gradita occasione per baciarLe umilmente la Sacra Porpora e confermarmi della Eminenza Vostra Rev.ma

UmiLmo e dev.mo Servo.—Fr. L. E. Pasetto, Secr.

• Ordinario Ganuensi: CpR 17 (1936) 209. Adn. A. LA PRAONA In CpR 17 (1936) 210-212; A. ELLIS in PrM 26 (1937) 83-84.

ANNUS

1359

1937 IAN 2,-SC RITUUM, RESP. PART.·

Circa missam votivam summi et aeterni sacerdotis

Fridericus pustet. Bibliopola Pontificius, Sacrae Rituum Congregationi haec, pro opportuna solutione, proposuit dubia, nimirum:

1 - Utrum Missa votiva Domini nostri lesu Christi Summi et Aeterni Sacerdotis, per decretum diei 11 martii 1936 pro prima Feria quinta vel primo Sabbato censis concessa, etsi ocurrat Festum duplex vel duplex maius [LE 13211, consideranda sit tamquam Missa votiva privata iuxta Rubricas, ideoque dicenda sit absque Gloria et Credo cum omnibus Commemorationibus occurrentibus?

2 - Utrum praedicta Missa aequiperanda sit Missae rotivac pro Fidei propagatione, quae iuxta decretum diei 17 novembris 1922 [LE 457] similiter diebus duplicibus permittitur, ac proinde dicenda sit cum Gloria et Credo cum commemorationibus ritui duplici correspondentibus?

Et sacra Rituum Congregatio omnibus mature perpensis praepositis quaestionibus respondendum censuit:

Ad 1 - *Negative,* si agatur de *unica illa Missa votiva* per citatum decretum permissa; secus affirmative.

Ad 2 - *Negative,* sed *illa unica Missa* habeatur tamquam *votiva solemnis.*

Atque ita rescripsit atque declaravit

Die 2 ianuarii 1937.—C. Card. Laurenti. S. *R.* C. *Praef.* Henricus Dante, *Subst.*

• *PrM 26* (1937) 191-192; Adn. F. X. HECHT In PrM 26 (1937) 195-201; G. MARTINEZ DE ANTORANA Id CpR 18 (1937, 80-81; I.P. in ELIP 51 (1937) 101.

1360

1937 IAN 5.-SC SACR, NOTIFICATIO. PART.·

Defensor vinculi in causis de matrimonio rato et non
CONSUMMATO CONCLUDERE DEBET PRO MATRIMONII CONSUMMATIONE

*Ad excellentissimos Archicpiscopos, Episcopos a!q*ie locorum Ordinarios*

In Plenariis huius S. Congregationis Comitiis, mense proxime elapso habitis. En\i Patres animadverterunt.

non paucos nec semel vinculi defensores ab Excrhis Ordinariis deputatos in processibus super matrimonio rato et non consummato, munus sibi commissum haud recte explere. Ipsi enim opinari videntur, licet sint matrimoniali tuendo vinculo designati, ius sibi aliquoties esse non pro matrimonii consummatione, sed pro rei veritate *positive* scribendi, quod quidem quantum sit a iuris praescriptis alienum, non est cur in dubium x'oeetur (Cfr. can. 1968. N, 3 et Regulas H. S. C. diei 7 maii 1923, N. 28) (LE 513].

Quapropter ad eiusmodi defectum atque abusum penitus in posterum amovendos, valde quidem magni Sacramenti dignitati perniciosos, opportunum haec Sacra Congregatio duxit, ea communicare Excmis locorum Ordinariis quae iidem Emi Patres animadverterunt, ut ipsi eadem super re Curiarum vinculi defensores. vel iam constitutos vel in posterum deputandos in processibus eiusmodi. doceant, ius et officium eisdem esse ea omnia, inter processum deducere, quae ad matrimonium tuendum necessaria vel utilia censuerint, et, processu expleto, animadversiones pro *matrimonii consummatione* adstruenda sedulo conficere, sive cx actorum forma sive ex horum substantia educendas, quin de causae merito mentem suam pandant Sciant siquidem ad solos Episcopos non ad alios spectare votum pro rei *veritate* promere, antequam omnia acta ad hanc eandem Sacram Congregationem pro definitivo iuJicio edendo mittantur.

Romae, ex aedibus S. C. de disciplina Sacramentorum, die 5 ianuarii a. 1937.—D. Card. Jorio. *Praef.* F. Bracci, *Secr.*

*** Ordinarii» locorum. Prot N. 163/37: PrM 26 (1937) 343-344 Adn. F. X. HECHT in PrM 25 (1937) 344-346; REGATILLO n 811.**

1361

1937 IAN 8.-SC RITUUM. INDULT. PART.·

De missa votiva summi et aeterni sacerdotis dicenda SABBATO POST PRIMAM FERIAM VI CUIUSVIS MENSIS

Patris - Beatissime *Pater*. Episcopi Germaniae, quotannis In urbe Fuldensi congregati, ad pedes Sanctitatis Vestrae pr>vclutl, humiliter petunt, ut in omnibus dioecesibus Germaniae Miisa votiva Domini nostri lesu Christi. Summi ct Aeterni Sacerdotis per decretum R. R. C diei 11 martii 1936 (LE 1321] assignata primae Feriae V vel primo Sabbato, dici valeat Sabbato post *primam Feriam VI mensis.*

Rationes sunt:

a - Pium exercitium orandi pro cleri sanctificatione duobus abhinc annis In universa Germania Sabbato post primam Feriam VI mensis peragitur. Dies ille populo nunc iam carus et familiaris factus est; ita permutatio diei operi tam salutifero detrimentum afferret.

b - Sabbatum post primam Feriam VI mensis tum sacerdotibus tum fidelibus magna affert commoda. Sacerdotes primi Feria V occasionem praebent fidelibus ad peccata confitenda, fideles dein Feria VI et Sabbato et regulariter etiam Dominica ad sacram communionem accedunt.

Rrvn - Sacra Rituum Congregatio, attentis supra expositis peculiaribus adiunctis. auctoritate sibi tributa a Ss.mo Domino nostro Pio Papa XI benigne annuit pro gratia iuxta preces, rubricis servatis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 8 ianuarii 1937.—C Caro. Laürixti. S. R C. *Praef* A. Carlncl. S. R. *C. Secr.*

• Ordinariis Germani·#. Prot N. O. 1'937: PrM 26 (1937) 192-193. Adn. F. X. HECHT in PrM 26 (1937) 196-201.

1362

1937 IAN 9.-SC S. OFFICII. DECR. AAS 29 (1937) 13

DaMNVTUR **OPUS CUI TITULUS · ETUDES SUR DESCARTES ». AUCTORE L LABFRTHONNIERI**

Ferta IV. dic *2 decembris* 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii ErTii ac Revfhl Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandi» praepositi, audito RR DD Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt 11-b'um postumum Luciani Laberthonnière. cui titulus; *Etudes sur Descartes, Paris,* 1935. cura L. Canet editum.

Et Feria IV. die *6* Ianuarii 1937. Ssmus D. N. D. Pim Divina Providentia Papa XI, in audientia Exrmo ac Rcvmo Domino Adsessori Sancti Officii impertili. relatam sibi Enïrum Patrum resolutionem adprobavit. confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 9 Ianuarii 1937.—I. Venturi. *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

1363

1937 IAN 12.-SC RITUUM. RESP. PART.·

De INITIIS SCRIPTURAE TRANSFERENDIS ET DE MISSA VOTITA SUMMI ET ALTERNI SACERDOTIS

Redactor Kalendarii liturgie: Piae Societatis Missionum (Pallottinorum) Sacrae Rituum Congregationi haec pro opportuna explicatione humillime proposuit dubia:

I - Iuxta Rubricas generales Breviant UL xxn num. 7 Initium alicuius Epistolae catholicae tempore paschali aut alicuius Prophetae minoris mense novembri infra hebdomadam illorum temporum impeditum, quxid commcde heri poust, ponendum est In alia Feria alio simili Initio libera. Quaeritur autem, num oporteat intra has hebdomadal alia Initia amovere a suis diebus, ct anticipare si supersum dies liberi, ut. servato librorum ordine, singula Initia suum sortiantur diem?

Π - Decreto Sacrae Rituum Congregationis diei 11 martii 1936 [LE 1321) Sedes Apostolica benigne concessit celebrationem Missae votivae D. N. Iesu Christi, Summi et Aeterni Sacerdotis, prima Feria V vel primo Sabbato cuiusque mensis. Cum vero dies exclusi iidem fere smt ac pro Missa votiva pro Fidei Propagatione, quaeritur, utrum praedictae concessiones in omnibus similes intelligendae sint?

Et Sacra Rituum Congregatio, praepositis dubiis, audito quoque Commissionis specialis suffragio, omnibus mature perpensis, respondendum censuit:

Ad I - *Negative* et serventur Rubricae.

Ad II - *Negative,* sed si sermo sit de unica Missa privilégiais. haec habeatur tamquam votiva solemms: secus serventur Rubricae pro Missis votivis.

Atque ita rescripsit atque declaravit.

Die 12 ianuarii 1937.—A. Carincx. S. R. *C. Secr.* Henricus Dante. Substitutus.

• Pise Societati Millionστη, Proî. N P 62'936: Adn. F. X. HECHT in PrM 26 (1937) 195-203.

1364

1937 IAN 18.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

Dissolutio vinculi naturaliter validi in favorem fidii

Casus - Anna et Franciscus christifideles. adhuc m eorum infidelitate, ante sex nempe annos, impedimentum matrimoniale ignorantes, cum vero ac sincero utriusque consensu, qui adhuc perseverat, more patrio, matrimonium contraxerunt, prolibus inde duabus susceptis. Recenter autem missionario eorundem prop.no innotuit matrimonium tale esse invalidum; obstat enim vinculum prioris matrimonii non rati et post baptismum non consummati.

Etenim Anna adhuc infidelis duos iam viros ante Franciscum. ultimum ac praesentem virum, sucessive habuit, nulla ab Hio suscepta prole. Tandem a missionario. totius rei ignoto, anno elapso baptismum flagitabat cum suo tertio et falso viro in baptismum consentiente, quorum bona fide, quae asseritur adhuc perseverare, sine ulla interpellatione primi coniugis pagani adhuc viventis, vel sine ulla dispensatione ab interpellatione dc duobus rebus facienda, in eodem matrimonio usque ad hodiernum diem permansit. Errore nuperrime detecto. statim instituta est primi coniugis interpellatio.

corxstat infidelem velle cum coniuge conversa cohabitare et animum ostendere ad fidem convertendi.

fidc cernat Sibi non deesse lustam rausam, cur vitam commtalem declinet et remaneat eum compacte suo christiano. qui similiter in tow Me

et ambo ad sacramenta admissi sunt. Missionarius i-divit, Annam malle mori quam cohabitare cum suo -'-o marito seu ad vitae consuetudinem cum illo relîcirt Durissimum est enim et fere impossibile Annae ώ Proles ab ultimo viro iam natas ac ob adversam omr·» eiusdem mulieris voluntatem ad verum coniugem. rtLrio praesenti, redire. Quibus accedunt gravissima -AXT.moda timenda. Etenim vix clausis sex post prion matrimonium celebratum mensibus c domo a manti primi effugere debuit, quia coepit cum illa vir pesagere. Inde fieri potest, ut ille recenter interpelltus solum ad decipiendam Annam affirmative responderit. ac iustus est timor, ne coniux ille pagamus, mutata whr.tate. uxorem reversam postea deserat, vel. quod pdus est, ct fieri solet, promissis nullo modo stans eisdem vendat

Omnibus hisce de causis valde timendum, ne Anna d Franciscus, vir eius falsus, etiam post acceptam exsistentis impedimentti notitiam, in usu matrimonii perseveret cum maximo damno salutis propriae et scandito aliorum: vel si divortium eisdem imponeretur, vix erit possibile, ut sine proxima peccandi occasione reperiantur, quippe qui continentiae servandae minime isceti sunt

Responsum Sancti Officii.

FcceHenza Reorna, mi reco a premura trasmetterLe la soluzione data dalla Suprema S. C. del S. Officio al aso matrimoniale. proposto a questo S. Dicastero diUofficiale di codesto Tribunale Ecclesiastico in data 13 gennaio 1937.

Dopo maturo esame dei caso, la Suprema S. C. dei S Officio ha decretato:

attentis omnibus pro gratia dissolutionis primi matrimonii in infidelitate contracti a muliere N. nunc conversa et baptizata. ut, servatis de iure servandis, coram Ecclesia convalidare possit matrimonialem unionem cum N. cum ipsa converso et baptizato ».

Con sensi di distinto ossequio mi confermo di *V.* Ecceîlenza Revma devmo nel Signore.—P. Card. FuJtASOXi-BioN'Di. *Praef.* Celsus Constantini. *Secr.*

• Colledinea commissionis synodalis In Sinis 12 (1939) 846, Adn. Λ ABATE Io scioqlimen»© dei vînco'o contuse. Roma '35' o 7B L. TYUKODY in Colectanea commissionis synodalis In 12 (1939) 845-868.1059-1080.

1365

1937 IAN 28.-SC S. OFFICIT, RESP. PART.·

Non consecratio calicis et patenae non officit
VALIDITATEM S. ORDINATIONIS

Dcbiüm - Ludovicus Le Hunsec. Episcopos Europenf». Superior Generalis Congregationis Sancti Spiritus et Immaculati Cordis Mariae, Supremae Congregationi Sancti Officii sequens dubium exposuit:

lacobus neosacerdos ad sacrum presbyteratum nuperrime ordinatus, magna anxietate premitur eo. quod recordatur calicem (et patenam) ab Episcopo in ordirjtione sibi porrectum, cx oblivione non fuisse consecratum. Causa oblivionis autem est. quia donator dictum calicem ct patenam inchoata iam Missa ordinationis obtulit

Eadem fere anxietate premitur loannes, frater supradicti lacobi, qui eadem die promotus est ad sacrum nibdiaconatus ordinem, et quidem ob eandem rationem, scilicet non-consecrationem calicis et patenae.

Inde praefatus Orator Suoremae Congregationi Sancti Officii dubium proponit:

1 - *Utrum ordinatio ad s. presbyteratum* m casu sit valida, ira ut lacobus possit continuare celebrationem Missae?

2 - Utrum valida sit ordinatio loannis ad subdtaco-Mtum?

Ex aedibus S. Officii, die 28 ianuarii 1937

Resp - Exc me ac *Rev.me Domine,* Enti ac Revnïi Patres huius Suoremae Sacrae Congregationis, in con sessu generali Feria IV die 20 ianuarii curr. habito. perpensis duobus dubiis ab Excellentia Tua Revnia ad S. Officium allatis circa ordinationes cuiusdam lacobi ad presbyteratum et cuiusdam loannis ad subdiaconatum, respondendum mandarunt: *Oratores acquiescant*

Quae dum Tecum communico, impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens. Excellentiae Tuae Rev.mae addictissimus.—D. Card. Sbarretti. Episc. Sabinensis et Mandelensls, *Secretarius.*

• **Moderatori Generali Congregationis S. Spiritus: PrM 26 (1937) 184-185. Adn. F. X HECHT in PrM 26 (1937) 185-186; I. P. In ELIP 51 (1937) 97 98; ME 50 (1938) 4.**

1366

1937 FEB 18.-SC RITUUM, RESP. PART.·

LINCIEN.

Dubium circa missam votivam i. c. summi et aeterni
SACERDOTIS INTRA OCTAVAM DEDICATIONIS ECCLESIAE

Dubium - Vicarius Generalis Dioeceseos Linciensis Sacrae Rituum Congegationi exposuit anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedraiis celebrari die vigesima nona aprilis: ideoque persaepe primam Feriam quintam vel primum sabbatum mensis maii occurrere infra Octavam eiusdem Dedicationis Cathedraiis. Quum vero decreto diei 11 martii 1936 ILE 13211 quo sub certis conditionibus conceditur celebratio unius missae votivae de lesu Christo Summo et Aeterno Sacerdote pro prima feria quinta vel pro primo sabbato cuiusque mensis — prohibetur tamen occurrente quolibet festo, vigilia aut octava Domini — Ordinarius Orator ab eadem Sacra Congregatione petiit:

‹ Utrum Missa votiva de lesu Christo Summo et Aeterno Sacerdote concessa pro prima feria quinta prohibeatur etiam infra Octavam Dedicationis Ecclesiae ».

Resp - Et Sacra Rituum Congregatio, attento quoque Commissionis Specialis suffragio, omnibus mature perpensis. praepositae quaestioni respondendum censuit; *Negative.*

Et ita rescripsit atque declaravit. Die 18 februarii 1937.—C. Card. Laurenti, S. *R Praef.* A. Carinci, *Secr.*

• **ELIP 51 (1937) 129. Adn. I. P. In ELIP 51 (1937) 161.**

1367

1937 FEB 20.-PIUS XI. MP. AAS 29 (1937) 49

Quaedam causae civiles, quae personas aulae pontificiae respiciunt, competentiae subiciuntur commissionis dit
XXI MENSIS SEPTEMBRIS ANNI MCMXXXII INSTITUTAE

PIUS PP. XI

A parzlale scioglimento della riserva della pienezza dei potori, da Noi fatta con l'articulo 2 della Nostra Legge fondamentale della Città del Vaticano. 7 giugno 1929. η. 1. Noi di certa scienza e Motu-proprio disponiamo e stabiliamo che lo cause civili di natura patrimoniale ed economica, concernenti la Nostra Corte, comprese le Guardie Nobile. Svizzera e Palatina, siano giudicate dalla Commissione per le cause civili di competenza del Foro Ecclesiastico, istituita con il Nostro Motu-proprio del 21 settembre 1932 (LE 10871.

E cib abb:amo stabilito e stabiliamo. nonostantc qualunque cosa in contrario, anche sc degna di speciale menzione.

Dato a Roma, presso San Pietro in Vaticano, add! venti del mese di febbraio. l'anno millenovecentotrentasette. sedicesimo del Nostro Pontificate.—PIUS PP XI.

Adn. C BERNARDINI In Apoll. 10 (1937) 7 10; I. M RES TREPO In PrM 26 (1937) 225-226.

1368

1937 FEB 27.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

De significatione vocis < acatholicorum » **RELATE** ad **IUS ACCUSANDI VALIDITATEM MATRIMONII**

Quaerenti, die 18 mail 1936. Exfno et Revmo D. Sigismundo Waitz, Episcopo Salisburgensi, utrum etiam *Apostatae,* ii scilicet, qui nati et baptizati in Ecclesia Catholica, postea a vera Fide deficientes, vel nomen dederint sectae acatholicae vel « sine religione » esse sese declaraverint, sint recensendi, in ordine ad ius accusationis in causis matrimonialibus, inter *acatholicos,* S. Congregatio Sancti Officii, die 27 februarii 1937, Nr. 294/1936 rescripsit:

c Suprema haec Sacra Congregatio omnibus rite perpensis respondendum mandavit: *Affirmative* — seu Apostatas a Fide ad effectus declarationis Sancti Officii diei 18 Ianuarii 1928 [LE 814 sub die 1928 Ian. 27], recensendos esse inter acatholicos ».

• Ordinario Salisburgensi, Proî N 294/1936. iuxta summarium e K. KRONLACHNER tradilum in TpQ 90 (1937) 321 et PrM 26 (1937) 400. Adn. I. G in PrM 26 (1937) 400 EJ.M. In CR 14 (1938) 172; K KRONLACHNER InTpQ 90 (1937) 321; REGA-

1369

1937 MAR 2,-S. PAENM RESP. AAS 29 (1937) 58

Dubia super decreto « consilium suum persequens »

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae infra relata dubia quoad eiusdem Sacri Tribunalis Decretum < Consilium suum persequens », die 20 martii 1933 datum [LE 1160] et subsequent! die 1 aprilis evulgatum, pro opportuna solutione proposita fuerunt:

I. An Clericus, qui nomen dederit piis fidelium associationibus ante memorati Decreti evrilgationem. frui possit facultatibus in eodem Decreto recensitis vixdum sacrum Presbyteratus Ordinem susceperit

II. An Sacerdos, ad Confessiones non approbatus, qui uti supra, suum nomen dederit ante Decreti evulgationem, frui valeat praedictis facultatibus.

Et Sacra Paenitentiaria Apostolica die 23 februarii 1937 respondendum censuit:

Ad I. *Negative.* ,

Ad II. *Affirmative,* exceptis tamen facultatibus adnectendi Indulgentias Apostolicas et Plenariam « in articulo mortis », quae exerceri nequeunt nisi post obtentam approbationem ad excipiendas sacramentales Confessiones.

Facta autem de omnibus relatione Ssmo D. N. Pio div. Prov. Pp. XI in audientia habita ab infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 27 mensis nuper elapsi. Sanctitas Sua resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam decrevit

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae. die 2 martii 1937.—L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior. S.* Luzio, *Regens.*

Adn. G BERGH in NrT 65 (1938) 101; A. P. In ELIP 52 Γ1938) 18: I M. RESTREPO In PrM 26 (1937) 351-353; IP 17 (1937) 160-181,

1937 MAR 9.-SC PF., INSTR. AAS 29 (1937) 476-477

D>. COORDINATIONE P1V. unionis cleri pro missionibus cum operibus missionalibus

Ut universa cooperationis missionalis actio magis magisque perficiatur ac roboretur. Comitatibus seu Consiliis, dc quibus in Motu proprio *Decessor Noster* (LF. 9091. Pin Unio Cleri pro Missionibus, debita a Summo Pontifice Pio XI obtenta potestate, accedit

Comitatus Nationales Pontificalium Operum Missionalium. necnon Summum Consilium <seu Comitatus supremus). Motu Proprio *Decessor Noster* Instituta, ita perficiuntur:

A) De *Comitatibus Nationalibus cooperationis musionalis*

1. In diversis nationibus Comitatus National^ constabit Directoribus et Secretariis Nationalibus Pu·» Unionis Cleri et Pontificalium Operum pro Missionibus. quae sunt in natione, singulisque Consiliariis singulorum Operum ct Unionis Cleri, a Consilio Nationsli respective electis.

2. Comitatus Praeses, qui ab ipso Comitatu eligetur inter Directores Nationales Piae Unionis Cleri et Pontificalium Operum, tres annos in munere manebit iterumque eligi poterit

3. Comitatus, Praeside convocante, semel saltem in anno conveniet et quoties Praeses opportunum iudicaverit Idem suffragiorum maiori parte absoluta decernet

4. Comitatus erit in unaquaque natione ea curare quae ad commune bonum pertinet Unionis Cleri et Operum Missionalium. intra nationis limites exsistentium; itemque difficultates, quae fortasse occurrerint dirimere./

B) *De comitatu supremo cooperationis missionalis*

5. Summum Consilium (seu Comitatus supremus) Pontificiis Missionalibus Operibus et Unioni Geri regundis constabit Praeside Operum Pontificalium pro Missionibus et Consilii intematlonalis Unionis Cleri, Secretariis generalibus ipsorum Operum et Pine Unionis Cleri, unoque consiliario singulorum Operum et Piae Unionis Cleri a Consiliis electis.

6. Comitatui huiusmodi Praeses Pontificalium Operum Missionalium et Unionis Cleri praeest

7. Comitatus huius erit omnia providere ut Unio Cleri et Opera Missionalia ordinatim fructuoseque propriam actionem explicare valeant, atque difficultates, ri quae obortae fuerint, componere.

8. Quae in hoc Comitatu decernuntur, ad Emun Cardinalem S. C. de Propaganda Fide Praefectum recognoscenda atque confirmanda deferuntur.

9. Comitatus Supremus secundo quoque mense ordinarie convocabitur et extra ordinem quoties Praeses opportunum iudicaverit

C) De *commentario generali*

10 Commentarium generale, quod, ad mentem Motu Proprio supra citati, commune est Pont Operibus a Propagatione Fidei et a S. Petro Apostolo, erit et pro Secretariatu International! P. U. C. pro Missionibus.

Praesentem Instructionem in Audientia diei 9 martii an. 1937, Ssrhus D. N. Pius, divina Providentia Papa XI. audita relatione infrascripti Secretarii S. Congregationis de Propaganda Fide, ratam habere et adprobare dignatus est—C. Costantini. Archiep. tit Thcodosien., *Secr.*

Adn V. 8ARTOCCETTI In Apoll. 11 (1938) 174-177; G B. In NrT 65 (1938) 212-213; I. CREYGHTON in PrM 27 (193S) 91-95.

1371

1937 MAR 10,-SC SACR-, RESPONSUM. PART.·

Significatio vocis < impedimentis » in facultatibus quinquennalisus

Ad quaesitum, utrum verbum < impedimentum » in textu facultatum matrimonialium quinquennalium sub n. 4: « Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis iuris ecclesiastici etc, », inteHcgendum sit sensu strictissimo de iis tantum impedimentis. de quibus in cann. 1067-1080 *CIC:* an potius latiori sensu, de omnibus impedimentis iuris ecclesiastici. uti e. g. in can. 1971 5 1 n. 1: Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum respondet:

Affirmative ad primum, *negative* ad secundum; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. C.. die 10 mnrtii 1937.—D. Card. Jorio, *Praef.*

• Ordinario Limbunjc^ji Prot. N 2569'37: PrM 2« <1917) ■⌐757?dnOER5S (WW ß 26 (’937) 347'348:

1372

ia; MAR 19.-PWS XI, ENCYC. AAS 29 (1937) 65-106

LITTERAE ENCYCLICAL

u nxnUBU-LS FRATKES PATRIARCHAS. PRIMATES, ARCHIEPI-EPISCOPOS, AL1OSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM Π COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES:

De comniunismo atheo

PIUS PP. XI

Venerabiles *Fratrct*

Salutem ct Apostolicam Benedictionem,

Divini Redemptoris promissio humani generis primordia illuminat; atque adeo praefidens meliorum toporum spes, quemadmodum dolorem mulsit ob amisfxn ‹ paradisum voluptatis ».l ita per afflictum trepidumque iter homines prosecuta est, usque dum, « ubi unit plenitudo temporis »,2 Servator noster adveniens, diuturni desiderii exspectationem explevit; ac novam u-iversis gentibus cultioremque aetatem auspicatus est, qae a christiano nomine dicitur, quaeque illam m amensum propemodum evincit ac superat, quam nontu2ae praestantiores nationes magna opera magnoque a hbore attigerant/

Post miserum Adae casum, asperum virtutis certamen adversus vitiorum incitamenta ex hereditaria eiusmodi labe consecutum est; ac numquam destitit antiquus ille insidiator vaferrimus pollicitationum fallaciis Eortales decipere. Quapropter per aetatis decursum aU aliam excepit perturbatio, donec ad praesentem rerum conversionem ventum est, quae, fere ubique ternrum, vel iam saevit, vel formidolose minitatur, quaeque insectationes omnes, quas Ecclesia perpessa est, vi zagnitudineque excedere videtur. Ita quidem ut populi in id discriminis agantur, ut in barbariem recidant, deteriorem utique quam eam. in qua longe maxima pan gentium ante Divini Redemptoris adventum *ver*arentur.

Vos procul dubio. Venerabiles Fratres» iam percepuim habetis de quo minaci periculo loquamur; de communwmo scilibet bolscevico, quem vocant, eodemque atheo, cuius peculiare propositum eo contendit, ut societatis ordinationem radicitus commisceat, ipsaque chnsüanae urbanitatis fundamenta subvertat.

At, contra haec minacia tentamina posita, neque sflere poterat, neque siluit catholica Ecclesia. Non siluit haec Apostolica Sedes, quae probe novit suum esse peculiare munus veritatem, iustitiam omniaque immorsa bona tueri, quae communistarum secta spernit atque impugnat lam inde a temporibus, cum eruditorum hominum ordines sibi sumpsere civilem cultum humanitatemquc exsolvere religionis moralisque disciplinae vinculis. Decessores Nostri sui officii partes esse cuxerunt conceptis verbis commonere omnes, quo haec contenderet humanae consortionis a Christianis praeceptis abalienatio. Et ad *communistarum* errores quod attinet iam anno mdcccxlvi Decessor Noster f. r. Pius IX eos sollemniter reprobavit reprobationemque suam subinde per Syllabum confirmavit Hisce videlicet verbis utitur in Encyclicis Litteris Qui *pluribus:* « ...Huc (spectat] infanda ac vel ipsi naturali iuri maxime adC versa de *Com'munismo,* uti vocant doctrina, qua semel admissa, omnium iura. res, proprietates, ac vel ipsa humana societas funditus everterentur ».l Ac posteriore tempore alius Decessor Noster im. rec. Leo XIII hos eosdem errores per Encyclicas Litteras Quod *Apostolici ✻muneris* ita definite significanterque descripsit: ‹ . lethiferam pestem, quae per artus intimos humanae societatis serpit, eamque in extremum discrimen adducit »; itemque sagacis suae mentis acie demonstravit concitatam multitudinum ad atheismi placita contentionem, dum technica disciplinarum ratio tantopere afferretur, c philosophicis illis commentis originem duxisse, quae iam diu scientiam a fide vitaeque actionem ab Ecclesia segregare eniterentur.

Nos itidem non semel per Pontificatus Nostri decursum. increscentes huius impietatis fluctus, minaci-

I rf *Gen* ΓΠ. 23- *3 Galai.* IV. 4. » Lltt Encycl. Qui p/anbxj. d. 9 nov. 1246 PM Svn-· « jy 5. 5», vol. III, P· 170). 28 dcc. 1878 *(.Acta Leonis*

terque aestuantes Instanti sollicitudine denuntiavimus. Siquidem, cum anno mdccccxxiv e Russiarum regionibus ii rediere, quos Nos ad suppetias ferendas miseramus. peculiari ad universum catholicum orbem allocutione habita,5 *communistarum* errores rationesque improbavimus. Ac per Encyclicas Litteras Miserenfisrimiu Redemptor,· *Quadragesimo* anno,' *Caritate Christi,*l *Acerba* ǎnimi, Dilectissima Nobis,“ Christiani nominis insectationes, cum in Russia, tum in Foederatis Mexici Civitatibus, tum denique in Hispania saevientes, sollemniter expostulando conquesti sumus. Atque ea adhuc recenti memoria vigent, quae superiore anno verba fecimus, sive cum catholicarum scriptionum ex universo terrarum orbe Expositionem auspicati sumus, sive cum ex Hispania profugos coram admisimus, sive etiam cum. Nataliciis adventantibus Sollemnibus, radiophonicum dedimus' nuntium. Vel acerrimi ipsi Ecclesiae 63
osores, qui Mosquâ, ex eorum urbe capite, huic adversus Christianum humanitatis cultum certamini praesunt, haud intermissis eorum conatibus, non tam verbis quam reapse testantur, Summum Pontificatum, nostris quoque temporibus, non modo Christianae religionis sacra tutari integra fide non destitisse, sed crebrius etiam maioreque suadendi vi, quam terrenam quamlibet publicam aliam auctoritatem, ingens *communistarum* periculum monendo denuntiasse.

^•hilo secius, quamquam Nos geminata eiusmodi paternaque hortamenta edidimus, quae vos, Venerabiles Fratres, per tot pastorales litteras, vel communiter datas, diligenter explanando, cum christifidelibus communicastis, hoc tamen discrimen, seditiosorum hominum calliditate conflatum, cotidie magis magisque ingravescit Quamobrem officio duximus Nostram iterum efferre vocem; idque facimus per hoc maioris gravitatis documentum, quemadmodum huic Apostolicae Sedi, veritatis magistrae, moris est; eoque libentius, quod id in omnium votis per catholicum terrarum orbem esse novimus. Futurum vero confidimus ut huius vocis Nostrae sonum ii omnes volentes excipiant qui, mente a praeiudicatis opinionibus libera, sincero animo humanae communitatis bonum expetant Quam quidem fiduciam illud quodammodo auget quod haec monita Nostra lis deterrimis fructibus confirmata videmus quos Nos a subversorum opinationibus orituros denuntiando prospeximus, quique vel reapse In regionibus, ubi iidem dominantur, formidolose increbrescunt, vel ceteris gentibus minaciter impendent.

Volumus igitur denuo *communistarum* inventa atque praecepta, ut praesertim per bolsceristanim instituta rationesque proponuntur, summatim breviterque attingere atque explanare; iisdemque inventis pracccptisque, quae fallaciam redolent, perspicuam Ecclesiae doctrinam opponere; atque iterum instanter adhortari omnes ad illa suscipienda praesidia, quibus fas sit Christiani nominis culturam, in qua unâ Civitas vere humana consistere potest, a teterrimo eiusmodi flagitio non modo libe/ram servare ac sospitem, sed eam 68
etiam ad germanum assequendum civilis societatis profectum, citatiore cotidie gradu provehere.

Π

Quae nostris hisce diebus communisfarum doctrina praedicatur, potlore quodam modo, quam id genus placita superioribus temporibus invecta, fucata tenuiorum redemptionis specie profertur. Ac falsa quaedam forma iustitiae, aequabilitatis ac fraternae omnium in operando necessitudinis eorum praescripta eorumque molimina simulato mystico sensu ita pervadit, ut Plectas pollicitationum fallaciâ multitudines, quasi acerrima contagione incitatas, vehementer inflammet; quod profecto facilius hac nostra aetate contingit, quandoquidem non aequam bonorum assignationem Insueta non paucorum consequitur indigentia. lactant, quin immo, atque efferunt falsam eiusmodi formam, quasi ex ta orta fuerit in oeconomicis rebus progressio: qua quidem sicubi revera frui licet, id procul dubio aliis de causis evenit; ut ex impensiore efficiendarum rerum industria in eas regiones inducta, quae eiusdem expertes fuerint; ut ex ingentibus, quas natura gignit, opibus, nullo ad humanitatem respectu habito, quaestuosissime excultis; ut ex eo denique, quod operarii parva mercede ad gravissimos exantlandos labores dure crudeliter adigantur.

XΠI. rot. I. pp rro-JKJ). · AUoc. 1J dec. 1124: *A. A. S.*, vol. XVI. pp. 4M. 4» · Ƀ mali. 19»: .< *A S* reJ XX 165-178. ’ 15 mali. 1931: *A* A. S . rol XXIΠ. pp IT? »! • 3 mail. 1932: *A. A. S.*, τοi. XXIV. pp. 17? IM 1»2: *A* A ⅋„ vol XXIV. pp 321 332

lamvero, quae communistac hodie impertiunt praecepta, captiosâ interdum ailicientique specie proposita, iis reapse innituntur principiis quae de *matérialisme.* ut aiunt, dialectico atque historico C. Marxius prodidit; cuius quidem desciplinae ii, qui de *bolscevismo* philosophantur, nativam gloriantur se habere unos interpretationem. Haec praescripta docent unam tantummodo esse universamque rem; materiam nempe caecis occultisque viribus conflatam, quae naturae suae decursu fiat arbor, animal, homo. Humanam etiam societatem nihil aliud esse, nisi materiae *speciem* vel formam. quae memorato modo evolvatur, quaeque ineluctabili quadam necessitate perpetuo/que virium conflictu ad supremum exitum contendat: ad societatem nempe civium ordinibus vacuam. Patet igitur ex istiusmodi commentis ipsam aeterni Numinis notionem aboleri; patet inter spiritum rerumque concretionem, interque animum et corpus interesse nihil; neque animam esse post mortalem obitum superstitem, neque ullam esse alterius vitae exspectationem. Ac praeterea *communistae* dialecticam, quam affingunt, *materiatirmi* viam insistentes. conflictum, de quo diximus, quique rerum naturam ad supremum exitum adducet, ab hominibus maturari posse opinantur. Quapropter id enituntur, ut discrimina, quae inter varias Civitatis classes intercedunt acriores reddant; utque ordinum inter se conflictio, invidiarum proh dolor ruinarumque plena, progredientis aetatis sacra veluti contentio videatur: atque adeo repagula omnia, quaecumque vehementibus illis ex proposito susceptis conatibus obsistant, utpote humano gener! infensa, penitus perfringantur.

Huc accedit, quod hominem libertate sua spoliant, in qua spiritualis ducendae vitae norma consistit; itemque humanam personam dignitate sua exuunt omnique in ordine morum moderatione, qua gliscentibus cx occulto vitiorum motibus repugnari possit. Quae quidem humana persona, cum ex eorum placitis nihil aliud sit. quam quaedam, ut ita dicamus, rotula universae insertata machinationi, idcirco naturalia, quae inde oriuntur, iura singulis hominibus denegantur, communitatique attribuuntur. Ad necessitudines vero inter cives quod attinet, cum absolutam profiteantur aequalitatem, omnem. quae a Deo proficiscatur, vel parentum, auctoritatem ac hierarchian renuunt; quoniam, ut asseverant, quidquid potestatis obtemperationisque intercedit, id, veluti e primo unoque fonte, ab societate dimanat Neque singulis hominibus ullum ius datur possidendi vel bona ve! rerum efficiendarum opes; quandoquidem, cum eadem alia bona gignante. eorum possessio aliorum in alios dominium necessario inducit. Qua profecto de causa affirmant privatum quodlibet ius mancipii, quippe praecipuum eoconomicae servitutis caput, esse omni-
71 no delendum./

Haec praeterea doctrina, cum sacra omnia humanae vitae munia detrectet atque repudiet, consequens est ut matrimonium ac domesticum convictum ita habeat, ut civile solummodo ac ficticium institutum, quod e certis oriatur eoconomicis rationibus: quapropter quemadmodum illa maritalia connubia recusat, iuridicis moralibusque nexibus composita, quae vel e singulorum, vel a communitatis nutu non pendeant. ita indissolubilem eorum perpetuitatem explodit Ac peculiari modo, ex communisfarum sententia, mulier cum familia domo-?iue sua nullo vinculo coniungitur. lidem enim, cum eminam a viri tutela prorsus liberam praedicent, eam et a domestica vita et a liberorum cura ita abstrahunt, ut in publicae agitationem vitae communisque industriae. aeque ac virum, eam trudant; atque adeo eius focum ac prolem civili societati curanda committant“ Ac parentibus denique patria educandae subolis potestas eripitur, utpote quae unice sit communitati propria, quaeque idcirco huius tantummodo nomine nc mandato exerceri posrit Quorsum igitur hominum consortio evaderet, talibus, ex materialumo sumptis, fundamentis ïnnixa' Consociatio profecto exsisteret, nulla alia auctoritate coalescens, nisi eft quae ex oeconomicis rationibus derivaretur. Atque hoc unum eidem munus esset, communi nempe opera res gignere; unumque esset propositum, terrae nimirum frui bonis m amoenissima voluptatis sedo, in qua quisque « pro suis viribus laborem impertiret suum, pro suisque necessitatibus opes reciperet ».

Animadvertendum quoque est. communistes societati ius etiam tribuere, vel potius arbitrium paene infinitum. communi labori singulos cives addicendi, nullo habito respectu ad proprium cuiusque bonum. quin immo, vi adhibita, vel invitos cogendi. Atque In hac eorum societate cum morum disciplinam, tum luna temperationem nullo ex alio profitentur scatere fonte, quam ex eoconomicis temporum rationibus; ideoque eas suapte natura terrenas esse, fluxas mutabilcsque. Ad summam, ut rem/ breviter perstringamus, novwn 72 rerum ordinem inducere contendunt, ac novam culuoremque aetatem, quae quidem ex occulto solummodo naturae cursu profluant: «hominum nempe consortionem. quae a terris exegerit Deum ».

Cum vero animorum dotes atque habitus, quae ad id genus communitatem efficiendam requiruntur, ita omnes assecuti fuerint, ut commenticia illa societate forma tandem aliquando emerserit, civium ordinibus vacua, quam cogitatione effingunt, tum politica Civitas, quae in praesens ea tantum ratione conflatur, ut locupletes in proletariam plebem dominentur, rerum necessitate excidet atque « evanescet »; attamen, usque dum haec beatae vitae condicio non habeatur, publica gubernatione ac potestate *communistae* utuntur, ut potlore in omnes partes instrumento, quo propositum sibi finem contingant

Habetis ante mentis oculos propositam. Venerabiles Fratres, doctrinam illam, quam *communistac boisceria* atque athei, quasi novum evangelium. ac quasi salutarem redemptionis nuntium, humano generi praedicant! Inventum videlicet, errorum ac praestigiarum plenum, quod veritatibus divinitus patefactis aeque ac humanae rationi adversatur, quod cum civilis consortii fundamenta destruat, socialem ordinem subvertit; qued veram Civitatis originem ac naturam verumque finem non agnoscit: quod denique humanae personae iura dignitatem, libertatem detrectat ac denegat.

At undenam evenit, ut eadem doctrina, quam ct optima studia iam diu exsuperarunt, et cotidianae res omnino refutant, tam celeriter per universum terrarum orbem propagari queat? Id intellegere fas erit, si animo reputaverimus nimium sane paucos, quid velint et quo reapse tenaanl *communistae,* inspicere potuisse funditus; cum, contea. bene multi callid;s eorum sollicitationibus, quas miris pollicilabonibus confirmant, facile concedant. Ii enim, qui eiusmodi causam provehunt, lucala hac veritatis specæ u.^itur, se nimirum velle solummodo operariae pleb's sortem ad meliorem fortuitam reducere; itemque wile et quidquid non rectum in rem administrandam *Liberales,* quos/ vocant, invexc- n rint. opportune sanare, et ad aequabiliorem bonorum partitionem devenire: quae omnia procul dubio legitimis rationibus attingi posse nemo est qui non videat Attamen iidem, hoc agendi more, praesertim oeconomicarum rerum discriminis occasionem nacti. quod ubique urget, eos etiam ad suas ipsorum partes allicere possunt qui. pro ea. quam amplectuntur, sententia, a materialism! placitis abhorrent, et a scelestis illis facinoribus. quae non raro perpetrantur. Ac quandoquidem in quolibet errore aliqua inest veritatis lux. quemadmodum supra hac etiam in re contingere vidimus hanc veritatis speciem eo consilio versutissime proferunt. ut, pro opportunitate, odiosam illam atque inhumanam deformitatem dissimulando occulant, quam *communismi* praecepta rationesque redolent; atque adeo, homines etiam non vulgari virtute praeditos decipere possunt, qui quidem saepenumero ita inflammantur, ut et ipsi veluti apostoli evadant, qui iuver.es praesertim, facile obnoxios fallaciis. hisce erroribus imbuant. Praeterea *communismi* praecones utilitatem quooue capere non ignorant, cum ex variarum gentium simultatibus, tum ex dissensionibus contentionibusque. quibus diversa rei publicae gubernandae genera sibi invicem adversantur, tum etiam ex perturbatione illa, quae in studiorum campum serpit, ubi vel ipsa divini Numinis notio silet, ut in Athenaea irrepant ac doctrinae suae principia fallacis scientiae argumentis corroborent.

Ut vero incilius intellegatur, quibus rationibus id assequi potuerint ut tot opifices commenticia eorum placita, nulla inquisitione facta, amplexi sint, meminisse iuvabit opifices eosdem, ob oeconomicam Liberalium disciplinam eorumque agendi modum, ad religionis rectorumque morum neglegentiam miserrime reductos esse. Saepius enim, alternae operarum vices id ellam praepedierunt, ut iidem diei festi religionem colerent; non curae fuit sacras aedes prope officinas excitare, neque sacerdotis munera faciliora reddere; quin immo. Faicivmt. ut aiunt, instituta, nedum intermitterentur. magis cotidie magisque provecta sunt En

▼ol XXV. PP. 3B1-TH. :t Cf. UU. Encyri Casti connsMi. 31 dre s. тoi. XXП. p. $67). « *П ThcssûL,* П. 4.

«iur deterrimos errorum fructus, quos et Decessores
a & et Nosmet ipsi non semel praenuntiavimus. ûSiproptcr. cur miremur, si gentes tam plurimas, ab Sristianis praeceptis abalienatas, communism» fluctus formidolose iam alluant ac paene submergant.

At id etiam in causa est, cur *communismi* fallaciae tam celeriter pervulgentur, ut in regiones omnes, sive lagustiores sive ampliores, sive excultas sive minus id humanitatem provectas, ac vel in remotiores terrarmn partes. furUm Irrepant: nefandum illud nimirum propagationis studium, quod fortasse numquam, post heminum memoriam, tam acerrimum exstitit. Quae quidem propagatio, ab uno fonte profluens, ad peculiares populorum condiciones callide accommodatur: profusis sumptibus, innumeris consociationibus, frequentissimis ex omni natione conventibus ac confertis iptisque copiis utitur; itemque, per ephemerides, per volitantes paginas, per cinematographica spectacula, per theatrorum scaenas, per radiophonicum inventum, ac denique per litterarios ludos studiorumque Universitates quoslibet pedetemptim pervadit, vel praestabiliores civium ordines, qui forte virus non animadverterint, quod miserius usque mentes animosque inficit

Aliud validumque adiumentum, quo *communismi* doctrina provehitur, ex eo procul dubio oritur, quod r.agna diariorum pars, quae ubique terrarum typis eduntur, quaeque ad catholica praecepta non conformantur. rem ex condicto silentio premunt Ex condicto dicimus: secus enim haud facile intellegitur, cur Id genus scriptores, qui minoris etiam momenti casus tam avide captant ac proferunt, immania tamen facinori, quae in Russiarum regionibus, quae in Foederatis Melici Civitatibus, quae in magna denique Hispaniae parte perpetrantur, tam diu reticuerint; ac de *comivimstarum* secta, quae Mosquae dominatur, quaeque latissimo per terrarum orbem in consociationes coalescit. tam pauca, pro rei gravitate, verba faciant. At omnes norunt idcirco magnam partem hoc evenire, quod politicae rationes, quae civilem prudentiam non omnino redoleant, id postulare dicantur; ac non minus
* P2*15 occultisque viribus id foveri ac/ suaderi, quae diu Christianam Civitatum ordinationem evertere amentur.

Interea vero luctuosi mentis oculis obversantur studiosae huius propagationis fructus. Ubicumque enim *communis:ae* invalescere suumque exercere dominium potuere, atque heic peculiari paterna caritate Russarum ac Mexicanae Reipublicae populos recogita-
— inibi, quemadmodum iidem aperte praedicant, quoquo modo enisi sunt Christianae religionis humanl-üttsque fundamenta radicitus diruere, atque in homir.um animis, iuvenum praesertim, eius prorsus memoriam restinguere. Episcopi ac sacerdotes fuere extorres lacti, ad metalla damnati, igneis globulis transfossi, vel inhumano more necati: e laicorum vero ordine homines, idcirco in suspicionem vocati, quod sacra tuiti essent, vexati fuere, hostiliter habiti, atque in iudicium ct in custodias deducti.

„Jn ¶CR nIbus etiam, in quibus — quemadmodum in dilectissima Nobis Hispania contingit — *communismi* pestis atque flagitium nondum omnes potuit suorum errorum calamitates parere, vesanum tamen, proh dolor, concitavit furorem, inoue scelera erupit funestissima. Non una est vel altera sacra aedes diruta, ron unum vel alterum labefactatum coenobium: sed. ubicumque facultas fuit, templa omnia, religiosa claustra, ac vel quaelibet Christianae religionis vestigia, etiamsi arte humanitatisque studio insignia, funditus eversa f Ac non modo furens *communistarum* vecordia Episconos ac sacerdotes, religiosos viros ac mulieres ad milia bene multa trucidavit, eos easque peculiari modo insectata, quibus de opificibus ac de indigentibus cura esset; sed complures etiam lalcos homines e quovis ordine interemit, qui adhuc usque Idcirco catervatim necantur, quod Christianam profiteantur fidem, vel saltern quod atheorum *communistarum* doctrinam aversentur. Atque eiusmodi horrifica caedes tali perpetratur odio, tantaque efferatae barbariae immanitate, ut costris hisce temporibus incredibile prorsus videatur Nemo unus, qui prudenter sapiat, vel ex privatis horni-
rubus vel rx iis. qui rei gravitatis eonscil Civitalis
‹ rabe, nacula moderantur, nemo unus inquimus.horro.-e
mmmo non teneatur, si mente recoRite» posse in poste-
™ ea qCae hodie in Hispania contingunt, in ceteris etiam excultis gentibus evenire.

Nr-aue asseverari licet id genus atrocitates necessitate Lrimas omnes rerum conversiones consequi, immoderatique exacerbatorum animorum motus, quos quaelibet perduelliones pariant: minime prorsus, at naturaliter potius ex huius disciplinae rationibus oriuntur, cuius compagem nulla omnino frena continent Frena siquidem cum hominibus singulis. tum lure consociatis necessaria sunt; atque adeo vel barbarae gentes naturalis legis vinculum agnoverunt. Dei operâ in mortalium animis insculptae. Ubi hanc observare legem sollemne omnibus fuit, veteres vidimus nationes talem amplitudinis splendorem attigisse, qui eos. aequo nimius, admiratione adhuc percellat. qui accurate parum humanae historiae codices evolverint Quando vero ipsa divini Numinis notio e civium mentibus evellitur, necessario iidem ad agrestem immanitatem ferosque mores compelluntur.

Id equidem in praesentia summo dolore cernimus: primum scilicet post hominum memoriam, rebellionem videmus, diligenter inita subductaque ratione instructam, adversus ‹ omne, quod dicitur Deus ›.u Etenim *communismi* doctrina, suapte natura, cuilibet religioni adversatur, eamque quasi « soporiferum proletariae plebis opium › idcirco reputat quod eius Institutiones atque praecepta, cum vitam sempiternam post mortalis vitae obitum edoceant a futurae illius beatitatis ordine homines abstrahunt quem in terris assequi teneantur.

Attamen naturalis lex eiusque auctor Deus non impune spernuntur; consequens Igitur est ut communi-
starum nisus, quemadmodum ne in rebus quidem oeconomicis propositum suum ad effectum deducere potuere, ita neque in posterum umquam deducere possint Non diffitemur utique eosdem nisus in Rus'siarum di- 77
cione non parum contulisse ad excitandos homines eorumque instituta ex illa, quae insederat diuturna desidia; ac potuisse omni ope omnique, etsi saepe non recta, ratione contendendo aliquid efficere ad huius vitae utilitatem provehendam: at in comperto Nobis est ex recentissimis etiam testibus, nulli suspicioni obnoxiis, revera, ne hac quidem In parte, ea persoluta esse, quae multa spondebantur. Huc accedit, quod saeva illa terrorisque plena dominatio servitutis iugum civibus innumeris imposuit. Animadvertendum sane est etiam in rebus administrandis aliquam necessariam esse probitatis disciplinam, ad quam suscepti muneris procuratio ex officii conscientia conformetur; quod quidem *communistarum* placita, ex commenticiis ταterta Ibmi rationibus orta, procul dubio dare non possunt Qutpropter nihil aliud restat nisi formidolosa üla scelerum coniuratio, quam in Russia cernere est ubi veteres conspirationis contentionisque sodales mutuam sibi necem conflant: quae tamen terrifica scelerum coniuratio socialis compagis dissolutionem prohibere non valet nedum profligatos mores compescere queat

Verum mens Nobis non est foederatos Illius Rcipublicae pooulos in universum Improbare, quos immo potius paterna vehementique caritate complectimur Novimus enim ex eis non paucos Iniquo scrvillquc hominum dominio premi, qui sunt maximam partem u veris illius gentis utilitatibus alieni; aliosque plurimos fuisse fallacis spei pollicitationibus deceptos Initas potius rerum rationes earumque auctores fautoresque reorobamus. qui nationem Illam ouasi aptissimum habuere campum. In quo suae disciplinae semina iam diu comparata sererent, atque inde per universum terrarum partes disseminarent

III

Postquam atheorum *bolscevistarum* errores eorumque instituta, fallaciae violentiaeque plena, in sua luce posuimus, tempus iam est Venerabiles Fratres» ut iisdem veram Civitatis/ humanae notionem, breviter 73
edisserendo, opponamus; quae quidem huiusmodi eet ut probo nostis, qualem ratio mentis ac divina revelatio per Ecclesiam. Magistram gentium, nos docent

Ac principio animadvertendum est supra ceteras res omnes summum esse, unicum ac supremum ens, divinum nempe Numen, quod omnipotens universae concretionis creator est, idemque omnium hominum ‹apientissimus ac iustissimus iudex. Per supremum hoc ens. quod Deu est, insolentes ac mendaces eommuri-
srarum vanitates absolutissime refeiuntur. Ac verum enimvero. non quod homines ei fidem adhibeant idcirco Deus est: «ed quod ipse revera est fidem praestant eique supplicant omnes, quotquot pertinaciter contra veritatis lucem mentis oculos non claudunt

Atque ad hominem quod attinet, quid catholica fidr nostraeque mentis ratio doceant Nos praecipua doctrinae huius capita explanando per Encyclics? Litterae '

" LUt. Encvt *DtTte* WrttM Vccuiri 31 dee 1929 /.‹ 4 .‹

de Christiana iuvenum educatione proposuimus. Eidem siquidem spiritualis atque immortalis animus inest: idemque, quemadmodum persona est mirandis prorsus corporis mentisque dotibus a summo Creatore praedita, ita leapse < mfcrocosmos » ex veterum scriptorum sententia ca do causa vocari potest, quod inanimarum immensitatem rerum longissime evincit ac superat. Non modo *in* hac mortali vita, sed in perpetuo etiam mansura supremus ei finis est unice Deus; et cum per sanctitatis effectricem gratiam ad filii Dei dignitatem evectus sit, in mystico lesu Christi corpore cum divino Regno conjungitur. Quod consequens est, multiplicia ei impertiit caeleste Numen ac varia munera: ut vitae corporisque integritatis iura; ut iura itidem cum res adipiscendi necessarias, tum ad finem ultimum via rationeaue contendendi, sibi a Deo propositum; ut denique iura et mcunoae socieiatis, et privata bona possidendi, et eorum fruendi usu.

Praeterea, ut maritale coniugium, ita eius naturalis usus ex divina ordinatione oriuntur; itemque domestici convictus con stitutio eiusque praecipua munem
79 non ex humano arbitrio, neque ex eoconomicis rationibus. sed a summo Ipso omnium Creatore proficiscuntur. Quod quidem per Encyclicas Litteras" de casti connubii sanctitate, et per illas etiam, quas supra memoravimus, de Christiana iuvenum educatione copiose satis explicando enucleavimus.

At Deus pari modo hominem ad civilem consortionem natum conformatumque voluit, quam profecto sua ipsius natura postulat. Societas enim ex divini Creatoris consilio naturale praesidium est, quo quilibet civis possit ac debeat ad propositam sibi metam assequendam uti; quandoquidem Civitas homini, non homo Civitati exsistit. Id tamen non ita intellegendum est. quemadmodum ob suam *indiridualisml* doctrinam *libe·role?,* quos vocant, asseverant: qui quidem communitatem immoderatis singulorum commodis inservire Jubent; sed ita potius ut omnes, cx eo quod cum socie'ate composito ordine copulantur, terrenam possint, per mutuam navitatis conspirationem, veri nominis prosperitatem attingere; utque per humanum consortium privatae illae publfcaeque animi dotes, hominibus natura insitae floreant ac vigeant, quae temporarias pccullarcsque utilisâtes exsuperant, divinamque praeferunt in civili ordinatione perfectionem; quod qu:dem in ŝinguli hominibus contingere ullo modo nequit. Quod idcirco etiam homini inservit, ut hanc divinae perfectionis imaginem agnoscat, acceptamque Creatori referat, laudibus eum adorationeque colens. Homines siquidem tantummodo, non vero quaevis eorum consociatio. mente voluntateque. ad morum normas liberâ. praediti sunt

Iamvero, quemadmodum homo officia illa repudiare non potest, quibus Dei iussu civili societati obstringitur, atque adeo publicae rei moderatores iure pollent, «i idem obtemperationi huic non legitime obsistit, eum ad officium persolvendum coercendi: ita pari modo so-
80 cietas iis iuribus civem spoliare non potest a Creatore Deo eidem impertitis, quorum praestantiora su/pra breviter attigimus, neque eorumdem usum ex arbitrio impossibilem reddere. Quapropter e mentis nostrae ratione oritur, eidemque consentaneum est, ut terrenae res omnes homini usui utili'atique sint, ideoque per eum ad Creatorem referantur. Quam ad rem id profecto quadrat, quod Gentium Apostolus de Christiana salute procuranda ad Corinthios scribit: < Omnia vestra sunt, vos autem Christi. Christus autem Dei.» u Dum icitur communtstarum effata personam humanam ita extenuant, ut civium cum societate necessitudines praepostere subvertant, humana mens, contra, ac divina revelatio eam tam sublime extollunt. Decessor Noster f r. Leo XIII de oeconomicis socialibusque rationibus deque operariorum causa, per Encyclicas Litteras." effectrices normas edidit; quas Nos quidem, per Encyclicas item Litteras " de Christiana socialis ordinis renovatione, nostrorum temporum condicionibus neccssltatlbusque accommodavimus. In quibus Litteris, etiam atque etiam antiquissimam Ecclesiae doctrinam Instanter persequentes de peculiari privatarum possessionum natura, ad singulos et ad societatem quod attinet. distincte definiteque ct humani laboris iura dignltatcmquc designavimus, et mutuas eorum auxilii adiumontique necessitudines, qui vel rem impertiunt, vrl dant operam, et mercedvm denique, quae opificibus cx districta iustitia debetur, si bi suaeque familiae necessaria.

Ac praeterea in comperto posuimus, tum so!u.t *> do hominum consortionem posse e teterrbna ruira servari sospitem, ad quam per *Liberalitmt* placita compellitur, in quibus recta morum disciplina silet, cum scilicet socialis iustitiae chrlstlanaequc cantati praecepta oeconomicam civilcmque temperationem imbuant atque pervadant: quod procul dubio tx-qi·. civium ordinum inter se contentio terrorisque facinora, neque immodicus atque tyrannicus publicae potestati« usus praestare possunt Monuimus etiam veram popjh prosperitatem per rectam colle/giorum consociattopea u procurandam esse, quae varios socialis auctoriîalb gradus agnoscat ac vereatur; itemque necessarium cae omnia artificum sodalicia inter sc cohaerere ămiccqu conspirare, ut ad commune Civitatis bonum contendere possint; atque adeo germanum peculiareque publicae potestatis munus in eo consistere, ut mutuam eiusmodi civium omnium conspirationem consensbnemque pro facultate promoveat.

Ad quem quidem assequendum per adiutricem omnium operam tranquillitatis ordinem, catholicae doctrinae praecepta tantam dignitatem auctoritatemque tribuunt publicae rei moderatoribus, quanta necessaria «t, ut divina humanaquv iura, quae tantopere Sacrae Lit crae Ecclesiaeque Patres inculcant, vigili provldaque cura Udem tueantur. Atque helc animadvertendum est turpiter eos errare, oui effutiant quibuslibet civibus aequalia esse in civili societate iura. neque legitimos in eadem exsistere potestatis ordines. Satis esto, hac in re, Encyclicas Decessoris Nostri f. m. Leonis XIII. qu» supra attigimus, commemorare; atque eas nominatta. quae vel de civilis principatus auctoritate." vel de Christiana Civitatum constitutioneagunt In quibus profectn catholici viri luculenter proposita humanae rationis fideique praescripta cernere possunt, quae *coi* a faHacibus periculoslsque *communisrarum* opinationibus liberos reddere poterunt lura esse, cuiusque propria, erepta, ideoque cives in servitutem redigi; primariam ac supremam Civitatis eiusque potestatis originem detrectari; ac nefande prorsus publicam potestatem sceleribus inservire, communi conspiratione perpetrandis: haec omnia, dicimus, naturali morum disciplinae divinique Creatoris voluntati vehementissime repugnant Quemadmodum civis, ita communitatis institutum ab sempiterno Numine originem repetunt ab coaue mutua inter se ratione conformantur: non civis igitur, non humana societas potest officia illa renuere, quibus invicem obstringuntur; neque alterius lura reicere vel minuere queunt./ Quas quidem praecipuas ci- n vium communitatisque Inter se rationes Deus Ipsemet instituit temperavltque; quapropter quod sibi coyininishze insolenter arroeant, in locum scilicet ďivina legis, quae veritatis caritatisque praeceptis innititur, politica sufficere factionum consilia atque proposita, quae simultatis plena, ex humano arbitrio profluunt, id procul dubio iniqua omnino atque iniusta iuris usurpatio est

Catholica Ecclesia, cum praeclarae id genus disciplinae praecepta impertit, non alio utique spectat, nisi ut faustum nuntium, quem angeli, supra Bethleemjticum specum cecinere, gloriam Deo pacemque hominibus3 nuntiantes, ad rem deducere contendat; ut veri nominis videlicet pacem verique nominis felicitatem, quantaecumque eaedem ad aeternam assequendam beatitatem. vel in hac mortali vita attingi possint, comparare queat; at probe dumtaxat volentibus hominibus. Haec doctrina aequo itinere abhorret, cum ab errorum exitiis, tum ab immodicis politicarum partium, quae eosdem amplectuntur, conatibus earumdemque rationibus atque propositis: quandoquidem ut nullo non tempore rectam veritatis et iustitiae aequilibritatem profitetur. ita eamdem et argumentis fulcit et in vitae actione efficit ac provehit. Idque Ecclesia consequitur, mutua inter se officia iuraque concilians atque componens: ut nimirum cum libertate auctoritatem, ut cum singulorum dignitate Civitatis dignitatem, ut denique humanam subiecti civis oersonam. atque adeo debitam ils. oui praesunt, obedientiam, cum eorum munere, qui divinae vices gerunt potestatis: itemque ordinatum sul fosius, familiae patriaeque amorem cum ceterarum familiarum ceterarumque gentium caritate illa conlunctum, quae in Dei amore nititur, quorumvis patris, ex quo omnia oriuntur et ad quem omnes, ut ad finem

rM XXIt. 17». po 49 M) '· Utt. Enryci. CaMi connuMf. 31 Φ IX» (X A *S.* mi XXΠ. PP- W-W. f‡57 J'1· D U ·· Utt Enrycl. *novarum.* IS rmi! (Arte Sitmt» *Xtll* ttU XI. pp 7T 144). »' Fyl «inn inno 15 nudi 1931 <A A 5 . T°l XXΠI. pp. IT7 2M».

*· Lilt Encycl. niu'nrmim *ilîrtd* 29 iun. 1881 (Arta Jtarrif XHI. τη» Π. rp 2S9 2S7). ” Utt. Encycl. Drt. 1 ror 1885 (Arta Lrcntw *XIIT,* vol V. pn. 118-150). » Ct

furnum, contendant oportet. Eadem doctrina iustam «o abjungit terrenarum rerum curam ab actuosa ietemorum bonorum sollicitudine. Quodsi mortalia im-
A EortiUbus bonis subiicit. ex sui' ipsius Magistri senten-
ta; « Quaerite . primum regnum Dei et iustitiam eius
H haec omnia adiicientur vobis ·; " at lon^e abest ut
toanas res neglegat, utque civili progressioni tempo-
nrtùque commodis obsistat; cum. contra, recta ratione
samreque. qua fieri potest, efficacitate, eadem foveat
i»4ue promoveat Ecclesia enim, quamvis, vel in oeco-
ûxnica sociallsque actionis campo, definitam techni-
canmi rerum temperationem ordinationemque nunquam
protulerit quod quidem sui muneris non est praecipua
amen lineamenta atque praecepta edidit, quae, etsi ad
doctum adduci, pro variis temporum, locorum popu-
hnunque condicionibus, aliter aliterque possunt, tu-
tum tamen iter demonstrant, quo Civitas ad cultiorem
filcioremque aetatem gradiatur.

Summam huius doctrinae sapientiam summamque
ndUtatem ii omnes fatentur, quibus eadem reapse In
comperto est Ac iure meritoque insignes viri, publicae
rrt administrandae periti, asseverarunt, nihil se sa-
pieatius cernere potuisse, cum diversa oeconomicarum
rabonum genera perpendissent, quam illa huius disci-
pliaae principia, quae per Encyclicas Litteras *Rerum
Horarum* ac *Quadragesimo anno* proponuntur. Atque
m regionibus etiam, quas vel non catholici, vel ne
Christiani quidem homines incolunt, non pauci agno-
scunt quantopere Ecclesiae in re soc'alî praecepta hu-
aanae prosint societati. Itaque, vix mensis exiit cum
praeclarus vir ex extremis orientis partibus, qui, poli-
ticarum rerum studiosus. Christianam religionem non
profitetur, affirmare non dubitavit Ecclesiam, per suam
pacis fraternaeque necessitudinis doctrinam ad opero-
sam in nationibus pacem constabiliendam fovendamque
gmmopere conferre. Ac vel ipsi *communistae,* — quod
ex certis comperimus nuntiis, qui ad hoc catholici orbis
veluti centrum undecumque confluunt — si modo ad
corruptos mores nondum omnino prolapsi sunt, cum
Kcialem Ecclesiae disciplinam propositam sibi habeant,
H nn profitentur suorum magistrorum ac capitum/ prae-
cepta longo prorsus excedere. Ii solummodo, qui obeae-
cjtum cupidinibus simultateque animum gerunt, veri-
tatis luminibus oculos claudunt, eamdemque pertina-
citer impugnant.

At Ecclesiae osores, tametsi impertitas ab ea normas
DPicntia praestare agnoscunt, eam tamen insimulant
cuis: ad datas institutiones vitae actionem non confor-
aiverit; atque adeo ad alias vias rationesque con-
tendunt Verumtamen criminationem eiusmodi falsam
iafustamque esse, omnes Christian! nominis annales
demonstrant. Etenim, ut aliquod dumtaxat peculiare
eventum breviter attingamus, vera fraternaque uni-
versorum hominum cuiusvis stirpis condicionisque inter
«e necessitudo, superioribus aetatibus hac firmitate
perfectioneque penitus ignota, primum ab evangclicls
meconibus praedicata fuit; quod procul dubio ad
irrvitutem abolendam summa efficacitate contulit:
Idque. non cruentis seditionibus, sed per insitam huius
doctrinae virtutem, qua quidem permota nobilis roma-
femina ancillam suam quasi sororem complecte-
batur.

Itemque per Christiana dogmata, quibus edocemur
Dei Filium, hominem factum amore hominum, eum-
demque fabri filium ipsumque opificem3 adorare, hu-
rranus labor ad veri nominis dignitatem provectus est:
cui quidem humanus labor ita tunc temoorls sperneba-
tur. ut vel inse M. T. Cicero, ceteroquin prudens ?a-
tinue aequus, suorum temporum opinionem referens,
hanc sententiam edere non veritus sit, oua profecto
quilibet, nostra hac aetate, socialis disciplinae peritus
verecundaretur: « Opifices omnes in sordida arte
versantur: nec enim quidquam ingenuum potest habere
officina ».3

Hi.< innixa principiis Ecclesia humanam societatem
renovavit; siquidem, suae impulsione virtutis, miranda
nrorsus orta sunt caritatis instituta. Itemque potentis-
rima il-a artificum omne venus collegia, quae ut Inue
raoeriore saeculo *Liberalismi* sectatores contemptui ha-
buere. quasi Mediae Aetatis Inventa: quaeque tamen.
B n nmc«ons. admirationem commovent, et quo/rum for-
ri m pluribus nationibus, multorum experimento ten-
Uta reviviscit. Et cum aliorum nisus salutarem eius
praepedirent operam, eiusque virtuti officerent. Eccle-
ria adhuc usque non desiit errantes commonere. Re-

Inr TT " Maith., VT. 33. *s Ct* Matlh . XIIT. M; . VT 3. 3 W T. Cte., Dr *OffieUs.* lib. I. e. Q.

minisci ac recordari satis esto quanta animi firmitudine atque constantia decessor Noster L rec Leo XIII iura sodalitates ineundi operariae plebi vindicaret; quae quidem iura *Liberales* in potentioribus nationibus invalescentes eidem eripere eniterentur. Atque eiusmodi Christianae doctrinae virtus, nostris etiam temporibus» maior profecto est, quam quibusdam videatur quando-quidem in rerum eventus mentis cogitata dominantur, quamvis non facile omnes id aestimare ac metiri queanL

Procul dubio asseverari potest Ecclesiam, aeque ac divinum eius auctorem. « bene faciendo › aetatem suam traducere. Neque *socialistarum,* neque communi-*starum* errores usquequaque serperent, si Ecclesiae praecepta maternaque eius adhortamenta populorum moderatores non detrcctassent; qui quidem, cum Liberalism! ac *Lalcismi,* ut aiunt, principia ac normas complexi essent, ad istiusmodi placita atque fallacias, publicae rei ordinationem temperationemque ita instruxere, ut, quamvis primo oculorum obtutu aliqu'd magnum se effecisse viderentur, vanescere tamen pedetemptim inita ab se consilia ac proposita cernerent: quemadmodum quidquid in uno illo non consistit primario lapide, qui Christus est. necessario oportet miserrime collabi.

IV

Haec est. Venerabiles Fratres. Ecclesiae doctrina, quae una. ut in ceteris rebus omnibus, sic etiam in re sociali, veram lucem afferre, et communürarum cogitandi ratione immunes nos reddere potest At opus omnino est ut eadem doctrina in ipsum vitae usum deducatur. secundum illud S. lacobi Apostoli hortamentum: ‹ Estote autem factores verbi, et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos >; 3 quapropter illud in praesen/tia pernecesse est ut omni ope con- 86
tendendo, opportuna remedia adhibeantur, quibus ingruenti rerum dissolutioni efficacitate summa obsistatur. Ac spem fovemus bonum fore ut ardor ille, quo tenebrarum filii ad suas athei materialism: fallacias propagandas die noctuque allaborant, stimuloj filiis lucis admoveat, quibus ad non dissimile studium, immo etiam vehementius, divini honoris causa impellantur.

Quid igitur facere, quibus remediis uti oportet, ut Christum et Christianum vitae cultum contra perniciosum illum hostem defendamus‡» Quemadmodum pater familias cum liberis suis intra domesticos parietes, sic Nos voblscum intima quadam cum fiducia agere exoptamus. dum illa ante oculos officia exhibemus, quae magnum nostrorum temporum discrimen nb omnibu' Ecclesiae filiis postulat: quae quidem Nostra paterna monita ad eos etiam filios impertire cupimus. qui paternam deseruere domum.

Ut iam procellosis quibusvis Ecclesiae tempes a‰ns, sic nunc etiam, remedium, aliorum fundamentum et caput filud est. ut privata vita ac publica rorum omnium ad Evangelii normas sincere renovetur, qui ad Ovile Christi se pertinere plodentur; ita ut sal terrae, universam hominum societatem corruptis moribus immunem servans, reapse fiant

Immortales igitur crates Patri luminum ex animo referimus, a quo profluit « omne datum optimum »-t omne donum perfectum ».n ouod magno cum solacio fauste ubique suiritualis huius renovationis auspicia videmus, non solum per lectissimos Illos viros lectissimasque feminas orta, aui proximis hisce annis ad excelsae sanctitatis fastigium ascenderunt ac per alio» ‰m cotidie frequentiores. qui ad praeclaram eamdrm metam generose progrediuntur: sed ex co e'tam quod sincera pictas revirescit totamqur vitam imbuit, m omnibus quoaue vel cultissimorum hominum o-din'-bus: quor] quidem in Apostolicis Litteris *In* multis *solariis, die* xxvnr mensis octobri.s ‰unerioreanno'mo prnorio datis, attigimus, cum Pontificiam Scientiarum Academiam renovaremus. M

Asseverandum tamen Nobis est multa adhuc ad hoc spiritualis renovationis itor urgendum praestanda esse Etenim vel in ipsis catholicorum regionibus nimium multi habentur, qui tales fere nomine tenus dici possint; nimium multi qui, quamvis huius religionis. quam se profiteri gloriantur, opera m»xime omnium necessaria plus minusve fideliter expleant, eam tamen altius In dies intellegere non curent, neque intimam sinceramque eius persuasionem assequi ni-

r toe. I. II. * A ‹ S,. wl. XXVUI.

fi

: s

tantur: eoquc minus *efficiant,* ut externae religionis speciei internus rectae intemerataeque conscientiae splendor respondeat: illius inquimus conscientiae quae officia omnia sub divino obtutu reputet atque persolvat. Ac novimus quantopere vanam et fallacem eiusmodi spectem detestaretur divinus i'!e Servator noster, cuius iussu, omnes Patrem « in spiritu et veritate »~ adorare debeant. Qui ad praecepta fidei, quam amplectitur, vitam non conformaverit suam, non diu se servare sospitem poterit, cum tanto impetu insectationis procella saeviat; sed in hanc minacem malorum illuvionem rapietur, ideoque, cum sibimet ipsi ruinam praeparaverit, Christianum quoque nomen ludibrio haberi Jubebit

Atque heic, Venerabiles Fratres, duo nominatim Domini pracscriota commendare cupimus, quae praesenti humani generis condicioni potissimum respondent: abalienandum nempe esse terrenis rebus animum ac praecepto caritatis obtemperandum. « Beati pauperes spiritu >; haec prima fuere verba, quae ex ore Divini Magistri prodierunt, cum discipulos in monte alloqueretur. * Quod quidem doctrinae caput nostris vel maxime temporibus necessarium est, cum *maferialismus* huius vitae bona voluptatesque ardentissime sitiat Christiani omnes, sive divites, sive pauperes, oculos
88 semper in caelum intentos ha'beant, illius sententiae memores f non habere nos hic manentem civitatem, sed futuram inquirere ».'' Qui divitiis affluant non ex iis suam sibi quaerant felicitatem, neque In easdem assequendas potiore quoquo modo contendant; sed cum noverint se solummodo esse earum administratores, earumoue rationem sibi esse summo Domino reddendam. iisdem utantur, tamquam validis adjumentis. a Deo acceptis, quibus virtutis fructus edant; neque praetermittant ea pauperibus distribuere, quae sibi supersint, secundum Evangell praescripta. * Quod, nisi ita egerint, in eos in eorumque divitias revera illa S. Iacobi Apostoli sententia cadet: < Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quae advenient vobis. Divitiae vestrae putrefactae sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum aeruginavit, et aerugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus... ».B

Vcrumtamen ii etiam, qui tenuiore fortuna utuntur, dum. ex iustitiae caritatisque legibus res sibi necessarias acquirere, suamque conantur meliorem reddere sortem, esse tamen et ipsi debent « pauperes spiritu ».n, pluris superna bona facientes, quam terrena gaudia. Ac praeterea in animis defixum habeant, id nunquam homines consecuturos esse. ut miseriae nempe, dolores aegritudinesque ex mortali hac vita discedant, quibus illi quoque obnoxii sunt, qui secundum rerum speciem fortunatiores videantur. Patientia icitur omnibus necessaria est: Christianam illam dicimus patientiam, quae animum erectum tenet, divinaque felicitatis aeternae promissione confisum: « Patientes igitur estote, fratres, — sententiam iterum ab Apostolo Iacobo mutuamur — usque ad adventum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec acci-
89 piat temporaneum et serotinum. Patientes^ igitur estote et vos. et confirmate corda vestra, quoniam adventus Domini approoinquavit ».n Ita solummodo illa, solacii plena. Iesu Christi promissio adimplebitur dicentis: < Beati pauperes ». Neque eiusmodi pollicitationes, quemadmodum illae, quas communitae lactant, vana afferunt solacia, sed verba vitae aeternae sunt, quae summam rerum veritatem continent, quaeque, ut nunc in hac terra natent, ita postea, in sempiterna potissimum beatitate, patebunt. Quot enim pauperes hisce verbis caclorumque regni exspectatione confisi — quod eorum esse veluti hereditatem evangelica sententia docet: «beati pauperes, quia vostrum est regnum Del ».u — ea felicitate perfruuntur, quam divites tam multi, suis fatigati divitiis, easdemque augendi cupidine semper incensi, xxsequi non possunt.

Maioris etiam momenti est. malis, de quibus agimus, medendis, praeceptum caritatis, quod quidem nominatim eo spectat ut lux: propositum efficiatur. Quae cum dicimus. JUam mente recogitamus Christianam caritatem. « patientem ct benignam »." quae gloriationem omnem omnemque socclem tutelae, quae proximos deprimat. abs sc arcet: caritatem illam, quae. Inde ab inito christiano nomine, homines pauperrimos omnium. Christo lucrata est, servitute scilicet oppressos. Qua dc re maximas iis omnibus grates agimus, qui beneficentiae operibus dediti, cum per Vinccntianos coetus, tum per instituta illa, quae nova invexerit aetas, quaeque communibus necessitatibus opitulantur, corporibus animisque misericordes se praestant. Quanto magis operariorum plebs atque indigentium in semel ipsa experietu- quidnam caritatis studium. Iesu Christi virtute Incensum, in sua ipsius commoda conferat, tanto magis praeiudicalas deponet opinationes. Ecclesiam nempe efficacitatem suam amisisse, iisque favere, qui eius hbore abutantur.

lamvero. cum hic innumeram egentium turbam cernimus. qui variis de causis, quae non cx iisdem pendeant, summa ege/state opprimuntur, illic vero tot M videmus homines, qui, nulla moderatione adhibita, et voluptatibus indulgent, et in ros prorsus inutiles ingentes sumptus impendunt, tum facere non possumus quin magno cum animi dolore fateamur, neque probe omnes observare iustitiam. nec funditus intellegere quid Christianae caritatis praeceptum postulet, ut α cotidianae vitae usum inducatur.

Cupimus igitur. Venerabiles Fratres, hoc divinum mandatum, qua sermonibus, qua scriptis, magis magisque illustretur, quod veluti insignita tessera exstat, idcirco a Iesu Christo data, ut sui a ceteris omnibus veri discipuli dignoscantur: hoc mandatum dicimus, quod nos docet aerumnosos omne genus quasi divinum ipsum Redemptorem inspicere, quodque nos iubet omnes homines eo amore, tamquam fratres, adamare, quo nos Servator noster prosecutus est; ac vel ad nostrarum usque rerum ipsiusque. si opus fuerit, vitae iacturam. Atque illa saepe numero in omnium animis sententia versetur, ut solacii ita terroris plena, quam supremus Iudex extremo die edet: < Venite, benedicti Patris mei., esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere.. Arnen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis ». * Itemque alia ex adversa parte: < Discedite a me. maledicti, in ignem aeternum esurivi enim, ct r.on dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi potum .. Arnen dico vobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis ».n

Ut tuta igitur aeterna vita reddatur, utque efficienter succurratur indigentibus, necesse omnino est et id modestiorem vitam reverti, et voluntatibus renuntiare, quae tam copiose ac vel vitiorum flagitiorumque plena afferuntur: et sui Ipsius denique, amore proximorum, oblivisci. Divina virtus, quae homines renovandi vim habet, hoc Christianae caritatis < praecepto novo ⁜ continetur: fidelisque eidem obtemperatio. ut< intimam 91 pacem animis indet, terrenae huic vitae ignotam, ita malis. quae humanum genus cruciant, efficaci modo medebitur.

At vero caritas hoc nomine gloriari non potest, nisi iustitiae rationibus innitatur, ex Aoostoll sententia: « Qui diligit proximum, legem implevit ». Quam quidem rem ita idem Apostolus interpretando explanat: « Nam: non adulterabis; nnn occides: non furaberis; ... et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum* ».'' Si igitur, secundum Apostolum, officia omnia, ac vel ea. auibus districto iure iubemur. ut neque occidamus neque furemur, ad unum verae caritatis praecentum reducuntur: caritas, quae operarium debita mcrcede privat, non caritas est, sed vanum nomen et ficta species caritatis. Neque sane aequum est ut artifex voluti eleemosynam Id accipiat, quod sibi iustitiae titulo debeatur: nec eo cuilibet contendere licet ut se iustitiae debitis eximat, parva misericord;ae dona subrogando. Tum caritas tum iustitia sua imponunt officia, quae saepe, quamvis non iisdem rationibus, ad unam tamen camdcmque rem pertinent; oolfio-s vero, ita sua ipsorum dignitate postulante, ad haec officia omnibus dignoscenda, quibus ceteri erga eos teneantur. acerrimo quodam animi sensu, iure meritoque feruntur.

Quapropter vos peculiari modo compellamus, Christiani heri officinarumque domini, quibus proprium est saenenumero »nm difficile munus, quandoquidem Diam errorum quasi hereditatem ab iniusto oeconomicarum rerum regimine excepistis, quod in tot hominum aetates ruinose influxit: officiorum memores estote, quibus respondere debetis. Dolendum equidem est, sed tamen verum, quorumdam catholicorum agendi morem non parum contulisse ad operariae plebis fiduciam ab Iesu

19LM. PO <21 424. » Io.. IV. 23 * Matth.. V. 3. » Cf. tffbr.. XIII. 14 * Cf Loc . XI. »1 M lac . v. 13. Matth . V. 3. M lac . V. 7-8. M Luc.. VI. 20. » J Cor.. XIII. 4. ʒf Matth.. XXV. 34-40. n Matth., XXV. 41-43. '» Io.. XIII. 34. * *Rom.,* XIII. 8. 9. « Utt.

Christi religione abalienandam. Ii siquidem noluerunt •nente animoque complecti certa quaedam iura es>e Christianae caritatis vi agnoscenda, quae artificibus debeantur, quaeque Ecclesia aperte luculenterque de-
8 ebraverit iisdem esse tribuenda. Ecquid de eo/rum icendi ratione censendum est. qui alicubi id consecuti Hint, ut in sacris suis patronalibus aedibus Encyclicae Litterae *Quadragesimo anno* ne legerentur? Quid de catholicis illis officinarum dominis, qui ordinandis operariorum causae rationibus usque adhuc adversati sunt quas Nosmct ipsi commendavimus? Nonne deplorandum est, ius mancipii, ab Ecclesia sancitum, idcirco usurpatum esse ut opifices mercede sua suoque sociali ture defraudarentur?

Verum enim vero, praeter iustitiam. quam commutativam vocant, socialis etiam iustitia colenda est, quae quidem ipsa officia postulat, quibus neque artifices neque heri se subducere possunt Atqui socialis iustitiae est id omne ab singulis exigere, quod ad commune bonum necessarium sit. Ut autem, ad quamlibet viventis corporis compagem quod attinet, in universum consultum non est. nisi singulis membris ea omnia tribuantur, quibas eadem indigeant ad suas partes explendas; ita. id communitatis constitutionem temperationemque quod pertinet, totius societatis bono prospici non potest, nisi singulis membris, hominibus videlicet personae dignitate ornatis, illud omne impertiatur, quod iisdem opus sit, ad sociale munus cuiusque suum exercendum. Si Igitur iustitiae sociali provisum fuerit, cx oeconomicis rebus uberes enascentur actuosae navitatis fructus, qui h tranquillitatis ordine maturescent. Civitatisque vim firmitudinemque ostendet; quemadmodum humani corporis valetudo ex imperturbata, plena fructuasaque eius opera dignoscitur.

Neque satis sociali iustitiae factum erit, nisi opifices et s:bimet ipsis et familiae cuiusque suae victum tuta ratione ex accepta, rei consentanea, mercede praebere poterunt; nisi iisdem facultas dabitur modicam, quandam fortunam sibi comparandi, ad illud communis paupertatis ulcus vitandum, quod tam late diffunditur; nisi denique opportuna erunt in eorum commodum inita consilia, quibus iidem, per publica vel privata cautionis instituta, suae ipsorum senectuti, infirmitati operisque vacationi consulere queant. Qua in causa haec repete-
2 re/ iuvat, quae in Encyclicis Litteris *Quadragesimo anno* diximus: « Etenim tum demum res oeconomico-socialis et vere constabit et suos fines obtinebit, si omnibus et singulis bona omnia suppeditata fuerint, quae opibus et subsidiis naturae, arte technica, sociali rei oeconomicae constitutione praestari possunt; quae quidem bona tot esse debent, quot necessaria sunt et ad necessitatibus honestisque commodis satisfaciendum, et ad homines provehendos ad feliciorem illum vitae cultum, qui, modo prudenter res geratur, virtuti non solum non obest. sed magnopere prodest >.n

Quodsi, ut saepius cotidie accidit, in salario rependendo. iustitiae singuli obtemperare ea tantummodo condicione possunt. ut de eadem obtemperatione secum omnes conveniant, carum nimirum consociationum ope. quae heros — ad vitandam rerum pretii contentionem, operariorum iuribus perniciosam — inter se devinciant, tum dominorum operumque conductorum erit necessarias eas consociationes fovere atque provehere, quae ordinariae rationes exstent, quibus iustitiae officia expleri possint. Sed artifices etiam suos ante oculos habeant caritatis ac iustitiae officia, sibique persuadeant, boc modo, satius procul dubio suis utilitatibus provisum fore.

Totam igitur oeconomicarum rerum compaginem Intuentibu videro licet — quod iam in Encyclicis Litteris *Quadragesimo anno* notavimus — mutuam iustitiae caritatisque operam in oeconomicas ac sociales necessitudines influere non posse. nisi foederatae illae sodalitates. quas *professionales* et *interprofesslonales* vocant, sol:do Christianae doctrinae fundamento innixae, ea constituant, pro diversis locorum temporumque adiunctis, quae corporatorum hominum collegia dicebantur.

Quo autem maior sociali eiusmodi actioni tribuatur efficacitas pernecessarium est harum rerum studium, praelucentibus Ecclesiae praeceptis, foveri quam maxi-
M Ee: eiusque praescripta ac monita, potestate auspice a Deo in ipsa Ecclesia constituta./ quam latissime pervulgari. Nam si quorumdam catholicorum agendi ratio, ia oeconomicarum ac socialium rerum campo, aliquid habuit minus laude dignum, hoc saepenumero Idcirco accidit, quod iidem haud satis ea meditati essent, quae Summi Pontifices haoc super causa docuissent Quamobrem itidem necesse est ut omnes ex quolibet societatis ordine, pro varia sua cuiusque cultura, socialibus disciplinis cotidie impensius instituantur: utque Ecclesiae id genus doctrina In operariam quoque plebem etiam atque etiam propagetur. Catholicae Ecclesiae praecepta hominum mentes tuta luce sua collustrent eorumque voluntates ita flectant, ut rectam indidem homines sumant vivendi normam, qua societatis officia sancte diligenterque impleantur. Ita enim omnes Christianorum morum discrepantiae atque inconstantiae obstare enitentur. quas Nos non semel conquesti sumus; e quibusque fit ut nonnulli suis utique religionis officiis satisfacere videantur, qui tamen in laboris, industriae suique officii provincia, vel in commercio publicove munere exercendo, geminam quodammodo conscientiae speciem induentes, eiusmodi vitam, proh dolor, traducant, quae nimium quantum a luculentis iustitiae christianaeque caritatis praescriptionibus abhorreat Qua profecto agendi ratione et gravem nutantibus animis offensionem praebent, et causam improbis suppeditant cur Ecclesiam ipsam detrectent

Admodum sane ad hanc Christianorum morum instaurationem conferre potest catholicarum scriptionum propagatio, quibus illuc contendatur, ut primo, varie leniterque hominum mentibus illectis, socialis ab Ecclesia tradita disciplina planius innotescat in dies; ut post, accurate aeque ac fuse adversariorum coeptis patefactis. arma pariter indicentur, quae plurium locorum usus ad repugnandum aptiora repent: ut postremo consilia proponantur opoortuna communisfanxm machinationibus atque fallaciis praevertendis, quibus hi. ut nitebantur, sincerae fidei homines non paucos inescaverint

Etsi haoc. Allocutione a Nobis habita die xn mail superiore anno. Iam maximonere ursimus, tamen nihilominus, Venerabl/les Fratres, in eadem animos ve- 93
stros iterum convertere necessarium es<r ducimus. *Communismus* initio, ut re erat verâ. scelestiorem, quam quod scelestissimum, se praebuit: at cum subinde sensisset ab se populos passim abalienari, ratione belli gerendi mutata, multitudines per eiusmodi varii generis fallacias cantare nisus est, quae, quid Ipsae Intendant, doctrinis occultant in se rectis atque illecebrosis.

Ita. ut exemplis utamur, cum animadverterint communism: capita incensis votis ad pacem anniti omnes, sc fautores communium id genus nisuum pro pace inter gentes universas constabilienda unos omnium studiosissimos assimulant: at contra, ex altera narte ponulos ad contentionem de civitatis ordinibus to"endfs pariter commovent, unde acerbissimae proficiscuntur caedes: ex altera vero, pacem se non habere tum experti, arma quantacumquc possunt ingentia oarant Item nominibus, quae comminirnum ne significant ouHrm. conflicti t. vel consociationes condunt, vel commentarios certis diebus edunt, quae illuc unice spectant ut errores suos mediis Iis hominum consortionibus interserant, ad quas, sl secus acerent. Irrenere neutiauam possent: auln etiam in cathoVcas relltflosasve sodalitates perfidiose omnibusnue viribus seruere compluries student. Item fit alicubi ut. de doctrina sua nullo modo desistentes, catholicis hominibus auctores iidem sint mutuae slbimetiosls operae, nunc in humanitatis, nunc in caritatis provincia ultro ferendae: quam ad rem coepta Interdum proferunt omnino cum chrlstiano sensu cumque Ecclesiae doctrina congruentia. Aliis vero locis, eo simulationis iidem procedunt, ut gentibus non nunquam suadeant, in regionibus ubi aut chrlstiana fides aut humanitatis cultus altius insederit, communirmum esse procul dubio lenius se gesturum, facta singulis libertate, sive Summi Det colendi, sive quae qubque maluerit de religione iudicandi Sunt immo nonnulli qui. ex aliquantula inducta recens in bolscerütarum leges mutatione efficiant in eo esse communUmum ut a consilio cum Deo decertandi tandem aliquando absistat/ 9β

Agitedum. Venerabiles Fratres, date Impensissime operam, ut fideles ab Insidiis caveant Communiimus cum intrinsecus sit pravus, eidem nulla ln re e»t adiutrix npera ab eo commodanda. cui sit propositum ab excidio Christianum civilemque cultum vindicare Si qui vero, in errorem inducti, opem communimo »n regionibus suis constabiliendo tulerint erroris ipsi sul poenas primi luent; ac quanto in ant quioro ac etar.OTO humanitate, a Christiano utique nomine invecta, gloriatur civitas nd quam perlabatur eommfttrimuf. tanu> perniciosior in eadem atheorum ira exardescet

DyycL *Quadragesimo anno,* 15 mail 1B31 IA A. 5., vol. XXui.

Attamen ‹ ... nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam ». *' Vos igitur. Venerabiles Fratres, vehementer cohortamur in vestra cuiusque dicione elaborare, cura quanta poteritis maxima, ut constans precandi studium suique castigandi reviviscat, atque cotidie magis incalescat

Cum enim e Christo lesu olim sciscitarentur Apostoli quare a lymphato homine daemonem Ipsi deieere nequivissent Is respondit: ‹ Hoc genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium ».c Rati ergo malis, quibus aetate hac nostra humanum genus excruciatur, remedium afferri nulla alia posse ratione, nisi omnes per orationem et poenitentiam in communem veluti hostem strenue sancteque quasi compugnaverint apud universos. at prae primis apud religiosos utriusque sexus ordines divinis contemplandis rebus devotos, instamus enixe, ut supplicationibus suique ipsorum castigationibus multiplicatis, n Deo validam Ecclesiae suae opem in tam difficili temporum cursu impetrent, deprecatrice apud Deum utentes Deipara Immaculata, quae, ut olim antiqui $erpenti caput contrivit» ita semper tutissimum praesidium est invlctumque *Auxilium chrisïianorum.*/

97

V

Sicut ad salutare huiusmodi ubique terrarum perficiendum opus, quod dicendo hactenus persecuti sumus, ita ad remedia, quae praecise docuimus, morbis adhibenda. effectores ac ministros Christus Icsus sacerdotes suos in primis elegit atque constituit His namque munus, peculiari Dei numine, mandatum quidem est ut, sacris Pastoribus usi ducibus ac Christi in terris Vicario modestissime studioseque obsecuti, ardentem fidei facem universo hominum generi nullo non tempore praeferant, simulque illam catholicis viris supernam spem perpetuo injiciant, quâ Ecclesia nisa semper. ŏt retulit victorias quot praelia Christi causa commisit: c Hacc est victoria quae vincit mundum, fides nostra ».u

Qua in re illud nominatim in sacerdotum memoriam revocantes quod *L* r. Decessor Noster Leo XIII in lh‹ cohortandis pronuntiavit, ad opifices nempe iisdem adeundum esse, idipsum Nostrum faciendum hoc additamento putamus: ‹ Ad opifices egenos potissimum prodite: immo, In universum, ad indigentes prodite »; Quemadmodum Christi eiusque Ecclesiae doctrina lutet Turbulenti enim homines eos. qui in egestate versantur, insidiis prae ceteris petunt; quandoquidem e miseris, quibus hi conflictantur rebus, facilem confingunt causam. qua eosdem in divitum invidiam rapiant vehementerque commoveant, ut in omnia violenter involent, quae sibi inique recusata a fortuna arbitrentur. Quodsi sacerdos opificibus atque egenis non occurrat, ut a qualibet eos. tum praciudicata opinione, cum doctrina commenticia aut prohibeat aut liberet, nullo negotio iidem sunt commue,terni praeconibus in arbitrium cessuri.

Enimvero non diffitemur in huiusmodi provinciam, post datas praesertim Encyclicas Litteras *Rerum novarum* et *Quadragesimo anno,* multum operis collatum ad hoc tempus fuisse: ac propterea paterno studio
03 eorum Eniscoporum ac Sacerdotum ' sollertes curas hoc loco proseouimur, qui. cautiones, quas res habeat, opportune adhibentes, novas vias novosque aditus ad nostram hanc aetatem accommodata, in hoc genere explorant atque experiuntur. Attamen quae in istiusmodi rem adhuc usque gesta sunt, nostrorum temporum usibus nimiopere imparia osse constat Quemadmodum, cum publica res periclitatur, cetera posthabentur omnia, qua? vel ad vitam necessaria minime sint, vel directo ad civitati? propugnationem non spectent, eodem fere modo, in re de qua loquimur, alia cuiusvis gener«s coepta, quamvis utilissima ntaue pulcherrima, postferri oportet necessitati ipsa Christianae fidei Christianaeque humanitatis communiendi fundamenta. Quam ob causam qui in singulis quibusque paroeciis versantur sacerdotes. cum primum, ut par est. in communem curationem ct administrationem fidelium incubuerint, mox optimam maxlmamque diligentiae suae vim illuc intendant ñeces est. ut simul operariorum multitudines Christo rrcipinnt et Ecclesiae, simul hominum consociationes a'que communitates, quae magis desipuerint, chrlstiano spiritu ab integro imbuant. Quod porro si praestiterint qui e sacro ordine sunt, ne addubitent quin aliquando e sollicitudine sua sint necopinatorum fructuum affatim percepturi, qui loco eis mercedis equidem futuri sunt, ob datnm primum laboriose operam animis funditus novandis. Hoc, ut exemplis utamur, revera contigisse Romae aliisque in frequenthsimis urbibus animadvertimus, ubi. ad sacras aedes in extremis vicis recens exaedificatas, paroecialcs fidelium coctus studiose coalescunt, ac mirifice eorum mores civium commuta ilur, qui religionem hac una dc cau.^ aversati fuerint, quod eam omnino ignoraverint

Verum tamen vis una omnium validissima egenorum tenuiorumque turbis Christiane excolendis, exemplo equidem continetur sacerdotis, qui carum choro virtutum circumfundatur, quarum in Litteris Encyclicis a Nobis datis *Ad catholici sacerdotii*44 seriem adhortando recensuimus; sed hac in causa/ Dei administros nominatim opus est vitae modestia, tenuitate, abstinentia *to* usque eminc-c ut sese apud fideles ad absolutissimam referant formam Divini Magistri, qui de seipso fidenter loquebatur: ‹ Vulpes foveas habent et volucres caeb nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet ».4' Quotidianis enim experimentis cognitum est tenuioris vitae sacerdotes, qui ex evangelica doctrina suis reipsa utilitatibus nullo modo inserviant, mirifica semoer conferre in christiar.am plebem beneficia: uti exemplis S. Vincenti! a Paulo. S. loannls B. Vianney. S. loscphi B. Cottolengo, S. loannis Bosco, innumerabilium aliorum confirmatur; dum. contra, avari sacerdotes. qui omnia emolumentis suis et commodis metiantur. ut in eisdem Encyclicis Litteris Nostris ostendimus, quamvis eo impietatis non processerint, quo ludas Christi proditor, nihilominus vanum « aes sonans » atque inane ‹ cymbalum tinniens »44 exsistent; ac saepenumero tantum aberit ut iidem in fideles divinam defundant gratiam, ut potius ab iisdem prohibeant. Quodsi utriusque cleri sacerdotes e suo cuiusque muneris officio opes convenit administrare, meminerint tamen, non modo caritatis iustitiaeque leges sibi esse diligentissime observandas. verum etiam singulariter enitendum ut sese pauperum reipsa patres exhibeant

Post Clerum, carissimos e laicorum ordine filios Nostros paterne compellamus in Catholica Actione militantes, quam tantopere et in amore habemus et pro onportunitate. « adiumentum peculiari Dei providentia » in tam difficili rerum cursu Ecclesiae datum professi sumus. Actio nimirum Catholica, cum in hoc demum certet ut losus Christus, tum in singulos, cum In domesticum civilemque convictum feliciter dominetur. sociali, ut aiunt, apostolatu defungi dicenda est Ea igitur prae primis constantes elaboret r.eccsse est. ut sodalium suorum animos, quam diligentissime potest, excolat atque ad certamina Dei causa certanda exerceat Sodalium huiusmodi institutioni, si/ qua alia, nostra hac 100
aetate praesentissimae ac pernecessariae, quae omnem vitae actionem, fundamenti instar, praecedat oportet mirum in modum conducent, primum coetus studii causa instituti, deinde habitae identidem per hebdomadam de socialibus rebus congressiones, tum acroases ex ordine factae, ac postremo omnia varii generis coepti, quae id maxime spectent, ut ostendant qua ratione qualive via oeconomicae quaestiones christiane expediantur.

Tam apte conformati Actionis Catholicae milites non est dubium quin apud eos. quos habeant operis participes. primi exsistant apostoli, atque adiutricem sacerdotibus suam commodantes operam, assidue contendant sive veritatis lumen latius propagare, sive tot tantasque 'um corporis tum animi miserias in mediis societatibus levare, quae Dei administrorum ideo obnituntur compluries navitati, quod vel temere concepta de clero opinione laborant, vel religionem ipsam miserandum in modum neglegunt. Hac iidem ratione, presbyteros usu atque exercitatione praeditos in ducatum adhibentes. viriliter animoque magno conspirabunt ad operariorum multitudini in religiosis rebus assidendum; quod summae Nobis est curae, utpote quod instrumentum ex omnibus aptissimum habeamus, quo artifices, dilecti filii Nostri, a *communistarum* fallaciis defendantur.

Praeter hanc vim. quae in singulos saepe privatim at salubriter semper efficienterque influit, sodalium Actionis Catholicae est. modo verbis modo scriptis, cam late disseminare doctrinam, quae in publicis Summorum Pontificum documentis inest, quaeque ad rem publicam christiane administrandam conducit

Ad Actionem Catholicam, in copiarum veluti modum, consociationes consistunt, quas iam Nosmet ipsi eiusdem auxiliarias appellavimus. lamvero huiusmodi quo-

t«Jt. D 202) *' P». *CXXVI.* I- u Matth.. XVII. 20.
«› I Io V. 4. M Dîe 20 dec. anno 1935 (A. A. S., rot. XXVIII. 1986. pp. 5 53). « Matth.. vm, 20. * *I Cor.,* XIП, L

eoe consociationes paterno studio, hoc loco, hortamur ris. de quibus agimus, praestantissimas partes sibi der^cert. quae nostris hisce diebus tanti intersunt, quanti interes» maxime possunt

Sed praeterea animum heic Nostrum ad eas sodalite convertimus. quae aut viris ex eodem ordine aut Ill mulieribus co agmentanlur; sodalitates, praeter alias, icimus operariorum, agricolarum, fabricationum artificum. medicorum, herorum, litteratorumquc, qui cum haberent communem eruditionis gradum, in ordines <;bi accommodatos, ipsa veluti natura duce, coaluerunt His namque societates plurimum valere putamus sicut id temperationem illam in res publicas inducendam, quam Litteras Encyclicas *Quadragesimo anno* scribentes animo intendebamus, ita ad Christi regnum in liturarum omne genus operumque campum enixe proferendum.

Quodsi ob mutatum rerum oeconomicarum vel socialium statum, rectores civitatis suum esse duxerunt kgibuj peculiaribus consociationes ipsas moderari ac temperare, salvis, ut aequum est, privatorum libertate et auctoritate; Actionis tamen Catholicae sodales, quamquam praesentium rerum rationem habeant oportet, prudenter nihilominus in causam tam studia sua conferant, nostrorum temporum quaestionibus ad catholicae doctrinae normas enodandis, quam industriam ir.pertiant suam recte libenterque recentiora instituta « consilio participantes, ut eadem Christiano spiritu tabuant, unde rei publicae disciplina manat et civium fraterna ac mutua in agendo conspiratio.

Patris heic animo alloqui carissimos Nobis catholicos opifices, vel adolescente vel adulta aetate, libet, qui ob strenue servatam fidem in tanta temporum iniquitate. honestum arduumque onus et munus, loco praemii. accepisse videantur. His videlicet, sacrorum Antistitibus ac sacerdotibus industriam et laborem dirigentibus, est apprime conandum ut ad Ecclesiam Deumque ipjuin ingentes sui ordinis multitudines revocent, quae ira idcirco accensae quod neque iuste aestimatae neque h mento habitae fuerint honore, a Deo, proh dolor, desciverint Catholici artifices, qua verbis, qua exemplo ôrqualibus hisce suis de recta via deductis declarent, Ecclesiam benignae matris animum in omnes gerere, qui seu labore fatigentur seu afficientur doloribus; atque, ut numquam praeterito tempore, ita in posterum numquam ab officio filios suos tuendi discessuram esse. Quod quidem munus, ad fodinas, ad officinas, 52 ad armamentaria,/^ quocumque denique opus initur, proferendum, cum incommoda quandoque postulet, meminerint catholici iidem operarii Christum lesum cum operis exemplo, perpessionis quoque exemplum coniunxisse.

Omnibus autem Nostris Ecclesiaeque filiis, e quovis ordine, e quavis gente, e quovis denique sodalicio religiosorum la.eorumve hominum, iterum hoc loco fldentaisque instamus, ut animorum concordiam pro viribus foveant. Etenim non semel acerbum animo Nostro dolorem discidia illa commoverunt Inter catholicos viros concitata, quae, etsi ex Inanibus nascuntur causis, ln luctuosos tamen desinunt exitus; cum eiusdem matris Ecclesiae filios inter se colluctari iubeant. Ita fit ut ieditiosi homines, quorum non ingens est agmen, datam occasionem nacti. discidia eadem exacuant atque id. quod maxime volunt, consequantur, ut videlicet catholicos homines alios adversus alios sollicitent Quamobrem, quamvis recentiores nostrorum temporum eventui ita per se loquantur, ut monita Nostra supervacanea reddere videantur, nihilo secius id genus adhortationem eorum causé iterandam putamus, qui eam aut non intellexerint aut intellegere recusaverint Qui exacuendis inter catholicos discidiis dant operam, formidandum profecto onus tum a Deo tum ab Ecclesia ln se recipiunt

Sed ad vim propulsandam, qua *e* potestas tenebrarum » Dei ipsius opinionem ex intimis hominum ment.bus evellere contendit, summa in spe sumus cum eis. qui rhristfano nomine gloriantur, se etiam Illos efficienter conjunctures esse, qui longe maxima nempe hominum pars, Deum esse credunt et adorant

Illud igitur geminantes, quod quinque abhinc annos in Encyclicis Litteris Caritate Christi scripsimus, hos iterum incitamus, ut pro sua quisque parte in d sincera fide incumbant, ut gravissimum illud. quod omnibus impendet periculum, ab humano genere arceant

Nam — ut tunc temporis monebamus —: f Dei . ^iti^ tnmauam firmo cuiusvis civilis ordinis. fun- Sto c >>> quaelibel «uctoritas innitatur necesse sit. qui omnium/ rerum legumque omnium perturbationem ac resolutionem nolunt, ii strenue contendant oportet, ne religionis hostes sua consilia, tam vehementer palamque conclamata, exsequantur >.κ 103

Persecuti hactenus sumus. Venerabiles Fratres, certum ac definitum munus, simul ad doctrinam, simul ad vitae actionem spectans, quod Ecclesia. Christo auctore ac statore suo, mandante, in se recepit, tum hominum consortioni Christiano spiritu imbuendae, cum in praesentia *communistarum* conatibus retundendis; atque in eiusmodi muneris partem universos hominum ordines advocavimus.

Sed in huiusmodi rem Christiana quoque Civitas conferat opus est. Ecclesiae in hac provincia suam commodando operam, quae, licet externis sui ipsius propriis instrumentis expromatur, fieri tamen non potest quin prae primis in animorum utilitatem cedat

Quamobrem. qui Civitatibus praesunt, illuc studia omnia ac consilia sua impendant, ut prohibeant quominus nefanda atheorum commenta, ad ruinam cuiusvis humani convictus ementita, in suos irrepant populos: cum nec ulla possit inter homines auctoritas, remota Dei auctoritate, consistere, nec ullum constare iusiurandum. Dei viventis nomine sublato. Qua de re opportunum ducimus ea nunc iterare, quae toties tantaque cura perdocuimus, praesertim In Encyclicis Litteris *Caritate Christi:* « . Qui possunt humana consistere commercia, qui vim nancisci pactiones, ubi nullum sit conscientiae vadimonium, ubi nulla sit in Deum fides, nullus Dei timor? Hoc enim sublato fundamento, omnis morum decidit lex. nihilque impedire poterit, quominus gradatim, at necessario praecipites ruant gentes, familiae, res publica ipseque humanae vitae cultus >. °

In hoc praeterea eorum qui publice imperant versari curas praecipuas oportet, ut illa civibus suis vitae adiumenta parent, quibus si iidem careant, rem ipsam publicam, quantumvis recte/ compositam, concidere pronum est; utque maxime patribus familias ac juvenibus opera suppeditent Quod ut civitatis gubernatores consequantur, bonorum possessores impellant ad ca onera, communis omnium utilitatis gratia, subeunda, quae si recusent, neque civilis societas neque possessores ipsi in tuto esse possint. At in id suscepta a rei publicae moderatoribus consilia eiusmodi sane esse debent, ut revera ad eos pertineant, qui et opibus copiisque affluant, et easdem cotidie in proximorum grave detrimentum adaugeant

Publicam autem ipsius civitatis administrationem. cuius aliquando sunt Deo et societati rationes reddendae, tanta niti oportet prudentia tanta sobrietate, ut ex ea cives omnes exemplum sibi sumant Per hoc temporis, si unquam alias, molestissimum illud, quod cunctae gentes premuntur rerum oeconomicarum discrimen postulat ut qui peramplis utuntur fortunis» tantorum civium sudore ac labore quaesitis, communem tantummodo utilitatem intendant et, ut possunt diligentissime augeant Publici etiam magistratus ac minoris ordinis administri ex religione cumulate modesteque officio satisfaciant exemplum sibi hac de re a praeclarisssimis illis viris petentes, qui. aut patrum aut nostra mem> ria, per industriam et laborem sese rei publicae commodis impendere non dubitaverint In mutuis vero populorum commerciis quam primum commenticia Impedimenta omnia in genere oeconomico discutienda sunt a suspicionibus potissimum ct simultatibus hinc Illine enata, quippe cum populi omnes unam dumtaxat efficiant familiam, a Deo utique ortam.

At pariter Civitatum principes Ecclesiam sinant esse liberam ad divinitus sibi concreditum munus ln animorum salutem praestandum, si velint data adiutrice opera. hac etiam via, populos a saevissima nostrorum temporum procella efficienter liberare. Iure optimo nostra hac aetate animorum vires ubique terrarum sollicite incitantur; quandoquidem propulsandum malum, si modo unde idem primo exsurgat aestimetur, animos praecipue afficere dicendum est; atque ex corruptis funditus opl/nationibus. luctuosa atque impia communxsnji monstra necessitate quadam consequuntur. Atqui In omnibus viribus, quae ad religionem colendam ordinandosque mores pertinent, sine controversia Catholica Ecclesia eminet: itaque fit ut humani Ipsius generis salus postulet, ne eiusdem Ecclesiae actio ct efficacitas Intercipiatur. Si vero secus agitur, ut Idem propositum rationibus dumtaxat vel oeconomicis vel civilibus intendatur. in errorem labi periculi plenum procul dubio

v IJÎt· C&Uait Christi. 3 1933 (A *A S* nH 1933. p. IM». « utt Encycl. *CartJatr Chnsti.* 3 call

necessarium est Etenim ubi religio a litterariis ludis, a juvenum educatione, a publicae vitae moribus prohibeatur; ubi Catholicae Ecclesiae administri sacrique ritus despicatui habeantur, nonne illa promoveantur *materialismi* placita, unde communismi principia ordinationesque oriantur? Ac revera nec ulla humana potentia. vel optime instructa, nec terrenarum rerum vota, licet maxima atque excelsa spectent, effrenatos id genus motus compescere possunt, qui ex eo profluunt, quod mortalis huius vitae bona nimiopere expetuntur.

Iamvero futurum confidimus ut ii, quorum in manibus populorum fortuna est, si modo gravissimum animadverterint discrimen, quod in praesens gentibus omnibus ingruit, magis profecto magisque in dies sibi persuasum habeant, eo se officio teneri, ut Ecclesiam a suo persolvendo munere ne arceant; idque eo vel magis, quod dum eadem sempiternam hominum beatitatem assequi contendit, temporariae etiam veri nominis prosperitati comparandae augendaeque studet.

Antequam vero Encyclicis hisce Litteris finem facimus, eos quoque alloqui cupimos filios Nostros, qui vel iam *communismi* peste miserrime laborant, vel tn eo sunt ut eodem inficiantur. Quemadmodum eos enixe compellamus, ut amantissimi Patris dictis audientes sint, ita Deum vehementer rogamus, ut eorum mentes collustrando, a lubrico eosdem itinere abducat, per quod in luctuosum exitium transversi agantur; atque adeo Christum lesum, unum humani generis Servatorem, agnoscant: ‹ nec enim aliud nomen est sub coelo
106 datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri ›.

Ac denique ut exoptatam omnibus pacem Christi maturemus in regno Christi, * actuosam Ecclesiae navitatem. quae atheorum communistarum conatibus obsistit. auspiciis atque tutelae sancti losephi concredimus. potentissimi nempe Ecclesiae Catholicae Patroni

Is enim cum ex operariae plebis ordinibus esset, egestatis incommoda ipsemet una cum commissa sibi Nazarethana familia perpessus est, cui sedulo studioseque praeerat; atque eius curae Divinus Infans tum demandatus fuit, cum sicarios suos Herodes, internecionis causa, immisit Itemque, quotidiano officio suo fideliter cumulateque functus, iis omnibus exemplo fuit quibus est cibus fabrili arte quaerendus: ac vir iustus merito appellatus, praeclarum illius christianae iustitiae specimen exstat, quae socialem hominum vitam conformare debet

Nos Igitur, oculis sublime erectis, fidei virtute roboratis. « novos coelos » quasi cernimus ac ‹ novam terram de quibus S. Petrus, primus Decessor Noster loquitur. Ac dum ea. quae fallaces errorum praecones in hac mortali vita assequenda pollicentur, tot sceleribus totque doloribus partis, evanescunt: id que dammodo e caelo Jucundissime resonat quod Divinus Redemptor in Apocalypsi praecinit: ‹ Ecce nova facio omnia ».D

Iam nihil aliud restat. Venerabiles Fratres, quam ut. paternas attollentes manus, vobis, clero populoque unicuique vestrum concredito, atque adeo innumerae catholicorum familiae, Apostolicam Benedictionem impertiamus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xix mensis martii, in festo sancti losephi. universae Ecclesiae Patroni anno mdccccxxxvu. Pontificatus Nostri decimo sexto.—PIUS PP. XI.

1932 *(A. A. S.,* **vol. XXIV. p. 190).** *« Act.,* **IV. D. » Cf. Utt. Encyti,** *Ubi arcano* **23 dec. 1922** *(A.* **A S.. vol. XIV. p ®D. « II Petr.. IП. 13: cf. Is.. LXV. 17, LXVI, 22; Apoc., XXI, 1.** *» Apoc.,* **XXI. 5.**

Adn. R COIGELOT In NrT 64 (1937) 577-507,705-732; Ch. du LOIS Oc VROYLANDE In NrT 64 (1937) 473-491; U. LOPEZ In PrM 26 (19S7) 275299.

1937 MAR 19.-SC PF. INSTR. AAS 29 (1937) 275-278

DE CONGREGATIONIBUS RELIGIOSIS INDIGENIS CONDENDIS

In terris Missionum, huius S. Consilii Christiano Nomini Propagando ditioni subditarum, hisce temporibus haud raro evenit ut novae Congregationes religio-
275 sac cx utroque sexu instituantur, quae locorum*f* Ordinariis, bonis sodalium exemplis et opera, magno auxilio sane evadant. Quae res non tantum amplissima laude probanda videtur, sed, iuxta Summi Pontificis Pu Papae xi vota, studiose promovenda est, cum. Litteris Encyclicis *Rerum Ecclesiae,* dic 28 februarii 1926 datis, [LE 6931. Summus Pontifex hisce verbis Missionum Ordinarios adhortetur: « Necesse est... ut religiosas ex utroque sexu sodalitates indigenas instituatis », in quibus asseclae ‹ consilia evangelica profiteantur ».

Ad hoc vero ut tutum iter Ordinariis, hoc opus tam salutare agredi cupientibus, praebeatur, prae oculis habitis normis a S. C. Religiosorum negotiis praeposita a. 1922 [LE 474], *Regulas,* quae sequuntur, hoc S. Consilium decrevit recolere, a locorum Ordinariis sibi subditis, in erigendis Congregationibus indigenis, diligenter servandas.

1. Antequam nova Congregatio condatur, videat Ordinarius an finibus sibi propositis Congregationes iam erectae satisfacere possint. Quo in casu, a nova Congregatione condenda abstineat atque illorum Institutorum sodales advocandos curet

2. Quod si, rebus mature perpensis, novam indigenarum Congregationem, in bonum Missionis sibi commissae, erigendam putaverit, eam ad exemplum alicuius Instituti, in Ecclesia vita religiosa florentis, constituat

3. Titulus, seu nomen, novae Congregationis desumi potest vel a Dei attributis vel a Sanctae Religionis mysteriis vel a festis Domini aut B. V. Mariae vel a Sanctis vel a fine peculiari ipsius Congregationis, Ne titulum vel habitum cuiusquam Religionis iam constitutae usurpent novae Congregationes cautum est in can. 492, § 3.

4. Cavendum est praeterea ne titulus, seu nomen. Congregationis nimis artificiose compositus sit neve quampiam devotionis speciem, a Sede Apostolica non probatam, exprimat aut innuat

5. Si de religiosis virginibus agatur, curandum est ut saltem duae sorores ex aliquo Instituto iam rite approbato in promptu sint quae munera Moderatricis Generalis et Magistrae Novitiarum in nova erigenda Congregatione, ad tempus, assumere valeant, donec scilicet haec vita propria vivere possit

6. Circa media quoque ad novam Congregationem sustentandam necessaria prudenter consulendum erit

7. Hisce praemissis. Ordinarius, re adhuc integra, hoc S. Consilium adeat, iuxta can, 492. § 1, debitam petat ab eo licentiam illudque consulat de iis quae ad Congregationem instituendam necessaria sunt, atque opportune referat:

a) quanam causa ad eam instituendam Ordinarius ducatur; / 277

b) quinam sit titulus, seu nomen novae Congregationis;

c) quae sit forma, color, materia habitus a novitiis et a professis gestandi;

d) quaenam opera Congregatio sibi assumptura sit:
e> quibus opibus eadem sustentetur.

8. Licentia vero obtenta, nihil obstabit quominus Ordinarius novam Congregationem ineat, quae erit iuris dioecesani et, usque dum Pontificiae approbationis aut laudis testimonio caruerit, vi can. 492. § 2, remanebit dioecesana. Ordinarii jurisdictioni, ad normam SS. Canonum, plane subiecta.

9. Erectio vero fiat ab Ordinario per decretum formale. in scriptis datum cuius exemplar et in tabulario novae Congregationis, et in archivo Ordinariatus servandum erit — De peracta erectione Ordinarius hoc S. Consilium edoceat, ac Decreti exemplar ei transmittat, in quo praecipue curet ut tam titulus quam scopus Instituti explicite et exacte praefiniantur.

10. Novae Congregationis Constitutiones, lingua latina et vulgari exaratae, huic S. Consilio (sex saltem exemplaribus) quam primum subiici debent ut rite examinentur, emendentur et cum opportunis animadversionibus Ordinario remittantur, ab ipsomet approbandae.

11. Constitutionum Codex continere debet ea omnia quae religiosae Congregationis naturam, membra, vota ct sodalium vivendi rationem necnon Congregationis regimen respiciunt. Constitutionum textus dividatur in partes; partes In capita: capita in articulos, numeris ab initio ad finem progredientibus signatos.

12. Excludenda sunt a textu Constitutionum:

a) praefationes, notitiae historicae litterae hortatoriae et alia huiusmodi;

b) recitationes textuum S. Scripturae et quorumvis librorum vel auctorum;

e) nonnae rituales, cacremonkilcs necnon usus et consuetudines in Congregationem iorte inducendae;

di horaria et calendaria adoptanda;

e) quaestiones theologicae, aut iuridicae;

p instructiones asceticne. adhortationes spirituales et mysticae considerationes;

ea quae iure communi statuuntur, utpote ad Constitutiones iam praesupposita.

13 Horaria, exercitia pietatis et alia huiusmodi in Π Directoriis ponantur./

14. Post elapsum a Congregatione inita congruum tempus, si eadem, Deo favente, incrementum notabile consecuta fuerit atque ad alias Missiones sese extenderit e: sodalium numero et operibus ac vita religiosa singulariter floreat. Ordinarius hoc S. Consilium adire poterit, petens ut Congregatio iuris pontificii fiat, et exhibens:

a) supplicem libellum ad Summum Pontificem;

b) litteras testimoniales Ordinariorum in quorum territoriis Congregatio habeat domos:

c) relationem de statu personali, disciplinari, ma· Unali et oeconomico novae Congregationis;

d) Constitutiones ab ipso Ordinario recognitas et approbatas.

Quod si id propositum huic S. Consilio probatum fuerit, res per *Decretum Laudis* ad effectum deducetur, quod *Decretum approbationis* rite sequetur una cum Decreto quo Constitutiones saltem — experimenti grata — ad septennium approbantur.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide. in festo S. loseph Sponsi B. M. Virginis, a D. 1937. —P. Card. Fumasoni Biondi. *Praef.* C. Costantini, Archiep. tit Theodos., *Secr.*

Adn. V CARTO-ZCETTI In **Apoll. 10 (1937) 510-512; E. BERGH** ·%3l7)93i7791021'1023i A' 'n PrM 26 (,937) 484^85î

1374

1937 MAR 19.-SC PROP. FIDE, NORMAE. PART.·

NORMAE
DE REGIMINE CONGREGATIONIS SORORUM l

1 - De suprema auctoritate in congregatione

Art. 1. - Sorores omnes subiiciuntur, tamquam Su- Moderatori, Romano Pontifici, cui etiam vi voti obedientiae obedire tenentur. Subduntur quoque, ad normam sacrorum Canonum. Ordinariis locorum >n quibus Institutum domos habet Iisdem Ordinariis Sorores praestare debent reverentiam et obedientiam.

ArL 2. - Suprema auctoritas interna in tota Congregatione ordinarie exercetur a Moderatrice Generali cum suo Consilio; modo vero extraordinario a Capitulo Generali.

2 - De Capitulo Generali

ArL 3 - Ad Capitulum Generale pertinet eligere Superiorissam Generalem, Consiliarias, Secretariam et Oeconomam Generales. In eo autem tractantur principaliora negotia quae vitam et progressum Congregationi respiciunt.

ArL 4. - Capitulum Generale ordinarie celebrandum est quolibet decennio, cum electio Superiorissae Generalis facienda est Extraordinarie vero celebratur, propter mortem Superiorissae Generalis vel propter eius resignationem aut amotionem.

ArL 5. - Convocandum est tribus mensibus ante eius celebrationem, a Superiorissa Generali et ipsa deficiente a Vicaria Generali. In litteris convocationis designetur tempus et locus Capituli celebrandi

ArL 6 - Membra Capituli Generalis sunt: a) Superiorissa Generalis; b> Consiliariae; c) Ex Superiorissae Generales; d» Secretaria et Oeconoma Generales: e) Omnes Superiorissae domorum in quibus degunt 12 Sorores quae voce activa fruuntur; *f)* Smgulae Delectae a supradictis domibus electae; p) Delegatae dolorum, quae 12 Sorores vocales non habenL

' Πμ *Normae* **ut «typus» proponamtur a S. C. de Prope** *te pide* **ln condendis Congrogattontous sororum indigenarum.**

ArL 7. - Electio Delegatarum fit per vota secreta, et electa censetur illa quae maioritatem suffragiorum obtinuit

ArL 8. - Sorores parvarum domorum distribuantur a Superiorissa Generali, cum voto deliberativo sui Consilii, in diversa corpora electiva, saltem ex duodecim Sororibus professis constituta, et quodvis corpus electivum duas Delegatas e suo gremio ad Capitulum mittet, quarum una sit Superiorissa localis, altera vero non. Electio autem fiat in singulis domibus per schedulas secretas, quas Superiorissa localis coram vocalibus illico involucro claudit et ad Superiorissam Generalem transmittiL

ArL 9. - In electione Delegatarum ad Capitulum omnes professae, etiam a votis temporariis, gaudent voce activa; passivam vero tantum professae a votis perpetuis habenL

ArL 10, - Omnes vocales tenentur Capitulo interest. Ut autem libertati electionum consulatur, omnibus vocalibus interdicitur, sicut et aliis Sororibus, ut in sui aut aliarum Sororum favorem vota illicite procurent

ArL 11. - Superiorissa Generalis munus suum retinet usque ad electionem novae Superiorissae. et ipsa, vel ea deficiente Vicaria Generalis, sessioni electivae praesidet.

ArL 12. - Superiorissa Generalis relationem completam ct accuratam de statu religioso, disciplinari et oeconomico totius Congregationis, Capitulo exhibeat, ab initio usque ad finem sui regiminis.

3 - De electione Superiorissae Generalis

ArL 13. - Electionis die. in domo Capituli, celebretur Missa de Spiritu Sancto et Sorores Capitulares ad S. Communionem accedanL

ArL 14. - In sessione electiva eligantur in primis, per maioritatem relativam, c gremio ipsius Capituli duae Scrutatrices ct una Secretaria Capituli, et in hac electione duae vocales seniores professione sint scrutatrices.

ArL 15. - Scrutatrices diligenter colligant vota vocalium — si autem sit aliqua vocalis infirma, scrutatrices votum eius exquirant et cum aliis in urna reponant — et coram Praeside inspiciant an vota numero vocalium correspondcant, vota postea scrutentur ct palam faciant quot quaeque retulerit Si numerus suffragiorum superet numerum eligentium nihil est actum. Suffragia post scrutinium statim comburantur.

ArL 16. - Suffragium debet esse liberum, secretum, certum, absolutum et determinatum. Nemo sibi suffragium valide dare potest.

ArL 17. - Superiorissa Generalis eligitur ad decennium; ipsaque habere debet ad validitatem decem annos a prima professione, quadraginta annos aetatis completos, et esse ex legitimo matrimonio nata.

Vocales autem eligere tenentur illam quam secundum Deum digniorem ad tale munus reputant

Art 18. - Si post tertium scrutinium non habetur electio, ad quartum procedendum erit in quo vocem passivam illae duae Sorores dumtaxat habebunt quae maiorem prae ceteris suffragiorum numerum obtinuerint Quod si in quarto scrutinio aequalem numerum suffragiorum obtinent. electa habebitur Soror prima professione et in paritate professionis, senior aetate.

Art. 19. - Secretaria Capituli redigat processum electionis qui a Praeside. Scrutatricibus et Secretaria electionis subscribatur, ac in Tabulario Congregationis asservetur.

ArL 20. - Si Superiorissa electa non fuerit praesens in domo electionis, statim advocetur et negotia Capituli differantur usque ad eius adventum.

4 - De electione sororum Consiliarlarum. Secretarial et Oeconomae Generilium

Art. 21. - Superiorissa Generali electa, eligantur primo quatuor Sorores a Consilio generali, et postea In alio scrutinio Secretaria Generalis: in tertio autem scrutinio Oeconoma Generalis. Hac electiones fiant per scrutinia ct suffragia secreta. Ad validitatem requiritur maioritas absoluta; attamen si in tertio scrutinio nemo maioritatem absolutam retulerit electae habeantur quae maioritatem relativam retulerunt. In aequalitate suffragiorum electa habeatur senior nrima professione, et in paritate professionis, senior aetate.

ArL 22. - Sorores sic electae in suo officio perdurant usque ad proximum Capitulum generale, et deponi non

po&unt ηi'I cx gravi causa a Consilio Generali examinata el adprobaia. Pro validitate electionis requiritur ut electa sit a decem annis professa et saltem triginta quinque annos nata. Nulla earum sit consanguinea Superiorissae Generalis in primo vel secundo grado.

Art. 23. - Prima electa ex Assistentibus erit Vicaria Superiorissae Generalis eiusque vices geret quoties i a a domo gencraHUa sit absens vel quocumque modo impedita.

5 - De jœcohss n Capitulo Gznzrau tractandis

Art 24. - Praecipua negotia In Capitulo tractanda suntr

o» media opportuna ad disciplinam et vitam religiosam instaurandam vel promovendam.

bi negotia pro quibus absolvendis licentia vel confirmatio S. Sedis vel Ordinari: loci requiritur,

c» determinatio contributionis quas singulae domus solvere debent in bonum generale Congregationis in fine cuiuslibet anni,

d» determinato dotis adspirantium,

e) summa de qua Superiorissa Generalis per seipsam disponere potest sine voto sui Consilii; summa de qua disnonere pos-unt Superiorissae locales sive per *e sive cum voto Consilii domus.

f) debita ct alienationes pro quibus exquirendum est votum deliberativum Consilii Generalis.

g) propositiones a €ommun latibus Capitulo per delegatas exhibitae.

Ari 25. - Ordinationes et decisiones Capituli Generalis vigorem habent usque ad proximum Capitulum Generale, in quo 'mmulari. revocari aut confirmari poscunt

Art 26. - Negotia Capituli approbantur per maioritatem absolutam suffragiorum secretorum.

Art. 27. - Acta Capituli rediguntur a Secretaria; in fine Capituli subscribuntur a Superlorissa Generali, a prima Consiliaria Generali et a Secretaria ct unum exemplar mittendum est ad omnes domos Congregationis.

6 - De juribus ei omens Superiorissae Generalis

Art. 23. - Superiorissa Generalis rite electa gubernat et administrat universam Congregationem sibi conc editam iuxta Constitutiones. Primum locum tenet ubicumque in Congregatione, ct proprium habet sigillum pro actibus officialibus suis. Ordinarie residere debet cum suo Consilio in Domo Generalitia. nec residentiam mulare potest sine assensu deliberativo sui Consilii.

Art. 29. - Ipsius est disciplinae totius Congregationis advigilare, progressum spiritualem promovere, bona temporalia per respectivas officiales administrare, secundum sacros canones et Congregationis Constitutiones.

Art 30. - Quolibet triennio, sive per se. sive per Visltatricem a se delegatam, totam visitet Congregationem et praecipue domos Novitiatus. In visitatione peragenda, semper secum assumat aliam Sororem gravem. prudentem et peritam. Finis autem visitationis est praesertim: conditionem et statum domorum ac Sororum cognoscere, abusus reprimere, regularem observantiam promovere, vitam communem et mutuam charitatem fovere, apostolatum in proximos curare, administrationem bonorum inspicere, an officiales et singulae Religiosae muneribus et obligationibus suis fideliter satisfaciant cognoscere. Superiorissa vel Visilatrix ne omittat singulas Sorores seorsim interrogare et audire de omnibus quae ad bonum visitationis conferre poterunt.

Art 31. - Superiorissa Generalis interpretationem authenticam Constitutionum dare non potest, nec additiones. mutationes vel derogationes facere. A Constitutionibus generaliter dispensare non potest; attamen dispensare potest in casibus particularibus, iusta et rationabili causa.

Art. 32. - Officium Superiorissa? Generalis incompatibile est cum munere Superiorissae localis etiam ñ Domo Generalitia. et cum cuiuslibet officialis munere sive generalis sive localis.

Art 33. - Superiorissa Generalis sit Sororibus ct Congregationi exemplar virtutum et regularis observantiae. et quamvis virgam directionis teneat, tamen ne obliviscatur se matrem omnium esse, munus suum fortiter et simul suaviter exercens.

Art 34. - Si necessarium videatur Supcriorlssam Genc-alcm officio privare, Consiliariae Generales rem ad Ordinarium deferant; ct si ipsa a rnunero suo abdicare velit '.oluniaiem suam pariter Ordinario exprimat

7 - De Consilio Generali

Art 35. - Consilium Generale constat ex quatuor Con· iliariis et Superiorissa vcl Vicaria Generali, cuius exi illud convocare eique praeesse. Convocetur autem ordinarie quolibet mense et quoties negotia Congregationis id exigant

Art CS. - Munus Consilii est Superiorissam Generalem in gubernio et adinimstratione Congregationis adiuvare. eique consilium praebere, nec non suffragium dccisivum vel consultivwn ferre ad normam Iuris rt Constitutionum. Superiorissa autem Generalis Consilio uti debet pariter ad normam sacrorum Canonum ct Constitutionum in omnibus gravibus negotiis Congregationis; contra votum deliberativum Consilii Superiorissa invalide agit

Art 37. - Negotia graviora per suffragia secreta decernantur et per maioriiaiem suffragiorum. Si suffragia sint aequalia, Superiorissa Generalis rem dirimaL Processus verbales et acta Consiliorum describantur a Secretaria Generali quae tamen votum in deliberationibus non habe: ni.-i sit una e Consiliariis. Omnes Sorores a Consilio ad secretum tenentur circa ea quae m sessionibus tractata fuerunt

Art 38. - Praecipua negotia pro quibus requiritur suffragium deliberativum Consilii generalis sunt sequentia:

σ> erectio vcl suppressio Domorum Congregationis, consensu scripto praenabito Ordinarii loci (cfr. art 50),

b» erectio Novitiatus ct eius translatio in aliam domum. habita prius Ordinarii loci adprobatione.

c)electio, remotio Superiorissae localis et Magistrae Novitiarum,

d) electio, et si casus ferat, remotio sororum a Consiliis ct Secretariae atque Oeconomae Generalium.

e· admissio postulantium ad Novitiatum et Novitiarum ad Professionem et earum dimissio,

f) divisio Congregationis in Provincias et translatio residentiae Superiorissae Generalis ad aliam domum,

p) contractus nomine Congregationis ineundi, alienationes faciendae, debita contrahenda et hypothecae, quae excedunt summam in Capitulo Generali statutam.

M alia negotia in iure communi el in Constitutionibus determinata.

Ari 39. - Pro alienationibus et debilis contrahendis, quae excedunt summan triginta millium libellarum ilalicarum requiritur licentia Ordinarii ct Sanctae Sedis et in petitione pro debitis contrahendis declaranda sunt alia debita et obligationes Congregationis ěl domus pro qua petitur.

Ari 40. - Vacante quacumque ex causa officio Superiorissae Generalis prima Consiliaria, seu Vicaria Generalis. Congregationem gubernat usque ad Capitulum Generale quod ipsa ouamprimum, et non ultra sex menses, convocare tenetur.

8 - De Secretaria Generali

Art 41. - Secretaria Generalis eligitur ordinarie in Capitulo Generali. Munus eius est omnia documenta et acta Congregationis administrationem concernentia, statum personalem Sororum, processus Consiliorum Generalium et similia redigere et in apposito tabulario servare; item iussu et nomine Superiorissae Generalis epistolas et acta scribere quae Congregationis negotia respiciunt. Ipsius est etiam archivum Congregationis ordinare et custodire. Sine Superiorissae GeneraLs licentia documenta vel scripta nemini tradat Ad secretum naturale tenetur.

9 - De Oeconoma Generali et de administrations bonorum

Art 42. - Eligitur in Capitulo Generali sicut et Secretaria. Munus eius est omnia bona tam mobilia quam immobilia Congregationis administrare sub directione Superiorissae Generalis et Consilii Generalis.

Ipsius est etiam libros de acceptis et expensis accurate conscribere; redditus, titulos, debita contracta et caetera adnotare in propriis regestis. Statuto tempore, de sua administratione rationem reddat Superiorissae GeneraH et Consilio atque in fine sui officii Capitulo Generali.

Art 43. - Non modo Congregatio sod etiam (hr.us >unt capaces acquirendi, possidendi et admigrandi bona temporalia cuiusvis generis Bona autem OxKTtgationis praesertim destinata sunt; ad na"as Doraos fundandn.4, ad sustendnndos Novitiatus ct Postufetet ct gencratlm ad subveniendum generalibus neCtsdtaUbus Congregationis.

Bona vero localia pro indigentiis domus localis dosd· cita, sunt

Art 44. - Adsit etiam in Domibus maioribus Oeconorea localis, quae curam habeat bonorum ipsius domus et omnia pera· at ad exemplum Occonomae Generalis, nutatis vero mutandis.

Art 45. - In Domo Generalitia adsit arca tribus clavibus clausa, quarum unam habeat Superiorissa. sccuncm Oeconoma et tertiam aliqua Soror a Consilio e'ecta. In il?a asserventur tituli proprietatis, syngraphae quae aequivalent pecuniae et pecunia non necessaria pro expensis quotidianis, necr.on alia oblecta pretiosa. Scaper arca aperienda est coram tribus Sororibus Depjdtariis et Oeconoma accurate adnotet omnia quae in irci reponuntur vel inde exlrahuntur.

Art. 46. - Eodem fere modo etiam in singulis Domibus bona communa asserventur et administrentur. In ipsis quolibet mense convocetur Consilium a Superiorissa kali et inter negotia tractanda habeatur etiam ratio de acceptis ct expensis in mense.

Art. 47. - Dotes Sororum administrentur separaUro a ceteris bonis, ab Oeconoma Generali sub directione Superiorissae Generalis.

Ari 48. - Quaelibet Domus quotannis solvat Suoeriorissae Generali summam a Capitulo Generali vel a Consilio Generali determinatam, pro expensis communcibus Congregationis.

Art 49. - Oeconoma sive Generalis sive localis in sii muneris exercitio a respectiva Superiorissa et a Consilio dependeat, ad normam Constitutionum et SS. Canonum.

10 - De Domibus earumque Superiorissis

Art 50. - Ad erigendam quamcumque Domum requiritur votum deliberativum Consilii Generalis et confersus Ordinarii loci in scriptis datus (et in locis S. Congregationi de Propaganda Fide sublectis beneplacito huius Congregationis).

Art. 51. - Domus potest esse formata vel non. Domus formata est quae sex religiosas professas habet

Art. 52. - Unicuique Domui, etiam Genoralitiae. praeest Superiorissa localis: quae eligitur a Superiorii-a Generali cum voto deliberativo sui Consilii ad triennium; quo exacto ipsamet potest ad idem munus iterum assumi, sed non tertio immediate in eadem como. Nequit eligi ad hoc officium nisi Soror a votis perpetuis et triginta saltem annos nata, quae sit nrudentia, charitatc et aliis qualitatibus requisitis ornata.

Art. 53. - Superiorissa Domus formatae, in regenda Communitate juvatur duabus Consiliariis, a Superforija Generali cum suo Consilio designatis, quarum prima. Vicariae nomine, vices Superiorissae geret qu.> ties haec a domo aberit. Superiorissa localis ius et officium habet domum suam gubernandi ad normam Constitutionum et SS. Canonum: potest in casibus particularibus religiosas sibi subditas eximere ab aliqua disciplinari praescriptione regulae et Constitutionum, fasta de causa. Curet ut omnibus necessaria et conveñen quoad victum, vestitum et alia assignentur, bonumque spirituale sororum meliore quo potest modo procuret.

Art. 54. - Ipsa quoque dirigat administrationem oeconomicam domus, quae in domibus maioribus gerenda e<t ab Oeconoma sub vigilantia Consilii. Admlnistraton-s ratio habenda est in Consilio quolibet ♦ ctiolibct semestri praesentanda Superiorissae Generali.

Art. 55. - Superiorissa localis in fine anni relationem super statu suae Communitatis mittat ad Moderatricem generalem, et ad hanc semper recurrat in negotiis maioris momenti.

11 - De Magistra Novitiarum eiusque Socia

Art. 56. - Magistra Novitiarum nominatur et amovetur a' Superiorissa Generali de consensu sui Consilii; debet esse a decem annis professa et triginta quinque annos nata, necnon praedita quahta.ibus ad munus cuuin exercendum» videlicet» pio. prudens cn&jritntis dSipUnae religiosae amatrix et congrua doctrlr.a ornata.

Art. 57. - Uni Magistrae lus est et officium consulendi Novitiarum institutioni ad ipsamque pertinet regimen novitiatus. ita ut nemini. Superiorissa Generali et Visitatrice tempore vki ationis exceptis, liceat hisce se?e immiscere quovis colore: ad disciplinam vero et ordinem domesticum quod spectat, '.lagistra aeque ac Novitlae Superiorissae domus sunt sublectae.

Art. 58. - Magistra Novitias suas informet ad religiosam disciplinam secandum Constitutiones, illasque in virtutibus religiosis exerceat, et praesertim in votorum obligationibus, in sui abnegatione. in rerum mur.-danarum contemptu, in humilitate et fraterna charitate.

Per congruas confcrcntias iltos instruat et informet de Constitutionibus Congregationis et de principiis visae religiosae: semel in hebdomada pro ipsis capitulum culparum teneat; earum religiosam vocattonem. indolem ct propensiones examinet et de iis ad Superionssam Generalem opportuno tempore referat Omr.es materna charitate prosequatur, ut ipsae eam cum filiali fiducia adire possint

Art 59. - Si ob numerum novitiarum vel alia de causa necessarium fuerit. Magistrae datur adjutrix — seu Socia — quae sit saltem triginta annos nata et a quinque annis professa, ac praedita qualitatibus ad tale officium requisitis. In omnibus quae ad Novitiitun spectant sit Magistrae immediate sublecta. Eius praecipue erit informare Novitfas de exteriore disciplina religiosa, de regulis urbanitatis servandis et curam habere de eorum necessitatibus materialibus.

12 - De Sorore Sacrista

Art 60. - In omnibus domibus adsit aliqua Soror Sacrista, curae Ecclesiae vcl Oratorii destinata, quae instituitur a Superiorissa locali Ipsa curare debet ut Ecclesia semper sit munda et bene ordinata; ut vest's liturgfcac. vasa sacra ct omnis supellex diligenter serventur; ut altaria sint convenienter et liturgice praeparata ct ornata: curam specialem habeat de S. Tabernaculo ac de lampade quae coram Sanctissimo semper collucere debet.

Art 61. - Sacerdotes omnes magna cum reverentia prosequatur: sedulo tamen vitans, sive cum eis sive cum saecularibus, colloquia inutilia. Silentium tam in Sacrario quam in Ecclesia exemplariter custodiat

Art 62. - So-or Sacrista tangere potest vasa sacra corporalia, purificatoria et alia linteamina sacra: quae tamen ei abluere non licet nisi prius a Clerico in maioribus constituto abluta iam fuerint, aut a S. Sedo ad id licentiam impetraverit

13 - Dr Ianitrice

ArL G3. - Si fleri possit adsit in omnibus domibus formalis aliqua Soror custodiae ianuae deputata; quae sit maturae aetatis, prudens et charitatis amatr.x. Instituitur a Superiorissa locali; curam ianuac habere debet hospites cum urbanitate, religiosa gravitate ct modestia recipere. Silentium custodiat, nec plus necc.4-sarfo cum advenientibus loquatur: Suoertorlssam semper moneat de negotii? extraordinariis eique directe remittat litteras et alia quae ab extraneis ad sorora mittuntur. lanuae elavem, quotidie vespere, ad Supe-Horisram remittnt

14 - DE OBLIGATIONE CONSTITUTIONUM

ArL 64. - Omnes ct singulae sorores, Superiorissae sicut ct subditae, debent non solum, quae nuncuparunt, vota fideliter observare, sed etiam secundum has Constitutiones vitam componere atque ad perfectionem sui status totis viribus contendere.

Art 65. - Cum non ex timore sed ex amore Constitutiones sint servandae, hae per se sub pccca'o non obligant, nisi pro obiecto habeant vota religiosa, pra»'-cep'a divina aut leges ecclesiasticas, vel aliquid expresse inrae Constitutiones statuant Attamen soror·, s non erunt a peccato Immunes si Constitutiones cx contemptu vel ño inordinato affectu, aut cum scandalo violaverint.

Art. ÇS. · Superiorissae obligatione tenentur monendi, corrigendi et etiam puniendi sorores quae Constitutiones violant; et sorores correctiones vel poenitentias cum humilitate acceptare debent

Art 67. - Omnes et singulae sorores, tam professae quam novltiae. exemplar habeant Constitutionum: ct integer textus Constitutionum bis saltem (n anno publice legatur coram tota Communitate.

• OrdloerHs MInioai· Syllo^e n 203.

1375

1937 MAR 25.-PITS XT, LIT. AP. AAS 29 (1937) 394-395

Nota *delloatjo* apostolica africae orientalis
ITALICAE CONSTITUITUR

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Spectat ad Romanum Pontificem inter multiplices gravesque. quas pro communi animarum bono spirituali suscipit, curas, in eam quoque impensius incumbere ut in regionibus, quae ab hoc Orbis Catholici centro dissitae sunt, Apostollci Delegati constituantur peculiaribus instructi facultatibus per quas spiritualibus locorum eorundemque necessitatibus consulatur. Quapropter cum in regionibus Aethiopiae, nuper 'n Italiae dicionem potestatemque redactis» nova rerum condicio *facta* fuerit, qua Missiones catholicae maiora incrementa suscepturae uberioresque ex ministerio apostolico fructus collecturae videantur; Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Pontificiae praepositi Commissioni, quam Nos ipsi constituimus ut de novo Catholicarum Missionum ordine in Aethiopia stabiliendo consilium caperet, territoria Erythreae atque Aethiopiae (vulgo: Abissiniae), nunc inter limites Apostolicae Delegationis Aegypti. Arabiae. Erythreae et Aethiopiae posita, ab eadem Delegatione abstrahenda consuerunt, itemque in memoratis regionibus. Italica quoque Somalia ceterisque finitimis locis additis, nunc Africae Orientalis Italicae dicioni subieetis, peculiarem Delegationem Apostolicam instituendam Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut rei missionariae procurationi melius provideatur, venerabilium Fratrum ipsorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consiliis auditis, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore ab Apostolica Aegypti Delegatione praefatum Erythreae ac veteris Imperii Aethiopici territorium distrahimus ac separamus, atque ex hoc territorio, addita quoque Somalia Italica, ut supra dictum est *Delegationem Apostolicam ab Africo Orientali Italica* nuncupandam constituimus; pariterque mandamus ut ex nunc et in posterum Delegati Apostolici Africae Orientalis Italicae residentia in urbe quam vocant « Addis Abeba b sit Contrariis non obstantibus quibuslibet Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illlsque ad quos spectat vel spectare
395 poterunt nunc/ et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis martii. an. MCMxxxvn. Pontificatus Nostri decimo sexto—E. Card. Pacelli. α *Secretis Statui.*

verint Hac eadem mente, ut scilicet inneffabllis huius mysterii, miraculorum a Christo factorum maximi, Eiusque erga homines ardentissimae caritatis memorialis perpetui, cultores atque adoratores et numero H merito magis magisque in dies augeantur, nuperrime Sanctitas Sua, libentissime excipiens preces infrascripti Cardinalis Maioris Paenitentiarii. iam diu et pluribus ex orbis partibus ad id vehementer sollicitati, in audientia die 13 currentis mensis et anni eidem concesa. Indulgentias omnes et singulas pro recitatione divini officii coram Ssnto Sacramento, ut supra dictum est, clericis in maioribus antea elargitas, ad clericos omiMs. inde a prima tonsura, nec non ad novitios et studentes quorumcumque Institutorum Religiosorum, sive qui forte ex proprii Instituti constitutioni/bus, sive etiam 23
qui nullo adhuc titulo ad eam recitationem adstringantur, benevolentissime, sub iisdem clausulis et conditionibus. suprema Sua auctoritate, extendere dignata est; mandans ad quos spectat ut suam hanc gratiam, modo quo solet, quamprimum publici iuris fiat Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 31 martii 1937.—L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.* *S.* Luzio. *Regens.*

Adn. **E. B. ia NrT 64 (1937) 775: I. PAUWELS la PrM 26 (1937) 513-515.**

1377

1937 APR 1S.-SC RELIGIOSORUM, RESP. ₱ART.

Decretum « Inter reliquas » applicatur ad servitium
PRAE - MILITARE LABORIS PUBLICI « ArBETTSDIENSI »

Excellentissime Domine. Haec S. Congregatio, mature perpensis ab Excellentia Tua expositis sub die 15 mensis martii p. e. circa servitium laboris publici, « ArbeiUdtensf » vocatum, quod in Germania iuvenes praestare debent ante servitium militare, in Congressu diei 8 huius vertentis mensis, attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit. prout rescribit:

« Applicentur normae decreti ‹ *Inter reliquas* › diei 1 Ianuarii 1911 ›. (AAS 3 (1911) 37-39].

Haec pro meo munere a me significanda erant Excellentiae Tuae, cui fausta omnia adprecor a Domino.

Excellentiae Tuae Addictissimus-—Fr. L. H. Pasetto, *Sccr.* Romae, die 10 aprilis 1937.

• Ordinario Limburdensi: CpR 18 (1937) 78. Adn. CpR 18 (1937) 79.

137G

1937 MAR 31.-S. PAENn DECR. AAS 29 (1937) 284-285

Indulgentiae pro recitatione divini officii coram ssmo
SACRAMENTO, CLERICIS IN MAIORIBUS ORDINIBUS CONSTITUTIS
ollm concessae, ad clericos omnes nec non ad **NOVITIOS**
rr studentes instituiorum religiosorum
QUORUMCUMQUE EXTENDUNTUR

Quo ferventi studio Ssmus D. N. Pius Pp. XI. quem difficillimis hisce temporibus sunremum pastorem^ et rectorem Ecclesiae suae Deus praeesse voluit. Samae Eucharistiae honorem fovere cultumque amplificare et propagare indesinenter curet, paene innumera gloriosi sui Pontificatus acta testantur, quorum non ultimum Insignes favores spirituales impertiti clericis in maioribus ordinibus constitutis. qui divinum officium vel aliquam cius partem coram Ssrho Sacramento, seu publicae venerationi solemniter exposito, seu etiam in sacro tabernaculo, ut de more, asservato, pie recita-

1378

1937 APR 14.-SC PROP. FIDE, AAS 29 (1937) 435

Statuta generalia piae unionis cleri pro missionibus,
REVISA AC RECOGNITA, APPROBANTUR

Piae Unionis Cleri pro Missionibus Statuta Generalia. huius S. C. de Propaganda Fide auctoritate a. D. 1928 ILE 697] promulgata, attentis Unionis incrementis, ad Eminentissimis Patribus huius S. Congregationis, in Plenariis Comitiis die 8 martii p. e. habitis, opportune revisa ac recognita fuerunt, prout in textu huic Decreto adnexo facile patet.

Eminentissimorum vero Patrum sententiam Ssrhus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI. in Audientia diei 9 martii. Sibi ab infrascripto huius S. C. Secretario relatam, omnino probavit et textum Statutorum hic adnexum ratum habuit, praesens Decretum ad rem edi iubens.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. C. de Propaganda Fide, die 14 aprilis. in Solemnitate S. loseph. a. D. 1937.—P. Card. Fumassoni Biondi, Praef. C. Costantinl, Archiep. tit Theodos.. *Secr.*

1379

1.M7 APR 14.-SC PFi NORM. AAS 29 (1937) 438-111

STATUTA GENERALIA PIAE UNIONIS CLERI

ΓΗΟ MISSIONIBUS. REVISA AC RECOGNITA

1 - De natura et fine

1. Pia Unio Cleri pro Missionibus est Consociatio sia-rcoturn ad sacras Ecclesiae missiones adiuvandas nrtituta, prout num. 4 declaratur.

Eadem, a S. Sede probata et favoribus aucta, a S. Cccgregatione de Propaganda Fide omnino dependet.

1 Beatissiman Virginem Mariam, Apostolorum missioauinquc Reginam, patronam veneratur ac sub eius aicgulari patrocinio finem sibi propositum prosequi-

3. Pia Unio ad normam canonis 708 Cod. can. in sagulis dioecesibus erigenda est.

4. Haec Pia Unio sibi proponit animos sacerdotum gentium conversionis amore accendere, ut per ipsos tthrersus populus Christianus studio erga missiones inflammetur et ita Ecclesia universa concurrat ad regnum Christi per orbem dilatandum.

Insuper studet ut acatholicorum omnium ad unitatem Ecclesiae reditus foveatur, cum unio omnium christanorum conditio sit magni momenti ad ethnicorum conversionem obtinendam.

5. Unio Cleri pro Missionibus non est novum quoddam Opus missionale ad fidelium oblationes colligendas institutum neque pro fine habet aliorum Operum E-lsionalium gubernationem sibi assumere, licet operam impendat ad fidelium animos disponendos ita ut canibus Operibus missionalibus pro viribus succurrant

5. Piae Unionis Sodales finem sibi propositum hisce praecipue mediis assequi student:

a) fervidis ad Deum O. M. precibus pro felici sacrarum missionum exitu propriaeque in favorem missionum operae successu;

b» cognitione missionum earumque indigentiarum, laborum aoostolicorum. qui in variis mundi plagis a Missionariis exercentur, felicis vel minus laeti eorum exitus, itemque omnium earum rerum quae ad regnum Dei imprimis inter paganos dilatandum referuntur;

c) collationibus congressibusque sodalium, quibus bi mutuo se f'uminent circa missionum indigentias a'.que ad eis subveniendum inter se exhortentur;

fovendo in familiis Christianis vocationes missiora.es. sive ad sacerdotium sive ad munus adiutoris aut c ilutricis Missionariorum ; /

e) monendo christifideles qua sacris concionibus, qua publicis conferentiis, ut vocant, qua privatis col-^quiis et adhortationibus, qua scriptis in vulgus editis, iliisque opportunis mediis, de magno opere evangelfcae praedicationis inter infideles, et de variis modis, quibus catholicarum missionum necessitatibus succurri possit;

P offerendo libenter adiutricem operam iis qui Operibus missionalibus praepositi sunt;

p) naviter operam dando ut omnibus innotescant et abique promoveantur Opera missionalia. imprimis ca quae a Sede Apostolica tamquam sua agnita sunt et Motu Proprio *Romanorum Pontificum,* die 3 maii 1922 dato, prae caetcris commendata fuerunt Ea sunt, ante omnia, Opus a Propagatione Fidel. Onera auxiliaria a Sancta Infantia, a Sancto Petro Aoostolo pro institubone Cleri indigenae, et Collecta annua in festo Epiphaniae pro redemptione captivorum, seu pro missionibus Africanis; neque omittendae'sunt peculiares col- ktae pro certis regionibus vel missionibus aut pro peculiaribus necessitatibus in loci missionum forte occurrentibus;

h) curando ut celebrentur festa, ut dicunt, mlsftonalia, conventus seu congressus, aliaque id genus, quibus christifidelium studium erga missiones magnopere accendatur et increscat;

t» promovendo, actione sive privata sive communi, aîtontis locorum adiunctis. et prout zelus illuminatus narccsserit. ca omnia quae dissidentes fratres ad uni- •atom fidei facilius allicere queant.

II - De sodalibus

7. Piae Unioni Cleri pro Missionibus adseribi possunt omnes sacerdotes cum saeculares tum regulares, necnon clerici qui sacrae theologiae studiis incumbunt

8. Adscriptio fit sive a Consilio dioecesano. sive a Consilio national!, sive, his deficientibus, a Secretariatu International! Romae constituto.

9. Ipsa adseriptione suscipiuntur onera Piae Unionis propria, et acquiritur ius ad indulgentias lucrandas et ad favoribus privilegiisque fruendum, quae a Sancta Sede Piae Unioni concessa sunt Sciant tamen sodales non sufficere nomen dare Piae Unioni, sed naviter e' fideliter exsequenda esse ea officia, quae nomen dantes susceperunt si gratiis Piae Unioni ab Ecclesia concessis vere frui desiderent.

10. Sodales ordinarii vocantur, qui, praeter caetera Piae Unionis officia praestita, statutam a Consilio national! stipem quotannis solvunt/

11. Sodales perpetui, qui, praeter fidelem officiorum observantiam, contributum maius ad hoc a Consilio national! statutum semel exsolvunt

12. Sodales honoris causa Exemi Episcopi, nec non S. R E. Cardinales, qui Piae Unioni adhaeserunt

13. Omnes sacerdotes qui actu in missionibus degunt vel valetudinis, senectutis aut oboedientiae causa eas relinquere coacti sunt omnibus privilegiis et gratiis Piae Unioni concessis gaudent

III - De regimine

A) - De *Secretariatu Intemacionali eiusque Consilio*

14. Quo unio Cleri pro Missionibus in omnibus nationibus facilius instituatur eiusque actio efficacius ordinetur et regatur, Romae constitutus est Unionis Secretariatus Internationalis a S. Congregatione de Propaganda Fide immediate dependens.' Hic Intemationalis Secretariatus a Consilio International! dirigitur.

15. Consilii Internationalis membra sunt:

a) Secretarius pro tempore S. Congregationis de Propaganda Fide, qui est Consilii Praeses;

b) Directores Nationales Unionis Cleri pro Missionibus et Secretarii Generales Unionis Cleri et Pontificalium Operum Missionalium. durante suo munere, necnon viri illi ex variis nationibus Romae domicilium habentes, quos propter peculiarem rerum missionalium peritiam Sacra Congregatio de Propaganda Fide adegerit. Isti ad quinquennium nominantur et iterum eligi possunt

16. Secretarius Generalis, a S. Congregatione de Propaganda Fide, ad eius beneplacitum nominatur et durante munere, membrum est etiam Supremi Comitatus Cooperationis Missionalis, necnon Consiliorum Superiorum Pontificalium Operum Missionalium.

17. Singulis quinquenniis. Consilium Internationale Unionis convocabitur. At ubi res ferat membra Consilii. Romae residentia, a Praeside convocari, cum voto deliberativo, poterunt

18. Secretariatus Intemationalis Consilii ductu erit

a) Unionem Cleri in nationibus ac dioecesibus per Excmos Episcopos instituendam curare, atque institutae actionem excitare ac promovere;/

b) normas edere iuxta quas Unionis propagatio proficue, concorditer et actuose ubique explicetur; Unionis finem et naturam evulgare ita ut eius statuta ibique uniformiter intelligantur et observentur ;

c) aptis mediis inter varias Uniones Nationales mutua vincula statuere, quibus singulae opportune fulciantur:

d) apud omnes Uniones Nationales sp'ritum sudcfnaturalem alere et Ecclesiae mentem de christifidelium cooperatione missionali omnibus studiosissime rc-

e> relationes atque rationes annuas a Consiliorum NaUonalium moderatoribus exigere et statistical conficere ;

f) Unionis Concentus Internationales convocare:

p) examinare et approbare leges (réplemenfs) uniuscuiusque nationis proprias a s'ngulis Consiliis Nationalibus. latas ad normam horum Statutorum Generalium.

B) - *De Consilio Rationali*

19. In unaquaque natione Piae Unioni proxime

pracest Consilium Nationale, constans Praeside. D.rectore Nationali Unionis, Directoribus nationalibus Operum Pontificalium, et nonnullis Consiliariis, quorum alii e Direcioribus dioeeesanis, alii ex viris de re missionali benemeritlf assumuntur.

20. Praeses Consilii Nationalis. a S. Congregatione de Propaganda Fide nominatur inter Episcopos Nationns qui Unioni magis favent

21. Consiliarii eliguntur a Praeside, co latis consiliis cum Ordinariis locorum, si de sacerdotibus saccularibus, et cum Moderatoribus Regularium, si de Religiosis agitur.

22. Consiliarii per tres annos in officio manent e' iterum eligi possunt

23. E Consiliariis unus officium Secretarii alios Arcarii munus obibit; munera vero ab utroque praestanda, praeterquam ab officii natura, a Praeside statuuntur.

24. Consilii Nationalis est omni studio Piam Unionem in natione promovere, stipem statuere a sodalibus ordinariis aut perpetuis solvendam, examinare atque recognoscere rationes accepti et expensi a Consiliis dioeeesanis, haec adiuvare ubi opus est, congressas Piae Unionis totius nationis indicere et alia huiusmodi.

25. Quotannis Consilium Nationale semel saltem convenit, convocante Praeside.

440 26. Sedes Consilii National·'? a Praeside statuitur.'

27. Huius Consilii est nominare Directorem, cui omnia demandantur promovenda ct regenda, quae Unionis actionem et progressus in natione respiciunt, iuxta normas a Consilio probatas.

23. Director Nationalis praesertim curabit Uniorem, tum verbo tum scriptis, apud sacerdotes et clericos in Seminariis propagandam: Commentarium Officiale Unionis Cleri pro sua ditione edendum.

C· - De *Consilio Diocccssr.o*

29. Piae Unioni Cleri pro Mussionfbus in singulus dioecesibus praeponitur Consilium dioecesanum. constans Directore seu Moderatore et Consiliariis, quorum unus Secretarii, alius Arcarii munere fungitur.

30. Tum Director tum Consiliarii ab Ordinario loci nominantur ct ad illius nutum in munere permanent

31. Consilii Dioeccsani est Piam Unionem in dioecesi promovere, curare ut omnes sacerdotes i-li nomen dent, et praecipue ut omnes adscript!, studio erga missiones incensi, sanctum Consociationis finem actuose prosequantur.

32L Consilium dioccesanum bis in anno congreditur. et praeterea quoties Director illud convocare opportunum duxerit

33. Moderatoris dioeccsani est incunte quoque anno. facta prius dioecesano Consilio relatione, transmittere ad Consilium Nationale accepti et expensi nec non rerum actarum rationem adprobandam una cum indice novorum adseriptorum.

34. Secretarius omnium actorum instrumenta conficiet tum conventus Consilii tum congressuum dioccesanorum. tum etiam rerum notabilium ad Piam Unionem in dioecesi pertinentium.

35. Arcarii, qui a Directore in omnibus dependet est colligere contributa a singulis membris solvenda, et pecunias fideliter administrare et de iis quotarurs Consilio dioecesano rationem reddere.

36. Sedes Consilii dioeccsani a Moderatore seu Directore. de consensu Ordinarii, statuitur.

IV - De Congressibus

37. Congressus Unionis Cleri ex omnibus Nationibus convocabuntur tempore et loco a Consilio International! statutis.

38. Congressus Nationalis omnium adseriptorum Piae Unioni Cleri pro Missionibus semel saltem singuli? quinquenniis locum habebit, nunc hic nunc illic in
441 loci? nationis praecipuis. ad arbitrium Praesidis./

39. Si forte, ob rationes peculiares extra censeatur convocandus congressus. Praeses, adprobante Consilio National!. Directores dioecesanos convocabit, eorumque deliberationi rem proponet.

40 In Congressibus ordinariis Director de iis refert quae ab ultimo Congressu memoratu digna acciderint.

4L Pariter Director rationem reddit de statu oeconomico Piae Unionis in natione.

42. Congressus Nationalis deliberabit de Piae Unie nis statu, de mediis idoneis quibus adseriptorum amor et studium erga missiones foveatur et cie al l5 ncxit'ý ab ipso tractandis admissis; de postulationibus a Moderatoribus Operum in.ssionalium oblatis et dc ceteris huiusmodi. Absque explicite Consilii Nationalis consensu non licebit disserere ln conventibus de rcbuv indice praestituto non comprehensis

43. Congressus dioeccsanus semel saltem stngu's biennis celcbrabitu»·: extra ordinem a Directore, audito Consilio et adprobante Ordinario, convocari pol·.-nt

44. Congressus dioecesanus similibus regitur praescriptionibus ac Congressus nationally.

Adn, E. B In NrT 65 (1938) 212-ZISj L O. 5MIT I CREf CHTOM in PrM 27 (1933) 55-91.116-117; CR 14 (1923) 77.

1380

1937 APR 14.-SC PROP. FIDE, INDULT. PART.·

Favores spirituals sodalibus unionis cleri pro MISSIONIBUS CONCESSI

I

Favores spirituales omnibus sodalibus concessi

I. Indulgencia plenaria, suetis sub conditionibus lucranda, n festis: l Epiphaniae, 2. Ss- Apostolorum. 3 S. Michaelis Archangeli. 4. S. Francise! Xaverii. 5. semel in mense, die ad proprium cuiusque arbitrium eligenda. *6.* in articulo mortis servatis servandis.

IL Indulgentia centum dierum pro quolibet pietatis opere in favorem Missionum expleto.

III. Facultades (dummodo adseriptus ad sacramentales confessiones audiendas sil approbatus) benedicendi ac imponendi, servatis ritibus ab Ecclesia praescriatis, scapularia Passionis D. N. Icsu Christi, Immaculatae Conceptionis B. M. V.. SS. Trinitatis, B. M. V. perdolentis. B. M. V. a Monte Carmelo, ab Apostolica Sede approbata (cfr. infra η. V).

IV. Facultas, ut supra benedicendi ac imponendi, sub unica formula, scanularia quae ut Sodales Piae Unioni? imponendi facultate gaudent (Ex Audientia Ssmi Emo Praeferto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide concwa die 20 martii 1919. Cfr. *Acta* Ap *Sedis.* 1919. p. 179).

V. Facultas imoonendi scapularia de quibus supra, absque inscriptionis onere in album ConfratemitatL? (Ex Audientia Ssmi. Emo Praefecto S. C. de Prop. Fide concessa die 4 martii 1920).

VL Facultas pro omnibus adscripts anticipandi a meridie recitationem Matutini cum Laudibus subsequent» diei, dummodo lamen officium diei iam persolverint (Ex Audientia Ssmi. Emo Praefecto S. C. dc Proo. Fide concessa die 1 decembris 1921 Cfr. *Acta* Ap. *Sedis.* 1921. p. 565) (LE 3811.

II

Favores spirituales tantum sodalibus concessi ante diem I aprilis 1933 adseriptis

L Facultas (dummodo adseriptus ad sacramentales confessiones audiendas sit aporobatus» benedicendi, extra Urbem, unico Crucis signo, coronas, rosaria, cruces, crucifixos, numismata et narvas statuas cum applicatione Indulgentiarum Apostolicarum *(Cfr. Ac Ap. Sedis,* 1922. p. 143) (LE 3911.

IL Facultas, ut suora. benedicendi, unico Crucis signo, coronas iuxta typum rosariorum B. M. V. confectas, cum applicatione indulgentiarum, quae a PP. Cruciecris nomen habent

III. Facultas, ut supra, benedicendi coronas Septem Dolorum B. M. V. cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum, quas Summi Pontifices eiusmodi coronis impertiti sunt

IV. Facultas, ui suora, benedicendi, unico Crucis signo crucifixos cum applicatione indulgentiarum uii exercitii a *Via Crucis* nuncupati in favorem fidelium, nui quominus sacras visitent « Stationes › legitime impediuntur.

V. Facultas, ut supra, benedicendi, unico Cruris signo, crucifixos, iisdemque applicandi plenariam in-

doteenUam in articulo mortis nb iis acquirendam, qui ”ie‹criptis expletis conditionibus, nlos osculati fuerint S eaKem aliquo modo tetigerint (Cfr. *Acta Ap. Sedis,* «H. p. 348).

VI Indultum personale Altaris privilegiati. quater - qualibet hebdomada, dummodo simile indultum pro i'u die obtentum non fuerit

(Hat-c omnia per S. PoenitenL 15 nov. 1918, Cfr. Acta Ap. 1919, p. 20).

• SjltoH n 233. Adn. F. X. HECHT in PrM 27 (1938) Ui 1*4.247'258.

1381

1937 APR 1L-SC PROP. FIDE, LIT. CIRC. PART.

Ds UNIONE CLERI PRO MISSIONIBUS UBICUMQUE UTTRODUŒNM ET CUM ALIIS PONT. OPERIBUS PROPAGANDAE FIDEI COORDINANDA

Venerabilis *Frater,* Unionis Cleri pro Missionibus Secundus Conventus Internationalis. nuper Romae habitus ac tam feliciter absolutus, tum catholici apostolatos bbores nobilesque triumphos omnium oculis manifestant. tum etiam omnium sacerdotum animos potenter excitavit ad opus missionale fervidius et efficacius promovendum.

Equidem Pia U. C. pro M. de cooperatione missiorali iam optime merita, sive quia clericos et Christifiddes tot nationum problemata missionalia studiosissime cccuit, sive quia necessitatem Opera Pontificalia quoqoo modo adiuvandi et promovendi declaravit, documenta praebet luculenta novorum progressuum quos Ecclesia ab hac Sacerdotum Consociatione iure exspectat

Quo vero Pia Unio C. pro M. hos efficacius consequatur atque eius cum Operibus PP. a Propagatione Fidei, a S. Petro Apostolo et a S. Infantia conspiratio et vincula clarius definiantur. Statuta recognita aptiusque accommodata sunt.

Quae nova Statuta cum adnexa Instructione, quum Fia Unio Hierarchia catholica absolute innitatur, ad Excellentiam Tuam mittimus, ut omnium Sacerdotum tuorum zelus et opera in missionum utilitatem ordina-Lm dirigantur, et Pontificalia Opera alacrius promoveantur. illud in memoriam revocantes quod S. P. Pus XI, a. 1927. Motu Proprio *Romanorum Pontificum* ILE 414J. de Opere a Propagatione fidei provehendo expressit: s Pro certo autem habemus Episcopos in bac causa ommem operam studiumque apud suam quemque Ecclesiam, nobis navaturos, adhibita imprimis *Conociatione cleri Missionali ».*

Itaque Pia U. M. C., quam uti fundamentum pro rei Elsrfonalis incremento ex felici usu habemus, in omfibus orbis catholici Dioecesibus est novo vigore instruenda aut. ubi forte desit, sine mora instituenda ita ut percrebrescenti in dies Ecclesiae expansioni nec hominum nec mediorum nec multo minus precum subsidia unquam deficianL

Alacri Excellentiae Tuae caritate plene fidentes jrates Tibi referimus, felicissima quaeque a Deo O. M. adprecantes.

Maximo cum obsequio Excellentiae Tuae addmus. Petrus Card. Fumasoxi Biondl *Praef.* C. Costantini, Archiep. Ut Theodosien., *Secr.* Romae, in Sollemnitate S. Ioseph, 14 aprilis a. D. 1937.

• Ordir.erils omnibus: Syllo^e n. 232.

1382

1937 MAI 3.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

De мо”o ft crtterio procedendi ρονττπγπ operis a propagatione fidei in erogandis subsidiis

Illrnc ac Revnie Domine. Consilium Superius Générale Pont. Operis a Propagatione F.deL maxima pro-•Zauens so'licitudine Missionar.orum labores, in com.tns Romae celebratis, haec quae sequuntur considerationi Venerabilium Missionum Superiorum subiicere decrevit:

I. In erogandis subsidiis ratio habita est: a> status patrimonialis cu.usqye Missionis; b) oblationum aliunde perceptarum: ci numeri Missionorum; d) progressus rei Christianae; e) operum existentmm vel instituendorum.

Si in aliquo casu subsidium immutandum desideretur. *positiva* adducantur *argumenta.* Consilium nil aliud desidera quam alacriores Missionarios adiuvare ct iustitiae distributivae pro viribus consulere.

II. Quum vero stips coltecta, crescentibus numero m dies Missionibus semper inadaequata exstet, haec monita pluries a S. C. de Propaganda Fide inculcata, in memoriam opportunum revocare censet:

a) curandum est ut patrimonia Missionum paulatim constituantur, seclusa tamen, ad normam SS. Canonum, quavis mercaturae specie;

b) fideles prudenter sed active hortandi sunt ut necessitatibus subventant Missionum;

c) caveatur ne nimia in aedificiis materialibus profundatur pecunia; imprimis efformandi sunt fideles;

d) ne nova incipiantur opera nisi prius prudenter cautum sit quibus medis in posterum sustinenda sint, ne obiurgatlo evangelii repetatur: ‹ coepit aedificare, et non putuit consummare ».

III. Iam in pluribus Missionibus Pont Opus a Propagatione Fidei florescit Desideratur ut ubi nondum exsistit, constituatur, quippe quod non tantum ad propagandam fidem mirifice inservit, sed etiam ad servandam eam inter fideles.

IV. Ne petantur, pro communibus necessitatibus, subsidia extraordinaria, quae unice servantur quum Missiones calamitatibus impraevisis plectantur (fames, bella, inundationes, terraemotus. incendta etc.).

V. Enixe commendamus ut ad Agentiam Fides diligenter referantur facta quae et aedificationi sunt fidelium et caritatem in Missionum auxilium magis magisque movent

Interim Consilium Generale Deum O. M. adprecatur ut strenuis Christi Militibus et dc rore caeli benedic.it et dc pinguedine terrae.—Celsus Costantini. Archiep. tit Theodosien.. *Secretarius S. C. de Propaganda Fide. Praeses Consilii. F.* Carminati. *Secretarius generabis Pont. Operis Prop, ridet.*

• Ordinariis ct Superioribus Mtafonvm: Syllose n. 243.

1383

1937 MAI 4.-S. PAEN\ DECL. AAS 29 (1937) 283-281

Declaratio super decreto quod incipit **< LEX SACRI COELIBATUS > DIEI 18 APRILIS 1936**

Evulgato per Commentarium Officiate Apostolicae Sedis (voL xxvni. pag- 242) Decreto, quod incipit « Lex sacri coelibatus › diei 18 aprilis 1936 (LE 1291] quo absolutio ab excommunicatione dc qua in can. 2388. § I. quando agatur de sacerdote qui, matrimonio civiliter attentato, ad cor dein reversus, ad participationem sacramentorum more laicorum petat admitti, data quidem fide de absoluta perfectaque in posterum continentia perpetuo servanda, quamvis tamen ob gravissimas rationes cessare non valeat a cohabitatione sub eodem tecto cum suae disertionis complice. Sacrae Paenitentiariae Apostolicae. excepto casu periculi mortis, reservatur, non defuerunt nec desunt Canonistae « t Moralistae qui docuerint ac doceant casum hunc nihil differre a casu aliarum censurarum, quae in casibus urgentlorlbus remitti possunt sub quibusdam conditionibus et clausulis a quocumque confcssario vi can. 2254.

Haec interpretatio, a praefati Decreti nedum sensu sed et littera prorsus absona, nullo modo defendi potest, eo praesertim quia expresse edicitur absolutionem de qua agitur « ab ipsa fantum Sacra Paenitcn-*tiaria Apostolica, servata* speciali procedendi forma ct sub peculiaribus quibusdam cautelis et conditionibus ab eadem Sanctitate Sua patefactis ac praescriptis ›. concedi posse.

Nihilominus, ad omnem, si quae adhuc forte superesset, dubitationem penitus auferendam. SsAus Doml-

nus Noster, in audientia infrascripto Card. Paenitentiario Maiori die 10 aprilis anni currentis impertita ad rem opportune interrogatus, suprema Sua auctoritate declarandum et, quo solet modo, publici iuris faciendum mandavit, hanc esse mentem Legislatoris, scilicet: Absolutionem a censura, de qua supra, ita esse Sacrae Paenitentiariae reservatam ut nemo unquam, excepto casu periculi mortis, ab ea absolvere possit, non obstan-
234 te qualibet facultate./ sive per can. 2254. § 1. sive per privilegium, sive denique per aliud quodcumque ius ceteroquin concessa.

Datum Romae, e Sacra Paenitentiaria. die 4 maii 1937.—L. Card. Lauri. *Paenitentiarius Maior.* S. Luzio, *Regens.*

Adn. E. BERGH in NrT 64 (1937) 774; I. C In PrM 26 (1937) 486; U. LOPEZ in PrM 26 (1937) 501-506; REGATILLO n. 841; A TOSO n IP 17 (1937) 181; Apoll. 10 (1937) 175; CR 13 (1937) 271-272.

1384

1937 MAI 6.-PIUS XI, CONST. AAS 29 (1937) 420-426

URBIS

De pontificio collegio romenorum in urbe

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontifices, qui omnes Orientis populos peculiari semper amore sunt prosecuti, atque adeo neque curis neque laboribus pepercerunt ut eorum proveherent utilitates, nobilissimam Romenorum nationem nominatim dilexerunt, quippe quae, cum e Romana gente originem duxerit, quasi almae huius Urbis filia iure meritoque habeatur. IL'a namque, quamvis fuerit postremo decursu temporis Romano Imperio coagmentata, cius tamen sermonis civilisque cultus praeclarissima signa retulit, ac sarta tecta per tot rerum vices acerrime servavit Traianus Imperator. ut omnes norunt, cum Dacos in dicionem suam redegisset, colonias in sinistras Histri fluminis regiones immisit, quae, locorum incolis admixtae, in novum coaluerunt populum.
421 cuius erat Romanorum'linguam, mores, instituta in longinquas terras illas propagare. Posteriore autem tempore, cum barbari unde unde invasissent, huic genti opem ferre perimpeditum fuit; attamen haec natio, cum tanta in cam influxisset veteris Latii vis atqu-t virtus, non submersa decidit, sed pedetemptim ad oras usque se expandit, quas Pontus Euxinus alluit Quin immo, ut orbor valida, quae suos in omnes partes promittit ramos, ad septentriones Danastrum. ad meridiem vero Macedoniam atque Graeciam attigit

Neque huic Romani populi suboli Christianae fidei lux defuit; siquidem antiquissima aetate, cum Durostori, tum Axiopoli ac Tomis, martyres habentur, qui sanguinem pro Christi nomine profuderunt. Ac quamvis praeter martyrium ab iisdem factum, nihil aliud de eorum vita dignoscamus, id tamen, cum sine dubio constet satis profecto loquitur. Novimus praeterea has regiones, apostolici muneris causa. Sanctum Nicetam. Episcopum Remesianenscm. peragrasse; qui quidem, sub quarti saeculi exitum ac quinto ineunto, trans Histrum Christiana praecepta invexit; et Sancto Paulino Nolano familiariter usus, *composuit simplici et nitido sermone competentibus ad baptismum instructionis* libellos *sex* (Gennadius. De uirb illustribus, c. XXII\ aliaque haud mediocris ponderis scripta.

Quemadmodum Romenorum stirps, ito etiam ecclesiasticae eorum vitae primordia e latino fonte derivata sunt; idque vel ex eo patet, quod praecipua ea verba, quae Christianae doctrinae sententias exprimunt, latinitatem redolent

Per plurium saeculorum decursum, quamquam proprius huic genti episcopus non erat, nihilo secius eidem cum Apostolica Sede communionis vincula intercesserunt Attamen, cum sacrorum Antistites e Bulgarorurn Imperio mitterentur, et Byzantini ritus sensim inducti eunt, et Romaniae natio, ab ecclesiastica unitote avulsa, c Catholicae Ecclesiae sinu miserrime descivit

Quo facto discidio, Romani Pontifices nihil antiquius habuere, quam ut Romaniae Principes ad unum Iesu Christi ovile reducerent; idque tum praesertim cum Clara, nobilis femina, eademquo obitu Nicolai Alexandri Valachiae Principis viduato, filiam suam, Bulgariae Imperatoris uxorem, ad catholicam fidem revocavit Hanc scilicet opportunitatem nactus. Decessor Noster fel. rcc. Urbanus Quintus Vladum. throni Nicolai Alexandri heredem, vehementer adhortatus est ut praeclarae illius feminae vestigia libens persequeretur. Idemque Decessor Noster, ut spiritualibus Cumanorum necessitatibus consuleret, qui, superiore saccub. tertiodecimo nempe, lalinorum Missionalium opera, ca tholicam fidem amplexi essent. Episcopalem sedem <2
Milcoviensem instauravit, Tartarorum irruptionibus eversam; quae Sedes in Argcnsi urbe, Valachiae capite, postea constituta est Ac praeterea, cum Latscus, Mold)· viae Princeps, qu: iam dudum ad catholicam religionem propensus, eamdem. ut Gregorius Undecimus asseverat professus est. Episcopalem Sedem in dicione sua institui postalasset. Urbanus Quintus postulationi huic concedendum esse libenti animo reputavit Ut vero Catholicae Ecclesiae praecepto magis cotidie magisque propagarentur. Ladislaus, Poloniae Rex. loannem Vicesimum secundum enixe rogavit, ut Baiae, urbs tunc temporis Moldaviae princeps, latina Episcopali sede donarentur: quod reapse Martinus Quintus, tum dilargiendum duxit cum Alexander, quem Bonum vocant Moldaviae Princeps, hac in eadem urbe amplissimam sacram aedem in eorum commodum excitavit, qui. catholicam latini ritus religionem profitentes, illuc transmigraverant

Quae cum ita se haberent, spes adfuit bona, fore ut Romaniae populus, qui. ut diximus, a catholica communione desciverat, ad eam iterum se tandem aliquando reciperet Cuius rei inde opportunitatem afferri visum est cum nimirum Constantinopolitani Patriarchae legati ad Constantiense Concilium missi sunt una cum Byzantii Imperatoris legatis, ac plurium urbium cum Graeciae, tum Russiae. tum denique earum regionum, quae in Turearum dicionem subactae erant Siquidem octo Valachiae urbes, Moldaviae decem. Alexandro, quem supra memoravimus, Moldaviae Principe probante, suos item legaverunt cives, qui suas ipsarum partes suasque rationes inibi procurarent Verumtamen nimium parum hac in Synodo de orientalium gentium reditu ad catholicam unitatem actum est. Nihilo secius Gregorius, Moldaviae Metropolita. antequam Oecumcmcum Florentiae Concilium iniretur. ad Decessorem Nostrum fel. rec. Eugenium Quartum se contulit ct quemadmodum ipsemet Pontifex testatur, in unum Beati Petri ovile se restituit

Quam quidem Florentinam Synodum et Damianus, Moldaviae Métropolite. et Constantinus Protopapas, ct alii quoque participarunt, quos Elias ac Stephanus, memorati Alexandri Principis filii, miserant; qui etiam Neagocm. Logothetom suum, legaverunt Atque heic animadvertere operae pretium est. Damianum Metr> politam et Constantinum Protopapam. una cum Graecis Antistitibus, acta illa, suo subscripto nomine, rata habuisse. quibus Orientalis Ecclesia cum Apostolica Sede rite coniungeretur; quod quidem ex genuinis constat exemplaribus, in Vaticano Tabulario asservatis. Valachia vero, quamvis eo tempore Turearum exercitus, cum Hungria bellum commissuri, impressiones in suos/ 423
fines agerent, duos tamen ad eamdem Oecumenicam Synodum legatos misit.

Cum autem irrumpentium Turearum discrimen in occidentis regiones formidolosius cotidie ingrueret, Romani Pontifices eorum populorum Principes impensissime adhortati sunt, ut, collatis viribus concordibusquc animis, teterrimo eiusmodi periculo obsisterent. In quibus ille eminet Moldaviae Princeps Stephanus, qui (,b partas victorias *Magnus* ac *Victor* cognominatus est, quemque Decessor Noster Xystus Quartus in Apostollcis sub plumbo Litteris *Redemptor Noster,* id. ian. anno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto datis, rerum *christianum fidei athletam* appellat; cuique idem Pontifex, ut animum adderet, eodem anno plenariam *anni Jubilaei indulgentiam et peccatorum remissionem* benigne concessit, ab universis suae dicionis civibus lucrandam.

At, proh dolor, quae in Florentina Synodo Ecclesiae unitos feliciter restituta fuerat, paucis post annis Constontinopoli relecta est. in omnibusque Orientis partibus impugnata. Itaque, post Damiani obitum, cum factio catholicae unitati infensa praevaleret, atque ex more novum Moldaviae Metropolitani petiisset, eum unitati repugnantem obtinuit; dum in extremis iam rebus Constantinopoll Isidorus Kievensis catholicae unitatis decreto incassum pronuntiabat. Ecquid igitur Romanis Pontifie»bus supererat, nisi germanam eorum fidem

grUm tectamque servare, qui in variis Romaniae partbus disseminati commorarentur? Ac, procul dubio, udem officio huic suo non defuere, iuvantibus saepe tenero Moldaviae ac Valachiae Principibus, qui non jewel, politicis contentionibus iactati. ut Principatu foedius potirentur, eorum opem affectabant. Itaque foetum est. ut, antiquis Episcopatibus Serethensi et Bucnsl abolitis, Argensis Sedes, ad titulum saltem quod ittioet. a Gregorio Quartodecimo instauraretur; cuius Episcopus in Bnccoviensi urbe resedit Attamen, cum post breve temporis spatium Baccovlensis Sedes titulo solummodo exsisteret Decessor Noster fel. rec. Leo Tertiusdecimus in eadem regione lassiensem Sedem «astituit. Catholicorum vero e Valachia administratio jrùr.um ab Sophiensibus Episcopis acta est. dein ab Nicopolitanis Episcopis; qui quidem, saeculo exeunte decimo octavo, cum pestis per Bulgariam grassaretur, suum apud Bucarestum domicilium delegerunt Quae cum heic breviter attingamus, hanc nolumus opportunitatem praetermittere, quin debitis honestemus laudbus cum Franciscales ac Dominicianos sodales, tum Kt$ etiam, quos Conventuales vocant; qui omnes decursu aetatis, laboribus non pepercerunt, ut catho-Lcorum latini ritus, in Romaniae terris commorantium, C4 aeternam salutem accurarent/

Ut autem ad orientalis ritus Romenos redeamus, ii. qui Transilvaniam incolebant, cum ab eis in servitutem redacti essent qui in provinciam illam dominabantur, r.on civili tantummodo, sed religiosa etiam libertate privati sunt: quandoquidem calviniana haeresis, sum-30 cum animarum periculo, in illas quoque regiones pervulgabatur. Verumtamen. Transilvania sub Austrine Inperium subiuncta. res inibi meliore loco fuere; tum praesertim, cum Societatis lesu sodales, quibus spiritalis militum praesidiorum cura erat, non modo cum Teophilo Albae Iuliensi Metropolita amicitiae vinculis coniuncti sunt, sed eidem etiam suaserunt, ut in Apostolicae Sedis communionem se reciperet

Hac super universa causa, coacta Synodo, actum est: ac Leopoldus, Austriae Imperator, Romaniae sacerdotibus, qui catholicam fidem amplexi essent latini cleri immunitatem ac privilegia benigne dilargitus est Post vero repentinum nec opinatum Theophili obitum. Ω eius locum Athanasius suffectus est; qui mense septembri. anno millesimo septingentesimo, haereticonsn machinationibus non obstantibus, una cum quinquaginta quattuor protopapis. catholicae unitatis décréta. subscripto nomine, agnovit atque probavit Maca quidem contentione, ut omnes norunt, de causis disceptatum est, quibus eiusmodi unitas instaurata fuerit: cum nonnulli rerum gestarum scriptores, neque sinoris ponderis, asseveraverint non modo eam ex temcorariis politicisque rationibus ortam esse, sed per vim etiam extortam; nonnulli vero summa beneficia, edisserendo, in sua luce posuerint, quae inde Romenorum genti obvenerint. At procul dubio id consecutum est. ut nimirum clerus, pro locorum publicisque iuris to tempore vigentis condicionibus, in suam libertatem vindicaretur, utque iuvenes non pauci vel Vindobonam, vel Tyrnaviam, vel Romam denique studiorum cau«a mitterentur. Quam ad rem meminisse Juvat, cum. decido sexto exeunte saeculo, Decessor Noster Gregorius Tertiusdecimus hac in alma Urbe Graecum S. Atharasil Collegium condidisset, in primis eius alumnis duos fuisse c Romenorum natione annumeratos. Atque exploratum est horum omnium iuvenum opera litterarum dadia in Transilvania effloruisse primum; quod profecto ad universi populi utilitates non parum contulit

Aetatis autem decursu. Romenorum catholicam religionem profitentium ita numerus increbruit, ut Varadiru Maioris Apostolicus Vicariatus rite instituerétu-; quem quidem Pius Sextus Apostolicis sub plumbo Litteris *Indefesrum personarum,* anno millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, decimoquinto kal. iul. datis. In Eparchiam proprii iuris commutavit. Decessor rero Noster Pius PP. Nonus, postquam novas Eparchias duas, alteram in Lugosiensi. in Gherlensi urbe/ alteram condiderat, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo tertio Apostolicus sub plumbo Litteris *Ecclc*iwm *Christi,* sexto kal. decembr. datis ecclesiasticam provinciam excitavit, quae Fogarasiensis et Albae lulfensis nuncupata est; itemque, quinque post annis, impendio suo tantam constituit pecuniae vim, quanta necessaria esset quattuor iuvenibus, hac ex provincia ortis. in Collegio Graeco instituendis, quod tunc temporis Graecorum ac Ruthenorum vocabatur.

Ac denique, rebus rationibusque inter Apostolicam Sedem ac Romaniae Regnum per publicum conventum feliciter compositis, anno millesimo nongentesimo trigesimo. die quinta mensis iunii, per Apostolicas sub plumbo Litteras *Sollemni conventione nova* facta ?st dioecesium circumscriptio ac hierarchica ordinatio.

lamvero. quamvis in Dioecesibus et Eparchiis seminaria condita sint, nihilominus, cum animo reputaverimus spirituales illius populi. Nobis sane carissimi, necessitates in dies magis magisque increscere, ac iuvenem clerum cum in Urbaniano Propagandae Fidei Collegio, tum in Romano Athenaeo, tum denique in Graeco, quem memoravimus. Collegio frequentiorem cotidie fieri, opportunum Nobis visum est, cui apta sacrorum alumnorum institutio et ad suorum rituum normas conformatio tantopere cordi est, illustrem etiam Romenorum gentem, quemadmodum ceteras nationes fere omnes. proprium hac in Alma Urbe id genus habere institutum.

Quapropter nihil reliqui fecimus, quod necessitati huic occurreret; quandoquidem in laniculo monte, magnis impensis curis ac sumptibus, novum in hanc rem excitavimus aedificium omnique ope instruximus. In praesens vero, ut paternum animum Nostrum dilectissimae Romenorum genti vel luculentius pandamus, ad iuridicam huius Collegii erectionem devenire statuimus. Itaque, ad maiorem Dei gloriam et ad catholicae rei incrementum, Seminarium seu Collegium Romenorum in Urbe apostolica auctoritate Nostra constituimus, eidemque Pontificii Collegii nomen et iura attribuimus. Quod quidem B. Virgo Maria, ab Angelo magna Dei Parens salutata, praesentissimo patrocinio suo tueatur; eiusque festum, veluti peculiare ac proprium, qu>-tannis inibi incensa pietate celebretur.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exibitae vel ostensae forent

Quae denique hisce Litteris statuimus, decrevimus, ediximus, ea rata/ omnia flrmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus: quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus. 426

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die sexta mensis maii. in Ascensione Domini, Pontificatus Nostri anno decimo sexto.—Fr. TH. Pius, O. P., Card. Bogciani, *Cancellarius S. R* .E.—Eugenius Card. Tisseraxt, A *Secretis S. C. pro Eccl.* Orient.—loscph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.* Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

1385

1937 MAI 25.-SC PROP. FIDE, INDÜLT. P/ÏRT'

Alumnis iuramento aggregationis Societati devinctis, **CONGRUIT PRO S. ORDINATIONE TITULUS MENS.U. CQMMWOS**

« Cum iuramentum ar.gregatlonis isti Societati clare habeat vim canonicae incardinationts, necessario sequitur sodales, potius quam titulo missionis, ad sacros Ordines promovendos esse titulo mensae communis. Huiusmodi autem titulus nu'lam mutationem induit quoad naturam istius Societatis, quae non est Congregatio religiosa».

• Mi©^cr? Generali Stfe> Mînicntr.orum 5. Jowpb de Mill Hill. Prot. N. $97/37: Jurht 16 (1956) 45 Ada. J. 06 riEPER in TM Jori»! 16 (195G) 36-58; K. SCALAS *an*d lb· Canonical Stiti of Clerics ia Socie!»·» wilbeal V»ws, Rom:e 1960. p 118-1)9.

1386

1937 MAI 26.-SC S. OFF^ DECR. AAS 29 (1937) 304-305

De novis cultus seu devotionis formis non introducendis **DEQUE INOLITIS Dt RE ABUSIBUS TOLLENDIS**

Iam olim Sacrosancta Tridentina Synodus (Sca«. XXV, *De invocat., venerat, et reliquiis Sanctorum et sacris imaginibus),* praemissa declaratione dc Icgitimitate cultus Sanctorum ct usus eorum imaginum ad be-

neficia a Deo impetranda, solemniter monebat, ut. si quos forte in has sancias et salutares observationes abusus irrepere vel irrepsisse comperissent, solerter curarent Episcopi eos prorsus aboleri, ita ut nullae falsi dogmatis imagines et rudibus periculosi erroris occasionem praebentes statuerentur; omnis superstitio in Sanctorum invocatione et imaginum sacro usu tolleretur: omnis turpis quaestus eliminaretur; ac nihil demum inordinatum aut praepostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum nihilque inhonestum appareret

Hisce praescriptionibus inhaerentes, officio non defuerunt Romani Pontifices eas, data occasione, ad memoriam identidem revocandi earumque plenam observantiam inculcandi Ex his praesertim sanctae recordationis Pius Pp. IX. per Decretum S. Officii latum die 13 ian. anno 1875, suprema Sua auctoritate, mandavit « monendos esse scriptores qui ingenia sua acuunt super argumentis quae novitatem sapiunt ac. sub pietatis specie, insuetos cultus titulos etiam per ephemerides promovere student, ut ab eorum proposito desistant ac perpendant periculum, quod subest. pertrahendi fideles in errorem etiam circa Fidei dogmata et ansam praebendi religionis osoribus ad detrahendum puritati doctrinae catholicae ac verae pietati » fASS 8 (1874-75) 269-270].

Haec autem in Codicem Iuris Canonici, iisdem pene verbis, canonibus praesertim 1259. 1261 et 1279 demum
305 relata, novissime confirmata sunL/

Dolendum tamen est tot tamque gravibus Supremae Auctoritatis Ecclesiasticae monitionibus atque iniunctionibus non plene hucusque obtemperatum esse. Quin immo neminem iam latet novas huiusmodi cultus et devotionis formas, nonnunquam ridiculas, plerumque aliarum similium iam legitime statutarum inutilem imitationem vel etiam contaminationem, his potissimum postremis ternooribus, pluribus in locis, acatholicls maxime mirantibus acriterque obtrectantibus, in die multiplicari atque inter fideles latius propagari.

Iterum igitur itemmque Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii. Fidei morumque puritati atque Integritati tutandae praeposita, de expresso mandato Ssmi D. N. Pii divina Providentia Pp. XI, Sacrorum Antistitum, ubique orbis catholici animarum curam gerentium, zelum ac pastoralem sollicitudinem, onerata eorum conscientia, vehementer excitat, ut strictissimam tandem aliquando memoratarum monitionum atque iniunctionum observantiam urgeant, abusus qui iam Irrepserint firmiter abolendo et ne novi irrepant diligentissime cavendo.

Quae quidem idem Sanctissimus Dominus Noster in solita audientia E. P. D. Adsessori die 20 labentis mensis mail impertita, in omnibus et singulis adprobare et confirmare dignatus est. praesensque Decretum publicari iussit

Datum Romae cx Aedibus Sancti Officii, die 26 maii anno 1937.—I. Venturi. *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Ada. E. BERGH In NrT 64 (1937) 833-834. I. CREYGHTON In PrM 25 (1937) 470-471; I. GRANERIS in A«o1L 10 (1937) 502-307: CR 13 (1937) 316-317; ELIP 51 (1937) 93-100; IP 17 (1937) 266.

1387

1937 IUN 4.-SC CONCILII. INDULT. PART.·

Facultas conceditur recurrendi contra decreta
EPISCOPI AD METROPOLITAM IN SPECIALIBUS ADIUNCTIS

Beatiwme Pater, Eppus Scccoviensis Sanctitati Vestrae preces sequentes humillime offert: Secundum Art XI. par. 1 Concorc'ati Austriaci (LE 11701 Officia ecclesiastica decernunt, cui jus patronatus competat, quod judicium etiam in foro civili valet. Episcopi Austriaci inter sc convenerunt, ut hae lites, nc moram patiantur, via administrativa, non more formalis judicii, decernantur. Secundum can. 1601 C. j. c. de recursibus contra Ordinariorum decreta exclusive S. Congregationes decernunt. Curia Epp. Seccoviensis in duobus casibus (Frein ct Arnfcls) dc Juro patronatus decernere debet, — Quia fortasse contra decreta Curiae episcopalis recursus interponatur. Eppus oratnr rogat, ut Curia archiépiscopalis Salisburgensis ad recursum dijudleandum delegatur, quia secus documenta permulta in linguam latinam vertenda sunt. Et Deus etc.

S. Congregatio concilii, attentis ab episcopo Sccc·)· viensi expositis eidem benigne tribuit facultatem juxta preces tantum pro duobus memoratis casibus, quin ĩ- men praecludatur aditus ad S. Sedem.

Datum Romae, die 4. Junii 1937.—I. Card. Serat»t *Praef.*

• Ordinario S«ccovienii Prof. N. 2622'37: TpO **90 (1937) 693-694. Adn.** *J.* **HARING In TpO 90 (1937) 692-694.**

1338

1937 IUN 10.-SC S. OFF., RESP. AAS 29 (1937) 305-30<5

Circa usum Privilegii Paulini, vi can. 1127,
CUM ACATHOLICLS DUBIE BAPTIZATIS

In plenario conventu huius Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito Feria IV. die 5 man 1937, propositis dubiis:

1. Utrum in matrimonio contracto a duobus acatholicis dubie baptizatis, in casu dubii insolubilis circa Baptismum, possit permitti alterutri parti ad Fidem conversae usus Privilegii Paulini vi can. 1127 Codicis luris Canonici?

2. Utrum in matrimonium contracto inter partem non baptizatam et partem acatholicam dubie baptizatam. in casu dubii insolubilis de Baptismo, possint Ordinarii alterutri parti ad Fidem Catholicam conversae permittere usum Privilegii Paulini vi can. 1127?/

Erhi ac Revmi Patres Dni Cardinales Fidei morumque integritati tutandae praepositi, omnibus mature perpensis, respondendum decreverunt:

Ad 1. Negative.

Ad 2. Recurrendum ad S. Officium in singulis casibus.

Hanc vero Emorum Patrum resolutionem, in audientia E. P. D. Adsessori S. Officii die 13 eiusdem mensis ct anni impertita. Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XI adprobare et Suprema Sua Auctoritate confirmare dignatus est. ac publici Iuris fieri iussit

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 10 iunii 1937.—L Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. J. CREUSES in NrT 64 (1937) 1123-1124; V. DALPIAZ In AoolL 10 (1937) 334-339; F. H0RTH In PrM 26 (1937) 473-475; REGATILLO n. 570; CR 13 (1937) 318; IP 17 (1937)

1389

1937 IUN 19.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 29 (1937) 306

Damnatur liber cui titulus « il razzismo ».
AUCTORE G. COGN1

Ferta *IV. die 9* iunii 1937

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revrhi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

G. Cocni, H *razzismo.* Milano-Parigi, 1937.

Et sequenti Feria V. die 10 eiusdem mensis et anni, Ssrhus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI. in solita audientia Excmo P. D. Adsessori Sancti Officii impertita. relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit. confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 19 iunii 1937.—I. Venturi, *Supr. S. Congr, S. Officii Notarius.*

Adn. I. CREYGHTON In PrM 26 (1937) 476-477.

1392

1937 IUN 30.-SC S. OFFICII, RESP. PART.

Circa interpretationem const, fault hi « altitudo » et S PII V « ROMANI PONTIFICIS ». ET CIRCA OBLIGATIONEM PRAESTANDI CAUTIONES

DUBIA-Concilium humiliter a S. Sede postulat ut dentur authenticae declarationes circa sequentia **dubia** quoad interpretationem can. 1126 et trium Constitutior.ua) RR. Pontificum:

l. Iuxta Constitutionem Pauli IU Altitudo die 1 imxi 1537. quando neo-baptizatus qui ante conversio- plures habebat uxores nec recordatur quamnam pruno duxerit, unam ex illis non conversam accipit, rtquirirturne ad huius matrimonii validitatem dispensato super imnedimento disparitatis cultus cum praestatione cautionum can. 1061 et 1071 praescriptarum?

1 Iuxta Constitutionem S. Pii V *Romani Pontificis,* 3 augusti 1571, quando nco-baptizatus, qui ante conver-.conem plures habebat uxores, vult remanere cum uxore quae cum isto baptizatur: a) ad huius connubii validitatem requirirturne ex utraque parte renovatio consensus matrimonialis in forma iure praescripta?; b· utrum matrimonium huiusmodi consistere valeret etiamsi non adesset gravis difficultas primam seu lepümam uxorem reperiendi?

Responsa - Ad primum: *Negative,* seu dispensationem non requiri, utpote implicite concessam per const Altitudo, salva tamen obligatione, iam ante baptismum imponenda, eorum quae iure divino exiguntur, ad quae ‹e referunt cautiones, de quibus can. 1061 et 1071.

.Ad secundum (quoad a) *Affirmative;*

(quoad b) *Provissum* per facultates contentas in formula facultatum (formula tertia maior n. 24, 25, 26); et ubi casus non comprehenditur in acceptis facultatibus dispensandi ab interpellationibus, recurrendum ad S. Sedem in casibus particularibus.

Datum Romae, ex aedibus Supremae S. C. Sancti Officii die 30 iunii a. D. 1937.

• Concilio Primo Indoiinend, Prot. N. 393 in/1937: Primum CaxOfauD Indosinense anno 1934 celebratum, Hanoi 1938. p. 176-177. Adn. A. ABATE. Lo tcioalirnonto dei vlncolo conjugale, ed. 2 loea 1955, p. 95-114; REGATILLO n. 571.

1391

1937 IUL 7.-SC PROP. FIDE, RESP. PART.

Dubium circa interpretationem VERBI « MISSIONIS » ART. 13 STATUTORUM UNIONIS MISSIONARTAE CLERI

In merito alla instanza che la V. S. mi ha presentaîo il giorno I' luglio 1937, per ottenere una autorevole irierpretazione della parola « miisioni » usata nell'art 13 degli Statuti Generali della U. M d. C. (LE 1379]. questa C. Congregazione di Propaganda dichiara che:

c Sono da considerarsl territori di missione, agli ef/etti dei godimcnto dei privilegi e de'le facoltà di cui iTart 13 degli attuali Statuti Generali della U. M. d C.. tutti quei luoghi nei quali un Sacerdote esplica Ja na attività apostolico-religiosa fra non cristiani e crirtiani dissidenti, in forza di un mandato ricevuto dalla legitima autorità ».

Questa interpretazione riguarda la parola « missione » dei suddetto articolo in rapporto sollando al godir.cnto dei noti privilegi.

Con devoti ossequi. Roma 7 luglio 1937,-*P. Card.* Fcmasosi - Btovdi, *Prefetto. C.* Constantini. Arclv. di Teod., *Segretario.*

• CpR 18 (1937) 226. Adn. I. CREYGHTON in PrM 27 (1938) 69-91.

1392

1937 IUL 20.-SC ORIENT. MON. AAS 29 (1937) 342-313

DI NORMIS SERVANDIS QUOAD CLERICOS RITUS ORIENTALIS EXTRA FINES PROPRII PATRIARCHATUS PEREG RINANTES

Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali pluries etiam recenter relatum est viros quosdam fraudulenter falsa documenta exhibentes et sacerdotum orientalium nomen ac vestem usurpantes per varias regiones vagari, eleemosynas quaerere. Missarum stipendia colligere, imo et facultatem Divinum Sacrificium celebrandi postulare.

Ne istae gravissimae ac sacrilegae fraudes suum habeant deprecabilem exitum, eadem Sacra Congregatio locorum Ordinarios instantissime rogat ut nonnas et decreta memorent quae Apostolica Sedes ad praecavendos huiusmodi dolos et damna non semel tradidit

D presente regolamento non sl applica quando gli ordlnament< organici dell Amministrazlone cui I'impiegato appartiene o le particolari condizioni dl nomma escludano un qualsiasi trattamento di qulescenza o ne prrvedano uno diverse dalla pensione Sl applica, però sla ni personale di rapresentanza della S Sede all'estero nonotante le particolart condizioni df nomina, sla b coloro che abblano dfchlarato dl accettare per le pension! le eventual! norme da emanarsi in sostituzione dl quelle In vigore aU'atto delrassunzione

E data facoltà a! personale prccedentemente soggetto a regolamenti d pensione diversi di optare per l'appHcazione intégrale del present? regolamento purchè la relativa dtchlarazione sia fatta nel termine perentorto d! un anno dalla pub.icazlone dei regolamento stesso negl! Acf« Apostolicae Sedisy <7

Parti Seconda

Per son*al e* Mil it a r e

C-IAO UNICO

Art 27. I Corpl militari. ai quan si applica U présente regolamento sono, la Guardia *Nobtlc* de! Corpo dl Sua Sandu La Guardia Svizzera Pontificia e la Gendarmeria Pontificia

Art 2*a* Le ncrme della parte prima del présente regolamenTo si appltcano per le pensioni e le indenmU de» Corp' mlhtan. calve le dtsposi/Jom speciali del successiv: articoli 29 a 39

Art 29 GH appartenenti al Corpo della Guardia Nobile hanno d'ntto a pensione

ai quando abbiano compiuto 40 anni di serv izlo owero 55 annl d· età con almeno 15 anni di servizio:

b/ quando dope 15 annl di servizio siano divenutt mablli al servizio stesse a causa di infermitâ non dipendenze dairescTCtzio delle proprie funzioni o Mano dispensati d.»l servizio di autorità. n lascino d «ervtzjo per comprovau zravl mot!vi d· famiglia

c quandr « «no divenull tnabm ai servtvlo a causa di InféraiU dipendente dalfesercizio delle proprie fur.ziom qualunque sia ta durata del servizio prestoto

Art 3J Gu appartenant! alia Guardia Svizzera Pontificia acquistano H diritto a penoone dopo 10 anni di servizio

Per coloro che siano divenuti inabib a causa d'lnfermitâ tale diritto spetta dopo 5 annl di servizio salvo rinfermltl sa dipendente dall esercizio delle proprie funz;oni per u quai caso il diritto a pensione compete qualunqur sia la derate del servizio prestato/

Art 31 D personale appartenente alia Gendarmerta Pontificia ha diritto a pensione:

αι dopo 15 anni di servizio:

b» copo 10 anni dl servizio. se sia divenuto inablie al servizio «fess› a causa di infermitA non dipendente dall esercizio delle proprie funzioni. o «ia dispensato daJ servizio *di tutorita*

c› quando sia divenuto mablle al servizio a causa di InfermiTÂ dipendente daU'eserctxlo delle proprie funzioni qualunque sia la durata del servizio prestato

L anz-anltâ nconosciuta a<li efferti dell art 10 del regolamrnio orramcc e dJ disciplina per U Corpo della Gendarmerai Pontificia F maggio 1933 n XL si computa ai sci: efferti della misura della pensione o deU'indennità

Art 32 i militari che ai trovano nolle condinoni di cui<1 il collùcan.ento in pensione possono essere messu m pensione d'urficio

Art U Per i primi sc; annl di «rrvizio délia Guardia Sviz/era P-ruflcia st considerano. quale mdennitâ agll effeîti del orreente regnbmento I premi rtabilrti nell art B delle norme emanate nel 2 gennaio 1923 a modincanone de: rezolamento organico del Corpo in data 19 marzo 1914

Art .H La pensione «perlante alla Gendarmerie Pontificia e pan a tint- quarantesimi della media degli stipend) c dei sold' fcoduti nell ultimo triennio d) servizio quanti sono tl· anni d. servizio

Per · «Ortufficiali della Gendarmeria Pontificia *e* per › grndarmi che abbiano complute il tempo musimo dl servtao «•iblf-'o dal regolamento organico del Corpo l'ammortare della pensione * sumentato dl un dccimo

Per »i perso? a.'e delta Gendarmerta Pontificia divenuto Inabile a causa di infermitâ dipendente dall esemzio delle proprie funzioni. la pensione é pan a quello calcolata id base airanzlaniU di servizio accresciuta di un quinto della benoone ste › fermi i minimi dl cui al primo comma del- arttcolo 7 e quanto stabiliscono i commi «econdo e lerzo
49 deil arttcofe «tésso /

In nc«sun case, ia pensione pud superare la misura di cui al comma secondo dell'art 6 del presente regolamento calcolata «nil uliunc rtipendio annuo

Art κι La pensione per » militari appartenenti alia Guirdla Svizzera Pnnttflcta é fissata dalla tabella innessa »l ore«enie regolamento

N'ei caso d invalidity derivante dall'eserctzio delle proprie funzioni al milltàn della Guardia Svizzera Pontificia e dovut·» la peiislone relativa al «ervizto prertato aumentato di clnQ'-H ar.nl Se KlnvaltditA Importa permanente tncapacità i qualsiasi proficuo lavoro è dovuta Ia pensione stabilita dopo vend anni

Il paMmentn delle pensioni ê effet!unto in franchi «vtzron g) oensinnat? della Guardia Svizzera Pontificia e loro v.··η« causa che ri«no fuori della Cittâ del Vaticano e del Regnr d Italia «l in lire Itallane a quelll che ri«led-»m negli Staff ODcdestmi

Art ⅜ P diutio n oen«tone delle vedove ed orfani dei mihlart per quali «ia rlchiesto «peciale permesso per la celehrvione del matrimonio e «ubordlnato all'awenuta eoner«Mone del oe^mrsso «tesso

Nrn ⅜p alcun diritto a pensione o indennltâ aile fimiglle det «ercentl magglort e de? militari dl grado Infennre deUa Guardia Svizzera Pontificia.

Art. 37 La ritenuta dl cui all art 19. comma primo. ‹ rilasciata dai militari della Guardia Svizzera Pontificia sugb stipendi e soldi pcrcepitl

Le pensioni corrisposte ai sergentI magglori e al militari di grado inferiore della Guardia Svizzera Pontifiera non son-- assogcetlate ritenuta

Art 38 QuantK »a Commissione, dl cui all art 4 del présenté regolamento debba pronunelare sul diritto dl un militare il membro meno anziano della Commissione ⅛U é sostituito da? Comaridante del Corpo cui 11 militare apparieneva

Art 3S Gli accertamcntf saniUri riguardanti U personae militare si eseguono secondo le norme stabilite nei regola menti organici de singob Corp:./ N

TAFELLA DELLE PENSION! MENSILÎ
otLu goaroia svurnu rmmricLa

GRADO	Dopo 2l« annl di servizio	Dopo 15 anni di servizio	Dopo 10 anni di servizio	Dopo âazuu dl se-v.do
	Franchi svixzcri	Franchi svizzeri	Franchi «vizzcri	Franchi «vizzen
Colonnello Cnmandante	750 —	500 —	250 —	1X7 M
Tenente Cclonnello.....	son —	*33333*	166.66	125-
Ataggln.e	430.—	*236.66*	14333	10750
Cappellano _ .. ---------	390 —	260 —	130-	9750
I· Capitano	370 —	246.66	12333	9231
Penultinx Capitono.....	350 —	233JJ3	116.66	8750
Ultimo Capltano.....	300 —	200 —	100 –	75-
Sergente Maggiore	250 —	166 66	8333	6250
Serzcnte	210 —	140 —	70 —	5250
Capcralc	190 —	126.66	6333	4750
Tamburo ...	160 —	106.66	5333	40-
Alabamere	120 —	£0 —	40 —	30-

Palazzo Apostolico Vaticano, addl 31 dicembre 1937.

Adn. P. CiPROTTl In Apoll. 11 (1933) 14 35; ME 50 (19331 65 £6

1937 DEC 31.-Su PAE'N. DECK. AAS 30 (1938) 110 111

De PRECIBUS ET *PIIS* OPERIBUS [NDtJI GENTHS 0ΠAΠ5. NOVA COLLECTIONE EDITIS

Quandoquidem ex una parte opus a Sarra Congregatione Indulgentiarum Sarrarumquc Reliquiarum anno MDcvrLxxxxvrn editum multis iam anms non amplius venale provint: ex altera vero eiusdem generis Collectioni quae anne MDrrrcxxix in lucem prodiit, generales indulgentiarum concessiones postremis hisce temporibus. ac praesertim iubilnrf Redemptionis anno aliae ex aliis accessere christifideles non pauci ac vel sacerdotes et Episcopi ab Apostolica Sede petierunt ut novum, idemque authmticum. prelo excuderetur opus. quod pontificias hac in re largitiones ita m unum colligeret ut tuta communi pietati norma esset

Cum vero Augustus Pontifex hac de causa certior factus esset, infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori mandavit ut huic operi admoveretur manus, rui etiam Ipsemet perficiendo generales normas rationesque indicavit Eo videlicet «pectabat Beatissimi Patris consilium ut non modo preces et pia opera indulgentiis ditata In unum redigerentur, sed ut potius aptiore tnduius forma elenchus vulgaretur, qui et recentiores omnes Summ irum Pontificum id genus Largitiones complecteretur et novo usui novisque huius Officii praescriptis ordinate responderet quae idcirco Suprema Auctoritate duce invecta «unt. ut indulgentiarum doctrinam ntque incrementa nostra hac aetate moderarentur.

Quapropter Sacra Paenitentiaria Apostolica ut Beatissimi Patris mandata faceret post diuturnum studium dilicentemque Inborem. proces et pia npera ad praesentem hanc diem a Summi Pontificibus indulgentiis ditata in unum collegit et in vulgus edidit; tum ea vtdelicet quae in favorem omnium christifidellum. cum ea etiam quae in favorem quorumdam coetuum spiritualibus hisce muneribus insignita fuerunt: idque ad normam perficiendum curavit earum immutationum atque rationum, quas Suprema ipsa Auctoritas proposuerat ...

In Audientia vero infra scripto Cardinali Paenitentano Maiori die 11 mensis Decembris vertentis anni ceaeessa. Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI Collectionem hanc, typis vaticanis impressam, approbavit et confirmavit et. abrogatis generalibus indulrcntiarum concessionibus in eadem Collectione non relatis, ipsam tantum uti authenticam haberi mandavit

Contrariis quibuslibet etiam speciali mentione dignis tnInline obstantibus.

Datum Romae, ex S. Paenitentiaria Apostolica. die 31 Decembris 1937.—L· Card. Lauri. *Paenitentiarius Maior S* Luxio. *Regens.*

Adn. E. BERGH In NrT 65 (1938) 855-859; L C In PrM 27 (1933) 155 156; F. X. HECHT In PrM 27 (1938) 259-261.

1410

1937 .....-SC PROP. FIDE, INSTR. PART.·

QUAESTIONES

/td *quas respondendum est a Moderatoribus (seu Moderatricibus) generalibus Institutorum religiosorum congrua congruis referendo, a Moderatoribus Societatum sine* votis *a S.* C. *de Prop Fide proxime dependentium in relatione ad hanc S Congregationem singulis quinquenniis transmittenda*

Generalia

1. Doceatur quaenam decreta approbationis seu commendationis, et quando, Institutum a S. Sede obtinuerit

2. Quinam sit finis peculiaris Instituti.

3. Num titulus Instituti, ab initio assumptus, aut scopus vel habitus sodalium postmodum immutati fuerint et quanam auctoritate.

4 An et quando ultima relatio ad S. Sedem missa fuerit

I - De personis

5. Edicatur nomen Moderatoris Generalis et nomen Procuratoris Generalis Instituti

6. An et quot sint sodalium classes. An et quaenam vota emittantur.

A) - *De admissis*

7. Quot postulantes ab ultima relatione admissi fuerit

8 Num pro singulis habita sint documenta a iure requisita; speciatim vero litterae'testimoniales:

a) pro viris in genere.

b) pro clericis.

c) pro illis (viris aut mulieribus) qui in Seminario, collegio vel alterius religionis postulatu aut novitiatu fuerunt In hisce casibus, utrum testimoniale fuerint turcjurando firmatae.

9. Num exquisita fuerit sufiiciens notitia circa eorum indolem et mores.

10. Quoties et a quibus impedimentis, seu defectibus. dispensatio necessaria fuerit et a quonam Superiore ecclesiastico concessa

11 Num postulatum omnes il quibus praescriptus esi peregerint, per tempus statutum, in domo in qua regularis disciplina servetur.

B) - *De novitiis*

12 Quot et quaenam sint domus novitiatus et num uruouaeque domus auctoritate S Sedi instituta sit

13 Quot novitii post ultimam relationem habitum Insuturi susceperint

14 Quo! nunc ln novitiatu degant

15 Num novitii a professis rite separati exsistant

16 Num omnes habeant integrum exemplar Constitutionum

17 Num omnes ante professionem per annum Integrum et continuum in domo novitiatus sub cura magistri degerint.

18. Num magister novillorum ab omnibus officiis oneribusque vacet, quae novltforum curam et regimen impedire possint

19. Num, quantum et qua auctoritate, tempus novitiatus. ultra terminum in Constitutionibus praefinitum, prorogatum, vel forte imminutum, fuerit

20. Utrum novitii primo novitiatus anno vacaverint tantummodo exercitiis pietatis, an alus etiam, et quibus operibus addicti fuerint

21. Num durante secundo anno novitiatus (ubi peragitur· novitii in alias domos missi fuerint.

22. An. secundo novitiatus anno perdurante, ante omnia disciplina spiritualis vitae diligenter curetur.

23 An Instituti operibus novitii vacent sub directione ct vigilantia gravis religiosi (vel religiosae), qui eos verbis doceat exemploque praecurrat

24. An novitii. secundo novitiatus anno, ad opera Instituti extra domum non mittantur nisi per modum exceptionis et dummodo gravis adsit cau«a

25 An duobus ante professionem mensibus ab omni opere externo abstineant et si extra novitia:um fuennt ad hunc revocentur ut per integrum bimestre ad professionem emittendam, in sua vocatione firmati, se praparent.

26. *(In Institutis Sororum)* Num ante admissionem ad habitum, ad primam professionem temporariam et ad professionem perpetuam. Episcopus, vel eius delegatus. voluntatem adspirantis rite exploraverit

27 Num professioni praemissa fuerit cessio administrationis propriorum bonorum ac dispositio de eorumdem usu et usuiructu.

28. Num a novitiis ante professionem votorum temporariorum testamentum de bonis praesentibus, vel forte obventuris, libere conditum fuerit

C) - *De professis*

29. Quot nunc sint in Instituto sodales:

a) votorum temporariorum (vel iuramenti temporarii),

b) votorum perpetuorum (vel iuramenti perpetui).

30. Num vota temporaria semper tempore debito fuerint renovata.

31. Num sodales tempore debito ad vota perpetua admissi fuerint

32 Utrum sodales ad vitam misslonalem convenienter praeparentur, praesertim an rite addiscant linguas indigenas locorum ad quae mittuntur

33. Quot sodales, post ultimam relationem. In Missiones profecti sint Edicantur eorum nomina et loca ad quae missi fuerunt

34. Quot sodales post ultimam relationem obierint

D) - De *egressis et dimissis*

35. Quot post ultimam relationem ab Instituto recesserint:

a» ex novitiis.

b) ex professis :1' perdurantibus votis temporariis: 2 expleto tempore votorum temporariorum; 3' post emissa vota perpetua.

36. Num in dimittendis sodalibus observatae fuerint pro casuum diversitate, normae in sacris canonibus et in Constitutionibus praescriptae.

37. Num (excepto casu urgenti de quo in can 653» aliquis dimissus aut egressus fuerit:

a) ante acceptam sententiae vel decreti confirmationem ab Apostolica Sede, si agatur de viris professis a votis perpetuis: vel ante acceptum ab eadem S Sede decretum si de sororibus a volis perpetuis professis agatur:

b» pendente recursu ad S. Sedem, si de professi a votis temporariis:

c) absque praevia dispensatione, ab ipso religioso postulata, super votis emissis.

38 Num et quot fuerint fugitivi aut apostatae

39 *(In Institutis sororum'* Num egressis quacumque de causa dos (sine fructibus) integre reddita fuerit una cum supellectili quam ad Institutum attulerant in »o statu in quo tempore egressus reperiebatur.

40. Num lis. quae sine dote aut cum dote insufficienti receptae, ex propriis bonis siblmet providere non valebant, in egressu ex Instituto, necessaria ex caritate suppeditata fuerint quibus tuto ac convenienter 4o-

mum redire et per aliquod tempus honeste vivere possent

Π-De rebus

AJ - *De domibus*

4L Quot domos formatas, aut non formatas aut filiales. Institutum habeat, et in quibusnam dioecesibus vel Missionibus An et quot habeat provincias.

42 An et quot novae domus post ultimam relationem apertae fuerint: et an pro omnibus, praeter conditiones in Constitutionibus praescriptas, intercesserit legitima auctoritas (cfr can. 497).

43 Quot sodales diversarum classium In singulis domibus commorentur.

44 Num. post ultimam relationem, domus aliqua suppressa fuerit et cuiusnam auctoritate.

45. Utrum singuli sodales proprias cellas habeant, an in communi dormitorio suum quisque cubile convenienter ab omnibus aliis separatum.

46 Num infirmis curandis separatus locus addictus sil

47. Num recipiendis hospitibus adsint in domo cubicula a communitate religiosa separata.

48 (In Institutis *sororum)* Utrum habitatio cappellani sive confessarii ingressum separatum et nullam cum sororum habitatione communicationem habeat

B» - De boni»

49 Quinam fuerint ab ultima relatione *annui* reditus et expensae:

a) Instituti m communi;

b) uniuscuiusque domus.

50. Num ab ultima relatione sive Institutum ln communi. sive certae domus, bona mobilia vel immobilia et cuius pretii obtinuerint

51 An bona Instituti et bona Missionum, ab Instituto administrata, distinctis inventariis descripta sint.

52 Num pecuniam utili foenori et honesto ac tuto semper collocaverint

53 Utrum et quam tacturam bonorum suorum, post ultimam relationem, fecerint, et qua de causa.

54. Num et quae bona, sive immobilia sive mobilia, abalienaverint et qua facultate.

55 Num bonorum capitalium partem aliquam consumpserint

56 Distincte exponatur num arca communis vel domus particularis aere alieno hic et nunc gravetur, et quanto

57. Num ab ultima relatione nova debita contraxerint et quaenam a> extra Institutum, apud mensas argentarias aut apud privatos; b) intra Institutum, seu inter domos. Quanam auctoritate fuerint contracta An regulariter extinguantur et quomodo

58 Num bona temporalia, tum Instituti, tum singularum provinciarum et domorum. per oeconomos rite deputatos administrentur ad normam sacrorum Canonum et Constitutionum

59 Num oeconomi, sive generalis sive locales, rationem suarum administrationum praescriptis temporibus reddiderint: et num huiusmodi rationes modo praescripto examinatae et approbatae fuerinL

60 Num lites de bonis habeantur.

61 Num pecuniae aliaeque res pretiosae caute custodiantur iuxta Constitutiones

62 Num et quo pacto pecuniam sive res pretiosas a -saecularibus custodiendas acceptaverint

63 (In Instituti *sororum)* Utrum dotes sororum iuxta leges canonicas tuto et cum fructu, de consensu Ordinarii loci, collocatae fuerint; an et quae earum pars, qun modo et cuius permissu ln expensis faciendis insumpta fuerit.

64 Num et quaenam legata pia seu Fundationes in Instituto sive pro Missis celebrandis, sive pro operibus caritatis exercendis exstent

55 Num nuiusmodi onera fideliter adimpleta fuerint

66 Num pecunia, qua nuiusmodi Fundationes constitutae fuerunt, rite collocata et seorsim administrata fuerit

67 Num loci Ordinario, iuxta sacrorum Canonum praescriptum de huiusmodi Fundationibus ratio reddPa fuerit

68 Quantum superfluae pecuniae in fine cuiuslibet anni a singulis domibus in arcam communem collatum fuerit

69. (In *Institutu sororum) Num* superlorusa vel oeconoma habeat pecunias, de quibus Ubere, etsi oro bono Instituti, disponat quin ullam rationem reddat

70. Utrum et quantum pecuniae in Missionum bonum Institutum, aut singulae Provinciae vel domui contulerint

C) - *De vita religiosa*

71. Num in unaquaque domo exercitia spiritualia temporibus statutis diligenter peragantur.

72 Num omnes sodales quotidie N..ssae sacrificio assistant et quatenus negative, quanam de causa non intersint

73 Utrum omnes sodales exercitiis communibus interesse possint ct an iliis qui iusta de causa ab aliquo exercitio communi eximuntur, concedatur tempus privation illud peragendi.

74 Num serventur canonica statuta:

a) quoad conscientiae manifestationem non exigendam ;

b> quoad sacramentalem confessionem;

c» circa Eucharisticae Communionis frequentationem.

75 Num sint confessarii ad iuris normam designati; num et qui abusus irrepserint in hac re. sive ex parte Superiorum libertatem a lege concessam coarctantium. sive ex parte subditorum permissa libertate abutentlUTTL

76. Utrum sufficienter provisum sit quoad confessarios pro singulis stationibus in Missionibus procurandos.

77 Num in sororum domibus quovis triennio confessarius ordinarius quantum fieri possit mutetur vel debita auctoritate confirmetur

78 Num praescriptiones de clausura in parte domus religiosis reservata fideliter observentur

79 Num sororibus permittatur locutorlum adire et an Constitutiones m hac re serventur

80. Num. qua ratione et quibus temporibus habeantur institutiones catecheticae et piae exhortationes ad conversos aliosque alumnos nec non ad famulos aut convictores

81. Num et quaenam scripta periodica sodales edant aut illis conscribendis operam conferant; num ln iis sicut etiam in libris edendis, statutae leges servatae fuerint

82 An Insuturum sua commentaria vel Libros edat et quaenam

D) - *De observantia quarundam legum particularium*

83 Num praescripta circa Capitulum generale diligenter observata fuerint quoad convocationem celebrationem. electiones

84 Num omnino liberum sit sodalibus litteras quae ab inspectione Superiorum exemptae sunt, sive scribere sive recipere

85. Num lex de mutandis Superioribus statutis temporibus observetur Quot dispensationes et a quo super hac lege impetratae fuerint

86 Num Moderator generalis et Superiores provinciales praescriptam domorum visitationem rite peregerint

87 Num Moderator generalis et Superiores sive provinciales sive locales, praefinitis temporibus consiliarios suos convocent ut cum cis agant de negotiis sive Instituti sive provinciae sive domus

Num in deliberationibus debita libertas consiliariis concessa fueriL

88 Num in Consilio generali electiones libere et iuxta normas praescriptas (actae fuerinL

89 Utrum omnes sodales, etiam indigenae in Missionibus. aequali modo in Instituto secundum praescripta Constitutionum tractentur

90 Utrum ubique vigeat vita communis; num omnibus sodalibus necessaria a Superioribus, ea qua decet uaterna caritate. suppeditentur.

91 Num alicubi sodales sint numero insufficientes ita ut nimis onerentur laboribus cum gravi valetudinis discrimine

92 Num provideatur ne quid desit Infirmis ex is, quibus indigent, atque ut in corporalibus et spiritualibus necessitatibus. qua par est caritate, subleventur

93 *(ln* Institutis clericorum) Quot annos clerict vacent studiis:

a) litterarum humaniorum;

b» philosophiae;

c> theologiae

Quatenus autem studia domi peragantur quinam professores singulis disciplinis tradendis sint addicti.

(ln Institutis sororum) An et quaenam studia peragantur

94 Num alumnis aut etiam magistris alia officia committantur quae a studiis cos avocent

95 Num omnes studentes:

a) integrum cursum studiorum perfecerint antequam e domo studiis destinati exierint;

b> ante promotionem ad sacros Ordines studia per leges canonicas praescripta rite perfecerint

An cetera omnia a sacris canonibus pro admissione ad Ordines requisita (circa titulum ordinationis, litteras dimissorias, etc.) religiose observata fuerint

96. An sodales qui ad munm magistri (ve) magistrae) deputantur titulis publicis ornari curetur

97 An Alumni antequam Subdiaconatum recipiant testificationem scriptam, ad normam decreti S. C. de Religiosis, die 1 dec a 193) editi FLE 10641. rite praemittant

98 Num servata fuerit lex de examine a sacerdotibus quotannis, saltem per quinquennium peragendo.

99 Num a sodalibus forte exerceatur commercium per sacros cannnes interdictum

100 An Superiores curent inter suos subditos promovere notitiam e! exsecutionem decretorum S Sedis, quae religiosos aut Societates sine votis respiciunt An publice legantur, praeter proprias Constitutiones, decreta quae Apostolica Sedes legenda praescripserit

E) - *De operibus Instituti*

101 Quibusnam operibus caritatis aut alterius generis sodales operam dent

102 Quaenam Missiones Instituto in praesenti commissae sint

103 Utrum in Missionum regionibus Institutum cum loci Ordinariis scripto convenerit de operibus a sodalibus exercendis

104 Quibus hominibus sodales suis operibus beneficia contulerint

Si numerus Istorum hominum post ultimam relationem alicubi imminutus fuerit indicentur causae

105. Quatenus sodales forte stipem colligunt utrum Sacrorum Canonum praescripta et S Sedis decreta hac de re edita omnino observentur

106. Num in sororum domibus habeantur diversoria vel valetudinaria pro mulieribus aut etiam pro viris: quatenus affirmative, cuius licentia et quibus cautelis.

107 Num et quomodo sorores in seminariis ve) collegiis vel quibuscumque ecclesiasticorum virorum domibus rem domesticam gerendam assumpserint An de hac re conventiones fecerint

108. Num sorores opera caritatis exerceant quae virgines Deo dicatas minus decere videantur.

109. Num sorores sese devoveant luvendis parturientibus et infantibus periclitantibus et num m hac re sedulo observetur Instructio S. C de Propaganda Fide 11 februarii 1936 1936 edita FLE 1315) nempe·

a) utrum religiosae mulieres ipsaemet operam praestent omni curationum generi, an ad hoc iaicas indigenas adhibeant:

b) utrum ad ministerium obstetriciae artis nonnisi Illae sorores obligentur quae libero studio hoc peculiare misslonalis caritatis munus acceptare vnluerinL

c) utrum tstae sorores peculiaribus praesidiis custodiantur et roborentur:

d) utrum sorores quae ad litteras probationis obtinendas valetudinaria et universitates laicales frequentare debent, licentiam habuerint ab hac S. Congregatione;

e) utrum candidatae universitatis studia impleant ante professionem perpetuam.

110. Num sorores, quae infirmis tn privatorum domiciliis inserviunt, praescriptas a Constitutionibus cautelas semper adhibeant

111. Num post ultimam relationem aliqua nova species operum, aliis iam exsistentibus adiuncta fuerit et quanam auctoritate

112. Num ln instituto vel in aliquibus domibus irrepserint abusus et quinam

113. An relationes inter Superiorem religiosum (vel Instituti) et Superiorem ecclesiasticum habeantur ad normam Instructionis S C de Propaganda Fide die 8 dec. a 1929 datae ILE 935]

114 Num querelae ve) difficultates exsistant:

a) cum confessariis:

b) cum cappellanis

115. An domos habeant in quibus excipiantur «d commorandum adolescentes respectivi sexus qui scholas Iaicas frequentant; quibus in locis, quasve scholas illi adeant; quomodo et per quos, eorum religiosae institutioni consultum sit

Responsa ad suprascriptas quaestiones et a Moderatore (seu Moderatrice) generali, et a singulis Consiliariis seu Assistentibus generalibus signanda erunt Si vero agatur de Congregatione mulierum signanda quoque erunt ab Ordinario Inci in qu·» suprema Antistita cum suo Consilio residet

Quod sl quis ex iisdem Consiliariis seu Assistentibus aliquid magni momenti praeterea S Sedi significandum esse putaverit Id etiam per privatas atque secretas litteras praestare poterit Verumtamen memor ipse «it conditionis suae et sciat conscientiam suam graviter oneratum iri. sl quid a veritate alienum secretis eiusmodi litteris exponere praesumpserit

Prima autem relatio quinquennalis, ad normam huius Indicis redacta huic S Congregationi a singulis Institutis, anno 1940 exhibenda erit

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide die festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli a D 1937—Petrus Card Fumasoni Biondi, *Praef.* Celsus CostantinL *Secr*

• Moderatoribus Institutorum · S. C. d« Prop. Rd· Immediate dependentium: SytI&îfl ŋ. 225.

1937 .....-SC PROP. FIDE, INSTR. PART.·

QUAESTIONES

De **PROMOVENDIS AD OFFICIUM EPISCOPALE AUT AD MUNUS VICARII APOSTOLICI AUT APOSTOLICI PRAETECTI**

NB - Huius S Congregationis mens est ut non tantum · affirmative › aut « negative » quaestionibus propositis respondeatur nec tantum contractae quaedam notitiae mittantur sed ut abunde explicentur rationes quibus data iudlcia innitantur Ita ut appareat completa descriptio moralis uniuscuiusque candidati. Indicatis non solum virtutibus sed etiam defectibus a quibus nemo Immunis exsistit Praeterea Ordinarii locorum ac Superiores Religiosi ne omittant aperte significare quem ex candidatis ipsi pro sua scientia et conscientia maxime idoneum putent ad missionem, de qua agitur, regendam

1 - De notis exterioribus Candidati

1. Nomen et cognomen candidati eiusque parentum.

2 Dies et locus nativitatis et dioecesis

3 An a parentibus catholicis natus sit: an ex legitimo matrimonio.

4. Quaenam sit religiosa, civilis et oeconomica conditio familiae candidati utrum haec bona fama fruatur.

5. Cuinam dioecesi sit in praesens addictus.

6. An sit corpore sanus, ullaque haereditaria menti·. aut corporis infirmitate labefactetur.

7 An habitu gestu, sermone aliisque omnibus gravitatem el religionem ostendat

II - Vitae curriculum

8 Ubinam studiis philosophicis et theologicis et Iu-.« canonici vacaverit

9 Utrum ea doctrina polleat, quae ad munus suscipiendum necessario requiritur.

10 An gradus academicos el quosnam assecutus sit

II. Ubi et quando sacros Ordines susceperit

12 An et quaenam munera, quoque profectu, post initum Sacerdotium obiverit

13. Quando m Ordinem vel Institutum religiosum forte Ingressus sit. et quaenam fuerit in eodem Ordine vel Instituto eius vivendi ratio; quaque ratione munera sibi forte concredita expleverit

14. Quo anno m Sacras Missiones forte profectus sit; quaenam ibi officia susceperit et qua ratione expleverit An de convertendis acatholicis sollicitus fuerit; quoque zelo paganorum, sf qui fuerint, conversionem, eorumque in catholica fide confirmationem curaverit

An erga indigenas et silvestres missionum incolas animi propensionem, humanitatem et charitatem ostenderit

15. Utrum, et qua ratione, curae iuventutis ac socialibus charilatis operibus vacaverit

16. Quasnam linguas calleat, praeter latinam et maternam: et an in lingua vernacula Missionis ita versatus sit ut eam in praedicatione verbi Dei et in audiendis confessionibus recte adhibere valeat

III - De qualitatibus moralibus

17. An semper sanam doctrinam professus sit et debitam reverentiam erga S. Sedem eiusque decreta et instructiones ostenderit

18. An in administrandis rebus temporalibus sit versatus; unde id conlici possit

19. An ln exercendis sacerdotalibus muniis sit attentus. compositus, rubricarum studiosus observator.

20 An spiritu pietatis, zelo animarum et liberalitate erga pauperes eniteat.

21. Quam prudentiam exhibuerit in sua agendi natione.

22. An rerum politicarum studio et negotiis saccularibus abstinere consueverit

23. An miti indole sil; utrum sit propositi tenax, sed sine pertinacia; an ingenio mutabilis.

24. An frugalis sit Utrum gaudeat fama honestatis: an fuerit unquam in eo aliquid contra mores

25. Quinam et quales testes interrogati fuerint ad habendas notitias supra relatas

26. An et quacnam sit. aut esse possit, saltem gcneratim. cleri et populi vox circa promotionem candidati.

27. Aliae animadversiones forte proponendae

Ordinariis locorum et Supenotibuj relijjlotlj: Syllo^e n 223

1412

1937 . .-SC PROP. FIDE, INSTR. PART.·

SCHEMA

Per *la Relazione annua dei Collegi mi&sionari dipendentl dalla S.* C. *de Prop Fide*

1. Data di erezione dei Collegio e del riconosclmento di esso in Ente morale in Italia.

2. Immobili apparlenenti al Collegio.

3. Numero e nazionalità degli alunni (alunne) al *31 dicembre.*

Variazioni nel numero degli alunni durante l'anDO. Movimento missionano.

Corsi scolastici.

6. Materie d'insegnamento e libri dl testo.

Orario e Calendario scolastico.

8. Nomi degli (deUe) insegnanti e dei Superiori dei Collegio.

9. Stato igienlco sanitarlo.

10. Relazione spirituale e morale.

11. Ammmistrazione e bilancio finanziario.

12.

SylJo n. 227.

ANNUS 1938

1413

1938 LAN 11-SC SACR-, INDULTUM PART.·

Facultas binindi in diebus nox festivis

Preces - Beatissime Pater, Episcopus Saltillen. in Mexico, ad pedes S. V. provolutus, exponit quod in sua dinecesi sacerdotes non possunt satisfacere devotioni et instructioni ruricularum. qui diebus festivis Missam audire nequeunt Hac de causa et propagatione comunismi. cuius praedicatores peragrantur villas camposque ad suos errores seminandos m mentibus ignaris ruricularum. pietas minuitur.

Quare postulat facultatem concedendi sacerdotibus ut sarrum iterare possint diebus non festivis.

Rescr *Et Audientia SSfrli* diei 13 lanuant 1938.—SSffius D. N. Pius Papa XI. audita relatione infrascripti Card Praefecti S C de Sacramentis, attentis expositis. Zpucapu Saltillen. benigne indulget gratiam iuxta petita ad *triennium* in casibus expositis, vetita celebranti eleemosynae perceptione pro una e duabus Missis.—D Card. Jorio, *Praef.* F. Bracci, *Secr.*

• Ordinario SaltlItash CpR 19 (1938) 3. Adn. ME 50 (1938) 136-137.

1414

1938 IAN 15.-SC CONCILII. NOTIF. PART.·

Filii emigrantium optare possunt pro paroecia PERSONALI AUT TERRITORIALI

Your Excellency: fn a circular letter issued under date of May 12. 1897. concerning the parochial affiliation of foreign-bom Catholics and the children of foreign-bom Catholics, this Apostolic Delegation communicated to the Ordinaries the following declarations of the Sacred Congregation de Propaganda Fide:

« 1 Children born in America oî parents who are ent American and who speak a language other than English upon becoming emancipated are not obliged to join th·' quasi-parish to which their parents belong, but have the right to join a quasi-parish in which the language *of* the country, that Is. English, is used.

« 2 Catholics who were not born in America but who know English have the right to become members of th· church where the English language is used, and cannot be obliged to subject themselves to the jurisdiction oî the Rector of the church which was established for the people who speak the language of their own country. »

A misunderstanding seems to have arisen m regard to the proper interpretation of these declarations. In certain sections some foreign-born Catholics and their children, whose cases are covered by these declarations, interpret them in the sense that they are tree to affiliate with any parish, even another national parish in which the English language is spoken. The matter was duly referred to the Holy See and. under date of January 15 1938. the Sacred Congregation of the Council declared that:

« When foreign immigrants and their children speak the English language and do not wish to belong to their own national parishes, they must affiliate with the American territorial parish in which the said immigrants and their children have their domicile, and not with any other parish in which the English language may be spoken. »

In communicating this declaration by instruction of the Sacred Congregation. 1 beg to remain, with sentiments of esteem. Sincerely yours in Christ. *Amleto G. Cicognani.* Archbishop of Laodicea. *Apostolic Delegate*

• Ordinariis S. F Amerleae Septemtrlonalli iuxta Delegati Apostolic! die 1938 Feb 17 datas. BOUSCAREN II p. 78 80 Cocnunicatlo lecta luit Doiegoto Ap. sub die 1938 Feb 15

1415

1938 IAN 22.-SC S. OFF. DECR AAS 30 (19381 63

Damnatur liber a g. menschinc editus, cui titulus:
« DER KATHOLIZISMUS SEIN STTRB UND WERDE »
Ferta IV die 19 lanuarii 1938

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii EfFn ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Der Katholizismus. Sein Stirb und Werde. Von katholischen Theologen und Laien. Herausgegeben von Gustav Mensching.

Et sequenti Feria V. die 20 eiusdem mensis et anni. Ssfhus D N D Pius Divina Providentia Pp XI in solita audientia Excmo ac Revffio D Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit. confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 22 lanuarii 1938.—1. Venturi. *Supr. S. Congr S. Officii Notarius.*

Adn. **ME 50 (1938) 34.**

1416

1938 IAN 25.-SC SACfL. INDULTUM. PART.·

Facultas tres missas litandi diebus de praecepto

Preces - The Vicar Capitular of the Diocese of Valparaiso. prostrate at the feet of Your Holiness, humbly asks for the faculty to permit the priests of his diocese to celebrate Mass three times on the same day on qIinrfav« and feasts of obligation, whenever this seems necessary for the good of the faithful, because of the ereat scarcity of priests.

Rescr- - In the audience of 25 January. 1938. His Holiness Pius XI. having heard the report of the undersigned Cardinal Prefect of the Sacred Congregation of the Sacraments, and in view of the peculiar circumstances in this case, graciously grants to the petitioner the faculty asked, *ad triennium,* provided the third Mass is celebrated in another church, that is. not in the church where the two have already been celebrated. U this can be done without grave inconvenience, and provided that in every case there appears a real necessity for the third. Mass. this being an obligation in conscience for the Ordinary of Valparaiso, and provided that all danger of wonder or scandal be removed, that the celebrant receive no stipend for two of the Masses and that the other provissions of law be observed and that care be taken that some interval of time intervene between the Masses if they are celebrated in the same church.

• Ordinario Villb Paredltl: BOUSCAREN 11 p. 192

1417

1938 FEB L-VICARIATUS URBIS. DECR- PART.·

Vetantur clericis spectacula publica in urbe

Essendoci noto come non sempre nè da tutti gli Ecclesiastici delTuno e deU'altro Clero siano osservate le disposizioni che in materia di pubblici spettacoli furono date altra volta da questo Vicariato per ordine ed autorité del Santo Padre disponiamo quanto segue

1) E severamente proibito ai membri del Clero, tanto secolare quanto regolare. come pure agli alunni dei Seminari e Collegi Ecclesiastici, di assistere a pubbliche rappresentaziorü teatrail e cinematografiche. ancorchè di soggetto sacro, panoramico o scientifico. e a qualsiasi altro pubblico spettacolo. come ad esempio circhi equestri esibizioni atletiche. e simili

2) E anche vietato ai membri del Clero, sia secolare che regolare. di intervenire a rappresentaziom Italrali. cinematografiche. e a saggi ginnastici. negli Istituti femminili e simili; come pure a qualunque rappresentazione mista

3) Qualora Collegi maschili diretti da Ecclesiastici dovessero assistere a rappresentazioni contemplate nell'art 1.. gli alunni saranno accompagnati da persone secolari di fiducia dei Superiori

Contro 1 trasgressorl procederemo con le pene canontche non esclusa la *sospensione a divinis*

Ordtniamo al Rettori delle Chiese ed Oratori pubblici di Roma di tenere costantemente affisso nelle sacrestie fl presente Nostro Decreto, affmchè non solo dai Sacerdoti dimoranti in Roma, ma anche dai forestieri di passaggio per questa citté possa essere conosciuto ed osservato

Dato dalla N. Res., ü Ie febbralo 1938.—F Card. Vic. F Pascvcci Vesc di Sion. *Segr*

• Bolleiino del Clero Roraano 19 (19JS1 2021

1418

1938 FEB 5.-PIUS XL CONST1T. AP PART.·

CAPITA CONSTITUTIONUM SACROSANCTAE BASILICAE PRINCIPIS APOSTOLORUM

MANDATG PACU ' KX 801X19 rr COjrSTTTVTIOXIIUS SCMMORVM POXTmCVM PRIMVM COLLECTA ATVUX VKTORIT PII PAPAS XI REFORMATA

Decet Basilicam Principii Apostolorum. quae cunctarum Ecclesiarum speculum est et exemplar, in qua *sanctitatis Ecclesiae quiescit Principatus. ordine debito dirigi, sanctis constitutionibus et legibus firmari et munirL Ideo,* quae *sancte a Summis Pontificibus* partis *Constitutionibus et Decretis sancita nnt, placuit tn hoc breve compendium redigere. quo facilius ad memoriam rerocenfvr et exseruiiqnoi demandentur.*

I

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Pitu *episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

Quotiens in Bean Petri Vaticanam Basilicam peculiarem .Nobis datum est Nostram impendere venerationem. eiusque sive politissimae artis sive divini cultus splendorem magnificentiorem, si fieri possit, quodam modo reddere, non mediocri sane perfundimur laetitia. Illa namque, quam pluribus nominibus vere Nostram appellare possumus, quaeque dulcissimis Nobis plena est memoriis, gloriosissimum quidem exstat Apostolorum Principis tropaeum, ob hanc vero amplissimam dignitatem magis quam ob molis artisque celsitudinem, inter celera catholici orbis templa maximum profecto ad astra extollitur Tanto autem huic artis fideique monumento aeque congruere oportet vivum templum illud. Sraeclarum, dicimus sacerdotum conlegium. qu: sacra iib: quotidie mysteria peragunt divinasque concinunt laudes, amplissimum nempe Canonicorum ordinem universumque Basilicae Clerum, quibuscum Nos ipsi olim in illa Domo Dei *ambulavimus cum consensu.*

Ad huius itaque Patriarchalis Nostrae Basilicae decorem servandum augendumque procul dubio quam maxime profuerunt sap.cntissima a Praedect. oribus Nostris prolata statuta, decreta et leges, quibus illud Canonicorum Capitulum el Clerus hucusque recti sunt. Quum autem statuta haec vigentibus legibus, post potissimum iuris canonici Codicis promulgationem, a fel rec Benedicto Papa Decimo quinto. Antecessore Nostro, peractam. converire oporteat, minime ultro cunctandum esse duximus Nostro huic Capitulo Cleroque novas tradere capilulares Constitutiones, quae, servatis tamen non paucis a Decessoribus Nostris benignissime concessis privilegiis, iura. honores, competentias, privilegia, munera, officia, obligationes et onera tum Capituli tum omnium et singulorum, qui in Basilica ipsa chorale obtinent beneficium sive officium ita moderentur ut iuris quas diximus praescriptionibus, mutatisque rerum temporisque adiunctis melius aptiusque respondeant

Veteres igitur Constitutiones ad vigentes iuris normam rite emendatae et refectae, dispositionibus praesertim quae contra Codicem essent omnino remotis, servatis tamen quae supra diximus privilegiis, ad Sacram Concilii Congj egationem delatae sunt, ut ipsae diligenti examini suburerentur ac. si visum fuerit, adprobarentur Qua revisione legitime peracta. Nos. de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S R E Cardinalium eidem Sacrae Concilii Congregationi praepositorum ac de consuito potissimum dilecti Filii nostn Eugenu eiusdem S R. E Cardinalis Pacelli. Nostri a Secretis Siaius. dignissimi in praesenti Basilicae Vaticanae Archlpresbyteri. omnibus mature perpensis ac certa scientia. de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, veteres Nostrae Sacrosanctae Patriarchalis Basilicae S Petr; Capituli Constitutiones prorsus abrogamus, novasque Constitutiones, uti antea diximus diligentissime confecta ac typis polyglottis vaticanis ipsius Capituli cura impressas quarum authenticum exemplar hisce Nostris Littens adnectimus, eadem suprema Nostra auctoritate adprobamus el confirmamus, nec non ab omnibus et singulis ad quos special seu spectabit, m omnibus et per omnia perpetuis futuris temporibus religiose observari volumus et lubemus. Volumus quoque et praecipimus ut universi dilecti Filii tam Canonici. Bénéficiât! et Clenci Beneficiati ceterique. qui nunc in eadem Basilica beneficium possident aut officium, quam alii in posterum admittendi, antequam sui beneficii vel officii canonicam capiant possessionem. lureiurando promittant se novas istas Constitutiones et Nostras Ordinationes inviolabiliter servaturos.

Ad quae omnia ad exsecutionem mandanda dilectum, quem supra memoravimus. Filium Nostrum Eugenium Cardinalem Pacelli. Patriarchalis eiusdem Basilicae Archiprpsbyterum. delegamus, eidemque necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur suum m eadem Basilica Vicarium ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura.

Haec vero edicimus, declaramus, sancimus, decernentes has Nostras Litteras validas et efficaces esse ac fore contrariis non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis. Nulli ergo hominum hanc paginam Nostram abrogationis, confirmationis, adproba-

tionis, iussionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei ausu temerario contraire liceat. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, canonicas poenas ipso facto se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die quinta mensis februarii. Pontificatus Nostn anno sexto-decimo.—Fr. Th. P O P Card. Bogciani. Cancellarius *S R E l* Card Serafini. S *C. Concilii Praef.* Ludovicus Kaas, *Prot. Ap.* Vincentius Bianchi-Cagliesi. *Prot Ap,*

II

CAPITA CONSTITUTIONUM SACROSANCTAE BASILICAE PRINCIPIS APOSTOLORUM

I - De Vaticana *Basilica eiusque clero et ministris*

1. Vaticana beati Petri Basilica eiusque aedificia, nec non pro tempore exsistentes illius Capitulum et Canonici, Beneficiati. Clerici, ministri aliaeque personae eiusdem Basilicae servitio pro tempore addictae — durante servitio huiusmodi et in his quae ad praedictum servitium pertinent — ab omni et quacumque supenontale. oboedientia, correctione, visitatione, gubernio aut alia quavis spirituali iurisdictione. tam ordinaria quam delegata, cuiuscumque Superioris eximuntur; et 1U. sic exempti. Romano Pontifici Sedique Apostolicae immediate sublecti sub speciali Romani Pontificis tutela et protectione recipiuntur et immutabiliter constituuntur.

2. Jurisdictio autem quoad praemissa in spiritualibus ordinaria in Paroeciam S. Petri, Basilicam, eiusdem Capitulum, clerum, ahosque omnes ipsi quomodolibet inservientes. Cardinali Archipresbytero competit, auctoritate Apostolica exercenda tam per se ipsum quam per suum Vicanum ab illo pro tempore deputandum.

3. Cura animarum, quae Capitulo est adnexa, exercetur a Vicano curati, perpetuo, et ipse est Canonicus, ab eodem Capitulo eligendus ex tribus Canonicis, quos Cardinalis Archipresbyter praesentat

II - De *Archtpresbytero* et Canonicis

4- Ne diutius Basilica vacet Archlpresbyteri regimine. quo multum dignoscitur indigere. Capitulum, intra tres menses a die vacationis ipsius, cum Romanu Pontiiice suppliciter agat, ut aliquem de Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus in Archipresbyterum dignetur concedere.

5. Praeter Archipresbyterum sunt triginta Canonici, et prima Canonicorum institutio adeo est antiqua, ut omnem memoriam excedat

6. Inter hos. tres dignitates exsistunt. Decanatis. Archidiaconalis. et Altaristae.

7. Decanatis et Archidiaconalis. antiquioribus Canonicis debentur, videlicet in primis locis sedentibus, ita ut gradatim ad illas absque aha collatione fiat ascensus.

8 Altarista, unus ex ipsis Canonicis per Summum Pontificem deputari debet, cui onus incumbit inter alia saltem semel in hebdomada visitandi omnia altaria praedictae Basilicae.

9. Privilegio Apostolico licet Altaristae. vel. eo absente. antiquiori Canonico qui in sacerdotio sit. Basilicam violatam reconciliare.

10. Archidiacono vero speciale munus est demandatum. ut Sixti Papae IV Capellae (idest Chori) curam omnimodam gerat

11. Singuli huius Basilicae Canonici inter Sedis Apostolicae Protonotar.os *supra numerum* recensentur.

12. Protonotanatus tamen insignia non prius recipere possunt, quam a Summo Pontifice Inter Praelatos domesticos adscript! fuerint, et in manibus Decani Collegii Protonotariorum iuramentum solitum praestiterint: absque ulla solutione vel onere.

13. Licet vero aliquis ex ipsis inter Praelatos nondum fuerit adseriptus. Palmatoria semper in quibuslibet Urbis et extra Urbem ecclesiis uti poterit

14 Ln Canonicum quis non admittatur, nec illi possessio detur, nisi de verbo ad verbum in Capitulo Iuramentum praestiterit sub forma in tine huius Libelli praescripta; et ut admittendus instructus accedat ei prius libellus capitum Constitutionum impressus tradatur. Praeterea teneatur Canonicus obligatione emittendi fidei professionem coram Archipresbytero eiusve Vicario et coram Capitulo.

III - De *modo inserviendi* in celebratione divino; um *Officiorum, tam per Canonicos quam per Bencficiatos ct Clericos*

15. Nullus Canonicus, seu Beneficiatus vel Clericus Chorum, absque habitu, quem hodie in eo deferre no· jruntur. ingredi audeat; quem habitum in futurum Sriter deferre atque eo uti. absque ulla prorsus dif- tnlia. debeant; secus uti absentes habeantur.

16. Canonici. Bénéficiait et Clerici omnibus diebus dominicis, festis eorumve vigiliis (infra inter dies communes positis), ac feriis sextis Quadragesimae. in Missis el Vesperis, omnes deserviant; reliquo vero tempore dimidia eorum pars per alternas hebdomadas Mstutmnli Officio, Missae ct Vesperis, nec non Primae, Tertiae. Sextae, Nonae ct Completorii Horis, in Choro obi celebrantur, personaliter intersint et deserviant Processionibus vero Quadraginta Horarum omnes intéresse tenentur.

17. Permittitur mensibus iulii. augusti, septembris et octobris inservire, ut dicitur, per Quartarias; non tamen propterca negligantur process-ones et festa celebrari solita: firmo item manente, quoad omnes, onere diebus communibus assistendi Missis et Vesperis.

18. Nova Communium onera acceptari non possunt cec debent nisi in Capitulis, et nisi iiscm viginti saltem Canonici intersint, quorum duae ex tribus partibus pro acceptatione suffragium ferant. Acceptationes vero huiusmodi vim non habeant, nisi ab Archiprcsbytero approbentur.

19. Ad omnes Horas canonicas pulsentur campanae, plures vel una. sicut Hora ex more requirit, solemnius tamen et prolixius in diebus solemnibus et festivis, et in solemnibus Anniversariis.

20. Liceat, si tempus recitandarum Horarum ob aliquod ecclesiasticum munus, vel similem rationabilem causam, per Vicarium arbitrandam, impediatur, illud anticipare, vel differre.

21. De certa ad Chorum accedendi et ab eo recedendi ratione, de congrua canendi et modulandi ratione, et de his quae ad debitum in divinis Officiis ordinem «pectant, Archipresbyter, sive eius Vicarius una cum Capitulo, certam formulam praescribant.

22. Perpetuo observetur, ut Canonici Presbyteri primum locum. Diaconi secundum, Subdiaconi tertium obtineant. tam in Capitulo quam in Choro; et hoc idem inter Boneficiatos et Clericos observetur.

23. Canonici omnes in Choro sint Beneficfatfs omnibus praeferendi, nec sit inter hos vel illos mixtura intcrscalaris facienda, sed Beneficiatis stallum post Canonicos vel sub Canonicis assignetur.

24. Si extra Chorum Officia celebrari contigerit, scamna Canonicorum sint magis ornata quam Bcneficiatorum et Clericorum scamna: haec tamen pannis viridis coloris cooperiantur.

25. Locus Decani in Choro esse debet in latere dextro immediate post Archipresbytcrum, Archidiaconi vero in sinistro.

26. Canonicus Hebdomadarius dum divina celebrat, primum locum inter Canonicos, ex parte Chori tenere debet. Item Hebdomadarius Beneficiatus inter Bénéficiât^. et Clericus inter Clericos.

27. Silentium sic in Choro observetur, cum divina Officia celebrantur, ut nec strepitus sive vociferatio ibi fiat, ne per verba inutilia mens a devotione retrahatur.

28. Non privatim in Choro Officium dicant, aut. quod valde indecens esset, litteras vel libros aut alia scripta legant.

29. Debent autem Hymnis. Psalmis ct Canticis Dei nomen reverenter, distincte, devote, studiose et attente, r.on autem per syncopam vel transcursum, laudare.

30. Horas canonicas alta voce pronuntient pro maiori huius excelsi templi decore, voces suas Capellanis ct Cantoribus adiungentes.

31. Missas, tam pro vivis quam pro defunctis, celebrare. et alia divina Officia regulariter per sc ipsos, non autem per substitutos persolvere teneantur ac debeant Iusta autem interveniente causa, qua quis onera praedicta absolvere personaliter impediatur, teneantur ceteri cius vices gerere, congrua retributione, a Cardinali Archiprcsbytero determinanda, m eorum favorem statuta. Quod si quis renuat, mulctetur.

32. Alioquin contravenientes distributiones quotidianas vel alia emolumenta solita non lucrentur, nec faciant suas.

33. Nullus quotidianas distributiones percipiat, nisi praesens in Choro fuerit et Horae intersit, in qua cistributio fuerit facienda.

34. Nemo reputabitur praesens, nis! Chorum intraverit in Matutinis ante finitum *Gloria Patri* primi Psalmi, qui cantatur post *Venite;* in Missa ante finitum ultimum *Kyrie;* in omnibus aliis Horis ante finitum Gloria *Patri* primi Psalmi.

35. Caveat autem sibi ne absque causa necessaria vel utili evidenti e Choro exeat, neque divinum Officium intermittat

36. Ad effectum celebrandi Missam in ipsa Basilica propter populi commoditatem non possint exire a Choro, qui non quidem omnibus Horis canonicis sed dumtaxat Missae communi seu Anniversario vel Exsequiis eius diei interesse tenentur, sub poena amissionis distributionum assignatarum. Quoad alios curet Vicarius, seu praefectus Choro, ne ita exeant, ut nimium imminuatur numerus Choro inservientium.

37. Si quis, absque licentia Vicarii vel praefecti Choro, discesserit ante versiculum *Fidelium animae,* vel Divinum auxilium respective, illa Hora praesens non habeatur; idemque servetur in Missa, si discesserit ante absolutum ultimum Evangelium.

33. Non possit Capitulum aut aliquis particularis ex dicto Capitulo quibusvis absentibus seu in serviendo deficientibus, etiamsi Episcopali dignitate praediti sint, sive donatione pura sive aliquo quovis modo, mulctam remittere, iuxta Constitutionem Pii V incipientem Cum in *omnibus.* Qui secus fecerint, eo ipso singuLs tantundem, imo eius duplum de suis proventibus et emoluments detrahatur, quantum cuivis absenti constiterit fuisse remissum, quod tamen recipiens suum non faciat; sed ct illud omne, et aliud, quod sic ab aliis praedictis detrahetur, in usum Sacristiae Basilicae omnino convertantur.

39. Qui de mandato Archiprcsbyteri, vel cius Vicarii et Capituli, et solius Capituli (absentibus ab Ecclesia Archipresbytero ct eius Vicario) absentes ab Ecclesia fuerint, vel ab Horis propter servitia ct negotia Ecclesiae procuranco, quamdiu sic absentes fuerint percipiant integras distributiones Horarum.

40. Ceterum Camerarii ct alii Capituli officiales, pro praesentibus in Choro non habeantur, nisi eodem die ct eadem hora, qua divina Officia celebrantur, re ipsi necessariam operam personalem pro rebus et negotiis Capituli praestiterint, teneanturque id Punctatori tunc aut saltem sequenti die significare.

41. Cum in Sacrosancta Basilica Vaticana servitium chorale, prouti in art 16 ct 17. Apostolica auctoritate per lurnum absolvatur, non possunt singuli Capitulares vacationibus frui trium mensium iuxta can. 416 Codicis iuris canonici. Peculiaria vero indulta a S. C Concilii singulis vicibus impetranda erunt

42. Si quis vero singulis mensibus per quindecim dies quibus ad inserviendum tenetur, et per septem aestivo tempore quo inservitur, ut dicitur, per Quartanas, non inservierit: praeter damnum punctationum. dimidiam eius partem quam eo menso percipere potuisset amittat. omni collusione et remissione exclusa, et inservientibus accrescat

43. Si quis autem infirmetur aut debilitetur, ut absque periculo vel notabili indecentia Horis intéressé non possit, non excludatur a distributionibus.

44. Praedicti vero Vicario aut Punctatori denuntient qui saltem sequenti die ad visitandum illum transmittant

45. Si quis autem suspectus habeatur, tunc, durante suspicione, distributionum dimidia pars subtrahatur, quousque ostendatur, nihil egisse simulate.

46. Absentiae Canonicorum. Ber.eficiatorum et Clericorum. allorumquc, qui in Missis, divinis Officiis ct aliis muneribus, per cos obeundis, non interfuerint sett non inservierint, certo libro, ad id specialiter deputato, per Punctatores diligenter notentur ad hoc. ut absentiae huiusmodi iuxta appositam Tabellam muletari valeant Liber vero huiusmodi post singulos menses pateat per decem dies omnibus Intéressé habentibus.

47. Punctatores ante susceptum munus praestent coram Vicario iusiurandum de munere fideliter obeundo.

48. Horae canonicae omnes, nec non Missae conven-

tuales in Choro celebrandae, atque Anniversaria, cum cantu peragantur.

49. In qualibet hebdomada tres ex Canonicis et quatuor ex Beneficiatis et *Clericis* assumantur, qui sacris vestibus induti Missas conventuales celebrent, atque in ipsis administrent

50. Missa conventuslis applicanda est pro benefactoribus in genere.

51. Hebdomadarii Canonici ministrent in Missis conventualibus diebus dominicis ct festivis solemnibus.

52. Hebdomadarius impeditus quominus interesse et deservire possit, id tali tempore denuntiet, quo sequentibus Hebdomadariis, per eum ad quem spectabit notificari possit Alias non denuntians, saltem decenti tempore, poena arbitrio Vicarii mulctctur.

53. Eadem obligatione denuntiandi adstringuntur Canonici qui Diaconi et Subdiaconi munia obire tenentur, si absentes vel impediti suis vicibus ministrare non possint

54. Ad ministrandum altari maiori, cum Cardinalem contigerit celebrare, Bencficiatus aliquis ad ipsius altaris ministerium non admittatur.

55. In solemnibus Anniversariis, quae pro vivis vel defunct's occurrerint decantanda, possint etiam in ipsis Canonici ministrare, et Beneficiatus, cum hoc Hebdomadario placuerit. Canonico sui ordinis cedere teneatur.

56. Quando Missa cantatur. Pax detur primo Canonicis. deinde Beneficiatis et Clericis, idemque ordo omnino servetur, qui hodie in incensando servatur.

57. Tenentur singuli Canonici. Bénéficiât! et Clerici In sacerdotio constituti. Missas celebrare omnibus diebus dominicis et festis de praecepto.

58. Processiones et alia Officia, tam intra quam extra Basilicam, per eosdem Canonicos. Bénéficiâtes et Clericos, ex consuetudine dictae Basilicae fleri et celebrari solita, omnino celebrentur et fiant

59. Canonicus, qui prior in ordine residere solet et praesens fuerit, absente Vicario tanquam Choro praefectus ab omnibus, etiam ab aliis Canonicis, habeatur.

60. Huius cura sit invigilare, ut Officium divinum recte, ut decet, celebretur.

61. Huius dicto oboedire omnes teneantur: resistentes vero, et oboedire renuentes, illius diei distributionem non lucrentur.

IV - De administratione et *dispositione bonorum Basilicae*

62. Administratio et dispositio bonorum Basilicae pertinet ad Canonicos, servatis tamen regulis in Codice iuris canonici statutis; idque sine Beneficiatis, praeter quam in casibus per Constitutiones Nicolai III et lulü II prohibitis, de quibus respective in art. 113 et 87.

63. Singulis bienniis quatuor Canonici et duo Bénéficiât!. fide digni, per quos credatur negotia Basilicae debere tam fideliter quam prudenter et utiliter pertractari, ab Archipresbytero et Capitulo per secreta suffragia assumantur ad Camerariatus officium, seu ad administranda bona Camerae seu Mensae capitularis.

64. Idem observetur quoad electionem ceterorum Capituli officialium, nempe: duorum Sacristarum maiorum, Canonici ab actis. Camerarii *Exceptorum,* Praefecti Capellae luliae. duorum Syndicorum. Archivistae. duorum Custodum sacrarum Reliquiarum, et duorum Visitatorum ecclesiarum filialium.

65. Camerariorum electio, vivente Archipresbytero. nunquam fiat absque requisitione et consensu Archipresbyteri, in Urbe vel in vicinis partibus exsistentis, etiamsi abesset ab Urbe, et eius Vicarius in Ecclesia resideret

66. Expleto biennio possint officiales omnes iterum ac tertio confirmari; sed quartum et ultra nullo modo possunt, nisi obtento Apostolicae Sedis beneplacite.

67. Dum Camerariis committitur Camerariatus officium. coram Archipresbytero. vel eius Vicario et Capitulo, lurabunt sub forma in fine huius libelli praescripta. Similiter Syndicis ceterlsque officialibus deferatur luramentum de munere fideliter obeundo.

68. Praedicti sex Camerarii accipiunt omnes fructus, reditus et proventus, ct obventiones quascumque, etiam extraordinarias undequaque provenientes et cuiuscumque generis, ad ipsam Ecclesiam pertinentia seu ipsi destinata, praeter quaedam minuta inter *excepta* contenta; et omnia bona, quae ad ipsorum manus devenerint, sub sex clavibus, quarum unusquisque custodiat unam, conservent.

69. Si aliquem praedictorum Camerariorum ab Urbe abesse contigerit, reliqui suum officium faciant. Ita tamen, ut semper tres vel duo ad minus remaneant ad officium exercendum, et inter hos duos vel tres remanentes. reliquae claves distribuantur; capsa vero non aperiatur nisi duobus saltem praesentibus.

70. Omnes fructus, reditus et proventus quicumque Basilicae ponendi sunt in massa seu Camera Basilicae, ita quod ex illis fiat unum corpus et una massa, ouae sit communis Canonicorum. Beneficiatorum et Clericorum. persolvenda, et inter eos dividenda tantummodo in distributiones quotidianas, ita ut Canonico quatuor partes tribuantur. Beneficiate duae, et Clerico una.

71. Ex pommuni massa extrahantur triginta portiones pro Canonicis, quibus addatur alia portio, quam Canonici Archipresbyiero dare teneantur, si ipsam habere vellet; pro Beneficiatis triginta sex. pro Clericis portiones viginti septem, inter viginti sex Clericos dividendae.

72. Cuiuslibet diei distributio dividitur in viginti quatuor *puncta.* Qui aderit Matutinal! Officio, lucretur *puncta* octo; Missae, quinque; Vesperis, sex; singulis Horis minoribus, unum.

In Quadragesima vero demantur in Vesperis *puncta* quatuor, et addantur Completorio.

Et iuxta eandem proportionem *punctatura* prorsus fiat

73. Quae aliis diebus distribui solent, salva ct integra relinquantur.

74. Circa expensas eorum, qui absunt pro rebus Basilicae et Capituli procurandis, possit moderamen adhiberi et temperamentum de proventibus Ecclesiae.

75. Si portio Camerae, deputata ad expensas faciendas pro ipsius Basilicae negotiis et necessitatibus, puta domorum refectionibus vel constructionibus, causis vel litibus, et aliis quibuscumque necessariis vel utilibus casibus emergentibus, non sufficere videretur; de omnibus communibus proventibus tantum, ad arbitrium Archipresbyteri et Capituli, assumatur, quantum sufficere videbitur ad ipsius Basilicae communia negotia procuranda et utiliter exsequenda.

76. SI quae lites et controversiae inter Canonicos. Beneficiates et Clericos oriri contigerit, expensae in futurum de communi massa non fiant, sed unaquaque partium lites huiusmodi propriis prosequatur expensis.

77. Singulis mensibus, dominica II non impedita, habeatur Congregatio capitularis ordinaria; quod si extraordinariam contigerit celebrari, intimatio ad unumquemque Canonicorum transmittenda erit ante dies octo, vel tres in casibus urgentloribus. Pro utraque Congregatione res. de quibus in Capitulo agendum erit, tempestive Canonicis in scriptis nuntientur.

78. Nullo modo liceat Capitulum seu Congregationem intimare, seu aliud munus peragendum differre in tempus, quo divina Officia in Basilica solita sunt celebrari.

79. Locationes fiant in pleno Capitulo, per secreta suffragia. Quae aliter fiunt, nullius sint roboris vel momenti.

80. Locare autem pro iusto pretio, et concedere possunt fundos sive rusticos sive urbanos, et alia bona Mensae et Basilicae cuiuscumque qualitatis, in emphyteusim concedi et locari solita, et aliter etiam in casibus a iure permissis, absque alia Sedis Apostolicae licentia. non tamen ultra novennium, et dummodo pretii solutio ultra sex menses anticipate non fiat In reliquis omnibus, quae ad contractum vel locationis vel emphyteusis spectant, standum Codici iuris canonici

81. Prohibetur praedictas locationes seu concessiones fieri Canonicis. Beneficiatis et Clericis, nisi pro eorum dumtaxat usu et habitatione dum in Ecclesia permanserint Itemque prohibetur, ne fiant praedictorum consanguineis et affinibus usque ad secundum gradum, ac familiaribus scu «ervitoribus vel amicis, seu eorum intuitu aut ipsis procurantibus, aliis quibuscumque personis, et:am in confidentiam, et ad ipsorum instantiam.

82. Praestatio consensus, quae occasione contractus emphyteutici ad laudemium percipiendum requiritur, f at in Capitulo, et solum praesentes emolumentum

percipiant; in aliis vero casibus emolumenta spectant ad massam communem.

83. Initio mensis novembris. quolibet anno, fiat ab officialibus respectivae adminlstrationis computatio cxpvesarum omnium tam Mensae capitularis quam Men«ae Sacristiae, Capellae luliae et Exceptorum quae pro futuro anno praevideri possunt (vulgo bilancio prerentiro); quae quidem computatio ad Capitulum afferitur pro definitiva approbatione. Hac vero obtenta, nullae altae expensae admitti poterunt, nisi re antea in Capitulo cognita ct approbata.

84. Post finem singulorum annorum, idest circa mensem februarium, fiat a praedictis officialibus computatio Mensarum, uti supra, quoad expensas omnes praeterito anno solutas (vulgo bilancio *consuntivo):* quae computatio Syndicis tum ex Canonicis tum ex Beneficiatis examinanda erit, singulis concesso ad hunc effectum quindecim dierum tempore; et deinde una cum voro ab unoquoque Syndicorum exarato ad Capitulum afferatur.

85. Fiat quoque in fine singulorum annorum arcae revisio (vulgo revisione di cassa) coram sex Camerariis tum Canonicis tum Beneficiatis. ipsiusque revisionis redigatur *processus verbalis.*

86. Camerarii, nec non omnes Capituli officiales et bonorum administratores, post reddita computa, omnes libros, folia, acceptilationes et alias scripturas, ad Basilicam pertinentes, debeant ponere in Archivo.

87. Camerariis tum Canonicis tum Beneficiatis dentur emolumenta in Tabellis statuta, quae tamen nullo modo augeri possint, nisi de consensu etiam Beneficiatorum et Clericorum.

88. Cui autem negotia Basilicae commissa fuerint, si eius negligentia, malitia, dolo vel fraude damnum aliquod pervenerit, teneatur resarcire damnum, et iuxta qualitatem erroris puniatur.

89. Canonici non distrahant, nec alienare praesumant venditionis, donationis, aut quovis alio titulo, etiam oneroso, quascumque marmoreas statuas, columnas, tabulas, aut lapides cuiusvis generis magni valons. ad eorum ecclesias quomodolibet pertinentes, absque Sedis Apostolicae beneplacito, idque sub poenis et censuris in Codice iuris canonici statutis.

90. Pro collatione beneficiorum nihil licet a Capitulo et Canonicis percipi. Notarius tamen percipiat mercedem suo labori convenientem, prout in Tabella.

91. Pro adeptione vero possessionis beneficiorum in Basilica, quidquam recipi vetitum est omnino, etiam a sponte dantibus, salvis, quae Sacristiae sunt debita (infra, art. 128. 129).

92. Nullus Canonicus Jurisdictionem seu imperium vel dominationem seu auctoritatem quamcumque exercere possit in aliquem ex Beneficiatis.

93. Tractata, statuta, gesta, ordinata in Capitulo absque Capituli licentia ne cuilibet quoquomodo revelentur. aut publicentur.

V - *De Beneficiatis et Clericis*

94 Bencficiatorum et Clericorum, qui in choro Basilicae Beati Petri perpetuo inserviunt, duplex est institutio seu plantatio: prima et antiquior a Nicolao III facta, posterior altera a Bonifatio VIII. Primi, Beneficiatorum Chori Basilicae Sancti Petri nomen sortiuntur; posteriores, Clericorum eiusdem Chori appellationem habuerunt

95. Bénéficiât! triginta sex numerantur, quorum aliqui. etsi distincta onera et diversum nomen habuerunt. prout a diversis Pontificibus fuerunt instituti, hodie tamen Sixti V dispositione, omnium eadem sunt onera et idem nomen.

96. Clerici viginti sex sunt instituti, nec pauciores viginti quinque esse possint, quorum singuli de fructibus Basilicae medietatem eius recipiunt, quod praedicti singuli Bénéficiât! recipere solent

97. Praedicti vero cum Bénéficiât! tum Clerici non wlum principaliter, sed quasi penitus ad hoc tantum ad Basilicam assumuntur, ut in Missis et divinis Officiis tam diurnis quam nocturnis, in eadem ecclesia decantandis ipsi Basilicae et Choro eiusdem studeant iugiter et continue, prout Deus dederit, in suo quisque ordine servire.

08 Inter cetera autem, munus Bencficiatorum et Clericorum est, Antiphonas, Responsoria et Psalmos cantare» et m divinorum celebratione decenter deservire.

99. Antequam promoveantur, super cantus gregoriani peritia examinentur.

100. Teneantur per se ipsos Antiphonas intonare. Matutinum inchoare ad lectorium, Responsoria brevia decantare et similia munera obire.

101. Si qui notabiliter essent négligentes aut etiam defectivi in deserviendo Ecclesiae in Horis canonicis, sive in Choro, plectantur poena privationis fructuum ad normam Codicis I. C. et Constitutionis Nicolai III.

102. Bénéficiât! sint in sacris Ordinibus constituti, sex dumtaxat exceptis, qui poterunt in minoribus Ordinibus deservire, sex vero in Diaconatus, et alii sex in Subdiaconatus ordine deserviant, reliqui in Sacerdotio sint constituti.

103. Clerici omnes in sacris Ordinibus constituti esse debent, vel saltem infra annum ad ipsos promoveri.

104. Beneficiatorum et Clericorum institutio ad Archipresbyterum et Canonicos pertineat iuxta normas m Constitutione *Ad honorandam* Benedicti XIV confirmatas et ad tramitem canonis 1435 Codicis I. C. - Canonici autem nullum beneficium vel officium in Basilica viro ecclesiastico conferant absque Cardinalis Arcbipresbyteri consensu in scriptis petendo.

105. Item ad Archipresbyterum et Capitulum pertineat pleno iure eorundem destitutio, scilicet perpetua amotio a suo beneficio et Basilica, servatis tamen de iure servandis ad nonnam Codicis L C.

106. In absentia autem illegitima Beneficiatorum vel Clericorum procedatur ad normam Tit XXX Libri IV Codicis iuris canonici.

107. Correctio vero, reformatio, nec non suspensio a beneficiis huiusmodi, et omnis Jurisdictio et censura, nec non et omnis ordinatio et dispositio status eorum, ad Archipresbyterum pertineat, per se vel suum Vicarium (sive Canonicus fuerit sive alius) exercenda; salvis tamen iis, quae ex ordinatione Nicolai III et aliorum Summorum Pontificum ipsis Beneficiatis seu Clericis competere dignoscuntur.

108. Quaestiones omnes et controversiae, discordiae, seu lites, quas inter ipsos Bénéficiâtes aut aliquem ipsorum ex una parte, et Capitulum seu aliquem de Capitulo ex altera interdum oriri contigerit, per Archipresbyterum sive eius Vicarium terminentur.

109. Archipresbytero defuncto, vel eo in remotis agente, nullo pro se Vicario constituto, praemissa omnia ad Capitulum pertineant, nisi ubi Capitulum tam agendo quam defendendo partem faceret

110. Licet Bénéficiât! non sint Canonici, nec ullum ius habeant Canoniae, non propterea reputentur ab Ipsa Basilica alieni, et dum in Beneficiates recipiuntur, ad solidioris caritatis augmentum per Archipresbyterum. vel eius Vicarium, ct Capitulum ad pacis osculum admittantur.

111. Non sint Collegium, nec Universitas sive Corpus, nec Praelatum sibi possint constituere, eligere vel habere, seu sigillum aut arcam communem, sed subsint Archipresbytero ct Capitulo.

112- Possunt tamen pro suis iuribus, quae in eadem Basilica eis competunt, prosequendis tam in iudicio quam extra, non solum singulariter sed etiam in communi agere et defendere, et illa prosequi in hoc casu dumtaxat tanquam Universitas. Collegium sive Corpus, excepto quod neque in hoc casu, neque in alio, commune sigillum habere valeant nec communi sigillo quomodolibet uti.

113. Non habeant Bénéficiât! vocem aliquam in Capitulo aut potestatem aliquam dc iuribus, bonis, seu quibuscumque negotiis ad ipsam Basilicam pertinentibus. disponendi, nisi ubi dc alienatione rerum immobilium vel iurium dictae Basilicae ageretur; tunc enim assentiendi. et dissentiendi huiusmodi tractatibus vocem habeant: quod intelllgendum est, etiam ubi tractatur de locationibus ultra novennium, quo casu ex Constitutione Nicolai III tot Bénéficiât! antiquiores ln Capitulo esse debent, quot sunt Canonici tunc praesentes.

114. Possint etiam singulis bienniis deputare et constituere per secreta suffragia duos ex eis. qui ln reddendis rationibus, seu computis receptorum et expensarum, seu exitus et introitus fructuum ct bonorum omnium Basilicae, sint revisores computorum et redituum

praedictorum, simul cum Canonicorum Syndicis ct revisoribus computorum huiusmodi deputatis pro tempore: cum ipsos status Ecclesiae latere non debeat Qui quidem computorum revlsores seu Syndici teneantur in munere adeundo iuramentum praestare de officio fideliter implendo.

115. Si res aliquae immobiles ipsis Beneficialis in communi donarentur vel legarentur, seu quomodolibet obvenirent, eo ipso intelligantur ipsi Basilicae applicari, et in ius et proventum eiusdem Basilicae transeuntes omnino sortiantur, et transeant in naturam ceterorum immobilium.

116. Bénéficiât! universos et singulos Canonicos, tanquam maiores, honore condigno prosequi debent, sicut decet

117. Nullus praedictorum admittatur ad sua beneficia, nisi de verbo ad verbum praestiterit iuramentum. in fine harum Constitutionum praescriptum: praeterea libellum capitum Constitutionum accipiat, ut supra de Canonicis est dictum.

VI - De Capellnnis /nnocentianis

118. Ad instar Beneficiatorum Chori Basilicae, fuerunt ab Innocentio VIII quatuor Capellani perpetui instituti ad altare Sanctae Mariae de Conventu olim nuncupatum, qui, cum habitu Bénéficiais conformi, post ipsos stallum locumque habere debent, licet iisdem privilegiis fruantur. Quisque Capcllanorum. iuxta Bullam Singularis Pii Pp. XI, inter alia, adslringitur onere vicenas Missas quotannis ubique celebrandi, necnon. singulis diebus dominicis et festivis de praecepto. Missis, Vesperis et Processionibus consuetis mteressendi. cum facultate abessendi per quindecim tantum dies, sive continuos sive intermissos, exceptis tamen diebus Nativitatis D. N. I. C. tribus ultimis Maioris Hebdomadae, Paschatis, Corporis Dni et Ss. App. Petri ct Pauli. Absens, nisi legitima causa excusetur, certa poena muletatur a Vicario, cuius iurisdictioni subsunt praedicti Capellani, ratione suarum Capellanlarum.

VII - Reductio onerum ex Bulla Sûrti V ac Decretis S. C. Visitat Apostolicae *1845* cf S. *Congr. Concilii 1920 et 1926*

119. Loco Anniversariorum. Officiorum et Precum, quae olim pro quibusvis benefactoribus celebranda erani aut recitanda, quotidie (excepta festis Nativitatis et Epiphaniae Domini ac Paschatis Resurrectionis cum tribus antecedentibus diebus, et Pentecostes, ac festo sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, nec non Commemoratione omnium fidelium defunctorum) dicantur in Choro post Primam Psalmus De *profundis* aliaeque preces solitae pro defunctis: et insuper quotannis in Basilica, fidelium commodo, celebretur a singulis Bencficiatis et Clericis, iis tantum exceptis qui gaudent iubilatione, una Missa lecta pro defunctis benefactoribus applicanda.

120. Pariter loco supradictorum Anniversariorum. Officiorum et Precum, sicut et Missarum conventualium, quae secundum Rubricas Missalis aliquibus diebus essent extra Chorum legendae, quotannis m Basilica, fidelium similiter commodo, dicantur a singulis Beneficiatis et Clericis ordinis presbyteralis. exceptis iubilatis, tres Missae pro Benefactoribus applicandae.

121. Anniversaria in Sacrlstiae Tabella descripta celebrentur diebus statutis, aut anticipentur iuxta concessionem Benedicti XIV.

122. Insuper Capitulum teneatur ad celebrationem Missarum quae quotidie horis in Tabella Sacristiae statutis legendae sunt nec non ceterarum quae in eadem Tabella describuntur.

123. Nova Anniversariorum onera non possunt acceptari, nisi servatis normis in art. 18 pro acceptatione novorum Communium iam statutis.

VIII - Dc Sacristia

124. Archipresbyter singulis annis Sacristiae supellectilem visitabit et recognoscet, et de opportunis provideri praecipiet.

125. Ad Archipresbyteri curam spectat, quae pars supellectilis, quo tempore, et quibus personis inservire debeat

126. Correctio eorum, qui verbis ve) factis Christianae et clericalis modestiae formam et modum in Sacristie, et praesertim tempore quo sacris sunt vestibus Induti, non servant. Archipresbytero vel eius Vicario absente, ad Canonicos sacristas pro tempore exsistcota pertineat

127. Ad possessionem sui beneficii nemo est admittendus. nisi ante portionem debitam Sacristiae persolverit, iuxta Tabellam et proportionem inter Canonicos, Bénéficiâtes et Clericos servari solitam.

128. Nomine mediae annafae Archipresbyter, Canonici, Bénéficiât! et Clerici tenentur, primo anno a capta possessione, solvere Sacristiae eam summam, quae hucusque tribui consuevit.

129. Quod declaratur etiamsi provisiones sint per resignationem. vel permutationem, etiam de litigiosis, ac etiamsi de vacaturis fierent provisiones Apostolicae. vel alias quovis modo.

130. Praedicta autem solutio nullo modo possit remitti. vel concedi dilationis gratia.

131. Emolumenta, quae ad Sacristiam pertinent, ia ingressu Archipresbyteri, cuiuslibet Canonici, Bénéficiai! et Clerici integre in paramentis et ornamentis, ac aliis ad usum divini cultus, et non aliter erogentur.

132. In sacram supellectilem pariter omnino erogetur contributio quingentorum scutorum auri in auro in cuiuslibet Servi Dei beatificatione, et mille scutorum auri similium in cuiuslibet Beati canonizatione, ab huiusmodi Causarum Postulatoribus persolvenda.

133. Res autem Sacristiae sive Thesauri, videlicet iocalia. imagines, anulos, vasa aurea, vestes sacras et alia bona, non licet cuiquam, quacumque dignitate fulgeat. alienare seu vendere, sub poena excommunicationis ipso facte incurrendae, ipsi Summo Pontifici reservatae.

134. Prohibetur etiam praedicta commodare ad quemlibet usum, et quibuscumque personis quacumque dignitate, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalatus fulgentibus, nisi sint de gremio cleri Basilicae, vel pro usu ecclesiarum Basilicae subiectarum; idque sub excommunicationis poena ipso facto incurrendae. Summo Pontifici reservatae.

135. Ad Sacristiam pertinent oblationes, largitiones et elcmosynae fidelium, quae in sacrario afferuntur. Quae vero in Basilica colliguntur dividendae sunt aequis portionibus inter Fabricam et Sacristiam; quae tandem in Cryptis recipiuntur Sacristiae tribuuntur, ad normam conventionis inter R. Fabricam et Capitulum initae.

136. Omnes reditus, qui proveniunt cx facultate concessa Thesaurum, idest sacram supellectilem pretiosiorem visitandi, in communem arcam Capituli conferendi sunt, cum onere tamen, per Camerarios implendo. *eos* separatim administrandi atque ex integro, demptis si qui sunt sumptibus, in expensas cultus erogandi. per congruas portiones a Capitulo quotannis statuendas. ac dividendas Sacristiam inter et Capellam luliam.

137. Canonici Camerarii opportune certiores reddant Canonicum Praefectum Capellae luliae et duos Canonicos Sacristas de administratione bonorum et reditus respective ad Capellam luliam et Sacristiam spectantium.

138. In sacrario teneatur appensa Tabella, in qua describantur munera. Anniversaria, onera, quae Capitulo incumbunt.

IX - De Capella *lulia. fundata et erecta a Papa Iulio II*

139. Per Capitulum eligantur unus ex Canonicis Basilicae. qui omnimode Capellae luliae praesit

140. In ipsa Capella sint: Magister musicae, quatuor; decim Cantores, decem Scholares, sex Capellani chori ct duo organorum Modulatores.

141. Qui omnes nonnisi idonei et capaces, praevio experimento, a Capitulo assumantur.

142. Cantores ct Scholares inserviant omnes diebus communibus; aliis diebus inserviant per Tertiarias, tempore Quadragesimae excepto, quo servire tenentur per Medianas, ut latius habetur in peculiaribus Capellae Statutis.

143. Capellani Chori, quorum est Horas canonicas in Choro decantare, inserviant omnes diebus dominicis, in Maior: Hebdomada, in festis duplicibus I classis ct in festo Cathedrae Sancti Petri Romae; reliquis vero diebus inserviant per Mediarias.

144 Praedictis omnibus dentur, praeter salaria unicuique iuxta Tabellam assignata, libri ad usum Sacro-IIIIII necessarii, ncc non vestes talares violacei coloris, quas induere teneantur, quoties Capellae inserviunt

145. Introitus Capellae in alium usum, quam dictae Capellae non convertantur, qui si pro expensis non jutfidunt, suppleatur oe massa communi.

146. Statutorum. Constitutionum et Ordinationum capita in hoc libello contenta annis singulis praestituta d perlegantur, et a principio usque ad finem lectionis fnteressentibus distributio a Paulo V assignata largiatur.

X - *Iuramentum praestandum a Canonicis in adeptione Canonicatuum*

Ego N.. Canonicus Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, iuro et promitto quod ab hac hora in antea fidelis ero Beato Petro. Sanctissimo Domino Nostro Papae, Archipresbytero et Capitulo eiusdem Sacrosanctae Basilicae. Iura, honores, privilegia et auctoritatem dictae Basilicae conservare, defendere, augere et promovere curabo. Possessiones et bona, tam mobilia quam immobilia, ad ipsam Basilicam pertinents adiutor ero bona fide ad conservandum, custodiendum et defendendum, salvo meo ordine; nec Basilicam ipsam in praedictis rebus et iuribus scienter damnificabo, seu pro posse meo damnificari permittam. De bonis ipsius Basilicae nihil, sive magnum sive parvum fuerit, scienter, malitiose percipiam seu recipiam, ultra id quod habere mihi licet. Et si forsan per ignorantiam seu fraudem, vel alias quocumque modo, aliquid de bonis ipsius, ultra id quod mihi licet, reciperem vel haberem, si postquam pro certo id cognovero, reddam Basilicam praedictam indemnem, et restituam id infra mensem: reatum periurii non incurram. Si scivero vel cognovero, aliquem m bonis mobilibus vel immobilibus velle ipsam Basilicam defraudare, vel etiam defraudasse, volentis conatus impediam, si potero bono modo. Et si eadem Basilica fuerit defraudata. illud, quatenus absque meo periculo fieri poterit, damni consideratione pensata, Archipresbytero, sive Capitulo, vel illis manifestabo personis, per quas indemnitati Ecclesiae utilius consuli posse credam. Secretum Archipresbyteri et Capituli, quod secretum esse cognovero, ad damnum Ecclesiae, me sciente, nemini revelabo; sed etiam nulli pandam aliquid, quod ab e.sdem Archipresbytero, vel cius Vicario et Capitulo, seu a solo Archipresbytero. vel a solo Capitulo, dictis Archipresbytero vel eius Vicario ab Ecclesia eadem absentibus. iniunctum mihi fuerit secretum servandum ‘ub secreto Cap tuli, vel sub fide praestiti iuramenti. In hoc tamen *chi presbyterum non includo, quin ipsi revelem, cum ei secreta Capituli minime sint celanda. Ip$:us Archipresbyteri et Archipresbyteratus jurisdictiones et iura, quantum in me fuerit, scienter nec imminuam nec infringam. Non ero in consilio aut in facto quod Apostolicarum Constitutionum Basilicae capita. Pauli V auctoritate in libellum collecta et edita, atque a Pio Papa XI reformata, a Capitulo eiusdem Basilicae immutentur, vel ipsum Capitulum ac particulares de Capitulo et Clero veniant contra ea; quin potius illa pro posse meo inviolabiliter observabo, opemque et studium adhibebo, quod ab ipso Capitulo et aliis quibuscumque serventur et minime negligantur. Anniversaria hactenus statuta vel in posterum statuenda. quoad dicendum Missas et cetera Officia pro Defunctis, quantum in me fuerit, procurabo quod a Capitulo, iuxta quod fuerint ordinata, fiant perpetuo et nullatenus omittantur. Nullum de cetero Canonicum ad residentiam in ipsa Ecclesia faciendam seu ad portionem percipiendam admittam, nisi prius sub hac eadem forma coram ipso Capitulo de verbo ad verbum, tactis Sacrosanctis Evangcliis, huiusmodi praestiterit iuramentum. Sic me Deus adiuvet. ct haec Sancta Dei Evangelia.

XT - *Iuramentum praestandum a Beneficialis et Clericis*

Ego *N.,* Bencficiatus Chori *(sive Ctericus* Chorii Barilica^ Sancti Petri, iuro et promitto quod fidelis ero Beato Pct-o ct Basilicae ipsius Principis Apostolorum dc Urbe, nec non et fidelis ero secundum ea. quae in Constitutionibus dictae Basilicae, auctoritate Pauli V vulgatis et Pii Papae XI reformatis, continentur. Possessiones et iura. bona, tam immobilia quam mobilia, ad ipsam Basilicam pertinentia adiutor ero bona fide ad conservandum, custodiendum ct defendendum, salvo meo ordine; nec Basilicam ipsam in praedictis rebus et iuribus scienter damnificabo, seu pro posse meo damnificari permittam. De bonis ipsius Ecclesiae nihil, sive magnum fuerit sive parvum, scienter, malitiose percipiam seu recipiam. ultra id quod de bonis ipsius habere ac recipere mihi licet Et si forsan per ignorantiam seu fraudem, vel alias quocumque moao receperim aliquid de bonis ipsius, ultra id quod mihi licet recipere vel habere, si postquam cognovero pro certo, me aliquid illicite recepisse vel etiam habuisse, reddam Basilicam praedictam indemnem, et id restituam infra mensem: reatum periurii non incurram. Si scivero vel cognovero, aliquem in bonis mobilibus vel immobilibus velle ipsam Basilicam defraudare, vel etiam defraudasse, volentis conatus impediam, si potero bono modo. Et si eadem Ecclesia fuerit defraudata, illud, quatenus fieri poterit absque meo periculo, damni consideratione pensata. Archipresbytero. seu Capitulo. vel aliis manifestabo personis, per quas indemnitati Ecclesiae utilius consuli posse credam. Secretum Archipresbyteri et Capituli, quod secretum esse cognovero. ad damnum Ecclesiae, me sciente, nemini revelabo; sed et nulli pandam aliquid, quod ab eisdem Archipresbytero, vel cius Vicario et Capitulo» seu a solo Archipresbytero, vel a solo Capitulo, dictis Archipresbytero et eius Vicario ab eadem Ecclesia absentibus, iniunctum mihi fuerit secretum servandum sub secreto Capituli, vel sub fide praestiti iuramentL In hoc tamen Archipresbyterum non includo, quin ipsi revelem, cum ei secreta Capituli minime smt celanda. Ipsius Archipresbyteri et Archipresbyteratus iurisdictiones et iura. quantum in me fuerit, scienter nec imminuam nec infringam. Quoad taxationem Beneficii mei, modum et formam in dicta Basilica deserviendi in divinis Officiis, et percipiendi distributiones vel Beneficium meum, nec non et quoad potestatem et auctoritatem Archipresbyteri ct Capituli simul vel separatim. et ut ubi distinguitur, atque omnia ct singula, quae statum meum el aliorum Beneficiatorum circa institutionem. correctionem, ordinationem, vacationem Beneficiorum. lapsum temporis, vel alias et quaecumque alia, Beneficiatorum statum contingentia, sunt ordinata: et ut breviter omnia comprehendam, non ero in consilio aut in facto quod Constitutiones scu Statuta praedicta vel aliquid ex eis a Capitulo, Beneficiatis vel Clericis aliquatenus immutentur, vel ipsum Capitulum seu Bénéficiait vel Clerici veniant contra ea; quin potius illa pro posse meo inviolabiliter observabo· opemque et studium, quantum in me fuerit, adhibebo, quod praedicta serventur ct minime negligantur. Anniversaria hactenus statuta et in posterum statuenda, quoad dicendum Missas et cetera Officia pro Defunctis, quantum in me fuerit, studium, si opus erit, dabo et operam, quod a Capitulo et Beneficiatis et Clericis ipsis fiant perpetuo, et nullatenus omittantur, iuxta quod fuerit ordinatum. Studium quoque si opus erit, quantum in me fuerit, dare curabo ct operam, quod nulli Bcneficiato vel Clerico Basilicae Sancti Petri Beneficium assignetur, ncc ad residentiam scu Chorum vel distributiones aliquatenus admittatur, nisi prius sub hac eadem forma coram Capitulo praedictae Basilicae de verbo ad verbum, tactis Sacrosanctis Evangel!is, praestiterit iuramentum. Sic me Deus adiuvet. et haec Sancta Dei Evangelia.

XII - Iuramentum *praestandum a Camerariis*

Nos *tales, ad* exercendum officium Camerae nostrae Basilicae, a praesenti die usque in biennium completum assumpti, tactis Sacrosanctis Evangeliis promittimus et iuramus. quod officium nobis commissum fideliter exsequemur. Proventus et obventiones omnes, ad dictam Basilicam pertinentes seu pervenientes, pro posse nostro procurabimus, ut nobis, absque diminutione integre assignentur, ipsosque custodiemus fideliter, et dividemus, et portiones faciemus. et tam Canonicis in distributionibus, ct aliis pro suis portionibus, quam Beneficiatis et Clericis Chori Basilicae Sancti Petri pro suis Beneficiis, integre satisfaciemus ce bonis p.iwrm Basilicae seu Camerae; ct quae residua fuerint fideliter conservabimus, iuxta quod haec omnia in Constitutionibus huius Basilicae continentur. Nulli Canonico seu Bcneficiato vel Clerico scienter dc bonis ipsius Basilicae dabimus, aut ipsum pro posse nostro auferre vel recipere permittemus ultra id. quod cis debetur cx praemissis Constitutionibus seu Statutis, ct servabimus modum ct formam et ordinem expressos ibidem. Sl sciverimus vel non leviter crediderimus, aliquem Canonicum seu Bcncficiatum vel Clericum in recipiendo

ultra quam deberet, secundum praemissa Statuta, percipere, Ecclesiam defraudasse: nobis pro Ecclesia seu Camera, quod male receptum fuerit per fraudatorem, si poterimus, restitui faciemus, vel tantum de portione seu de Beneficio defraudatoris retinebimus, quoad Ecclesia reddatur idenrnis. Si non possemus hoc facere, quia negaret forsitan defraudator, id ad notitiam Arcnipresbyteri et Capituli deducemus. Veritatem quoque dicemus absque falsitatis admixtione cuiusque, super omnibus, quae ad nostrum spectant officium. Archipresbytero et Capitulo, vel utrique eorum separatim, in omnibus et super omnibus officium nostrum contingentibus, ex quorum taciturnitate credemus posse pati ipsam Ecclesiam. Capitulum et Clerum, detrimentum. Finito autem nostro officio, et etiam quandocumque Archipresbytero, vel eius Vicario et Capitulo, seu Archipresbyteratu vacante, eidem Capitulo placuerit, omnia integre resignabimus, quae apud nos, vel in Camera fuerint de bonis ad Beati Petri Basilicam pertinentibus, vel aliis, qui ab eis ad hoc fuerunt deputati, et Basilicam ipsam reddemus indemnem de omni eo, in quo ex certa nostra scientia, tam a nobis, quam ab aliis ipsa Basilica per nostram malitiam sive fraudem damnificate fuisset Fidelem quoque rationem seu computum. iuxta quod in praedictis Statutis ordinatum est de omnibus faciemus. Sic nos Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

XΠI - *Dies Communes totius anni*

Ianuarius

Circumcisio Domini. - *Missa et* Vesperae.
Vigilia Epiphaniae. - Vesp.
Epiphania Domini. - *Miss et Vesp.*
Cathedra S. Petri, Romae. - *Miss, et Vesp.*
Conversio S. Pauli - *Miss, et Vesp.*
• *S.* loannis Chrysostomi. - *Miss, et Vesp.*

FEBRUARIUS

Purificatio B. M. V. - *Miss, et Vesp.*
• S. Blasii. - *Miss.*
• S. Gregorii IL - *Miss.*
Cathedra S. Petri, Antiochiae. - *Miss, et Vesp.*
S. Mathfee. - *Miss, et Vesp.*

Martius

• S. loseph. Sponsi B. M. V. - Miss., *Vesp. et Compl.*
• S. Benedicti. - *Miss.*
• Annuntiatio B. M. V. - *Miss., Vesp. et Compl.*

Aprilis

• S. Leonis I. - *Miss, et Vesp.*
S. Marci. - *Miss, et Vesp.*

Maius

Ss. Philippi et lacobL - *Miss et Vesp.*
• Inventio S. Crucis. - *Miss, et Vesp.*
• S. Gregorii NazianzenL - Miss.
• S. Philippi Nerii. - Miss, et *Vesp.*
• S. Petronillae. - *Miss.*

Iunius

S. Antonii dc Padua. - Miss et Vesp.
• S. Ferdinand! Reg. – *Miss.*
• S. SilvenL - Miss, (in EccL fil. S. Stephani).
S. loannis Bapt - Miss et Vesp.
• Ss. Reliquiarum Basilicae. - Miss.
VigiL Ss. App. Petri et Pauli. - Miss et Vesp.
• Ss. App. Petri et PaulL - Matut. *cum laud., Miss, et Vesp.*
9 Commemoratio S. Pauli. - Miss.

IuLius

• Ss. Processi et MartinianL - Miss, et Vesp.
Octava Ss. App. Petri et Pauli. - Miss, et Vesp.
• S. Mariae Magdalenac. - Mus.
S. lacobL - *Misi, et Vesp.*
• S. Annae. - Miss, et Vesp.

Augustus

S. Petri ad Vincula. - *Miss, ct Vesp.*
• *S.* Hormisdae. - *Miss.*
S. Laurentii. - *Miss, et Vesp.*
Vigil. Assumpt. B. M. V. - Vesp.
Assumptio B M. V. - *Miss. et Vesp.*
S. Bartholomaei. - Miss, et Vesp.

September

Nativitas B. M. V. - *Miss. et Vesp.*
S. Matthaei. · *Miss, et Vesp.*
Dedicatio S. Michaelis Arch. - *Miss, et Vesp.*

October

S. Francisci. - *Miss, et Vesp.*
S. Lucae. - Miss, et *Vesp.*
VigiL Ss. Simonis et lucae. - Vesp.
Ss. Simonis et ludae. - *Miss, et Vesp.*
VigïL Omn. Sanctor. - Vesp.

November

Omnium Sanctorum. - Miss, *et Vesp.*
• Commemorat, omn. Fidel, def. - *Matut. cum Laud, et Miss.*
• S. Caroli. - *Miss, ct Vesp.*
• *S.* MachutL - *Miss.*
Vigil. Dedicationis Basilicarum Ss. Petri et PaulL - Vesp.
• Dedicat. Basilicar. Ss. Petri et Pauli.-Miss. et Vep.
• S. Catharinae. - *Miss.*
S. Andreae. - Miss, et *Vesp.*

DEcr

VigiL Immac. Concept. - *Vesp.*
Conceptio Immac. B. M. V. - Miss, et Vesp.
• S. Thomae. - Miss, et Vesp.
Vigil. Nativ. Domini. - *Vesp.*
• Nativitas Domini. - *Matut., Miss, et Vesp.*
S. Stephani. - *Miss, et Vesp.*
S. loannis. - *Miss, et Vesp.*
Dies 31 December. - Vesp.

Omnes dies Dominici. - *Miss, et Vesp.*
Fer. IV Ciner. - Miss.
Omnes feriae VI Quadrag. - *Miss, et Vesp.*
• Feriae VI mensis Martii. - *Compl.*
Fer. V in Coena Dnl. - *Matut. Tenebr., Miss et Vesp.*
Fer. VI in *Parasceue. - Matut. Tenebr., Miss, et Vesp.*
Sabbatum Sanctum. - *Matut. Tenebr., Miss, et Vesp.*
Pascha Resurrectionis. - *Matut., Miss, et Vesp.*
Fer. II et fer. Ill Paschae. - *Miss, et Vesp.*
Vigil. Ascens. - *Miss, et Vesp.*
Ascensio Domini. - *Miss, et Vesp.*
VigiL Pentec. - *Miss, et Vesp.*
Fer. II et fer. III Pentec. - *Miss, et Vesp.*
Fer. IV ante Festum Corp. Christi. - Vesp.
Festum Ssmi Corporis Christi cum tota Octava. - *Miss, et Vesp.*
• Processio in Maioribus Litaniis.
• Processio in Festo et in Octava Ssffti Corporis Christi.
Processiones pro expositione et repositione Ssmi Sacram. in Oratione XL Horarum.

XIV - Dies in quibus CapeΠαπi *Innocentiani Choro interesse debent*

Omnes dies Dominici et festivi de praecepto. - *Missa et Vesperae.*
In Litaniis Maioribus. - *Processio.*
Ss. App. Petri et Pauli. - *Matutinum, Miss, et Vesp*
26 Iulii. - *Missa annirersaria Innocentai PP. VIII.*
Commemorat, omn. Fidelium defunct - *Missa.*

Nativitus Domini. - Matut., *Ie Mies., Laudes, HI Mix et Vesp.*

Fena V in Cocna Dni. \ *Matut. Tenebrarum,*
Feria XT in *Parasceve.* *Missa*
Sabbatum Sanctum. *I et Vesperae.*

Pascha Resurrectionis. - *Miss., Process, ct Vesp.*
Fest Ssmi Corporis Christi. - *Miss., Process, et Vesp.*
Octava Ssfhi Corporis Christi. - *Processio.*
Prima Dominica cuiusvis mensis. - *Processio.*

INDEX

CONSTITUTIONUM APOSTOLICARUM

XX QUIBUS CAPITA FERE OMNIA DESUMPTA SUNT

haocentlus III, *Ea quae dc mandato* (it Id. Ian. 1206).
Clemens IV, Ad *nostrum pervenit* (Non. Sept 1267).
loinnes XXI. *Vincam Domini* (Id. Mart. 1277).
Nicolaus III. Civitatem *Sanctam* (m Non. Febr 1270».
Bonlfatius VIII. *Ante assumptionem* (ui Non. Ian. 1301).
Innocentius VI. *Inter ceteras Ecclesias* (Id. Aug. 1360).
Urbanus V. Licet *ad universas* (yui Id. lut 1364).
Eusenius IV. Si universus Orbis (xii Kai. Sept 1437).
Nicolaus V. *Quanto prae ceteris* (Non. Nov. 1454).
Suctus IV, Licet *ex debito summi* (KaL Ian. 1479).
Sixtus IV, Licet *ex debito ministerii* (Prid. KaL Mart. 1481)
Sertus IV, *Cum Ulixis* (Kal. Mart. 1482).
lultus II. *Venerandam nostram* (xn Kai. Apr. 1508).
Iulius II, *ln altissimo militantis* (xi KaL Mart. 1513).
Cernens VII. *Cum, sicut accepimus (Non.* Febr. 1525).
Cernens VII. Vestigiis (c. 1525).
Paulus III. *Dudum siquidem* (KaL Dec. 1534).
Paulus III, *Cum, sicut accepimus fel. rec. Clemens* (in Id. Mart 1537).
Paulus III. *Cum dudum vanae* (xvn KaL Maii 1546).
Paulus III. *Cum, sicut accepimus, saepius* (ni Non. Aug. 1546).
Paulus IV. Licet alias (Prid. Id. Aug. 1559).
Paulus IV. Cum, sicut accepimus. *Basilica* (an. incerto).
Pius V [et de cius mandato. Card. Sabelli Urbis Vicarii Decretum). (30 Nov. 1566).
Pius V. Cum in omnibus (c. 1569).
Gregorius XIII. Dc *communi omnium* (Kal. Aug. 1578).
Sixtus V. *Cum, sicut accepimus, aliqui* (n Id. Iun. 1589).
Sixtus V. *Cum pro nostro* (xn Kai Oct. 1589).
Clemens VIII. *Decreta Visitationis* (an. 1593).
Paulus V. *Super Cathedram* (Prid. Id. Oct 1611).
Alexander VU, Decretum pro supellectibus Sacrarii in Beatificat et Canonizat. (27 Sept. 1659).
Benedictus XIV. *Ad honorandam* (n Kal. Apr. 1752).
Pius X. *Decessor Noster* (Prid. Kal. Febr. 1904).
Pius XI. *Singulari in Vaticanam (13* Iunii 1936).
Pius XI. *Rescriptum pro Capitulo S. Petri* (9 Febr. 1936».
Pius XI. *Rescriptum pro Capitulo S. Petri (13* Iun. 1936».

INDEX TITULORUM

		Coi.
I	Vaticana Basilica eiusque clerus et ministri ..	1856
II.	Archipresbyter et Canonici.....	1856
ITL	Modus inserviendi Ln celebrationi divinorum Officiorum	1857
IV.	Administratio et dispositio bonorum.....	1859
V.	Beneficiati et Clerici —.....— ... . . –.....	1861
VT	Capellani Innocentiani	18K3
V7L	Reductio onerum.....	1863
VITI.	Sacris!ia .....— ..	1863
DC.	Capella lulia.....	
X	Iuramentum praestandum a Canonicis.....	1885
XI	Iuramentum praestandum aBeneficiatis et Clericis	1855
XII.	Iuramentum praestandum a Camerante.....	1866
XГII	Dies Communes.....	1867
XIV	Dies in quibus Capellani Innocentiani Choro interésse debent ..... – ls€8	

• E folli» separat» editis cun> Typis Potyilonis Vetkanl

1419

1938 FEB 7.-SC PROP. FIDE, INDULT. PART.·

Facultas omittendi inquisitionem de natalibus ordinandorum ÏN NONNULLIS CASIBUS ET REGIONIBUS

Preces - *Beatissime Pater,* Ordinarius Vicariatus Apostolici Bataviae, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter quae sequuntur exponit: Inter alumnos plus quam centum Seminarii minoris Bataviae longe maior pars est e parentibus mahumetanis nata. lavenses enim omnes sunt mahumetani. lamvero plures sunt rationes, quae difficilem reddunt, imo nonnunquam impossibilem, inquisitionem de natalibus iuvenis lavensis. 1) Non habetur inter lavenses registratio civilis matrimoniorum. ita ut difficile sit scire (quum partes ipsae testimonium dare nonnunquam recusent, imo libenter res suas intimas atque familiares alto silentio premant) utrum pater quis mahumetanus sit forte secundis vel tertiis nuptiis iunctus. 2) Pater mahumetanus, si libello repudii dato, uxorem dimittit, ahamque uxorem ducit, de priore uxore longius omnino non curat, ita ut prorsus nesciatur, ubi habitet, utrum adhuc vivat an mortua sit; ac proin utrum novum matrimonium per mortem prioris uxoris convalidari, atque proles legitimari queat 3) Nonnunquam iuvenes, qui baptizantur, ad ecclesias vel ad scholas nostras venerunt a pagis maxime dissitis. De validitate matrimonii parentum nihil sciunt, nec interrogari decenter possunt 4) Saepius accidit, ut iuvenis, sive occasione baptismi, sive praesertim quando Seminarium ingredi se velle declarat, a parentibus domo eiiciatur. — Quae rationes efficiunt sive singulae id efficiant, sive coniunctim concurrant ut inquisitio de natalibus fiat onerosa, incerta, imo impossibilis.

Qua de causa Orator petit ut filios mahumetanorum vel etiam gentilium in Seminario retinere vel ad illud admittere possit, etiam dubie legitimos, sine omni vel sine ulteriori inquisitione de natalibus, quoties talis inquisitio, de casu ad casum, sive instituenda sive ulterius prosequenda. Vicario pro prudenti suo arbitrio inutilis vel nimis difficilis vel etiam impossibilis videatur. Et Deus etc.

Rescr - Er Audientia *Sanctissimi* habita die 7 februarii A. D. 1938.

Ssmus D. N. Pius Divina Prov. Papa XI, referente infrascripto S. C. de Propaganda Fide Secretario, benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta preces, dummodo nullum inde oriatur scandalum atque graviter onerata de cunctis Ordinarii conscientia.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. Q de Prop. Fide, die et anno quibus supra.—Celsus Costantini, *Secr.*

• Ad Ordinarium Batavae Syllos n. 206.

1420

1938 FEB 7.-SC SACK, INDULTUM, PART.·

Facultas binandi diebus festivis non de praeopto

Preces. - The Vicar Capitular of the Diocese of Valparaiso, prostrate at the feet of Your Holiness, humbly asks for the faculty to permit the repetition of Mass on the following feasts not of obligation: namely, on the Feast of the Sacred Heart of Jesus. the Commemoration of the Blessed Virgin of Mount Carmel, and on the First Friday of every month, for the sake of the devotion of the faithful and because of the scarcity of priests.

Rescr. - The Sacred Congregation of the Sacraments, in virtue of the Faculties given it by His Holiness Pius XI, in view of the circumstances let forth, provided the feasts mentioned in the petition arc celebrated with the concourse and devotion of the faithful, and when no other priest is available to celebrate the second Mass, graciously grants to the Ordinary of Valparaiso permission to allow a second Mass to be said on the feasts named to satisfy the devotion of the faithful themselves. as requested, *ad* triennium, if the circumstances mentioned continue so long, it being forbidden to the celebrant to receive an alms for one of the two Mas-

scs, and provided care be taken that some time intervene between the first and the second Mass.

Given at Rome, from the Sacred Congregation of the Sacraments, 7 Feb.. 1938.

• **Ordfoario VaJJis Paradisi: BOUSCAREN II p. 192-193.**

1421

1938 FEB 7.-SC RITUUM, INDÜLT. PART.

FaCÜLTàS **THUR1FICANDI IN MISSIS CANTATIS SINE MINISTRIS CONGREGATIONI CASINENS1 O. S. B. CONCESSA**

Precis - Abbas Generalis Congregationis Casinensis a Primaeva Observantia Ordinis Sancti Beneoictt. a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa » humillime efflagitavit. ut in ecclesiis monachorum et monialium ejusdem congregationis thurlfieare liceat in mistis vivorum cantatis sine sacris ministris.

Riscr. - Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum. Ita precibus annuit ad proximum quinquennium. ut in memoratis ecclesiis pro missi» cantatis vivorum sine sacris ministris thuniicatio adhiberi valeat in festis duplicibus i et n clawixs. m Dominicis et festis de praecepto etiam suppressis. Servatis dc cetero rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumquc.

Die 7 Februarii 1933.—A C-nixa. S. R. *C. Secr.* Henri us Dante. Subsecr.

• **AOSD 46 (193S) 23.**

1422

1938 FEB 19.-SC S. OFF.-PROP. FIDE, RESP. PART.·

De **BAPTISMO PARENTUM QUI EDUCATIONEM CATHOLICAM PROLIS PROMITTERE NEQUEUNT, ET DE MATRIMONIO EORUM QUI 03 LEGES CIVILES EDUCATIONEM CATHOLICAM UNIVERSAE PROLIS TUTAM REDDERE NON POSSUNT**

Dubia - *Excellentissime Domine.* Dubia ct explicationes a Te datas circa peculiares difficultates, quae m istis regionibus cx consuetudinibus oriuntur contra catholicam educationem prolis, habitae vel nasciturae a neophitis, ad Supremam S. C. S. Officii relata sunt.

Adiunctis a Te expositis rite examinatis. Suprema illa S. Congregatio, per litteras die: 19 elapsi mensis februarii, ita respondit:

1) Utrum Missionarii baptizare possint parentes catechumenos, quorum proles major natu non vult converti ; aut qui super prolem minorem juxta mores terrae omne jus amiserunt, qu:a eam tradere tenentur parentibus suis paganis necnon mahumetanis. qui impediunt educationem catholicam, et hac de causa ipsi (coniugcs) conversionem aut educationem catholicam universae prolis promittere non possunt;

2) Utrum Missionarii in matrimonium conjungere possint catholicos qui iuxta mores terrae unam aut aliam prolem nascituram parentibus aut tutoribus paganis necnon mahumeianis tradere tenentur, qu: educationem catholicam impedire praevidentur ;

31 Utrum valide dispensari possit super impedimento disparitatis cultus cum iis qui super maiores natu potestatem amiserunt, aut qui juxta mores terrae unam aliamve prolem nascituram parentibus aut tutoribus paganis necnon mahumetanis tradere tenentur, qui educationem catholicam imped're praevidentur, et propter hoc contrahentes educationem catholicam universae prolis promittere non possunt.

Resp. Ad primum et ad secundum : Affirmative, dummodo partes paratae sint facere quod in se est ad fovendam conversionem ct obtinendam catholicam educationem universae prolis;

Ad tertium: Affirmative quoad primam partem (seu quoad casus in quibus proles catholica jam est nata maiori, quoad secundam partem (seu in aliis casibus) *Affirmative.* dummodo partes paratae sint facere quod in se est ad obtinendam catholicam educationem univorsae ?roli

Quo clarius Tibi fiat relatum S. Officii Decretum, exemplar hisce litteris inclusum datur nolarum cxplicantium ab ipsa S. S. Congregatione S. Officii editarum. (*)

Interim, faustissima quaeque adprecans. ea, qua par est, observantia, maneo Excellentiae tuae addictissimus in Domino P. Card. Fvmasoni-Biondi. *Praef,* Celsus Costantini. Secr.

♯ Exemplar litte.-rura huiusmodi erat tenoris:

Notae Exfucativae

Huius S. Congregationis in datis ad prcpoMta Duba Responsis mens ea est. ut ex una parte, gravis pirrttum obligatio catholice baptizandi ct educandi prolem fuma omnino et integra manent, cx altera aukm parte fidelibus ex catcchumcn:s ne gravius opus imponatur, qurni quod Dei ct naturae lege ipsis impositum est.

Et sane gravissima et indispcnsabihs est parentum obligatio providendi pro scire ct posse catholicae educationi universae prolis; ct Ecclesia hanc legis divinae ouagaUonem suis legibus magis determinat eamque urget inter ilia severissime prohibendo, quominus inter personas mixtae religionis vel disparis cultus matrimonia fiant, nisi antea cautiones praestitae fuerint de universa prole cathol.ee tantum b.iptlxar.da et educanda, et moralis habeatur certitudo de cautionum implemento (can. 1061. 1071, 11151. Eos autem qui deliberato consilio contra prolis catholicam educationem agunt. Ecclesia gravibus plectit pocr.ii ican. 2319. paragr. 1. n. 2-4).

Quae cum ita sint, fideles et catechumeni, qui propria culpa huic gravi simae obligationi implendae desunt, ab Ecclesia ad suscipienda sacramenta non admittuntur neque, n ea indigent, dispensationc super impedimentis matrimo-*r:* ilibus ornantur, cum debita et necessaria dispositione interna carere dici debeant.

Desunt autem huic obligationi non solum il. qui de industria faciunt propriam prolem omnino non baptizari et sine omni religione educari, aut baptizari et educari extra Ecclesiam catholicam; sed ii quoque, qui mera negllgentia omittunt educationem catholicam positive procurare, imo qui. licet possint, non praecavent aut non removent pencula quibus educatio catholica in discrimen vocatur vd graviter patitur nocumentum Omnis enim obligatio, quae est ad necessarium finem obtinendum, est etiam obligatio ad med'a adhibenda, sine quibus Unis obtineri non potest et ad removenda obstacula, quae assecutioni sese opponunt Quapropter Ecclesia eos. qui drt' -minatum qtrddam matrimonium inituri sunt, in quo catholicae educationi providere non poterunt, suis Hrlbus ob h^c matrimonio ineundo arcet denegando requisitam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, atque exigit, ut «i nubere velint, aliud quaerant matrimonium. in quo gravi educationis catholicae obligationi satisfacere queant-

In sinru'it igitur casibua. in quitus catholica educatio dicitur dubia ve! impossibilis. Missionarii primo inquirant oportet, numquid cnmuges vel sponsi. sive hoc sive Illo modo. iDSi <int causa assertae inerrtitudinis vel impossibilitatis. Quod si ita est. comuges vel sponsi, nisi antea mentem efficaciter mutaverint, neque sacramentis muniri neque requisita di^jensatione ornari poterunt Qucd idem rervari debet, etiamsi causae tantummodo negativae dici debeant, eo scilicet quod nupturientes. ?uvi« p<e-nnt et debeant, aliorum malae voluntati, qui catholicam educationem impediunt, se non opponant, vel quod alia obstacula. quae ci adversa sunt, non removeant.

Si Missionariis constiterit, comuges vel sponsas nuUo m^-do esse in culpa, adhuc lis inquirendum restat, utram tale discrimen educationis catholicae, in solo determinato matrimonio quod sponsi inituri sunt habeatur, an etiam in aliis connubii» quae ipsi mire queant. Si enim fidelibus vel catechumenis est facultas ineundi alia connubia. in quibus discrimen catholicae educationi timeri non debeat. » determinato matrimonio ineundo, in quo catholica educatio ert Incerta vel impossibilis, abstinere debent. Dec enim cauaa proportionate gravis, oh quam tantum prolis domnum permittere possint nupturientes.

Atlarnen in diiudicanda et urgenda parentum oblntione negllgi non debet, qurd alius sit modus, quo parentes «lutem ct catholicam educationem prolis maioris vel eius oui lam ad plenum usum rationis pervenit procurare debent et alius modus quem servare possunt et debent circa infantes, qui usum rationi nondum habent. Prolem maiorem parentes gcneratfm ad religionem catholicam perducere nnn possunt ntsi monitionibus, precibu' preprionue vitae Christianae exemplo; et ab ipsius prolis libera voluntate imprimis dependet, utrum rellelnrl catholicae s; dare velit, necne. Quapropter «I proles maior catholici fieri recurat. Ideo parentes α sacramentis rrciplerdis arcendi non sunt, quoties ipsi fecerint, quod facere potuerunt

Et qu-d dictum est. sub forma generalis princlpü poni potest et debet, prout scouitur: si contuses vel sponsi, sive fideles sive catechumeni sunt, ex sua parte serio faciunt qurd possunt, ut universae prolis baptismus et cathoijra educatio in tuto ponantur: «d ipsi nullo modo sunt cau<i <ncc poeittva nec negativa neque mediata neque ixntnedtata), cur nihilominus catholica eduratio dubia vel tmDosfliblls evadat; si insuper illis non est optln alterius connubii. in quo non sit eadem incertitude vel impossIbl-

Lias. IU ut. si hoc damnum prolis evitare vellent, omnino AflUDU manere deberent (haud raro cum notabili salutis xurrue periculo): hisce in circumstantiis coniugcs vel jrensi a dicto matrimonio arcendi non sunt, neque deneciadi sunt iis sacramenta neque necessariae ab impedimentis matrimonialibus dispensationes. Lci enim lex, qua parentes ad catholicam omnis prolis educationem obligantur. non ad impossibilia illos ligare intendit. Neque, si faciunt sincere quod possunt facere, ipsi sunt causa, cur rrelrt catholico baptismate et catholica educatione privetur. Quod enim, praevisa quidem impossibilitate catholicae educationis, generent prolem, non reddit eos causam, cur prelei catholico baptismate et catholica educatione prlvereaerando prolem aliquo modo cooperari dicuntur acatholuae eius educationi, si omnino est cooperatio, non est cooperatio nisi materialis, ad quam In casu praestandam «ravissimam habent rationem cohonestantem, naturale sci-L-crt hominis ius ad matrimonium et ad matrimonii naturalem usum. Quo iure et usu. nisi intercesserit grave deletum aut intervenerit hominis libera omnino renuntiatio, nemo, qui ceteroquin matrimonii est capax, privari debet. Est matrimonii celebratio et usus in tali casu actio cum duplici effectu, bono scilicet ct rnalo, qui ita inter sc uniuntor, ut bonus sine malo obtineri non valeat. Nam in circumstantiis de quibus agitur propter gentis mores et consoetudines defectus baptismatis ct catholicae educationis reparari non potest ab usu iuris ad statum matrimonialem —et non solum: ad hoc determinatum matrimonium)— tneundum. qui est effectus bonus, unice intentus.

Quapropter quantumvis ex una parte fidelibus ac catechumenis gravissima parentum obligatio prolem catholicam educandi inculcari debeat, ex altera parte els non pavdus onus imponendum est. quam auctor naturae et gratiae, Deus Ipse, imposuit: neque ab iis exigendum est, ut si. postquam quae facere potuerunt fecerunt, ad catholicam educationem in tuto collocandam, eam obtinere non potuerunt, aut innupti maneant aut exstent sacramentis et gratiis Ecclesiae privati.

• Ordinario Sundae Minoris: CpR 19 (1938) 74-75 et Syllc>9c ■ 206 bls. Adn. E J. M. in CR 15 (1938) 549; CpR 19 (1938) 75-78. Vide infra decr. 5. Off. sub die 1938 Apr. 21: LE 1431.

1423

1938 **FEB 2I.-SC RELIGIOSORUM, INDÜLT. PART.**

Conceditur facultas mutandi constitutiones monialium **CT CUM NOVIS STATUTIS A SORORIBUS EXTERNIS SERVANDIS CONCORDARE POSSINT**

Preces - *Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ordinis Cisterciensium Reformatorum ad pedes Sanctitatis Xestrae provolutus, nomine quoque Abbatissarum monasteriorum Ord. Cist. Ref. et de consensu respectivorum Exc.rum Ordinariorum earum, humillime exponit quae sequuntur:

Capitulum VII tertiae partis Constitutionum Monialium eiusdem Ordinis, die 22 Iulii 1926 a S. Sede approbatarum. In quo agitur de Sororibus externis, iam non omnino concordat cum « Statutis n Sororibus externis servandis > a S. Congregatione de Religiosis die 16 Iulii 1931 promulgatis [LÈ 1042].

Idcoque Orator humillime implorat a Sanctitate Vestra mutationes prout infra:

192. Le service extérieur du monastère se fera par des Soeurs tourières.

193. L'Abbesse prendra, pour celles qui se présentent en cette qualité, les renseignements requis.

194. Pour la réception, le postulat, Je noviciat, les professions, el tout ce qui concerne les Soeurs tourières. on s'en tiendra exclusivement aux prescriptions contenues dans les « Statuts pour les Soeurs Tourières > promulgués par la S. Congrégation des Religieux le 16 juillet 1931.—Et Deus.

Rescr. - Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposia. attentis expositis et audito voto Rev.mi Procuratoris Generalis Ordinis Cist Ref.. benigne adnuit pro gratia juxta preces, et mutationes inserantur Constitutionibus, servatis ceteris de jure servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 21 februarii 1938-Fr. L. H. Pasetto, *Secr.* Robertus Sposetti, Stud. *Adiutor.*

• Procuratori Generali Ordini» Côtercîemum Reforma!orum: CpR 19 (19^49-150. Adn. CpR 19 (1933) 150-151.

1424

1938 FEB 22.-SC RELIGIOSORUM, INDÜLT. PART.·

Datur facultas sororibus externis ingrediendi clausuram **PAPALEM .MONASTERII AD EXERCITIA SPIRITUALIA PERAGENDA**

Preces - *Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ordinis CIsterciensium Reformatorum, annuens votis, a Capitulo Generali Ordinis approbatis, omnium Abbatissarum eiusdem Ordinis, ad pedes Sanctitotis Vestrae provolutus, humillime implorat, pro Sororibus externis, cum Professis tum Noviliis ct aspirantibus, facultatem ingrediendi clausuram ad peragenda exercitia spiritualia, quibus quotannis, et omni mense pro horis diurnis unius diei, vacat communitas. Et Deus.

Rescr. - Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum. S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Revjni P. Procuratoris Gen.lis Ord. Cisterc. Ref.. Revjno P. Abbati Generali benigne commisit ut pro suo arbitrio et conscientia gratiam concedat juxta preces, ad decennium, adhibitis cautelis ne quod oriatur inconveniens, et Ito ut ingressus et regressus recto tramite fiat

Datum Romae, die 22 februarii 1938.—Fr. L. H. Pasetto, *Secr.* Carm. Parisi. *Adj. a Studiis.*

• *Procuratori* Gen. Ord. Gsîercknsium RaJomatonxm· CpR 19 (1938) 151. Adn. CpR 19 (1938) 152-153.

1425

1938 MAR 3.-SC CONCILII, INDÜLT. PART.

Facultas satis faciendi praeceptum paschale tn quolibet **ANNI TEMPORE OCCASIONE MISSIONUM AD POPULUM**

Preces - *Beatissimo Padre,* Il Procuratore Generale della Congregazione della Missione, prostrato ai pfedi di Vostra Santità, domanda uniiImente la grazia che la santa Confessione e Communione fatta nelle Missioni date durante Fanno dal suol Confratelli, i Preti dclla Missione di S. Vincenzo deTaoll, possa valere anche aDa soddisfazione dei *Precetto* pasquale. senza pero detrimento della legge della S. Chiesa. perché i Missionary usando del privilegio per la soddisfazione del precetto. raccomanderanno al fedeli la froquenza dei Sacramenti. specialmente nel periodo dclla santa Pasqua in ossequio alia legge delln Chiesa.

Che della grazia etc.—Roma, 11 3 marzo 1938.

Rescr. - Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, gratiam iuxta preces benigne impertita est ad quinquennium de consensu tamen Oroinarii loci et servatis de iure servandis.

Datum Romae, die 4 martii 1938.—J. Card. Serafini, *Praef. J.* Bruno, *Secr.*

• Procur»:orl Gen. Congr. Milonii. Prol N. 1257/33: ME 50 (1938) 70.

1426

1938 MAR I2.-S. PAEN,, DECR. AAS 30 (1938) 111-112

Conditiones ad validam sacrarum < viae crucis » stationum **ERECTIONEM EX NOVO STATUUNTUR**

lamdiu ac saepe huic S. Tribunali significatum fuit multiplicitatem conditionum ad validitatem erectionis stationum « Viae Crucis > hucusque requisitarum haud raro occasionem dedisse omissioni, ut plurimum involuntariae. unius vel alterius ex lis, el consequenti exinde invaliditati erectionis eiusdem. Huic lamentabili defectui infra scriptus Cardinalis Maior Paenitentiarius occurrere efficaci remedio cupiens, totam rem deferendam esse Summo Pontifici censuit. Itaque Sanctitas Sua. in audientia eidem benigne concessa die 11 mensis Ianuarii vertentis anni» spirituali animarum piarum bono semper prospiciens, ac summopere exoptans ne christifideles priventur sacris indulgentiis, huic salutari exer-

citio adnexis, — quas Ipsemet ex novo statuerat per Decretum « Pium *Viae Crocis* exercitium › sub die 20 Octobris 1931 [1] — abrogatis singulis conditionibus hactenus vigentibus, benigne decernere dignatus est ad validam stationum t Viae Crucis » erectionem sufficere
112 ut sacerdos, id/circo rogatus, debita facultate sit praeditus. iuxta Decretum ‹ Consilium suum persequens ▮ datum die 12 Martii 1933; [3] prorsus tamen decere, ratione praesertim ecclesiasticae disciplinae, ut singulis vicibus» nisi agatur de locis exemptis, accedat venia Ordinarii loci, ubi facultas exercetur, saltem rationabiliter praesumpta, quando Ordinarius facile adin nequeat, Praeterea eadem Sanctitas Sua statuit ut omnes • Viae Crucis › erectiones, quaecumque ex causa hucusque invalide peractae, huius Decreti vigore sanatae maneant.

Contrariis quibuslibet etiam mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae. die 12 Martii 1938.—L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.* S. Luzio. *Regens.*

[1] *Acia Apcjl. Sedis,* vol. XXIII. pag. 522 [3] *Acta Ap^t Sedis.* ro! XXV, pxg 170. (LE 1160 sub die 1333 Mar 201.

Adn. **E. BERGH in NrT 65 (193S) 731-733; I. PAUWELS in PrM 27 (1938) 265-266; REGATILLO n. 452; AOFM 57 (1933) 205-207; CR 14 (1933) 559.**

1427

1938 MAR 25. PIUS XI. MP. AAS 30 (1938) 154-159

De **IURISDICTIONE**
SACRAE CONGREGATIONS PRO ECCLESIA ORIENTALI
PIUS PP. XI

Sancta Dei Ecclesia, quamvis inde a primo Christiani nominis saeculo cx Orientis et Occidentis fidelibus coaluerit, una tamen omnino est: atque adeo Romani Pontifices, quippe Beati Petri Apostolorum Principis successores. cui Christus Dominus pascendi universi gregis auctoritatem concredidit, summam de orientalibus etiam christifidelibus curam nullo non tempore egerunt, ut iidem et integram fidem, et firmam disciplinam, et florentem etiam pietatem divinumque cultum retinerent; ideoque maiorem cotidie prosperitatem amplitudinemque adipiscerentur.

Quodsi per temporis decursum hacreses. schismata ac frequentissimae diuturnaeque infidelium incursiones dominationesque ita Orientalis Ecclesiae populos divexarunt ac fere penitus prostravere, ut mirari liceat quod christianae vitae mores, etsi interdum ad extremum adducti, adhuc tamen superstites evadant: itemque si nonnulli, nimio unitatis concordiaeque amore compulsi, cum non satis Orientalium res atque indolem cognoscerent. vcl sacros eorum ritus corrumpere vel cos ad latinos ritus redigere enisi sunt, at Romani Pontifices, decessores Nostri, hisce nisibus pro facultate, nullisque rcendo laboribus, obstiterunt Iis siquidem curae fuit creticorum et schismaticorum retundere audaciam, strenuos fidei unitatisque athletas omni ope iuvare. incertos confirmare nutantesque animos, ac seiunctos fratres ct filios cum Sua Ipsorum voce tum per legatos ac missionales suos ad unum lesu Christi ovile assidue revocare. Parique modo nihil reliqui fecerunt, ut quae Prlncipum incuriâ atque discordia quam latissime inundarent vastatrices colluviones, eas viribus omnibus com-
155 pescercnt atque repellerent/

Cum vero Summi Pontifices certiores facti sunt quosdam eo contendere, vel ut Orientales a suis ritibus averterent, vel ut peculiare quiddam in iisdem immutarent. non opportuna haec tentamina improbarunt atque corumdam rituum integritatem sartam tectamque servare voluerunt Romanis enim Pontificibus mens est bturgxam rerum varietatem, quae ex peculiari populorum ingenio atque indole invecta est, non modo sanctae fidei divinique cultus unitati non repugnare, sed eam potius comcndatione ac laudibus exornare; quandoquidem ex hoc capite facile eruitur unam eamdemque catholicam religionem et omnium vel diversarum gentium naturae ac moribus respondere optime, ct uberrimos variaque pulchritudine distinctos edere fructus. Huc accedit quod singuli unius cuiusque bturgiac libri, pro sua cx antiquissimis temporibus integritate, avitam fidem invicte luculenterquc testantur, qua veteres Christianitates mysteria et sacramenta, peculiari modo a Novatoribus hodie hostiliter impugnata, amplectebantur ac religiose venerabantur.

Eiusmodi Summis Pontificibus cura fuit, hoc in rerum ordine, ante Sanctam Tridentinam Synodum. Postea vero, ad res aptius faciliusquc expediendas, appetitu instituerunt Congregationes; itaque decessor Noster L r, Gregorius XIII, altero Pontificatus sui anno, eo quidem consilio, ut orientales ritus vcl servaret incolume vel pro rerum adiunctis in pristinum decus restitueret, itemque ut christifidelium numerum, qui hos eosdem ritus profiterentur, data opera augeret, peculiarem condidit *Congregationem dc rebus Graecorum,* quam Clemens VIII in *Congregationem super negotiis Fidei et Religionis Catholicae* immutando transtulit, eidem concredens non modo Ecclesiae Orientalis curam, sed munus etiam propagandae fidei cum in Occidentis populos, qui ad Novatorum errores declinaverant, tum in eas etiam regiones, quae novissime exploratae fuerant Itaque, quamvis de speciali Congregatione ageretur, quae postea iure meritoque *Congregatio de Propaganda Fide* nuncupata fuit, idem tamen munus iam sibi demandatum habebat, quod Gregorius XV Generali Congregationi commisit ab se hoc eodem titulo constitutae, id est « praesidendi missionibus omnibus ad praedicandum et docendum Evangelium ct catholicam doctrinam »; atque adeo in novam Congregationem confluxit ab eodem Gregorio XV conditam.

Quae Sacra Congregatio ex eo tempore unum fuit atque unicum Officium Pontificium Missionibus usque quaque provehendis. Attamen, peculiari condicione Juridica perspecta Orientalium Catholicorum, qui sub Turearum dominatione versabantur; itemque haud mediocri diver sitate perpensa suae ipsorum liturgiae ac disci- 15E
phnae, facile paulo post necessitas in comperto fuit demandandi scilicet peculiaribus Congregationibus.quae in Generalis Congregationis gremio de *Propaganda fide* coaluerant, graviorum negotiorum expeditionem, quae ad easdem gentes pertinerent. Quapropter Urbanus VIII Congregationem instituit *super dubiis Orientalium,* atque alteram *super correctione Euchologii Graecorum;* iisdem vero agendi rationibus Pontifices usi sunt usque ad decessorem Nostrum f. m. Pium IX. praeter tamen Clementem XI. qui. cum Euchologii emendationem perficere vellet, ac ceteros omnes Orientalium liturgicos libros recognoscere. Congregationem excitavit « super *correctione librorum Ecclesiae Orientalis* ». utpote stabilem Congregationem, a Sacro Consilio de *Propaganda fide* seiunctam.

lamvero. decessor Noster, quem supra memoravimus. Pius IX eo consilio permotus, ut id genus causa, pro diuturno rerum usu atque experimento, firmiore aptioreque ratione ordinaretur, novam condidit Congregationem a S. C. *de Propaganda fide* distinctam. Novo huic Sacro Consilio cui titulus inditus fuit S. C. *de Propaganda fide pro Negotiis Ritus Orientalis,* pertractare curae erat ‹ omnia Orientalium negotia, etiamsi mixta, quae scilicet sive rei, sive personarum ratione Latinos attingerent ». Quae quidem Congregatio, quamvis proprio frueretur Secretario proprioque Secretariae officio, eidem tamen, ac S. Congregatio de *Propaganda fide.* Praefecto sublidebatur, cuius idcirco erat utriusque Congregationis operam disponere atque digerere, cum res ad eamdem regionem pertinerent. Quoniam vero S. Congregationi *de Propaganda fide* obnoxia erat, eiusque titulum retinebat, nonnullis, etsi non recte, videbatur veluti quoddam eiusdem Congregationis supplementum; atque adeo Catholici Orientales Latinis subiecti videbantur et quasi infidelibus haereticisque Occidentis exaequati

Quamobrem decessor Noster p. r. Benedictus XV. cum optaret ut vel species evanesceret contumeliosae huius suspicionis. Apostolicis Litteris *Dei Providentis'* Motu Proprio datis die 1 mensis Mail, anno mdccccxvii (LE 311. *Sacram Congregationem* instituit Pro Eccleria Orientali, a S. C. *de Propaganda fide* omnino seiunctam. Cui quidem novae Congregationi, ut peculiarem suam Orientalibus Christianitatibus benevolentiam ac curam testarentur, ipsum Romanum Pontificem praesidere voluit eidemque facultates omnes attribuit. « quas al ‹ Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, salvo tamen iure Congregationis S. Officii ». Verumtamen attributas facultates conclusit atque contraxit ‹ ad negotia.' quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive 157

[1] **Acta Ap.** *Sedis,* **roi IX. p. 529 sq.**

id ritus Ecclesiarum Orientalium referuntur, etiamsi mixta, quae scilicet sive rei. sive personarum ratione. Latinos quoque attingant »; ita ut Latini, qui in Christiani Orientis regionibus commorantur. Sacrae Congregationi de *Propaganda fide* subiccti adhuc essent.

Qua posita Jurisdictionis duplicitate, perdifficile prorsus erat validam cam assequi regiminis unitatem expeditamque negotiorum administrntionem, quae omnino requiruntur, ut et quantocius diversitates dissensioM<que dilabantur, quae inter fideles dissimilium rituum ibsinulisque disciplinae facile oriuntur, ct apostolatus ctriiatisque opera, quae praesertim ad Actionem Catholcam attinent, efficientius usque ordinentur ac promoveantur, et catholicorum denique vires omnes in unum coeant ac coalescant, quemadmodum praesentium rerum xdiuncta procul dubio postulant, nedum consulant.

Nos igitur, cum vehementer exoptemus, ut insignia illa beneficia, quae perfecta unitas ac peculiaris regiminis ratio suapte naturâ inducunt, dilectissimis Orientis Ecclesiis tuta pro facultate servemus, postquam rem diu multumque Nobiscum consideravimus, ac supplices Deo Nostras adhibuimus preces. Motu Proprio, certa scientia, ac de apostolicae plenitudine potestatis, haec omnia, quae sequuntur, decernimus atque statuimus:

I. - Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, cui praeest ipse Romanus Pontifex, plenam et exclusivam iorisdictionem habet in regionibus quae sequuntur: in Aegypto et in peninsula Sinaitica, in Erythraea ct in parte septentrionali Aethiopiae, in Albania australi, Bulgaria, Cypro. Graecia, Dodecanese, Iran, Iraq. Libano, Palaestina, Syria, Transjordania, asiatica Turearum rcpublica et in Thracia Turearum dicioni sublecta.

II. - Quare in praefatis regionibus non solum pro fidelibus ritus orientalis, sed etiam pro fidelibus latini ritus eorumque hierarchia, operibus, institutis, piis societatibus, eadem Sacra Congregatio omnibus facultatibus potitur, quas aliae Congregationes pro fidelibus ritus latini extra illa territoria obtinent, incolumi tamen iure Congregationis S. Officii, ac integris manentibus quae huc usque reservata sunt S. Congregationi de disciplina Sacramentorum, S. Congregationi Sacrorum Rituum, S. Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus ac Sacrae Paenitentiariae.

III. - Quoad fideles ritus orientalis, extra praefatas regiones commorantes, firma manet in omnibus Sacrae u Congregationis pro Ecclesia/ Orientali competentia. Quare ei reservantur omnia cuiusque generis negotia, quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritum orientalem referuntur, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione Latinos quoque attingant; eique pro his fidelibus omnes facultates attributae sunt, quae ad alias Congregationes pro fidelibus ritus latini pertinent, salvo semper iure Congregationis S. Officii et integris manentibus quae huc usque reservata sunt S. Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus ct Sacrae Paenitentiariae.

IV. - Haec Sacra Congregatio controversias dirimit via disciplinari; quas vero ordine Judiciario dirimendas judicaverit, ad tribunal remittet quod ipsa Congregatio designaverit

V. - Christiani Orients regiones, quas supra memoravimus, in exclusivam S. *Congregationis pro Ecclesia Orientali* iurisdictionem gradatim devenient, temporibus nempe, quae infra singillatim designamus:

a) die prima mensis Iunii, anno mdccccxxxvht, in exclusivam Sacrae huius Congregationis iurisdictionem transibunt Palaestina, Transjordania. Aegyptus. Peninsula Sinaitica et Cyprus;

b) die prima mensis lanuarii, anno mdccccxxxix, Graecia, Dodccancsus. australis Albania, Bulgaria, asiatica Turearum respublica et Thracia Turearum dicioni subiecta;

c) die prima mensis Iunii, anno mdccccxxxix, Syria, Libanus, Iraq et Iran.

VI. - A die, quo praesentes ApostoVcae Litterae Motu Proprio datae promulgabuntur, ad diem usque, quo singulae regiones in exclusivam S. ConfTrcpationis pro *Ecclesia Orientali* iurisdictionem devenient, nullum opus nullumque institutum condi poterit, neque ulJa rerum condicionibus immutatio fieri, quin antea consensio intercesserit S. Congregationis pro Ecclesia Orientali.

VII - Cum Christiani Orientis regiones in exclusivam *S Congregationis pro Ecclesia Onentali* Jurisdictionem devenerint, documenta, quae ad easdem regiones «pectant, quaeque in Tabulario S. *Congregationis de Propaganda fide* asservantur, Tabulario S. Congregationis Orientali Ecclesiae praepositae demandanda ac tradenda sunt, prout res fieri poterit, atque ex mutuo utriusque Officii moderatorum consensu.

VIII. - *Sacra Congregatio de Propaganda fide* omnia pecuniae capita, quae operibus atque institutis earum regionum destinantur, quae cxclusivae S. *Congregationis pro Ecclesia Orientali* iurisdictioni attri/butac sunt, eidem Sacrae Congregationi transmittet. Quodsi distincta eiusmodi pecuniae capita non exsistant. *Sacra Congregatio de Propaganda fide* tantum reditus constituat ex aere proprio, quantum universam subsidiorum summam exaequet, cum ordinariorum, tum extraordinariorum, quam eadem Sacra Congregatio quotannis ad has regiones pro suis cuiusque operibus atque institutis mittere solebat Extraordinaria autem subsidia ex media quantitate pecuniae designanda sunt quae superiore triennio, hoc est annis mdccccxxxv - mdccccxxxvi - MDCCCcxxxvn, ad has easdem regiones quotannis missa fuit

IX. - *Pontificium Opus a Propagatione Fidei* eam summam quotannis reddet *Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali,* quae comparationem proportionemque immutatam servet inter universam subsidiorum summam, cum ordinariorum, tum extraordinariorum, quae postremo triennio, ut supra diximus, in Orientalium ac Latinorum causam pro iisdem regionibus erogata sunt, ac proventuum redituumque summam, quam memoratum Pontificium Opus eodem triennio coacervavit

X. - *Pontificium Opus a S. Petro Apostolo pro Clero Indigena* quotannis *Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali* eam summam transmittet, quae duas centesimas partes exaequet omnium redituum ac proventuum eiusdem Pontificii Operis.

XI. - Substitutus *Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali ex* iure Consilium Generale Superius participat Pontificiorum Operum a Propagatione Fidei et a S. Petro Apostolo pro Clero Indigena.

Quae autem heic a Nobis statuta sunt, ea firma ac valida in perpetuum esse volumus ac iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiarissima mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Martd in festo Annuntiationis B. M. Virginis, anno MDCCCCxxxvni, Pontificatus Nostri decimo septimo.— Pius Pp. xi.

Adn. I, CREUSEN In HrT 65 (1938) 979-986; C MAZON In PrM 27 (1938) 237-239; D. 5TAFFA In Apoll. 11 (1938) 358-376; IP 18 (1938) 137; ME 50 (1938) 134-136.

1428

1938 MAR 30.-SC &. OFFICII. RESP. PART.

Circa cautiones aequipollentts in matrlvoniis **Mixns IAPONIAE**

Vide textum sub die 21 Apr. 1933: LE 1431.

• **Ordinariis laponisc: S7IJO9V n. 206 bh.**

1429

1938 MAR 30.-VICARIATUS URBIS» NOTIF. PART.·

Circa missam votivam cordis iesu in prima feria **VI** mensis; celebrationem missae et distributionem ss. communionis **IN ALTARE UBI SS. SACRAMENTUM SOLEMNITER EXPONITUR; ET MISSAS · DE REQUIE. PRAESENTE CADATERF »**

Per dtsposlzlonc deli'Efho Signor Cardinale Vicano si richiama Tattenzione dei Rflïl Parroci ct Retturi dcUe Chiese di Roma suile prescriziom hturtffche dei s«urn'.i Decreti della Sacra Congregazione dei Riti. onde ne eurino Vesatta osservanxa.

1'1 Nelle Chiese ed Oratori pubhbci, dose, nel primo venerdi di ogni mese. coi permesso deUOrdinario, »i praticano al mattmo speciali esercixi di pietA in onorr del Sacro Cuore di Gesu. si puô ad essi unire la ceiebrarone di una Messa votiva dei S. Cuore. servetis rubnru (A A S 1KII p. 289. *Toletana.* 1 Febr 1930).

2 E' vleuto dl celebrare la Santa Messa all'altarc dove è esposto U SS.mo Sacramento. (D. *Angelopolitana* ad V. (1421). del 13 Giugno 1671. *Soc. I.* (3446) II Mail 1876 ad I: *Marianopolitana* ñ 4353. 17 Apr. 1913: ResuL Dub. A. A. S. 1927 p. 289. *ToUtana,* 1 Febr. 193Û).

3·) ET vietato altresl di distribuire la S. Comunlone. senza speciale induito, all'altare dove è esposto il SSjdo Sacramento. (D. *Soc. T.* (3446) ad I et ad V. dell'Il maggio 1878. *Marianopolitana* ñ 4353. Resol Dub. A. A. S.. 1927. p. 289).

4·) Le messe private * de *requie, praesente cadavere* possono essere celebrate nelle Chiese ed Oratori pubblici. «olo se si fa nella stessa Chiesa Il funere con la Messa esequale, *servatis rubricis. (D. Romana* 12 gennaio 1897).

5Ω Nelle messe esequlali Jette o cantate, l'assoluzione al cadavere, se non è compluta daUOrdinario. deve essere compluta dal Sacerdote celebrante e non da altri (D. Brio*cen.* ad X. dei 12 agosto 1854).

Dal Vicariato, il 30 Marzo 1938.—Luigi Traglu. Arc. di Cesarea. *Vicegerent.*

• BolietIno dei Clero Romano 19 (1938) 50-51; Adn. I. P. in LL1P 52 (1933) 34-38.

1430

1938 APR 15.-SC STUDIORUM. EPIST. PART.·

Theses circa sttrpem humanam (razzismo) reprobantur

Reverendissime Domine, In Nativitatis Domini Nostri pervigilio, proxime elapso anno. Augustus Pontifex, feliciter regnans, ad Eminentisslmos Purpuratos Patres et ad Romanae Curiae Praelatos de gravi, qua catholica Ecclesia in Germania afficitur insectatione, ut omnes norunt, moerens allocutus est

Id vero Beatissimi Patris quam maxime opprimit animum quod ad tantam iniustitiam excusandam impudentes interponunt calumnias atque doctrinas perniciosissimas. falsi nominis scientia fucatas, longe lateque spargentes et mentes pervertere et veram religionem eradicare conantur.

Quae cum ita sint Sacra haec Congregatio studiorum Universitates Facultatesque catholicas admonet ut omnem suam curam atque operam ad veritatem contra grassantes errores defendendam conferant.

Itaque magistri, pro viribus, e biologia. historia, philosophia, apologetica et disciplinis iuridico-moralibus arma sedulo mutuent ut perabsurda quae sequuntur dogmata valide scileque refellant:

1. Stirpes humanae indole sua. nativa et immutabili. adeo inter se differunt ut infima ipsarum magis distet a suprema hominum stirpe quam a suprema specie brutorum.

2. Stirpis vigor et sanguinis puritas qualibet ratione conservanda et fovenda sunt; quidquid autem ad hunc finem ducit eo ipso honestum licitumque est.

1 Ex sanguine, quo indoles stirpis continetur, omnes qualitates intellectuales et morales hominis, veluti e potissimo fonte, effluunt

4. Finis praecipuus educationis est indolem stirpis excolere atque animum flagranti amore propriae stirpis, tamquam summi boni, inflammare.

5. Religio legi stirpis subest eique aptanda est

6. Fons primus et summa regula universi ordinis iuridici est instinctus stirpis.

7. Non exsistit nisi Kosmos. seu Universum. Ens vivum: res omnes, cum ipso nomine, nihil aliud sunt quam variae formae, per longas aetates succrescentes. Universi Viventis.

8. Singuli homines non sunt nisi per · Statum » et propter ‹ Statum >; quidquid iuris ad eos pertinet ex Stilus concessione unice derivatur.

Quisquis autem his infensissimis placitis alia facile addicere potent

Sanctissimus Dominus Noster, huius S. C. Praefectus, pro certo habet Te, Reverendissime Domine, nihil intentatum relicturum ut quod a Sacra Congregatione praesentibus litteris praecipitur, ad effectum plene adducatur.

Qua par est observantia Tibi in Christo addictissimus.—E. Rütflm. Secret.

• ME 50 (1938) 175-176. Adn. P. CHARLES In NrT 66 (1939) 131-156; J. FOLLIET In NrT 66 (1939) 204-231] P. LOSSON ia NrT 66 (1939) 157-181; E. ROSA ln ME 50 (1938) 177-185· YVES DE LA BRIERE in Etude· 235 (1938) 804 m; NrT 65 (1939) 236.

1431

1938 APR 21.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

Circa cautiones aequtpollentes in matrimoniis mixtis japoniae aliquando solae praestandae

Dal Palaxro del S. Offlrio, 21 aprile IS33

Efilo e ReviTio Signor Mio Ossmo, Con lettera in data 28 ottobre 1937. N. 3112-37 cotesta S. Congregazione di Propaganda Fide trasmetteva al S. Offizio il rapport) dclTEccmo Delegato Apostolico dei Giappone relativo alie cauzioni solite ad esigersi per *i* matrimoni da contrarsi tra una parte cattolica e una acattolica.

Esaminata la grave questione tanto sotto l'aspetto giuridico come di fronte alie circostanze di fatto che si verificano nel Giappone, questa Suprema S. Congregazione nella Feria IV. 30 marzo 1938, propostasi il dubio:

« Utrum Ordinarii laponiae, attentis condicionibus particularibus illius regionis, in concedenda dispensatione super impedimentis mixtae religionis aut disparis cultus contenti esse possint cautionibus aequipollentibus, si cautiones formales haberi non possint, aut non expediat eas exigere >.

ha dato la seguente decisione:

‹ *affirmative,* graviter onerata conscientia Ordinariorum localium, et dummodo pars catholica sincere parata sit praestare quod potest ut proles catholice baptizetur et educetur ».

Nella udienza dei 1° aprile 1938 il S. Padre ha approvato la présenté decisione.

Per venire in aiuto dei predetti Ordinari anche nei casi in cui. indipendentemente dalla buona volonté dei coniugi. speciali circostanze ostacolino il battesimo e l'educazione cattolica della prole, questa medesima S. Congregazione ha deciso d'inviare agli Ordinari dei Giappne. per loro opportuna norma, la soluzione recentemente data dal S. Offizio a dubbi analoghi proposti dal Vicario Apostolico della Piccola Sonda. Accludo quindi alla présente una copia della detta decisione e della nota esplicativa con cui fu accompagnata pregando V. E. Revma di volerne ordinare la trasmissione: e Le bacio umilissimamente le mani e con sensi di profonda venerazione mi confermo delTEminenza Vostra Reverendissima.—D. Card. Sbarretti. Vesc. di Sabina e Poggio Mirteto, *Segretario.*

• Ad SC de Prop. Rd·: 5yllo‹je n. 206 bl». S. Adn. Solutionem Ordinario 5ur.d«« Minoris datam una cum Nota explkativa vide ropr» sub die 19 Feb. 1938: LE 1422.

1432

1938 APR 30.-SC STUDIORUM, CIRC. PART.·

Circa gradus obtinendos a clericis et religiosis feminis **APUD UNIVERSITATEM CATHOLICAM MEDIOLANENSEM**

Eccellenza *Reverendissima,* La Sacra Congregazione desidera che un certo numero di Ecclesiastici, distinti per virtù ed ingegno. consegua titoli accademici sia nelle scienze sacre, sia nelle altre discipline, allo scopo di avere Professori iconei e debitamente preparati per i Seminari e Collegi dipendenti dall'Autorità Ecclesiastica.

A tale proposito pero questa S. C.. oltre a richiamare le norme già stabilite dalla Santa Sede con la Istruzione della S. C. Vescovi e Regolari *Perspectum est* (21 luglio 1896 [ASS 29 (1896-97) 359-3G4) e coi Decreto della S. C. Concistoriale *Nemo de Sacro Clero* (30 apnle 1918) [LE 871, fa di nuovo présente la volonté

caressa dal S. Padre, felicemente rognante, che per le Facoltâ esistentl nella Université Cattolica di Milano gli Ecclesiastici, secolari e regolari, e le Religiose si ucrirano α questa *e nc frcquentino i Corsi, subcndo a tempo debito* i relativi *esami.*

VE V. vorrh mettermi in grado di dare all'Augusto Pontefice assicurazioni al riguardo.

Con sensi di stima e di ossequio mi confermo dl Vostra Eccellenza Rev.ma dev.mo per scrvirLa.—Er - xesto Ruffini, *Segretario.*

• **Ordinariis Italiae: ME 50 (1933) 30G-307.**

1433

1938 MAI 3.-SC SACR-, NOTIF. PART.

De clericis redeuntibus a servitio militari **DURANTE HISPANO BELLO**

San Sebastian, mayo 1938

Excmo. y Revdmo. Senor: Cumplo con el deber de comunicar a V. E. la siguiente orden dada por Su Santidad: « Los seminaristas que por causa de la revolucian o dei servicio militar o de cualquier otro motivo, do hubiesen estudiado regularmente en los seminarios o no hubiesen vivido en los mismos, podrân obtener la regularizaciôn de sus estudios, a condlciôn de que pasen serios exâmenes de todas las disciplinas reglamentarias. En ningün caso podrâ ser ordenado tn *sacris* un seminarista que no haya pasado. desde la présenté catâstrofe, dos anos bajo la disciplina del Seminario ».

Para todas las formalidades que han de seguirse con los seminaristas (y sacerdotes) que regresen o regresarân de los servicios militares, se debe tener présente la prescripciôn de la S. Congregaciôn Consistorial *Redeuntibus* (A. A. Sedis, a. 1818, pag. 481 y sgs.) (LE 125). Etc.—Ildebrando, Arzobispo tit. de Synnada, *D. A.*

• *Ordinariis* **Hispaniae per Nuntium Apostolicum: llustradôn del Cero 32 (1939) 245 et 35 (1940) 82. Vide infra: LE 1578.**

1434

1938 MAI 9.-SC CONCILII, FACULT. PART.·

Facultates ordinariis hispantae concessae in **PECULIARIBUS RERUM ADIUNCTIS**

En las Conferencias habidas en noviembre ùltimo en la Abadia de San Isidro de Duenas, se acordô — Terna VI. nùm. 6 — pedir a la Santa Sede. demâs de las facultades ya anteriormente logradas, las siguientes· < La de trasladar a los pârrocos oentro de la Diôcesis conservando el titulo de propiednd de la parroquia a *qua* y en las condiciones que se senalaren; la del uso de altar portâtil donde a juicio del Ordinario fuese conveniente utilizarlo, por circunstancias especiales; la de aplicar a otros fines las rentas de las fundaciones cuyas cargas no se hubiesen podldo levanter por razon de las circunstancias, excepto las de misas, y las de beneficios vacantes durante las dificiles circunstancias actuales; la de reducciôn de misas que se hubiesen acumulado con exceso por fallecimiento de quienes debian celebrarlas e imposibilidad de hacerlo por otros.

La Santa Sede ha concedido benignamente las gracias solicitadas en la forma siguiente:

Traslado de pârrocos.—Siendo muchisimas las parroquias vacantes, no pudiendo en la actualidad celebrarse concursos; y ôciendo inconvenientes el traslado administrativo de los pârrocos a tenor del can. 2162. los Obispos espanoles suplican a la S. Sede facultad de trasladar scgùn su arbitrio y conciencia a los pârrocos a otras parroquias, reteniendo el titulo o propiedad de la parroquia *a qua.*

La S. Congregaciôn concede a] Cardenal Primado las facultades. conforme a las preces, *ad annum,* si duraren las circunstancias.

Altar portâtil.—Atendida la destrucçiôn de los temptas en muchas parroquias y la nccesidad de los fæles. inden los Prelados la facultad dc concéder a los sacerdotes de la propia diôcesis el privilegio de altar portâtil.

La S. Congregaciôn lo otorga *ad triennium* para dicho fin, si durasen las causas; observando lo debido en cuanto a la decencia del lugar para la celebraciôn de la misa.

Rentas de fundaciones.—Muchas cargas de las fundaciones no han podido cumplirse a su tiempo por causa de la guerre civil Las rentas correspond!entes a talcs cargas ayudarian mucho a socorrer las necesidades de otras iglesias y sacerdotes. Por lo cual suplican la facullad de aplicar a otros fines las rentas de las pias fundaciones, correspondientes a las cargas no levantadas, exceptuando las cargas de misas, y las de los beneficios eclesiâsticos, salva en lo posible la voluntad de los fundadores.

Se conceden al Cardenal Primado las facultades segùn las preces, *ad annum,* si durasen las circunstancias.

Reducciôn de misas.—Las cargas de misas provenientes de pias fundaciones, se han acumulado a causa de la muerte violenta de tantos sacerdotes, de suertc que resulta dificil por la escasez de éstos levantarlas debidamente.

Se ruega, pues, a la S. Sede autorice a los Obispos de las diôcesis que en todo o en parte han estado o slguen estando bajo el dominio marxista. para reducir dichas cargas de misas, salvo en lo posible la voluntad de los fundadores.

Concédense al Cardenal Primado las facultades a tenor de las preces, *ad annum,* si durasen las circunstancias.

El Cardenal Primado diô a los Prelados traslado de las preces y de las facultades correspondientes, el 22 jun. 1938.

• **Ordinariis Hispani» Sal Terra 27 (1939) 39-40.**

1435

1938 MAI 26.-SC SACK. INSTR. AAS 30 (1938> 198-207

INSTRUCTIO

De **SANCTISSIMA** eucharistia sedulo custodienda

1. — Nullo unquam tempore Apostolica Sedes locorum Ordinariis praesidia et cautelas suppeditare praetermisit, quibus Ssma Eucharistia, quae asservatur in nostris ecclesiis sive de iure communi sive ex induito, diligenter custodiretur neve ulli profanationi obnoxia remaneret Canonicae disciplinae praecepta, quae temporum decursu ad rem praestituere sategit, hodie recepta conspiciuntur in canone 1269 Codicis Iuris Canonici, qui talia habet:

§ 1. *Sanctissima Eucharistia servari debet* tn *tabernaculo inamovibili* in *media parte altaris posito.*

ξ 2. *Tabernaculum sit affabre cxtructum, undequaque solide clausum, decenter ornatum ad normam legum liturgicarum, ab omni alia re vacuum, ac tam sedulo custodiatur ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur.*

§ 3. Gravi aliqua *suadente causa* ab *Ordinario* loci *probata, non est vetitum sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare, super corporali tamen, in loco tutiore* et *decenti, asservari, servato praescripto can.* 1271.

§ 4. Clanis *tabernaculi, in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, diligentissime custodiri* debet, *onerata graviter conscientia sacerdotis qui* eccler.'ae rei *oratorii curam habet.*

2. — Huic S. Congregationi, cui disciplina septem Sacramentorum tuenda est commissa (can. 249). quaeque iam edidit Instructionem diei 26 Mail I Martii) 1929' « de quibusdam vitandis atque observandis tn *conficiendo sacrificio Missae et Ssihae Eucharistiae Sacramento distribuendo et asservando »,* opportunum visum est canonica praescrita in mentem omnium revocare. quibus Ssihae Eucharistiae asservandae grave sane munus incumbit, brevibus additis explicationibus, aiiaque munimenta et media decernere, nostris tempo

‘ *Acta Ap. Sedis,* vol. XXI. p. «31 seq. (LE B32). › Ctr. S

| F

lite

199 ribus magis accommodata, quibus Ssfha Eucha ristia sedulissime custodiatur et a quacumque iniuria integra praeservetur.

3. — Fidelis observantia praeceptorum quorundam canonum C. I. C. valde confert ad optatum pernobilem finem attingendum. Animadvertatur prae primis duo sub gravi praecipi ut Ssnla Eucharistia m ecclesia possit asservari: I· uf *adsit qui eius curam habeat;* 2° *regulariter sacerdos semel saltem in hebdomada missam in sacro loco celebret* (can. 1265 $ 1). Si vero quandoque Apostolica Sedes ob penuriam sacerdotum indulge! ut sacrum quintodecimo quoque die dumtaxat litetur ad sacras renovandas species, secluso semper earundem corruptionis periculo, nunquam tamen dispensat, immo instanter urget, ut habeatur persona quae die ac nocte Ssmi Sacramenti custodiae incumbat|

Praeterea tria sunt prae oculis habenda in supra relato can. 1269:

α) Ssma Eucharistia asservari debet in tabernaculo inamovibili (4 1) et undequaque solide clauso (4 2); b) tabernaculum tam sedulo custodiendum est ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationisarceatur (53): c) clavis tabernaculi diligentissime sacerdoti custodienda est (§ 4). De singulis nonnulla sunt animadvertenda.

4. — *a) Tabernaculum sit inamovibile et undequaque solide clausum*: ab hoc praecepto per se gravi nec Episcopus valet dispensare nec ei consuetudo etiam centenaria et immemorialis derogare, excepto casu dc quo in 5 3, eoque iam tamquam primo praesidio consulitur securitati custodiae Ssmae Eucharistiae. Clausura vero undequaque absoluta secumfert ut ciborium sit confectum ex materia solida et firma. Equidem iuxta liturgicas leges tabernaculum extrui potest ex ligno, aut ex marmore aut ex metallo,| quae postrema materia est ceteris firmior; quod tamen magis Interest, conficiatur oportet ex solida materia, singulaeque partes intime inter se cohaereant, reseratio maximam exhibeat securitatem ac fortiter ostiolo adhaereat, cuius cardines firmiter sint constituti ac dispositi, qui ipsum ciborio inserant Nonnullis in locis Episcopi praescripserunt ad maiorem Eucharistiae securitatem ut ciborium ex integro metallo consisteret, quae quidem praescriptio, in locis ubi viget, absolute debet observari, ut docet Emus Card. P. Gasparri.* Optimum sane consilium foret si tabernaculum sit vera arca ferrea, quam vocant (vulgo *cassajorte, coffre-fort)* adeo ut nec perforari nec effringi possit mediis, quae ordinarie adhibentur a furi-
2W bus, caque validis ferrets seris altari arcte debet devin'-ciri in infimo eius gradu aut parieti adverso. Haec vero ferreae arcae aut in forma ciborii extrui debent, quae dem sunt marmoreo lapide contegendae ceterisque ornamentis condecorandae, adeo ut speciem cuiusdam operis affabre confecti prae se ferant ad normam f 2 relati canonis; vel saltem ita conficiantur ut in tabernaculis iam exsistentibus possint immitti Huiusmodi tabernacula <de securitate > (Italice di *sicurezza)* nuncupantur. Ad quamlibet vero dubitationem auferendam quoad legum liturgicarum observantiam in hisce conficiendis tabernaculis attendatur responsio S. R. C. diei 1 April. 1903 ad preces sibi porrectas nomine Ordinariorum Provinciae ecclesiasticae Milwaukien. in America sept a quodam Sacerdote qui pro adprobatione exhibuerat novum tabernaculum solidissime extructum et quidem ita confectum ut nullimode repugnaret neque rubricis Ritualis Romani, neque eiusdem S. C. decretis: < Communicetur sacerdoti oratori responsum S. R. C in casu simili datum sub die 18 Martii 1898: nempe finem inventoris esse laudandum, negotium vero in rasu et ad effectum de quo agitur, spectare ad ipsos locorum Ordinarios ».

Pariter in una Superiorem, de *nova quadam custodia Ssmi Sacramenti:* Revmus Episcopus, quo securius procederet in approbando quodam tabernaculo, a S. R. C. reverenter expetivit: « an satisfaciat regulis V.turgicis descripta forma ostii semicircularis, quod globulis impositum sine cardinibus volvitur, ita ut ex hac parte nihil obstet quominus ab Episcopo sacerdotibus commendetur vel debeat tabernaculum instrui ostio vel ianuis. quae cardinibus adhaereant atque ita volvatur »; et S. Rituum Congregatio, requisito Commissionis Liturgicae suffragio, propositae quaestioni ita dic 8 Mail 1908 respondere censuit: < In casu, per sc nihil obstare, de cetero ad Rcvmum Episcopum ».

R C r«5o. 1 Februarii IMt ad Episcopum Altonen, (decretum n WH ' Ccrrrmurick' pcroeho'-jm tuxfa eOvUrimoj A S. Bonefaones concinnatum, art. VII. Dc tabernaculo etc., n. 9 id 4. • Ð Sma Enrhartiha. II, 263, η.

Equidem adhibitis hisce ciboriis solidissimis altero efficaci praesidio consulitur custodiae Ssrhac Eucharistiae. Porro Sacra haec Congregatio onus non imponit huiusmodi comparandi tabernacula in ecclesiis, quae ordinariis sunt instructae ciboriis, dummodo reapse securitatis idonea praebeant argumenta, quamvis suadeat ut ea adhibeantur in ecclesiis noviter aedificandis: id vero enixe commendat Excmis Episcopis ut, pro eorum zelo erga Ssmum Sacramentum, pervigilent cavcantque ut et ordinaria ciboria, quae usui sunt in ecclesiis eorum dioecesis, eam prae se ferant soliditatem ad omne periculum sacrilegae profanationis arcendum, iliaque severissime amoveant tabernacula quae omnimodam certitudinem non ingerant de huius periculi absentia.

5. — b) « *Tabernaculum tam sedulo est custodiendum ut •periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur* ». Non sufficit ut in loco con'sistat custos, satis ‡ non est ut ciborium tali sit praeditum firmitate ut neque terebra transfodi possit neque scalpro disiungi atque claustris adeo validis sit munitum, ut clavibus quoque adulterinis nequeat reserari: tertium praesidium a iure requiritur: *sedula* custodia. Porro haec vigilantia, continuo exercenda, plurimas complectitur cautelas et communes et extraordinarias, prout postulant locorum et temporum adiuncta.

Quod vero attinet ad custodem, hic, licet sit optandum ut sit clericus, immo sacerdos, non prohibetur quod sit laxus, *modo elerteus respondeat de clavi,* qua est reserandus locus ubi Eucharistia asservatur. Hunc prope locum moretur oportet diu noctuque, adeo ut celeriter comparcat quando casus ferat, seu continenter vigilantiam exerceat: numquam ecclesiam deserat temp .x quo haec fidelibus patet et ab his magis deserta relinquitur. idque pressius est urgendum in urbium ecclesiis, ubi fures uti tales fidelibus ignoti per templa vagantes peregrinorum aut mendicantium habitu perattente momenta aucupantur, quibus vigilantia intercipitur et motu celerrimo, veluti ictu oculi, sacrilega furta perpetrant; aut loca invisunt, fores, fenestras, cancellos, ianuas, praesertim haud prine.pales, accurate rimantur diurno tempore ut dein nocturno ad exsecutionem improbum consilium demandare pertentent. Quod si rarius accidit in pagis, ubi praesentia personae extraneae ibique haud cognitae, quae ecclesiam circumeat et ingrediatur. facilius animadvertitur suspicionemque ingerit in sacerdotibus atque fidelibus, id non relevat tamen parochum rectoremve ecclesiae ab obligatione Eucharistiae custodiendae, cu:us ratio modusque ipsius prudentiae relinquitur inspectis loci adiunctis, e. g. tum per se ipse aliquoties in die ecclesiam invisendo, tum vigilantiam per diem committendo probatis personis circum morantibus, tum privatam paroecianorum visitationem Ssmi Sacramenti praestituendo variis diei horis peragendam.

Attente debet invigilari etiam operariis ceterisque personis, quae laboris intuitu aliisve de causis ecclesiam. sacrarium, sacerdotis custodisve domum eisdem contiguam frequentant.

Nec sedula custodia Ssfni Sacramenti a iure praescripta remittenda erit tempore nocturno, quando ecclesia est obserata. Praecipuae cautiones autem pro nocturnis horis adhibendae, quas prudentia requirit, ordinariae seu iugiter adhibendae tum pro Ssiha Eucharistia tutanda tum pro praecavendis direptionibus sacrorum vasorum, tabularum, eleemosynarum atque suppellcctilium ecclesiae, recensentur: 1° omnes ecclesiae fores communiantur, quatenus necessitas postulet flerique possit, firmis valvis, validis claustris obicibusque et quidem ita ut ab interiore ecclesia clavibus aperiri dumtaxat queant, fenestrae vero transennis vel cla-
tris;/ 2n accurate est inspiciendum quoties vespere 2£-
ecclesiae obserantur ne quis homo malevolus includatur; 3” officium ecclesiae claudendae eiusque claves committantur personis omni suspicione maioribus, praecipue vero vino non deditis. Hisce cautelis aliam valde commendatam addere velimus, quae in dies usitatior evadit quaeque utile nonnumquam praebet auxilium ad praecavenda furum molimina, ubi usui est: nempe collocationem opportunis In locis tintinnabulorum vl electrica pulsandorum, dum portae aperiuntur, vel aedem aut tabernaculum aut altare aut mensa aut candelabra tanguntur, quorum ope sacerdotis custodisve attentio repente provocatur: aut speciales electrici apparatus. qui ecclesiam repente illuminent custodemque de furum praesentia statim certiorem faciant: hi tamen apparatus, ut optatum consequantur finem, erunt scite ct ingeniose tegendi, ita ut quamlibet adimant furum

suspicionem, quotidieque Inspiciendi ut suo munere ipte fungantur.

Specialis extraordinaria providentia demum prostat •n 5 3 relati canonis: < praui aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, *non est vetitum Sanctissimam Ucharisttam nocturno tempore extra altare super* corpxoli *tamen, in loco tutiore et decenti,* asservari, lerrato praescripto can. 1271 ». Hic locus de more est «aerarium, dummodo reapse sit locus tutior ct decens, vel arca solidissima ct optime clausa (Italice casia-*farte),* si hacc sit praeferenda, muro inserta in quodam ecclesiae pariete. Quodsi nec ecclesia nec sacrarium rzccsjariam perhibeant securitatem. Eucharistia potent retineri in alio loco tutiore, etiam privato: tunc parocho est cura adhibenda ut debita reverentia et honore Ssmum Sacramentum custodiatur neque mituatur fides fidelium in praesentia rcali. In huiusmodi vero asservatione Ssmae Eucharistiae Sacrae Species coa sunt corporali dumtaxat contegendae, sed semper à vase seu pyxide includendae: ' insuper cum e ciborio ecclesiae educuntur aut ad ipsum referuntur, opus est ut sacerdos superpelliceo et stola sit indutus eumque clericus comitetur lumen gestans saltem regulariter.

Curandum est praeterea ecclesiarum rectoribus ad furta praecavenda ut in tabernaculis, quantum fieri possit, non relinquantur pyxides et vasa sacra magni pretii, unde cupiditas audaciaque furum magis alliciatar: quum haec vasa occasione quarundam sollemnitatum adhibentur, valde est optandum ut tempore ꝑo stremae Missae purificentur et loco tuto reponantur, qui sacrarium non sit; particulae vero, quae superfuerint. in ordinaria pyxide collocentur. Pariter abstineant a decorando altaria et sacra simulacra sculpta
3 vel picta (eademque assidue decorata/ servando publico cultui exposita) eximiis muneribus votivis, qualia sunt aurei et argentei anuli, catellae, monilia, inaures, margaritae et similia: quod si id facere praestet occasione cuiusdam diei festi, eodem exacto, ea munera ab ecclesia satagant removero causamque remotionis probe fideles edocere.

δ- — c) « *Clavis tabernaculi diligentissime a sacerdote custodiatur ».* Omnes cautelae, quas hucusque recensuimus, ad irritum redigentur si, quod potissimum ὼ hac re est curandum, clavis tabernaculi caute non custodiatur, ut expresse cavet can. rei. § 4. *gravi conscientiae onere* adiecto sacerdoti, cui haec est custodia commissa. Ut huic *diligentissimae custodiae* canone praescriptae ab ecclesiae rectore satisfiat, ipsi districte praecipitur ut clavis tabernaculi nunquam super mensa altaris aut in claustro ostioli relinquatur, ne tempore quidem quo mane divina officia ad Sacramenti altare et Sanctissimae Communionis distributio peraguntur, praesertim si hoc altare haud in conspicuo sit. Hisce vero absolutis, clavis vel ab ecclesiae rectore domui custodiatur aut ab ipso continenter gestetur, amissionis periculo remoto, vel in sacrario, et quidem in loco tuto et secreto, reponatur altera clavi claudenda, quam alteram elavem uti supra rector tueatur.·

Sedulo perpendant sacerdotes Ssmae Eucharistiae custodes officium custodiendae diligentissime clavis S. Ciborii esse grave, prout aperte ostendunt finis ipsaque verba legis. Sacerdos, cui ius et officium ordinarie et per se competit custodiendi elavem, est rector ecclesiae vel oratorii: quodsi discedat, potest et debet pro tempore absentiae alii sacerdoti committere custodiam; et si elavem in sacrario retineat sub alia clavi, potest hanc tradere aedituo, pro tempore quo ipse abest, et clavis tabernaculi necessaria esso queat: quod praxis ubique recepta manifeste confirmat. Si agitur de ecclesia paroeciaII, clavis parocho custodienda est; si de ecclesia cathedrali aut collegiali, quae simul sit paroecialis, ad Capitulum spectat custodire Ssmam Eucharistiam, et altera tabernaculi clavis apud parochum servari debet (Can. 415 § 3 η. I.). Ad parochum pertinet exclusivum ius retinendi elavem tabernaculi, etsi In ecclesia paroeciali erecta sit confratemitas. In ecclesiis non paroecialibus ubi ex A. Sedis Induito asservatur. custodienda est cappellanis seu rectoribus, nunquam laicis. etiamsi patroni sint: sine apostolico induito laici per sc elavem ciborii retinere nequeunt.

7. __ Specialia veniunt adnotanda de custodia clavis tabernaculi in ecclesiis monialium vel religiosarum et m pus seu religiosis domibus mul.'e/rum. Inspecto primum statuto can. 1267 quo Ssma Eucharistia, revocato quolibet contrario privilegio, custodiri nequit in reli-

i Cf.· cit. decr. Altonen·» not. 2. ♦ Cfr. Encycl Uît. fussy

giosa vel pia domo nisi vel in ecclesia vel in principali oratorio, nec apud moniales intra chorum vel septa monasterii, id dein alte in mente Ordinariorum residere debet atque adamussim exsecutioni demandari. *elavem S. Ciborii non* esse *custodiendam inter septa monasterii.*' Ipsa est igitur in posterum asservanda in sacrario ut praesto sit, quoties necessitas postulet, atque, expletis ecclesiae sacris functionibus ac praesertim nocturno tempore, in loco tuto, solido atque secreto reponenda, et quidem duabus obserato clavibus, quarum altera communitatis antistitae est custodienda per se ipsi aut per vicariam et altera moniali cuidam, puta sacrario addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum, de quo supra, requiratur. Huiusmodi praescriptum probe inspiciant Exemi Episcopi et in eodem exsequendo rigide se gerant, quacumque personarum acceptione posthabita, ut praecaveantur abusus atque irreverentiae, quae secus redundare possunt in Ssmam Eucharistiam.

8. — Quod attinet ad oratoria seminarii et collegii ecclesiastici, ephebei pro iuvenum utriusque sexus religiosa eruditione atque institutione, nosocomii aliusque id genus hospitii, quae potestate Ssmae Eucharistiae asservandae fruantur, tabernaculi clavis custodienda erit rectori seu moderatori eorundem, si sacerdos sit, secus spiritus directori aut cappellano dc more Missae celebrationi sacrisque functionibus peragendis addicto, ipsique studiose est curandum ne eadem ad aliorum manus perveniat.

9. — Quod demum refert ad privata oratoria, quae ex apostolico induito facultate pollent Ssmam Eucharistiam asservandi, ciborii clavis custodiri solet in sacrario potius cura familiae quam cappcllani; l at, si Episcopo praestare videatur ut clavis indultario custodienda non tradatur, eam aut sacerdoti celebranti committat, praesertim si hic stabiliter sacrum ibi litet, aut parocho deferat, singulis deinde vicibus, si commode potest, sacerdoti celebraturo exhibendam. Indultariis laicis, quos clavis custodia manet, in memoriam revocandum est, clericis vero quacumque dignitate fulgentibus perpendendum, grave sane officium ipsis impositum esse vigilandi ne clavis ad cuiusquam manus perveniat etiam de ipsorum familia vel famulatu.

10. — Sacram Congregationem non praeterit enunclatas cautelas propositum finem plene haud esse assecuturas, nisi Exemi Episcopi locorum'que Ordinarii, 205
una cum earundem observantia parochis, ecclesiarum rectoribus, institutorum omne genus moderatoribus, monialium antistitis praecepta, quatuor haec, quae magnopere nostra intersunt, prae oculis habeant:

a) Praesertim dum sacras peragunt dioecesium visitationes, sed etiam extra easdem, quoties casus ferat, per se aut per idoneas ac prudentes ecclesiasticas personas diligenter inquirant animadvertantque de visu quomodo in singulis nedum paroeciis sed ct ecclesiis, oratoriis, etiam privatis, hoc iure fruentibus provisum sit securitati custodiae Ssmae Eucharistiae et quoties comportant non ea omnia concurrere, quae iure postulantur, eadem praecipiant quam cito exsequenda, brevi tempore ad id praestituto, sub poena multae pecuniariae et etiam suspensionis a divinis pro sacerdotibus aut a munere, pro gravitate culpae, ab iis incurrendae, quibus officium competit omnia securitatis praesidia subministrandi. Neque ab huiusmodi onere easdem personas relevent ex reddita forsan ratione quod nulla profanatio aut inconveniens in antecessum acciderit; quae enim infecta hucusque sunt, temporis decursu et hominum malitia, posthabitis necessariis cautelis, fieri possunt

b) Quoties furta sacrilega quibus Ssfha Eucharistia violatur in sua Dioecesi (quod Deus prorsus avertat) quacumque de causa acciderint, loci Episcopus vel per se. quod est optandum, vel per suae Curiae Officialem. ad id specialiter delegandum, oeconomicum semper conficiat processum adversus parochum aliumve sacerdotem tam sacculare m quam religiosum etiam exemptum Ssfhi Sacramenti custodiae praepositum, actaque processus idem Episcopus ad hanc S. Congregationem transmittat cum suo voto quo prae primis accurate describat eiusdem furti temporis ct loci adiuncta. et dein. actis processus eiusdem prae oculis praesertim habitis. renuntiet cuius culpae aut neglegentiae culpabili admissum facinus sit tribuendum atque poe-

BenedicU XTV edit, x S. C. EE rt RR.. die 9 F>br 1751 C re'°hlUo ⁋ 2 NUil IfTt ad VI (dtrttun ñ. 3+43), Err.u? Card Petrus Gx<pam *op* ĕt

nas canonicas contra sontes infligendas proponat et huius S. Dicasterii mandata praestoletur.

c) Mature perpendant severitatem poenarum, quae can. 2382 statuuntur contra parochum, qui graviter neglexerit custodiam Ssmae Eucharistiae etiam citra excessum huius violationis, quaeque usque ad paroeciae privationem progrediuntur; inspecto vero fine legis curent ut analogis poenis plectantur et alii ecclesiae rectores, congrua congruis referendo, qui graviter delinquant in arduo eis commisso munere obeundo, collates ad id necessariis et opportunis facultatibus per hanc S. Congregationem, quatenus opus sit Quibus aufugiendis poenis haud suffragatur causa forte a parocho aliisve, quibus SS. Species custodiendae incumbunt, allata qua tabernacula patentia relinquantur clavcsque in loco tuto non/ custodiantur alius sacerdotis
206 incuria: ipsos enim manet diligens sollersque cura sacrorum vasorum et Ssfhae Eucharistiae propriumque munus fideliter ct vigilanter cavendi ne, divinis officiis absolutis, ciboria exponantur cuilibet iniuriae sacrilegaeque direptioni. Equidem est animadvertendum et in memoratum sacerdotem et in quemlibet alium huius neglegentiae reum similibus poenis, quippe qui occasionem tanto sceleri sua culpa dederint Ut autem locorum Ordinarii poenis prosequi queant et dfliquentes religiosos utriusque sexus etiam exemptos iuxta has apostolicas praescriptiones in negotio, de quo agimus, vi huius Instructionis facultates committimus necessarias cumulative cum eorum Superioribus religiosis Maioribus, quibus pariter haec S. Congregatio idem onus Imponit, reservata tamen uni Episcopo facultate processum conficiendi, de quo sub litt b) in casu ibi descripto.

d) Diligenter inquirant utrum ecclesiae et oratoria quibus Ssmae Eucharistiae asservatio iure communi (cfr. can. 1265 $ 1, n. 1. 2) non competat, hac facultate polleant ex apostolico induito per Breve in perpetuum aut per rescriptum ad tempus concessum: quoties vero compererint hoc privilegium legitimo iure non esse suffultum, tamquam abusum satagant removere. Praeterea, ne se nimis faciles praebeant in suscipiendis et commendandis precibus pro impetranda facultate asservandi Ssfnam Eucharistiam in locis, quae de communi iure eadem carent, immo abstineant prorsus. nisi gravissimae causae intersint, praesertim in privatis oratoriis et ecclesiis a domibus fidelium nimis dissitis, in desertis montibus magnisque camporum spatiis sitis, quibus non suppetant ea omnia quae pro fideli et tutissima custodia SS. Specierum requiruntur. Tolerabilius sane erit ut quandoque etiam notabili fidelium parti commodum non praebeatur Ssfhae Eucharistiae adorandae, quam ut Eadem exponatur sat probabili periculo profanationis. Immo et potestas hisce litteris committitur Excmis Episcopis locorumque Ordinariis revocandi facultatem asservationis Eucharistiae in ecclesiis et oratoriis, etiam privatis, quae hoc apostolico privilegio per indultum fruuntur. quoties adnotent aut graves abusus intercessisse aut non omnes concurrere conditiones pro secura custodia, reverentia cultuque debito erga Ssmum Sacramentum.

Hae sunt canonicae normae potioresque cautelae, quas huic S. Congregationi visum est locorum Ordinarii praecipere ut vicissim parochis ceterisque Ssmi Sacramenti custodibus pressius commendent exsecutioni tradendas ad quoslibet convellendos abusus, si qui irrepserint, et, quamvis desint, ad eosdem praecavendos: aliae, quae pro temporum et locorum adiun-
207 etis magis idoneae videantur ad eundem finem/ aptius attingendum, eorundem Pastorum zelo sollertique industriae relinquuntur. Eos igitur, his praesidiis adiutos. in Domino deprecamur et obtestamur ut omnibus viribus contendant ad efficaciter Ssfnam Eucharistiam tutandam et impia scelestorum hominum molimina arcenda ab eodem Sacramento ‹ quo nihil dignius, nihil lonctius et admirabilius habet Eccleria Dei, cum in *eo contineatur praecipuum* et maximum Dei donum et ipsemet omnis *gratiae* et sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus Id quidem erit Ipsis eorumque sacerdotibus et fidelibus pignus indeficiens supernae divinae protectionis.

Ssfhus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI. in audientia Excmo Secretario H. S. C. die 7 Maii a. 1938 concessa, praefatam Instructionem, ab EE. PP. in plenario Conventu diei 30 Martii anni eiusdem probatam, benigne confirmare et Auctoritate Sua Aposto-

• Επη». Card. P. Gasparri, op. dt. II. 2G7, n. 999. · Rit. *Rom.*. tit IV, cap. I. η. I.

lica ratam habere dignatus est. mandans ut Instructio eadem in officiali Commentario *Acta Apostolicae Sedis,* publici iuris fiat et ab omnibus Ordinariis tum locorum tum personarum aliisque, ad quos speciatim spectat, religiosissime servetur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. C. de Disciplina Sacramentorum. in festo Ascensionis Domini a. 1938.—D. Card. Jorio, *Praef.* F. Bracci, *Secr.*

Adn. E. EERGH in NrT 66 (1939) 1096-1101; I. PAUWELS in PrM 27 (1938) 386-392; C ZERBA in Apoll. 11 (1938) 351·357; *IP 18* (1933) 218; ME 50 (1938) 173-174.

1436

1938 MAI 30.-SC SACR, RESPONSUM. PART.·

Nonnulla dubia solvuntur circa interpretationem **INSTR. D. 15 AUG 1936 DE CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII**

Arendo l'Ετπο Cardinale Arelvescoro dl Milano «posti al·ciinl dubbl eirra l interpretarione dl alcuni articoli dclla I·strurioce 15 agosto 1936 della S. C. dei Sacramenti, la zUæ S. Congregarione con Lettern 30 magglo 1933, ha date le scjucdu risposte.

I) Art 35 dellIstruzione 15-8-1936 [LE 1306], Se sia abile ad accusare il matrimonio la parte che fu causa della nullità e dell'impedimento, quando l'accusa sia fatta ex duplici capite, per es. ex vi et metu, e ex conditione apposita, e l'attore s:a colpevole soltanto per il secondo; e se in tal caso il processo si debba svolgcre su entrambi I capi di nullità.

Resp. - *Negative.*

II) In caso negativo, se sia valida la sentenza affermante la nullità del matrimonio ex eodem duplici capite, o se debba ritenersi nulla a norma del Can. 1892. n. 2.

Resp. - La sentenza è *valida* circa la vis et metus; *nulla,* invece, rclativamente alTaltro capo.

III) Se sia nulla e valida la sentenza che afferma constare de nullitate matrimonii per Timpedimento di cui l'attore non fu causa colpevole. non constare invece quanto all'impedimento di cui fu colpevole. se la causa si è svolta anche su tale capo senza Tintervento del Promotore di Giustizia.

Resp. - Come sopra.

IV) Art. 37, § 1-2 Istr. ciL: Se l'apposizione di una condizione per se onesta e lecita al matrimonio (ex. g. « si es virgo >), quando sia fatta arbitrariamente, cioè inconsulto Ordinario, renda inabile ad accusare il matrimonio. come causa colpevole della sua nullità, h parte che ha posto od accettato la condizione.

Resp. - La condizione di verginità diviene turpe se il nubente intende accertarsi della esistenza di detta circostanza a mezzo del coito: diviene altresi turpe anche qualunque altra condizione per sè lecita (richezza dei coniuge. della famiglia, ecc.) se il nubente intende usare dei matrimonio prima di essersi accertato della esistenza o meno della pretesa circostanza.

V) Art. 141, 5 4: Se. ritirando il Promotore di Giustizia Taccusa di nullità, dopo la contestazione della lite, perché la ritiene senza fondamento, la causa stessa viene a decedere, o se le parti, anche se inablli entrambe ad agire. hanno diritto chc sia proseguita fino a sentenza definitiva.

Resp. - *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

VI) Art. 46: Se, in caso che la causa debba o possa proseguire, alTawocato, decaduto coi ritiro delTaccusa da parte dei Promotore dl Giustizia. se ne possa sostituire un altro, per es. ex officio.

Rfsp. - *Provisum* in praecedenti.

VII) Art. 41, § 4: Se il Promotore di Giustizia possa o debba ritirare l'accusa anche in sede di appello, quando in I grado sia stata dichiarata la nullità del matrimonio, ed in seconda istanza Ia causa appaia invece mancare di fondamento.

Resp. - *Affirmative,* dummodo res sit in aperto. Piuttosto, pub essere più frequente e giustificato il caso in cui 11 Promotore di Giustizia si ritiri dalTazione perché, dietro informazioni avute dalTOrdinario dei

rtoiud gli consta che nel caso non esistono o sono «nub'a mancare gli estrcmi « notorietas », ‹ scandalum », « resipiscentia », che impongono ob *bonum nblicum* (cioè nell'interesse dclla società cristiana e della dignità e santità del Sacramento, non già nelTintercsse delle parti). Ia prosccuzione della causa.

VIII) Art. 62: Se per respingere un libello d'accusa si richieda scmpre un decreto dei Tribunale collegiale, o tia un decreto dell'Officlale nei casi in cui l'accusa rranchi di ogni fondamento giuridico, e sia évidente la inability dell'attorc all'accusa, o il Tribunale sia incompetente.

Resp. - Questa S. C. ritiene che lOfficiale possa, con decreto motivato, respingere un libello; quando const! *evidentemente o* che l'accusa sia priva di fondamento giuridico, o che l'attore sia inabile ad accusare il matrimonio, o che il tribunale sia incompetente. Da taie decreto, perd, si potrà ricorrere, ma *esclusivamente al Collegio,* il quale procederà ad juris tramitem. Del diritto di ricorrere al Collegio verrà fatta espressa cenzione nel Decreto dell'Officiale. Ben s'intende che se il Collegio conformasse la rciezione del libello, alla parte resta sempre il diritto di ricorrere al Tribunale superiore a norma del can. 1709. § 3.

• Ordinario Mediolanensi: ME 50 (1938) 215-217. Adn. RECATiLLO n. 816-825; F. ROBERTI In Apoll. 11 (1938) 499-501.

1437

1938 IUN' 5.-SECR. STATUS, NORMAE. PART.

Normae servandae in adimplendis officiis
ACTIONI CATHOLICAE ASSIGNATIS

1) L'Azione Cattolica. essendo apostolato, esige una .ormazione cristiana profonda. Occorre quindi applicari con rinnovata dlligenza al *lavoro formativo dei toci;* specralmente impartendo loro una adeguata istru-one religiosa, promovendo la frequenza ai Sacramenti, mfondendo lo spirito di apostolato. usando alio scopo: Fsr/.i Esercizi, giornate di ritiro, ore di adorazione. ecc.

2) L'A. C. per la sua natura medesima deve svolgersi nella diocesi alia diretta dipendenza dellTcc.mo Vescovo. Portanto:

a> ogni inizjativa suggerita dagli Organi Centrali, na sottoposta all'approvazione dell'Ecc.mo Vescovo, per seguirne le direttive;

b) si rafforzi la vita delle Associazioni cattoliche zeal: per mezzo dei Centri *diocesani,* sl che sia assicurata la vitalità e continuity dell'Azione Cattolica *diocesana;*

. °) Quar?do ? Centri diocesani invitano in diocesi incaricati e i dirigenti centrali, abbiano cura di otlenere sempre previo consenso dell'Ecc.mo Vescovo.

3> Gli Organi Centrali sono necessari come organi *coordinator! e tecnici,* ed hanno il compito di dare, in conformity agli Statuti, indirizzi e orientamenti nell'attività delle Associazioni. nella formazione dei dirigenti, con la stampa e con persone opportunamente preparate. Si tenga perd présenté che le loro proposte nelle sin-?ole diocesi. devono essere attuate coi consenso dellEccmo Vescovo.

4) Poichè l'apostolato consiste sostanzialmente nella conquista di anime, è lavoro in buona parte *individuate,* è accostamento di anime ad anime. Occorre perciô che si addestrino i soci soprattutto alfaposto lato *individuate,* da esercitarsi. con Tcsempio e con la parola. nella famiglia. nel proprio ambiente, e particolarmente nel proprio ceto professionale. Tanto più che. nelle presenti condizioni, sono le virtu individuali che hanno la maggiore efficacia sociale.

5) In ordine all'attività collettiva le necessity oggi phi urgenti sono:

a) dare un'adeguata istruzione a tante anime che ne scarscggiano; intensifichi perciô l'apostolato catechistico, la propaganda di cultura religiosa, studiando il mrtndo c le vie per arrivare anche ai ceti meno facHmente accessibili quali gli intellettuali. gli artisti, gli opérai, ecc.;

b) condurre alia pratica dei Sacramenti, mediante "Apostolato religioso, specialmente nel periodo pasquale, mediante i santi Esercizi spirituali anche di categoria. ecc.

6) Un apostolato sempre possibile ed efficace, ed oggi particolarmente necessario, è *Yapostolato della carità,* che puô e deve assumere forme diverse secondo le circostanze. Esso présenta una grande possibility di lavoro anche nel campo sociale, e quindi gli iscritti all'A. C. procurino di prestare con fervore le loro energie, e in particolare diano generosamente in ispirito costante di carità cristiana. il loro contributo alie prowide iniziative delle pubbliche Autorità.

7) Si limitino le *manifestazioni esteme,* che si svolgono fuori dei sacri templi e della sede delle Associazioni; e si evitlno tutte le forme, i modi e le nomenclature che si awicinano troppo ai metodi di altre organizzazioni.

• Ordinenii ItalIMr ME 50 (1938) 247248. Adn. ME 50 (1938) 246-248

1438

1938 IUN 9.-SACRA PAEN\ INDULT. PART.

Denegatur facultas gestandi mjmisma loco
SCAPULARIS NIGRI S. BENEDICTI

Preces - *Beatissime Pater,* Fidelis de Stotzingen. Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti, nd pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter exponit ea quae sequuntur.

Synodus omnium abbatum Ordinis Sancti Benedicti, mense Octobri anni elapsi in Aedibus Sancti Anselmi de Urbe congregata, alia inter negotia de *Oblatis* quoque Sancti Patris Benedicti egit deliberavitque de mediis, quibus hoc institutum feliciter promoveretur necnon spiritus Sancti Benedicti inter oblatos magis augeretur.

Nacti hanc occasionem plures Reverendissimi Patres iterum atque iterum postulabant, ut a Sancta Sede obtineatur indultum, quo oblatis in saeculo viventibus liceret uti *Numismate Sancti Patris Benedicti* loco *parvi scapularis nigri coloris,* quod iuxta statuta a Sancta Sede adprobata sub habitu saeculari jugiter gestare debent.

Rationes a Reverendissimis abbatibus adductae non fuerunt nullius momenti. Saepius etenim Oblatis revera difficile est gestare dictum scapulare, quin grave incommodum subeant vel derisionibus sese exponant Quibus consideratis patres congregati manifestarunt desiderium. ut a Sancta Sede memoratum indultum obtineretur idque eo magis quo ipsum Sancti Patris Benedicti Numisma summa ubique ac vetustissima gaudeat veneratione.

Omnibus ergo perpensis humillime rogamus, ut Sanctitas Vostra benigne in perpetuum concedere dignetur indultum, quo liceat oblatis S. Patris Benedicti saecularibus gestare loco parvi scapularis nigri Numisma S. Patris Benedicti, quoties causae rationabiles ab oblatorum moderatore vel proprio confessario approbatae id suadeant vel exigant, quin exinde gratiis vel privilegiis in favorem oblatorum concessis ullo modo orbentur. Servatis ceteris servandis. Et Deus...

Ex Aedibus S. Anselmi de Urbe, die 12 Maji 1938.— Fidelis de Stotzingen. Abbas *Primas O. S B*

Rescr. - Sacra Poenitentiaria Apostolica die 9 Junii 1938 respondit: Omnibus diligenter perpensis S. Poenitentiaria Apostolica respondendum esse censuit: Non expedire.

• Proî. N. 2962/38: AOS8 46 (1938) 34.

1439

1938 IFN 10.-SACRA PAEN\ INDULT. PART.·

Facultas confessartis germaniae facta absolvendi ab
OMNIBUS CENSURIS ET AB IRREGULARITATIBUS DISPENSANDI

Sacra Poenitentiaria Apostolica per notificationcm diei 10 mensis Junii a. 1938 cuilibet confessario ln Germania rite probato facultatem fecit absolvendi ab

omnibus censuris, ea tantum excepta de qua agitur in Decreto *Lex sacri coelibatus* d. d. 18. m. Aprilis a. 1936 [LE 1332]; itemque dispensandi ab irregularitatibus, solummodo tamen quoad exercendos Ordines iam acceptos: idque concessit pro casibus occultis, in quibus ad ipsam Sacram Poenitentiariam reccurrendum esset.

Quod *vero* attinet ad mandata, quae vel ad censuras iam absolutas pertinent vel ad irregularitatem dispensatam — secundum id. quod de hac postrema in concessione facultatum quinquennalium locorum Ordinariis attributa statutum est — ii. quorum interest, opportune admonentur de obligatione cuiusque sua recurrendi quantocius ad Sacram Poenitentiariam. cum hodierna rerum adiuncta mutata fuerint

• Confesudis GonnmlM iuxta notlficationcn Ordinarii *Co* onienisi die 9 Nov. lactam: AKKR 120 (1940) 74-75.

1440

1938 IUN 14.-SC CONSISTORIALIS, EPIST. PART.

Obligatio invigilandi circa libros et periodicas
RECENSIONES IN MENTEM ORDINARIORUM REVOCATUR

Eme ac RevrHe Domine mi Obme, Non latuit E. V. Revfùam quanta nunc temporis typis scripta edantur, quae tum fidei puritati tum morum integritati callido astu detrimenta afferre nituntur. Huiusmodi periculum innuere sufficiat, cum eius gravitas et perniciosa consectaria comperta plane habeantur. Quod Apostolus sapienter monet: « Corrumpunt mores bonos colloquia mala » (L Cor. 15, 33), Idipsum de libris pravis adamussim asseri valet.

Quae cum ita sint, potissimum interest ut Auctoritas ecclesiastica seduliore cura in scripta intendat, quae noviter prodeunt, quaeque errores disseminant ad mentes et corda pervertenda, ut tempestiva ac provida prohibitione a venenatis falsarum doctrinarum pascuis fideles praeservet arceatque.

Ast pronum est, perspecta colluvie librorum, commentariorum. ephemeridum, quae ubique terrarum et quovis idiomate fere quotidie pervulgantur. Apostolicam Sedem haud directe et sollicite, uti par est. ea omnia prosequi posse. Opus proinde est ut locorum Ordinarii, pro suo quisque officio sanam et orthodoxam doctrinam conservandi et bonos mores tuendi (can. 343 § 1). necnon libros perversos pro suis subditis prohibendi (can. 1395 § 1). eo efficaciorem cooperationem praestent, quo graviora Imminent pericula. Velint igitur ipsi, ad nonnam citati can. 1395 § 1 ct sequentis 1397 sive per se. sive per sacerdotes maxime idoneos, invigilare, praesertim in libros et periodicas recensiones, quae in suo territorio praecipua organa extant ad nova et periculosa placita promenda atque evulganda, et quae, pro sua prudentia, noxia Judicaverint, propriis fidelibus prohibeant; quae vero subtilius examen vel altiorem sanctionem ad salutarem effectum universe consequendum requirere videantur, ad supremam ecclesiasticam Auctoritatem, cui competit, absque mora denuntient

Firmam habens fiduciam E. V. suam pastoralem sollicitudinem in hanc quoque partem diligenter semper esse impensuram, simulque harum praesentium Litterarum receptionis documentum expectans. manus E V. humillime deosculor et summa cum veneratione me profiteor Eminentiae Vestrae Revmae Humili. Addictlss. Serv.um.—p. Ra. Card. Rossi, a *Secr.*

• Garnîtes OrdinariH loconjm: ME 50 (1938) 242.

Rescr - Romae, die xiv mensis Iunii, in festo Sancti Basllii. a. D. mcmxxxviit. Sanctissimus Dominus Noster Pius Div. Prov. PP. XI. Sacrae Congregationi! de Seminariis et Studiorum Universitatibus Praefectus, precibus Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum benigne annuens, *Athenaeum Antonianum nomine et titulo Pontificii* decorat, eidemque omnia iura, privilegia atque honores, quibus Athenaea hoc titulo aucta fruuntur vel frui poterunt, attribuit et elargitur; contrariis quibuslibet minime obstantibus.—Ernestus Rcrfini. Secr.

• Prot. N. 1053/38/2; AOFM 57 (1938) 233.

1442

1938 IUN 17.-SC S. OFF., DECR. AAS 36 (1938) 226

Damnatur **LIBER CUI TITULUS: « INITIATION Aü NOUVEAU TESTAMENT ». AUCTORE O. LEMARIÉ**

Feria IV, die IS Iunii 1938

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Offxil Emi ac Revnïi Domini Cardinata rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

O. Lemarié, *Initiation au Nouveau Testamenl.*

Et sequenti Feria V. die 16 eiusdem mensis et anni. SsiFjus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revrho D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit. confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii. die 17 Iunii 1938-—R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

1443

1938 IUN 18.-SC S. OFF. DECR. AAS 30 (19381 226-227

De **SPECIALI DEVOTIONE ERGA SACRUM CAPUT D. N. IESU CHRISTI NON INTRODUCENDA**

Quaesitum est ab hac Suprema Sacra Congregatione Sancti Officii an specialis devotio erga Sacrum Caput D. N. lesu Christi introduci possit

In Plenario Conventu habito Feria IV. die 15 Iunii 1938, Emi ac Revmi DD. Cardinales, rebus fidei ac morum tutandis praepositi re/ mature perpensa et praehabito RR. DD. Consultorum voto, attento quoque Decreto diei 26 Maii 1937 < De novis devotionis formis non introducendis » [LE 1386), decreverunt specialem devotionem erga Sacrum Caput Domini Nostri lesu Christi non esse introducendam. w

Et sequenti Feria V. die 16 eiusdem mensis et anni. Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excrho ac Revrho D. Adsessori Sancti Officii concessa, hanc Emorum Patrum resolutionem Sibi relatam approbare et confirmare dignatus est, et publici iuris fieri iussit

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii. die 18 Iunii 1938.—R. Pantanetti, Supr. S. *Congr. S. Officii Notanus.*

Adn. E. BERGH in NrT 65 (1938) 1035-1088; I. de GUIBERT in PrM 27 (1938) 368-370; E. J. M. in CR 15 (1938) 265. A. PALADINI tn ELIP 52 (1928) 97-100; ME 50 (1938) 212-215.

1891

1938 IUN 14.-SC STUDIORUM, DECK. PART.·

Athenaeum antonianum in urbe titulo
« PONTIFICII » DECORATUR

Preces - Beatissime Pater, Minister Generalis Ordini Fratrum Minorum. Athenaei Antoniani de Urbe Magnus Cancellarius, ad Pedes Sanctitatis Tuae pronus, submisse postulat ut Ipsa Sanctitas Tua idem Institutum Pontificii titulo honestari dignetur.

1892

1933 IUN 28.-SC S. OFFICII. RESP. PART.·

Circa formalitates matrimonii civilis a Christianis in
MISSIONIBUS IMPLENDAS, ET CIRCA MUNUS OFFICIALIS CIVILIS, HAC OCCASIONE. EXERCENDUM A MISSIONARIIS

Dal Palazzo del S. Offizio, 28 giugno 1938

Erno *e Reorno Sig. Mio Osservfrîo,* Con letters in data 8 gennaio 1938, n. 4708-37 Vostra Eminenza Revma

trasnetteva al S. Offizio alcuni dubbi dei Vicario Aporfolico di Batavia, nati dalla recente introduzione delle k-tfi relative al matrimonio civile, reso obbllgatorio «ile Indic Olandcsi.

I dubbi riguardano specialmente due punti: A) se d: infedcli siano tenuti. per la validité dei loro matriτλππ. ad osservare le formalité imposte dalle leggi civili; B) se i misslonari cattolici possano accettare di fungere da ufficiali civili nella cerimonia dei matritnonio civile.

Fatto un accurato studio delle circostanze dei caso, questa Suprema S. Congregazione nella Feria IV. 22 <:ugno 1938, ha esaminati c risolti i sovraccennati dubbi cella seguente forma:

A) Quanto al primo punto:

1. Utrum omnia matrimonia Sincnsium infidelium, post praecidam legem promulgatam inita secundum æorem Sinensium tantum, omissa formalitate civili, invalida haberi debeant:

Resp.: *Non certo constare de* nullitate matrimonii Sinensium infidelium in circumstantiis propositis;

1 Utrum Sinenses qui, post civilem illam legem promulgatam. in infidelitate non secundum formam a lege civili praescriptam, sed tantum secundum morem popularem Sinensium matrimonium contraxerunt, in recipiendo sacramento baptismi debeant in forma Ecclesiae matrimonialem consensum renovare:

Resp.: In recipiendo sacramento baptismi debent renovare consensum in forma ecclesiastica, saltem ad cautelam; ad quam renovationem per se admitti non debent nisi velint actum quoque civilem perficere;

3. Quomodo agendum sit in casibus, in quibus Sinenses catholici revera volunt contrahere in foro Ecclesiae, nolunt autem se subiicere legi civili atque reneant consensum matrimonialem exhibere coram magistratu civili:

Resp.: MIssionarli generatim loquendo Sinenses sponsos Christianos, ad civile matrimonium aptos, ad nuptias ne admittant, nisi prius civili praescripto obtemperaverint vel eidem obtemperare certo parati sint; ℓ interim accurate edoceantur de vero matrimonio christano ct de vi caeremoniae civilis prae oculis hatendo Instructionem super hac re a S. Poenitentiaria datam die 15 lanuarii 1866 [CPF n. 1280].

B) Quanto al secondo punto:

I. Utrum in Indiis Neerlandicis permitti possit missionaris ut fungantur munere officialis civilis in matrimoniis contrahendis sive inter catholicos, sive inter haereticos sive inter infideles:

Dala opportuna facultate, tolerari posse ut mlsionarii in praefatis locis praestent assistentiam civilem in matrimoniis catholicorum, haereticorum, infidelium, dummodo tamen:

a) nullum matrimonio obstet impedimentum dirimens iuris naturalis vel divini; *b)* nulla opponatur conditio matrimonii substantiae repugnans; *c)* nulla actui civili haeretica aut superstitiosa caeremonia adiungatur; d) nullum adsit scandalum vel periculum fovendi mdifferentismum religiosum; a quo periculo maxime cavendum erit occasione assistentiae praestitae matrimoniis haereticorum, opportunis adhibitis cautelis ne catholici, hoc exemplo ducti, ex analogicis rationibus adeant ministros haereticos;

2. Utrum praefata facultas se extendat etiam ad matrimonia mixta, et matrimonia catechumenorum:

Resp.: *Affirmative'*

3. Quo loco et quo ritu celebranda sint matrimonia de quibus supra:

Resp,: Matrimonia inter catholicos celebranda esse in ecclesia solito ritu; matrimonia inter catechumenos vel catholicorum cum catechumenis celebrari posse in ecclesia; cetera matrimonia esse celebranda extra ecclesiam ad normam can. 1109-3; quoad sacros ritus servandum esse praescriptum can. 1102-2; et habito prae oculis etiam canone 1149.

Il S. Padre nella solita udienza dei 23 giugno 1938 ha approvato le present! decisioni.

Vostra Eminenza Revma vorrà disporre affinchè le present! decisioni siano comunicate al Vicario Apostolico di Batavia.

Colgo volentieri l'opportuniU per esprimerLe ! sensi della mia profonda venerazione. con cul. baciandoLe umilissimamente le mani, mi confermo di Vostra Eminenza Reverendissima ummo, devmo osservmo servo,—D. Card. Sbahrettii. Vescovo di Sabina e Poggio Mirteto, *Segretario.*

• **Ad Praefectum SC de Prop. Fide: Syllooe n 206 quater.**

1445

1938 IUN 2&-S1GNATURA AP, RESP. PART.

Circa ius promotoris iustitiae accusandi
NVLLITATEM MATRIMONII

Romae, 28 *Juni 1938.* In congregatione huius S. Tribunalis habita coram Efho ac Rmo Card. Praefecto die 18 h. m. propositis precibus sub 2 Dec. 1937 datis a R. B., quibus supplicatur, ut promoted justitiae Curiae Secc. aut Salisb. aut sibi ipsi ex Apostolico induito facultas fiat sui accusandi matrimonii ob exclusum ab utraque parte bonum prolis, responsum fuit: non concedi et procedatur ad tramitem juris.

Itaque nihil obstat, quominus orator instet in denuntiatione apud Ordinarium aut apud promotorem iustitiae istius tribunalis, quod rejicere non potest accusationem promotoris justitiae nisi ad tramitem juris, salvo jure eius, cuius interest, ideoque et ipsius promotoris, appellandi contra rejectionem libelli, si ea se gravatum puteL—Morano, a Secr.

• **Ordinario Seccovknil, Proî. N 251/1938: AKKR 11B (1938) 490. Adn. J HARING in AKKR 118 (1938) 490-491.**

1446

1938 IUL 9.-SC CONC. RESOL. AAS 37 (1945) 297-259

DIOECESIS R. Er ALIARUM

Missae pro populo vicarii paroeciae mensae unitae

Die 9 *Iulii 1938*

Species facti. — Episcopus dioecesis R.. propriae episcopali mensae paroeciam pleno iure unitam habet, quam uti parochus habitualis per vicarium curatum regit, ad normam canonis 471 4 1.

Ante Codicem I. C. idem vicarius Missam pro populo suae vicariae applicabat: sed. Codice promulgato, ab huiusmodi onere adimplendo solutum se censuit Quare Episcopus dioecesis R. ab hac Sacra Congregatione petiit utrum episcopus obligatione teneatur applicandi Missam pro populo eiusdem paroeciae suae mensae pleno iure unitae, ita ut huic obligationi satisfacere possit per Missam a semetipso pro universo populo dioecesis applicatam, an dictae obligationi memoratus vicarius, cui congrua fructuum beneficii paroecialis portio assignata fuit, adhuc teneatur.

Axu4ADvra.sioj<E$. — Iuxta canonem 471 5 4: "ad vicanum exclusive pertinet tota animarum cura cum amnibus parochorum iunbus et obligationibus ad normam luris communis et secundum probata statuta dloecesana vel laudabiles consuetudines Inter obligationes autem parochorum adnwneratur etiam, ad normam canonis <66 j 1. Missae pro populo applicatio: " Applicandae Atiasae pro populo obligatione tenetur parochus ad/ normam canonis 255
329.... :** nempe ** omnibus dominicis aliisque festis diebus de praecepto, ellam suppressis Attamen, ad normam J 2 eiusdem canonis 4M. " parochus qu, plures forte paroecias " aeque principaliter unitas repat. auL praeter propriam paroeciam, aliam vel alias in admlnistrationcm habeat, unam tantum debet missam pro populis sibi commissis " diebus praescriptis applicare :**

Eadem omnino statuuntur, ad Episcopum quod attinet, canonibus 339 $ 4 ct 5 quoad applicationem Missae " pro ** universo populo sibi commisso

Ex quo, per analogiam quis deducere posset Episcopum per Missam pro universo populo suae dioecesis, in quo ct fideles paroeciae pleno iure mensae episcopali unitae comprehenduntur. applicatam. obligationi sui vicani curati eodem tempore satisfecisse.

Verum ooligatio. quae Episcopo incumbit .Missam applicandi pro universo populo dioeers-s. distincta omnino est ab obligatione. quam parochus wu vicarius curatus habet Missam applicandi pro pepuk» paroeciae seu vicartie sibi concreditae.

Nam. sicut per unius Missae pro universo populo dioecesis applicationem ab Episcopo /actam, parochi eiusdem dioecesis minime liberantur ab obligatione, qua positive adstringuntur, applicandi unusquisque pro populo propriae paroeciae; ita nec per Missas, quas singuli parochi pro suo cuiusque populo applicant. liberatur Episcopus ab obligatione applicandi Missam pro populo dioecesis. Agitur enim dc distinctis obligationibus» a Codice I. C. separatim. In can. 359 f 4 et 466 $ 1. impositis, quibus sane per unam candemque praestationem, seu per unius eiusdemque Missae pro populo celebrationem, satisfieri nequit

Profecto fideles de iure fructus participant duarum Missarum, quas sancta Mater Ecclesia diebus dominicis aliisque festis de praecepto etiam suppressis applicare pro ipsis Jubet: quarum altera est Missa ab Episcopo pro universis dioecesis fidelibus applicata, altera a parocho peculiariter applicata pro fidelibus suae paroeciae, tamquam distinctae portionis eiusdem dioecesis.

Fideles igitur paroeciae, quae mensae episcopali unita est. quod praedictum ius ab Ecclesia ipsis concessum (participandi nempe fructus duarum Missarum diebus praescriptis) laederentur, nisi vicarius curatus eiusdem paroeciae Missam pro populo et ipse applicaret, praeter Missam ab Episcopo pro universo populo dioecesis applicatam.

Resolutio. — Proposito itaque in Comitiis plenariis diei 9 iulii 1938 dubio: « An *vicarius curatus paroeciae, pleno iure unitae mensae episco/pali, obligatione* 299 *teneatur applicandi Missam pro populo in casu;* Emi Patres huius Sacrae Congregationis responderunt: *Affirmative.*

Quam resolutionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XI in Audientia diei 20 Iulii 1938. referente subscripto Secretario, approbare et confirmare dignatus est.—L Bruno, *Secr.*

1447

1938 IUL 14.-SC PROP. FIDE, EPIST. PART.·

Expurgari debet a superstitiosis ritibus
CAEREMONIA FUNEBRIS < MATANGA >

Eccellenza Revfha, Il suo rapporte concernente la proposta di espurgare dalle superstizioni la cerimonia funebre, detta Matanga. è stato sottoposto all'esame degli Emi Cardinali preposti agli affari di questa S. C.

Gli Emi Padri hanno dato una risposta di principio, approyando il proposito di sostituire con opportune cerimonie il funerale pagano dette Matanga. proscrivendo tutto ciô che in questo è superstizioso o immorale. Ma non hanno creduto di poter entrare in merito ai particolari del progetto, lasciando alia discrezione e alia prudenza dei Delegato Apostolico e degli Ordinari di fare le applicazioni pratiche dei principio suesposto.

Questo principio non è nuovo, ma si deduce, oltrechè dalla storia e dalla prassi delle Missioni, dalla chiara Istruzione data da questa S. C. fin dai 1659: < Nullum studium ponite, nullaque ratione suadete illis populis ut ritus suos, consuetudines et mores mutent, *modo non sint apertissime religioni et bonis moribus contraria...* Fides nullius gentis ritus et consuetudines, modo prava non sint, aut respuit aut laedit, imo vero sarta tecta esse vult Et quoniam ea paene est hominum natura, ut sua, et maxime ipsas suas nationes, caeteris et existimatione et amore praeferant, nulla odii et alienationis causa potentior existit, quam patriarum consuetudinum immutatio, earum maxime quibus homines ab omni patrum memoria assuevere... Quae vero prava exstiterint, nutibus magis et silentio quam verbis proscindenda, opportunitate nimirum captata, qua. dispositis animis ad veritatem capessendam, sensim sine sensu evellantur » *(Collectanea S. C. de Prop. Fide, vol.* I. p. 42. n. 135).

Comunichi quanto sopra a S. E. Monsig. G. Six. Vicario Apostolico di Leopoldville, e nella prima Conferenza degli Ordinari del Congo Belga, tratti questo argomento. SI sa chc da tribu a tribù variano spesso i riti funebri; quindi gli Ordinari delle varie Missioni porteranno il frutto della loro esperienza e del loro zelo per rlsolvere con criteri opportuni una questione di notevole importanza.

Resta poi inteso che bisognerà istruire bene i cristiani, perché svestano da victi preconcetti superstiziosi atti per sè indifferenti, come quelli dei lavacri, quando in questi non sia nulla d'indecente o quelli dl mortlficazionc. Quando i cristiani siano bene istruiti. non pare necessario di esigere dai moribondo previe dichiarazioni sui riti funebri.

Il S. Padre, nelFUdienza dei 13 luglio accordata al sottoscritto Segretario, si è degnato di approvare le decisioni prese dagli Emi Padri Cardinali, c ha autorizzato la Propaganda a scrivere in tal senso a Vostra Eccellenza.

Con sensi...—Petrus Card. Fumasoni Biondi, *Praef. Celsus* Costantini. Secr.

*** Ad Delegatum Ap. in Conço Belgarum; Syllo^e n. 206 qZo quin.**

1448

1938 ILL 26.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 30 (1938) 266

Damnantur opera alafridi loisy
Feria *IV. die 20 Iulii 1938*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rvmi Domini Cardinales» rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audite RR. DD. Consultorum voto et habito prae oculis decreto diei 1 Iunii 1932 (LE 1100 sub die 1932 Iunii 25] quo proscripta fuerunt opera *omnia* Alafridi Loisy usque ad illum annum publici iuris facta, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros eiusdem auctoris ab anno 1932 editos, qui sequuntur:

La religion d'Israël, troisième édition;

La naissance du christianisme;

Le Mandéisme et les origines chrétiennes;

Y a-t-il deux sources de la Religion et de la Morale?

Remarques sur la littérature épistolaire du Nouveau Testament;

Les origines du Nouveau Testament;

Georges Tyrrell et Henri Brémond;

La crise morale du temps présent et l'éducation humaine.

Et sequenti Feria V, die 21 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pjus Divina Providentia Pp. XI. in solita Audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori S. Officii impertita. relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit. confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 26 Iulii 1938.—R. Pantanetti. *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius*

1449

1938 IUL 28.-SC SACK-, INDULTUM. PART.

Facultas asservandi ss. sacramentum in ecclesiis
ET ORATORIIS PUBLICIS IN COMMODUM SPIRITUALE FIDELIUM

Preces - *Beatissime Pater,* Episcopus Hildesiensis humiliter postulat a Sanctitate Vestra facultatem permitendi Sanctissimi Sacramenti asservationem in Ecclesiis et publicis oratoriis suae dioecesis in commodum spirituale fidelium.

Rescr. - Die 28 Julii 1938 Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Ssmo Dno Nostro Pio Papa tributarum, attentis expositis Episcopi Hildesiensis Eidem benigne facultatem tribuit, juxta petita ad triennium, dummodo sacrae aedes sint decenter instructae et supellectilibus sufficienter praeditae. ibidem S. Missae sacrificium semel saltem in hebdomada celebretur, ciborii clavis caute custodiatur, lampas ante Ss. Sacramentum diu noctuque collucescat, sacrae Species frequenter juxta rubricas renoventur et Earumdem securae custodiae diligenter provisum sit ad normam Instr. H. S. C. in comm. officiali < Acta Apostolicae *Sedis* » die 10 Junii c. a. relatae (LE 14351.

• Ordinario HIldesIcnsI, Prot. N. 2294/38: AKKR 118 (1938) 522. Adn. AKKR 118 (1838) 522-523.

1450

1938 ACG l.-SC RIT. DECR. AAS 30 (1938) 292-295

Variationes faciendae in rubricis **BREVIARII LT MISSALIS ROMANI**

Edita nuperrime a Sacra Paenitentiaria Apostolica nova Collectione precum ct piorum operum, quae a Sancta Sede icdulgenUis dilata sunt ut ampliores istae largitiones suis quiousvi» loeu adnotarentur. abrogatis veteribus concessionibus Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, sequentes variationes m rubricis Breviarii et Missalis Romani Ucieadas esse decrevit;

1 - In URZV1ARIO ROMANO

1 In initio. post verba: Ordinarium Divini *OJjicii iuxta Ruum Romanum persolvendi,* ponatur haec rubrica:

Cleric's in sacris constitutis, qui integrum divinum Officium. quamvis tn partes distributum, coram Ssifio Sacranento. sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato. devote recitaverint, conceditur Indulgentia plenaria si praeterea sacramentalem confessionem instituerint. ad eucharisticum Convivium accesserint et ad mentem Summi Pontifici- oraverint Pius Pp XI. 23 Octobris 1930

lis vero, qui aivinum Officium coram Ssffio Sacramento ut supra ex parte tantum recitaverint, conceditur Indulgentia quingentorum dierum pro unaquaque hora canonica Plia Pp XI 18 Mail 1933

Iisdem autem clericis, qui divinum Officium in alias preces commutatum rite obtinuerint, si preces eiusmodi conceditur Indulgentia plenaria, additis sacramentall concoram Ssflio Sacramento, uti supra, devote recitaverint, fessmne. sacra Communione et oratione ad mentem Sumini Pontificis Piu> Pp XI. 7 Novembris 1932

2 In eodem Ordinario, rubrica praemissa Orationi Aperi Domine mutetur m aliam

Antequam inchoetur Officium laudabiliter dicitur, sub angulari semper numero, sequens Oratio, pro qua Summus Pontifex Pius Pp XI sub die 17 Novembris 1933 Indulgentiam trium annorum concessit.

3 Item m eodem Ordinario rubrica Orationi *Sacrosanctae* praeposita, mutetur ln aliam:

Cum expletum luent Officium. laudabiliter dicitur sequens Oratio pro qua Summus Pontifex Pius Papa XI SJ =ud die 1 Decembris 1933 indul/gentiam trium annorum concessit Praeterea Clericis in sacris constitutis et Sacerdotibus eam devote post Officium recitantibus Summus Pontifex Leo X defectus el culpas ln eo persolvendo ex humana fragilitate contractas, induisit Dicitur autem flexis semper genibus ln privata etiam recitatione, praeter quam ab its au! ob certam infirmitatem vel gniviorfii impedrmenu causam nequeant genuflectere

П - In M1SSAL1 ROMANO

Rubricae de indulgentiis appositis ad Orationes pro opportunitate dicendas ante Missae celebrationem reformentur ut sequitur

1 Ar te antiphonam *Ne reminiscaris:*

Quilibet Saceraos. ex concessione Pii Pp XI sub die 3 Octobris 1936. lucrari potest Indulgentiam quinque annorum. si ante Missae celebrationem, recitet Psalmos 83 84. E5 115 et 129 cum adnexa antlphona. versiculis et Oremus m infra ; plenariam, si per integrum mensem praedictas Preces quotidie recitaverit, additis confessione sacramenull et oratione ao Summi Pontificis mentem

2 Post Inscriptionem Oratio S Ambrosii Episcopi et ante verba Die *Dominica* inseratur rubrica:

Indulgentia trium annorum pro qualibet ex sequentibus oratmn'hus S Ambrosii si in die assignata recitetur Pius Pp XI 3 Octobris 1936

3 Ante aliam orationem S Ambrosii Ad mensam reformetur rubrica indulgentia trium annorum Pius Pp XL 3 Octobris 1936

4 Anu orationem S Thomae *Omnipotens sempiterne Deus* sic retormetur rubrica

Indulgentia trium annorum: plenaria, dummodo quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fuerit et praeteie? sacramentalis confessio alicuius eccler.ar vel publici oratorii visitatio et ad mentem Summi Pontifie». prece additae fuerint Plus Pp XI 10 Decembris 1936

5 Ante orationem ad B Mariam V *O* Mater pietatis ita miretur rubrica

Indulgentia trium annorum Plus Pp X·· 3 Octobris 1938 '.1E

6 Ante ora'ionem ad S losepb *O felicem virum* mutetur rubrica ut infra

Indulgentia trium annorum Piua PP XI 3 Octobris

‘‘^Ante orationem .d omnes Amtell e· Sanctos Ancett An-Mnoch «ic mutetur ruhrrca

Indulgentia trium annorum Pius PP XI. 3 Octoorls 1936 *

8. Ante orationem ad Sanctum. O Sancte N,, m cuius honorem Missa celebratur, mutetur rubrica:

Indulgentia trium annorum Pius Pp XI. 3 Octobris 1936

9 Ad declarationem intentionis ante Missam *Ego* volo ponatur rubrica·

Indulgentia quingentorum dierum Pius Pp XI. 12 iulii 1935

Rubricae de indulgentiis appositis ad Orationes ost Missae celebrationem vel recitandas luxta Ritum sero. in *celebr Musae* (til XII n 6j vel pro opportunitate dicendas. reformentur ut sequitur:

1 Ante antiphonam Tnum puerorum mutetur rubrica:

Quilibet Sacerdos, ex concessione Pii XI sub die 3 Octobris 1936. lucrari potest Indulgentiam quinque annorum, sl post Missam celebratam, recitet Canticum Tnum puerorum et Psalmum 150 cum adnexa antiphona versiculis et *Oremus* ur infra. plenariam, si per integrum mensem praedictas preces recitaverit, accedente sacramental! confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis

2 Ante orationem S Thomae Grallas tibi *ago* inseratur rubrica·

Indulgentia trium annorum; plenaria, oratione quotidie ln integrum mensem pie reiteraLa et additis sacramental! confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et precibus ad Summi Pontificis mentem Pius Pp XL 22 Novembris 1934

3 Ante orationem S Bonaventurae *Transfige* inseratur rubrica:

Indulgentia trium annorum Pius Pp XI 3 Jctobns 1936

4 Ante rhythmum S Thomae *Adoro te* devote mutetur rubrica:

Indulgentia quinque annorum: plenaria suetis condiuonlbus. quotidiana rhythm! recitatione tn integrum mensem producta Pius Pp XI. 12 Martii 1936

5. Ante aspirationes Anima Christi reformetur rubrica;

Indulgentia septem annorum, s! Sacerdos post Missam invocationes pie recitaverit; trecentorum dierum toties quoties plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocationum recitatio devote peracta fuerit Pius Pp IX 9 Ianuarii 1854 /

6 Ad oblationem sui Suscipe. *Domine* reformetur rubrica;

" Indulgentia trium annorum : plenaria suetis conditionibus. si quotidie per integrum mensem actus oblationis devote recitatus fuerit Pius Pp XI. 4 Decembris 1932

7 Ante orationem ad D N L C Crucifixuro En *ego* mutetur rubrica

Indulgentia decem annorum: P^na^ar^ltantfbus Missam et orantibus sd mentem Summi Pontificis Pius Pp XI ? Februarii 1934

8 Ad aliam orationem *Obsecro te sic* reformetur ruivrica *

Indulgentia tnum annorum Pius Pp DC H Decembris 1846 Insuper hanc orationem recitanti flexis genibus nisi impediatui conceditur remissio defectuum et culparum in celebratione Missae ex humana fragilitate r ntractarum Pius Pp X. 29 Augusti 1912

9 Ad orationem ad B Mariam V *O lana. Virgo et Mater* reformetur rubnea:

Indulgentia trium annorum Pius Pp. XI. 3 Octobris 1936

10 Ante oraoonem ad S losepn Virginum custos ponatur rubrica

Indulgentia trium annorum; plenaria suetis conditionibus oratione quotidie per integrum mensem pia mente iterata Pius Pp XI 18 Maii 1936

11 Ante orationem ad Sanctum Sancte N.. tn cuius honorem Missa celebrata est reformetur rubrica:

Indulgentia trium annorum Pius Pp XI. 3 Octobris 1938

Datum Romae, cx Secretaria S. Rituum Congregationis die 1 Augusti 1938 —C Card Laürzntï Praef A Carinci Secr

Adn I. M HANSSENS in PrM 27 (1938) 427 438; ELIP 52 (1938) 132-133; ME 50 (1938) 280-283.

1451

1938 -AUG 10.-SC NEE DECR- AAS M (1938) 296-297

ANTILLARUM

Delegatio apostolica antillarum supprimitur eiusque **TERRITORIUM PARTTIS NUNTIATURAE APOSTOLICAE PEXES REMPUBLICAM CUBANAM PART1M NUNTIATURAE APOSTOLICAt PENES REPUBLICAN DF HAITI ET DOMINICANAM TRIBUITUR**

Decreto «Antillarum · die mi meestf Decembris a. mdccccxxv eoilo ILE 654J, S. Congregatio Coosxstonahs

ut religioso bono consuleret» Apostolicam Delegationem Antillarum erexit» cui urbs S. Christophorus de Habana sedes esset princeps, simulque constituit, ut eius jurisdictio sese ad universas magnas et parvas Antillas insulas praetenderet ac territoria contineret antehac Apostolico Delegato Cubano et Portoricensi subjecta.

Hoc autem Apostolica Sedes haud ita providit, ut ratum et immutabile semper perstaret, sed potius mutationes, accessiones, definitiones exciperet, quas tempus et usus rerum congruas aptasque suadeant.

Quamobrem. cum in Antillis insulis catholica religio faustis vigeret fructibus atque bonam de uberioribus suis incrementis spem concipi sineret, Apostolica Sedes omnino expedire censuit, ut in Americae mediae insulis unus tantum non esset, qui ipsius gereret personam. Etenim Apostolicus Delegatus, qui S. Christophori dc Habana residebat, cum haud crebra navium itinera insulas alias ad alias nationes pertinentes conjungerent, haud facile poterat extremas suae jurisdictionis plagas attingere.

Postquam vero Internuntatura Apostolica de Haiti die xvn mensis Octobris a. mdccccxxx in Apostolicam Nuntiaturam conversa est ac novae Apostolicae Nuntiaturae die xv mensis Octobris a. mdccccxxx penes Rempublicam Dominicam et die xi mensis Septembris mdccccxxx» penes Rempublicam Cubanam institutae sunt, perquam opportunum visum est. ut territorium quod Apostolico Delegato Antillarum insularum suberat dismcmbrarctur. Referente igitur me infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis. Sanctitas Sua haec quae
297 sequuntur constituere dignata est:/

Delegatio Apostolica Antillarum omnino aboletur eiusdemque territorium committitur vigilantiae et curae partim Nuntii Apostolici penes Rempublicam Cubanam. partim Nuntii Apostolici qui in urbe Portu Principis residet.

Nuntiaturae Apostolicae penes Rempublicam Cubanam asignantur: Jamaica insula cum territoriis ei annexis et Honduras Britannicum.

Apostolicae Nuntiaturae penes Respublicas de Haiti et Dominicanam addicuntur etiam Insula de Puerto Rico cum territoriis ei annexis, omnes parvae Antillae, exceptis insula de Barbados et insulis Foederatis Venezuelae Civitatibus annexis, quae ad Apostolicam Nuntiaturam de Caracas pertinent.

Insulae denique Bermudenses pergunt sub ditione Apostolicae Delegationis Canadensis et Terrae Novae esse, insulae autem de Bahama sub ditione Apostolicae Delegationis Foederatarum in America septemtrionali Civitatum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Vaticanis, die 10 mensis Augusti anno 1938.—E. Card. Pacelli, *Praef.*

1452

1938 AUG 25.-SC RITUUM, RESP. PART.·

De loco a < **PICCOLO CLERO** > servando in processionibus **LTTURGICIS**

Acircale. 9 agosto 19CS.

Dubium - *Emincnza Rcv.ma,* con la présente mi pcrmctlo •ottomrtiere aU'aulorcvoLe giudizio dell'E. V. Revma il seguente quesito:

In moite parrocchie della nua Diocesi come nelle parrocchie di parccchie Diocesi d'Itaha. ê bene organizzato ll Piccolo Clero " che oltre alia prcparazlone liturgies del ragazzl mira anche alla loro formauone morale e a un indlretto awUmento al Seminario.

I componenti il " Piccolo Clero " ordmariamente vengono adibili per ll servizio delle Ss. Messe e specialmente per le funzioni eolennl delle Parrocchie.

In occasione delle Sacre Processioni (via del SS.mo Sacramento come in altre» naturalmente portecipano alia cerimonia.

E v>rto Intanto qualche dubbio in merito al posto da dare al detti chierichettl nelle processioni.

Come pram! eln'oRgi »l è usato dl fare incedere insterne al Clero secolare I detti chierichettl che portano la divisa ïdentic ai Seminartati. c che inccdono sotto unica Croce (quella dei Clero secolare).

Qualcuno vorrebbe sostencre che insieme al Clero secolare possano stare soltanto dei " Piccolo Clero ll tunierano. ll ccroferario e Il crocifero mentre gli altri dovrtbbero aver posto prima dei Religiosi, sc non proprio prinr» delle Confraternité.

Per eliminare cgnl incertezza. prego cotcsta S. Congregazione di voler dare una précisa norma direttiva, che d serva di norma.

Con profonda stima. al bacio della S. Porpora rodo professarmi dell'Em. V. Rev ma dev mo —Saliatorje - Vcicouo.

Responsum S. C. Rituum - Roma. 25 agosto 1938.

Eccellenza Reverendissima, Questo Sacro Dicastero esaminata attentamentc la venerata Jettera òoll'E. V. Rcv.ma circa il posto competente al piccolo Clero nelle processioni, dato che Il medesimo è vestito come i *seminarlsti* dei Seminario diocesano. si reca a premura portare a conoscenza dell'E. V. che l suddeti giovanetti essendo vestiti « clericali habitu » debbono incedere primi sotto Ia Croce dei Clero secolare — owero dei Capitolo cattedrale — prima degli alunni dei Seminario.

Nel comunicare quanto sopra all'E. V. mi valgo dell'occasione per dichiararmi dell'Ecc. V. Revrnia devjno servo.—A. Carinci, *Segretario.*

• Ordinario Udem!. Prot. N. J. 21-38: ME 50 (1938) 284-235

1453

1938 AUG 31.-SC S, OFF,, DECR. AAS 30 (1938) 318

Proscriptio librorum aloysiae piccareta
Feria IV, die 13 Iulii 1933

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in *Indicem* librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros, qui sequuntur, ab Aloysia Piccareta conscriptos et aliorum cura variis in locis pluries editos:

1. *L'Orologio della Passione di Nostro Signor Gesù Cristo, con un Trattato sulla Divina Volonté;*

2. *Nel Regno della Divina Volonté;*

3. *La Regina del Cielo nel Regno della Divina Volonté.*

Et sequenti Feria V. die 14 eiusdem mensis et anni, Ssfiius D. N. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit. confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 31 Augusti 1938.—R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. E B. in NrT 65 (1938) 1085; CM 28 (1939) 57-58; ME 50 (1933) 306; PrM 27 (1938) 372-373.

1454

1938 NOV 16.-SC ORIENT, DECR. AAS 31(1939)169-170

De annua relatione ad sacram congregationem mittenda A **SACERDOTIBUS RITUS ORIENTALIS CURAM ANIMARUM HABENTIBUS EXTRA FINES SUI PATRIARCHATUS, SUB IURISDICTIONE ORDINARII ALIENI RITUS**

Cordi semper fuit S. Congregationi pro Ecclesia Orientali adsistentiae spirituali providere fidelium sibi concreditorum, non eorum tantum qui intra fines suorum Patriarchatuum degunt, sed eorum etiam qui. suapte voluntate vel necessitate aliqua compulsi, extra eosdem fines versantur, sub iurisdictione Ordinarii alius ritus. Hanc ob rem sacerdotibus huic adsistentiae addictis, saepius S. Congregatio multa commendavit, consilia dedit, quasdam obligationes imposuit. Inter haec voluit ut singuli hi sacerdotes quotannis relationem. ab ipsis subscriptam et ab Ordinario loci probatam. mitterent, qua de fidelibus et de ministerio in ipsorum bonum ab ipsis exercito quotannis referrent Hic iuvat iterum memorare quae in decreto c Qua sol-

u-ti i dici 23 mensis Decembris anni 1929 [LE 937). et in Instructione diei 2G Septembris a. 1932 [LE 11211 continentur: ‹ in line cuiusque anni, a die data in rescripto supputandi, tenetur quilibet sacerdos orientalis nui in praefatis regionibus degit, relationem scriptam mittere ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali dc Stttu religioso suorum fidelium et de sacro ministerio tdjnpleto; hanc vero relationem exhibebit Ordinario loci, ut hic sua auctoritate eam scripto comprobet, opportune suas addens adnotationes; ipseque Ordinarius eim ad Sacram Congregationem transmittet ».

Quo vero facilius ac plenius huic obligationi a singulis sacerdotibus, quibus omis hoc incumbit, satisfieri possit, exemplar proponitur iuxta quod praedictae relationes erunt quotannis in posterum redigendae.

Hac vero arrepta occasione. Sacra Congregatio sacerdotibus orientalibus, qui spiritualem curam praestant fidelibus sui ritus apud exteras regiones, enixe commendat ut plenam vereque paternam sollicitudinem ipsis impendant et animas suis curis commissas ita pascant ‹ *forma jacti gregis ex animo* » ut de eorum labore, maximeque de profectu ovium, gaudere possint ipsi non tantum sed etiam Ordinarii locorum ubi degunt atque
D Antistites ritus ad quos pertinere gloriantur./

Quae omnia Ssmus D. N. Pius div. Prov» Papa XI adprobare dignatus est in Audientia, die 9 Novembris a. 1938, infrascripto Cardinali a Secretis concessa et publici iuris per praesens decretum fieri iussit

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali. die 16 Novembris a. 1938.—E. Card. Tisserant, *a Secretis.* I. Cesarini, *Adsessor.*

Adn. E. B. in NrT 66 (1939) 715; I. JAROS In Apoll. 12 (1939) 442-446; IP 19 (1939) 101.

1455

1938 NOV 2L-PIUS XI, LIT. AP. AAS 31 (1939) 100

Nova delegatio apostolica in **BRITANNIA CONSTITUITUR**

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Paterna caritas, qua christifideles omnes complectimur. Nos instanter admonet ut eorum saluti et profectui quantum in Domino possumus consulamus. Hac profecto de causa cum praeterito lam sacculo Ecclesiastica Hiérarchie In regno Britannico feliciter sit restituta et nova exinde sint habita rei catholicae incrementa, valde opportunum nunc Nobis visum est ut Delegatus quoque Apostolicae Sedis in eadem natione constitueretur, ut Ecclesiae Christifideliumque bonum uberius ibi faciliusque promoveatur. Audita propterea Sacra Consistoriali Congregatione. hisce Litteris Apostolicis atque auctoritate Nostra pro Britannia ex nunc Delegationem Apostolicam erigimus, sede eiusdem Londini constituta, eidemque Delegationi omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, officia atque indulta. quae huiusmodi Delegationum iure communi propria sunt Haec, quae in utilitatem nobilissimae Britannicae gentis fore confidimus, in Domino statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Delegationi Apostolicae per Nos in Britannia constitutae nunc et in posterum suffragari; sicque rite iudicandum esse et deiiniendum, irritumque cx nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter s:ve ignoranter attentari contigerit Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo P;scatoris. die xxi m. Novembris an. mcmxxxvui, Pontificatus Nostri decimo septimo.—E. Card. Pachjj, α *Secretis Status.*

Adn. E. J. M. in CR 16 (1939) 449-450.

1456

1938 DEC 1.-SC RITUUM, INDULT. PART.·

WESTMONASTERIES

Abrogatur consuetudo addendi nomen patroni orationi « A CUNCTIS » IN ANGLIA ET CAMBRIA

Ad uniformitatem obtinendam in Anglia cl Cambria cum vigenti disciplina Ecclesiae Universalis, hodiernus Episcopus NotUnghamcnsis, Commissionis in re canonica praeparanda pro Concilio Plenario Anglico ct Cambrico relator, eiusdem Commissionis vota quoque depromens. Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI instanter adprecatus est ut consuetudo indulta por Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fido dici 24 mail 1E63. inserendi in oratione " A cunctis " loco titularis Ecclesiae propriae, nomen Sancti Gcorgi Martyris Patroni Regni, vel Patroni Dioeceseos. abrogari possit.

Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributis, attentis superius expositis E/Dl ac Revffil Cardinalis Archiepiscopi Westmonasterien. commendationis officio communitis. benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 1 decembris 1938.—Card. Salotti. S. *R. C. Pracj.*

• **Ordlaariis Aη Iiκ et Cerabriae: CR 17 (1939) 77.**

1457

1938 DEC 8.-PIUS XI, MP. AAS 30 (1938) 410-413

DE ORDINANDIS TRIBUNALIBUS ECCLESLASTICTS PRO CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII DECIDENDIS IN ITALIA

PIUS PP. XI

Qua cura quave diligentia Sancta Mater Ecclesia decurrentibus saeculis iura et firmitatem Sacramenti Magni tutaverit, universa testatur historia, ut recenter in Litteris Encyclicis ‹ Casti connubii » breviter adumbravimus [LE 1005],

Et merito quidem, cum matrimonium christianum non modo ad coniugum spirituale itemque temporale bonum tendat, sed praecipue ad prolis generationem sit divinitus ordinatum, ut genus humanum, iuxta Dei praeceptum. « crescat repleatque terram », sitque proinde matrimonium simul et Ecclesiae et Reipublicae verum ct unicum seminarium.

Cum vero matrimonium ipsum in contractu ad Sacramenti dignitatem evecto consistat, nonnumquam evenire potest, contractum ipsum, et consequenter Sacramentum. nullitate laborare, eo quod coniuges contrahendi incapaces exstiterint, vel aliquo canonico impedimento dirimente praepediti fuerint, aut quia coactum attulerint consensum, vel eundem consensum non valida expresserint forma, et ita porro.

Hisce in casibus iudicium ferre de validitate aut nullitate matrimonii ad Ecclesiam exclusive pertinet, quae ad rem adhibet tribunalia ecclesiastica ad tramitem canonum constituta, quaeque iuxta normas ad hoc latas procedere in tam gravi negotio tenentur, prouti vel recentissime salubriter et conspicue provisum est per Instructionem S. C. de Disciplina Sacramentorum die xv mensis Augusti, a. mdccccxxxvi [LE 13471 datam, quam hisce Apostolicis Litteris Motu Proprio datis confirmatam volumus/ pro omnibus tribunalibus valituram, salvis, pro Tribunalibus Apostolicis, eorundem peculiaribus normis.

Quam autem arduum sit munus definiendi utrum In casu concreto Sacramentum matrimonii valitum exstiterit necne, quisquis facile percipiet, si prae oculis ponat naturam controversée a tribunali dirimendae. Ita pariter superfluum videtur pericula et damna declarare quae, ex fortuito errore vel in Iure vel in facto a iudice admisso, et partibus et matrimoniali instituto et bonis sive familiarum sive civilis societatis ipsius obvenire possint

Quod si sapientissimus ille Rex Salomon ad Domi num humiliter clamare cogebatur: « Quis poterit Judicare populum istum, populum tuum hunc multum? » (III. Reg. I. 9) cum tamen de iudiclls temporalibus non autem de spiritualibus ageretur, quamnam excellent am sive virtutum moralium, sive scientiae, sive prudentiae.

sive ingenii necessariam putabimus pro tudîcibus τ-clesiasticis. ut suo muneri ipsi pares inveniantur?

Merito, proinde, praeiaudato instructio ait: « At-'ñta harum causarum gravitate necnon difficultate, tum quoad leges proce dural‡* servandas, tum quoad intrinsecum causae meritum. Episcoporum est grout1er *onerata eorum conscientia,* caute et diligenter seligere sacerdotes. quorum prudentia et probitas sil omni exceptione maior, quique *laurea* vel saltem licentia in iure canonico sint praediti sin minus scientia et experientia iuridica *vere* polleanr * (art 21).

Facili prorsus negotio, igitur, quisquis percipit cur ln Italia, ubi. ob magnum dioecesium numerum permultae parvn temtono ex.guoque clero constant, gravi immo quandoque insuperabili difficultate afficia .tur Ordinarii m officialibus el ludicibus vere peritis suo tribunali praeponendis Quae proinde difficultas si prae oculis ponatur, manifesta apparet necessitas assignandi pro tractatione causarum matrimonialium quaedam tribunalia, numero pauciora quae, omnibus numeris absoluta. rite et laudabiliter proprio munere fungi queant

Postquam, ereo. Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum. plurium annorum labore, accurate notitias circa tribunalia causasque matrimoniales ab Ordinariis Italiae conquisient eorumque vota receperit el postquam super praesenti negotio peritorum vota postulaverit. rem totam in suis Plenarns Comitiis dtpi xxn mensis Iulii currentis anni, intervenientibus quoque Emmentissunis Patribus & C. Consistorialis. Nobis decernendam proposuit

Quapropter. Emmentissimorum Patrum votis mature perpensis. Motu Proprio, certa scientia ac de Apostolicae plenitudine potestatis, haec omnia quae sequuntur. statuenda decrevimus ac decernimus:/

U

I. Singula quaeque Regio Conciliaris seu Ecclesiastica Italiae constilu.t circumscriptionem unicam unumque habebit regionale tribunal quoad tractationem et decisionem causarum de nullitate matrimoniorum Ideoque in prima instantia tractabuntur causae Regionis Conciliaris 1) Pedemonlanae apud tribunal *Taunr.ense; 2)* Longobardicae. apud *Mediolanense; 3›* Liguriae, apud *lanuense;* 4) Aemiliae, apud *Mutinense;* 5) Venetae apud *Veneliarum.* 6) Romandiolae. apud *Bononiense; 7)* Aetrunae. apud *Florentlnum;* 8› Umbriae, apud *Perusinum;* 9) Picenae, apud *Firmanum;* 10) Latu apud Tribunal Vicariatus *Urbis;* 11i Aprutinae apud *Teatvnum;* 12) Beneventanae, apud *Beneventanum;* 13) Lucanae et Salernitanae, apud *Salernitanum;* 14› Campanae, apud *Neapolitanum;* 15) Apuliae, apud *Barense;* 16» Calabriae. apud *Rheginense;* 17) Siculae, apud *Panormitanum;* 18) Sardiniae, apud *Calaritanum*

U. Pro tractatione praedictarum causarum in gradu appellationis, incolumi semper facultate directe provocandi ad Sacram Romanam Rotam iuxta can 1599. I 1. η. 1 Codicis I. C., ad quam Vicariatus Urbis semper appellabit, ito procedetur:

Ad tribunal Taunnense deferentur causae in pruna instantia tractatae apud tribunal *lanuense,* ad tribunal lanuense. quae apud tribunal *Mediolanense;* ad tribunal Mediolanense, quae apud tribunalia *Taurinense* et *Venetiorum;* ad tribunal Venctiarum. quae apud tribunal *Bononiense;* ad tribunal Bononiense, quae apud tribunalia Florentinum et *Mutinense;* ad tribunal Florentinum. quae apud tribunalia *Perusinum* et *Firmanum;* ad tribunal Vicariatus Urbis, quae apud tribunalia *Neapolitanum* et *Calantanum;* ad tribunal Neapolitanum quae apud tribunalia *Panormitanum, Rheginense. Salernitanum* et Beneventanum; ad tribunal Benaventonum. quae apud tribunalia Barense et *Teatinum*

IП Officiales, iudices. promotores iustitiae. defensores vinculi alnque administri horum tribunalium — excepto tnbunah Vicariatus Urbis, cuius Officialis. ludices. etc ab ipso Summo Pontifice proponente Emmentissimo Cardinal; Urbis Vicario, nominabuntur — deligendi sunt et constituendi, ad definitum tempus, ab Excfnis Ordinariis in Coetibus Regionalibus

IV Horum tribunalium iura et olficia necnon practlcam agendi rationem Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum definiet, etiam circa tempus quo quae supra statuimus exsecutioni demandanda sint, necnon circa normas temporarias relate ad causas pendentes

V Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum vigilem «cdutamque pro <uo munere dei operam ut
13 tum Offtr ales tum indices tum oraesertim promotores iustitiae ct vinculi defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem S C editas vel edendas.

Haec statuimus non obstantibus quibuslibet m contrarium facientibus, licet speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S Petrum, die vm Decembns. ln Festo Conceptionis Immaculatae B Mariae V anno MCMXXXTin Pontificatus Nostri decimo septimo – Pius Pp xi.

Adn E. BERGH tn NrT 66 (1939) 336 338 ƒ. ltOBERTI q Apoll. 12 (1939) 22-25; IP 18 (1938) 302-303; ME 50 (1938/ 344.

1938 DEC 8.-SC SAC1U INSTRUCTIO PART.·

INSTRUCTIO RESERVATA

Ad exc.mos ac revmos arch1episcopos, episcopos, LOCORUM ORDINARIOS NECNON SUPERIORES MAIORES ORDINUM \C RELIGIONUM CLERICALIUM. DE COMMUNIONE QUOTIDIANA HABITUALI ET PAENE GENERALI IN SEMINARIIS. COLLEGIIS COMMUNITATIBUS ETIAM RELIGIOSIS ET DE ABUSIBUS IN EADEM PRAECAVENDIS

Postquam Pius s. r. Papa X fideles ad frequentem ac quotidianam Communionem excitavit, edito die 20 decembris 1905 a S S Concilii decreto. *Sacra Tndentina Synodus* (ASS 38 (1905-06) 400-4061. atque ad eandem pueros quoque vocavit per decretum *Quam singulari* iAAS 2 (1910) 577-583] S H. C diei 8 augusti 1910 — quae decreta Codex iuris canonici sua fecit (can. 863) — uti perspectum quisque habet, usus Communionis frequentis ac quotidianae, diffusus est feliciter

Qui usus, innumerabilium causa bonorum, nedum laudandus sed et ulterius diffundendus est. neque dumtaxat in fideles in genere, sed et in tuvenes puerosque iuxta praeceptum a praefatis decretis impositum et servatis normis ad rem ib: oraestitutis.

« *Communio frequens et quotidiana... quam max.me promoveatur* tn *clericorum Seminanis., item* in aliu Christianus *omne genus ephebeis* » (Decretum *Sacra Tridentina Synodus,* n. 7). Et « *puerorum curam habentibus omni studio conandum est ut post primam Communionem iidem pueri ad sacram mensam saepius accedant et, si fieri possit, etiam quotidie, prout Christus et mater Ecclesia desiderant, utque* id *agant ea omni devotione quam* talis *fert aetas* › (Decretum Quam *singulari.* n. 6).

1. — Sed. ut laudanda Communio frequens ac quotidiana ita urgenda est observantia conditionum, quae necessariae sunt, quaeque m statu *gratiae* atque recta intentione sunt positae Item opportunae adhibeantur cautelae ad impediendum quominus indigne qu:s hunc Panem manducet Ait enim Apostolus: « Quicumque manducarent panem *hunc, vel* bibent calicem Domini *indigne, reus erit Corporis et Sanguinis Domini* › (I Cor XI. 27).

Etenim periculum Communionis haud rite sumendae. quod quasi ipsi inhaerere cernitur praxi sacrae Synaxis frequentis et quotidianae late diffusae, spectata hominum natura cui assueta vilescunt, augetur cum fideles praesertim luniores. non singillatim sed generatim et universe ad S Mensam accedunt, ut in Seminariis et communitatibus religiosis quotidie accidit, saepe vero in collegiis et ephebeis pro Christiana luvenum institutione et eruditione, atque interdum in conventibus, qui tempore paschali vel sollemni alia occasione. Ss Eucharistiae suscipiendae causa, habentur

Fieri enim potest ut quis, gravis peccati conscius, ad sacram Mensam nihilominus accedat exemplo sodalium permotus atque vano timore, ne admirationi aliorum, praesertim Superiorum, exponatur adeoque suspicioni gravis culpae commissae.

II — Itaque ad abusum omnem, quatenus fleri potest, praecavendum, huic Sacrae Congregationi visum est necessarium investigare opportuna remedia eademque communicare animarum Pastoribus Sunt autem quae infra recensentur.

1 Concinnatores atque spiritus moderatores hortantes publice vel privatim fideles adnloscentulos praesertim ad frequentem et quotidianam Communionem, m hac hortatione ne acquiescant, sed simul aperte do-

want: a) *earn non praecipi;* b) *eandem fieri non posse* abi necessariis concurrenlibus conditionibus.

a) Frequens ct quotidiana Communio, valde quidem commendatur, sed nulla lege praecipitur. Relinquitur ideo uniuscuiusque devotioni ac pietatL Quod adeo verum est. ut ipsa obligatio Communionis paschale temperetur per clausulam ‹ nisi *forte de consilio ρυρηι sacerdotis,* ob aliquam rationabilem *causam,* (iidebs) *ad tempus ab* eius *perceptione duzerit abstinendum* » (can. 859 § 1). Ex hoc autem sequitur nulli adEUrationi vel suspicioni esse locum si quis, ubi Communionis quotidianae vigeat usus, ab eadem interdum ibstincat. Qua veritate clara in luce posita, radicitus imputabitur vanus timor qui Communionis indigne sumendae occasio esse potest.

b) Sacra Communio, quae est vita bonis, eadem *r.ors est malis.* Ideo requiritur prae primis *status gratiae.* Maximopere inspirandus est sacrilegii horror, atque recolenda lex iuxta quam « *nemo, quem conscientia peccati mortalis gravat, quanlumcumquc etiam se contritum existimet, sine praemissa sacramentali confestione ad sacram Communionem accedat...* › (can. 856).

Requiritur quoque *recta seu* pia intentio, quae « in eo est ut qui ad *sacram mensam accedit non usui aut vav.tati aut humanis rationibus indulgeat, sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius caritate coniungi ac divino ὡo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere* › (Decr. *Sacra Tridentina Synodus,* n. 2).

Praeterea. « ut *frequens et quotidiana Communia Faiore prudentia fiat uberioreque merito augeatur, oportet ut confessorii consilium intercedat* › (Decr. cit., n. 5).

2. Una cum Communione frequenti promovenda est frequens confessio: non quod singulis Communionibus praemittenca sit confessio, nisi quis de lethali sibi conscius sit, sed ut fideles in communitatibus viventes, non iintum statis diebus ad confessionem accedant, sed iisdem facultas fiat libere accedendi, sine ulla moderatorum animadversione, ad confessarium sibi benevisum, et, quod peculiaris est momenti, potestas detur peragendi confessionem etiam paulo ante Communionis tempus.

a) Itaque animarum Pastores omni ope contendant, ut in singulas communitates, pro membrorum numero, unum aIterumve confessarium praestituant, ad quem quisque libere accedere valeat. Prae oculis autem habeant normam, iuxta quam, ubi frequens ac quotidiaca Communio est in honore, ibi confessionis sacramentis danda est» quatenus fieri potest, frequens ac quotidiana facultas Optandum quoque est ut communitatibus omnibus frequentius dentur alii confessarii ex approbatis.

b) Quod ad Seminaria refert, in re prostant statuta can. 1353, 1361 et 1367 C. I. C.. iuxta quae duo saltem confessarii ordinarii directorque spiritus adsint necessc est in quolibet Seminario, ac praeter ordinarios alii sunt designandi, ad quos libere alumni accedere possint: si hi confessarii extra Seminarium degant et alumnus eorum aliquem acciri postulet, Ulum rector arcessat, nullo modo petitionis rationem inquirens neque se aegre id ferre demonstrans: si in Seminario habitent, ipsos alumnus libere adire potest, salva Seminarii disciplina. Gravem S. Alphonsi sententiam perpendant moderatores, nempe Seminarii alumnos in magno versari discrimine sacrilegia patrandi si peccata lua semper confiteantur confessariis sibi notis.l Episcopi autem curent ut alumni semel saltem in hebdomada ad sacramentum poenitentiae accedant.

c) Quoad vero communitates religiosas virorum et mulierum quasl-bet. praecepta desumuntur ex can. 518 et seq,, eaque sunt religiose servanda, ipsorum inspectis Utera et spiritu. « *In singulis religionis clericalis domibus deputentur plures pro sodalium numero confessarii legitime approbati, cum potestate, si agatur de religione exempta, absolvendi etiam a casibus in religione reservatis* › *(can.* 518 § 1). ‹ *Caveant Superiores* ne *quem subditum aut ipsi per se aut per alium vi, metu, importunis suasionibus aliave ratione inducant ut peccata apud se confiteatur* › (ibi 5 3). « ... Si *religionis, etiam exemptus, ad suae conscientiae quietem, confessarium adeat ab Ordinario loci adprobatum, etsi inter designatos non recensitum, confessio, revocato quolibet contrario privilegio, valida et licita est; et confessarius potest religiosum absolvere etiam a peccatis et censuris in religione reservatis* › (can. 519). ‹ *Unicuique religiosarum communitati detur confessarius extraordinarius, qui quater saltem* in anno *ad domum religiosam accedat et cui omnes religiosae se sistere debent, saltem benedictionem recepturae* › (can. 521 § 1). c Ordinarii *locorum, in quibus religiosarum communitates exsistunt, aliquot sacerdotes pro singulis domibus designent, ad quos pro sacramento poenitentiae tn casibus particularibus recurrere eae facile possint, quin necessarium sit ipsum Ordinarium toties quoties adire* » (ibi 5 2). ‹ Si *qua religiosa, ad animi sui quietem, et ad maiorem* in via *Dei progressum, aliquem specialem confessarium vel moderatorem spiritualem postulet, eum facile Ordinarius concedat...* › (can. 520 § 2). ‹ Si qua *pariter religiosa aliquem ex... confessariis* (a locorum Ordinariis designatis pro singulis domibus religiosarum) *expetat, nulli Antistitae liceat nec per se nec per alios, neque directe neque indirecte, petitionis rationem inquirere, petitioni verbis* aut *factis refragari, aut quavis ratione ostendere se id aegre ferre* › (can. 521 $ 3). Immo, hisce non obstantibus ‹ si... aliqua *religiosa, ad suae conscientiae tranquillitatem, confessarium adeat ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum, confessio in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semi-publico* (aut quolibet alio loco legitime mulierum confessionibus destinato (Pont. Comm. ad Codicis can. authent interpr. resolutio diei 24 nov. 1920)] *peracta, valida et* licita *est revocato quo,Jbet contrario privilegio; neque Antistita id prohibée potest aut* de ea re inquirere, ne indirecte quidem; *et religiosae nihil Antistitae referre tenentur » (can.* 522). Item: ‹ *religiosae omnes, cum graviter aegrotent, licet mortis periculum absit, quemlibet sacerdotem ad mulierum confessiones excipiendas approbatum,* etsi non *destinatum religiosis, arcessere possunt eique, perdurante gravi infirmitate, quoties voluerint, confiten, nec Antistita potest eas sive directe sive indirecte prohibere* › (can. 523).

Eadem facultate pollent et moniales clausurae lege adstrictae, quibus egredi non licet ncc ad propriam ecclesiam aut oratorium semipublicum accedere: hae confessarium pro mulierum confessionibus adprobatum, quem malint, arcessere possunt ad monasterii ordinariam confcssionalem sedem suas confessiones recepturum (cfr. resolutio praefatae Pont. Commissionis diei 28 dcc. 1927) (LE 802], ct, si graviter aegrotent, etiam ad proprium cubiculum, necessariis adhibitis cautelis, neque Antistitae id licet sive directe sive indirecte prohibere.

Ecclesiastici igitur deputati religiosarum communitatum omni studio avertere concntur Antistitas ab inquirendo etiam indirecte cur alium confessarium ad se arcessant subditae religiosae aut eundem adeant: casdemque Antistitas commonefaciant id ipsas nullimode prohibere posse. Iidem deputati probe sciant facile accidere posse, ut religiosae subditae nimis vereantur ab Antistita requirere extraordinarium confessarium, ac proinde suae conscientiae libere consulere nequeant. Attente igitur pervigilent ne in negotio tanti momenti minuatur libertas pro religiosis a sacris canonibus sapienter statuta.

Ceterum huiusmodi conscientiae libertatis exercitium congruenter aptetur oportet cum regulari uniuscuiusque communitatis disciplinae observantia, cuius integritati consulendum est ab Ordinariis locorum, quorum pariter est officium cavendi ne exinde abusus irrepant, aut, quatenus irrepserint, ut iidem caute et prudenter removeantur, salva semper conscientiae libertate (can. 520 § 2).

Etiam in laicalibus virorum religionibus deputandus est confessarius ordinarius et extraordinarius; et si religiosus aliquem specialem confessarium expostulet illum superior concedat, nullo modo petitionis rationem inquireris neque id aegre se ferro demonstrans.

d) In omnibus denique communitatibus adolescentuIorum utriusque sexus sedulo pro viribus curandum est ut, quo tempore communitati distribuitur Communio, confessarius praesto sit, ad quem facilis sit accessus.

3. Praeter haec generalia remedia, singularum communitatum moderatores alia adhibeant ad eundem finem assequendum opportuna.

a) Superior apertissimis verbis dicat subditis. ‹e laetari quidem in genere de frequenti eorundem accessu ad sacram Mensam, sed in singulis non accedentibus se nihil reprobatione dignum animat.vertere. :mmo in itsmet colligeie signum libertatis ac timoratae deltcataequc conscientiae. Idem vero dicta factis non neget, neque ullum prodat indicium quo videatur Ipso adnotarc eos qui frequenter ad Communionem accedant cosdemque extollere, reprobare vero ceteros.

In Seminariis vero ahlsque id genus institutis, ubi statis temporibus iudicium profertur a Superioribus de unoquoque alumno quod ad *pietatem, studium* et *disciplinam* attinet. *Udem* Superiores, in promenda sententia de Invenis in pietate profectu, de maiore vel minore assiduitate ipsius in Ss. Eucharistia sumenda rationem ne habeant.

M Nunquam in communitatibus puerorum et puellarum indicatur *Communio generalis* singulari quadam sollemnitate peragenda, atque etiam extra communitates vel nuncupatio ipsa < Communio generalis » ne usurpetur quidem, vel huius appellationis sensus rite declaretur: invitari scilicet omnes ad S. Mensam, neminem vero ad eandem cogi, immo singulis relinqui plenam facultatem et libertatem ab Eadem abstinendi Quo vero attinet ad communitates religiosas, animadvertatur praeterea ad ea quae referuntur in Decret. *Sacra Tridentina Synodus* ad il 8: « Si *quae Instituta, sive votorum solemnium sive simplicium, quorum in regulis aut constitutionibus, vel etiam in calendariis Communiones aliquibus diebus affixae ct in iis iussae reperiantur, hae normae tamquam mere* directivae non *tamquam* praeceptivae *putandae sunt* ›.

c) Cum ad sacram Mensam acceditur, ea omnia vitentur, quae difficiliorem reddunt conditionem adolescentuli. qui abstinere quidem vult a Communione, ita tamen ut ipsius abstinentia minus advertatur; devitanda igitur sunt expressa ad S. Synaxim invitatio, rigidus atque pene militaris ordo accessus, insignia a communicantibus ferenda etc.

d) Caveat communitatis Superior ne Ss. Eucharistia deferatur infirmis eam expresse non postulantibus.

e) Promotores et moderatores iuvenilium conventuum, qui indicuntur ex. gr. in publicis schoVs communionis sumendae g-atia. attendant in iis conventibus exsistere pericula haud dissimilia ab iis quae in communitatibus habentur, atque omnes cautelas ad ea propulsanda adhibeant, non tantum proclamando libertatem accessus ad sacram Mensam et congruam confessariorum copiam praebendo, sed etiam nitendo, ut omnia removeantur quae non accedentes admirationi aliorum exponere valeant, prout supra dictum est

III. — Haec praecipua sunt remedia quae haec S Congregatio suppeditanda censuit Excmis Episcopis, locorum Ordinariis ac Superioribus ma'oribus religiosis ad praecavendos abusus aut. si alicubi forte (quod Deus avertat) irrepserint, ad eosmet prorsus compescendos. Quibus remediis alia superaddere, quae accommodatiora reperiantur. spectatis cuiusque instituti locorum ac personarun adiunctis, Excmos Praesules valde in Domino adhortatur eadem S. Congregatio pro ipsorum prudentia atque zelo in salutem animarum. Attente enim advigilandum est atque cavendum, ne Sacramentum Ssmae Eucharistiae, quod in profectum ataue spiritualem salutem hominum divinitus institutum "est. ipsorum hominum malitia aut culpabili neglegentia in praecavendis aut removendis abusibus, subversis ipsius Sacramenti institutionis ratione atque finibus, in detrimentum ac supremam animarum perniciem convertatur.

In Plenariis Comitiis die 22 iulii 1938 in Civitate Vaticana habitis Emi ac Revmi Patres Cardinales hanc Instructionem diligenter perpensam concordi suffragio approbarunt, eamque Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI. in Audientia diei 3 augusti eiusdem anni, audita relatione infrascripti Secretarii Sacrae Congregationis, ratam habere et confirmare dignatus est, mandans praeterea ut eadem omnibus locorum Ordinariis necnon Superioribus Maioribus Ordinum ac religionum clericalium reservate notificctur ab ipsis adamussim observanda.

Placeat eisdem Revmis locorum Ordinariis Superioribusque Maioribus religiosis de huius Instructionis receptione certiorem facere hanc S. Congregationem.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die vni mensis Decembris, in festo Conception s Immacultae B. M. V. Virginis. anno MCMXXXVIII.—D. Card. Jorio. *Praef.* F. Bracci, *Secr.*

• OrdJnsr·is locorum et Superioribus religiosis. Prot N. 3151/301 ·« lalifl isoius SC. d· S^crsmentïs. Ado. F. BRACCI in ME 51 (1930) 245-252; A LARRAONA In CpR 20 (1939) 210-213; 21 (1949) 59-7B.133-139: 22 (1941) 3-11.113-117.175-184. U. LOPEZ in PrM 29 (1940) 302-307; A YANGUAS in 5sl Terrae 29 (1941) 33-50; C ZERBA in Apoll. 13 (1940) 20-26.

1459

1938 DEC 20.-SIGNATURA AP., INDULT. PART.·

Constitutio tribunalis τεηπαε instantiae pro avstru

Preces - *Beatissime Pater,* Theodorus Cardinalis Innitzer, Archicpiscopus Vindobonensis. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, nomine omnium Austriae Episcoporum sequentes offert preces:

Secundum can. 1594 ss. C. I. C. a tribunali Episcopi suffraganei appellatur ad tribunal mctropolitanum; ab hoc autem in secunda instantia sententiam ferente, ad S. Rotam Romanam. Cum vero iuxta art 105, 2 instructionis a S. C. de Sacramentis datae die 15 aug. 1936. (LE 13471. appellatione facta ad Sedem Apostolicam. acta et documenta quae lingua latina, italica aut gallica exarata non sunt, in unam ex his linguis authentice et fideliter vertenda sint, multum tempus ita consumitur et expensae nimis augentur. Accedit quod processus matrimoniales hac de causa et necessitate transmissionis actuum ad S. Rotam valde protrahuntur ct tum partes tum parochos quorum interest ad impatientiam exc tant; quoa h.sce temporibus et tribunalium ecclesiasticorum existimationi et fidelium saluti nocere baud parum videtur, quia Jviles processus nunc brevissimo tempore absolvuntur. Quae Episcopi enixe petunt ut in causis matrimonialibus pro Austria aliud tribunal metropolitanum pro tertia instantia constituatur ad quod partes vel defensor vinculi appellare possint

Rescriptum - *Die 20 Decembris 1938.*

SSjnus D. N. Pius div. prov. Papa XI in audientia Emo ac Rcvmo Dno Cardinali Praefecto impertita, habita relatione suprascripti supplicis libelli una cum voto Congressus huius Supremi Tribunalis, petitam facultatem benigne concessit atque iudicium tertiae Instantiae commisit Curiae Metropolitanae Bambcrgensi. ita quidem ut in singulis actis fiat peculiaris mentio apostolicae delegationis, secus acta ipsa irrita prorsus infectaque forent, utque si cui placeat, impediri non possit quominus ad Sacram Rotam pro tertia instantia appellet; atque firmo iure recurrendi ad Signaturam Apostolicam post iudicium tertiae instantiae ad normam Can. 1603 C. J. C. III nn. 3 et 5. *Praesentibus valituris ad triennium.* Contrariis quibuscumque non obstantibus.—S. Henricus Cardinalis Gasparri *Praef.* S. F. Morano, α *Secr.* Concordat cum documento originali quod asservatur in Actis Supremi Tribunalis.—A. Scialdoni m. p.. *Not.*

• Ordinariis Austri»: ME 51 (1939) 235-236.

1460

1938 DEC 22.-S. ROTA ROMANA, NORMAE. PART.·

Norm»e circa interventum promotoris iustitiae in causis nullitatis matrimonii apud s. r. rotam

Il Collegio, esaminata amp'amente la posizione dei Promotore di Giustizia Rotale nelle cause matrimoniali di nullité, nelle quali l coniugi sono stati causa dell'impedimento, ha stabilito, le norme o direttive che seguono:

I) Dato che nelle cause matrimoniali la legge stessa. in via ordinaria, esige due sentenze conformi per una decisione definitiva, il Collegio ritiene che. qualora si abbia una prima sentenza affermativa. favorevole cioe alTannullamento dei matrimonio, ed il conseguente appello alia Sacra Rota del Difensore del Vincolo. il Promotorc di Giustizia Rotale come appellato debba intervenire in causa.

II) RiÜene parimentl Il Collegio necessario, in via ordiraria. Tintervento dei Promotore di Giustizia tutte le volte che in una determinata causa si siano avute due sentenze. delle quali una affermativa e l'altra negativa. qualora specialmente l'Ordinario insista per una ulteriore discussione della causa stessa. onde avere una risoluzione definitiva. Verificandosi la suindicata circostanza. il Decano potrà costituire il Turno per delibera-e nell'ipotesi anche di una rinuncia dei Promotore de Giustizia in conformité della disposizione che segue.

III) Introdotta .o pendente una causa di nullità ma- trJM innanzi al tribunale della Sacra Rota per appello, o de) Difcnsorc del Vincolo o del Promotore di Giustizia diocesano. neU'eventualitâ di una rinuncia del Promotore dl Giustizia Rotale all'azzonc istituita, questa rinuncia dovrà essere giudicata dal Tumo conformemente al Canone 1740.

Roma, 22 dicembre 1938.

• **Codex malriraonlalh p. 344-345.**

1461

1939 IAN 2.-SACRA PAEN., DECR. AAS 31 (1939) 23

IXDULGENTIA PLENARIA S TOTIES QUOTIES » DIE 2 MENSIS XOmiBRIS VEL DIE DOMINICA SUBSEQUENT! LUCRIFIERI POTEST

Summus Pontifex Pius X. per Decretum S. Congregationis S. Officii die xxv mensis Iunii a. mdccccxtv datum,' omnibus christifidelibus, qui quamlibet ecclesiam aut quodlibet publicum oratorium (vel semipublicum pro legitime utentibus) die secunda mensis Novembris pie visitavissent, plenariam indulgentiam < toties quoties » suetis conditionibus lucrandam concessit, fidelibus defunctis solummodo applicandam.

At identidem, decursu temporis, ad hoc Sacrum Tribunal supplicationes pervenerunt, quibus postulabatur ut eadem indulgentia die quoque dominica subsequent! lucrifieri posset; idque eo consilio ut ii etiam pretiosissima hac concessione frui possent, qui die Commemorationis omnium fidelium defunctorum id non peregerint. Quam ad rem SSmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia die x mensis Decembris a. MDccccxxxvm infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, statuere ac decernere dignatus est plenariam eiusmodi indulgentiam vel die 2 mensis Novembris, vel subsequent! die dominica lucrifieri posse, firmis manentibus ceteris conditionibus tum memorati Decreti S. Congregationis S. Officii, tum Decreti S. Paenitentiariae quoad plenariam indulgentiam « toties quoties » lucrandam.[2]

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolearum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolcae, die 2 Ianuarii 1939.—L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior. S.* Luzio, *Regens.*

[1] *Acia Ap. Sedis.* vol. VI. α. 1914. p. 378. [2] *Acta Ap. Sedit.* **vol. XXII. a. 1930. p. 363 [LE 980).**

Ad perpetuam rei memoriam. — Ob animorum curam ubique terrarum a Christo Domino sibi commissam Romani Pontifices Decessores Nostri in regionibus ab hoc Catholicae Ecclesiae centro dissitis atque apud nationum Gubernia iugiter Legationes suas instituere consueverunt. quibus ecclesiastici viri pietate ingenioque praeessent omni nomine laudabiles, qui operam suam sollerte apud earundem regionum sive nationum Gubernia praeberent spirituali christifidelium bono opportunis aptisque adiumentis provehendo, rebusque magni momenti Christianis quam maxime fovendis. Interest enim non modo Sanctae huic Sedi sed unicuique Reipublicae bene dispositae id expetere, facere atque explere quod civium utilitati ac profectui iuvat, in iis praesertim quae ad religionem spectant atque unitatem et catholicitatcm Ecclesiae a divino Nostro Redemptore constitutae plane demonstrant Nos propterea, ad hanc Sancti Petri Cathedram inscrutabili Dei dispositione evecti, vestigiis Decessores Nostros sequuti, ad huiusmodi christifidelium necessitates oculos Nostros convertimus, libenterque si exstet occasionem ulla interposita mora nanciscimur Nostrum animum Nostrumque studium erga populos nationesque chrisUanae communitatis ostendendi. Quapropter cum in Republica Uraguajana Gubernatores et populares studium Catholicae Fidei atque erga Nos et hanc Romanam Cathedram omni laude dignam observantiam Nobis probaverint volumus nunc peculiarem benevolentiae Nostrae significationem catholicae illi nationi eiusque Gubernio exhibere. Quod ad capiendum consilium eo magis movemur, quod certa Nobis spes effulget, hanc propensi animi Nostri testificationem tum religioni provehendae tum vinculis inter populum de Uraguaja et Sanctam hanc Sedem arctius obstringendis esse profuturam. Quae cum ita sint, auctoritate Apostolica Nostra, praesentium Litterarum tenore, Nuntiaturam Apostobcam de Uraguaja perpetuo erigimus et constituimus, eique omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores praerogativas, indulta quae huiusmodi Legationum propria sunt Montisvidei vero sedes Apostolicae Nuntiaturae de Uraguaja erit Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, ipsique Nuntiaturae per Nos erectae nunc et in posterum perpetuo suf/fragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex mine et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet scienter vel ignoranter contigerit attentari Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, diei x m. Novembris mcmxxxix, Pontificatus Nostri primo.—*A.* Card. Maglione, α *Secretis Status.*

1500

1939 NOV 10.-SC S. OFF., DEC- .AS 31 (1939) 680

Duo damnatur lieri a petro ubaldi conscripti

Feria IV, die 8 Novembris 1939

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt duos libros a Petro Ubaldi conscriptos, quibus tituli:

Uascesi mistica,

La grande sintest-

Et sequenti Feria V, die 9 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XII, in solita audientia Εχαδο D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus S. Oficii, die 10 Novembris 1939.—Romulus Pantanetti, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. **PrM 28 (1939) 398400.**

1501

1939 NOV 1L-PTOS XII, LIT. AP. AAS 32 (1940) 41

De nobilitatis privilegio iam ordinis piant proprio **ABOLENDO**

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Litteris suis Apostolicis sub anulo Piscatoris obsignatis die decima septima m. Iunii, an. mdcccxlvii [Acta Pii ix Pars. I v. I p. 43- 45J ac dic pariter decima septima mensis Iunii. an. mdccxltx (Acta Pii ix ib. p. 195-197). necnon decreto ex Aedibus in Quirinali dato die xi m. Novembris an. mdccclh [Acta Pπ ix Pars I v. II p. 536-537). Praedecessor Noster Pius Pp. nonus Equestrem Ordinem creavit atque instituit, *Pianum* nuncupatum, qui tribus Equitum classibus constaret Apostolicis autem Litteris praelaudatis statutum etiam fuit Equites in primam eiusdem Ordinis Classem cooptatos privilegio nobilitatis in filios quoque transmittendae, illos vero, qui secundae Classis insigni honestati essent, nobilitatis titulo ad personam tantummodo gavisuros esse. Quod, habita praesertim temporum nostrorum ratione, minus opportunum videtur, cum ceteri, etiam potiores. Equestres Ordines, quorum insignia a Romanis Pontificibus conferuntur, nullo modo nobilitatis privilegio aliquo fruantur. Itaque, omnibus rei momentis attente perpensis. Nos, ut hujusmodi iure Ordo quoque Pinnus ceteris Equestribus Ordinibus adaequetur Pontificiis, motu proprio statuendum censemus ut. lis abolitis quae iam Litteris Apostolicis supradictis decreta fuerant, ex nunc et in posterum omnes et singuli, in quamlibet ex tribus classibus praefati Ordinis P ani classem adseiti. ir.s.-gnibus tantum ac titulo proprio Classis, absque ullo no-

al >.

bilitatis iure privilegioque licite uti. frui possint et queant Contrariis non obstantibus quibuslibet; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; sleque iudicandum esse ad definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi m. Novembris, an. mcmxxxix. Pontificatus Nostri primo.—A. Card. Maguone, *a secretis Status.*

Adn. ME 52 (1940) 53-54.

1502

1939 NOV 1L-SC ORIENTALIS, CIRC. PART.·

CIBCA CELEBRATIONEM OCTAVARII PRO UNIONE CHRISTIANORUM

rr poni, opus ‹ Propagationis Fidei › apud orientales

CilU dei Vaticano. 14 novembre 1939

La pia pratica dell " Ottavarto per ITJnilà ", che suole celeor«rri dal 18 al 25 gennaio di ciarcun anno, per la sua cdificante origine, l'ampia e raptda diffusione, e sopratutto per ia parlicotare commendatizta già tattane dalla Santa Sede (Breve Romanorum Ponti/scum dei 25 febbraio 1916 (AAS 9 (1917) 61-63], mi è parsa. da tempo, tingolarmente Indicata a costituire un carattenstico pm.'do annuo di intense preghiere. in mutua unione tra i vari riti. e con funzioni cui. in cdificante accorda, partedpino i Prelati. il clero ed l fedeli delle diverse comunita cattoliche dOnente.

Nel decorso anno, pertanto. mi sentit portato a raccomandare la celebrazione dei detlo Ottavario in quelle regioni che, in viitû del Motu Proprio Santa Dri Eccles ıα [LE 1427] erano passato sotto la giuri-uliz.lonc di questo S. Dicariero. quasi ad espnmere rûnitâ di indlrlxzo che fu principjlmente intesa dal Sommo Pontefice Pio XI di v. m nelfemanare queirimportante documento.

L'adesione volenterosa ed unanime con la quale si corrtspose alia m:a esortazionr. montre mi ha tasciato nelVammo un vivo sentimento dl gratitudinc verso tutti i Rcv-mi Prelati che. con tanto fervore, hanno voluto attuare la pia iniristiva. ml spinge ‹uest anno a manifestare con plena fiducia a tutti i Revjni Ordinari e Capi Missione diozndenti da questa S. Congregazione il mio ardente desiderio che la suddetta " Ottava p?r Uni!à " venga celebrata ovunque sono cornunltâ dipendenti da questo S. Dicastero.

Mentre sempre più oscure sembrano farsi sui popoh le tristi nubi addensate dalla divisione e dalfodto, mi sombra assuma un particclare senso di propiziazione il fatto che, proprio nellOrlente, donde ebbe origine il Divino Messaggio di unione e di amore, si manifesti tale edificante esempio di mutua unione tra le comunitâ dl lingua e rito diversi, per implorare quellTJnita che formà la più ardente raccomandazione del Rcdentore.

Con ta stessa loro vita in seno alla Chiesa. le varie camunitA, ossai spesso da nazionalità distinte, sono visibile dirnostrazione dl quanto il regnante Pontefice, nella prima Sua Enckllca. con profondo cd opportuno intuito, ha ricordato: “ cum gentes . pro rerum vïtacque conditionibus inter se dissimiles fiant, non idcirco debent humanae familiae unitatem infringere, sed ennxkm potius familiam, suis ipsarum communicatis dotibus animique ornamentis, ditare ". È qulndl costante direttiva delta Chiesa — fedclissima depositaria della divina educatrice saggezza — “non ea pro certo deprimere vel parvi facere, quae peculiares cuiusvis nationis notas proprietatesque constituant. 3uas quidem populi jure meritoque quasi sacram here- itatem religiose acerrimeque tueantur perché ll fine delta Chiesa è UUnlta soprannaturale neH'amore· “ ad unitatem contendit superno illo amere conformatam et altam ", in cui tutte le particulari caratteristiche “ actuose exerceantur

Questa celebrazione delT " Ottavario per l'Unitâ " che riumsce nelle stesse religiose Funzioni i rappresentanti di Riti diversi per implorare Turione della Chiesa di tutte le genti, di quelle primieramente che ancora tante fattczze conscrvano della vera Madré cui appartennero un giorno, mi sembra che. in questo prosstmo anno, anche per i suocrennati richinml delta rrim:» Enciclica del Santo Padre, abbin ad assumere un rienificatn tutto particulare c che l Revmi Prelati dei divers! Rltl debbann sentirai (leti dl avere una emi bella otcasione dl trihutare anche un omagglo alie tolleeitudln! che il Santo Padre hn ces) vlvamente dimorirato per richiamarc agli scordali vincoli di untune le dilacerate membra della umana famiglia.

E «Iccome ogni vero e fattivo npostolato per VUnlone Sombra pratlcament Jnsclndlbltr da um attiva cnnneraaile “ Opere Mlotonarie della Chiera ", lo vorrci che, durante l'Ottavario per l'UniU. dal 18 al 25 *gennaio,* i fedeli dl tutti i Riti fossero vivamente csortati a parteciparr aile grandi Opere Pontificie dl Cooperazione .Missionario. sopratutto a quella che e la più carattcristlca cd ornul direl classica per lutta la Chiesa. la *Pontificia* Opera ditia *Propagation? della Fcdc.*

Rcputo si altamcnte educativo. nel sensu cattolico. Trsortare i fedcli a partccipare, e. meglio ancora. ad tppirknere a taie @pc che vagheggerei veramente di vedere questa " Ottava per ITJnita ' divenire ovunque una specie di “Ottava Missionaria

È prmcipalmcntc cooperando aile attivitâ apostohehe delta Chiesa, che le membra di Essa, sla pastori che fedeb. CuîTispandono ai derideri del Rcdentore. perché fl Vantrie sia predicate a tutte le genii e si faceia un solo Ovile lotto un solo Pastore.

Colgo quindi Focearione. per esortare tutti i Pastori di anime dipendenti da questo S. Dicastero. ad isiruire opportunamente l fedeh circa Ia natura e l'importarua della suddetta Pont. Opera della Propagazione delta Frde. c ad fruistere perché vi si inscrivano in largu numéro, partecipando cori e alta vera originaria sua organu tazione. ed al larghi benefici di cui è stata dai Romani Pontefici contlnuamente arricchita.

Taie raccomandazlone si inspira anche a un reale debito di riconoscenza. pMchè è molli annl che le opere orientali beneficiino dei sussidi elargiti per esse dalla suddetta Por.-tlfkia Opéra.

Ma il detto Ottavario dovrà essere sopratutto un periodo di intensa preghicra.

Ar.che a causa del présente gravissimo momento, in cui sembra non sia più ormai in facclta dcgli utimini Ù trovare ove aggrapparsi a salves», mentre pur tutti vedor.o aperta ta voragine, è supremo dovere rlvotgere suppllche a Colui “ alta cui onnipotenza anche gli ostacnli son mezzi per plasmare le cose e gli eventi e volgere ll libero volere degli uomini ai Suoi altissunl fini ** (Encidi.

Il Santo Padre, nella Sua prima Lcttcra. dopo avere, quasi da splendori di etemità. approfondito Io sgunrdo suf principali errori che furono e sono le cause dell'attuale immenso disordine, conchiude appunto raccomandando, nel modo più accorato. ta preghiera al Signore.

“ Ad Deum. Venerabiles Fratres, admovete preces, admovete continuas, ubi divina amoris Hostia litatis

E a rendere più efficaci tali suppUche Sua Santitâ chiama le candide schtere dei bambini, tanto amati e predlletti da Gesù. perché, comunlcandosi del Pane degli Angeli. innalzino daU ingcnuo cuore Ic loro innocenti preghiere e le umscano a quelle della Chiesa. ai desideri dei Papa.

Io esorto. pertanto. tutti i Revjni Ordinari e Capi Missione dipendenti da questo S. Dicastero. perche, nel predetto “ Otlarario *di prcghiera ",* prepanno accuratamente c con vero amore l fanciulll di tutti i Riti ad accostarsi ta gran numero alta Mensa Eucaristica. ammacstrandoli patemamente ad unire il loro cuore alie auguste intenzioni del Santo Padre.

Tab intenzioni. come Egli ha ricordato. sono indirizzate appunto alTaweramento del '* sublime precetto del Divino Maestro e de) più sa<ro testamento del Suo Cuorr: *Ul orrncs* unum rint, che tutti vivano cloè tn quella umtà di fede e di amore, da cul riconosca il mondo la patenta e l'efficacia delta missione di Cristo e dell'opera della Sua Chiesa

Pio XII. raccogtlendo nel Suo il desiderio di tanti nobf.i cuori. anche dl quell! “ che sebbene non appartengano al corpo visibile della Chiesa. non hanno dimenticato nella loro noblhtà ê sincerilâ. di sentire tutto ciô che. o nell'amore della Persona di Cristo, o nclla credenza tn Dio. li umsce al Papa ha fatto. si può dire, di tutta la Sua Enciclica una invocazione altissima alia Dmtd.

“ Unitatem. quam non pauci nobiles animi, a Nobis sejuncti, praestolantur, qui quidem cum esuriant ac sitiant justitiam et pacem, ad Pctrlanam Sedem oculos convertunt. ab eaque consilium. lucem opperiuntur

Ed Egll chiude tal mirabile Lcttcra segnalando la ma gnifica preghiera che giâ formô il sosplro dei fedeli nei primi secoli e chc io propongo vengs recitata pubblicamente durante l'Ottaverto per l'Unitd.

“ *Recordare. Domine, Ecclesiae tuae,* ut *eam* liberes ab omni malo, eamque *perficias in caritate tua;* ct collige eam a *quattuor ventis sanctificatam* in *regnum tuum, quod ei parasti: quoniam* tua est virtus ct *gloria* in *saecula*

Intanto ml è sommamente grato poter annunriare che nell'Udienza dell'll corrcnte, avendo umlliato al S. Padre ll proposito dl raccomandare largamente ll predetto Ottavario, Sua Santità. non solo ha di gran cuore approvato tale disegno. ma si è benignata promettere di voler continuare fa tradl/ionc dei Suo venerato Prodecessore, celebrando pcrvmalmente. nel perledo che va dal 18 al 25 gennaio, una Santa Messa ai fini della Pia Pratica.

E gtacché questa mia viva raccomandazione viene ir.dlrizzata a tuiti i Rev.mi Prelati e Pastori dipendenti da questo S. Dicastero. proprio nel giorno sacro all'inclito apostolo dcll Lnità S. Gtosafat. Areivescovo di Polo^k. mi place qui ripetere le stesse esortaztoni c^n le quali ll complanto tonte ć Pio XI eonchludcva 1'Encirlica “ Ecclesiam Dei " n occaslonc dd terzo centenario dei glorioso di uu: martino.

Due mcAzi pratiri per l'Unità raccnmandaya EgU scpntutto: il culto per H SS. *Sacramento* dell *Eucaristui* — • unitatis pignus causamque praecipuam afilnchè Iddlo • unitatis et paci» dona concedat, quue sub oblatis muneribus mysticè dedignantur " — e ta dicorione verzo la çrsn Vcrçine *Madré* di Dio, la Tuttasanta.

Quer.i duc sovrumani * unitatis reconcillaaae vincula * cbe wno itati conservati inteeri ncllc plu venerande c rasutc tradtiionl delle Comunltà Orientali, anche separate fonnino la base di ouanto i Rev.mi Prelati c Capi Missione ai quali mi rlvolgo, vorranno. con concordi inlziative. epportunamente disporre per la buona rluscita dellOltava di prcphicre per l'Unttâ.

Con sens! di dtstlnto ossequlo. goda rlaffermarml —Eue Card T1SSXK4NT.

• **Omnibus Ordinariis et Legali» Scdis Ap., Prot. N. 701/38: AOMCep 56 (1940) 92 97.**

1503

1939 NOV 23.-SC S. OFFICII, RESP. PART.·

Matrimonium consummatum inter baptizatos. etsi ACATHOLICE, NON SOLVITUR AB ECCLESIA

Mense Julio 1939 S. Congregatio de Propaganda Fide ad S. Officium, ratione competentiae, remisit litteras, quibus Dominatio tua Rev.ma ulterius referebat circa casum matrimonialem M. — acatholice baptizatae — ct L — acatholice baptizati —.

Cum ex expositis solido fundamento carere videantur tum matrimonii nullitas tum eius inconsummatio. Suprema haec S. Congregatio respondendum mandavit: *Causam non esse acceptandam.*

• **Ordinerio de Ndo!a, Prot. N. 517 m. 39: A. ABATE. Lo sdoglietclo dei wincolo coniugale. ed. 2 Romo 1965. p. 39 nota 27.**

1504

1939 NOV 24.-SACRA PAEN\ INDULT. PART.

Facultas omnibus confessariis concessa absolvendi a CENSURIS ET DISPENSANDI AB IRREGULARITATIBUS IN GALLIA

En égard à la situation spéciale dans laquelle la France se trouve actuellement et dans le but de remédier à la gêne et aux obstacles qui se présentent quand H s'agit de transmettre des documents, la Sacrée Pénitencerie. se conformant aux ordres qu'elle a reçus du Souverain Pontife, accorde à tout confesseur légitimement approuvé le pouvoir d'absoudre de toutes les censures, exception faite seulement de celle dont il est question dans le décret *Lex sacri caelibatus* du 18 avril 1936 FLE 1332]; dc même elle accorde le pouvoir de dispenser des irrégularités, mais seulement s'il s'agit d'exercer les ordres sacrés déjà reçus, et ces concessions valent pour les cas occultes qui exigeraient le recours à la Sacrée Pénitencerie elle-même.

Pour ce qui concerne les *mandata* qui se rapportent soit aux censures déjà absoutes, soit à l'irrégularité dont dispense a été donnée (conformément à ce qui a été fixé, pour l'irrégularité, dans les concessions quinquennales faites aux Ordinaires des lieux), les intéressés doivent être opportunément avertis de l'obligation qui leur incombe à chacun de recourir le plus tôt possible à la Sacrée Pénitencerie, quand la situation, dont il a été question plus haut, se sera améliorée.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Pénitencerie. le 24 novembre 1939.

Par ordre du cardinal Grand Pénitencier.—S. Luzio *régent.* S. Rossi, *secrétaire.*

• **Documentation Catholique 41 (1940) 153.**

1505

1939 DEC 8.-SC CONS. DECR- AAS 31 (1939) «10-713

facultates concessae vicariis castrensibus

Index Facultatum

nuae Sanctissimo Domino Nostro PIO Divina Providentia Papa XJI Vicariis castrensibus seu Cappellanis maioribus, quocumque *vocantur nomine, in* omnibus nationibus aut *regionibus in quibus* status belli aut militum ad *arma convocatio adest vel forte aderit, conceduntur, habitualiter subdelegandac suis cappellanis militaribus aliisque, si velint, sacerdotibus utriusque cleri ratione militiae* sibi subditis, *dummodo idoneis et dignis, in favorem tum ipsorum sacerdotum et clericorum tum militum aliorumque fidelium exercitum terrae, maris et aeris comitantium, atque perdurante praesenti* bello *dumtaxat valiturae:*

1. Sacrum bis litandi diebus dominicis aliisve festis de praecepto et, urgente necesitate conficiendi nempe Ssmam Eucharistiam in communem utilitatem, etiam diebus fecialibus servatis rubricis et ieiunio.

2. Litandi Sacrum loco honesto atque decenti, etiam sub dio et in navi, remoto quovis irreverentiae periculo iustaque de causa, servatis vero cautelis, quoties Missa litatur sub dio. ad impediendam fragmentorum Ssmae Eucharistiae dispersionem causa ventorum, ad hoc adhibito tentorio ad tria latera altaris descendente.

3. Gaudendi personali induito altaris privilegiati, quoties Missae sacrificium in suffragium animarum illorum, qui in bello ceciderunt, applicant

4. Legendi diebus dominicis et festis Domini Missam *de Ssma Trinitate;* per Octavam Paschalem Missam Dominicae Resurrectionis; aliis vero festis duplicibus I et II classis Missam *de Beata Maria Virgine,* pro diversitate temporis adsignatam; in unoquoque casu cum *Gloria et Credo,* addita oratione *tempore belli;* reliquis autem diebus vel enunciatam Missam de *Beata Maria Virgine* cum oratione *tempore belli,* vel Missam tempore belli cum oratione de Sancta *Maria,* vel Missam *de Requie.*

Quod si Missam celebrare maluerint festi vej feriae currentis et para/menta coloris ritui respondentis praesto non sint, liceat uti paramentls albi coloris. "H

5. Benedicendi paramenta necnon utensilia ad sacrificium Missae necessaria, quando sacra unctio non exquiritur.

6. Adhibendi formulam breviorem cum renovanda sit consecratio altaris portatilis. V

7. Celebrandi Missam absque ministro inserviente, si hic haberi nequeat

8. Omittendi < Passionem » diebus quibus legi oporteat, recitando loco Evangelil ultimam tantum partem Passionis, ct Dominica Palmarum Evangelium Benedictionis Palmarum.

9. Adhibendi formulam breviorem Benedictionis Palmarum. recitando scilicet orationes < Petimus », < Deus qui dispersa ». < Deus qui olivae ramum » <hic benedicuntur et distribuuntur rami) et in fine orationem · Omnipotens ».

10. Celebrandi Missam feria V in Cocna Domini.

11. Peragendi feria VI in Parasccve sacros ritus. Incipiendo tamen a detectione Crucis et. Ss. Spccicbus ad altare delatis. Missam prosequendo ineensationibus omissis.

12. Permittendi ut in sacellis militibus destinatis etiam in navibus, loco tamen apto ct dcccnti. sub peculiari vigilantia capellani militaris, Ssmae Eucharistiae Sacramentum adservetur, dummodo altare in quo rium collocabitur sit dcccntcr instructum ct sacra supellectili suffie'enter praeditum, ibidem Missae sacrificium semel saltem in hebdomada celebretur, eiusdem ciborii clavis caute custodiatur, lampas coram Sanctissimo indesinenter colluccscat et Sacrae Species frequenter iuxta rubricas renoventur.

13. Excipiendi sacramenta1rs confessiones omnium fidelium, qui in exercitu militant vel exercitui quovis modo sunt addicti, captivorum, si forte ct ipsi in captivitate sint detenti, et. in locis bellici territorii tantummodo. omnium fidelium ad se accedentium, eosque absolvendi ab omnibus casibus et censuris quomodocumque reservatis, iniunctis de iure iniungendb, cum onere tamen intra semestre ab absoluto bello ad Sacram Poenitentiariam pro mandatis sub poena reincidcntiae recurrendi, si de censuris specialixmo modo Sedi Apostolicae reservatis atque de illa, de qua in Decreto S Poenitentiariae < Lex sacri caelibatus » dici 18 aprilis 1936 FLE 1332] agatur. Hacc autem valeant etiam pro absolutionibus impertiendis, de quibus infra n. 14.

14. Imminenti aut commisso praelio:

a) meminerint sacerdotes se. licet ad confessiore? non adprobatos, facultate gaudere omnes milites im- 712

mediate ante praelium vel in praelio dimicantes, prout in mortis periculo constitutos, absolvendi, particulari quidem absolutione, a quibusvis peccatis et censuris, iniunctis de iure iniungendis;

b) liceat iisdem sacerdotibus absolvere a quibusvis peccatis et censuris quantumvis reservatis et notoriis, generali formula seu communi absolutione, absque praevia orali confessione, sed doloris actu debite emisso, quando sive prae militum multitudine sive prae temporis augustia singuli audiri nequeant, eosque ita absolutos, *ad S. Mensam* Eucharisticam, per modum Viatici, admittere. Ne omittant vero poenitentes docere absolutionem ita receptam non esse profuturam, nisi rite dispositi fuerint, eisdemque obligationem manere integram confessionem suo tempore peragendi;

c) liceat denique impertire Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia plenaria hac formula: ‹ *Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum robis concedo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sanctu Amcn* ›.

Quoniam vero occasione belli ipsae civitates, quae liberae seu apertae vocantur, aereis incursionibus expositae inveniuntur, ne christifideles religionis subsidiis in vitae discrimine uestituantur. liceat sacerdotibus, instante mortis periculo durantibus praefatis incursionibus, eosdem a quibusvis peccatis et censuris reservatis et notoriis, etiam formula generali eadem ratione de qua sub n. 14 absolvere, eisdemque impertire Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia plenaria de qua supra.

15. Adhibendi, in administrando Baptismate adultis, formulam pro parvulis adsignatam.

16. Concedendi infirmis ut Ssmam Eucharistiam quotidie recipere possint etiamsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

17. Reducendi divinum Officium aut illud commutandi. quando ob aliquod legitimum impedimentum recitari nequeat, in alias pias praeces iuxta rerum adiuncta praescribendas.

18. Dispensandi super lege ieiunii et abstinentiae

19. Concedendi ut praeceptum paschale auimpleri possit toto anni tempore.

20. Benedicendi unico signo crucis et gratis quocumque titulo:

a) obiecta pietatis eisque applicandi Indulgentias Apostolicas. necnon coronis eas, quae a S. Birgitta nuncupantur;

b) coronas iuxta typum coronarum Ssmi Rosarii B. M. V. confectas, eisque adnectendi Indulgentias a
713 Patribus Crucigeris nuncupatas;/

c) Crucifixos eisque applicandi sive sacrae *Viae Crucis* Indulgentias pro legitime impeditis a visitandis eiusdem Viae *Crucis* stationibus, sive Indulgentiam plenariam a quocumque ex fidelibus in mortis articulo constitutis lucrandam.

21. Ditandi numismata ad hoc praescripta singulis scapularium benidictionibus ita ut eadem deferentes gratias et Indulgentias lucrentur scapularium, quin haec ex panno confecta prius receperint.

Ut vero etiam fidelibus, qui captivi sive apud exercitum sive apud civitates detinentur, pro viribus auxilium et solacium afferatur, quae Benedictus XV f. r. superiore immani bello opportune statuerat, ab Augusto Pontifice iterum praescribuntur fideliterque exsequenda mandantur.

Quapropter:

1. Ordinarii dioecesam et Vicarii castrenses seu Cappellani maiores, sub quorum iurisdictione captivi inveniuntur, quamprimum sacerdotes eligant ut curam captivorum gerant, unum aut pro necessitate plures eorum linguae satis peritos; quos, si nullum habeant intra dioecesis suae fines, ab aliis Ordinariis mutuentur. Hi vero libenter idoneos suppeditent

2. Sacerdotes ad id munus electi nihil reliqui faciant quod ad captivorum utilitatem tum animi tum vitae corporisque pertineat; consolentur, assideant, a necessitatibus variis — lisque interdum acerbissimis — allevent.

3 Exquirant praesertim ct percontentur, utrum litteris an alio modo, captivi familias de se certiores fecerint. Quod si negaverint sc fecisse, suadeant, ut saltem apertas chartulas tabellarias (vulgo cartes poitales. *Postkarten, Post cards)* statim mittant, quibus suos de propria valetudine doceant.

4. Verum, si captivi aut imperitia scribendi aut ex morbo vel accepto vulnere, aut quavis alia de causa, a simili litterarum commercio prohibeantur, sua ipsi manu delecti sacerdotes, eorum vice ac nomine, caritate permoti, scribant, ct diligenter studeant — opem, sl casus ferat, ab Apostolicae Sedis Legatis petentes — ut epistolae eo tute perveniant quo destinantur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 8 Decembris 1939.—Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis V.* Santoro, *Adsessor.*

Ada. E. BERGH In NrT 67 (1940) 295-317; 65 (1939) 956-972; C BERUTTI In IP 20 (1940) 31-41; REGATIU.O n. 421: ME 52 (11)40) 7-3.

1506

1939 DEC 8.-SC PR. FII)^ INSTR. AAS 33 (1940) 34-26

Circa quasdam caeremonias et iuramentum SUPER RITIBUS SINENSIBUS

Plane compertum est in Orientalium Regionibus nonnullas caeremonias, licet antiquitus cum ethnicis ritibus connexae essent, in praesentiarum, mutatis saeculorum fluxu moribus et animis, civilem tantum servare significationem pietatis in antenatos vel amoris m patriam vel urbanitatis in proximos./ E

Quapropter hoc S. Consilium Christiano Nomini Propagando, Summo Pontifice Pio XI f. r. approbante, novas super hac re annis 1935 et 1936 impertiit Ordinariis Manciuriae et Imperii laponici, iuxta can. 22. nonnas hodiernis rerum adiunctis magis congruentes ILE 1271. 1300. 1333].

Nuper vero Emi Patres eidem S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in generali consessu, die 4 vertentis mensis Decembris celebrato, consideraverunt an aliis quoque in loc^s, ubi similes rerum adiunctorum mutationes decursu temporum advenisse constaret, similis agendi ratio admittenda esset

Argumentis itaque hinc inde attente perpensis, prudentium atque experientium virorum sententia exquisita. iidem Emi Patres, quae sequuntur censuerunt esse declaranda:

1. Cum Sinense Gubernium pluries aperteque enuntiaverit omnibus esse liberum quam malint religionem profiteri et alienum esse a sua mente de rebus religiosis leges aut iiissa edere; ideoque caeremonias, quae in honorem Confucii a publicis Auctoritatibus sive peraguntur sive iubentur. non fieri animo tribuendi religiosum cultum, sed hunc solum in finem ut foveatur ct expromatur in virum clarissimum dignus honor et m traditiones patrum debitus cultus: licitum est catholicis adesse actibus honoris, qui ante Confucii imaginem vel tabellam, in monumentis confucianis vel in scholis perficiuntur.

2. Ideoque non habendum est illicitum imaginem Confucii. vel etiam tabellam eius nomine inscriptam, in scholis catholicis collocari, praesertim si Auctoritates Id iusserint, aut eam capitis inclinatione salutare. Si quando timeatur scandalum, declaretur recta catholicorum intentio.

3. Tolerandum ut catholici magistratus et alumni, si publicis caeremoniis adsistere iubeantur quae speciem praeseferant superstitionis, intersint quidem, dummodo, ad mentem can. 1253, passive se habeant signaque illius tantum obsequii faciant, quod ut mere civile iure haberi possit; declarata, ut supra, sua intentione, si quando hoc necessarium apparuerit ad falsas interpretationes sui actus removendas.

4. Inclinationes capitis atque aliae civilis observantiae manifestationes ante defunctos vel defunctorum imagines, et etiam ante tabellam defuncti, simplici nomine inscriptam, uti licitae et honestae habenaae sunt

Considerantes praeterea iidem Emi Patres iuramentum super ritibus sinensibus a Summo Pontifice Benedicto XIV per Constitutionem Ex quo si?igulari diei 11 Iulii 1742 (CICF n 3291 omnibus sacerdotibus ‹ ln Sinarum Imperio aliisque ei conterminis sive adiacentibus Regnis ac Provinciis » impe/ratum, non plene con- »6
gruere cum recentibus normis ab hac S. Congregatione datis, atque insuper idem iuramentum nunc tem-

do-3 uti disciplinare Instrumentum omnino esse superfluum. cum notum sil antiquas de ritibus sinensibus controversias esse pacatas, et. ceterum, missionaries et >kos sacerdotes nulla indigere Juramenti coactione ut promptam filialemque praestent S. Sedi obedientiam: ce&suerunt dispensandum esse ab obligatione illius juramenti, ubicumque, sive in Sinis, sive alibi illud in usu esset; firmis manentibus ceteris praescriptis Sum-8u Pontificis Benedicti XIV, quatenus recentioribus Instructionibus non sint immutata, prae primis prohibitory super ritibus sinensibus disputandi.

Quam Emorum Patrum sententiam. Ssmo Domino Nostro Pio Prov. Div. Papae XII, ab infrascripto Cardinali huius S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecto, in audientia diei 7 mensis Decembris relatam. Sanctius Sua in omnibus dignata est approbare et ratam habere.

Datum Romae, ex /Xedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 8 mensis Decembris A. D. 1939, in festo Conceptionis Immaculatae B. M. V.—Petrus Card. Fumasoni Biondi, *Praef.* Celsus CosUntini, Archiep. tit. Theodos.. *Secr.*

Ada. V. BARTOCCETTI in Apoll. 13 (1940) 31-35; T. L EOUSCAREN in PrM 29 (1940) 132-138; P. CHARLES in NrT 67 (1540) 208-210; A. TABERA In CpR 21 (1940) 5-14; IP 20 (1940) 49. ME 52 (1940) 26-30.

1507

1939 DEC 9.-SC CONC., RESOL. AAS (1940) 75-77

DIOECESIS C.

Iuris funerandi canonicos honorarios
Die 9 Decembris 1939

Disîeftatio. — Statuta Capituli cathedralis Dioecesis *o Episcopo anno 1933 approbata, tn articulo 123 haec decernunt; ~ Detuncto aliquo canonico, etiamsi honoranus e aut simpliciter beneficiarius fuerit, quaecumque sit pa- a qua decesserit, Capitulum collegialiter procedet . ad eius domicilium. Archipresbyter levabit cadaver, quod -a ecclesiam cathcdralem deleretur, ut Ibi funera expleantur ",

Animadvertendum in primis est articulum non satis perspicuum videri. Sane clausula illa ⁂ quaiftimque sit paroecia in qua decesserit vi verborum paroeciam significat in qua cancnicus diem supremum obiit, non autem paroenam quae est defuncti propria ratione domicilii, ut censet Capitulum.

Praeterea in memorato articulo nihil praecavetur circa ejectionem alius fortasse a cathedrali ecclesiae funerantis, ad nonnam canonis 1223 5 1: qua electione admissa, non in cathedral) sed in electa ecclesia iusta funebria canonici quoque residcntialis persolvenda sunt.

Denique fieri potest ut canonicus, etiam residentialis. tn paroecia valde dissita ab ecclesia cathedrali. rustlcatl·»-nls v. *g.* vel curationis causa, decedat: tunc cius cadaver. h commode ad ecclesiam cathcdralem asportari nequeat, id normam canonis 1218. in ccclcsia paroeciae in qua mors iccidit funerandum est. Quod a fortiori valet ct dc canonicis honorariis, qui iuxta canonem 406 ex aliena quoque dioecesi nominari possunt.

Verum, his quoque missis, articulum 123 Statutorum capitularium. de quo agitur, sustineri non posse videtur.

Siquidem vi Codicis I. C. parochus proprius intentionem habet in iure fundatam funerandi omnes suos paroectonoj. Isi ab ipso iure aliud *expresse* deermatux. Hoc eruitur cx canone 4G2 praescribente: ⁂ Functiones parocho reser- vatae sunt, nisi aliud iure caveatur 5 iusta funebria " persolvere ad normam canonis 1216 ". Qui canon haec statuit: " Ecclesia in quam cadavt r pro fun:rc transferri " debet, cx Iure ordinario est ecclesia propriae defuncti ⁂ paroeciae, nisi defunctus aliam funeris ecclesiam legi- ⁂ Ume elegerit ad normam can. 1223 et sequentium./

Et haec est praecipua exceptio in «ure statuta contra regulam generalem de iure parochi omnes suos fidele» funerandi. siruti aliae habentur exceptionem, non. ullorum r.empe defunctorum spectata condicione, pro quibus Ius ipsum *laxative* ecclesiam funens designat. Codex autem ecclesiam funeris désignât tantum quoad S. R E. Cardinales Episcopos residentiales· Abbates et Praelatos nullius, religions et beneficiarios residentes. Qui post-cml. ad r.ormam canonis 1220. " ad ecclesiam sui beneficii transfe- " rendl sunt, nisi sibi aliam elegerint ecclesiam funeris cuapropter ct canonici residentialcs, qui et ipsi sunt benef«ciarli residentiales. allions quidem ordinis, minime vero canonici honorarii. Leges crùm. ad normam canonis 18. ac- sunt iuxta propriam verborum simiificationem. no^ imem «tendendae ad .11« lmpropri« «gn^ea-ion».

Canonici Itaque honorarii, sicuti Episcopi titulares, bencficiarli non residential®, etc., transferendi sunt, funeris causa, aut in ecclesiam quam ipsimcl legitime elegerint, aut» si haec electio defuerit» in ecclesiam propriae paroeciae vel loci in quo mors accidit, iuxta normas communes pro cunctis fidelibus, et canonibus 1216. 1218 contenus.

Nec aliquid contra erui potest ex canone 415 j 2 n. 3 decernente: " Iusta funcbna in ecclesia *(ccthcdraU* vtl " collevait) ad normam turis peragenda. non exclusa Mtrsa " exsequiali, persolvere ad Capitulum pertinet tantum ln casu quo de funere agatur alicuius dignitatis vel canonici etiam honorarii tantum vel beneficiarii ⁂

Nam ln citato canone normae tantummodo traduntur quibus relationes juridicae inter Capitulum cathédrale vel collegiale et parochum eiusdem ecclesiae reguntur, seu in-ItT eosdem ius dicit, quin ullum prûeiudicium inferatur luri alieno et in casu aliorum parochorum. Siquidem, iuxta huius canonis praescriptum, si ecclesia, ad quam cadaver canonici honorarii funeris causa ad normûm antea expositorum transfero debet, sit ea praecise cuius Capitulo defunctus adseriptus fuit, utpote vel a defuncto legitime electa, vel ut defuncti aut loci decessus paroecia. minister exsequiarum non parochus erit vel rector ipsius ecclesiae, sed Capitulum ipsum. In hcc proinde consistit norma peculiaris quoad exsequias dignitatum, canonicorum licet tantum ad honorem, et beneficiariorum, in canone 415 | 2 n. 3 statuta. Id constat ex claris verbis eiusdem canonis: " Si ecclesia cathedralis aut collegiatis simul sit paroecialls. M relationes juridicae inter Capitulum et parochum reguntur normis quae sequuntur Equidem m huius canonis praescripto Codex non agit de iure funerandi In tota sua extensione, sed tantum de iure iusta funebria ln eadem ecclesia cd *normam iuris* persolvendi. Ergo canon supponit cadaver dignito/tis, canonici, clc^ super qued exsequiae 77
a Capitulo persolvendae sunt, fuisse iam ab :is ad quos spectat, nempe α parocho, *legitime* levatum, et m ecclesiam capitularem funeris causa deductum ad normam canonis 1230 § 1.

Et quia iusta funebria cd *r.ormam iuris* sunt peragenda, canon ipse quodammodo insinuare videtur haec a Capitulo tantum persolvi posse, si ct quatenus ius ipsum sinit ut in cathedrali vel collegial! ecclesia peragantur, in casibus nempe b iure permissis.

Neque in contrarium argui posse videtur ex relato articulo 123 Statutorum capitularium, utpote quae ab Episcopo approbata sunt Statuto namque capitularia, cx eo quod ab Episcopo approbantur, sine culus auctoritate postea nec abrogari possunt, ncc mutari (can. 410). vim legis episcopalis seu dloecesanae non sortiuntur. sunt et monent leges capitulares. quin eorum n duram mutet approbatio dato atque recognitio ct confirmatio ln forma communi (cfr. Wemx-Vidal. *De* personb. n. 674. Ius canonicum).

Quin imo Episcopus per legem dioeceranam derogare nequit luri communi, nec subducere a iurisdictione parochi personas sive physicas sive morales in genere, sed tantum religiosas familias et pias domos ad normam canonis 464 } 2.

Perperam denioue arguitur ex acquiparatione inter canonicos re-ldcntiales et honorarios oui. lu^ta canenem 407 I *Z* * praeter insignia ct privilegia seu lura honorifica, obtinent quoque «eamnum m choro w. At. praeter haec honorifica, nulla alii iura Cedex iis tribuit. Immo. et v-- cem habere in Caoltulo (can. 411 | 3l denegat reditus capitulares percipiunt.

Resolutio. — In plenariis autem comitiis, dic 9 Decembris 1939 habitis. Emi Patres huius S. Congregationis ad propositum dubium: *An ct quomodo articulus 123 Statutorum capitularium sustineatur, in casu:* responderunt: *Negative, et articulum 123 Statutorum capitularium esse reformandum ad normam iuris.*

Quam resolutionem, in Audientia diei 16 eiusdem mensis, referente subscripto eiusdem S. Congregationis Secretario, Ssmus Dnus Pius Pp. XII benigne approbare et confirmare dignatus est—I. Bruno, *Secr.*

Adn. IP 20 (1940) 154; ME 52 (1940) 164.

1508

1939 DEC 12.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 32 (IMO) 24

Quaedam devotionis formae reprobantur, scilicet:
• devozionk all'amore annientato di cisv » **ET < ROSARIO DELLE SANTISSIME PLAGUE DI NOSTRO SIGNOR GESU CRISTO »**

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii habito Feria IV. dic 29 Novembris 1939. proposito dubio:

« An devotionis formas, vulgo — Derorione *all'Amorc* anntenfalo *di Gesù* — et — *Rosario delle Santissrmc Piaghe di Nostro Signor Gesù Cristo* — inter fideles fovere liceat ».

Effii ac Revfhi Patres DD. Cardinales rebus fidci ac morum tutandis praepositi, etiam prae oculis habito Decreto dici 26 Maii 1937 « Dc novis cultus seu devotionis formis non introducendis deque inolitis in rc abusibus tollendis > (cfr. *Acta* Ap. *Sedis,* 1937. p. 304 [LE 1386] respondendum decreverunt: *Non licere.*

Et Feria V, dic 7 Decembris 1939, Ssrî5us D. N. Pius Divina Providentia Papa XII. fn Audientia Excfito ac Rcvrfio Domino Adsessori sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit. et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii. die *12* Decembris 1939.—Romulus Pantanetti, *Supr. S. Congr. S Officii Notariat.*

Adn. **Decr. laferdum allcjatar Mb dîe 1939 Nov 29. A. ALLARD ,. KtT 57 (1940) 325-329; T. L· B. In PrM 29 (1940) 123-124; I GkANERIS In Apoli. 14 (1941) 92-95; E. 1. M. in CR 18 «194·)) 458.**

1509

1939 DEC 2L-S. PAENM DECR. AAS 32 (19101 58-59

SUMMARIUM

INDULGENTIARUM ET PRIVILEGII A SUMMIS PONTIFICIBUS VENERABILI ARCH1CONFRATERNTTAT1 DOCTRINAE CHRISTIANAE IN ECCLESIA S. MARIAE DE PLANCTU URBIS CANONICE ERECTAE NECNON CONFRATERNITATIBUS IPSO IURE EIDEM AGGREGATIS ' CONCESSORUM

A) *Indulgentiae*

I. Indulgentia plenaria, suetis conditionibus lucranda, 1) ab universis christifidelibus. die ingressus in Confratemitatem; 2) ab omnibus ct singulis Confratribus. *a)* die festo principali Confraternitatis. b) diebus festis: Paschae Resurrectionis, Nativitatis Domini. Pentecostes. Epiphaniae, Ascensionis, Circumcisionis, Corporis Christi. Assumptionis et Imm. Conceptionis B M. V.. S. Mariae de Planctu (tit. ecclesiae Archiconfraternitatis). S. loscph, Ss. App. Petri ct Pauli. Omnium Sanctorum. S. Caroll Borromaei, S. losephi Calasanctii et S. Robert! Bellarmino.

II. *Indulgentia plenaria* in *mortis articulo* a Confratribus lucranda, si confessi ac sacra Communione refecti vel saltem contriti. Ssmum lesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint et mortem de manu Domini, tamquam peccati stipendium, patienter susceperint

III. *Indulgentiae Stationum Urbis* a Confratribus acquirendae diebus tantum Stationum in Missall Romano descriptis, ad normam Decreti S. Paenitentiariae Ap. diei 12 Aprilis 1932 *iActa Apost. Sedis,* voL XXIV, p 248) [LE 1084], ea tamen lege ut praedictas Indulgentias in ecclesia Confraternitatis ipsi acquirere valeant tum tantum cum nullae in loco ecclesiae stationales inveniantur (Cfr. Declaratio Decreti circa Indul/gentias Stationibus adnexas diei 25 Februarii 1933: *Acta* Apost. *Sedis,* vol. XXV. p. 27) [LE 1153]. 59

IV. *Indulgentiae partiales,* saltem corde contrito a Sodalibus lucrandae. 1) *decem annorum,* si de civitate exeant ut in villis et agris Christianam doceant catechesim: 2) *septem annorum, a)* si confessi sacram Synaxim susceperint die et loco in quo Confraternitas constituitur; b) si civitatem percurrant, viros, mulieres et pueros ad religiosam instructionem ducturi; c» s Ssmum Sacramentum ad aegrotos delatum comitati fuerint; d) semel in mense, si confessi sacra Communione reficiantur: e) si, sacerdotali charactere insigniti, concionem aliquam seu instructionem religiosam In quadam ecclesia vel oratorio Confraternitatis habuerint: 3) *trium annorum,* si ad coemeterium defunctos Sodales consocientur, vel funeri in eorum suffragium explendo adstiterint. pro eorum anima devote orantes: 4) ire· *centorum dierum, a) si* pie curent ut pueri, famuli aliique sacrae intersint cathechesi; b) si visitent aegrotos Consociatos; c> si officiis aut conventibus Confraternitatis seu processionibus ab eadem de consensu Ordinarii institutis interfuerint; 5> *centum dierum,* si publice vel privatim Christianam tradant cathechesim diebus ferialibus.

B) *Privilegium*

Missae omnes, quae pro anima alicuius Sodalis in Dei gratia vita functi a quocumque Sacerdote ad quodlibet altare celebrantur, ita illi animae suffragari possunt ac si m altari privilegiato litatae fuissent

Dic 21 Decembris 1939

Sacra Paenitentiaria Apostolica. vi facultatum a Ssmo D. N. Pio Pp. sibi tributarum, praesens Summarium. ex authenticis documentis excerptum, revisum et recognitum, approbat, idemque tamquam unicam syllogem Indulgentiarum et privilegiorum, hucusque ab Apostolica Sede Archiconfraternitati. de qua supra, concessorum. habendum esse declarat atque imprimi et publicari permittit. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.—L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.* S. Luz.o. *Regens.*

• V. *Co'ex turis ccr.ordci,* can 711 f 2.

Adn. 1 M. RESTREPO In PrM 29 (1940) 233-234.

ANNUS 1940

1510

1940 IΛN 8.-SC CONCILII. INDULT. P,\RT.·

Facultas datur christifidelibus satisfaciendi praecepto PASCHALI QUOCUMQUE ANNI TEMPORE, OCCASIONE SPECIALIUM PRAEDICATIONUM AD PUPULUM IN APRUTIIS

Preces - Beatissime *Pater,* Quo magis promoveatur animarum bonum, hodiernus Moderator regularis Minorities? Provinciae Sancti Bernardini in Aprutiis. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillimis precibus implorat indultum vi cuius christifideles. qui sacris missionibwi utque exercitiis spiritualibus interfuerint, quae, a PP. Concinnatoribus vulgo < Misaionnrii Indigeni » praefatae Provincia·· in variis paroeciis instituuntur. per Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae durante cursu missionis aut exercitiorum suscepta, quocumque anni tempore praecepto annuae Confessionis et Communionis Paschalis satisfacere valeant. Et Deus. etc.

Rescr. - Sacra Congregatio Concilii, attenta commendatione Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum. benigne commisit Rev.mo Patri Generali eiusdem Ordinis ut. pro suo arbitrio et conscientia, gratiam Iuxta preces Impertiatur ad quinquennium, de consensu tamen locorum Ordinariorum.

Datum Romae» die 8 Ianuarii 1940.—F. Card. Marmagci. *Praef.* L Bruno. *Secr.*

Ministro G«ncral| Ordinis Fratrum Minorum. Prot N. 21/40? AOFM 59 (1940) 75 Adn. AOFM 59 (1940) 74-7S.

1511

1910 IΛN 12.-SC PF., DECR. AAS 32 (1940) 193-194

DI FORMULA IURAMENTI AB ALUMNIS SEMINARII KANDYENSIS PRAESTANDI

Atlentis novis Missionum apud Indos adiunctis. Eminenlissimi Patres huic S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in generalibus comitiis, die 8 decurrentis mensis Ianuarii habitis, decreverunt/ abroganda esse in formula luramenti. quod alumni Pontificii Seminarii Kandyensis praestare tenentur, sequentia verba: « Item voveo et iuro quod sive Religionem ingressus fuero sive in statu saeculari permansero, si intra fines Europae fuero, quolibet anno, si vero extra, quolibet biennio, mei ipsius meique status exercitii et loci ubi moram traxero. Sacram Congregationem de Propaganda Fide certiorabo ».

Quam quidem Emorum Patrum sententiam ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII in Audientia hodierna die submissam. Sanctitas Sua benigne adprobare ratamque habere dignata est atque praesens de re Decretum edi iussit, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 12 mensis Ianuarii A. D. 1940.—P. Card. Fumasoni Biondi, *Praef.* Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., Secr.

1512

1M0 IAN 13.-SC SACIL» FACULTATES. PART.·

Facultates ordinariis locorum brasiliae concessae post **CONCILIUM PLENARIUM NATIONALE**

PRE'es - Sentissimo *Padre".* Os Arcebispos, Bispos. Prebdos Nullius e Administradores Aposiôlicos. rcunidos no Concilio Plenârlo Brasileiro. atendendo ùs necessidadcs dits suas dioceses ou territôrios. humilde c instantissimamentc pedem a V. Suntidadc as seguintes laculdades:

1'I de permitir que nas igrejas parcquiais do «u territorio se possam celebrar trés Missas imcdlatamente depoB da meia nolle da Natividade do Senhor, com poder de administrer a sagrada ComunhAo aos fiôis. cautelosemente. porCm, alim de que tudo se faça cam a dévida rcverència.

2·) de permitir aos sacerdotes que nos domingos e outras festas de perceito pos&am trinar a sente Misse conterno que se irate do bem das aimas.

3·) dc permitir aos sacerdotes que possam binar a sanie Hissa na prlmcira sexta-feira de coda mêj c tarabem nas festas suprimidas. contante que seja etn beneficio das aimas.

4') de permitir aos sacerdotes que. durante todo o tempo que a Santa Se concede aos fieis do Brasil para cumprimento do prcceito da ComunhAo pascal e da ConilssJo annal. Isto c. da Dominga da Sctuagêsima ate a festa dos sS. Apùstolas Pedro c Paulo, possam celebrar duos Missas cm chas mesmo dc semana. nos campos distantes da igrejd paroquial. em beneficio dos fiéls, isto é. para que naquelcs lugares onde raramente chega o sacerdote, o preceito pascal seja mats facilxnente cumprido pJos fteii

5') de concéder aos sexagen&rios. às mulheres grAvidas ou lactantes, que. sem jejum eucaristico. isto é. mesmo quando tenham tornado algo per modum potui, possam receber a sagrada Comunhâo duas veres na semana a consclho do conlessor, todas as veres que nio puderem conservor o jejum.

6'I de permitir que se celebre na Catedral e igrejxs paroquials a Missa imediatamente depois da mela noite da Ctrcuncisâo do Senhor. por ocaslâo da exposiçâo publica e da adoraçAo do SS. Sacramento, nas noras finals do ano. em açÃo de graças pelos beneLclos recebidos da Ubcrahdadr divina, cam a faculdade de se admitirem os fk-is à S. Comunhâo.

7·) de permitir que se passa celebrar, em caso de verdadeira necessidade. mesmo sem ajudante. observandj-se o prescrite no canon 813 **Jiri** *fleri poterit.*

8·) de concéder aos cnfcrmos hespitelizados. aos quais nâo se prevè convalescent para breve, que. mesmo antes do fim do mès da hospitalizaçAo. *a* juiro do confessor, pos<um rccehcr a S. ComunhAo duas vezes p'r semana. e. se «· trata de sacerdotes ou religiosos, mesmo quoi*id* lanamen'c sem guard-irem o jejum. isto ê. mesmo quando antes tcnh.im tomado algum remédie ou alguna cotai - per *rrodum* potus ".

&'I de dispensar. por motivo grave, porém, com os dUconos do clero secular da defeito de idade candnica ate quinze meses, alim de que. nâo obstante isso. pos&am ser promovidos à ordem do S. Presbiterado. contante que sejam idôneos e tenham regularmente cursado a metede do quarto ano de teologla segundo as prescriçdes do canon 976 e observada a Instruçlo - Qucn; indens'" di S CongregaçAo dos Sacramentos {LE 1004). do dia 27 de dtzcmbro de 1930.

10) de dispenser por causas graves e canônlras do impedimento de idade com aqueles que atingiram precoccme-ite a puberdade.

Rescr. - *Da auditneia de S. Santidade,* do *dia* 13 dc Janeiro dc 1940:

O SS. Senhor Nosso Papa Pio XII. depois de cuvida a relaçào do infra-as&mado Cardial Prefeito desîa S. Congregaçâo dos Sacramentos acorca do pedido a S. SanUdade dirigido pclo Exmo. Sr. Cardial Arcetispo de S. SebastiAo do Rio de Janeiro e outros Exmos. OrdinAnos da Republics do Brasil. dlgnou-se concéder aos me^mos oradom benignamente as faculdades solicitadas. vAlldas per um triênio no seu territeno. e devendo ser distribuldas segundo o seu prudente juizio e concfôr.cla ; nAo obstante qualqucr coisa em contrério.

As oblaçôes ou taxas que rcceberem as pre-louvadcs Ordinârios. no uso das ditas faculdades. depois dt expirado o triênto. nûo se esqueçam de enviâ-tas pclos tramites da Nundatura Apostôllca. para as nccessidades da S. Sé.—D. Card. Jorio. *Prcf.* Bracci. Secret.

• Ordinarii! focorvm ta Brui(te Revlit· ·<!«i1v·io brwlUl-i 2 (1942) 203-206.

1513

1940 IAN 15.-SC S. OFFICIT. RESP. AAS 32 (1940) 52

Apostatae a fide in causis matrimonialibus agere **PROHIBENTUR**

In generali consessu Supremae S. Congregationis S. Officii, habito feria IV, die 10 Ianuarii 1940. proposito dubio:

c An inter acatholicos qui. iuxta decretum S. Officii diei 18 Ianuarii 1928 ILE 814 sub die 27 Ian 1923) in causis matrimon'alibus agere prohibentur, connumerandi sint etiam apostatae a fide ·.

Effii ac Revrhi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, omnibus rite perpensis, respondendum decreverunt: *Affirmative.*

Feria V, die 11 Ianuarii 1940, Ssffnis D. N. D. Pius, divina Providentia Papa XII, in audientia Excnio ac Rcvmo D. Adsessori S. Officii impertita, relatam Sibi Effiorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 15 Ianuarii 1940.—Romolus Pantanetti. *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

***Adn.* E BERGH in NrT 67 (1940) 450451; E- 1. M. In CR 18 (1940) 555-556: REGATILLO n.815-826. F. ROBERTI in ApolL 13 (1940) 7-10: 1P 20 (1940) 44: PrM 29 (1940) 149<149»**

1514

1940 IAN 19.-COM. INTP.. RESP. AAS 32 (1940) 82

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Dr rxcusATtOMZ a choro. 2 - Dr irouiGXRrtis lucraxks

Effii Patres Pontificiae Commissionis ad Cod:cbt canones authentice interpretandos» propositis in plenario coctu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I - De excusatione a choro

D. An excusatio a choro, dc qua in canone 420 I 1 n. 4. extendatur ad servitium paroeciae non rapitularis.

R. Negative.

II - De indulgentiis lucrandis

D. An confessam. vi canonis 935.λcommutare **poasw** visitationem ecclesiae determinatae, etiam ad lucrandas indulgentias toties *quoties* et Portiunculae nuncupatas

R. Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 19 mensis Ianuarii, anno 1940.—M. Card. Massimi. *Praeses.* I. Bruno. *Secr.*

Ada. E. BERGH in NrT 67 (1940) 453-454; T. L. BOU5CAREN— I. At RESTREPO In PrM 29 (1940) 239-242; A COUSSA in Apoll. 13 (1S40) 35-38; G. MARTINEZ DE ANTONANA In CpR 21 (1940) 140-144; REGATILLO n. 200.462; IP 20 (1940) 42-43.

1515

1940 IAN 23.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.·

Circa normas sequendas a religiosis professis ad **SERVITIUM** militare vocatis

S. Congregatio de Religiosis, die 23 ianuarii 1940. communicavit sequentes normas:

1® Il Decreto Inter *reliquas* dei 27 agosto 1910 [1 Ian. 1911, AAS 3 (1911) 37-39) riguarda i Religiosi « primitus vocati ad militiam ». Le soluzion: dei dubbi sollevati circa l'applicazione di tale Decreto, pubblicate il 1® febbraio 1912 negli *A. A.* S., [AAS 4 (1912) 246-247) sono sempre diretti ai « primitus vocati ».

2® Per i richiamati alie armi e la mobilitazionc generale, questa S. Congregazione dei Religiosi — ex Autia Ssmi habita ab Erho Cardinale Praefecto die 2 ianuarii 1940 — si attiene a questa prassi.

a) Se si tratta di Religiosi che hanno i Voti Perpetui già emessi (semplici o solenni), considera i richiamati o mobilitati durante il Servizio militare straordlnario, come « exclaustrati ad normam iuris »;

b) Se si tratta invece di Religiosi che hanno i Voti Temporanei, essi restano legati dai voti stessi fino alla loro scadenza; ma non sono ammessi durante il Servizio militare al Voti Perpetui ; possono perô i loro Superiori concedere che rinnovlno i Voti Temporarii t ad annum ⅋

c) Se si tratta di rivedibili — cioè di quelli che non hanno mal prestato servizio militare ma non ne sono stati definitivamente dichiarati inabili — non possono. durante il loro stato di rivedibilità emettere i Voti Perpetui (semplici o solenni), « quia lex civilis non concedit eisdem exemptionem a Servitio Militari, sed retardationem, et proinde remanent subiecti militiae » c qualora fossero assunt! al Servizio militare, sarebbero evidentemente da comprendersi tra i « primitus vocati » c. se nel periodo di rivedilità avessero emessi i Voti Perpetui (semplici o solenni) senza il necessario Induito della S. Sede, tali Voti sarebbero nulli—Fr. L. H. Pasetto. *Segretario.*

• Ad SC de Prco Fide. Proî. N. 9258'39: T. SCHAEFER. raHffotb. cd 3 Ron·· 1940. n. 671 p. 1124-1125. Vkfc versions aillkm In Rrrus des Communautés Religieuses 16 (1940) 49-50. Adn. E. B in NrT 67 (1940) 451-452.

1516

1910 IAN 27.-SC ORIENT. DECR. AAS 32 (1940) 152-157

De recta cleri orientkus. saecularis et religiosi, institutione in territoriis patriarchalibus

Apostolicae Sedi Id semper cordi fuit, ut quos sua Dominus benignitate ad sublimem sacerdotii honorem dignaretur vocare, spiritualibus atque ad scientiam pertinentibus disciplinis adprimc imbuerentur, quatenus re quidem vera, sal terrae ct lux mundi futuri essent atque haberentur.

Maternae huius sollicitudinis circa Juveniles sacros manipulos, spem sanctae Ecclesiae, futuros animarum pastores, haud ultimum sane argumentum his nostris temporibus Litterae Encyclicae exstitere «Ad catholici sacerdotii » [LE 1302) necnon Constitutio Apostolica « Deus scientiarum Dominus » ILE 10301 f. r. Pii Pp. XI quorum documentorum alterum morum institutioni. nitorum vero rationi studiorum clericalis militiae pressius consuluit.

Sacra haec Congregatio pro Ecclesia Orientali quae sub immediata Sumini Pontificis directione, peculiari studio bonum fovet orientalium fidelium, ac proinde eorum praesertim qui. sacerdotali aucti dignitate, per multiplicem miramque varietatem sacrorum rituum, illorum animas ad Deum ducere atque comitari debent, filurimis atque in dies gravioribus regionum ac popuorum sibi curae commissorum perspectis necessitatibus, officii sui censet, ut quae supra memoravimus documenta, quantum fieri possit, peculiarem applicationem sortiantur etiam pro Juvenibus levitis orientalibus, quos, praeter officia cuique sacerdoti communia, naturali quadam necessitate, missionales quoque esse oportet erga eos qui catholicam fidem non habeant, simulque apologctas erga dissidentes fratres, apud quos seu quibuscum vivere debent

His porro, quae quidem gravissimae sunt, aliae quoque non minoris momenti accedunt rationes, sl hodierna tempora ac res, quae ubique progrediuntur, prae oculis habeantur.

Si enim, anteactis temporibus, tantum in urbibus hic rerum progressus fieri consuevit, hodie contra, vel in oppidis et in vicis, patenter habetur; ubi quoque propterea sacerdotibus, sanctitate ac scientia praeditis, omnino opus est: huiusmodi nempe qui verbo apostolico. zelo ac doctrina/ omnibus duces se praebeant, ar- 153
ceantque periculum, ne Christifideles errores malitiaeque facilis evadant praeda.

Neque vero praetereundum est cuique sacerdoti gravissimum officii munus Incumbere praedicandi ubique atque docendi divinam veritatem, iuxta illud « vos estis sal terrae, vos estis lux mundi »: gravissimum profecto munus, quod si omittere nefas est, adimpleri tamen quidem non potest, nisi sacerdotes scientiae thesauro ac virtutibus eximiis sint praediti.

Quod si in ceteris vitae institutis, utpote iurisperiti, magistratus, medici etc., per plures annos opportunis disciplinarum studiis est incumbendum, pracscriptamque lauream oportet adipisci, immo si vel manualium artium cultores, antequam artem exerceant, diuturna indigent praeparatione, multo sane diuturniore ac diligentiore instituto opus est Christi administris, tum ob sublimem sacerdotii dignitatem, tum denique ob eidem adnexum gravissimum pondus, regimen scilicet animarum, de quibus Christo ab iisdem ratio est reddenda.

Neque reapse cogitari possunt sacerdotes — quibus officium est pascere verbo vitae, veritatem docere, dirigere atque firmare per vias iustitiae caritatisque animas a Christo redemptas — minus docti ac parati quam ii. qui corporum solummodo rerumve terrenarum curam susceperint

Eo igitur consilio ut. quantum fieri liceat, nobilissimum hoc propositum ad effectum deducatur, consulendi nempe sufficienti ac solidae institutioni morali ac doctrinali eorum qui in sortem Domini vocantur, et praecavendi abusus qui. sensim sine sensu, in conferendis sacris Ordinibus haberi forte potuerint. Sacra haec Congregatio, in Plenario Conventu Erhorum Cardinalium, habito die 20 martii a. 1939. totam quaestionem sedulo examinavit, rebusque mature perpensis, haec quae sequuntur statuit ac decrevit:

I - De *admissione candidatorum*

1® Ut quis in seminarium seu domum religiosam admittatur. ut postea Sacros maiores Ordines recipiat, testimonium exhibeat vitae irreprehensibili, scripto datum ab ipsius parocho vel Ordinario, quod iidem ne tradant nisi sua onerata coram Domino conscientia.

2° In seminaria ne admittantur qui ex aliis seminariis, monasteriis, piisque institutis dimissi fuerint, nisi prius consulta S. Congregatione pro Ecclesia Orientali.

3° Si quem vero od Sacros Ordines vocatum non constet, nec idoneum ad munera eisdem inhaerentia — sacramentorum nempe administratio/nem. praedi- IM
cationem verbi Dei, Christianam catechesim — neque viribus animoque obsistendi separatis ab unitate Ecclesiae sufficienter sit praeditus, is omnino neque in seminariis, neque in domibus clericalium studiorum, neque in religiosis Institutis, uti alumnus retineri potest. neque denique in sacris constitui, ac sacerdotio initiari.

II - *De alumnorum in seminariis institutione*

4” Tum doctrinalis, tum vero moralis et ascetica niumnorum institutio in seminariis impertienda est, in

collegiis nempe seu domibus reservatis tantum alumnis sacerdotio initiandis, quaeque ad huiusmodi finem apposite constituta et ordinata sint

5 Expleto superiori curriculo litterarum, ad sacerdotium candidati unum saltem annum philosophiae studio. Ires vero sacrae theologiae impendere debent, firma tamen studiorum ratione Seminariorum atque Institutorum Religiosorum in quibus cursus philosophicus ac theologicus amplior et perfectior laudabiliter iam absolvitur. Patriarchae erit harum rationem disciplinarum seu, uti aiunt « programma » conficere et ad S. Congregationem pro approbatione transmittere.

6· Peculiari denique sollicitudine S. Congregatio commendat, ut candidati idoneos quoque se reddant ad docendum in scholis publicis, necessariamque attestationem. seu diploma, a civili auctoritate adipiscantur, ita ut ad munus publici magistri eligi possint.

III - De asceiuu ad *Ordines Sacros*

7® Nequit Episcopus manus cuiquam imponere, nisi prius moraliter ac positive certior factus fuerit de canonica idoneitate eligendi; alioquin non modo gravissime peccat, sed et periculo sese committit cum peccatis alienis communicandi. Quamobrem attestationem sibi procuret necesse est Superioris seminarii seu domus vel monasterii, ubi studiorum curriculum candidatus peregerit, necnon sententiam sive iudicium Commissionis, quam vocant, Ordinandorum Examinatricis, uti per ea quae sequuntur, statuitur.

8" Attestatio Superioris seminarii, monasterii seu domus piae, per secretum scrutinium et cum maiore parte suffragiorum exquirenda, in consilio professorum confici debet; inde vero Ordinario, seu Supremo Ordinis Moderatori, si de religioso agitur, scripto communicari. simulque Commissioni Ordinandorum Examinatrici.

9° Antequam Sacros Ordines conferat. Episcopus sedulo quoque perpendat, se, cum ad sacerdotium aliquem
13 admittit, eum acceptare, suo/que mancipare servitio, nempe dioecesi atque animabus suae curae commissis, ideoque sibi fieri obnoxium non modo quoad eiusdem statum vel condicionem, sed etiam quoad temporalem substentationem. nisi forte electum substentationis titulum personalem, securum, vereque sufficientem, habere constiterit.

10® Ex hoc gravissimo episcopali officio circa sacerdotum statum ac temporalem condicionem, necessario consequitur Sacros Ordines iis tantum esse conferendos quos animarum bonum expostulat. Sacrilegus reapse abusus plenitudinis sacri characteris censendus est» sacerdotalem conferre ordinem, alicuius familiae seu factionis favore, amicorum vel hominum potentium instantia. vel cuiuslibet humani commodi intuitu.

11° Unusquisque ad Sacros Ordines maiores candidatus, cuiusvis sit aetatis vel condicionis, antequam Ordinem recipiat, coram Commissione Examinatrice se sistere debet, eique de sua ipsius praeparatione satisfacere.

12° Singuli Patriarchatus Commissionem Examinatricem. vi huius Decreti, habento. Haec vero:

a) aliquot membris constare debet nempe 5, 7. 9: numquam tamen minus tribus selectis ex clero saeculari ac regulari, alterius vel proprii ritus;

b) constituatur per Patriarcham una cum Delegato Apostolico; ab eodemque Delegato, nomine huius S. Congregationis, approbetur;

c) examinatores Commissionis studiorum titulum in facultatibus theologicis ac philosophicis regulariter adepti sint, vel saltem bene compleverint integrum studiorum curriculum apud facultatem quamdam seu seminarium, notique sint probata doctrina;

d) Ordinario seu Superiori cuiusvis ordinandi officium sit conventum Commissionis Examinatricis tempestive promovere — nisi forte certa tempora Patriarcha statuerit — ad eamque mittere candidatos. Est autem penes Ordinarium seu Superiorem, ratione temporis vel commoditatis, ad Commissionem alterius Patriarchatus praesentare ordinandos;

c) Commissio sententiam det scripto exaratam duplicique exemplari, quorum alterum servetur in tabulario Eparchiae sive Ordinis ad quem pertinet candidatus. alterum in tabulario seminarii seu instituti ubi studia peracta fuerint;

f) Commissio quoties pro examinibus congregatur, tria saltem membra habeat, et iudicium proferat per suffragium secretum, quod unanimitatem prae se ferre debet ut quis ad Sacros maiores Ordines admitti possit Candidatus vero qui unanimitatem non retulerit, Commissioni,/ aliquo elapso temporis spatio, denuo se sistendi ius habet, eique contra sententiam recursus patet ad Sacram Congregationem; 156

p) in examine coram Commissione subeundo unusquisque candidatus satisfacere debet: 1) de sua ipsius praeparatione morali et ascetics; 2) de scientia practica atque theologica cuiusvis Ordinis suscipiendi; 3) de institutione doctrinali, inspectis in primis theologia dogmatica, morali et sacramentaria, liturgia et iure canonico;

h) huiusmodi examen superandum est antequam candidatus ad Sacros maiores Ordines admittatur, atque iterum, secunda vice, priusquam sacerdotio initietur.

13° Ut vero recens ordinati suo munere, qua par est dignitate, fungi pergant, per integrum quinquennium ab inito sacerdotio tenentur singulis annis Commissioni Examinatrici se sistere, ut diversis sacrarum scientiarum disciplinis, antea opportune designatis, satisfaciant et intéressé peculiaribus curriculis seu collationibus, quae locorum Ordinarii ac S. Congregatio quotannis promovere curaverint

Documentum comprobans c:.'* iir annui periculi ad Episcopum, vel, si agatur de religiosis, ad Superiorem Ordinis, necnon ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali mittatur.

14® Condicionibus, quas supra recensuimus, circa praeparationem et ascensum ad Sacros Ordines, omnes candidati obstringuntur, sive caelibes sive uxorati advocentur.

IV - *Derogationes et sanctiones*

15° Quaevis derogatio seu dispensatio ab his quae praesenti decreto statuta sunt, maxime vero circa ea quae attinent ad obligationem ac tempus commorationis in seminario seu domo ecclesiastica, ad sententiam Superioris seminarii scu instituti pii, necnon Commissionis Examinatricis, S. Congregationi reservatur.

16® Qui sine praevia in aliquo seminario scu domo ecclesiastica, praescripta commoratione, vel non obtentis, quae supra enumerantur ac requiruntur, documentis favorabilibus. Sacris maioribus Ordinibus initiatus fuerit, ipso facto ab exercitio ordinis suspensus manet, et ad S. Sedem recurrere debet

17® Suspensionem item a collatione Sacrorum Ordinum Episcopus ipso facto incurrit, qui scienter Sacros maiores Ordines candidato de quo In num. 16 contulerit.

Quae omnia, relata Ssfho D. N. Pio, div. prov. Papa XII, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali a secretis die 27 m. Ianuarii a. 1940/ Beatissimus Pater 157
adprobare dignatus est et per praesens decretum iussit publici Iuris fieri.

Contrariis quibuslibet minime obfuturis.

Datum Romae, cx Aedibus S. Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 27 m. Ianuarii, in festo S. Ioannis Chrvsostoml. a. 1940.—Eue exits Card. Tlsserant. *a secretis.* Joseph Ccsarini. *Adsessor.*

Adn. G. de VRIES In PîM 29 (1940) 226 230; I. Ch. JAROS H Apoil. 15 (1942) 10-18; ME 52 (1940) 68-69. NrT 67 (1940 45) 1202.

1517

1940 FEB X-SC RITUUM, INDULT. PART.·

Facultas thurdicandi ln missis cantatis
SINE MINISTRIS

Pricks - Hodiernus Procurator Generalis Congrmticnls Missionis a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII humillime efflagitavit. ut in Ecclesiis et Oratorii principalibus eiusdem Congregationis ct Instituti Puellarum a Ciritate. thurificare liceat m Misais cum cantu «ine sacris ministris.

Rkscr. - Sacra porro Rituum Congregatio. vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo IKm no Nartro tributarum, tta precibus anntrrt pro gratia ad proximum quinquennium, ut pro nusjus vivorum cantati* ajf'c urr.< ministris thurificatio adhiberi valeat in festis duplicibus I et II classis, nec non In Dominicis aliisque festis dc· praecepto. Servatis de cetero rubricis Contrariis non ebitentibus quibuscumque.

Die 3 februarii *1940—A. Cuusa. S.* R. C. Secr. Henrieus Dante, *Substitutus.*

• **Procuratori Gen. Conçr. MinîonJt ELIP 54 (1940) 80-81.**

1518

1940 FEB 8.-SC CONCILII, FACULT. PART.·

Facultates concessae sacerdotibus perecrinanttbus ad SANCTUARIUM DOMINAE NOSTRAE A COLUMNA IN CIVITATE CAESARAUGUSTAE. DURANTE ANNO IUBILAEI 1940

1. La facultad de conmutar a los sacerdotes que vengan en peregrinaciôn este ano a visitar a la Virgen. el oficio divino por las tres partes dei Rosario mientras dure la peregrinaciôn.

2. Durante los mismos dias, a los obligados al coro. presencia en éste con pérdida de las dlstribuciones inter *praesentes,* estando conforme con ello su Ordinario respectivo.

3. A los pdrrocos no se les compute como vacaciôn el tiempo de peregrinaciôn.

4. Su Excia. Redma. [Ordinarius *Caesaraugustinus]* concede a los sacerdotes que vengan en peregrinaciôn al Pilar, licencias para celebrar, predicar y confesar los dias que pennanezean en Zaragoza, si las tuvieran de sus rcspectivos Obispos.

• **Orftntrio Caeiaraugustaoo: Ilustnciôa d«l Cl-то 33 (1940)** *232 233-*, **34 (1941) 314.**

1519

1940 FEB 24.-SC S. OFF., DECR. AAS 32 (1940) 73

Decretum de stkrilizatione directa

Proposito Supremae Sacrae Congregationi S. Officii dubio: < An licita sit directa stenlizatio sive perpetua sive temporanea, sive viri, sive mulieris », Enii ac Revüii Patres DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, feria IV» die 21 Februarii 1940. respondendum decreverunt:

« *Negative* et quidem prohiberi lege naturae, eamque, quoad sterilizationem eugenicam attinet. Decreto huius S. Congregationis, die 21 Martii 1931 ILE 988], reprobatam iam esse ».

Et feria V. die 22 Februarii 1940, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XH. in audientia ExciSo ac Revnïo D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii die 24 Februarii 1940.—Romulus Pantanetti. *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. I. GRANERIS in Apoll. 13 (1940) 10-14; REGATILLO Q. 513; IP 20 (1940) 157; ME 52 (1940) 77-78; NrT 67 (1940) 323-330; PrM 29 (1940) 149M49».

1520

194· MAR 4.-SC S. OFF,, DECR. AAS 32 (194·) 120

Proscriptio librorum edmundi fleg.

Feria IV, die 28 Februarii 1940

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii Efhi ac Revfhi DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR DD. Consultorum voto, praedamnatos esse declararunt, vi canonis 1399 C. L C., atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt duos libros ab Edmundo Fleg conscriptos, quibus tituli:

L'enfant prophète,

Jésus raconté par le *juif errant.*

Et sequenti Feria V. die 29 eiusdem mensis et anni, Suhus D. N. Pius Divina Providentia Papa XII. in solita audientia Exc. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 4 Martii 1940.—Romulus Pantanetti, *Supremae S. Congr. S. Offici Notarius.*

1521

1940 MAR 12.-SC RIT.» DECR. AAS 32 (1940) 200-281

URBIS et ORBIS

RITvS BENEDICTIONIS PAPALIS SUPER POPULUM ELARGIENDAT SERVANDUS A SACERDOTIBUS, QUIBUS A S. SEDE HUIUSMODI FACULTAS INDULTA EST

Cum ex benigna Summi Pontificis concessione Sacra Paenitentiaria Apostolica. peculiaribus in adiunctis et circumstantiis extra ordinem concurrentibus, facultatem Benedictionem Papalem una cum Indulgentia plenaria impertiendi sacerdotibus concedere soleat. Emus et Rmus D. Cardinalis Lauri. Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius et Paenitentiarius Maior, Sacram hanc Rituum Congregationem rogavit ut formulam, qua praefata Papalis Benedictio fidelibus impertiri posset, statuere dignaretur.

Sacra autem Rituum Congregatio, prae oculis habens ritum, qui in ipso Rituali Romano (tit VIII cap. 32) invenitur. Regularibus utique concessum. Benedictionis Apostollcae statis diebus super populum elargiendae. audito Specialis Commissionis Liturgicae suffragio, huius ritus formulam in posterum ab omnibus sacerdotibus, sive saecularibus sive regularibus, qui speciali Sedis Apostolicae gaudent Induito Benedictionem Papalem cum Indulgentia plenaria elargiendi, adhibendam ac servandam esse retinuit

Facta autem supra his omnibus, ab infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XII. die 6 Martii 1940, Sanctitas Sua votum Sacrae Conçre'gationis benigne approbavit illudque publici iuris fieri mandavit Contrariis non obstantibus quibuscumque. 2)1

Datum Romae ex Sacra Rituum Congregatione, die 12 Martii a. 1940.—C. Card. Salotti, Episc. Praenest. *Praef. A.* Carinci, *Secr.*

Adn. **REGATILLO n. 439.**

1522

1940 MAR 12.-SC STUDIORUM, DECR. PART.·

Canonice erigitur pont, institutum ambrosianum MUSICAE SACRAE

Cardinalis Archiepiscopus Mediolanensis enixe a Sancta Sede expetivit ut Schola Ambrosiana Musicae Sacrae, a se pro singulari studio Ambrosianae Liturgiae instaurandae novem abhinc annis Mediolani condita. tanquam altiorum Studiorum Pontificium Institutum agnosceretur cum facultate grados academicos conferendi. Ssmus autem Dominus Noster divina Providentia Pius Pp. XII. huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto infrascripto referente, petitioni Emi Archiepiscopi Mediolanensis benigne annuere dignatus est

Itaque haec Sacra Congregatio Pontificium Institutum Ambrosianum Musicae Sacrae, cum iuribus et officiis ceterarum Facultatum Studiorum Ecclesiasticorum. Mediolani erigit et erectum declarat, ea tamen lege ut in eodem Instituto gradus Academici conferantur adamussim secundum Statuta Pontificii Instituti Musicae Sacrae in Urbe erecti: quocum Institutum ipsum Ambrosianum perpetuo consociatum censeatur-, servatis ceteris de iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Calisti. die 12 mensis martii. in festo S. Gregorii I. Papae et Ecclesiae Doctoris. anno 1940.—L Card. Pizzardo. *Praef.* Ernestus Ruffini, *Secr.*

• **OrUnario Medlolancntli ELIP 54 (1940)** 88.

1523

mo MAK 13.-SC SACR-, RESPONSUM. PART.·

In DOCUMENTIS MATRIMONIALIBUS NON SUNT NOTANDAE CONDITIONES STIRPIS ET NATIONALITATIS CONTRAHENTIUM

Ulmo e Rev.mo Signare, In risposta alla lettera della S. V. Illjna e Rcv.ma n. 287 dei giorno 7 corr. circa h richiesta degli Ufficiali di Stato Civile che venga indicata negli atti di matrimonio la nazionalità e la razza dei contraenti. debbo significarle che da fonte autorevole è stato ufficialmente comunicato a questa S, Congregazione che tali indicazioni non riguardano i documenti parrocchiali dei matrimoni concordatari.

Con sensi di distinta stima mi professo di V. S. IlLma e Rev.ma dev.mo per servirla.—F. Bracci, Segref.

• **Prot. N. 5321/40: ME 52 (1940) 96. Adn. ME 52 (1940) 96.**

1524

1940 MAR 27.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.'

Facultas datur Fratribus Minoribus vendendi OBIECTA PIA IN MISSIONUM UTILITATEM

Preces. - *Beatissimo Padre,* Il Ministro Generale dei Frati Minori, prostrato al bacio del S. Piede, espone umilmente alla S. V. che in molti Conventi francescani o luoghi di Missioni, si usa vendere ai fedeli, che ne fanno richiesta, immagini, corone, medaglie od altri oggetti di divozione per soddisfare la loro pietà ed anche per ricavarne un piccolo guadagno a vantag-g.o delle Missioni stesse o dei Conventi.

Sembrando ciô contrario al prescritto del Can. 142 C. I. C.. 1'umile Oratore, per tranquillità di coscienza. implora dalla benignità della S. V. che in tali Conventi o luoghi di Missioni possa permettere quest'uso, deputando allo scopo un Religioso e percependo dagli oggetti venduti un piccolo guadagno. Che della grazia ecc.

Rescr. - Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, Revjno P. Ministro Generali Oratori benicne commisit, ut, pro suo arbitrio et conscientia, gratiam iuxta preces concedat ad quinquennium, adhibitis debitis cautelis ne quod inconveniensjoriatur. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae, die 27 Martii 1940 —Vinc. Card. La Puma, *Praef.* Fr. H. Pasetto. *Secr.*

• **Prot. N. 1462/40: AOFM 59 (1940) 128.**

1525

1940 APR 3.-SC RITn DECR. AAS 32 (1940) 311

URBIS ET ORBIS

Festum sancti ioannis leonardi, confessoris, ad UNIVERSAM ECCLESIAM EXTENDITUR, CUM OFFICIO ET MISSA SUB RITU DUPLICI MINORI CELEBRANDUM

Quum per fundationem Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei, quorum apostolatus proprium est Christianam doctrinam populos edocere, Sanctus loannes Leonard!, cuius opera Misiones a Propaganda Fide institutae sunt, erga Sedem Apostolicam et sanctam Ecclesiam eximia merita sibi comparaverit, nonnulli Patres Cardinales, pluresque sacrorum Antistites Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XII humiliter adprecati sunt, ut eiusdem Sancti Confessoris festum ab universo christifidelium coetu peragi posset Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Cardinali Praefecto, votis tot S R. E. Cardinalium. Archiepiscoporum et Episcoporum libenter deferens, festum Sancti loannis Leonardo Confessoris, ad universam Ecclesiam, sub ritu duplici minori, cum *Officio et Missa huic decreto* aditetis die nona octobris celebrandum, extendere benigne dignata est. addita commemoratione festi Ss. Dionysii Ep. et Sociorum Martyrum, ad ritum simplicem redacti. Servatis de cetero Rubricis. Quibuscumque contrariis non obstantibus.

Die 3 Aprilis 1940.—C, Card. Salottt, Ep. Praenestin., *Praef. A.* Carinci, Secr.

1526

1940 APR 8.-DAT. AP., DECL. AAS 32 (1940) 163

Declaratio de conditionibus in conferendo CANONICATU THEOLOGAL! REQUISITIS

Quae in *Motu Proprie* Pii feL rec. Pp. XI « Bibliorum scientiam › diei 27 Aprilis 1924 *(Acta Apost. Sedis,* 16, 1924, pag. 181) (LE 5931 sub II statuta sunt, de requisitis in eo cui conferendum sit Beneficium in quo canonice insit onus Sacrae Scripturae populo explanandae, ita sunt interpretanda, ut, ceteris paribus, ille, etiam Doctori in Sacra Theologia (de quo in Canone 399. § 1). praeferatur, qui Laurea aut Licentia in Re Biblica insignitus sit.

Ex Audientia Ssmi diei 8 Aprilis 1940.—F. Card. Tedeschini, S. *R. E. Datarius.* loseph Guerri, *Regens.*

Adn. R. In PrM 29 (1940) 237-238; IP 20 (1940) 169.

1527

1940 APR 9.-SC PROP. FIDE, DECR. AAS 32 (1940) 379

De iuramento super ritibus malabaricis a missionariis IN INDUS orientalibus non praestando

Super dubium: ‹ Utrum, abolito *iuramento* super *ritibus sinensibus,* opportunum sit dispensare ctiam missionarios in Indiis Orientalibus a iuramenio *super* ritibus *malabaricis* › Eminentissimi ac Reverendissimi Patres huic Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis die 8 decurrentis mensis Aprilis habitis, respondendum consuerunt:

Affirmative, firma obligatione de cetero observandi praescripta Benedicti XIV, quatenus a Sancta Sede non immutata.

Quam Emorum Patrum sententiam Sanctissimo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII. ab infrascripto huius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario, in Audientia hodierna die relatam. Sanctitas Sua in omnibus dignata est adprobare et ratam habere, ac praesens super re decretum edi iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 9 mensis Aprilis, A. D. 1940.— P. Card. Fumasoni Biondi. *Praef.* Celsus Costantini, Archiep. tiL Theodos., *Secr.*

Ada. V. B. in Apoll. 13 (1940) 181; J. MASSON in NrT 67 (1940-45) 1203-1204; P M. D'EJia in PrM 29 (1940) 376-379; ME 52 (1940) 252 254

1528

1940 APR 9.-SACRA PAEN, RESP. PART.

DUBIUM CIRCA VIGOREM FACULTATUM FIO OPTRI TERRAE SANCTAE CONCESSARUM

Dubium - *Beatissime Pater, Procurator* Generalis Ord. Fr. Min., ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, infra relatum dubium pro opportuna solutione proponit: « Utrum parochi, qui pium opus a Terra Sancta nuncupatum chrlstifidelibus. suae curae commissis, *ferta* sexta in Parasceve summopere commendaverint et eleemosynam, si quam collegerint, ad Patres Commissaries Terrae Sanctae mittere curaverint, adhuc uti valeant, post editum Decretum S. PoenitenViariae d. d. *20 martii* 1933 (LE 1160). facultates benedicendi crucifixos eisque adnectendi Indulgentias pio Viae Cruc.s exercitio adnexas ›. Et Deus. etc.

Resp. - Die 9 aprilis 1940. Sacra Poenitentiaria Apostolica. mature omnibus perpensis. proposito dubio respondendum censuit: Iuxta hodiernam praxim parochi, de quibus in precibus, ad hoc S. Tribunal recurrere debent ut facultate, de qua supra, uti possint Contrariis quibuslibet non obstantibus.

De mandato Eminentissimi.—S. Luzio, *Regens.* I. Rossi, *a Secretis.*

• Ortftn) **Frabun Minorum, Prof. N. 1603.40: AOFM 59 (1940) 151. Adn. 59 (1940) 161.**

1529

1940 APR 1X-SC CONS. DECR. AAS 32 (1940) 280-231

Decreto circa la giurisdizione dellOrdinario MILITARE LN ITALIA

LOrdinario militare ed i cappellani militari in Italia godono della giurisdizione spirituale suile truppe di terra, di mare e di aria, con competenze parrocchiali *(Concordato,* art. 14). Poichè, perô, tale giurisdizione si esercita nel territorio delle diocesi, questa S. C. Concistoriale. con l'approvazione di Sua Santità Pio Pp. XII, allo scopo dl coordinare la giurisdizione medesima con quella degli Ordinari diocesan! ed eliminare le eventual! interfcrenze, ha dichiariato e stabilito quanto segue:

1. - La giurisdizione dellOrdinario militare e dei cappellani militari in Italia è personale. Essa si estende a tutti i militari di terra, di mare e di aria, ed anche al personale religioso maschile e femminile addetto agli ospedall militari; sono escluse, invecc, le persone civili in qualunque modo appartenenti ai militari o addette all'rsercito.

2. - La giurisdizione di cui sopra è cumulativa con quella degli Ordinari diocesan!: perô nei luoghi destinati ai militari *(caserme. aeroporli, arsenali* militari, *sedi di comandi, scuole militari, ospedali militari, tribunali e carceri militari* ecc., escluse quindi le abitazioni private dei militari fuori di detti luoghi destinati ai militari), ve la esercitano primieramente e pnneipalmente lOrdinario e i cappellani militari; secondariamente, sempre perô iure *proprio.* gli Ordinari diocesani e i parroci locali, nei casi di mancanza o di assenza di detto Ordinario e cappellani militari, e près! di regola gli opportuni accord! con lOrdinario militare, nonchè con le competenti Autorité militari.

3. - Fuori dei luoghi sopra segnalati gli Ordinari diocesanl ed l parroci locali esercIteranno liberamente la loro giurisdizione sui singoli militari, tutte le volte che ne verranno richiesti.

4. - La benedizione degli stessi luoghi. nel Sabato Santo, sarà data dai cappellani militari, salvo il diritto dei parroci locali quando i cappellani mancassero, e salvo gli opportuni accord! di cui all'art. 2.

5. - La benedizione delle navi verrà impartita dall'Ordinario militare quando la cerimonia del varo sarà indetta daU'Autorità militare: che se lOrdinario militare sarà impedito, questi ne darà awiso allOrdinario diocesano, il quale la impartira iure proprio. Quando invece delta cerimonia si compirà per iniziativa privata o di altra Autorité non mUitare. la benedizione
23] rimarrà nelle competenze dellOrdinario diocesano./

fi. - I cappellani militari, quando per l'esercizio delle funzioni inerenti al loro sacro ministero rispetto ai militari avranno da ufficiare in chiese non proprie o non destinate ad essi abitualmente. si rivolgeranno previamente agli Ordinari diocesan! o ai parroci o rettori locali per le opportune intese.

7. - Per ciô che rlguarda Fassistenza ai matrimoni. i cappellani militari avranno presente il prescritto del can. 1097 4 2 del Codice di D. C.. secondo il quale « pro *regula habeatur* ut *matrimonium coram sponsae parocho celebretur,* niri iusta causa excuset >. e in casu che essi assistano al rito si atterranno particolarmcnte. oltre che a tutte le altre disposizioni canoniche, a quelle stabilite nel can. 1103, H 1 e 2.

8. - Gli stessi cappellani militari sono sottoposti, come sacerdoti c ratione loci, anche alla disciplina e vigilanza degli Ordinari diocesani. i quali in casi urgenti potranno anche udottarc a loro riguardo i provvedimenti canonici che stimeranno opportuni, salvo avvertirne subito lOrdinario militare.

Roma, dalla S. C. Concistoriale, 13 Aprile 1940.—Fr. R. C. Card. Rossi, *Segretario.* V. Santoro. *Assessore.*

Adn. I. LO GRASSO In PrM 29 (1940) 357-358; I. PASQUAZI In Apoll. 13 (1940) 166-169.

1959

1530

1940 APR 13.-SC CONC. RESOL. AAS 32 (1940) 374-378

DIOECESIS V.... et ALIARUM

CAPITULARIS RELIGIONEM INGRESSI QUOAD EIUS substitutionem. *Dic 13 Apnlis 1940*

Species factl — Sacerdos A. P., mansionarius Capituli cathedralis V...., die 8 Septembris 1936 religiosam Societatem S. Francisci Salcsii, postulatus ineundi causé, ingressus est. Statim idem Capitulum cathédrale conqueri coepit de c:us absentia a choro, tum quia munus peculiare eidem incumbit psalmodiam ducendi, in quo munere nec ab aliis beneficiariis substitui potest, tum quia eiusdem mansionarii absentia per quinque annos protrahitur, per biennium nempe durante novitiatu, et per triennium durante professione, ad normam canonis 584 Codicis iuris canonici.

Incassum cessis pactionibus Capitulum inter et mansionarium de substitutione omnino necessaria ad huius munia saltem peculiaria obeunda, die 3 Augusti 1937 hanc Sacram Congregationem Capitulum adiit, ut quaestio definiretur.

Animaovkrmones — Promulgato Codice I. C. plures huiusmodi quaestiones pertractandae ad hanc Sacram Congregationem delatae sunt, ex eo praecise ortae quod, cum canon 584 statuat ** post annum ab emissa qualibet profesione vacant beneficia paroecialia, post triennium cetera ", quin aliquid decernat de fructibus beneficii, unusquisque m suo sensu abundare ccepit. Annuente proinde Sacra Congregatione de Religiosis, quaestionem generalem pertractari opportunum visum est. lamvero praescripto memorati canonis 584, dum plene consulitur libertati beneficiarii religionem ingressi, si fortasse iuxta canones 573 et 637 ad sacculum redire maluerit, simul ct religionis ipsius utilitati cavetur, si haec ad normam horum canonum beneficiarium dimittere velit. Sed cx/ hcc legitime inferri 375
non pose videtur eidem beneficiario, durante hoc temporii spatio, ius esse non solum beneficium retinendi, sed huius qu-que fructus percipiendi.

De hoc Codex I. C. alte silet in iis quoque canonibus 613-625 qui dc privilegiis religiosorum agunt: quo attento silentio, quaestionis resolutio a praescriptis in canone 20 repetenda est: " Si certa de re desit expressum praescriptum legis sive generalis sive particularis, nerma sumenda est a legibus Latis in similibus, a generality-. iuris principiis cum aequitate canonica servatis, a stylo et praxl Curiae romanae. a communi constantique sententia doctorum ".

Omissis autem *legibus latis in similibus,* cum canones 420 et 421. qui uni de causis a choro excusantibus agunL huiusmodi causam omrxino praetereant. Itemque omissa communi *constantique sententia doctorum,* tum veterum ante Codicem promulgatum, qui parum inter se consentiunt. tum rccentiorum qui ob nuper promulgatum Codicem efformarc nequiverunt communem illam et constantem in re sententiam, hoc unum superest ut norma de eadem re sumatur *a generalibus iuris principiis,* nec non α *stylo ct praxi Romanae Curiae.*

Equidem quoad primam nonnam, α generalibus iuris principiis depromptam iuxta citatum canonem 30, Concilium Tridentinum (cap. 12. sess. 24 de *reform.}* decrevit ut " omnes (capitulares) divina per se. et non per substitutos, compellantur obire officia Quam Concilii Tridcntmi praescriptionem Codex I. C. in pristinum revocavit vigorem, statuens in canone 414: " Omnes ct singuli qui chorale beneficium obtinent, tenentur in ipso choro divina officia persolvere immo In canone 419 decrevit ut qui choro udstnnguntur. nequeant per alium huic obligationi satisfacere nisi In casibun particularibus scu per modum actus, iusta ac rationabili de causa, et sub datis conditionibus.

Cum Itaque beneficiarius religionem ingrrsxun per w ipsum divina officia ln choro obire nequeat, atque substitutum habitualem sibi consMtuere prohibeatur, plane fluit eundem fructus sul beneficii percipere non posse, nec ex iisdem roncruam partem suo substituto praebere.

Eius enim absentia a choro, quamvis sit iusta et rationabilis. ad perfectiorem nempe vitae statum sectandum, tamen ad normam iuris non videtur legitima, ad effectum *nemp percipiendi fructus sui beneficii. Legitima enim ea dicitur causa. ° quae est α lege approbata et in iure expressa -, ut docet Garcia, tract, de beneficiis, part. III.

1960

tjD 2 n 408. Deficiente autem legitima causa absentiae, beneficiarius suos non facit fructus, etiamsi absens sit « propter causam rationabilem et non culpabilem./

Ex eo autem quod huiusmodi absentiae causa sit iusta, txncflclarlus poenam non incurrit, de qua in canone 2X1 n 2. privationis nempe beneficii, sed poena improprie dicta iure plectitur, seu amissione fructuum beneficii, ad normam eiusdem canonis statuentis in n. 1: " Qui beneii-cium obtinet cum onere residentia©. si illegitime absit, eo ipso privatur omnibus fructibus sul beneficii pro rata illegitimae absentiae Ad rem audiatur Relffenstuel, Ub. 111. UL 4. Dc clericis non residentibus, n. 51: " Siquidem tum Episcopuj (scu parochus) non residens, tum beneficiarius non recitans horas canonicas per leges ecclesiasticas factus est inhabilis ad acquirendos eiusmodi fructus: eo qued sacri canones Impediant acquisitionem fructuum beneficiahum. nisi ponatur conditio personalis residentlae. aut recitationis horarum canomcalium. Unde et privatio fructuum beneficialium. atque obligatio eosdem restituendi ante omnem sententiam iudicis. non est poena proprie ditto, seu talis, qua quis privatur re sua. sihlquc iam acquisita; sed potius imponitur ut conditio quaedam, sive medus necessario observandus, nisi ponatur praefata residentia personalis, aut recitatio horarum canonicalium. Sicut in simili contigit, quando testator reliquit cuipiam legatum sub conditione sive onere, ut aliquid faciat: alios perdat legatum ··.

Quod confirmatur decisione huius Sacrae Congregationis in Toletana ct altarum diei 10 Iulii 1920 (LE 282J. Proposito enim tunc dubio: " Utrum Codicis canon 2321 urgeat etiam in casu non residentiae non graviter culpabilis, vel materialiter tantum, non formaliter culpabilis ac r.otcriae ", responsum prodiit: M Affirmative, dummodo ne concurrant causae excusantes iuxta canones 420 ct 421, vel pontificium indultum

Qua responsione, dum decernitur ad constituendam absentiam Illegitimam non requiri culpam ne levem quidem, simul confirmatur, elenchum causarum excusantium a choro, de quibus in canonibus 420 et 421, propter quas capitularis, revera absens, uti praesens habeatur per iuris fictionem, esse laxativum, et non demonstrativum tantum, quibus causis proinde nefas est alias addere, causas eiusdem generis. Et iure meritoque ; facillime enim excofitari possent motiva quibus minueretur absentiae imputabllitas. seu quibus cohonestaretur quaelibet beneficiarii absentia.

Et animadvertatur quod, inter has causas excusantes a choro cum iure percipiendi fructus praebendae ac distributiones quotidianas, recensetur quoque in canone 420 I 1 n. 7 vacatio piis exercitiis ad normam canonis 126. quo tamen induito, additur in citato can. 420, (capitulares» semel tantum in anno chori servitio liberantur Vacatio igitur piis exercitis semel tantum in anno causam lattam simul et *legitimam* praebet absentiae capitularis a choro ad effectum percipiendi fructus ben^/ficii et distributiones quotidianas. Attamen, sl beneficiarius ipse pluries in anno pia exercitia peragere vellet, causam quidem haberet iustam immo sanctam abessendi a choro, quapropter mulctan nequiret privatione beneficii ad normam n. 2 memorati canonis 2381. minime vero causam *legitimam:* ideoque ipso iure et facto non tantum distributiones quotidianas amitteret, sed omnes quoque fructus beneficii pro rata Illegitimae absentiae.

Accedit quod in canone 570 5 1 statutum sit quod " nihil pro impensis postulatus vel novitiatus exigi potest

Hucusque expositis contradicere non videntur ea quae Eonifaclus VIII et Benedictus XIV in sublecta materia rescripserunt. quaeque praecipua documenta vel:ris luris constituunt. Equidem Bonifacius \TII in cap. Beneficium 4. *dc regularibus* in VI statuit: " Beneficium illius qui religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum . Sed interim eidem beneficio per alium deserviri debebit, assignata sibi congrua de ipsius proventibus portione ".

Et Benedictus XIV in Brevi *Ex quo* diei 14 Ianuarii 1747: " De beneficiorum vacatione in iure statutum habemus. eam non induci per solum ingressum in religionem «ed per professionem regularem dumtaxat .: interim, quoad beneficia choralia. relictis tyroni religioso, qui choro intéresse nequit, ipsius beneficii fructibus " (CICF n. 374).

Verum, praetermisso quod auctores clarae notae haec documenta diversimode interpretati sunt. ex. gr. Garcia ·dc beneficiis *ccclr*starticis, tom. II. cap. 9, η. 27) et Riganti (tn *Regulam* 46 Cancellarie. III. η. *20) contra* Suarez *(de religione, tom. III.* lib. 5. cap. 16. η. 12i et Sanchez (d·? *praeceptis decalogi,* tom. II. lib. 7. cap 4. n H), illud esquam maxime animadvertendum mutationem maximi momenti nunc factam esse: quapr'ptcr, mutatis rerum adlunctis. eadem iuris principia iisdem aptari nefas esse, iuxta illud: " distingue tempora et concordabis iura .

Iamvero temperibus Bonlfacii VIU et Benedicti XIV beneficium etiam capitulare nonnisi uno anno probationis seu novitiatus vacabat, dum irdurta a Pio IX profession© simp'icl trium annorum, ct attento Codicis praescripto in canone 534. per quinque fere annos beneficium vacaret, triennio nempe a qualibet professione religiosa, et allero saltem anno pro novitiatu perficiendo ad normam canonum 555. 571 Perperam proinde invocantur veteris luris ormcima eo vel magis qu- d perspicuum est Codicem maunam bcnef.cialcm penitus innovasse. Fortasse ad rem facere videtur praescriptum cinonls 6 n. 6: " Si qua cx ceteris disciplinaribus legibus, quae usque adhuc viguerunL nec explicite nec implicite in Codice contineatur, ea vim omnem amisisse dicenda est "./

Neque ex adverso aliquid opponi posse videtur ex eo quod vi canonis 584 beneficiarius religionem ingressus retinet titulum sui beneficii, quod non vacat nisi post triennium ab emissa professione religiosa, ct " quilibet bencuclarlus. capta legitime benclicli possessione, omnicus iunbus fruitur tam temporalibus quam spiritualibus, quae beneficio adnexa sunt ", ut in canone 1472 statuitur. Haec iura enim sunt correlativa officiis, inter quae praecipuum est servitium chorale. At, cum beneficiarius religionem ingressus proprio marte in ea condicione versetur ut eadem adimplere nequeat, nulla suppetit ratio cur luritus sul beneficii fruatur. Ad rem apte veniunt ea quae S. Alphonsus scripsit de residentia pastorum: " (Ad rcsidenliam» quidem non alia ratione tenentur quam contractus inill inter ipsos et Ecclesiam, ex quo dantur eis fructus beneficiorum sub conditione residentiae; qua non impleta, nullo modo pastores tales fructus acquirunt. Praesumptio autem illa quod Ecclesia fructus remittat illis qui sine culpa non resident, valde dubia est: immo potius praesumitur Ecclesia oppositum velle, ne pateat via ad eludendam hanc resJdentiam tam rigorose ab ipsa Ecclesia requisitam " *(Thcolog. moraL,* lib. IV. n. 127».

Alia tandem norma antea relata, sumenda nempe. Iuxta citatum canonem 20. α itylo et praxi Curiae *Romanae,* ubi expressum legis praescriptum desit, huc usque expositis favet omnino. Praxis enim fuit, eaque constans huius Sacrae Congregationis ante ct post Cndicis promulgationem. ut beneficiariis religionem ingressis, favente Capitulo et Ordinario loci consentiente, indulta concederentur percipiendi fructus praebendae, imo quandoque et distributiones Ipsas quotidianas, attentis peculiaribus rerum adiunctis. Quod perperam factum fuisset, sl beneficiarius hoc iurc. lege ipsa dictante, frueretur.

Resolutio. — In plenariis autem Comitiis die 13 Aprilis 1940 habitis. Emi Pab-es huius Sacrae Congregationis ad propositum dubium: An capitularis religionem *ingressus ius habeat ad fructus benefteii, antequam hoc cacet ad normam canonis* 584 *Codicis I.* responderunt: Negafiue, salco apostolico induito.

Quam resolutionem in audientia diei 19 eiusdem mensis, referente subscripto Sacrae Congregationis Concilii Secretario. Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XII approbare et confirmare dignatus est.—I. Bruno, *Secr.*

Adn. E- BERGH ln NrT 68 (1946) 715-717; REGATILLO A. 293; A. TABERA in CpR 22 (1941) 58-70. IP 20 (1940) 168-169.

1531

1940 APR 21.-SC SACR^ INDULTUM. PART.·

Facultas recipiendi s. communionem horis **POSTMERIDIANIS, SERVATO IEIUNIO A TRIBUS HORIS, IN DIEBUS FESTIS DE PRAECEPTO**

Preces - *Beatissime Pater,* Ejnus Archiepiscopus Wratislavicn., nomine etiam omnium Germaniae Episcoporum. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter postulat ut virgines et iuvenes Germaniae qui. expleto scholarum cursu, laborare tenentur in operibus communi bono publico culturae populi destinatis, dispensentur a lege ieiunii eucharistici, ita ut ad sacram Synaxim accedere possint, diebus dominicis ct festis de praecepto, postquam aliquid sumpserint etiam per modum solidi cibL

Rescriptum. *Ex audientia SSMi* diei 12 Junii 1940.

SS.mus Dominus Noster Pius Papa XII. audita relatione Ejni Cardinalis huius S. Congregationis de Sacramentis Praefecti, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, gratiam indulge! iuxta petita, ita ut fideles, de quibus in precibus, ante SS.am Eucharlsticam Communionem, hora quoque pomerWiana recipiendam. aliquid etiam per modum solidi sumere valeant. diebus dominicis ct festis de praecepto: servato tamen Ieiunio a quattuor vel saltem tribus horis ac remota quavis scandali vel admirationis occasione: contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Praesentibus valituris ad triennium—J. Bracci. Secr. N. N.. Off.

• Ortfhurfls Gcmmin. Prot. N 4133 40: AKK1 120 (1940) 3îS.

1532

1940 APR 22.-SC SACR^ INDULTUM. PART.·

FACULTAS ABSOLVENDI FORMA GENERALI A PECCATIS ET CENSURIS, ГТ DISPENSANDI A IEIUNIO EUCHARISTICO FIDELES NON' MILITARES SED LABORIBUS MILITARIBUS ADDICTOS, VEL IN CASTRIS CAPTIVORUM COADUNATOS

Preces - *Beatissime Pater,* E.mus Archiepiscopus Wratislavien., uti praeses Conferentiarum Fuldensium, ad pedes Sanctitatis V. provolutus, humiliter sequentes postulat extensiones facultatum iam concessarum, tempore praesentis belli, Excjuo Episcopo Castrensi Germaniae, per indultum S. Congregationis de Sacramentis diei 30 Augusti 1939 (LE 1493] :

1. Absolvendi a peccatis et censuris forma cumulativa vel generali et admittendi non servato ieiunio ad S. Communionem fideles qui non Imminenti iam praelio sunt expositi, sed versantur, vi mobilisationis, tempore praeparationis ct instructionis ad bellicas operationes. quando impediti sunt singuli ad confessionem sacramentalem accedere necnon ad Eucharisticam Communionem tempore matutino et servato ieiunio.

2. Absolvendi forma generali et ad S. Communionem non servato ieiunio admittendi similimis in circumstantiis fideles exercentes labores usui militari destinatos» licet in conditione civili permaneant.

3. Item absolvendi forma generali et ad S. Communionem non servato ieiunio admittendi fideles in castris captivorum congregatos, qui simili modo impediti sunt accedere singuli ad confessionem sacramentalem et ad S. Communionem, servato ieiunio.

Rescriptum. - *Ex Audientia Ssfni* d. 22 Aprilis 1940.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus,—L. Card Lauri, *Poenitentiarius Maior. S.* Luzio, *Regens.*

• Ordinarii» Germanis·: AKKR 121 (1941) 246.

1616

1941 APR 28.-SC SACIL, NOR. AAS 33 (1941) 364-368

NORMAE

Pro exsequendo decreto diei 20 decembris 1940 de **ORDINANDIS TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS INSULARUM PHILIPPINARUM**

Ut ad effectum deducantur quae per Decretum diei 20 Decembris 1940 ILE 1575] praescripta sunt Sacra haec Congregatio quae sequuntur statuit:

Caput I

De *tribunalis provincialis moderatore, iudicibus et ministris*

Art 1. Tribunal provinciale subest auctoritati Archiepiscopi loci in quo ipsum sedem habet qui. proinde, idem regit et moderatur nomine omnium Provinciae Episcoporum, eidemque omnia iura et officia attri buuntur quae Ordinariis locorum, ad normam saerorum canonum et *Instructionis* [LE 1347] Sacrae huius Congregationis de disciplina Sacramentorum diei 15 Augusti 1936. circa proprium tribunal competunt nisi aliter infra cautum sit vel subiecta materia exigat

Art 2. Indices et ministri tribunalis provincialis constituentur in Coetu Provinciali Excmorum Ordinariorum Provinciae.

Art 3. Curandum erit ut electi non modo morum integritate praestent, et laurea vel saltem licentia Ln iure canonico sint praediti, sin minus scientia et experientia iuridica *vere* polleant sed tempus quoque sufficiens impendere valeant muneribus sibi collatis rite obeundis.

Art. 4. Nomina eorum qui electi sint ad munera officialis (nccnon. si extent, vice-officialis vel vice-officialium), iudicum, promotoris iustitiae, defensoris vinculi (horumque. si adsint, substitutorum) cum Excmo Delegato Apostolico Insularum Phllippinarum quamprimum ab Excmo Praeside Coetus Provincialis communicentur. una cum indicatione aetatis, studiorum, curriculi vitae necnon cum testimonio circa eorum sacerdotales virtutes, hanc etiam ob causam, ut eidem Delegato Apostolico opportunitas praebeatur significandi utrum cuiusquam electorum nominationi aliquid obstet

Art 5. Nominationes de quibus supra generatim ad triennium fiant, salva facultate eas confirmandi ad successiva triennia.

Art 6. Omnes, qui tribunal provinciale constituunt aut eidem opem ferunt iusiurandum de officio rite et fideliter implendo coram Archiepiscopo sedis tribunalis, si agatur de officiali, si vero de aliis coram Ordinario eiusdem sedis vel coram iudice a quo electi sunt vel coram viro ecclesiastico ab alterutro delegato praestare debent: idque ab initio suscepti officii, si sint stabiles, aut antequam causa agi coepta sit si pro peculiari causa sint constituti aut antequam suo munere fungi incipiant, si. causa pendente, suffecti sint ad normam arL 19 Instructionis.

Art. 7. Officiales, iudices, promotores iustitiae ct vinculi defensores (necnon. si adsint, eorum substituti, nisi per modum actus deputati sint) ab Archiepiscopo sedis tribunalis provincialis removeri non possunt» durante munere, nisi gravi de causa et habitis prius votis totius Provinciae Episcoporum.

Art 8. Nemo iudicis munere in causa fungi poterit qui advocati vel procuratoris munus actu exerceat in causis matrimonialibus, sive directe sive per interpositam personam, quamvis id agat apud alia tribunalia etiam Sanctae Sedis: idem valet pro iustitiae promo-

· *Acta Ap. Sedis,* **a. 1938 pag. 313 seq.**

356 tore et pro/ vinculi defensore. Iidem omnes districte etiam vetantur in quaslibet causas matrimoniales extra munus suum se quomodolibet ingerere.

Art. 9. Archiepiscopus sedis tribunalis provincialis, collatis consiliis cum ceteris Episcopis Provinciae, album procuratorum et advocatorum pro tribunali conficiendum curet iuxta arti. 47-53 memoratae *Instructionis.*

Caput II

De *modo procedendi in tractatione causarum matrimonialium*

Art 10. Ut tuto procedatur in causis matrimonialibus apud tribunalia provincialia pertractandis, adamussim servetur *Instructio* supra memorata, his tantum additis aut immutatis quae infra adnotantur.

ArL 11. Quoad competentiam tribunalis provincialis serventur normae artL 1-12 praefatae *Instructionis,* attento quod tribunal provinciale, relate ad matrimoniales causas, est commune pro dioecesibus Provinciae simulque est proprium singulae cuiusque dioecesis Provinciae.

ArL 12. Causae ita inscribantur: primum ponatur nomen tribunalis provincialis, dein dioecesis celebrati matrimonii vel partis conventae, postremo titulus causae, ex. gr. < Tribunal *Manilense-Caceren. Nullitatis matrimonii (N. N.) »:* quando autem causa ipsa agitatur in gradu appellationis, ita inscribatur: « Tribunal Appellationis *Lipense-Caceren. Nullitatis matrimonii* (N. N.) ».

Art. 13. Ad Episcopum domicilii coniugum spectat iudicium ferre de existentia adiunctorum. de quibus In artL 38 § 2 et 39, b) *Instructionis;* quod tamen indicium antequam ferat, opportune cum Archiepiscopo sedis Tribunalis regionalis ageL

ArL 14. Archiepiscopi Sedis tribunalis provincialis erit tutorem aut curatorem admittere vel designare ad normam arL 78 *Instructionis,* collatis consiliis cum Ordinario partis conventae cui tutor vel curator constituendus esL

ArL 15. In casibus exceptis de quibus in cann. 1990-1992, quaelibet petitio remittatur ad Archlepiscopum tribunalis provincialis qui, praehabito voto Episcopi domicilii coniugum, de eadem videat ad normam tiL XV *Instructionis* citatae. Officialis vero de quo in art. 288 *Instructionis* est officialis tribunalis provincialis.

Art. 16. Vinculi defensor facile ne omittat appellationem. de qua in art. 229 Instructionis, interponere ad tribunal alterius instantiae, praesertim cum agatur
367 de impedimentis a quibus dispensari soleL/

Caput III

De *honorariis iudicibus et tribunalium ministris assignandis*

Art. 17. Iudicum et ministrorum tribunalis provincialis stipendia seu remunerationes et honoraria Exemi Ordinarii determinent in Coetibus Provincialibus, prae oculis habitis adiunctis Provinciae et praesertim causarum agendarum numero: adeo ut iidem congrua mercede. adaequata operi revera tribunali impenso, donentur.

Art. 18. Eadem emolumenta generatim moderata esse debenL attento etiam quod iudices et ministri tribunalis iam aliquo ecclesiastico beneficio provisi plerumque sunt: at simul sufficientia sint ipsa emolumenta. ne iidem impediantur a servitio tribunali assidue praestando ex necessitate aliunde subsidia vitae quaeritandi.

Art. 19. Excïfii Ordinarii in Coetibus Provincialibus statuent (si id sibi videatur necessarium) contributionem singularum dioecesium Provinciae pro expensis tribunalis provincialis, proportionatam numero causarum singularum dioecesium.

Caput IV

De taxis ct *expensis iudiciallbus necnon de retributione procuratorum* et *advocatorum*

ArL 20. Exemi Ordinarii in Coetibus Provincialibus probe consideratis locorum et temporum adiunctis. approbent notulam taxarum et expensarum iudicialium necnon emolumentorum ad procuratores et advocator spectantium pro causis in tribunali provinciali pertractandis; quae emolumenta, uti par esL distabunt a ɛrecuratorum et advocatorum proventibus in tribuna-

S. R. Rotae vigentibus CA. *A.* S., vol XXXI. pp. 622-625) [LE 1478).

Art 21. Notula expensarum et emolumentorum, de qua in praecedenti articulo, notificetur omnibus litigantibus; Exemi Ordinarii autem et tribunalia prae oculis sedulo habeant praescripta art 54 *Instructionis.*

Normae temporariae seu transhoriae

Quae praecedunt exsecutioni mandentur die ab Excmo Delegato Apostolico Insularum Phllippinarum statuendo.

Quoad causas, quae dicta die pendentes in prima instantia invenientur in tribunalibus dioecesanis, ita procedatur:

1) Si libellus iam oblatus esL nec adhuc ad litis contestationem seu dubiorum concordandam (c. 1727 Cod. I. C., arL 88 Instructionis) deven. tum siL libellus 368
ipse transmittatur ad competens tribunal provinciale, neque de causa ulterius agat tribunal dloccesanum.

2) Si instructio processus sit tantum initiata ct partes, necnon vinculi defensor eL si causae intersit, promoter iustitiae non obstent, processus deferri potest ad tribunal provinciale.

3) Causa iam conclusa (arL 177 *Instructionis),* tribunal dioccesanum sententiam definitivam edat necesse esL

4) Idem fiat, mutatis mutandis, in causis quae agitantur in gradu appellationis.

5) A sententia tribunalis dioecesani, si quidem fuit primi gradus, appellatio interponatur apud tribunal appellationis, quod esset competens, si eadem sententia lata fuisset a tribunali provinciali primae instantiae.

Si fuerit secundi gradus» applicentur praescripta communia de quibus in artL 212-222 Instructionis.

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia En\o huius Sacrae Congregationis Praefecto die 28 Aprilis 1941 concessa, praesentes Normas benigne confirmare et ratas habere dignatus est

Datum Romae, cx aedibus S. Congregationis dc disciplina Sacramentorum, dic 28 Aprilis, anno 1941.—D. Card. Jorio, *Praef.* F. Bracci. Secr.

Adn. V. BARTOCCETTI In Apoll. 15 (1942) 223-224; NrT 65 (1946) 459 460.

1617

1941 MAI 3.-SC 8. OFFICII, RESP. PART.·

Facultas datur sacerdotibus germani extrcitus celebrandi ubi et quando possibile sn

Dubium - Utrum Sacerdotes germanlci stipendia in exercitu merentes et carentes sive altare portatili. sive sacra supellectile ad Augustissimum Sacrificium Missae celebrandum, uti possint altare atque supellectile Ecclesiarum confessionis vulgo dictae c orthodoxae >. quousque absit possibilitas Ecclesiam Catholicam adeundi vel uti altare portatili.

Resp. - Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii, omnibus circumstandis et allatis rationibus coram D> mino mature perpensis, respondere censuit: Negative et ad *mentem.*

Mens est ut Sacerdotes in exercitu germanlco stipendia merentes altare portatile habeant atque, perdurantibus praesentibus difficultatibus ac belli circumstantiis. Missam celebrent ubi ct quando possibile sit. servato decore et remoto usu sive ecclesiarum, sive supellectilis, de quibus in prolato dubio.

Datum Berolini. ex Aedibus Nuntiaturae Apostolicae, die tertia mensis Maji. Anno Domini miUc<urx> nongentesimo quadragesimo primo.

♦ Ordïnwüt Gemini»·: AKKR 121 (1921) 234

1618

1941 MAI 3.-SC PROP. FIDE, FACULT. PART.·

Facultates speciales concessae ordinariis americae LATINAE SC DE PROP. FIDE SUBTECTIS

Romae, die 3 Mali 1941

Excellentissime Domine, diocesibus atque ditionibus Americae latinae, per Litteras Apostolicas ‹ Trans Oceanum », die 18 Aprilis a. D. 1897 datas [AAS *2, (1910) 271-276]* complura privilegia ad triennium Leo Pp. XIII concedere dignatus est; quo tempore elapso. Pius Pp, XI *fel m.* quaedam ex iis» per breve ‹ *Litteris Apostolicis », die 30* aprilis a. D. 1929 editum [LE 8981, ad decennium renovavit

Cum vero hoc quoque spatium temporis plene decurreret, S. C Consistorialis, per Decretum diei 28 Aprilis a D. 1939 [LE 1472], pro dioecesibus sibi subditis, rursus ad decennium privilegia eadem, auctoritate sibi facta a SS. D. N. Pio Pp. XII, prorogavit

Quibus attentis, hoc S. Consilium Christiano Nomini Propagando Missionum Americae Latinae Ordinariis, in sua ditione positis, quos amplis facultatibus per novam Formulam ornavit, similes favores concedendos esse censuit

Quapropter, omnibus perpensis, per has litteras. Tibi, qua Missionis Istius Ordinario, et Missioni isti privilegia quae sequuntur, quaeque in nova Formula non continentur, hoc S. Consilium vi potestatis sibi a SS. D. N. Pio Pp. XII factae, ad decennium concedit, a die prima ianuarii h. a. computandum, nempe:

1) ut Sacra Olea etiam antiqua, non tamen ultra duos annos, adhiberi possint, dummodo ne sint corrupta et nova vel recentiora Sacra Olea, peracta omni diligentia, haberi nequeant:

2) ut christifideles a dominica Septuagesimae usque ad festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli praecepto annuae Confessionis et Communionis satisfacere possint:

3) iisdem fidelibus conceditur, si loco inhabitent ubi prorsus impossibile vel saltem admodum sit difficile ad confessarium accedere, ut lucrari queant Indulgentias ac lubQaea. quae Confessionem. Communionem et ieiunium requirunt, dummodo, servato ieiunio, sint corde saltem contriti, addito firmo proposito admissa, quamprimum poterunt, confitendi;

4i quoad ieiunium et abstinentiam conceditur ut:

a) ieiunium sine abstinentia servetur tantum: feria VI quatuor temporum in Adventu, feriis IV Quadragesimae et feria V Maioris Hebdomadae;

b) ieiunium et abstinentia: feria IV Cinerum et feriis VI Quadragesimae:

c) abstinentia sine ieiunio in Vigiliis Nativitatis Domini. Pentecostes. Assumptionis B.M.V., Apostolorum Petri et Pauli vel Omnium Sanctorum.

Haec autem Tibi rescribens. Deum O. M. precor ut omnia fausta Tibi concedat, dum summa qua par est reverentia subsignor Excellentiae Tuae Reverendissimae addictissimus in Domino.—Petrus Card. Fumasoni-Biondi. *Praef.* Celsus Constantini *Secr.*

• Ordinarii» Americ»». Urini SC de Prop. Fide «ublecrit. Pro·. N. 1054/41: CpR 23 (1942) 175-179. Adn. X. M PAVENTI In CpR 23 (1942) 175-178.

1619

1941 MAI 9.-SC RITUUM. RESP. PART.·

Circa omissionem · alleluia » in missis votivis

Hodiernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum sequens dubium pro oportuna resolutione Sacrae Rituum Congregationi humiliter proposuit: Utrum norma a S. Rituum Congregatione in Decreto N. 3754 Unciensi sub dic 6 Februarii 1892 ad dubium X data (iuxta emendationem in Indice generali pag. 9 publicatam) ad omnes Missas votivas de respective Misse festive desumptas, applicanda sit. ita ut Alleluia ratione festivitate in istis Missis ad Introitum vel Offertorium vel Communionem additum, in Misse votive extra Tempus Paschale omitti debeat

Et Sacra Rituum Congregatio, audito quoque Commissionis speciale suffragio, omnibus mature perpensis, proposito dubio respondendum censuit: *Affirmative.* Atque ita rescripsit atque declaravit.

Die 9 Maii 1941.—Carolus Card. Salotti, *Praef.* A, Carinci, *Secr.*

• *O.* F. M.: AOFM 60 (1941) 129. Adn. AOFM 50 (1941) 129-130.

1620

1941 MAI 9.-SECR. STATUS, RESP. PART.·

De extensione iurisdictionis ordinarii castrensis et DE PRAEFERENDA ASSISTENTIA CAPPELLANT MILITARIS PAROCRO SPONSAE Di MATRIMONIIS MILITUM

Dai Vaticano, die 9 Mali 1941

ErTie ac RevfTie Domine, Cum de negotio ad Concordatum attinente ageretur, a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum mihi transmissa est epistoh. quae die 23 Decembris 1940 a te Beatissimo Patri conscripta. sequentia proponebat dubia:

L «Utrum, respectu partis secundae Articuli XVIII, *Statutorun ad curam spiritualem militum catholicorum exercitus Germaniae spectantium* d. d. 19. 'n. Septembris 1935 [LE 1238], Jurisdiction! cappellanorum militarium subsunt solummodo catholici militum praefecti. milites, officiales, de quibus in Articulis III, IV, V dictorum Statutorum, i. e. ii, qui ad exercitum permanentem seu « activum ». pacis quoque tempore in armis constitutum, pertinent, an etiam omnes occasione belli ad signa militaria convocati, qui aliquo modo ad exercitum mobilitatum pertinent ct sub regimine militari continentur;

II. Num. circa licitam assistentiam ad normam partis secundae et tertiae Articuli XVIII dictorum *Statutorum* adhuc valent praescripta can. 1097 5 2 CJC. Estne igitur adhuc praeferendus parochus sponsae, an haec regula infirmata est aliis praescriptis, e. gr. praescripto *Ordinis a militibus in matrimoniis contrahendis serrandi* a Supremo Rei Militaris Gubernio d. 1. m. Aprilis 1936 statuti, quo milites in suis matrimoniis contrahendis cappeUanos militares adire tenentur? ».

Postquam propositae quaestiones a S. Congregatione pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis diligenter perpensae sunt, ac super iisdem opiniones quoque SS, Congregationum de Disciplina Sacramentorum et Consistorialis auditae sunt, ad relata dubia respondens, sequentia adnotanda existimo.

Ad prius dubium quod attinet, censendum est jurisdictionem Episcopi Castrensis se extendere non solum ad eos qui ad exercitum permanentem seu c activum ». pacis quoque tempore constitutum, pertinent, sed etiam ad eos qui occasione belli ad signa militaria convocati sunt. Enimvero iuxta art. III Statutorum, de quibus supra. Episcopo Castrensi cornœtit iurisdlctio ordinaria « in omnes catholicos militum praefectos, ipsos et milites, necnon in omnes etiam e civium ordinibus qui iuxta leges nunc vigentes officiis exercitus addicti sunt, i. e. qui ln coniis Reioublicae Germanicae stipendia merent ». quin ulla fiat distinctio inter milites servitii permanentis seu activi et cives belli causa ad arma arcessitos. Huiusmodi autem norma mutata non apparet per « Bekanntmachung uber Zugehôrigkeit zur Wehrmachtgemeinde und Kirchensteuerfreiheit » diei 27 Februarii 1940, quia militaris potestas facuVate carebat memorata Statuta Immutandi, neque eam id facere voluisse constat

Ad alterum vero dubium quod attinet censendum est haud infirmatam esse § 2 can. 1097 CJC. ex eo quod praescriptis « Verordnung uber das Heiraton der Angehorigen der Wehrmacht » diei 1 Aprilis 1936 parocho sponsae praefertur capnellanus militaris. Potestas militaris enim non poterat auidquam derogare de dicta norma Codicis Juris Canonici, nd quam appellatio fit etiam in art XVIII memoratorum *Statutorum.* neque eruitur eam id agere voluisse: nam praefata « Verordnung » haud absolute statuit ut militum matrimonia coram militari caopellano contrahantur. Attamen, cum eadem « Verordnung » haud dubie capoellanum militarem parocho sponsae nraeferat — quod In praesentibus rerum adiunctis utilitates quasdam gignere potest — hoc idem ex parte cappellani militaris considerari

potest Umquam « iusta causa » de qua in δ 2 can. 1097 CJC, ut u statuta norma de parocho sponsae praeferendo deflectatur.

Sensus profundae venerationis meae ut libens excipias rogo, atque, dum manus tibi humillime osculor, me profiteor Eminentiae Tuae Hununum ac Devjnum servum verum.—Aloys:Card. Maglione.

• **Ordinario Wralblavianii, Prot. N. 3541/41: AKKR 121 (1941) 243 245.**

1621

1941 MAI 10.-SC S. OFF. RESP. AAS 33 (1941) 2M-295

Dubia de cautionibus in mixtis nuptiis praestandis

Feria IV, die 7 Maii 1941

In generali consessu Supremae S. Congregationis S Officii propositis sequentibus dubiis:

I. an validum habendum sit matrimonium celebratum inter partem catholicam et partem acatholicam certe non baptizatam, cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus, si sola pars acatholica cautiones ad normam can. 1061 1 1 n. 2 (c, 1071) C. I. C. praescriptas praestiterit;

II. an validum habendum sit matrimonium celebratum inter partem catholicam et partem acatholicam certe non baptizatam. cum eadem dispensatione, ante Codicis Iuris Canonici promulgationem, si sola pars acatholica cautiones praescriptas praestiterit;

et quatenus negative ad I et II dubium,

III. utrum tractandae sint tales causae nullitatis matrimonii ad normam cann 1990-1992 C. L C. an coram tribunali collegial! ad ordinarium tramitem iuris;

Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

Ad 1 et II: *Negative,* nisi pars catholica cautiones *saltem implicite* praestiterit;

ad III: *Negative* ad primam partem. *Affirmative* '«d secundam, nisi in casu particulari certo constet de requisitis in can 1990; et ad mentem.

Mens autem est: Etsi Sancta Sedes e praxi immem> Hali exegerit, et nunc stricte exigat ut conditionibus adimplendis in quibuslibet matrimoniis mixtis cautum sit per formalem promissionem ab utraque parte explicire requisitam et praestitam (cc. 1061, 1071). tamen usus facultatis dispensandi, sive ordinariae sive delegatac. invalidus dici nequit si/ utraque pars jalrem *implicite cautiones praestiterit,* L e., eos actus posuerit e quibus concludendum sit et in foro externo constare possit eam cognoscere obligationem adimplendi conditiones et manifestasse firmum propositum illi obligationi satisfaciendi.

295

Sequenti feria V, die 8 eiusdem mensis et anni Ssmus D. N. Pius, divina Providentia Papa XII. in Audientia Excfno ad Revmo Dno Adsessori S. Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussiL

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 10 Maii 1941.—I. Pepe, *Supr S. Congr. S. Officii Substitutus Notarius.*

ASn, **E. BERGH In NrT 67 (194(^45) 843 845; J. CREUSEM in PrM 30 (1941) 320: S. FRAGHI In Apoll. 15 (1942) 211 212; REGATILLO n. 509.**

1622

1941 MAI 16.-SC S. OFF.. DECR. AAS 33 (1941) 331

Proscriptio librorum koepcen georch. laros matthiae **MULERT HERMANNI**

Ferta *IV, die 7 Maii IMI*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Reviïii DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros qui inscribuntur:

Koepgen Georgios, *Die Gnosis des Christentums;*
Laros Matthias, *Das christliche Gewissen in* der *Entscheidung* tbber typis impressus et pro maauscripto vulgatus);
Mulert Hermannus, Der *Katholizismus der ZukunjL*

Et sequenti Feria V, die 8 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII, in solita audientia Exc. P. D. Adsessori Santi Officii impertita» relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 16 maii 1941.—I. Pepe, *Supr. S. Congr. S. Officii Substitutus Notarius.*

1623

1941 MAI 28.-SC SACR, INDULTUM. PART.·

Facultas datur iis qui studiis vacant accedendi ad **S. COMMUNIONEM QUAVIS HORA DIEI, TRANSACTIS DUABUS HORIS A CIBI SOLIDI SUMPTIONE**

Preces - *Beatissime Pater,* Ordinarius Viennent ad pedes S. V. provolutus, humiliter postulat ut iuvenes utriusque sexus, m sua dioecesi commorantes, qui in peculiaribus domibus cohabitantes studiis humanioribus incumbunt, vel qui ob pericula belli suos pagos vel civitates deseruerunt et in publicis castris convivere debent ubi educationem recipiunt, vel qui scholas a domibus distantes variis vehiculis aut pedestrim appetunt, dispensentur a lege ieiunii eucharistici ita ut quavis diei hora, sive mane sive vespere, ad sacram Synaxlm accedere queant postquam aliquid sumpserint per modum potus vel etiam cibi solidL

Rescriptum - *Ex audientia Ssmi diei 26 Maii* JM1. Ssmus Dominus Noster Pius Papa XII, audita relatione infrascripti Cardinalis S. Congregationis de Sacramentis Praefecti, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus una cum relatione Ordinarii Viennen, eidem facultantem indulget *ad annum* dispensandi fideles. de quibus in precibus, a lege ieiunii eucharistici ut ipsi, *diebus dominicis et festis de praecepto, quavis hora sive mane sive vespere, ad sacram Mensam accedere valeant, etiamsi ante aliquid per modum solidi cibi vel potus sumpserint, salvis tamen ceteris dispositionibus animi et corporis, remoto quocumque irreverentiae, profanationis vel sacrilegii periculo et transactis saltem duabus horis a cibi solidi sumptione,* contrariis quibuscumque minime obstantibus. — D. Card. Jorio, *Praef.* F. Bruni. Secr.

• **Ordinario Viennensi, Prot. N. 2465/41: AKKR 121 (1941) 308-309.**

1624

1941 IUN 7.-CT. cum HISPANIA. AAS 33 (1941) 480-481

Conventio inter sanctam sedem et gubernium **HISPANICUM CIRCA NOMINATIONEM EPISCOPORUM ET ALIORGM BENEFICIORUM COLLATIONEM**

La Santa Sede y el Gobierno Espanol han convenido en los puntos siguientes:

1. -Tan pronto como se haya producido la varan'e de una Sede Arzobispal o Episcopal (o de una Administraciôn Apostolica con carôcter permanente, es decir las de Barbastro y Ciudad Rodrigo), o cuando la Santa Sede juzgue necesario nombrar un Coadjutor con derecho de sucesiôn. el Nuncio Apostôlico. de modo confîdencial, tomarâ contacto con el Gobierno EspanoL y una vez conseguido un principio de acuerdo. enviant a la Santa Sede una lista de nombres de personas idoneas, al menos en numero de seis.

2. - El Santo Padre elegirâ tres de entre aquellos nombres y. por conducto de la Nunciature Apostôlica. los cornunirarâ al Gobierno Espanol *y,* enfonces, el Jefe del Estado. en el têrmino de treinta dias. presen4ari oficialmentc uno de los très.

3. - Si el Santo Padre, en su alto criterio, no estimase aceptables todos o parte de los nombres comprendidos en la lista, de suerte que no pudiera elegir très o ninguno de entre eîlos, de propia iniciativa completarâ o formularâ una terna de candidatos comunicândola. por cl mismo conducto, al Gobierno EspaôoL

Si este tuviera objeciones dc carâcter politico general que oponer a todos o a algunos de los nuevos nombres las manifestarâ a la Santa Sede.

En caso de que transcurriesen treinta dias dcsde la lécha de la susodicha comunicaciôn sin una respuesta del Gobierno. su silendo se interpretarâ en cl scntido de que este no tiene objeciones de aquella Indole que oponer a los nuevos nombres; quedando cntcndido que enfonces el Jefe del Estado presentarâ sin mis a Su Santidad uno de los candidatos incluidos en dicha terna.

Por cl contrario, si cl Gobierno formula aquellas objeciones, se continuaran las negociacioncs. aun transcurridos los treinta dias.

4. - En todo caso. aun cuando el Santo Padre acepte tres nombres de los enviados. siempre podrâ. ademâs, sugerir nuevos nombres que ahadira a la terna, pudiendo entonces el Jefe del Estado presentar indistinlamente un nombre de los comprendidos en la terna o alguno de los sugeridos complemenîariamente por cl Santo Padre.

5. - Todas estas negociaciones prévins tendrân carâc-
«1 ter absoluta/mente secreto, guardândose de manera especial el secreto con respecto a las personas hasta el momento de su nombramiento.

6. -El Gobierno Espanol, por su parte, se cornpromete formalmente a concluir cuanto antes con la Santa Sede un nuevo Concordato inspirado en su deseo de restaurar el scntido catôlico de la gloriosa tradiciôn nacional.

El présente Convenio estard en vigor hasta que se incorporen sus normas al nuevo Concordato.

7. -En lo relativo a la provisiôn de los beneficios no consistoriales, en el mismo momento de la firma de este Convenio sc iniciarâ la oportuna negociaciôn para conduir otro en el que se establezcan las normas para su provision.

La Iglcsia. a la que por derecho propio y nativo corresponde la provisiôn incluso de aquellos bénéficies no consistoriales sobre los que el Rey de Espana gozaba de particulares privilcgios. esté dispuesta. no obstante, a haccr también en este punto algunas concesiones al Gobierno Espanol.

8. - Hasta que la cuestiôn quede definitivamenîe arrcglada en cl futuro Concordato, los Prelados podrân procéder, libremente. a b provisiôn de las Parroquias, dentro de las normas del Derecho Canônico, sin ntés que notificar los nombramiento al Gobierno, con anterioridad a la toma de posesiôn. para el caso excepcional dc que éste tuviera que formular alguna objeciôn contra el nombramiento por razones de carôcter politico general.

9. - Entretanto se llega a b conclusiôn de un nuevo Concordato, cl Gobierno Espanol se compromete a observer las disposiciones contenidas en los cuatro primeras articulos del Concordato del ano 1851.

10. -Durante el mismo tiempo el Gobierno se compromete a nn legislar sobre materias mixtas o sobre aquellas que puedan interesar de algun modo a la Iglcsia. sin previo acuerdo con b Santa Sede.

Hccho por duplicado en Madrid, a siete de junio de mil novecientos cuarcnta y uno.—Por b Santa Sede. Gaetano Cïcocnani. Por el Gobierno Espanol. Ramon-Serrano Surer

Adn. A PERUGIMI In ApolL 15 (1942) 191-192; NrT 68 (1946) 835.

1625

1941 IUN 11. SC SACft, INDULTUM. PART.·

Εχττχοπνη FACULTAS CTLEBRANDI MISSAM HORIS POSTMERIDIANIS ET DISPENSANDI A IFIUNtn EUCHARISTICO AD OMNES ANN! DIES, DURANTE BELLO

Prices - Bcatisfimc Pa'er. Emus Archicpiscopus Wratislavifn.. Praeses Episcopalium Confcrentlarum Fuldensium, ceterique Germaniae Ordinarii, ad pedes S. *V.* provoluti, humiliter postulant ut extendatur ad omnes anni dies rescriptum Secretariae Status S. S. diei 8 februarii 1941 (LE 1591J, tantum LLiis d.cbus valiturum quibus cives ob aeronavium incursionem noctu sonitibus pericula monentibus excitati fuerint, quo peculiares facultates Ordinariis locorum Germaniae concessae sunt, permittendi scii. Missarum celebrationem etiam horis pomeridianis. dummodo Missae celebrandae initium ne fiat post horam decimam septimam; necnon dispensandi a lege iciunil eucharistici sive sacerdotes Sacrum litantes sive fideles ad Eucharisticam mensam accedentes.

Rescriptum - *Ex audientia Ssriïi diei 9 iunii 1941.* Smus Dominus Noster Pius Papa XII. audita relatione infrascripti Cardinalis S. Congregationis de Sacramentis Praefecti, attentis specialissimis circumstantiis praesentis temporis, gratiam extensionis indulget iuxta preets. pro omnibus anni diebus quibus, iuxta prudens Ordinarii iudicium, bonum animarum id expostulet, servatis in reliquo conditionibus statutis in praefato rescripto diei 8 februarii 1941, praesertim circa dispensationem a iciunii eucharistici lege, exclusis nempe potibus alcoolicis si dispensatio concedatur per modum potus, servato ieiunio saltem per quattuor horas, *si* dispensatio concedatur per modum solidi cibi, remoto semper quocumque profanationis vel irreverentiae periculo ct firma facultate pro Ap.co Nuntio hoc novum indultum extendendi ad regiones a gubernio germanlco occupatas, si m iisdem adiunctis ac Germania versentur.

Praesentibus valituris *ad tempus huius belli D.* Card. Jorio. *Praef. F.* Bracci. *Secr.*

• OrdfaaHis Germaniae. Prot. N. 2758/41: AKKR 121 (1941) 306.

1626

1941 IUN 29.-SC SACK. 1NSTR. AAS 33 (1941) 297-3B

INSTRUCTIO

De normis a parocho servandis In peragendis canonicis **INVESTIGATIONIBUS ANTEQUAM NUPTURIENTES AD MATRIMONIUM INEUNDUM ADMITTAT (CAN. 1020)**

1. Sacrosanctum matrimonii institutum, divinitus inde ab hominum exordio conditum. Nova Lege a Christo Domino ad sacramenti dignitatem evectum, quovis tempore Ecclesia sedulo studuit ne ullius irreverentiae vel nu'litatis periculo exponeretur, aptis praestitutis cautionibus eius sanctimoniae accommodatis. Quanta autem et sanctitate et dignitate Christianae nuptiae praefulgeant, etiam in memoriam reduxerunt litterae Encyclicae Pii f. r. Papae XI Casti connubii (LE 1005) die 31 decembris anno 1930 editae,' quae conlugalis consortionis germanam naturam, nobilissimas praerogativas, praeclaros fines egregie recolere sategerunt

2. Neminem latet gravem in sacramentum iaiurbm committere, ideoque nec levi commaculari crimine, nupturientes qui ad matrimonium accedant haud servatis praeceptis ab Ecclesia naviter statutis ut Christianae nuptiae licite, et praesertim valide, ineantur aptaeque praeterea/ evadant ad uberes sacramenti fructus 2SS comparandos. Et quidem iniuriam hanc atque culpam participant etiam administri Ecclesiae, qui nupturientes, etsi inconsiderate tantum, ad celebranda vetita connubia admittunt, graviter neglecto officio sibi commisso accurate explorandi ne contra SS. Canonum statuta eadem nectantur.

Ad rem Ecclesia onus commisit animarum Praesulibus Impertiendi parochis sibi subiectis idoneas normas pro investigationibus sedulo et opportuno tempore peragendis, ne matrimonio ineundo aliquid obstet: itemque ut, si reapse impedimenta adsint, actuose studeant ca auferre aut secus nupturientes infecto coniuglc dimittant. Tale praeceptum continetur et in can 1020 CodicLs I. C., cuius verba praestat referre:

«5 1. Parochus cui ius est *absistendi matrimonio.* opportuno antea *tempore, diligenter investiget num matrimonio contrahendo* aliquid obstet,

' *Arta* Ap Sedu. wl XXП. paK. »9 vq. i *Acta Ap.*

§ 2 Tum *sponsum tum sponsam etiam seorsum et* caute *interroget* num aliquo detineantur *impedimento,* an consensum libere, *praesertim mulier, praestent, et an in doctrina Christiana sufficienter instructi sint,* nisi ob *personarum qualitatem haec ultima interrogatio* inutilis appareat.

I 3. Ordinarii loci est peculiares *normas pro huius*modi *parochi investigatione dare ».*

3. Porro nemo ignorat causas, unde initarum nuptiarum invalida aut illicita celebratio dimanat, ad tria capita reduci, nempe:

a) *impedimentum matrimoniale proprie sumptum;*

b) *vitium consensus;*

c) *defectum formae canonicae.*

Gravia igitur incommoda contra sanctitatem Christiani connubii praecavere studens, haec Sacra Congregatio. cui. ex statuto can. 249, *proposita est universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum,* quaeque iam vulgavit Instructionem (LE 3651 super *probatione status liberi ac denuntiatione* initi *matrimonii,* die 4 iulii 1921,3 apprime opportunum censuit alteram conficere Instructionem, qua adlutricem praebendo manum Rcvrhis Ordinariis, quibus hoc onus ex § 3 relati can. 1020 incumbit, cis suppeditaret idoneas normas ad nupturientium examen rite diligenterque explendum.

Quaestiones, nupturientibus seorsum proponendae, confectae reperiuntur in Appendice (Alleg. I) huius Instructionis, salva Ordinario variandi facultate, articu-
239 los demendo vel addendo pro matrimoniorum/ nullitatis aut illiceitatis usitatioribus rationibus, quas In sua dioecesi contingere compererit, spectatis personarum ac temporum adiunctis.

4. At quaedam sunt prae primis adnotanda circa elementa inquisitionis a rei. can. 1020 praeceptae.

a) Quod *ad parochum* attinet: qui habet ius et onus inquirendi, is est cui competit assistentia matrimonio, et hic, nisi iusta causa excuset, est *parochus sponsae* (can. 1097 § 2). Verumtamen, etiam parochus sponsi, vel proprio marte vel instante sponso ipso vel sponsae parocho, examen peragat ad libertatem sponsi in tuto ponendam, et peractae huius inquisitionis documentum ad sponsae parochum quam primum mittat, una cum ceteris documentis necessariis (testimonio baptismi, etc.) in suo paroeciali archivo forte exstantibus.

Ast, cum parochi sunt diversae dioecesis, documentorum istorum paroecialium transmissio fiat semper per tramitem cancellariae Curiae Episcopalis dioecesis sponsi — cuius insuper erit litteras testimoniales dare de libertate status sponsi — ad sponsae parochum, quoties hic, prout de more, matrimonio assistit: versa vice per cancellariam Curiae Episcopalis dioecesis sponsae id fiat, si quandoque accidat ut matrimonio assistat parochus sponsi.

Haec S. Congregatio autem valde exoptat ut, antequam parochus ad matrimonii assistentiam procedat, licentiam suae Curiae, quam nihil *obstat* nuncupant, consequatur: id vero praecipit cum nupturientium parochi sunt diversae dioecesis.

Quo accuratius in re tam gravi procedatur, Curia Episcopalis prorsus exigat ut parochus, cui licentia *(nihil obstat)* danda est, ad Curiam ipsam mittat opportuno antea tempore documenta omnia praematrimonialia una cum *exemplari,* cuius specimen in Appendice (Alleg. *V)* invenitur, omnibus notitiis ibi requisitis praedito. Hoc autem exemplari, prout in eodem cautum est, utatur sive Curia in concedendo *nihil obstat, sive* parochus in concedenda sacerdoti, legitima ceterum facultate praedito, licentiam assistendi matrimonio extra paroeciam forte contrahendo; illudque dein caute asservetur in archivo paroeciali loci, ubi nuptiae initac sunt

Munus vero inquirendi parocho *sub gravi* Incumbere patet cx gravitate rei; neque a tali onere ipse eximitur. licet mora!Iter certus sit nihil obstare validae et licitae matrimonii celebrationi Examen peragatur *personaliter a parocho,* nisi iusta causa excusetur.

b) Quoad *tempus* inquisitionis: haec peragenda praecipitur ‹ *opportuno tempore ante matrimonii celebrationem u seu,* prout res ipsa postulat, ante proclama-
mo tiones matrimoniales, vel dum hac peraguntur./

c) Quoad *obicctum* autem huius inquisitionis: per ipsam ea omnia exploranda sunt, quae matrimonio ineundo quomodocumque obstare possint Proinde, praeter quam de iis, quae speciatim enunciantur in 5 2 rei. can. 1020. de quibus infra uberius, inquirendum est prae primis:

a) de susceptis baptismo et confirmatione, legitimis eorundem documentis comparatis. Fides vero baptixmi recens esse debet nec ante semestre exarata auam matrimonium ineatur; et inibi adnotata reperlantur ca omnia quae conscribenda sunt ex statuto can. 470 I 2 ct art 225 Instructionis huius S. Congregationis, quae inscribitur *Instructio* (LE 1306] *servanda a tribunalibus dioeeesanis etc., diei 15 aug. 1936 (Acta Ap. Sedis,* voL XXVIII, pag. 313 seq.).3 Affirmationi etiam iuratae nupturientium se baptizatos non esse, facile ne credat parochus nisi aliunde id ipsi certo constet, sed ad fraudes in re praecavendas, a parocho loci originis requirat utrum e libro baptizatorum constet hoc sacramentum eis esse collatum; quo in casu et ipsius fidem petat;

β) de paroecia vel paroeciis, quibus celebratum matrimonium debet notificari;

γ) nupturientesne sint aetate maiores an minores;

δ› utrum ambo catholici eorumque alteruter vel uterque acatholicus, ad canonicam tamen formam adstrictus vi can. 1099;

e) si casus ferat, inquiratur, demum, de obitu praecedentis coniugis; de sententia nullitatis matrimonii et quidem exsecutiva ad normam iuris *(cfr. art. 220, 221* § 3 *memoratae Instructionis),4* etiam in casibus exceptis *(cfr. ibid., art. 226* ieq.); de dispensatione super matrimonio/ rato et non consummato: comparatis 301
ad rem singulis legitimis documentis;

ζ) quod autem refert ad evincendam libertatem status nupturientium vide infra n. 6.

d) Quoad postremo modum explendi examinis: in rei. can. 1020 5 2 praecipitur ut parochus sponsos *seorsum* et caute interroget, nempe, ut aiunt Doctores, distincte, separatim et caste, debita prudentia et circumspectione, praesertim cum inquirit de impedimentis aliisque adiunctis, quae infamiam ruboremve ingerere possint3

5. Nupturientium examen, ad normam § 2 ret can. 1020. tria potissimum respiciat oportet:

a) *absentiam impedimentorum;*

b) *libertatem consensus;*

c) *sufficientem scientiam doctrinae Christianae.*

Quoad *primum:* parochus a sponsis percontetur num aliquo detineantur impedimento tum impediente (cc 1058-1066). · tum praesertim dirimente (cc. 1067-1080). sive publico (ligaminis, consanguinitatis, affinitatis etc.), sive occulto, immo hoc potissimum, quod rarius innotescere solet (voti, criminis etc.) *(Alleg.* D.

a) Praecipui connubiorum casus, ad hanc Sacram Congregationem delati pro simplici convalidatione aut

tat racrum subdiaconatus ordinem nuctpertt, rei *professionem sollemnem emiserit, eacque adnotallouet in documenta accepti baptismatis semper referantur ».*

Art. 225 5 1. · *Ordinarius foci. oblipatione adstrinpitur* Khm-*gendi quanlceius rectori paroeciae, ubi matrimonii eekbmfto est paroecia.'ibus regestis consignata. ut de smiratia nullilatls oc de relitis forsan statutis,* er. *gr.* in écarts tnpofcrlfce, in tt» *faciat mentionem necnon in baptitatorum regesto, si* m ea *paroecia uterque vel alteruter contus fuerit baptlxlus.*

5 2. *Rector aulem paroeciae tenetur senlenttam nullitatis ae petita torte statuta statim adnotare in praedictis repertu et, st ute'tpie rei dtemter* conhix *alibi baptieatus fuit,* pr-orh-j-n *tel parochos loci baptismi collati monere de prolata rullitatu sententia, ac de vetitis forte statutis, ut haec in rvnatomm libro ipri adnotent, recnon de iis a sc peractis certiorer;* guc-i *primum reddere proprium Ordinarium ».*

* Art. 220. ‹ *Port semmdam sententiam, quae matrtmonit nullitatem contirmsrertt, si defensor vinculi* H *gradu appellationis pro sua conscientia non crediderit esse appellandum, ius coniugibus est. decem diebus a sententiae denunctatione elapsu, novat nuptias contrahendi* (can. !W7› ».

Art. 221 $ 3. ‹ *in casu autem. desertionis* (ex *porte* defeeaoets ▾ fr.cull interpositae appella.-anis ad tertiam instantiam po® alteram sententiam pro nullitale matrimonii). *partibus* i»ï *esi ad novas fupttas convolare, habita notificatione decreti quo collepium statuerit appellationem desertam* (cfr. can 1£‹5›, rei *peremptam* (cfr. can 173 AWI) Aabn Rue 9.

, Ad ren. poterii Episcopos alias praestituere catrteUi mori bus regionis accommodatas: verbi praua. miis persons praesentiam, quae tamen nupturientium ne *Urr* rei *mster.*

. Impedimentum *mulae religionis,* ex res Pontii. Coram. ed Codicis canones auth Interpr. did 30 --- ------ — . 1233], eos quoque aille It qui sectae atbeisueae adscript! sunt

pro sanatione in radice, matrimonia respiciunt celebrata cum impedimento in *secundo consanguinitatis* vel *affinitatis lin. coli, gradu,* aut saepius *consanguinitatis in tertio simplici* vel *tertio secundum tangente eiusdem lineae gradu,* neglecta canonica dispensatione. Id plerumque accidit ob ignoratum, ideoque non denunciatum a nupturientibus, impedimentum, quod saepe est tribuendum ignorantiae ex diverso statuto legis canonicae ct legis civilis, quae altera lex plerumque ignorat recensita impedimenta canonica.

Ad rem. igitur diligenter inquirat parochus perpendendo, praeter/cetera, contrahentium et eorum parentum cognomina, unde saepe consanguinitas colligitur. testimoniaque suscepti baptismi; partibus recolat consanguinitatis ct affinitatis gradus iure canonico matrimonio obstantes, ct, si carum reticentiam suspicetur, ad tramitem can. 1031 § 1 η. Γ. testes fide dignos et furatos adhibeat pro huiusmodi accuratiore exploratione (Alleg. *ID.*

β) Ad impediendos vero errores, qui quandoque pro dispensatione impetranda a Sede Apostolica irrepunt in computationem gradus impedimentorum consanguinitatis et affinitatis, in precibus addatur arbor *genealogica.*

γ) Vitetur ideo Li eisdem precibus acquivoca impedimentorum descriptio, prout haberetur si sponsi, detenti duplici impedimento v. g., consanguinitatis in secunda (maiore) et in tertio (minore) lin. coli, gradu, dcnunciarentur tamquam ligati impedimento consanguinitatis « sccundi-tertii » aut « secundi et tertii » absque addita explicatione: formula enim ista significare potest impedimentum « secundi gradus mixti cum tertio › unicum nempe et minoris gradus: ac proinde dispensatio forte ita impetrata nulHtate laboraret.

ft) Praeterea, prout liquet, ad *valorem* dispensationis ab impedimentis maioris gradus requiritur *causa canonica seu iusta, gravitati impedimenti proportionata, reapse in casu exsistens:* ad rem proinde prae oculis habeantur praesertim duae Instructiones, altera diei 9 maii 1877 [CICF n. 48901 S. C. de Propaganda Fide, altera diei 1 augusti 1931 [LE 1045] huius S. C..T probatique auctores consulantur. Haec ideo causa est exprimenda in precibus pro dispensatione imploranda sive ab Apostolica Sede sive ab Ordinario tali facultate praedito, et dein. dispensatione impetrata, de eiusdem causae exsistentia (quod probe notandum) cerro constare debet ante *rescripti exsecutionem,* sub periculo irritae dispensationis (can. 38 et 41).

f) Notatu dignum insuper est, ad *aetatem superadultam,* quae haud semel adduci solet pro muliere. *quae vidua non sit,* requiri vicesimum *quartum annum completum.*

Ceterum semper exprimatur in litteris testimonialibus *aetas* nupturientium a fide baptismi desumenda.

ζ) Demum haec S. Congregatio pro suo munere parochos hortatur ut aptis temporibus ln catechesi populo tradenda (can. 1018) fideles rite ipsi edoceant de impedimentis matrimonialibus sive impedientibus sive, praesertim, dirimentibus. Eosdemque avertere conentur. praecipue si arctioribus impedimentis consanguinitatis vel affinitatis detineantur,/ a nuptiis Inter se conciliandis, aut saltem enixe, parentes potissimum, inducant ad impedimenta ipsa auctoritati Ecclesiae denuntianda pro dispensatione, quando peculiaria adiuncta matrimonium nihilominus suadeant: iisdemque explicent haud nimias urgeri taxas, quae titulo ammendae seu poenae imponuntur nupturientium viribus oeconomicis congruentes easque exiguas prorsus esse pro pauperibus.

302

303

6. Ob rei momentum, specialia sunt animadvertenda *dc impedimento ligaminis.* Pervigilent parochi ne contra ius. bona vel mala fide, nova coniugalia foedera ineant qui praecedentis matrimonii vinculo vinciantur, etsi de huius valore haud temere ambigatur, immo nullltas ipsa sit in aperto.

Praescriptum can. 1069 § 2 optime norint. matrimonii nempe nullitatem canonica *dumtaxat probatione esse evincendam,* id est ordine ludiciali servato usque ad [illegible] sententiam conformem contra matrimonii valorem a qua appellatum non fuerit a vinculi defensore: vel, in casibus exceptis (can. 1990-1992) expletis rrgulbi traditis in supra memorata Instructione huius S. C. diei 15 augusti 1936 art 228 seq.

v»t fuerant *lActa Ap* ml. XXVI. ptkg. 494). ' *Acta Ap.*

β) Proclamationes peragantur matrimoniales etiam in locis ubi nupturientes per semestre saltem post adeptam pubertatem morati sunt, si id prudenter censeat Ordinarius (can. 1023 § 2), neque ab iisdem dispensetur nisi legitima causa comprobata (can. 1028), neque facile. ceteris neglectis probationis argumentis (Alleg. *II* et *III),* procedatur ad iusiurandum suppletorium *(Alleg. IV)* partibus deferendum (cc. 1829-1830). Iuxta vero praescriptum n. 3 praefatae Instructionis dici 1 iulii 1921, difficultas, quae aliquando occurrit, colligi»'idi nempe congruo tempore necessaria documenta pro statu libero comprobando, plerumque resolvitur documenta ipsa requirendo per dioecesanas nupturientium (uti sub n. 4) cancellarias, quae minuere non omittent etiam taxas solvendas, ad normam can. 1507 § 1 statutas, si exinde ct alia difficultas oriatur.·

γ) Cautius est procedendum quoad probationem status liberi *vagorum,* eorum nempe qui nullibi domicilium vel quasi-domicilium habent (can. 91). et *eorum, qui e loco originis in longinquas regiones demigrarunt* post adeptam pubertatem, et ibi matrimonium contrahere cupiunt Ad rem servetur adamussim memorata Instructio huius S. Congregationis diei 4 iulii 1921./ 3M

7. Quoad *libertatem consensus:* a sponsis postulet parochus utrum matrimonium libere et sponte inire cogitent, an potius vi aut metu aut importunis precibus vel suasionibus alicuius ad idem compellantur. Id praecipue inquirat a sponsa quippe quae, uti constat, metui sit magis obnoxia. Nec redditis ab iisdem forte negativis responsionibus acquiescat, sed ct alias peragat investigationes ad libertatem consensus uberius et securius evincendam. Hoc est magis accurate explorandum, quando nupturientes ad nuptias ineundas Inducuntur ut cuidam oborto discrimini medeantur, praesertim ad poenas vitandas exinde civili lege secus obeundas. Probe perpendant parochi unum e praecipuis capitibus nullitatis matrimoniorum, quae ad ecclesiastica tribunalia deferuntur, in vi metuve incusso consistere (All. I. n. 10. 11).

8. Ulterius exploret parochus, nisi personarum qualitas hanc explorationem inutilem reddat» utrum nupturientes *Christianam doctrinam* satis calleant, et, prae ceteris, utrum probe noscant sanctitatem et indissolubilitatem Christiani connubii obligationesque status matrimonialis. At. sl Christianae doctrinae eos ignaros repererit. prima saltem elementa sedulo ipsos edoceat; quod si renuant, non est tamen locus eosdem respuendi a matrimonio ad normam can. 1066. '

9. Sponsorum examen id insuper contendat ut grave flagitium illud praecaveatur, quod hodie potissimum ob hominum improbitatem canonicis nuptiis quibusdam in locis incumbit.

Non desunt enim alicubi, praesertim in magnis urbibus, qui spreta canonica lege, nuptias inire praesumant adiecta aliqua conditione aut intentione, connubii sive suspensiva sive irritativa, quae effugium suppeditare queat ad iugum postea excutiendum, novas nuptias conciliandi causa.

Itaque in locis ubi iudicio Episcopi id expedire videatur. in examine nupturientium parochus data opera immoretur et idoneas peragat investigationes, ad rem adhibitis quaestionibus in *Alleg. I n. 15, 16* exaratis, aliisque aptioribus, quas locorum adiuncta et personarum conditiones postulent

Nupturientes autem omni studio conetur parochus, si casus intersit avertere ab expositis intentionibus et conditionibus matrimonio adiiciendis eosque inducere ad retractandas forte iam adlectas.

Quoad vero licitae cuiusdam conditionis de futuro, de praesenti aut de praeterito legitimam appositionem, parochus Ordinarium consulat eiusque pareat mandatis (AII. *I n.* 17)./ 305

10. Quod demum attinet ad connubiorum nullitatem ob *non servatam canonicam formam,* praecipui casus ad hanc Sacram Congregationem delati reducuntur ad defectum vel *testium* vel *legitimae delegationis In* sacerdote assistente: quorum si primum plerumque inadvertentiae. alterum est et imperitiae, utique culpabili. tribuendum. Probe igitur addiscant oportet sacerdotes. antequam matrimoniis assistant, statuta canonum

Sedi τοι XXΠ1. pag. 413 seq. · Ad nupturientium paroeciam et dioecesim originis dignoscendam hodie praesto sunt libri sic nuncupati annolei *ecctcriaxtici* pro singulis nationibus editi d· liantia competentis rcejestasticae auctoritatis. · Cfr. resp. PonUf Conun. ad Codiris canones outh. interpr. diei 2-3 hinli 1918. IV. de matr. ad 3 (Acta *Ap. Sedis,* vol. X. p&g

1094-1103, quod refert ad validam et licitam eorundem assistentiam. necnon responsiones Pont Comm. ad Codicis canones auth. interpr. die 14 iulii 1922 ILE 4391, 20 maii 1929 (LE 5191 et 28 decembris 1927 ILE 802].»

11. Conclusionis instar, quae infra recensentur, speciali modo commendat insuper Revfiils Ordinariis haec S. Congregatio:

a) In locis ubi id iure concordatario cautum sit, uti v. g. in Italia et in Rcpublica Lusitana, curent ut a parochis documentum de initis connublis statuto tempore ad officium *status civilis* pro eorundem transcriptione in illius regestis mittatur. In genere autem adamussim ea omnia servari praecipiant, quae concordatario iure in re matrimoniali servanda sint."

b) Quoties matrimonium initur a nupturientibus, quorum alteruter vel uterque ad aliam paroeciam pertineat. parochus qui matrimonio adstitit, praeter adscriptionem eiusdem in suo libro matrimoniorum, et, si ibi coniux fuerit baptizatus. etiam in calce actus baptismi, quam *primum* de eodem celebrato commonefaciat parochos vel parochum loci baptismi amborum coniugum vel alterutrius. Hi autem receptas notitias transcribant ad normam can. 470 § 2 in suis renatorum regestis (can. 1103 § *2)* et nuntium scriptum de peracta transcriptione mittant ad parochum, qui matrimonio adstitit. Is vero non acquiescat donec hunc nuntium receperit; receptum autem alliget fasciculo documentorum celebrati matrimonii.

c) Omni studio contendant ut sententia exsecutiva nullitatis matrimonii vel apostolica dispensatio a matrimonio rato et non consummato, quantocius denuntientur, cum vetitis transeundi ad alias nuptias ibidem forte statutis, rectori paroeciae, ubi matrimonii celebratio est paroecialibus regestis consignata, ut ab ipso de eadem sententia vel dispensatione necnon de vetitis
306 forsan adnexis scripta mentio fiat tum in/ matrimoniorum cum in baptizatorum libro, si in ea paroecia alteruter aut uterque coniux fuerit baptizatus; si alter vel ambo sint alibi baptizati, idem rector paroeciae parochum vel parochos loci collati baptismi monere adstringitur de prolata nullitatis exsecutiva sententia vel concessa dispensatione cum vetitis forte statutis, ut isti haec in renatorum libro scripto adnotent Ipse vero rector de iis a se peractis certiorem quam primum faciat suum Ordinarium.

d) Pervigilent vero ut baptismus fortassis extra paroeciam originis collatus, praeter quam in renatorum regesto paroeciae vel ecclesiae, baptismal! fonte iure etiam cumulative ad normam can. 774 $ 1 praeditae, ubi quis reapse eum suscepit, scripto item consignetur libris paroeciae originis. Ad rem quam primum per parochum vel rectorem ecclesiae collati baptismi tradendus est ad rectorem paroeciae originis nundus scriptus, qui fideliter omnia et singula elementa complectatur quae ad baptismi actum rite conficiendum iure (can. 777) requiruntur.

e) Demum parochis praecipiant ut libros matrimoniorum et baptizatorum diligentissime conficiant atque conscribant: nempe in priore *illico* redigant actum canonicum singulorum matrimoniorum in propria paroecia celebratorum; In posteriore vero, nempe in renatorum libro, ea omnia scripto adnotent, quae can. 470 δ 2 iubentur. et in neglegentes animadvertant etiam poenis ad normam can. 2383.

f) Attente inspiciant Ordinarii per crebras visitationes *intra singula semestria, si fleri* potest, et *saltem non ultra annum,* faciendas, uti exoptatur, *personaliter,* vel per idoneas ecclesiasticas personas, utrum paroeciarum rectores regesta paroecialia *matrimoniorum et baptizatorum praesertim,* ad normam luris, prouti sub littera el. conficiant confectaque in archivo rite asservent: *singulos* vero *actus* expendant celebratorum matrimoniorum et collatorum baptismatum eosdemque singulos *quodam apposito speciali signo* communiant, unde de peracta recognitione constet Quoties vero matrimonio adstiterit sacerdos, qui indiguerit delegatione a iure canonico requisita (can. 1094», Ordinarii ipsi diligenter inquirant utrum necessaria haec In singulis casibus intercesserit delegatio, caque ad normam iur impertita,

345 › (LE 94) ». *Acta Ap. Sedis,* vol. XIV. 537. V; vol. XVI. pag. 114-115. V « VI: vol. XX. *pan.* (Π-€3. IV. '. Cfr. pro Italia ‹ *Jstrutioie circa l'esccuzio-.e ded'art. 31 det Concordato... » 1 tupUo 1929.* n. *29 seq. iActa Ap. Sedis.* vol XXI. pag 351 seq.) (LE »14]: pro Lusitania ‹ *Istruricne açA Eccmi Ordina dei Portogallo.. ndlestCT&one degli articoli del Concordato » 21 settembre 19t0 (Acta Ap. Sedis.*

12. Haec Sacra Congregabo, gravissima incommoda quae ex illicitis atque irritis nuptiis eveniunt prae oculis habens, locorum Ordinarios deprecatur ut, pro sua pastorali sollicitudine, cum parochis traditas cautelas communicent omnique cura advigilent ut exsecutioni mandentur, canonicasque poenas infligere ne omittant ln neglegentes ad normam can. 2222 , 1. haud exclusa suspensione a divinis, praesertim in recidivos, quo totius nuptiarum rectae celebrationi prospiciatur, cuius- ‡ vis offensionis periculo remoto, prout sacramenti matrimonii dignitatem et sanctitatem decet

De diligenti observantia canonicae matrimoniorum disciplinae hac Instructione digestae et praecipue de peractis visitationibus (uti supra n. 11 f)] iidem locorum Ordinarii certiorem quotannis *faciant* hanc Sacram Congregationem per specialem *Relationem* (LE 1105] adnectendam relationi « de tractatione causarum *matrimonialium »* ad eandem transmittendae vi litterarum diei 1 iulii 1932. u

Ordinarii autem Italiae, qui relationem de tractatione causarum matrimonialium non amplius transmittere tenentur ob noviter instituta tribunalia matrimonialia Litteris Apostolicis Motu Proprio (LE 1411) datis a Pio f. r. Papae XI die 8 decembris 1938, ° de observantia huius Instructionis et de peractis visitationibus referant ad hanc Sacram Congregationem sub initio cuiuslibet anni.

Ssrftus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia Excfto Secretario H- S. C. die 24 iunii 1941 concessa, praefatam Instructionem, ab EE *PP. in Plenariis Concentibus maturo ac diligenti examini iam subicctam benigne approbare dignatus est*

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis dc disciplina Sacramentorum, die 29 mensis iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri ct Pauli, anno 1941.—D. Card. Jorio, *Praef. F.* Bracci, *Secr.f*

T01 XXXΓΠ. PM 29 scq.) (LE 15501. “ *Acta* vol. XXIV. pa<. 272 seq. u 4rta *Ap. Sedu.* pag. 410 scq./

APPENDIX

ALLEGATUM I

(cfr. n. 3, 5. 7, 9 Instructionis)

Napturlcntlam examen opportuno tempore ante matrimonii celebrationem peragendum a parocho.

Revocata in mentem sponsi (sponsae) sanctitate iuristurandi atque gravitate poenarum, quibus periuri *sunt obnoxii, necnon solemnitate actus expienai, parochus sponsum (sponsam' alloquatur:*

Velis invocare Nomen divinum in testem veritatis, tangendo sancta Evangelia, sequenti formula:

e Ego ... iuro me totam ac solam veritatem dicturum (-am) super universa re. dc qua rogandus *(vel* roganda) ero ».

Dein eis deferat quaestiones seorsum, sponso nempe absente sponsa, et ricissim *sponsae,* absente *sponso:* '

1. Requirantur eius nomen et cognomen, necnon patris et matris, nativitatis locus, actas, religio et quidem tum sui ipsius tum alterius nupturientis, professio aut civilis conditio. Ut de personae identitate constet, nisi eadem parocho nota sit, requiratur documentum ad hoc rite confectum imaginem ipsius arte photogr.iphica expressam referens. Si nondum documenta recepti baptismi ct confirmationis prae manibus habeat, parochus interroget utrum haec sacramenta receperit '

2. Utrum matrimonium in facie Ecclesiae cum alia persona inierit et, quatenus affirmative, quomodo fuerit solutum (can. 1C69).l Si autem ' suspicetur parochus de praecedentis vinculi exsistentia, in proclamaUonibus instet et testes fide dignos ac iuratos inducat (Alleg. *li* et *IID* et dumtaxat recurrat ad lusiurandum suppletorium cum ceterae desierint probationes (cfr. n. 6

1 HLice quaestionibns addantur quae particulari lure v. R. Concordi torum, sunt præsrrtptæ * Redditae resporMotd w oaptismum r.on suscrplsv fartle ne rredat paroetw. ‡t axhm de id ipsi certo coartet sed a ‡paror lort ortftr.lv rrqsfrtt utrum ê HLro rr-Atorum comtet de ‡coPatior bapOrnl qw in casu huius fldera petat *ff* «. 4 el «I

' Requiratur autbentirum docutneUum de obtttl prtorte roetofis. ve' sententiae cxsecutfrac nn II11 ʎ t It nsrrimoali [cf n- 4 e) *ę) et) ti n. f* rnjtrsrftoitt»). wl ‡m«at 'ceda «q per matrimonio rato et non onosummato rea cure mereto-· vetiti forte statuti ‡e a. *11 el*

Quodsi aotur *de prtvilcgw fidei,* wnrratur Matuta cc ‡‹

Instr.]: cautius vero procedat cum *vagis* atque *opificibus* in regiones dissitas a loco originis *demigratis (cfr. n. 6* y) *Instr.).*

3. In quanam paroecia habeat domicilium vel quasi-domicilium aut menstruam commorationem, viam ct numerum domus quam incolit, et a quo tempore ibi moretur.

4. Quibusnam in dioecesibus saltem per semestre moratus sit post adeptam pubertatem (sponsus post *completum decimum quartum annum,* sponsa *post duodecim completum];* quamnam ob causam, quamdiu et quanam in paroecia.[4]

5. An valida sponsalia contraxerit cum alia persona. quomodo et quando sint resoluta.[5]

6. Utrum civile quod vocant matrimonium sponsi iam inter se inierint aut cum alia persona, resolutumve sit hoc alterum an non.[6]

7. Utrum inter se adstringantur aliquo et quonam vinculo, consanguinitatis (can. 1076), offinitatis (can. 1077), cognationis spiritualis ex baptismo (can. 763, 1079). cognationis legalis ex adoptione civili (can. 1059. 1080).

Quod ad consanguinitatem et affinitatem vero attinet, parochus recolat gradus lege canonica matrimonio obstantes, et relate ad nupturientes rudiores impedimenta per practice exempla explicet: quod si suspicetur reticentiam impedimentorum, aptis modis reticentiam eripere conetur, praesertim inquirendo in parentum cognomina et testimonia suscepti baptismi necnon ad testes provocando *(Alleg. II; cfr.* n. 5 *Instr.),*

8. Nisi res aliunde parocho innotescat, prudenter inquirat utrum notorie catholicam fidem abiecerit, etsi
311 ad sectam acatholicam non transie/rit, an societatibus ab Ecclesia damnatis adseriptus sit (can. 1065); an sectae atheisticae adhaereat vel adhaeserit *(cfr. n. 5 not. 6 Instr.).* Ab alio fonte exquirat an publicus peccator sit et an censura notorie innodatus (can. 1066). Eadem parochus percontetur a sponso de sponsa et viclssim a sponsa de sponso.[l]

9. Diligenter inquiratur utrum sponsi detineantur aliquo alio impedimento impediente vel dirimente: mixtae religionis (can. 1060», disparitatis cultus (can. 1070),[l] aetatis (can. 1067), ordinis sacri (can. 1072). voti et professionis religiosae (can. 1058, 1073), raptus (can. 1074), criminis (can. ‡075), publicae honestatis (can. 1078).

10. Utrum omnino libere et sponte matrimonio consentiant, praesertim mulier, an. contra, ad idem compellantur directe vel indirecte ab aliqua persona. *Ad rem sponsum (sponsam) moneat parochus quam maxime circumspectam et discretam rationem habitum iri revelatae notitiae ita ut nullam molestiam pars inde habitura sit. cuius libertati alio modo succurri forte poterit.*[u]

11. Utrum sponsus (sponsa) noverit an sponsa (sponsus) omnimoda cum libertate matrimonium contrahere consentiat necne: et, hoc altero casu, edicat unde metus vel coactio procedat

12. *(Si nupturiens vicesimum primum annum nondum expleverit).* An parentes (tutores) matrimonium Ineundum norint eique consentiant, secus quasnam ob causas insciis vel invitis parentibus celebrare velit[u]

13. Percontetur parochus an nupturientes sufficienter instructi sint in doctrina Christiana et praesertim in praecipuis matrimonii finibus, iuribus et obligationibus atque, si casus ferat, nefasta placita contra catholicam doctrinam refutet, genuinam Ecclesiae catechesim de hoc sacramento recolendo *(cfr. n. 8 Instr.)J* 112

14. An aliquid et quid actui civili ineundo obstet. u

15. Ad fraudes et causas nullitatis matrimonii praecavendas parochus in locis ubi. Episcopi iudicio, id expedire videatur, utrique nupturienti mnuat sc pro certo habere ambos matrimonium contrahere velle id tramitem doctrinae catholicae, prout universim usu f t a fidelibus, nempe unum, indissolubile, ad prolem procreandam ordinatum sine ulla contraria intentione vel conditione; et ad rem responsionem percontetur a sponso tum quod ad ipsum attinet tum quod ad sponsam. et vicissim.

(Si *nupturiens* affirmative *responderit, poterit parochus omittere quaestiones 16-17 et ad ulteriora procedere. Si quod dubium contra aut suspicio ex responsione nupturientis vel aliunde exoriatur eum contrariam intentionem aut conditionem matrimonio adiicere velle, ulterius, prout infra, prosequatur parochus).*

16. Nupturienti recolat doctrinam Ecclesiae: nempe sponsos, qui ineundo coniugio intentionesu et conditiones'[4] forte apponant, quae eius valori quomodocumque adversentur, in sacramentum sacrilege delinquere, peccatorum illaqueari propemodum infinita congerie, sed neque posse matrimonium ita contractum nullitatis accusare: demum parochum non posse hisce nuptiis assistere. Dicat insuper apertis verbis reticentiam in hac re nihil prodesse sponsis. Ad rem responsionem requirat

(Si *nupturiens declaraverit intentiones aut conditiones huiusmodi se adiecisse aut velle adiicere nuptiis ineundis, ad has retrahendas omni studio eum inducat parochus; quod si ille renuat, eum ab ineundo coniugio dimittat. Si contra recedat, mutatae voluntatis declarationem parochus signet in actis. Tum postulet utrum noverit de conditione aut intentione aliqua id genus et quanam forte apposita aut apponenda ab altera parte, et, casu affirmativo, eadem servet cum hac altera parte).*

17. Si uterque vel alteruter nupturiens aliquam conditionem licitam ct honestam de praesenti, de praeterito aut de futuro, ineundo coniugio declaraverit se apposuisse aut apponere velle ex qua pendeat matrimonii valor, exquirat parochus prudenterque interroget quomodo de adimpleta conditione ista se certiorem facere intendat: et, si id conse/qui se velle fateatur ra- 313
tione, quae inhonesta sit, ab eadem adiicienda eum absterreat vel ad adiectam revocandam inducat; secus a matrimonio celebrando eum prohibeat Si vero de conditionis implemento certiorem se facere intendat ratione morum honestati consentanea et parochus ipsius conditionis aequitatem agnoverit, ipse Ordinarium consulat eiusque pareat mandatis.

18. An aliud habeat declarandum circa suum matrimonium.

19. In quorum fidem velit igitur sponsus (sponsa) redditas responsiones subscribere:

Loco... die... mense... anno...

L. t S.

Subsignatio sponsi " in *uno exemplari*
Subsignatio parochi.
Subsignatio sponsae " in altero exemplari.
Subsignatio parochi.

Adnofatio. - Hae iuratae depositiones alligentur actibus peracti matrimonii et transmittantur tribunali ecclesiastico competenti, quoties de valore matrimonii actio instituta fuerit quolibet ex capite.

I 1 et 1120-1177 necnon praescripta S C. S. Officii. * In casu affirmatae commorationis parochus probationes colligat de statu libero (can. 1033 § 2: *cfr. n. 6 Instr.).* In casu autem, de quo in § 3 eiusdem canonis, consulat Ordinarium.

' Licet nupturiens sponsalia Talide cum alia persona contraxerii. ne; ulla iusta causa ab iisdem implendis excusetur, non datur actio ad petendam matrimonii celebrationem. Ged dumtaxai ad reparationem damnorum, sl qua debeatur (can. 1017 §3). · Si civile quod vocant matrimonium cum alta persona etiam alteruter tantum attentaverit et resolutum definitive fuerit, resolutionis definitivae huiusmodi requiratur documentum authenticum; si adhuc vero vigeat, consulatur Ordinarius (Pro *Italia cfr. Instr. H. S. C. 2 aprilis 1909).*

' Hisco in rasibus. sl a!firmative respondeatur, parochus m gerat ad normam can. 1065 et can. 1066. · Quoad matrimonia mixta, standum est praescriptis Codicis I. C. et decretis S Officii · De exsistentia impedimenti criminis accuratius. licet prudenter, inquiratur quando constet prolem adulterinam nupturientes mscepisBe; aut eosdem detineri impedimento affinitatis; aut alia suspicandi ratio intersit ›· Etiam responsioni rrdditae de absentia cuiusvis coactionis ne acquiescat parochus. »cd aliunde percontetur utrum reapse ita res se nabeat. et si intervint specialia odluncta. de quibus sub n. 7 huius Instructionis, accuratissime investiget, etiam per testes, sl opus sit *(Alleg II tA III}.* ll Parochus graviter flUosfatnlltas minores hortetur ne nuptias Ineant, insciis aut ration» bill·.er mvitis parentibus, quod «i abnuerint, eorum matrimonio ne rxiUtat. nisi consulta prius loci Ordinario (can. 1034»

fAlleg. III). n Id valet pro locis ubi actus civilis auctoritate publica praecipitur: quo casu parochus, Inconsulto Ordinario, nuptiis ne assistat, sl quid actui civili Ineundo obsit, vel alias de eiusdem civilis actus omissione suspicio subsit.

υ Nempe st alterutra vel utraque para positivo voluntatis uctu excludat matrimonium Ipsum, aut omne itis ad conluga-Irm actum vel essentialem aliquam matrimonii proprietatem (can. 10C6 5 2). ll Hae sunt praesertim conditiones de futuro contra matrimonii substantiam, nempe contra tria bona coniugii */idei.* proitx. sacramenti (con. 1093). ‘‘ Si nupturiens scribere nesciat aut nequeat, crucis signum apponat et Id udnotetur In actis. r

ALLEGATUM II

(cfr. n. 5 et 6 Instructionis)

Examen testium nd comprobandam Ubertatem status nupturientium.

(Interrogandi sunt duo testes, α *parocho cogniti, pro unoquoque nupturiente: iidem vero testes pro utroque inservire possunt, dummodo seorsum de* unoquoque leitificentur).

Revocata testi sanctitate iurisiurandi atque gravitate poenarum, quibus *periuri sunt obnoxii, necnon sollemnitate actus quem est expleturus, parochus testem alloquatur:*

Velis invocare Nomen divinum tn testem veritatis tangendo sancta Evangelia, sequenti formula:

‹ Ego... iuro mc totam ac solam veritatem dicturum jH super universa re, de qua rogandus ero ».*/*

Dein ei *deferat quaestiones:*

1. Requirantur eius nomen et cognomen, nomen patris, dies, mensis, annus et locus nativitatis, religio, professio, domicilium.

2. Num habuerit notitias, consilia, instigationes circa ea, quae testificari debeL

3. Quonam ante tempore et quomodo cognoverit sponsum (sponsam). Cognoverltne etiam sponsam (sponsum). Quonam ante tempore et quomodo.

4. Quaenam sint nomina et cognomina nupturientium. Ubi nunc habitent, et a quonam tempore. Quamnam professionem obeant.

5. Quibusnam in paroeciis morati sint saltem per sex menses post completum decimum quartum annum (pro sponso) et duodecimum (pro sponsa) et quamnam ob causam.

6. Agnoscatne an nupturiens contraxerit matrimonium religiosum vel civilem celebraverit actum cum alia persona. Quacum. Subsistatne matrimoniale vinculum vel civilis unio.

7. Compertumne habeat utrum nupturientes aliquo impedimento detineantur, publico vel occulto, procedente a consanguinitate, affinitate etc.

8. Sciatne utrum sponsi matrimonialem consensum libere, praesertim mulier, praestent, an ab aliquo compulsi et quare : et utrum ambo verum matrimonium christianum inire velint: unum nempe, indissolubile, proli procreandae ordinatum, absoue contraria intentione vel conditione; aut utrum aliquid huiusmodi ab utroque vel alterutro audierit[

9. [Si *ambo vel alteruter contrahens aetate minor sit, nemque infra vicesimum primum aetatis annum* (can. 88 § 1)1. Cognoscatne utrum parentes huic matrimonio consentiant; an et quasnam ob rationes dissentiant Censeatne utrum parentes sint rationabiliter (n-

10. Nihilne aliud habeat declarandum circa hoc matrimonium.

Loco... die... mense... anno...

L. t S.

Subsignatio testis ..
315 . w^BSuMgnatio parochi./

' Scite cnlrr.advertatur hanc quaestionem permagni esso faciendam ut nullités matrimonii praesertim cx capite vis ct metus praecaveatur. Redditae responsionis rationem habeat parochus ln examine partium: quod sl iam peregerit. Iterum ad Idem easdem vocet.

ALLEGATUM III

(cfr. n. 6 Instructionis)

Quaestiones seorsum proponendae parentibus (tutoribus) nupturientis aetate minoris (can. 1034), quando parocho certo non constet de absentia cuiusvis obstaculi ex parte ipsorum.

Revocata testi sanctitate iurisiurandi atque gravitate poenarum, quibus periuri sunt obnoxii, necnon sollemnitate *actus quem est expleturus, parochus testem alloquatur:*

Velis invocare Nomen divinum in *testem veritatis tangendo sancta Evangelia, sequenti formula:*

‹ Ego ... iuro me totam ac solam veritatem dicturum super universa re, de qua rogandus ero ».

1 Requirantur eius nomen et cognomen, nomen patris, dies, mensis, annus et locus nativitatis, religio, professio, domicilium,

2. Perspectumne habeat consilium filii (filiae) sui (suae) matrimonii contrahendi cum ...

3. Probetne hoc matrimonium, secus quibus de causis ei adversetur.

4. Noscatne utrum aliquo impedimento consanguinitatis, affinitatis, etc., publico vel occulto, detineantur nupturientes. Utrum filius (filia) suus (sua) aliud matrimonium religiosum celebraverit vel civilem inierit actum et quacum (quocum); subsistatne adhuc matrimoniale vinculum, vel civilis unio.

5. Noscatne utrum filius (filia) libere praestet consensum matrimonialem, an ab aliquo compellatur el quam ob causam.

6. An putat filium (filiam) iis pollere physicis conditionibus ut par sit matrimonio ineundo et de matrimonii finibus edoctum (-am) esse.

7. Nihilne habeat addendum quoad hoc matrimonium.

Loco ... die ... mense ... anno ...

Subsignatio patris (tutoris) in *uno exemplari*

Subsignatio parochi ...

Subsignatio matris *in altero exemplari.*

Subsignatio parochi .../ 31β

ALLEGATUM IV

(cfr. n. 6 Instructionis)

Pro iureiurando supplelorio recipiendo (quando necessarium sit ad normam cc. 1829-1830).

Anno Domini ... hac die ... mensis ... personaliter coram me adfuit domin ... fili ... annorum .. nat ... ac baptizat ... loco ... dioecesis ... ad effectum comprobandi suum statum liberum ineundi matrimonii causa, iuxta ritum S. R. Ecclesiae, cum ... fil ... nat ... m paroecia ... diocesis ...

Cum supra memorat ... e solo natali abfuerit ab anno ... ad annum ... (continuo *vel interiectq tempore)* et cum commorari ipsi contigerit in loco (locis) quin tamen ibi stabilem fixerit mansionem et cum nequeat testes producere habiles ad comprobandam libertatem status, quam servavit in memoratis locis, nec valeat ad rem exhibere testimoniales litteras illarum Curiarum Ecclesiasticarum, ad easdem supplendas iureiurando admissus est. Dc sanctitate iurisiurandi necnon de poenis a periuris (can. 2323) ct bigamis (can. 23561 incurrendis est monitus ac praeterea certior factus, si ipse periuret, et impedimenta matrimonialia reticeat, non solum nullum atque irritum esse coniugium, verum etiam causam exsistere innumerabilium peccatorum. Coram igitur me subsignato ipse gcnuflexus ante imaginem D. N. L C. Crucifixi clara ct intelligibili voce emisit hanc sacramenti

Formulam

Ego ... fil .. (patris) ... (matris) .. . officium meum probe perspectum habens dicendi veritatem atque rei. de qua agitur, momentum, haec sancta Evangelia tangens, profiteor et iuro me toto anteacto tempore, quo extra natale solum moratus sum, omnino liberum ac solutum permansisse a quopiam impedimento aut vinculo matrimonii.

Subsignatio nupturientis..

Subsignatio Ordinarii vel eius delegati/ 317

ALLEGATUM V

((cfr. n. 4 a) Instructionis!

Paroecia... Dioecesis..

Status *documentorum Curiae Episcopali exhibitorum pro matrimonio ineundo inter:*

sponsum .. '	sponsam . '
filium... fnomen *patris).*	filiam . *(nomen petris).*
commorantis ln loco. .	commorantis tn loco
et... *(nomen et cognomen matris).*	et *fnomen et cognomen matris).*
commorantis tn loco...	commorantis ln loco
professionis *(sponsi)...*	professionis *(spontae)*
natum loco	nalam loco..
dioecesis ..	dioecesis ,
die .	dle_

baptizatum ia paroecia...
die...
confirmatum die .*
viduum e...
domicilium aut commorationem tabentem *(tponxum)* in paroecia..

baptizatam In paroecia ..
dio.
confirmatam die . '
viduam e...
domicilium aut commorationem habenten *(sponsam)* in paroecia...

Status libertatis

Publicationes canonicae peractae sunt die...4
Publicationes civiles (ubi *hae iure concordatario praecipiuntur)* peractae sunt die.. 4
Dispensatio ab impedimento...
Loco... dic... mense... anno...

318 Parochus/

Visis documentis huic Curiae exhibitis ibique asservatis (Prot n. ...)..... *nihil obstat* quominus matrimonium, de quo supra, contrahatur. servatis de iure adhuc servandis.
Loco., die... mense... anno...
Cancellarius Curiae Ordinarius

Nihil obstat ex parte parochi infrascripti quominus extra suam paroeciam matrimonio, de quo supra, assistat sacerdos legitima facultate praeditus, servatis de iure servandis.5
Loco... die... mense... anno...
Parochus

Matrimonium, de quo supra, celebratum est die... *mense* anno... in ecclesia... loci... dioecesis... coram me infrascripto.
Parochus aut sacerdos delegatus

Advertatur. — Hic documentorum *status,* notitiis omnibus ibidem requisitis et signis authenticitatis rite munitus, tradatur parocho alienae paroeciae, ubi matrimonium forte celebrandum sit, saltem triduo ante eius celebrationem.

1 In Italia sl nominum intercedat dlsparitas inter actum baptianl et actum dvilem, ambo nomina referantur *(cfr. Istruziene dslla S. C. delta Disciplina dei Sacramerzli, 1' luglio 19», alleg. Ill,* ruxf. *I, r.ola 1).* 1 *Prout* desumitur ab adnotatione ta actu baptismi, aut a documento aut a lureiuraado. ' He!c adootetur unde Ubertas sponsorum comprobetur, utrum nempe ab examine testium, a lurclumndo suppletorto. a documentis viduitatis, sententiae nullitatis, dispensationis super rato, aut a pluribus argumentis simul sumptis. quo tn casu haec stagtilatim enumerentur. 4 Aut dispensatae. 5 U 11 patet. licentia haec prout cavetur in can. 1097 § 1 n. 3. conceditur ad tiwtafem totitrm a parocho cul lus esset assistendi matrimonio.

Adn. Ph. AGUIRRE in PrM. 30 (1941) 370-385; E. BERGH ta HrT 63 (1946) 460-462; I. CREYGHTON in PrM 31 (1942) 247 248; M. G. in ME 53 (1941) 209-212; REGATILLO n. 496; C ZERBA in Apoll. 15 (1942) 241-272; G ZERBA. Explanatio Instructions « Sacnnanrtum », seu d« normis a parocho serrandis in þerajandi invcst^atlonibus antaquam nupturientes ad matrimonium admittat, Romae-Taurinl 1950.

1627

1941 IUL L-SC CONCILII. EPIST. PART.·

Circa institutionem alicuius subsidii pro sacerdotibus **INVALIDIS VEL IN NECESSITATE CONSTITUTIS**

Roma. 1.· Luglio 1941

Eccellenza Reverendissima, Préoccupais delle condizioni sempre più disagiate e spesso dei tutto misere di gran parte del benemerilo Clero d'Italia, questa Sacra Congregazione dei Concilio più volte ha consigliato ed esortato gli Eccmi Ordinari diocesani d'Italia a promuovere e favonre opportuni prowedimenti al riguaГ-ὸo. Cosi la istituzione dl *Case ecclesiastiche e* le altre prowidenzc per il Clero, tra cui quella del Sanatoria in *Arco,* hanno arrccato non indifférente contributo ed aiuto alia Boluzlone del grave problema ed aperto anche la via nd ulteriori c più adeguati prowedimenti.

Insistendo ora nella nobile e quanto mal urgente iniziativa di ricercare un modo per cui il Clero indlgente-invalido possa almeno far fronte alie più dementari ed toderogabdi nécessité della vita, c ndl'fatento anche dl incoragg:are il Clero giovane c sano ad attendere con maggior tranquilità e sérénité alTadcmpimento dei propri doveri ecclesiastici, questa Sacra Congregazione. con la sovrana e benevola approvazione del Santo Padre, è venuta nella determinazione di costituire una *Cassa di sovvenzioni per il Clero bisognoso-invalido d'Italia,* assumendone anche la relativa gestione.

Per la dotazione ed il funzionamonto di tale Cassa si stabilisée che 1'annuo contributo di un centesimo per abitante che. a norma della Circolare dell'8 dicembre 1936, le Dioeesi d'Italia sinora erogavano a favore dei Sanatorio dei Clero, dalla data della présente Circolare venga elevato a centesimi cinque.

Calcolandosi pertanto la popolazione di cotesta Diocesi in ... abitenti, il rispettivo contributo annuo viene fissato in L. ...

Tale contributo TEccellenza Vostra si complacerà di inviare a questo Sacro Dicastero a semestri posticipati, cioè. per il semestre]· Iuglio-31 dicembre 1941 entro il mense di gennaio 1942; per il semestre Γ gennaio-30 giugno 1942 entro il mese di luglio 1942: e cosi di seguito.

Sarà poi promurosa cura di questo Sacro Dlcastero di distribuire le sovvenzioni, su parere e per il tramite dellTBccellenza Vostra, secondo le particolari nécessité di ogni Sacerdote bisognoso-invalido di cotesta Dioeesi. non solo se degente in Case ecclesiastiche o in altri pii Ricoveri. ma anche se vivente a domicilio.

Per la raccolta dei suaccennato contributo ITSccellenza Vostra, oltre ad altre industrie che le suggerirà il Suo pastorale zelo, potrà ricorrere ai seguenti mezzi:

a) pomuovere una *Colletta annua,* specialmente :ra il Clero meglio prowisto ed il Laicato cattolico più agiato, salvo pubblicare le relative offerte nel *Bollettino diocesano:*

b) indire in ogni chiesa. anche esente. una *Giomata per il Clero bisognoso-invalido* in qualche festa più solenne delFanno. opportunamente preparandola perché dia i migliori risultati. e awalendosi delTopera dei soci deU'Azione cattolica;

c) operare nel caso che fosse necessario di completore il contributo di cui sopra, qualche parziale prelicvo delta duplice percentuale dei 2 % sui benefici ecclesiastici e sui depositi fiduciari, nonchè dall'eventuale reddito dei sussidio caritativo.

E tofine, alio stesso scopo, questa Sacra Congregazione si dichlara fin da ora propensa a permettere. su richiesta dell'Eccellenza Vostra, che s'imponga anche qualche speciale pensione sui benefici meglio prowlstt

In tal modo e con siffatta intesa questo Sacro Dlcastero nutre fiducia che TEccellenza Vostra vorrà di buon grado, e potrà senza soverchia difficoltà. accettare ed affrontare il richlesto sacrificio. Esso varrà ccrtamente ad acqulstare ai Sacri Pastori un nuovo e più prezioso tltolo di benemerenza e di prowidcnza verso il proprio Clero, specialmente indigente-invalido. in un'epoca. come Tattuale. in cui tanto sviluppo vanno meritatamente assumendo le instituzioni di assistenza e di previdenza sociale.

Ed è pure lecito sperare che il popolo fedcle. per parte sua. concorrerà volonterosamente a quesfatto dl squisita carità cristiana e di grata riverenza verso H suo benemerito Clero, che trovasi bene spesso logoro, più che dagli anni, dalle estenuanti fatiche dei suo diuturno lavoro in bene delle anime.

Imploro pertanto dal Signore suti^cellcnza Vostra, sul Clero e popolo alie Sue pastorali cure affidato Il degno guiderdone ed ogni copia di celesti benedizioni e consolazioni.

E mentre La prego di un cortese cenno di riscontro al riguardo, con sensi di particolare ossequi mi preglo professarmi dell'Eccellenza Vostra Rev.ma afLmo come fratello.—F. Card. Marmaggi. *Prefetto. G.* Bruno, Segretario.

• **OfdinsriH locorum Italia· ME 53 (1941) 220-221.**

1628

1941 ILL 3.-SECK. STATUS. NOTIF. PART.

Prorogatur bulla sanctae cruciatae in hispania

Madrid. 3 de Julio do 1941

Excmo. y *Rvdmo. Sr.:* Por despacho de 10 de los corrientes. el Emmo. Sr. Cardcnal Secretario de Estado de Su Santidad ha tenido a bien comunicarme que habiendo sometido al Santo Padre las preces elevadas por V E. solicitando la prôrroga de la Bula de la Santa Cruzada, cl Augusto Pontifice, acogiendo benévolamentc la suplica. se ha dignado concéder ad *annum* la prbrroga implorada.

Por lo que sc refierc a las mod'ficaciones solicitadas, cl Emincntisimo Sr. Cardcnal Secretario de Estado me mamflesta lo siguiente:

<1.· Tcniendo en cuenta las actuales circunstancias, el Santo Padre se ha dignado concéder que en la mencionada Bula se incluya la dispensa de la abstinencia en los viornes de Temperas *extra quadrapesimam* a favor de los simples fioles, pero permaneciendo firme la obligaciôn dc observar aquel preccpto para cl clero, tanto secular como regular. <ne penitus obliterata maneat antiqua Temporum ratio», como muy justamente observaba en sus preces cl referido Excmo. Sr. Obispo.

«2.· Su Santidad no ha creldo oportuno modificar nada dc lo establecido para el ano anterior acerca de las Indulgencias de las Estaciones y de las de en favor de los difuntos. En cambio, por lo que se refiere a la especial Indulgencia solicitada en favor de la rcconstrucciôn de las iglesias. el Santo Padre se ha benignamente dignado concéder una Indulgencia plenaria a todos los que con aquel fin ofrecieran una limosna. segun sus fuerzas, a condiciôn de que se confiesen, comulguen y oigan una Misa que no sea de precepto para obtener la bcndiciôn de Dios sobre la noble iniciativa del Episcopado espanol y rueguen además por las intenciones del Sumo Pontifice».

Al cumplir el honroso encargo que el Emmo. Sr. Cardcnal Secretario me hace de comunicar a V. E. estas supremas rcsoluciones del Augusto Pontifice, me complazco en reiterarle mis fraternales afectos y en suscribirme de V S. Rvdma. devmo. s. s.—Gaetano Cicognani, *Nuncio Apostolico.*

* **Ordînerio Toletano per Nuntium Ap. in Hispania: llustr»-ci6n del Clero 34 (1941) 314-315.**

1629

1941 IUL 4.-SC CONCILII, LNDULT. PART.·

Facultas dispensandi a lege ieiunii et abstinentiae

I am pleased to inform Your Excellency that the Sacred Congregation of the Council has under date of July 4. 1941. extended, for another period of five years the faculty granted to the Ordinaries of this country of dispensing from the laws of fast and of abstinence on civil holidays. This new concession will be valid up to and including July 4. 1946. The Most Reverend Ordinaries. in dispensing on such occasions, will please mention the Induit of the Holy See and exhort the faithful by way of compensation to make some offering especially in favor of the poor.

With sentiments of esteem, etc.

• **Ordinariis 5. F. Amerlcae S<Dfmfr!ocinj Iuxta notificationera Dole-aaîi Apostolic!: SOU5CAREN II p. 356-357.**

1630

1941 IUL 5.-SC CONC. RESOL. ΛAS 34 (1942) 101-103

Iuris funerandi γπμ interventu religiosorum

Die 5 iulii 1941

Species factl - In civitate vulgo Arco. Tridentinae Archidioecesis, una exstat paroecia sub titulo S. Mariae quae est simul collegialis, in qua cura animarum ab archipresbytero parocho, adiuto a Capitulo coUegiaii et a duobus vicariis cooperatoribus non beneficiariis, praesertim in urbe exercetur. Paroecia autem praeter urbem constat quoque decem suburbiis seu pagis, *frazioni* nuncupatis, quorum quinque, paroeciae proximiora. immediate archipresbyter! parochi iurisdictioni subsunt, cetera quinque, a paroecia remotiora, mediate tantum eidem subsunt

In quinque suburbiis paroeciae proximioribus operam praestant cappellani qui appellantur miisarii, sub archipresbyter! parochi immediata et directa auctoritate, quibusdam tantum facultatibus et per modum actus praediti, dum in quinque suburbiis a paroecia remotioribus curam animarum gerunt cappcllani qui curoti vocantur, archipresbyter! parochi iurisdictioni mediate et indirecte subiecti, quippe qui omnibus facultatibus paroecialibus sint praediti, ab eodem archipresbytero semel et pro semper in actu ipsorum nominationis concessis. 1

Praeterea in duobus cx his suburbiis remotioribus sunt duo conventtus Fratrum Minorum et Minorum Capuccinorum. 103

Modo autem archipresbyterum una cum Capitulo collegial! inter et memoratos hos conventus quaestio orta est de interventu ad funera, quae persolvuntur sive in urbe sive in suburbiis praesertim remotioribus.

De quibus tamen funeribus hoc animadvertendum est quod sunt funera quae dicuntur *generalia,* dc quibus nulla est quaestio, cum his interveniant clerici tum saeculares tum religiosi utriusque conventus ad normam quoque art 1 Statuti capitularis statuentis: « Ai funerali generali ... intervengono tutti i sacerdoti dclla parrocchia nonchè il clero regolare dei due conventi ».

At quaestio praecise vertitur circa funera quae dicuntur partialia, quibus sive in urbe sive in suburbiis, post archipresbyterum vel eius vices gerentem. Religiosi Franciscales et Capuccini ius sibi vindicant interveniendi prae ceteris sacerdotibus saecularibus, qui ln paroecia operam praestant, si a familia vel heredibus defuncti invitentur. Contendunt enim non sustineri art. 7. cap. 13 Statuti capitularis praescribentis: « Per I funerali (nempe partialia) che hanno luogo nelle chiese *filiali* (in decem nempe suburbiis), nel caso che, oltrc ai sacerdoti della frazionc si invitassero altri sacerdoti, sarà da dare la preferenza nell'invito d'intervenire ei cappellani ed ai canonici, prima che ai sacerdoti dei clero regolare ».

Ant madversioxes. - Canon 1233 î I Codicis L C. ad funera quod attinet inter alia, hacc statuit: ** Clerici . ipsi ecclesiae addicti prae aliis omnibus invitari debent " Quaenam autem sit ecclesia de qua agitur In canone, nullum est dubium quod in primis sit ecclesia paroecialis in qua funus peragitur ad normam canonum 1216 et 1217 C. I. C Quinam autem sint clerici ipsi ecclesiae addicti, eoe in primis recensendos esse videtur, qui eidem ecclesiae paroeciali saltem inserviant, et m qua aliquod officium praestent, quod curae animarum intersit. lamvrro Religiosi Franciseales et Capuccinl dici nequeunt ecclesiae parccci-»-li et collegial! urbis Areo addicti, cum eidem non Inserviant: ecclesiae enim, sive in urbe sive in suburbiis ibi exstantes, omnes sunt ecclesiae saeculares et a clero saeculari reguntur.

Eo vel magis quia Pontificia Commurio ad canones Codicis L C. authentice interpretandos in responso diei 8 Aprilis 1941 (LE 1612] denegavit inter clericos ecclesiae addictos, de quibus In canone 1233 | 1, comprehendi capitulares. qua *tales,* seu reduplicative sumptos, ea praesertim ratione quod Capitulum per sc. ad normam canonis 391 I 1. " ideo institutum est ut sollemniorem eultum Deo in ecclesia exhibeat ...

Ex quo responso erui posse videtur clericos ecclesiae addictos eos tantum spectari posse, qui curam animarum In eadem ecclesia exercent/ sub parochi auctoritate. Excludendl proinde Religiosi utriusque conventus, utpote nullam «nimirum curam tum In ecclesia paroeciall urbis Areo tum !n eiusdem filialibus gerentes. 103

F contra constat curam animarum ibidem exercere, praeter archipresbyterum una cum duobu» vicariis cooperatoribus non bénéficiai·!L«. capitulares ouooue ecclesiae mRegialls ex praescripto Statutorum capitularium in carite 11: " Obbligo dei canonici per la cura delle anime l» t canonici della collegiata sono swrrrdoti ℔u liari neVa ⁎' cura delle anime, dati in aiuto aU'arriprrte investito della parrocchiale giurisdizione: 2) sono perciô tenuti ad ᴡd-tar·' le confessioni, a visitare rlt ℔fermL ad rssirtere al ‘ divini ufficl. a catcrhlzzare ; tn generale a tutti i doven Increnti alia cura d'anime ",

Quapropter lidem capitulares. non qua capitulares. ord qua vicarii cooperatores archipresbytrrl. habendi sunt uti clerici ecclesiae paroeciall addicti. 1
giosis utriusque conventus Invitandi

ccndum de capcllanis, sive mlssariis sive curatis in suburbiis, cum omnes, immediate vel saltem mediate, tamquam vicarii cooperatores, curae animarum vacent sub arch:presbyteri auctoritate in una eademque paroecia ad normam canonis 476 f 2: " Vicarii enim cooperatores constitui posw sunt non solum in universa paroecia, sed etiam pro de* terminata paroeciae parte

Nec relevat quod Statutum capitulare per se non constituat legem dioecesanam. quia, accedente Episcopi approbatione. ius saltem facit non solum pro Capitulo, sed pro omnibus qui cum Capitulo partes quoquo modo habent Ceterum praescripta in Statutis capitularibus, de quitus agitur, congrua omnino videntur iuri communi, vi cuius saltem sim obligandi obtinent

Denique immorandum non est ln distinctione a memoratis Religiosis invecta inter clerum offlciantem et clerum orantem, qua ipsi prae ceteris quoque clericis ad funera invitandi essent, cum haec distinctio absona omnino sit a iure et nullo rationabili fundamento suffulta.

Resolutio - Proposito itaque in Comitiis Plenariis diei 5 Iulii 1941 dubio: *An sustineatur caput XI11 Statuti ecclesiae collegialis loci* Areo *diei 14 Aprilis 1925, funera quod spectat;*

Emi Patres huius Sacrae Congregationis responderunt: *Affirmative,*

Quam resolutionem Ssmus D. N. Pius Pp. XII in Audientia diei 13 Iulii 1941, referente subscripto Secretario. approbare et confirmare dignatus est—L Bbuno, *Secr.*

Ada. ME 54 (1942) 118-120; Pal. Clero 20 (1941) 356-360; 21 (1942) 6-7. 40-43; 22 (1943) 57-59. 67-71.

1631

1941 IUL 10.-SECR. STATUS, INDULT. PART.·

Circa usum facultatis celebrandi et sese communicandi **HORIS POSTMERIDIANIS, MITIGATO IEIUNIO EUCHARISTICO, DURANTE BELLO**

Dcrollnf W. 35. dic X Julii MCMXLI

Reverendissime Domine, Ex mandato mihi commisso ab Eminentissimo Domino Cardinali Aloysio Maglione, a Secretis Status Suae Sanctitatis, suis litteris, sub numero 4921/41, dic vigesima quinta mensis junii hujus anni mihi datis, honori mihi duco cum Excellentia Tua Reverendissima communicare. Beatissimum Patrem, precibus annuentem, quas Excellentia Tua ln Suo supplici libello, die quarta mensis maji hujus anni dato, protulit, benigne concedere Excellentiae Tuae facultatem indulgendi, ut Sacerdotes, qui munere Cappellanorum Castrensium in exercitu germanlco funguntur (Feldgeistliche), Augustissimum Sacrificium Missae post meridiem, et etiam vespertinis horis, celebrare queant diebus festivis et etiam ferialibus. dummodo milites (die Soldaten des Feldheeres) horis in Codice Juris Canonici praefinitis Missae celebrationi justa de causa interesse nequeant

Sacerdotes Cappellani Castrenses, qui hac facultate utuntur, tenentur ad jejunium eucharisticum servandum saltem per quatuor horas ante Missae celebrationem.

Beatissimus Pater, hanc prorsus extraordinariam facultatem Excellentiae Tuae tribuens, confidit Excellentiam Tuam omni cum cautela atque prudentia ca usuram esse. Facultas autem haec conceditur solum perdurantibus hujus temporis rerum adjunctis neque extenditur ad Sacerdotes Cappellanos Castrenses, qui in nosocomiis in urbibus, sive in castris (in den Reserve- und Fddlazaretten) operam dant

Denique Beatissimus Pater Excellentiae Tuae facultatem tribuit concedendi, quatenus opus sit militibus, qui Sacrificio Missae praefatis in circumstantiis et vigore supradictae facultatis celebrato intererunt ut ad Sacram Synaxim accedant dummodo et ipsi jejunium eucharisticum servaverint per quatuor saltem horas ante Sanctissimae Eucharistiae susceptionem.

• OrdSnirl'5 Germani··. luxta notillcatlontm Nuntii Apoitollclt AKKR 121 (1941) 307.

1632

1941 IUL Il.-SC S. OFFICII, EPIST. PART.·

Damnatur systema millenarlsmi

Ex aedibus S. Officii, d. 11 tulil 1941

Exc.mc ac R.me Domine, Rite pervenerunt nd S. Officium Litterae sub N. 126 40 datae die 22 aprilis 1940. quibus Exc.tia Tua R.ma referebat in ista Archidiocceii esse qui defenderent systema millenariorum spiritualium ac magus crescere admiratores talis doctrinae, necnon operis P. Lacunzac. cui titulus « Venida dei Mcsias en gloria v majestad ». Enixe simul efflagitabat ut S. Sedes normas, hac m re. Tibi dare' opportunas.

Re ad plenarium conventum feriae IV diei 9 huius mensis delata £.mi ac R-mi Cardinales huius Supremae S. Congregationis respondendum mandarunt:

« Systema millenariam! etsi mitigati — docentis scilicet secundum revelationem catholicam Christum Dominum ante finale iudicium. sive praevia sive non praevia plurium iustorum resurrectione, corporaliter in hanc terram regnandi causa esse venturum — tuto doceri non posse ».

Itaque, hoc responso innixus et prae oculis habens, ut ipse refers, prohibitionem libri P. Lacunzac a S. Officio iam factam. Exc.tia Tua enixe vigilare curabit ne praedicta doctrina sub quocumque praetextu doceatur, propagetur, defendatur vel commendetur sive viva voce sive scriptis quibuscumque.

Ad hoc efficiendum E. T. opportuna media, nedum monitionibus, sed etiam et auctoritate adhibere poterit, datis, si oportunum fuerit, instructionibus quae erunt necessariae iis qui in Seminario vel in Institutis docent

Quod si aliquid gravius emerserit, ad S. Officium E. T. referre non omiserit

Occasionem nactus, impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor, permanens Exc.tiae Tuae R.mae Addictissimus - F. Card. Map.chetti-Selvagciani. Secr.

• Ord?.w;o 5. Iacobi In Chi!·. Prot. N 142/41: ME 54 (1942) 98 Ada. G GILLEMAN in NrT 67 (1940-45) 843-849; REGATILLO n. 663; S. ROSADINI in PrM 31 (1942) 168-175; ME 54 (1942) 95-99.

1633

1941 IUL 14.-SC CONC. INSTR AAS 33 (1941) 389-391

INSTRUCTIO

De **FIDELIBUS EXHORTANDIS UT MISSAE SACRIFICIO FREQUENTER AC DEVOTE INTERSINT**

Saepenumcro in tot rerum calamitatibus, quibus undique premimur, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XII populum Christianum ubique terrarum effusa caritate adhortatus est ut publicas privatasque preces effundat pro praesentibus societatis humanae necessitatibus et praesertim ad populorum pacem conciliandam. Divini Magistri promissiones recolens: « Petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis » (Matth. VU. 7; Luc. XI. 9).

Hunc quoque in finem idem Ssmus Dominus Noster, [AAS 32 (1940) 385-386] Eucharistica Sacrificia ubique terrarum offerri iussit, quum nihil magis valeat « ad Numinis maiestatem placandam propitiandamque quam Eucharisticum Sacrificium, quo ipse humani generis Redemptor tn omni *loco sacrificatur et offertur ...oblatio munda* ». Divinum enim Sacrificium quod in Missa peragitur et in quo./ docente Tridentina Synodo: c idem ille Christus continetur et incruente immolatur, qui in ara Crucis semel se ipsum cruente obtulit » (sess. XXII. cap. 2) non solum laudis et gratiarum actionis, sed etiam vere propitiatorium est tam pro vivis quam pro defunctis.

